

Par
14

Par/14

ADAGIA QVAECVMQVE AD HANC DIEM EXIERVNT,

PAVLLI MANVTII STUDIO, ATQVE
industria, doctissimorum Theologorum consilio, atque
ope, ab omnibus mendis vindicata, quae pium,
et veritatis Catholicae studiosum lectorem
poterant offendere:

*Sublatis etiam falsis interpretationibus, & non nullis, quae nihil ad
propositam rem pertinebant, longis inanibusq. digressionibus.*

Quem laborem, a Sacrosancti CONCILII TRIDENTINI
Patribus Manutio mandatum,

GREGORIUS XIII. MOTU PROPRIO
ita comprobavit, ut omnes Adagiorum libros, vna excepta
editione Manutiana, prohibeat, atque condemnet.

Cum plurimis, ac locupletissimis INDICIBVS Graecis, & Latinis, quorum non
nulli nusquam antehac impressi fuerunt.

CVM LICENTIA ET PRIVILEGIO.



FLORENTIAE.
APVD IVNTAS
M D LXXV.

47701



ADAGIA QVAECVMQVE AD HANC DIEM EXIERVNT,

PAVLLI MANVTII STVDIO, ATQVE
industria, doctissimorum Theologorum consilio, atque
ope, ab omnibus mendis vindicata, quae pium,
et veritatis Catholicae studiosum lectorem
poterant offendere:

*Sublatis etiam falsis interpretationibus, & non nullis, quae nihil ad
propositam rem pertinebant, longis inanibusq. digressionibus.*

Quem laborem, a Sacrosancti CONCILII TRIDENTINI
Patribus Manutio mandatum,

GREGORIUS XIII. MOTU PROPRIO
ita comprobavit, ut omnes Adagiorum libros, una excepta
editione Manutiana, prohibeat, atque condemnet.

Cum plurimis, ac locupletissimis INDICIBVS Græcis, & Latinis, quorum non
nulli nusquam antehac impressi fuerunt.

CVM LICENTIA ET PRIVILEGIO.



FLORENTIAE.
APVD IVNTAS
M D LXXV. •

47701



G R E G O R I O . XIII.

P O N T . M A X.



N I H I L in rerum natura stabile, nihil firmum, omnia fluxa, omnia fallacia reperiri, & omnes iampridem affirmarunt, & ego nuperrime, domestico exemplo doctus, nimis grauius sensi. Cum enim Paullus Manutius, pater meus, Romam uenisset, tuaq. benignitate fretus, ea aggredi in animo haberet, quae studiosis omnibus summam vtilitatem parent: cum inquam in eo totus esset, ecce tibi mors eum rapuit, rapuit mihi patrem, rapuit (liceat mihi, quod sentio, libere proloqui) praeclarum, ac prope singulare ueteris eloquentiae exemplum. Quis enim, eius scripta legendo, & sententiarum pondere, & verborum nitore referta, valde non commouetur? aut quis in eis natium quendam antiquitatis characterem non agnoscit? Sentiemus posteri, quantum difficultatis insit in eloquentia comparanda: cuiusmodi maleuoli quidam obtrectatores inuidebant, eum nunc e medio sublatum vel inuiti admirabuntur. Verum quid ago? Patris ne mei laudes perscribere proposui? Minime: & si, si id etiam facerem, pietatem debitam praestarem. Sed in hoc non me affectus aliquis mouet, verum iudicium, quod tametsi in me exiguum, cum id tamen uideam tot amicorum non infulsorum hominum iudicio comprobari, non possum de meo pessime existimare. Hoc asequor certe, ut patrem meum dum laudo, summas Tibi debere gratias confitear, qui litteratos homines tua benignitate subleuandos, liberales disciplinas, iamdiu prope exsules, ad patriam sedem reuocandas cures. Tu inter alia, quae ad summi Apostolatus curam pertinent, cum videas plurimum referre, ut S. Concilij Tridentini Decreta obseruentur, omne studium, omnemq. auctoritatem tuam eo confers, ut ne quid praetermittatur eorum, quae Sanctissimi

mi

mi illi Patres ad Christianae Reip. utilitatem pertinere censuerunt. Cumq. ab eodem Concilio eidem Patri meo demandatum fuisset munus perpurgandi librum de ueteribus vtriusque linguae Prouerbiis, ne, qui eorum studio tenerentur, ullam partem combiberent eius impietatis, quam eius libri scriptor scriptis suis plurimam adsperserat: fecisti, vt Pater meus emendationem susciperet: quam cum doctissimorum Theologorum ope, tuo iussu absoluisset, paullo post ipse moritur. Hic liber cum edendus in publicum esset, Tibi debitus, a Te proficiscens, quippe quem communicari omnibus iusseris, iure optimo a me S. T. inscribitur: A me, tamquam ab eius filio, cui Tu id mandaueras: S. Tuae, tamquam ei, quae bonum hoc omnibus impertierit. Laetentur igitur homines, talem nobis contigisse Pastorem, qui inter alias, quas multas habet, curas, praecipuam quoque illam habet, ut haereticorum libri, detractis omnibus, quae incautos lectores errore aliquo inuoluere poterant, publicentur. Quae Tibi debentur gratiae? quae habebuntur in omni tempore a studiosis hominibus, dum hoc volumen tractabunt? Verum Tu id non spectas: qui ipsum recte agere, non propter laudem, quae apud mortales consequitur, laudabile iudicas; sed quod in omni tua vita vnum illud Tibi propositum fuit, vt recte agendo aetatem ageres. Quod cum semper feceris, ea es affecutus a Summo D E O, quae summa in terris sunt. Quod vt beneficium nobis idem D E V S diuturnum quoque concedat, (qui ex vita tua tot comoda, tot ornamenta sentimus) summis precibus obsecrare neque desinimus, neque vmquam desinemus.

Venetiis, Kal. Maij. CIO D L X X V.

SANCTITATIS TVAE

Humillimus seruus,

Aldus Manutius, Paulli F. Aldi N.

MOTVS PROPRIVS GREGORII XIII.

S V M M I P O N T.



MOTV PROPRIO &c. Cum dilectus filius Paulus Manutius, dilecti filii Thomæ Manriquei nostri sacri Palatii Apostolici magistri cōsilio, atq; ope Adagia, necnō Apophthegmata ab omnibus mendis, quæ pium & veritatis Catholicæ studiosum lectorem offendere poterant, expurgarit, seu expurgari curarit, sublati etiam falsi interpretationibus, & nonnullis, quæ nihil ad propositā rem pertinebant longis, inanibusque exactionibus & digressionibus. Ipseque Paulus opera huiusmodi ad communem omnium studiosorum vtilitatem suis propriis impensis imprimere, seu imprimi facere intendat: Nos de eiusdem Pauli fide & integritate confisi, eiusque indemnitati consulere cupientes. Nec non illius hunc laborem a sacrosancti Tridentini Concilii patribus sibi mandatum, ita comprobantes, ut omnes adagiorum, & apophthegmatū libros, una excepta ipsius Pauli editione prohibeamus, atque condemnemus, prout harum serie prohibemus & condemnamus Motu simili, v3 eidem Paulo ne Adagia & Apophthegmata quæcunque ad hanc diem exierunt ipsius Pauli studio & industria prædicti fratris Thomæ cōsilio & ope ab omnibus mendis, vt præfertur expurgata & vindicata, sublati etiam falsi interpretationibus & nonnullis vt supra digressionibus sic impressa & per eundē Paulum imprimenda per decem annos post eorundem operum, vel cuiuslibet ipsorum impressionem a quocunq; seu quibuscunq; sine ipsius Pauli licentia citra montes imprimant, seu in eorū apothecis, uel alias venalia præterquam a dicto Paulo impressa aut imprimenda teneri possint, concedimus & indulgemus inhibentes omnibus & singulis Christi fidelibus citra montes existentibus præsentium bibliopolis & librorum impressoribus sub excommunicationis latæ sententiæ. In terris vero S. R. E. mediate vel immediate subiectis & quingentorum ducatorum auri Cameræ Apostolicæ applicand. & insuper amissionis librorum penis; totiens ipso facto & absq; alia declaratione incurrendum; quotiens contrauentum fuerit ne infra decēnium ab impressione dictorum operum vel cuiuslibet ipsorum respectiue computandum dicta opera, vel quælibet ipsorum sic impressa, & per eundem Paulum imprimenda sine eiusdem Pauli expressa licentia dicto decennio durante imprimere, seu ab ipsis vel aliis præterquam a dicto Paulo impressa & imprimenda vendere, seu venalia habere, uel ea, vt supra, habere audeant. Mandantes vniuersis venerabilibus fratribus nostris Episcopis Archiepiscopis eorumque Vicariis generalibus in spiritualibus & in statu temporali S. R. E. etiam Legatis & Vicelegatis sedis Apostolicæ, ac ipsius status Gubernatoribus, ut quoties pro ipsius Pauli parte fuerint requisiti vel alter eorum requisitus fuerit, eidem Paulo efficacia defensionis præsidio assistentes præmissa ad omnem dicti Pauli requisitionem contra inobedientes & rebelles per censuras ecclesiasticas etiam sæpius aggrauanda auctoritate Apostolica exequantur. inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Et insuper quia difficile admodum esset præsentem Motum proprium ad quemlibet locum deferri volumus, & auctoritate Apostolica decernimus ipsius transumptis uel exēptis etiam in ipsis operibus impressis plenam & eandem prorsus fidem ubique tam in iudicio quam extra haberi, quæ præsentis originali haberetur. Et cum absolutione a censuris ad effectum præsentium, & quod sola signatura sufficiat, & ne de præmissis aliquis ignorantiam prehēdere possit quod præsens Motus proprius in acie Campi Floris, & in Valuis Cancellariæ Apostolicæ huius almæ Urbis affigatur, & ibidem per affixionem & in ipsis operibus per tempora impressus. ad omnium, quos tanger notitiam deductam esse, ac si eisdem personaliter intimatum esset & foret expresse volumus & mandamus; irritum & inane censendum quicquid secus contigerit, præmissis omnibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunq; &c.

Placet V.

Dat. Romæ apud Sanctum Marcum, Pridie idus Augusti, Anno Primo.



Ego frater Eustachius Locatellus ordinis Predicatorum Episcopus Reggij attestor, quatenus precibus Reuerendi fratris Thomma Manrique, olim Magistri Sacri Palatij, Adagia Erasmi perlegi, & castigauit, & ea ab omnibus, quæ religionem Christianam, & pias lectoris aures offendere poterant, expurgauit, & sic castigata, & expurgata eidem Reuerendo Magistro Sacri Palatij ostendi; quæ demum ipso approbante Paulo Manutio excudenda tradita fuerunt iuxta ordinem Concilij Tridentini, in quorum fidem præsentem manu propria scripsi, & solitum meum sigillum apposui hac die xxvij. Februarij. M D LXXIII. Romæ.

Ita est frater Eustachius Locatellus Episcopus, qui sup.



Via Reuerendo Fratre Thomma Manrique olim Magistro Sacri Palatij, Adagia Erasmi castigata, & ab omnibus, quæ Christianam religionem, & pias lectoris aures offendere poterant expurgata, Ego Paulus Manutius receperim, illa Philippo & Iacopo Iunius Florentiam imprimenda transmisi: In quorum fidem præsentem attestationem manu propria scripsi, & solitum meum sigillum apposui hac die xxvij. Februarij. M D LXXIII. Romæ.

Paulus Manutius.




VIDIMVS Adagia a Reuerendissimo D. D. Eustachio Locatello Reggij Episcopo, precibus Reuerendi D. Thomma Manrique olim Magistri Sacri Palatij castigata & emendata, & quia ita esse agnouimus, ut formis excuderentur iuxta mandatum eiusdem Magistri Sacri Palatij, permissimus, Florentiæ die xv. Martij. M D LXXIII.

Ita est Franciscus de Pisis Generalis Inquisitor Domini Florentini.






IOAN. GVADAGNII MONTERCHII
CARMEN AD LECTOREM.



ES CIA mortalis mens, quæ fortuna secundet
Quæ ve aduersa premat, cur uno frangeris ictu?
Sustulit ista prior, terrarum compila plantis
Quæ omnia lustrarunt prouerbia; reddidit ista,
His igitur doctus nullo discrimine pectus
Præscia quod munus fati sortisq. futura
Obiectat, comple; atq. humeris cape grande trophæum
Ipse volaturus puer inter numina Diuum.
Hæc noua Pieridum, inquam, munera candida pubes
Combibat & præsens; quæ & consecrabitur Aeuum?
Nam quod apud veteres complexa est attica Mitis
Quidquid & in libris scalpfit saturnia Clio,
Instar apum hinc liceat liquentia sugere mella,
Nectareos succos, quæ laus, & gloria surgit
Non cessit certe cuiquam, Duce, cautiùs ire
Vel Phæbo, quem Cinthos amat, vel clarior illa
Delos: Necq. fauet cuiquam, tam Pallas, ad artes,
Aeuo. Reliquias ueterum, monumenta diserta
Prelucens monstrat codex: & dulcia vitæ.
Vertentes huic opta annos: nam vulnere secto
Totum collucet, prorsusq. tibi omnia lector
Portat opus Phæbo, Aonijs, Aeuoq. dicatum.





A D A G I A,

QVAECVNQVE AD HANC DIEM EXIERVNT, ACCVRATE NUPER EMENDATA.



QVID SIT PAROEMIA.



PAROEMIA, definitione Donato, est accommodatum rebus temporibusque prouerbium. Diomedes autem finit hunc ad modum, Parœmia est prouerbij vulgaris usurpatio, rebus temporibusque accommo-

data, quum aliud significatur quam dicitur. Apud Græcos scriptores varia feruntur finitiones. Anonnullis describitur hoc pacto, παραίμα ἐστὶ λόγος ὁ ἐλπίμος ἐν τῷ βίῳ, ἡ περὶ τῆς μετρίας καὶ τοῦ χρησίου ἐχὼν ἐν αὐτῇ. id est, Prouerbium est sermo ad vitæ rationem conducibilis, moderata quadam obscuritate, multam in sese continens utilitatem. Ab alijs hoc finitur modo, Παραίμα ἐστὶ λόγος ἡ περὶ ἀπορίας τῶν πραγμάτων. id est, Prouerbium est sermo rem manifestam obscuritate tegens. Neque clare est, compluribus alijs, & apud Latinos & apud Græcos parœmia finitiones extare: verum eas omnes hic referre non arbitratus sum operepretium fore, cum quod in hoc opere præcipue propositum sit, breuitatem illam, quam a docente requirit Horatius, ubique quoad licebit sequi: tum quod eandem serè cantilenam canunt, eodemque recidunt, maxime quod inter tam multas nulla reperitur quæ vim naturamque prouerbij sic complectatur ut nō aliquid vel redundet, vel diminutum sit. Si quidem Donatus ac Diomedes (ut interim alia non excutiamus) in omni parœmia requirere videntur inuolucrum aliquod: ut quæ eam allegoriæ speciem fecerint. Deinde γινώσκων, id est sententiale quiddam, expectat, quum addit, Rebus temporibusq; accommodatum. Græcorum item quotquot sunt finitiones, aut sententiam ad vitam instituendam conducibilem, aut methaphoræ testoriorum admiscunt: quædam utrumque cum altero coniungunt. Atqui permulta reperies apud ἁπαντῶντες (id est neutiquam violandæ authoritatis) scriptores, prouerbij nomine citata, quæ nulla methaphora tegantur. Rursum non pauca quæ nihil omnino pertineant, ad institutionem vitæ, & a sententiæ ratione prorsus excluduntur, quod aiunt, dissideant. Exempla pro multis duo suffecerint. μὴ δὲ ἄλλω, ne quid nimis, nemo non ponit inter adagia, nihil tamen habet integumentum. Et, τίς αὖ ποτὶ θυρᾶς ἀμάρτε, hoc est, Quis aberret a foribus? ab

Aristotele parœmia titulo refertur: at id non video quid conferat ad vitæ rationem. Iam vero non omne prouerbium allegoria quapiam tegi, vel ex Fabio liquet cuius hæc verba sunt, libro Instit. 5. Cui consine est πικρὸς γένος illud, quod est velut fabella breuior. Videlicet palam indicat & alia parœmiarum esse genera quæ non sint allegoriæ consines. Quanquam haud inficis iuerimus, maximam adagiorum partem aliqua methaphoræ specie fucatam esse. Tum optimas fateamur eas, quæ pariter & translationis pigmento delectent, & sententiæ prosint utilitate. Verū multo aliud est, commendare parœmiam, & quænam sit optima de monstrare: aliud, quid ea sit in genere, definire. Nobis (quod grammaticorum pace fiat) absoluta & ad nostrum hoc institutum accommodata parœmia finitio tradi posse videtur ad hunc modum, Parœmia est celebre dictum, scilicet quapiam nouitate insigne. Ut dictum, generis: celebre, differentiæ: scita quapiam nouitate insigne, proprii vicem obtineat, quandoquidem his tribus partibus perfectam constare definitionem, dialecticorum consensus est.

Quid Parœmiæ proprium, & quatenus.

ITA QVE peculiariter ad prouerbij rationem pertinet duo, τὸ ἐν ᾧ ἐμμεν καὶ καὶ νόθος, hoc est, uti celebratum sit, vulgoq; iactatum. Nam hinc etiam parœmiæ Græcis vocabulum, videlicet ἀπὸ τοῦ αἰμας τοῦ ἁδός, ὡς ποιεῖται παρὰ πολλοὺς, quod passim per ora hominum obambulet: & adagij Latinis, quasi dicas circumagium, auctore Karrone. Deinde scitum, ut aliqua ceu nota discernatur a sermone communi. Neque enim protinus, quod populari sermone tritum sit, aut figura nouatum, in hunc catalogum adlegimus: sed quod antiquitate pariter & eruditione commendetur. id enim scitum appellamus. Quibus ex rebus accedat nouitas adagij, mox ostendemus: nunc quot modis celebritas contingat, paucis indicabimus. Veniunt igitur in vulgi sermonem vel ex oraculis numinum: quod genus illud, οὐτε τί τοι, οὐτε τί περ τοι, id est, neque tertij, neque quarti. Vel a sapientum dictis, quæ quidem antiquitas oraculorum instar celebravit. quale est illud, ἀσκολατὰ καλὰ, hoc est, ardua quæ pulchra. Vel a poeta quopiam maxime vetusto: ut Homericum illud,

ἔχεν δὲ τὴν νῆπιον ἰγνῶ. id est,

Rem factam etiam stultus intelligit.

Item illud Pindaricum,

ποτὶ κύντων λακτίσμεν.

Contra stimulum calcitrare.

Μὰ τὴν μοῖαν, μὰ τὴν μοῖαν.

id est,

Ex illud Sapphus,

id est,

commerce

Neque mel mihi, neque apis.

SI QUIDEM dualingue adhuc incorrupte manerēt, poetarum versus in conuiuiis etiam caneantur. Vel e scena, hoc est, tragicorum & comicorum actis fabulis: quod genus illud ex Euripide, αὐτὸ παραμῦθον, rursum illud ex Aristophane βέλτε καὶ γέλαστος. Præcipue vero comædia mutuo quodam commercio & usurpat pleraque iactata vulgo, & gignit, traditque vulgo iactanda. Nonnulla dicuntur ex fabularum argumentis, ut ἀπὸ δανιδῶν, πῖσις, ex Danaidum fabula. ἀδύ κωμῶν, Orci galea, ex fabula Persei. Quædam trahuntur ex apologis: è quibus illud, At non videmus mantice quod in tergo est. Aliquot ex euentu nascuntur: sicut hoc, ἀλλὰ μὲν Ἀδύκων, ἀλλὰ δὲ Ἀδύκωνος οὐκ ἔστιν, id est, Alia Leucon, alia Leuconis asinus portat. Ex historiis aliquot mutuo sumpta sunt: quorum est illud. Romanis sedendo vincit. Quædam profecta sunt ex apophthegmatibus, hoc est, scire breuiterque respondis: sicut illud,

Οὐκ αὐτὸς ὡτὶ οὐκ ἔχει, σάμην ἄλλῃ

Qui semet ipse non habet, Samum petit.

Sunt quæ ex verbo temere dicto sunt arrepta: velut, & φερὶ τῆς ἐπικλῆσθαι, id est, non est cura Hippocli di. Denique mores, ingenium seu gentis, siue hominis alicuius, siue etiam animantis: postremo rei quoque vis quæpiam insignis, ac vulgo nota, locum fecerunt adagio: cuiusmodi sunt, τυρεὶ περὶ φινικας, id est, Syri contra Phænices. ἀλλὰ μὲν, pro eo quod est, fite reu sare quod accipere cupis, et ἀλλὰ μὲν ἑδωκεν ὁ κτήνη, id est, vulpes non capitur muneribus, & δὲ κτήνη οὐκ ἔστιν, Bis crambe mors: & κλημνίς ἀγυμνία, Clematis Aegyptia.

Q V I B V S E X R E B V S
accedat nouitas Parœmiæ.

PA M quod de nouitate diximus, id neutiquam simplex est. Nam hanc nonnunquam ipsa res secum adfert, ut κροκόδιος δάκρυα. Crocodili lachrymæ. Nonnunquam eam figura conciliat: quum per omneis ferme schematum species adagium varietur, quas singulatim persequi non est necesse. eas duntaxat attingamus quas frequentissime recipiunt. Metaphora penè semper adest: multis autem partes ea complectitur. Allegoria non minus crebra: quanquam & hæc quibusdā metaphora species est. Exemplum prioris, Res omnis in vado est. Posterioris, λύκος ἔχρυεν. Lupus hiat. Nec infrequens hyperbole, velut γυνώσκεις λιθὸν ἰδὲς, id est, Nudior exuuiis serpentis. Nonnunquam usque ad ænigma peruenit; quod, auctore Quintiliano, nihil aliud est quàm obscurior allegoria, quod genus, πῶς ἔστιν παρὰ τὸν, id est, dimidium plus toto. Nonnunquam allusio venerem adiungit parœmiæ, veluti, βέλτε οὐ γὰρ, id est, Sic ferito. & σὺ δὲ διέχρησιν, id est, Duobus simul euntibus.

Οὐκ οἶσιν ἐμὲ γέροντες κακῶν τ' ἀγῶντες τί τιναται.

Ædibus in proprijs quæ recte prauæ fiant.

Aliquoties αὐτὸ δὲ λέγει καὶ ἰδὼμα, id est verbi proprietatis, prouerbij simulachrum addit, ut αὐτὸν κακόν, id est, ingens malum. Fit interdum ut ipsum ἀμφίβalon, hoc est ambiguitas, decus apponat prouerbio. Cuius generis est, βέλτε ἐπὶ γλώσσῃ, id est, Bos in lingua. & ὅτι μὲν ἐν πῖσι, id est. Quæcumque Mus in Pisa. Si

quidem bos & animal significat & numi sma. Mus itē animantis est nomen, & itē n athlete cuiusdam vocabulum. Et Pisa nomen urbis, accessione literæ autem, picem significat, πῖσις. Nonnunquam ipsa cloquendi nouitas parœmiam efficit, ut ἐν αἴνῳ ἀλυσία, id est, In vino veritas. Nam si dicis ebrios vera loqui, non videbitur adagium. Item si dicis, Sine cibo & potu languet libido, non habebit adagij faciem. Contrā, Sine Cerere & Baccho friget Venus, nemo non agnoscit adagij speciem. Quamquā hæc ipsa nouitas, ut omnis alia, proficiscitur à figura. Decorat interim & anti quitas, ut ἔγγυα, πᾶσι δ' ἀμ, Sponde, sed præsto est iactura. Denique in parœmiis omneis τὸ γλῶσσος, id est, ridiculi, formis inuenies. Sed hæc minutim persequi, moleste cuiusdam diligentis fortè videatur. Tamen si de figuris prouerbiis paulo post aliquanto copiosius dicturi sumus.

Q V O M O D O P A R O E M I A D I F F E R A T A B I I S, quæ videntur illi confinia.

S V N T autem quædam affinia parœmiis, puta γινώμαι, quæ nostri sententias appellant: ad hæc αἰνὸι qui à nostris apologi vocantur: tum ἀποφύγματα, quæ Latine, breuiter ac scite dicta, vertere licebit: præterea σκώμματα, id est false dicta. Denique quicquid allegoriam aut aliam quampiam figuram prouerbialem, seu personam, præ se gerit. Ea tamen si difficile non sit ab adagiorum genere secernere, si quis ad finitionem, tanquam ad gnomonem, & regulam, vnumquodque notit applicare: tamen quo faciamus satis etiā imperi floribus, haud grauabimur rudius et pinguiore, quod autem, Materua rem explicare: ut planè constet quid in hoc opere simus sequuti. Primum inter sententiam & parœmiam eiusmodi ratio est ut utraque cum altera coniungi, utraque rursus ab altera queat seiungi, non aliter quàm album ab homine. Ut enim non statim album quod homo, neque protinus homo quod album: nihil tamen vetat id album esse quod sit homo: Ita non raro fit ut sententia parœmiam complectatur: at non statim quod parœmia fuerit, idem erit & sententia: neque contra, velut,

Αὐτὸ τὰ δεῖσθαι quod habet, quā quod nō habet, &

Πάσχειν in viuis liuor, post fata quiescit:

non ut sententiæ sunt, ita sunt & adagia. E diuerso: Ego in portu nauigo, ut est prouerbum, ita sententia non est. Rursum, αὐτὸ πᾶσι τὸ μὲν χαίρειν, id est, ne puero gladium, pariter & parœmiæ sententiæ, rationem complectitur, denique & allegoria. Neque de fuisse tamen, potissimum apud Græcos, qui grauati non sunt operam in hoc genere sumere, γινώσκοντες, id est sententiarum collectionem, conscribentes. αἰνὸν Ἀφθονίους in Progymnasmatibus simpliciter μῦθον, id est, fabulam. vocat. huic sunt, ut ait, varia ex inuentoribus cognomina, συβρίτης, κίλξ, κύπρις, αἰσώπις. Quintilianus αἰνὸν ait à Græcis appellatὸν λόγον μυθικόν, αἰσώποισιν, à Latinorum nonnullis apologationem, non satis in usum recepto nomine. Neque negat αἰνὸν, parœmiæ confinem esse, verum ita distinguit, ut αἰνὸς, totus sit apologus: parœmia, veluti fabella breuior. Exempli loco posuit, Nō nostrum onus, bos elitelas? Ad hunc quidem modum usurpauit Hesiodus,

Νῦν δ' αὖτις βασιλῆος ἐξέωρεται καὶ αὐτοῖς.

Ως

Ωδ' ἴσ' ἐπὶ πρὸ τῆς πινυμένης ποικιλόδην. id est,
AEnon principibus referam, norint licet ipsi.
Vocalem accipiter sic affatus philomelam est.
Vtitur eundem ad modum & Archilochus, & Calli-
machus. Etiam si Theocritus ἐκ κωϊστικῆς αἰσῆς pro pa-
ramia videtur vsurpasse,

Αἰ τοὺς δὲ λέγει τὰς τρεῖς καὶ τὰς ἑκατὶ ὅλως.
Iam verò apophthegmata non alio discrimine diffidēt
a paræmiis, quàm sententiæ. Quomodo enim
illud, ὅς αὐτὸς αὐτὸν ἐκ ἑχέως ἀμύνει, simul & ada-
gium est et apophthegma: ita illud Simonidis ad quē-
dam in conuiuio tacentē, εἰ μὴ ἁλῆτος εἰσοφῶν πᾶν γὰρ
ποιεῖς, εἰ δὲ σοφῶν, ἁλῆτος. id est, Si quidem stultus es, sa-
pientem rem facis: si verò sapiens, stultam. Item il-
lud, Decet Cæsaris uxorem non solum crimine, verū
etiam criminis suspitione vacare, apophthegma quidē
est, at non item paræmia. Item, Soles duabus sedere
sellis, simul & prouerbum & λοιδορίον est. Contra,
Mater nunquam, pater persape. Item illud Turonij,
Ad molas sunt, σκόμμα quidem est, at non item ada-
gium. Quanquam sunt in hoc genere quædam adeo
commode dicta, vt facile possint in adagiorum ordinem
ascisci: velut illud, μέχρι θωμῶν φίλος εἰμι, id est, Vsq-
ue ad aras sum amicus. Adest enim simul & breui-
tas & sententia & figura. Hæc paulo verbosius in-
culcauimus, ne quid a nobis in hoc expectetur opere,
nisi quod sub paræmiæ cadit appellationem: neque quis
per negligentiam præteritū existimet quod prudentes
consultos, tāquā ab argumēto alienū, prætermisimus.

Commendatio Prouerb. a dignitate

PORRO autem ne quis hanc doctrinæ partem, tāquam
nimium humilem, & impendio facilem, peneq; pueri-
lem, fastidiat, atque aspernetur: paucis exponamus
quantum hac, sicuti videntur, minutula, apud antiquos
illos obtinuerint dignitatis: deinde quantum adferant
commoditatis, si quis in loco sciteq; utatur: postremo
non usque adeo cuiuslibet esse, recte prouerbis uti.
Principio, cognitionem adagiorum non in postremis
habitam apud summos viros, vel illud sat argumenti
est, quod primi nominis auctores nō indigna duxerint
de quibus diligenter voluminibus aliquot conscribere-
rent. Quorum primus est Aristoteles, nimirum tantus
philosophus ut vnus hic pro multis sufficeret. reliquit
is, teste Laertio, de paræmiis volumen vnum. Chry-
sippus item ad Zenodotum duos de prouerbis libros
conscripsit. Scripsit eadem de re Cleantes. Quorum
vrorum si labores extarent, nobis non fuisset necesse
tanto sudore quadam ex minutis istis scriptoribus, &
ipsidem, vt indigentibus, ita deprauatissimis etiam,
expiscari. Reperiuntur nonnulla prouerbiorum colle-
ctanea Plutarchi nomine, sed paucula, eaq; ferme nu-
da. Inter paræmiographos subinde citatur tum ab
alijs, tum ab Athenæo in Dipnologia, Clearchus So-
lensis, Aristotelis auditor, & Aristides: deinde Ze-
nodotus, qui Didymi Tarrhæique paræmiæ in compen-
dium redegit. Citantur & Theophrasti proueria in
commentariolis Demosthenis. Vnde liquet & illos
hiscē de rebus commentarios reliquisse. Neque nos fu-
git, id operis Zenobij nomine circūferri: verum quo-
nam inueniuntur quadam apud Aristophanis inter-
pretem, Zenodoti eius qui Didymum ac Tarrhæum in

compendium redegerit, nomine relata, quæ ad verbum
in huius commentarijs leguntur, citra fraudem esse
quod is, quocūque fuerit nomine (quid enim refert?)
in hoc opere, Zenodoti titulo adducetur. Hic præter
alios Milonem quendam paræmiographum allegat. Ci-
tatur & Dæmon quissiam, cum ab alijs compluribus,
tum ab eo, qui dictiones aliquot ex orationibus Demo-
sthenis est interpretatus: qui multos de prouerbis li-
bros videtur composuisse. nam citatur liber 40. Extat
& Diogeniani collectanea. Hesychij præfatio testatur
ab ipso copiosius explicata proueria, quæ nudius re-
censuisset Diogenianus. etiam scopus ipsum pugnat cū
suo prologo: quum is nomenclaturam auctorum pro-
teatur, & prouerbiorum argumenta: hic ita nudus sit
vt nihil esse possit magis. unde in coniecturam adduci-
mur, opus hoc copiosius ab authore descriptum, post
ab alio quopiam in compendium contractum. Sui-
das, qui & ipse in hoc numero ponendus est, Thea-
retum quendam adducit qui de prouerbis conscripse-
rit. Nec illud argumentum leue, quod inter bonos au-
thores ut quisque fuit eruditissimus eloquentissimūq;
ita quamplurimum adagiorum suis libris aspersit. Es-
ut a Græcis exordiar, quid magno illo Platone ne di-
cam diuino, περὶ μωδὲς εἶναι, ut sic dixerim? Aristote-
les, serius alioq; philosophus, haudquaquam grauatur
suis illis disputationibus paræmiis crebras, ceu gem-
mulas, intertexere. Quem quidem sicut in cæteris,
ita hac quoque in parte Theophrastus est amatus.
Plutarchus gravis ac penē tetricus author, quā mult-
tis undique scatet adagijs? quem nec piguit inter pro-
blemata quasdam paræmiæ & proponere & excute-
re: idque Aristotelis exemplo. Iam ut ad Latinos ve-
niamus, omisis utroque in genere grammaticis ac poë-
tis (nisi si quis in his M. Varronem existimat annume-
radum, qui Menippeis illis suis prouerbiales indidit tā-
tulorū: vt planē consentaneum sit illum argumenta fa-
bularum non aliunde quā a prouerbis sumpsisse mu-
tuo) Romani principes non existimarunt inferius ef-
se maiestate imperiali, vt magnis de rebus consulti,
prouerbio responderent, quod etiam nunc extat in Di-
gestis, εἰ πᾶσι, εἰ πᾶσι, εἰ πᾶσι, id est,
Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. Apud Græ-
cos hoc adagium fertur, ἐκ τῆς καρπὸς τοῦ ἀνδρός γινώσκει
σκε, id est, & fructu arborem iudico. Pittacus philoso-
phus consultorem suum ad pueros turbine ludētes mi-
dit, a quibus de dūcenda uxore prouerbio doceatur, au-
diatq;, τὸ κατὰ σῶμα ἴλα Theognides autem.

ὅτι δὲ πᾶσι ὁ δόξαι

Οὐδ' ἂν πάντας ἀνδρῶν, εἰ ἀνδρῶν id est,

Non etenim cunctis placeat vel Iuppiter ipse,

Seu mittens pluuiam, seu cohibens pluuiam.

Quod si quem mouet antiquitatis autoritas, nullum
doctrinæ genus antiquius fuisse uidetur quā paræ-
miarum. In his ceu symbolis tota ferme priscorum phi-
losophia continebatur. Quid aliud veterum illorum
sapientum oracula quā proueria? quibus tantum
honoris habitum est olim, vt non ab homine profecta
sed cælitus delapsa viderentur. E cælo, inquit Iuena-
lis, descendit, γινώσκει σκε, id est, nosce te ipsum. Pro-
inde pro foribus templorum veluti digna dijs inscribe-
bantur: passimq; columnis, ac marmoribus insculpta
visabantur, tanquam immortalī digna memoria. Quod

a q si minu-

si minutula quæpiam res videtur adagium, meminerimus ista non mole sed pretio æstimari oportere. Quis enim sanus non pluris faciat gemmulas, quamvis perpustillas, quam saxa quadam ingentia? & ut, authore Plinio, in minutissimis animantibus, velut araneolo cu liceq, maius est natura miraculum, quam in elephanto, si quis modo propius contempletur: itidem in re literaria nonnunquam plurimum habent ingenij quæ minima sunt.

Ad quot res utilis Paræmiarum cognitio.

RELICVVM est. ut. paucis ostendamus, non minus utilitatis inesse proverbiis quam olim adfuerit dignitatis. Conducit autem paræmiarum cognitio, cum ad alia permulta, tum potissimum ad quatuor: ad philosophiam, ad persuadendum, ad decus & gratiam orationis, ad intelligendos optimos quosq; authores. Principio ne cui mirum videatur quod proverbia dixerimus ad philosophiam scientiam pertinere, Aristoteles apud Synefium existimat nihil aliud esse paræmias, quam reliquias prisce illius philosophiæ, maximis rerum humanarum cladibus extinctæ, easque servatas esse, partim ob compendium brevitatemq, partim ob festivitatem ac leporem: ideoq, non segniter nec oscitater, sed pressius ac penitus inspicendas, subesse enim velut igniculos, quosdam vetusta sapientiæ, quæ in peruestiganda veritate multo fuerit perspicacior, quam posterores philosophi fuerint: Plutarchus item, in commentario cui titulum fecit. Quo pacto sint audiendi poeta, veterum adagia simillima putat sacrorum mysteriis, in quibus maxima quæpiam res ac divina minutulis & in specie penè ridiculis ceremoniis significari solent. His enim tam breuibz dictis per involutū quoddam eadem innuimus, quæ philosophi principes tot voluminibus iradiderunt. Neque enim aliud sibi velle paræmiam illam Hesiodiani, πλεονέμειον παρτοε, quam quod Plato tum in Gorgia, tum in libris Politicis, tam multis argumentis conatur ostendere, βέλτιον ἢναι τὸ ἀδικεῖν τῇ ἀδικεῖν. id est, Satius esse iniuriā admittere, quam iniuriā inferre.

Ad persuadendum conducere Prouerbia.

QVOD si cui satis non sit ipsum sapere, verum etiam aliis persuadere cupiat quam non inutilis sit hæc proverborum suppellex, vel Aristoteles ipse satis declarat, qui non semel in rhetorices præceptis, paræmias inter testimonia connumerat. Quemadmodum, inquit, si quis suadere velit ne cum homine sene copulet aliquis necessitudinem, utitur huius proverbiū testimonio, μηδὲν ὁ γέροντι γίγνηται, id est, Ne vñquam beneficias seni. Rursum si quis persuadeat ut liberos item interficiat qui parentem occiderit, huic usui futurum est hoc proverbium.

Νὰ πῶς ὁ πατήρ κτείνε, παῖδες κατὰ πόλιν, id est,

Stultus qui natos occiso patre relinquit.

Quantum autem adferant ad persuadendi facultatem momenti testimonia, cui non cognitum est? Neque mediocriter conducunt sententiæ. At inter hæc quoque idem proverbia collocat. Quintilianus item in Institutionum libris, compluribus locis proverborum mentionem facit, tanquam non vna ratione ad bene dicendum conducentium. Nam quinto libro paræmias

exemplis coniungit, ut parem cum illis vim obtinentes, quorum est vel præcipua. Rursum easdem eodem in libro in argumentorum genere collocat, quas Græcæ κερσιν appellant. Quorum & frequentissimus usus, & ad persuadendum movendumq, non mediocris utilitas. Quin magis ipsa Fabij verba libet adscribere. Nec hæc quidem, inquit, vulgo dicta & recepta persuasioni populari, sine usu fuerint testimonia. Sunt enim quodammodo vel potentiora etiam, quod non causis accommodata, sed liberis odio & gratia mentibus, ideo tantum dicta factaq, quia aut honestissima aut verissima videbantur. Paulog, inferius, Ea quoque quæ vulgo recepta sunt, hoc ipso quod incertum auctoribus habent, velut omnium sunt. Quale est, Vbi amici, ibi opes. Et, Conscientia mille testes. Et apud Ciceronem, Pares cum paribus, ut est in veteri proverbio, facillimè congregantur. Neque enim durassent hæc in æternum, nisi vera omnibus viderentur. Hactenus Fabij verba retulimus. Idem autem paulo post deorum oracula paræmiis subnectit, velut his affinia cognatq;. Iam quid M. Tullius, nonne in actione pro L. Flaccō, proverbio fidem testibus abrogat? id est hūϊσιν ὁδὸν; & κατὰ τὸν κινδύνον, id est, In Care periculum. Annon in eadem totius gentis Græcorum in ferendis testimoniis fidem, eleuauit hoc proverbio? Da mihi testimonium mutuum. Quid quod ipsi etiam philosophi passim suas rationes proverbiis fulciunt? Quo minus mirandum si frequenter historiographi narrationis fidem ex adagio quopiam petunt. Adeo quod in literis intercidit, quod titulis, quod colossis, quod marmoribus seruari non potuit, proverbio seruatur incolumiter: & hæc obiter adagiorum laudem indicet quod τὸ πιθανόν, id est probabilitas, ad persuadendum vel primas obtinet partes, quia, quæso probabilius quam quod nemo non dicit? Quid verisimilius qd id quod tot ætatis tot nationū consensus & velut idem suffragium cōprobant? Inest nimirum, inest in his paræmiis nativa quadam & genuina vis veritatis. Alioquin qui fieri potuit ut eandem plerunque sententiam in centum dimanasse populos, in centum videamus transfusam linguas: quæ ne tot quidem seculis, quibus nec pyramides obstitissent, vel interierit, vel consenuerit? ut merito dictum illud videatur, Veritate nihil esse robustius. Deinde sit nescimus quo pacto, ut sententia proverbio quasi vibrata, feriat acius auditoris animum, et aculeos quosdam cogitationum relinquat infixos. Nam longe minus tanges animum, si dixeris. Caduca & brevis est hominis vita: quam si proverbium cites, Homo bidla. Postremo quod de risu scribit Fabius, maximas difficultates causarum, quæ nullis argumentis dissolui queant ioco eludi: id vel maxime præstat paræmia.

Ad ornatum conducere Paræmiam.

Porro quantum vel dignitatis vel veneris adiungat orationi tempestiuus proverborum usus, non pluribus explicandum. Primum enim quis non videt quantum maiestatis vel ex ipsa antiquitate conciliant orationi? Tum si quod schema, quod amplitudinem ac sublimitatem apponat sermoni, rursum si quod ad gratiæ dictionis facit: denique si qua ratio festiuitatis (quum paræmia plerunque per omnes figurarum species per omnes facetiarum formas varietur) nimirum quicquid illa

illa solent adferre, conscret, ac genuinam quandam peculiaremque gratiam de suo insuper adiungit. Proinde si scitè & in loco intertextamur adagia, futurum est ut sermo totus et antiquitatis ceu stellulis quibusdam luceat, & figurarum arrideat coloribus, & sententiarum nitcat gemmulis, & festiuitatis cupediis blandiatur: denique nouitate excitet, breuitate delectet, auctoritate persuadeat.

*Ad intelligendos auctores conducere
paræmiam.*

I A M ut non sit alius paræmiarum usus, certe ad intelligendos optimos quosque (hoc est vetustissimos) auctores, non viles modò sunt, uerum etiam necessariae. In quibus cum pleraque sunt deprauata, tum hæ vel deprauatissima sunt: propterea quòd ferè enigmaticum quiddam habeant, ut etiam à mediocriter eruditis non intelligantur: tum quòd plerumque velut ex abrupto interferuntur, nonnunquam etiam mutilatim ut ἀνω ποταμῶν, id est sursum fluminum. Aliquoties unico verbo notantur, ut apud Ciceronem in Epistolis ad Atticum, Sibueni quæso, dum est ἀρχή, id est principium. Indicat autem illud prouerbium.

Ἀρχὴν ἰσθῶν πολὺ λόγον ἢ ἐπαύριον id est,

Principio præstat quam finì adhibere medelam.

Hæc itaque multum offundunt tenebrarum, si ignorentur. At rursum lucis plurimum adferunt si fuerint intellectæ. Denique fit nonnunquam ut scriptor tacitè ad prouerbium alludat: quod si nos sugerit, etiam si vi debetur intellecta sententia, tamen magna voluptatis pars aberit, ignorata paræmia.

Quod genus est Horatianum illud.

-equus ut me portet, altat rex.

Et apud Vergilium,

-fatis nunquam concessa moueri,

Aparet Camarina procul

Subest enim in illo prouerbium, ἵππος μὲν φέρει, βασιλεύς μὲν τρέφει, in hoc, μὴ κινήν τινι καμαρίῳ.

Commendatio à difficultate.

QUOD si iuxta prouerbium, δύσκολα τὰ καλὰ, easque, vulgo ceu fastidiuntur, quæcumque facilia videntur: ne quisquam arbitretur usque adeo proclive, vel intelligere vel sermoni paræmiā intexere. Siquidem ut non mediocris est artificij, gemmulam scitè includere anulo, et aurum purpuræ intexere: ita non est cuiusvis paræmiā apte decenterque orationi inferere. Quodque Fabius scribit de risu, nihil affectari periculosius, idem de prouerbio non iniuria dixeris. Etenim in huiusmodi, quemadmodum et in musica, nisi summum præstes artificem, ridiculus fis: & aut laudem eximiam, aut risum aufertas oportet.

Quatenus utendum adagiis.

PROINDE quatenus quibusque modis uti conueniat adagiis, indicabimus. Ac primo loco meminisse oportebit, ut quod eleganter Aristoteles in commentariis rhetoricis admonuit de adhibendis epithetis, id nos in usurpandis adagiis obseruemus: nempe ut illis utamur non tanquam cibis, sed veluti condimentis, id est, non ad sa-

tietatem, sed ad gratiam. Præterea ne quonvis inferamus loco, quemadmodum enim ridiculi in sit si quibusdam locis gemmam alligaris: uidem aliquid si non suo loco adhibueris adagium. Quod verò Fabius libro institutionum 8. de sententiis usurparis præcepit, id totidem ferme verbis de paræmiis præcipi queat. Primum, ne, quemadmodum dictum est, nimis crebriter utamur. Densitas enim earum obstat inuicem, quo minus eluceat, quemadmodum nec pictura, in qua nihil circumlitum est, eminet, ideoque artifices etiam, quæ plura in una tabulam opera conferunt, spatij distinguunt, ne umbræ in corpora cadant. Subsistit enim omnis paræmia, ideoque post eam utique aliud est initium. Unde soluta ferè oratio est, et è singulis non membris sed frustis collata, structura caret. Porro ut adfert lumen clauus purpuræ in loco insertus, ita certè neminem deceat intertexta pluribus notis reſtis. Accedit hoc quoque incommodi, quod crebras captanti paræmias, nonnullas necesse est admiscere vel frigidas vel coactas. Non enim potest esse delectus, ubi de numero laboratur. Postremò gratiam amittit quicquid aut immodicum est aut intempestiuum. In epistolis tamen familiaribus licebit paulo liberior hoc genere ludere: in oratione seria, sicuti parcius, ita et accuratius adhibenda.

Variū prouerbium usus.

HOC in loco non abs re futurum arbitramur, si paucis velut indicabimus quibus rationibus variari queat paræmiarum usus, ut possis idem adagium alia atque alia forma producere. Principio, nihil vetat interdum quominus idem dictum ad complures sensus accommodes: ut illud τριποδὲς πίθος, id est, pertusum dolium, vel ad obliuionem, vel ad profusum, vel ad auarum, vel ad futilem, vel ad ingratum traduci potest. Effluit enim quicquid infuderis in animum immemor: apud prodigum nihil durat: auari cupiditas nunquam expletur: futile & garrulus nihil continet: perit quicquid contuleris in hominem ingratum. Nonnunquam per iracundiam ad contrarias etiam sententias deflectitur: quod genus si de mendacissimo quopiam loquens, dicas, ἀκούει τὰ ἐκ τριποδὲς, id est, Audi è tripode dicta. Fit interim ut unius voculæ commutatione diuersis conueniat, ut ἰχθὺν ἄδωρα δόρα, id est, Hostium munera non munera: &, πνικτῶν ἄδωρα δόρα, καλὰ καὶ ἄδωρα δῶρα, πνικτῶν ἄδωρα δόρα. Ut idem adagium ad hostes, ad pauperes, ad assentatores, ad poetas deflectatur. Nam hostium munera perniciem adferre creduntur. & si quid donant pauperes, aut adulatores, aut poeta, captationes sunt verius quam munera. Breuiter ad omnia in quæ quocumque modo hæc similitudo competit, accommodes licebit. Illa ratio ferè communis omnibus, quoties à persona ad rem aut contrà fit deflectio. Ad personam, hoc pacto, Prouerbium est, μὴδ' Ἡρακλῆς πρὸς δύο, id est, ne Hercules quidē aduersus duos: ego verò Theseus magis quam Hercules, qui possim utrique respondere? Ad rem torquetur hoc modo, prouerbio dictum est, μὴδ' Ἡρακλῆς πρὸς δύο, ego qui possim pariter & morbo & inopiā toleranda par esse? Variatur & inuersione prouerbium, ut dictum est, μὴδ' Ἡρακλῆς πρὸς δύο, & tu vnus contra duos Hercules audes congregi? Item hoc pacto, Contra tritum

Græcis prouerbium, expectatis carbonibus thesaurum
reperi. Et, Commutatimus, non χρυσία χαλκείων, id
est aurea æreis: sed planè χαλκία χρυσείων, id est ærea
aureis. Præterea nonnunquam explicatur adagium
& confertur; nonnunquam simplex allegoria refer-
tur. Aliquoties etiam mutilum proponitur, ut si quo
respondente quod nihil ad rem pertineat, dicas, ἄρα
ἀπὸ τοῦ, id est falces postulabam. Et apud Ciceronem,
τὰ μὴ δίδμεν, id est, quæ dantur. Interim satis est
unico verbo allusisse, ut apud Aristotelē, omnes
eiusmodi inter ipsos κερμαίς, id est, figuli.

De Figuris Prouerbialibus.

RELIQVVM est ut ad paræmiarum catalogum accingamur, sed si prius figuræ aliquot prouerbiales ostenderimus. Quædam enim dicta sunt specie non magnopere prouerbiali, quædam autem παροιμιαί (id est prouerbiali) figura, ut facile possint in paræmiarum ordinem cooptari. Igitur in totum, prouerbiorum generi confinis est omnis sententia, præterea metaphora, peculiariter allegoria: & in his præcipue quæ sumuntur à rebus insignibus, & vulgo celebratis: ut à nauigatione, à bello. Quod genus sunt illa, secundis nauigare ventis, naufragium facere, uertere vela, tenere clauum, & exhaurire sentinam, & tradere uentis vela, contrahere vela. Item illa, bellicum canere, & uorsis gladijs pugnare, receptui canere; cominus atque eminus pugnare, conferre pedem, conferre manus, atque id genus alia sexcenta, Quæ si paulo longius traducantur, abeunt in paræmiæ formam. Item quæ ducuntur à rebus notis ac vehementer quotidiana sensui familiaribus: ut quoties corporis gestus ad animi rem transferuntur, cuiusmodi sunt, premere pollicem, pro fauere: corrugare frontem, pro moleste ferre: ringi, pro indignari: exporrigere frontem, pro hilarescere. Præterea quæ trahuntur à sensibus corporis, uelut olfacere, pro resciscere: degustare, pro experiri. Prouerbij serè faciem habent quoties quæ sunt attribus peculiaria uocabula, aliò detorquentur, ut sic dix πασών, id est, bis per omnia, à musicis: ἱε Αχαιῶν, id est, ex dimetiente, à mathematicis. item, sesquipedalia uerba, in eudi reddere, à fabris ærariis: ad amnussim, à fabris lapidariis: nullâ lineâ duxi, à pictoribus: extremum actum adiungere, à scenis. Interdum citra figuram tacita allusio prouerbiale quiddam adfert. Eatum crit optima quoties ad authorem aut rem spectat magnopere celebrem, nulliq; incognitam, qualis est apud Græcos Homerus, apud Latinos Vergilius. Quod genus est illud apud Plutarchum, ἐπιμαρτυρεῖς κτὼν ἡλκίωνι ποταμῷ τ' ἀχαιοῖς τὴν πείρωτιν, id est, Quandoquidem testes sanè Platoni multiq; boniq; adsunt: Allusum est enim ad morem sacrorum, in quibus sacerdos dicere consueuit, τίς τὰς; id est, quis hic? Deinde qui aderant, respondebant, ποταμῷ τ' ἀχαιοῖς τὴν πείρωτιν. id est, Multiq; boniq; adsunt. Item illud apud Ciceronem ad Atticum, ἑὼς τὴν δὴ ἱερουσόλῳ, id est, Simul duobus euntibus. Et apud Lucianum, ἱστῶν πᾶσις, id est, medicorum filij, pro medicis ipsis. Accedunt ad prouerbij speciem & illa, bucolico carmini familiaria, ἀδωατα, ἀγχαῖα, ἴτοπα, ῥομοιχ, ἱερὰ γὰρ, id est, impossibilia, nece furia, absurda, contraria, similia,

Ἀδω' αὖτε sunt eiusmodi,
 Ἀλλ' ἴσως ἦδ' ὁ μῶχος ἐπ' ὄνι κύματα μετῶν. id est,
 Sed labor adsimilis metiri in litore fluctus.
 Et apud Vergilium,
 Ante leues ergo pascuntur in æthere cerui,
 Et freta destituent nudos in litore pisces.
 Ἀνυχκαῖα sunt huiusmodi,
 Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis annabit.
 Et apud Senecam,
 Lucida dum currunt annosi sidera mundi.
 Ἀποπῶν exemplum hoc erit,
 Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.
 Contrariorum hoc,
 Nunc virides etiam occultant spineta lacertos :
 Me tamen urit amor. Item apud Theocritum
 Ἥλιος σιγῇ μὴ πόντος, σιγῶντι δ' αἶψα.
 Ἀδ' ἱμάδι σιγῇ σιγῶν ἐπὶ τοῖς ὄρεσιν αἶψα. id est,
 Ecce silet maris unda, silent & flamina venti: et
 Haud tamen intra nostra silent præcordia cura.
 Similium,
 Torna leana lupum sequitur, lupus ipse capellam.
 Et apud Theocritum,
 Ἀδὲ πὺν κύτισον, ὁ λύκος πλὴν αἶψα δάκει. id est,
 Capra petit cytisum, sequitur lupus ipse capellam.
 Sunt & alie duæ figurae maximè confines paræmiarū
 generi, quæ constant uel eiusdem aut similis iteratione
 vocis, uel contrariarum contextu. Quod genus sunt,
 ἀπὸ σ' δ' ὠκεῶν κενὸν καὶ οὐρανὸν καὶ ἄρα κενὸν καὶ οὐρανὸν. id est,
 Perdam te malum male, Mali corui malum ouum. Et,
 ἡλίμω σὺ φῶς σὺ φῶς. id est, Alumnus sapiētis sapiens. Id
 quod est apud Græcos comicos pariter ac tragicos penè
 solenne. Et, Eueniunt digna dignis. Amico amicus. Ma-
 lis malus. Bonis bonus, Vterque utrique cordi. Suis
 rex reginæ placeat, Et, Manus manum fricat. Gracu-
 lus ad graculum. Contrariorum genus sic habet, καὶ
 δίκαια καὶ ἀδικία, καὶ καὶ μισῶς. id est, Et iusta & iniusta.
 Probe & improbe, apud Aristophanem, ἔκκοιτι καὶ
 ἀέκοιτι. id est Volentibusq; & nolentibus, apud Plato-
 nem. Item, εἴτεν ἔπος εἴτε ἔργον, id est, Nullum di-
 ctum, neque factum, Apud nostros item, Verum ubi
 fas versum atque nefas. Facta atque insecta cane-
 bat, Quo tropos sic usus est Valerius Maximus, ut ad
 verum sensum non cohæreat, tantum exaggerat: Obte-
 stantem, inquit, se, aduersus omne fas & nefas, quum
 in summò esset imperio, à te equite Romano fuisse tru-
 cidatum. Nam qui consistit ut facinus nefarium dica-
 tur esse factum aduersus omne nefas? Quo iure, quaq;
 iniuria. Quidvis & facere & pati. Digna atque in-
 digna. Quid dixit, aut quid tacuit? Domi belliq;. Pu-
 blicè, priuatim. Quod scis, nescis. Clamq; palamq;. Io-
 caq; & seria. Manibus pedibusq;, Noctesq;, diesq;.
 Quæ prima aut vltima ponas. Neque magnum, neq;
 paruum. Iuuenesq;, senesq;. Diis hominibusq;, pla-
 dentibus. Ad hanc formam pertinent etiam hæc pas-
 sim apud poet. as obuia, παρσβινος ἀπαρσβινος, χνυμφορ νύμ-
 Φη. ἀγαμος γάμος. ἀπῆλιος πόλις. δύω πρὶς παρὶς. δύσδα-
 μῶν. διδάμωσις. ἀδωρεά δωρεά. ἀβίς δος. ἀπῆλιμος πόλις.
 μοις. ἀετος μοις. ἀδωρεός. ἀχαρις χάρις. ἀπλῆστος πλῆστος. i. Vir-
 go non virgo. Sponsa non sponsa. Nuptiæ non nuptiæ.
 Non ciuitas ciuitas. Malus Paris Paris. Infelix fe-
 licitas. Non dona dona. Non metuendus metus. Nō
 bellum bellum. Ornatus inornatus. Ingrata gratia.
 Inopes

temporis Aristarcus. Christianorum Epicurus. Item, Præposterus Cato.

A gentibus, Pæno perfidior. Scythia asperior. Scythotauris inhospitalior. Cretenſi mendacior. Parthis v. anior. Thracibus bibacior. Theſſalo perfidior. Care v. lior. Sybarita ſaſtuoſior. Mileſius effæminator. Arabis ditior. Pygmeo breuior. Arcade ſtolidior.

Ab officiis, Lenone magis periurus. Cinado mollior. Milite glorioſior. Areopagita triſtior. Tyranno violentior. Carnific e immanior.

De Præmollienda Paræmia.

I A M illud, tametsi minutulum humiliusq; videatur, tamen, poſteaquam docendi munus ſuſcepimus, non grauiamur propter imperitiores admonere: videlicet, ut in uſurpandis adagiis meminerimus quod in verbis no uatis aut durius translatis fieri Fabius iubet: id quod ait à Græcis elegantiffimè præceptum eſſe, videlicet περιπιπλήναι τῇ ὑποβολῇ: ita nos oportebit περιπιπλήναι τῇ περιουσίᾳ, hoc eſt, præcaſtigare, & velut occurrere paræmiæ: ſi quando vel obſcurior vel alioqui durior videbitur. Recipit enim hoc genus, ſicuti paulo ſuperius oſtenſum eſt, & metaphoras quantumlibet duras, & nouationes uocum licentioſas, & hyperbolas parum pudentes, & allegorias ad ænigma uſque obſcuras. Græci περιπιπλήναιſιν his ſerme modis: κατὰ τὴν περιουσίαν. ὥς φασι. φασι. τὸ λιγύμενον. τὸ τὸ λόγῳ. ὥς παλαιὸς φησι λόγος. ὅς περ λέγουσιν. ὥς λέγουται. ὥς λέγουσιν. περιουσία. ὥς λέγουσιν. ὥς λέγουσιν. καλῶς ἔρρωται. id eſt, iuxta prouerbum, ut aiunt, aiunt, quod dicitur, quod dici ſolet, ut antiquum ait dictum, ut dicunt, ut dicitur, ut dicimus prouerbio, ut dicunt iocantes, rectè dictum eſt. Iſdem ſerme orationibus utuntur Latini, Aiunt, ut aiunt, ut eſt in veteri prouerbio, iuxta vulgo tritum ſermonem, quemadmodum vulgo dici conſuevit, ut vetus verbum uſurpem, ut adagio dictum eſt, uerè hoc dicunt.

PROVERBIVM.

Amicorum communia omnia.



A τῶν φίλων κοινὰ, id eſt, Amicorum communia ſunt omnia. Ex hoc prouerbio Socrates tolliebat, omnia bonorum eſſe virorum non ſecus quàm deorum. Deorum inquit, ſunt omnia. Boni viri deorum ſunt amici. Et amicorum inter ſe communia ſunt omnia. Bonorum igitur virorum ſunt omnia. Refertur apud Euripidem in Oreſte,

-κοινὰ ὅς τὰ τῶν φίλων. id eſt,

Inter enim amicos cuncta ſunt communia.

Idem in Phæniffis,

-κοινὰ ὅς φίλων ἄχνη. id eſt,

Communis omnis eſt amicorum dolor,

Idem in Andromacha,

Φίλων ὅς δὲν ἴδον, οἷτις φίλοι

Ὁρῶς πεφικας, ἀλλὰ κοινὰ χρεµατὰ. id eſt,

Nam, uerè amicis proprium prorfus nihil:

Sed inter ipſos cuncta ſunt communia.

Terentius in Adelphis, Nam uetus quidem hoc verbum, Amicorum inter ſe communia eſſe omnia. Teſtā

tur & apud Menandrum fuiſſe in eadem fabula. M. Tullius lib. offi. 1. Vt in Græcorum, inquit, prouerbio eſt, Amicorum eſſe omnia communia. Citatur & ab Ariſtotele lib. Moralium 8. & à Platone de Legib. 5. Quo loco conatur demonſtrare, feliciffimum reipub. ſtatum, rerum omnium communitate conſtare: πρῶτον μὲν πόλιν πόλις τί ἐστὶ καὶ πολιτεία καὶ νόμοι αἰετοὶ. ὅς τὴν πόλιν καὶ λιγύμενον αὐτὴν γίνεσθαι κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν ὅτι μάλιστα. λέγεται δὲ ὡς ὄντως ἐστὶ κοινὰ τὰ φίλων. id eſt, Prima quidem igitur ciuitas eſt & reipublicæ ſtatus, ac leges optimæ, ubi quod iam olim dicitur, per omnem ciuitatem quàm maxime fieri poteſt obſeruabitur. Dictum eſt autem uere, res amicorum communes eſſe. Idem ait, felicem ac beatam fore ciuitatem, in qua non audirentur hæc uerba, meum & non meum. Ariſtoteles lib. Polit. 2. temperat Platonis ſententiā, volens poſſeſſionem ac proprietatem eſſe penes certos: ceterum ob uſum, uirtutem & ſocietatem ciuilem, omnia communia, iuxta prouerbum. Martialis lib. 2. iocatur in quendam Candidum, cui ſemper in ore fuerit hoc adagium, quum alioqui nihil impertiret amicis.

Candide κοινὰ φίλων, ſunt hæc tua Candide πάντα.

Quæ tu magniloquus nocte dieq; ſonas.

Atque ita concludit epigramma,

Das nihil, & dicis Candide κοινὰ φίλων.

Eleganter Theophrastus apud Plutarchum in commentariolo cui titulus, πρὸς φιλαδελφίαν, Εἰ κοινὰ τὰ φίλων ἐστὶ, μάλιστα δὲ οἷνές τῶν φίλων εἶναι τὰς φίλεις. Si res amicorum communes, maxime conuenit ut amicorum item amici ſint communes. M. Tullius lib. de legibus primo uidetur hoc adagium Pythagoræ tribuere, quum ait, Vnde enim illa Pythagorica vox, τὰ φίλων κοινὰ καὶ φίλιας ἰσότης. id eſt, Res amicorum communes et amicitiam æqualitatem. Præterea Timæus apud Diogenem Laertium, tradit hoc dictum primum à Pythagoræ proſectum fuiſſe. A. Gellius Noctium Atticarum lib. 1. cap. 9. teſtatur Pythagoram non ſolum huius ſententiæ parentem fuiſſe, uerum etiam huiusmodi quandam uiræ ac ſaculatū communione induxiſſe.

'Amicitia æqualitas. Amicus alter ipſe.

HÆC quoque ad Pythagoræ authorem referunt, quod eandem complectatur ſententiā, τὴν φιλικὴν ἰσότητα εἶναι, καὶ μίαν ψυχὴν τὸν φίλον, ἵππον αὐτῶν. i. Amicitiam æqualitatem eſſe, & eandem animam. Et, Amicum, alterum ipſum. Neque enim quicquam non commune, ubi ſortunarium æqualitas: neque diſſenſio, ubi idem animus: neque diuortium, ubi coagmentatio duorum in unum. Ariſtoteles magnorum Moralium lib. 2. ὅταν βελώμεθα σφόδρα φίλον εἶπεν, μία φάμμι ψυχὴ ἢ ἓμι καὶ ἢ τῶν. id eſt, Quoties uolumus uehementer amicum dicere, una, inquit, anima mea & huius. Idem eodem libro, ἐστὶ ὅς φάμμι, ὁ φίλος, ἵππος ἐγώ. id eſt, Eſt enim, ut dicere ſolemus, amicus, alter ego. Plato libro De legibus ſexto, citat tanquam uetus dictum, & ceu prouerbio iactatum. παλαιὸς ὅς ὁ λόγος ἀληθὲς ὢν, ὡς ἰσότης φιλόπαις ἀπὸ γένεσιν, μάλιστα μὲν ἐρῶς εἶναι καὶ ἑμμελῶς. id eſt, Nam uerus illud uerbum & uerè & eleganter dictum eſt, æqualitatem amicitie authorem eſſe. Neque tamen id ſentit Plato, iuuenibus ac ſenibus, doctis atque indoctis, ſtultis ac ſapientibus, robuſtis ac debilibus omnia æqualia exhibenda eſſe

esse, sed cuique pro sua dignitate distribui oportere. Alioqui, quemadmodum ait inibi Plato, τοῖς ἀνίστοις τὰ ἰσα ἄνιστα γίγνεται. id est, Inaequalibus aequalia, erunt inaequalia. Et ut summum ius in summam iniuriam vertitur, ita summa aequalitas, summa fit inaequalitas. Quemadmodum festiuiter dixit Plinius, aequalitate in ferendis sententiis nihil inueniri posse inaequalius. Quanquam hoc quoque quidam ex Homero sumptum existimant, apud quem est illud aliquoties, ἰσὺν μὴ κεφαλῇ. id est, Aequae atque meum ipsius caput. Atque haec omnia Aristoteles lib. Moralium 9. prouerbij titulo citat.

PYTHAGORAE SYMBOLA.

Sed quandoquidem in Pythagorae mentionē incidimus non grauiamur & reliqua illius symbola, priscis illis oraculorum instar celebrata, adscribere, quae quidem in praesentia licuit apud Graecos inuenire scriptores. Nam ea, tametsi prima (quod aiunt) frōte superstitio sa quæpiā ac deridicula videantur, tamen si quis allegoriam eruat, videbit nihil aliud esse, quàm quædam recte uiuendi præcepta. Nihil enim opus est Tyrrenorum imitari superstitionem, qui hæc etiam citra ullam allegoriam obseruant, ut testatur in Sympotiacis Plutarchus. Idem in vita Numa tradit quædam huius generis symbola Numa conuenisse cum Pythagoricis.

Ne gustaris quibus nigra est cauda.

Μὴ γούσῃς τῶν μελαρρέων, id est, Ne gustes ex iis quibus est nigra cauda. Interpretatur Plutarchus in commentariis De liberis institutis, ne commercium habeas cum improbis, & iis qui sunt nigri ac infamibus moribus. Tryphon grammaticus inter enigmatis exempla hoc quoque commemorans interpretatur hoc modo, τέυδ' ἂν λόγον μὴ πρὸς ἑαυτὸν τὸ γούσῃς. ἅς ἐστι τῶν ἐχάτολε μέγεσι μελαρρέων, καὶ ἀμυχρῶν. id est, Ne mendacem sermonem protuleris. Mendacium enim in extremis partibus nigrescit, & obscuratur. Quidam ad sepiam piscem referunt, qui aramento quod in cauda gestat, semet occultit. Quanquam Plinius libro 32. capite ultimo, Melanurum inter pisces recenset, quum de sepiis multa prioribus libris differuerit, ut uideatur non idem esse piscis Melanurus & Sepia. Theodorus Gaza Melanurum oculatam uertit, quem piscem nominat tantum loco quem modo indicauimus.

Stateram ne transgrediaris.

Μὴ ῥυχὸν ὑπερβάλλῃς, id est, Stateram ne trasiliās, hoc est, ne quid facias præter ius & æquum. Nam stateram olim æquitatis symbolum habuisse uulgo, uel Doricum illud prouerbum indicat, ἡ χάρις δικαιοσύνη. id est, trinita iustior. Ad eum modum interpretatur Demetrius Byzantius apud Athenam libro Dipnosophistarum decimo.

Chænici ne insideas.

Χοῖνικι μὴ ἐπικαθίσω, id est, Chænici ne insideas. Interpretatur diuus Hieronymus, de uictu ne fueris sollicitus in diem crastinum. Est enim Chænix demensum, & cibus diurnus, ut apud Homerum Odysseas τ.

Οὐ γὰρ αἰσχρὸν ἀνίσταμαι, ὅσ' κινεῖ μὴς καὶ χοῖνικος ἀπ' ἡμῶν. id est,

Nāq; opā immunē haud patiar quicūq; meā unquā Chænica contigerit.

Eodem pacto Laertius & Suidas exponunt. Porro seruis olim cibus diurnus chænice distribuebatur, ut illi uicissim operis pensum persoluerent: quam ob causam Apollo Pythius Corinthios χοῖνικαμέντας appellauit, quod seruos possiderent quadragies sexies mille. Author Athenæus libro sexto. Plutarchus autem longe diuersius, puta, non indulgendum ocio, sed industria prospiciendum uictum, ne desit in posterum. Idem in Sympotiacis huius symboli meminit, his quidē uerbis, μὴ τὰ τῆς πύλας ἐκείνης χοῖνικος, ἵνα ἡ ἀπὸ πύλας κατέσταντο, διδῶσιν ἡμῶς, ἀλλ' ἐπὶ τῇ περὶ τῆς αἰσῆς τὸ μέλλον ἀπολαύσιν, καὶ τῆς αἰσῆς ἐπὶ τῇ σήμερον ὑμῶν ἐν τῷ hoc est, Vnde cum Pythagorica chænice, in qua uertit desidere, docens nos, ut ex eo quod presens est, semper aliquid in futurum relinquamus, & crastini diei in hodierno meminimus. Existimat autem idem maiores significare uoluisse, quibus religiosum habitum est, mensas inanes tollere. Demetrius Byzantius apud Athenæum interpretatur, non oportere sse cedere tantum quæ presentis diei sunt, quin crastinum semper esse expectandum, proutemodum cum Plutarcho consentiens.

Ne cuius dexteram inieceris.

Μὴ πᾶρσι συμβάλλῃς δεξιάν, id est, Ne cuius porrigas dexteram, hoc est, Ne temere quemlibet in familiaritatem admittas, sed deligas quem diligas. Idem citatur atque exponitur à Plutarcho, ἐπὶ τῷ πότῃ τῆς πολυφιλίας. Conuenit cum illo Solonis apophthegmate, quod ex Apollodoro refert Diogenes Laertius, φίλος μὴ τὰ χυκτῶν, ἔσθ' ἂν κτῆσιν μὴ ἀποδοίμας. id est, Amicos ne cito pares, quos autem paraueris, ne reuece.

Arctum anulum ne gestato.

Μὴ φέρῃς στενὸν ἀκτῦλον, id est, Arctum anulum ne gestato, hoc est, interprete diuo Hieronymo, Ne uixeris anxie. Et ne temet in seruitutem conicias, aut in cuiusmodi uitæ institutum, unde te non queas extricare. Siqui dem quisquis anulum angustum gestat, is sibi quodammodo uincula iniicit.

Ignem ne gladio fodito.

Πῦρ σιδῆρος μὴ σκαλίσκῃς, id est, Ignem gladio ne fodito, hoc est, Ira percitum ne laceffas, quin magis concedere conuenit, & blandis uerbis tumidum animum placare. Ita diuus Hieronymus, & apud Athenæum Demetrius Byzantius. Diogenes Laertius exponit, potentium & ferocium iracundiam non esse conuictis exagitantam, propterea quod flamma quo magis exagitur, hoc magis atque magis inualefcit. Neque dissentit ab hoc interpretamento Plutarchus. Quanquam Plato libro De legibus sexto sic usurpauit, ut de iis dici solitum uideatur, qui frustra moluntur, quod effici nullo pacto queat, ostendens id lusus genus quoddam fuisse, ut ignem gladio diffecarent. Ad eundem ferme sensum retulit diuus Basilus in epistola ad nepotes, ut idem sibi uelint, Ignem gladio diffecare, et Cribro haurire aquam. Huc nimirum alludit Lucianus in secundo Vcrarum narrationum libro, cum ex insulis fortunatis dimitteretur, fingens se à Rhadamantho admonitum, ut si quando rediret in hunc nostrum orbem, tria

tria quædam obseruaret, μὴ πῦρ μαχώρεα σκαλύνειν, μὴ-
τε βίρμους ἐδίδειν, οὐκ ἔτι παῖς ἐπὶ τῷ ὀκτωκάδικοι ἐπὶ πλῆ-
σιον ἔστι. id est, Ne gladio ignem diuerberaret, ne lupi-
nis uestiretur, ne se puero decimumoctauum annum
egresso adiungeret. Si quidem horum meminisset, fu-
turum ut aliquando ad eam insulam reuenteretur. Ho-
ratius hoc dicto videtur indicare crudelitatem cum in-
sania coniunctam. Amor enim per se furor est, qui si
erumpat in pugnas ac cades, ignis gladio perfoditur.
Libro Sermonum, secundo, satyra 3.

-his adde cruorem,

Atque ignem gladio scrutare.

Cor ne edito.

Μὴ ἐξίεν τὴν καρδίαν, id est, Cor ne edito, hoc est, ne cu-
ris tuum ipsius animum excrucies. Ad hunc modum
enarat Demetrius Byzantius apud Athenæum. Aut
ne sollicitudinibus uitam reddas breuiorem. Aristot.
enim libro De partibus animalium tertio narrat, cor
esse fontem omnium sensuum, uitæq, ac sanguinis. Ari-
stophanes in Nebulis.

Οὐκ ἔστι θυμὸν δοκῶν ἐφω. id est,
Animum tamen mordens meum, sic inquam.

Item Theognis.

Καὶ δὲ κρυφαὶ ψυχὴν καὶ ἄχα θυμὸν ἔχω. id est,
Et odor mentem, sumq, animi ambiguus.

Idetur ex Homero sumptum, apud quæ est Iliados?

Ἦτοι ὁ κκαπ πέλων τὸ ἀλκίον οἱ ὅς ἀλάτο,
Οὐ θυμὸν κατὰ δῶν, πᾶτον ἀδερῶν ὡν ἀλείνθον.
Solut at ille quidem uacuis errabat in agris
Cor adedens curis, hominum uestigia uitans. Et Ω.
Σὺν ἰδναί κκαπ λω. id est, tuum edis cor.

Item Odyssea 1.

Εὐθε δὴ δὴ νόκτα, δὴν τ' ἡμαρταί σιωπῆς ὤντι
Κεῖνιθ' ὅμδ, καμῆτω καὶ ἀλκισι θυμὸν ἔδοντις.
Hic soles noctesq, duas confedimus, usque
Rodentes animum curis simul atque labore.

Idem Iliados α.

-Σὺ δ' ἄνδρδι θυμὸν ἀμύεις. id est,
-Tu intus præcordia rodes.

A fabis abstinet.

Κυάμων ἀπέχεται, id est, A fabis abstinet. Huius enigma-
tis uaria reperitur interpretatio. Plutarchus in com-
mentario De liberis educandis, ad hunc enarrat modum:
Abstinentum a tractandis reipublicæ numeribus, pro-
pterea quod antiquitus in creandis magistratibus suf-
fragia per fabas uice calculorum ferebantur. Quan-
quam idem in Problematis diuersam adfert causam:
nempe quod omnia legumina uentum & humorem
impurum adferant corporibus, atque hanc ob causam
ad Venerem incitent. In eadem sententia M. Tullius
item fuisse uidetur, qui in lib. De diuinatione primo,
scribit ad hunc modum. Iubet igitur Plato sic ad som-
num proficisci corporibus affectis, ut nihil sit quod er-
rorem animis perturbationemq, adferat. Ex quo etiā
Pythagoreis interdictum putatur, ne faba uestirentur,
quæ res habet inflationem magnam. Is cibus trā
quillitatem mentis querentibus constat esse contrarius.
Aristoxenus tamen apud A. Gellium libro quarto, ca-

pite vndecimo, refellit hanc opinionem, affirmans Py-
thagoram nullo legumine sepius usum quam fabis,
quod is cibus & aluum sensim subduceret & leniga-
ret. Porro Gellius de cyamo non esitato, causam erro-
ris fuisse putat, quod in Empedoclis carmine, qui disci-
plinas Pythagoricas sectatus ē, uersus hic inuenitur,
Δαλοῖ πῶς δ' ἔλθοι κύαμον ἀπὸ χύρας ἐλάνται. id est,

Ab miseri a cyamo, miseri subducite dextris.

Opinati enim sunt pleriq, κύαμος legumentum uulgo di-
ci. Sed qui diligentius sciuntq, carmina Empedoclis
arbitrati sunt, κύαμος hoc in loco testiculos significare
dicunt: eosq, more Pythagoreæ operte atque symboli-
ce κύαμος appellatos, quasi sint uisus κύων δαυει, καὶ
ἀτινι τὴν κύων. id est, ad ferendum uterum efficaces, cau-
saq, ferendi uteri, et genitura humane nim præbeant.
Idcirco Empedoclem uersu isto non a fabulo cadendo,
sed a rei Veneræ proluuium uoluisse homines deducere.
De causis interdictæ fabæ hæc ex Aristotele refert
Laertius, φασὶ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ πρῶτῳ τῶν κύαμων, πα-
ραχρῆστιν αὐτὸν ἀπέχεσθαι τῶν κύαμων, ἵνα οἱ ἀδρῆς
εἰσὶν ὅμοιοι, ἢ ὅτι ἀδρὸν πύλας ἀδρῶν τὸν κύαμον. ἢ ὅτι
φείρει, ἢ ὅτι τῇ τῷ δὲ φύσει ἔμοιρον, ἢ ὅτι ὀλιγοσχεῖ.
καλοῦσιν τὰ γυναικεία. id est, Ait autem Aristoteles in
lib. de fabis, illum iussisse a fabis abstinere, uel quod pu-
dendis essent similes, uel quod inferorum portis. unum
enim hoc legumen expers geniturae, uel quod corrumpat,
uel quod uniuersi naturæ simile, uel quod ad oli-
garchiam pertineat. Nam fabis fortiumtur. Cum eo
quod postremo loco attingit Aristoteles, conuenit quo-
rundam sententia, qui putant Pythagoram hoc eni-
gmate deteruisse a capeffenda reipublica. nobis magis
etiam arridet, quod addit is qui historias quas Grego-
rius Nazianzenus attigit, collegit, Edere fabas, qui
lucro corrupti ferunt suffragia. Plutarchus apud eun-
dem Gellium testatur, Aristotelem scriptum reliquisse,
quod Pythagoras μήτρας καὶ καρδίας καὶ ἀκαλυφῆς,
καὶ τῶν τινῶν ἀδρῶν ἀπέχεσθαι, id est, vulua, corde, &
marina urtica, atq, id genus quibusdam aliis abstinere-
rit. Theon grammaticus apud Plutarchum in Sympo-
siacis narrat, apud Aegyptios tantam esse fabarum re-
ligionem, ut eas neque ferant neque comedant, imo
nec aspicere fas sit, Herodoto teste. Quin & apud Ro-
manos inter funesta habebantur fabæ, quippe quas
nec tangere, nec nominare Diali Flamini liceret, quod
ad mortuos pertinere putarentur. Nam & Lemuri-
bus iaciebantur laruis, & parentalibus adhibebantur
sacrificiis: & in flore earum literæ luctus apparere ui-
dentur, ut testatur Festus Pompeius. Plinius existi-
mat ob id a Pythagora damnatam fabam, quod hebe-
tet sensus, & pariat insomnia, uel quod animæ mortuo-
rum sint in ea. Qua de causa & in parentalibus assu-
mitur. Vnde & Plutarchus testatur, legumina possi-
mum ualere ad euocandos manes. Varro ob hoc Flami-
nem ea non uesti tradit, quoniam & in flore eius lue-
re lugubres inueniuntur. Caterum quod Plutarchus
in problematibus rerum præfari inter cetera refert,
ob id damnatas fabas quod Lethes, & Erebi sint co-
gnomines, quid sibi uelit, non satis intelligebamus, nisi
quod consultis Græcis codicibus comperimus tandem
vel librarij uel interpretis errorem. Siquidem & Græ-
ca sic habent: πόπρον ὡς οἱ πυάρακοι τὰς μὴ κύα-
μας ἀφωσιζέτω διὰ τὰς λεγομένας αὐτίαν, τὴν δὲ λάδρον
καὶ

καὶ τὸν ἑρμῆν, οἷς παρ' αὐτῶν τὰς ἐρίδας καὶ τὰς λυβύδας, id est, An quod Pythagorici fabas quidem abominabantur ob causas quas feruntur, Lathyrum autem & Erebinthum, quod nomen à Lethe et Erebo deductum habeant? Hactenus Plutarchi uerba retulimus. Lathyrus autem & Eribinthus ciceris genera sunt. Lethe Græcis obliuionem sonat. Erebus à caligine nomen habet, inauspicata uoces sapientiæ studiosis. Hic lapsus in hoc profuit, ut Latini codicis mendum ostenderimus, ne quis ad eundem impingat lapidem.

Cibum in matellam ne immittas.

Στῆναι τὴν ἀμύδα μὴ ἐμβάλλειν, id est, Cibum in matellam ne immittas. Interpretatur Plutarchus, ne sermonem urbanum immittas in animum hominis improbi. Nā oratio cibus est animi: Is corrumpitur & putrescit, si in animum insyncerum inciderit. Hoc est, apud quod Gellium admonet Epictetus, etiam atque etiam uidendum, in cuiusmodi animum immittamus sermonem. Etenim si in uas insyncerum immiserimus, in acetum aut lotium verti. Huc allusit Horatius, Syncerum est nisi uas, quocumque infundis, acescit.

Ad finem ubi peruenieris, ne uelis reuerti.

Μὴ ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὰς ἐρίδας ἐλθόντα, id est, Ne reflectas ubi ad terminos peruenieris. hoc est, interprete Plutarcho, Quis aderit fatalis dies, uiderisq; uita finem adesse, æquo animo feras, neque turpi uitæ cupiditate exanimetur. In uita Numa paulo secus refert, βασιλεὺς εἰς ἀποδημίαν, μὴ μεταστρέφειν. hoc est, qui peregrinationem ingressi sunt, ne reuertantur. Hieronymus aliter, Post mortem hanc ne desideres uitam. Quemadmodum vulgo quosdam dicentes audimus Virgilianum illud,

O mibi præteritos referat si Iuppiter annos.

Superis impari numeros, inferi pari sacrificandum.

Τοῖς μὲν θεαῖσι περισσὰ δύναι, ἀγρία δὲ τοῖς χθονίοις, id est, Superis quidem, imparibus sacrificandum, inferis uero paribus. Sed refert tantum ut enigma Pythagoricum non interpretatur. Ceterum in problematibus Romanarum antiquitatum, docet apud ueteres primum mensem diis cælestibus habitum sacrum, sibi uero diis, inferis in quo & lustrationibus quibusdam uti mos erat, & mortuis parentabant. Quinetiam totius mensis tres dies principes et antiores esse uoluerunt, Calendarum, Nonarum, et Iduum, quos festos ac sacros habebant ueluti diis superis dicatos: qui hos sequerentur, hoc est, postridie Calendas, Nonas & Idus, diis manibus attribuebant, ac proinde nefastos ac religiosos indicabant. Sic & apud Græcos tertius crater sospitatori Ioui, secundus semideis ac demonibus tribuebatur. Principium autem omnis numeri est ὀξε, cui aduersatur δυνάς, inter pares numeros primus, nec finem habens, nec perfectus, cum ternio sit absolutus. Ac de numerorum quidem mysteriis multa reperias apud Platonem & Pythagoricos, nonnulla etiam apud priscos Theólogos. Quod ad explicandum huius symboli sensum attinet, arbitror illud significatum, Deum, quoniam mens est simplicissima & in seipso perfecta, dotibus animi potissimum delectari. Nam que corporis sunt, composita sunt, ac propagatione in immensum

multiplicantur, cum animus sit simplex, immortalis, & seipso contentus.

Per publicam uiam ne ambules.

Διὰ πόρον μὴ βασιλεύειν, id est, Per publicam uiam ne ambules. Diuus Hieronymus exponit, Ne vulgi sequaris errores. Nunquam enim tam bene cum rebus humanis actum est, ut optima plurimis placuerint. Vnde quidam hoc sic efferunt, Viam regiam declinato, per semitas ingreditor.

Tollenti onus auxiliare, deponenti nequaquam.

Φορτὴν συγκαταρτύν, μὴ δὲ σωπεριτίβιναι. Diuus Hieronymus hoc ita refert: Oneratis superimponendum opus, deponentibus non connitendum. Putatq; hunc esse sensum, Ad uirtutem incedentibus augenda præcepta, tradentes se ocio relinquendos. Vnde proferendum hoc pacto, φορτὴν συγκαταρτύν, μὴ δὲ σωπεριτίβιναι, id est, Tollenti onus auxiliandum, haud adiuuandus tamen qui deponat. Hoc admonendum putauimus quod in quibusdam impressis codicibus deprauatum est hoc symbolum.

Olla uestigium in cinere turbato.

Χύτρας ἰχνος συγχέειν ἐπὶ τῇ τέφρῃ, id est, Olla uestigium in cinere turbato. Plutarchus in Sympotiacis interpretatur, nullum euidentis iracundie uestigium oportere relinqui: sed simulatq; deferbuerit atque resederit animi tumor, omnem præteritorum malorum memoriam penitus tollendam esse.

Vnguium criniumque præsegmina ne commingito

Ἀπὸν χιτῶνα καὶ κεφαλὴν ἐπὶ πρὸν, μὴ δὲ ἐφίσηται, id est, Vnguium criniumq; præsegmina ne commingito, neq; insitito. Huius nullum adhuc interpretamentum reperimus. Verum coniicimus sensum hunc esse, si quos habeamus affines, aut cognatos humiles & utiles, eos tamen non esse usquequaque spernendos, & continue liis insectandos.

Extra publicam uiam ne desleetas.

Ἐκ τῶς ἀπορίας μὴ βασιλεύειν, id est, Extra uiam publicam ne ingrediariis. Hec quoque refertur inter Pythagorica symbola à Diogene Laertio, tametsi superiori diuersum. Neque est quod hanc miremur pugnanciam: quā doquidem, ut recte præceptum est, Loquendum ut plures, sapiendum ut pauci: ita sunt quedam, in quibus cum uulgo conuenire, dexteritatis est: sunt rursus, in quibus à uulgo quàm maxime dissidere uirum bonum oportet. Recte Flaccus,

Interdum & uulgus rectum uidet, est ubi peccet.

Que uncis sunt unguibus, ne nutrias.

Ἐκ μὲν οὖν καὶ τῶν τετραγώνων, id est, Que sunt unguibus uncis, ne nutrias. Rapacitatem fugito, interprete Tryphone. Equidem arbitramur conuenire cum illo Aeschyli dicto, quod suo reddemus loco, Catulum leonis non esse alendum in re, hoc est, non admittendos ἀμαρτήρας, ut ait Homerus, βασιλῆας, reges populi deuoratores, aut factiosos, & prepotentes, qui opes ciuium ad paucos contrahunt.

Aduersus

Aduersus solem ne loquitor.

Ἐρὸς τὸν ἥλιον πτερυμίνον μὴ λαλῶν, id est, *Aduersus solē ne loquitor*, hoc est, *Manifestis ne repugnes*. Nam quod maximè constat, maximèq; in confesso est, id sole clarius dicimus. Ergo contra solem loquitur, qui dicit, Nil intra est oleam, nil extra est in nucē duri.

Gladium acutum auertas.

Ὅστις μάχων ἀποτρέφει, id est, *Ensem acutū auertas*. Opinamur innui, à periculosis negociis abstinendum. Nam fertur & aliud prouerbiū, μὴ παιδί μάχων, Ne puerō gladium, subaudiendum, committas.

Aduersus solem ne meūto.

Ἐρὸς τὸν ἥλιον πτερυμίνον μὴ ὀμνῶν, id est, *Aduersus solē ne meūto*. Commendatur uerecundia. Tamen Plinius superstitiosam huius rei causam reddit lib. 28. cap. 6. verba ipsius sunt. *Auertia valetudinis ex urina trahuntur. Si mane candida, deinde rufa sit, illo modo concoquere, hoc concoxisse significatur. Mala signa rubra, pessima nigra. Mala bullantis & crassa; in qua quod subsidit, si album est, significat circa articulos aut viscera dolorem imminere. Eadem uiridis, morbum viscerum. Pallida, bilis. Rubens, sanguinis. Mala & in qua veluti fursures atque nubeculae apparent. Diluta quoque alba, uitiosa est. Mortifera uero crassa, graui odore. Et in pueris tenuis ac diluta. Magi uentis eius rei causa contra solem lunamq; nudari, aut umbram cuiusquam ab ipsa aspergi. Hesiodus iuxta obstantia reddi suadet, ne Deum nudatio aliquem offendat. Locus hic quem Plinius citat, & ex quo symbolum Pythagorae sumptum apparet, est in opere cui titulus, Ἐργα καὶ ἡμέραι.*

Μὴ δ' αὖτ' ἡλίου πτερυμίνος ὀρθὸς ὀμνῶν,
 Ἀπὲρ ἐπείκε δὴν μεμνημένος ἐς ἀϊόνη.
 Μὰ τ' οὐδ' ὅδ' αὖτ' ἡλίου πτερυμίνος ὀρθὸς ὀμνῶν,
 Μὰ δ' ἀποχρησθῆναι, μακάραν τοι νόστιμον ἔσται.
 Ἐξ ὁμοῦ δ' οὐκ ἐστὶν ἀνὴρ πτερυμίνος ὀρθὸς ὀμνῶν,
 Ἡ δὲ πρὸς τοῖον πλάττω δὲ κείνους αἰῶνας. Id est,
Aduersus solem rectus ne meūto, uerum ut Occiderit, donec redeat facere ista memento. Sed neque progrediens, lotium desperferis unquā. In ue uis, extra ne uias, neque membra renudes. Miſſurus, siquidem diuis nox sacra beatis. At qui uir fuerit prudensq; piusq; recumbens, Siue domus muris admotus corpore, meiet.

Hirundinem sub eodem tecto ne habeas.

Ὁμολογεῖται χελιδόνας μὴ ἔχειν, hoc est, *Hirundines ne habeas sub eodem tecto*. Diuus Hieronymus Aristotelis auctoritatem sequutus, interpretatur abstinendū à commercio garrulorum & susurrorum. Verum hoc interpretamentum refellitur apud Plutarchum Symposiacōn decade octaua. Nam haud equum uideri, ut auem domesticam, & humani conuictus citra noxam amantem, perinde ut sanguinariam & rapacem propeamus. Quod enim de garrulitate causantur, id esse friuolum: quā gallos, graculos, perdices, picas, cumq; his alias complureis multo magis obstreperas non arceamus à domestico contubernio: imò nihil penè minus in hirundinem conuenire, quā garrulita-

tem. Ne id quidem accipiendum uidetur, quod quidam Pythagoricum symbolum ad tragædiam, quā de hirundine fertur, referunt, quasi triste omen secum adferat. Nam hac ratione philomenam item ei ei oportere, ut quā ad eandem pertineat tragædiam. Itaque uero propius uidetur, ob id improbatam hirundinem, quod eodem malo uideatur obnoxia, quo infames habentur aues aduncis unguibus. Siquidem carnibus uiscat, & cicadas, animal maxime uocale, ac musis sacrum, uenatur: praeterea humi uolans minutis animalibus insidiatur, deinde sola auium in tectis uersatur, nullam adferens utilitatem. Nam ciconia quā ne tecto quidem utatur nostro, tamen haudquaquam mediocrem contubernij gratiam refert, bufones, serpentes, hostes hominum è medio tollens. Contra hirundo, postea quā sub nostro tecto suos educauit pullos, abi, nulla relata gratia comunicati hospitij. Deniq; qd est omnium grauissimum, duo duntaxat animalia domestica sunt, quā nunquā humano conuictu māfueſcunt, neque tactū admittunt neq; cōsuetudinē neque ullius rei aut disciplinae communionem. Musca semper pauit ne quid mali patiat, ob hanc causam indocilis ac semiferā. Hirundo item natura uidetur hominem exosum habere, proinde nec cicuratur, utpote diffidens semper semperq; suspicans mali quippiam. His de rebus recte Pythagoras conuictorem ingratum parumq; firmitum, hirundinis symbolū monuit ablegandi. Huiusmodi ferme Plutarchus eo quem ostendimus loco. Quibus illud unum uidetur addendum. Ciceronem, seu quisquis is fuit, in rhetoricis ad Herennium, infidē amicitiae similitudinem ab hirundinibus mutuari, quā uere incunte praesto sint, hyeme instante deuolent.

Stragula semper conuoluta habeto.

Τὰ σεῶματ' αὐτὸν ὁμαδύμην ἔχειν, id est, *Stragula semper conuoluta habeto*. Id bis quoque temporibus intelligas & inurbanum habetur, si quis Stragula lecti non componat. Quid autem sibi uelit hoc symbolum, aliis diuindandum relinquimus. Tamen si suspicamur commendatam uerecundiam, etiam bis in rebus quibus cogimur naturae necessitati satisfacere.

In anulo Dei figuram ne gestato.

Ἐν ἀκτυλῷ βεῖς εἰκόνα μὴ περιφέρειν, id est, *In anulo Dei imaginem ne circā ferās*. Fortassis admonet, non passim admiscendam Dei mentionem.

Sellam oleo ne abstergeris.

Ἐλῆσθαι τὴν σέλαν μὴ ὀμνῶν, id est, *Ne sedē abstergeris oleo*. Nec huius interpretamentum occurrit. Forsan innuitur, non esse abutendum rebus optimis ad ea quibus neque digna uidentur, neque utiles.

Coronam ne carpito.

Σπῆλαιον μὴ ἀρῖπαι, id est, *Coronam ne carperis*. Diuus Hieronymus aduersus Rufinum interpretatur, urbium leges obseruandas esse, non uiolandas, neque reprehendendas, quod urbium turrata mania coronatum speciem praebeant.

Quae deciderint ne tollito.

Τὰ πεσόντα μὴ ἀρῖπαι, id est, *Quae deciderint ne tollas*. Admonet, ut asuescamus moderatius cibum signere.

Aristo-

Aristophanes in Heroibus, teste Laertio, superstitionem huius symboli causam adfert. Heroi enim esse quae ceciderint de mensa, coq, nefas gustare. Alij sic efferunt μή δ' ὀφείδωμι ἀπὸ τοῦ τραπεζῆς κατὰ πείρα, id est, Ne gustate, quaecumque in mensa deciderint.

A' gallo candido abstineas.

Ἀλλὰ γὰρ ὁ μὴ ἀπὸ τοῦ λευκοῦ, id est, Albo gallo ne manum admolariis, quod Mensi sacer sit, ut pote borationum nunciis.

Panem ne frangito.

Ἀρτὸν μὴ κατεργάζεσθαι, id est, Panem ne frangito. Admonet non esse dirimendam amicitiam.

Salem apponito.

Τὸν ἄλα κατετίθειν, id est, Salem apponito: Admonet infestitiam et aequitatem omni adhibendam negotio. Sal enim quicquid occupauerit seruat, & ex rebus purissimis constat, aqua & mari.

In via ne feces ligna.

Εἰς ὁδὸν μὴ χίεσθαι κόπρα, id est, In via ne feces ligna. Quidam exponunt, non esse discrucandam et abbreviandam vitam curis & anxietatibus cogitationibus.

Ne libaris diis ex vitibus non amputatis.

Μὴ πένδων ἐκ τῆς ἑξ ἀμπελῶνος ἀτμύσαν, id est, Ne libaris diis ex vitibus non amputatis. Hoc enigma Plutarchus tribuit Numae in ipsius uita, diuinans eam mansuetudinem commendari, quae pars sit pietatis. Quod enim purgatum non est, agreste est: & farina conducit leniendis quae dura sunt.

Ne sacrificio sine farina.

Μὴ ἔλαιον ἄνευ ἀλεπτῶνος, id est, Absque farina ne sacrificio. Hoc enigma morum mansuetudinem commendat, ut dictum est.

Adorato circumactus.

Γυροῦμαι περὶ τοῦ εἰδωμένου, id est, Adorandum circumactum corporis. Nimirum ad imitationem caeli perpetua vertigine circumacti. Caelum autem Deum antiquitas credidit. Plutarchus & hoc tribuit Numae, seu peculiare. Ac meminit quidem de caeli circumactu caterum addit & alias interpretationes: videlicet cum sacra spectent exortum solis, qui adoratur vertens se circumacto corpore ad orientem, videtur semet ad Deum convertere factumque circulo per utranque mundi partem uota facere. Subiicit & tertiam, quam videtur maxime probare, Corporis vertigine significari rotas Aegyptias sentit de hieroglyphicis, quibus illi significabant, nihil in rebus humanis esse stabile aut perpetuum.

Adoraturi sedeant.

Καθίσθαι τοσοῦτως ὡς ἴσται, id est, Adoraturi sedeant, significat uota certa concipere oportere, & in his quae sunt optima perserverare. Et hoc Plutarchus ascribit Numae, addens id fuisse uelut augurium uota rata firmasse. Addit quibusdam hanc quietem videri dissimulationem affectionum, tamquam qui priori actioni finem im-

posuerint, si dentes apud Deos, in initium alterius affectionis ab iisdem auspicentur. Quidam arbitrantur alium subesse sensum, quod oporteat eos qui sacris operantur, non obiter ac uelut aliud agentes hoc facere, sed vacuos ac totos rei diuinae intentos. Unde Plutarchus idem tradit, quoties pontifex auguria seu sacra aggregiebatur, praecones clamabant, hoc age. Ea vox hortabatur, ut qui sacra adirent, reuerenter & attente id facerent. Idem in Problematibus rerum priscarum refert, qui diis uota fecissent, in templis manere & quietem agere solitos, quod affectiones huius uita frequenter inuoluant hominem molestiis.

Surgens de lecto, Vestigium corporis confundito.

Ἀναστὰς ἐκ τοῦ κλῆτος τοῦ σώματος, id est, Cum surrexeris, stragulas confundito. Videtur idem cum superiore de stragulis complicandis.

A' piscibus abstineo.

Ἰχθυῶν μὴ γινώσκω, id est, Pisces ne gustato. Quamobrem Pythagoras ab uirga marina iusserit abstinere, fortassis illud in causa fuit, quod is piscis Hecata sit sacer, propter mysterium ternionis, quem aiunt huic deo dictum. Sed qua gratia reliquorum item piscium esum interdixerit, non aequè promptum fuerit expedit. Quamquam apud Plutarchum in Quaestionibus conuiualibus, quipiam huiusmodi causam adfert, Pisces quodammodo Pythagorice disciplinae contubernales uideri, propter ἰχθυόειαν, id est, silentium, ita ut etiam in proverbium abierit, ἰχθυόειος ἡ σιωπή, id est, Magis mutus quam piscis. Theon grammaticus apud eundem Plutarchum diuersam rationem allegat. Nam piscem maris indigenam & alumnum esse, elementi uidelicet non solum alienissimi, verum etiam inimicissimi naturae hominis. Neque enim Deos hinc alii, quemadmodum de stellis opinantur Stoici, quin parentem & seruatorem regionis Aegyptiorum Osiridem in hoc deiectum perisse. Proinde nec aqua maris ad potum utuntur, nec quicquam eorum quae in eo gignuntur, alunturque, purum & ad hominis usum accommodatum existimant, ut cum quibus nec aerem communem, neque regionem habeamus communem. Quinimo aer hic, per quem reliqua omnia uiuunt alunturque, illis perneciem adfert, tanquam praeter naturam, citraque usum & genitum & uiuentibus. Neque mirum, inquit, si ab animantibus abstinent, propter clementiam maris ab humana natura alienis, nec ob id idoneis, quae cum nostro spiritu ac sanguine misceantur, quando neque nauitas alloqui dignantur Aegyptij, si quando fiant obuij, quippe qui ex mari uictum sibi parent. Rursum Sylla eodem in loco causam aliam adducit: nempe Pythagoram ferè uesci solitum uis, quae fuissent diis immolata, primitiis illis dicatis. Atqui nullus piscis idoneus ad sacrificium. Plutarchus ipsae rationes superiores ita refellit, ut dicat, hoc ipso nomine magis oportere uesci piscibus, quod peregrini generis esse uideantur. Immane enim pluraque, Cyclopicum esse, si quae sunt eiusdem generis, mutuo laniatu pascantur. Nam quod narrant, aliquando Pythagoram emptorietum iactu, pisces captos emisisse, non eos contempsit uelut hostes & alienigenas, sed tanquam amicis iam factis & captiuis pepercit, persoluo illo-

rum nomine precio. Reddit autem duplicem causam, quare Pythagore non probaretur piscium esus, partim quod res cum iniustitia coniuncta uideretur, persequi, occidere, uerare animal, quod ipsa natura nullo pacto ledat hominem, aut ledere possit. Deinde quod non ad necessitatem, sed ad luxum, superuacaneam, gulæ uoluptatem pertineat piscium esus. Hinc esse quod Homerus fecerit, non Græcos solum, cum circa Hellepontium militarent, à piscibus abstinentes, uerumetiam Phæacas ipsos, alioqui belluones. Ne prociis quidem Iuconibus marinum obsonium apposuit, cum utrique insulares essent. Nam apud hos maiorem ferè uidemus tum immanitatem, tum luxum. Neque socii Ulyssis unquam aut hamo, aut retibus usi sunt, do nec farina suppeteret. Verum omni comæatu ab sumpto, paulo prius quàm sacros Soli bones deuorarent, piscari ceperunt: non obsonii causa, sed ob famem depellendam. Commemorantur hoc loco apud Plutarchum & alia nonnulla de piscium abstinentia, sed hæc ad symboli interpretationem satis esse uisa sunt. Tribuitur Pythagoræ & illa nobilis sententia, teste Plutarcho in commentario De exilio, ἡ βίον τ' ἀρίστην δὴ αὐτὸν οὐκ ἔστιν ἐκ πείνης. id est, Optimā uitæ rationem elige, eam iucundam reddet consuetudo. Diuus Hieronymus hoc etiam dogma Pythagoricum refert, quo uir ille totius moralis philosophiæ summam complexus uidetur. Δὲ φουράδων πέντα τρέπον καὶ ἐκὸς πέντα τῶν ὄντων ἀπὸ τῶ σόματος, τὴν ἀπαίδυσιν ἀπὸ τῆ ψυχῆς, τὴν ἀσέληναν ἀπὸ κασφῆς, τὴν ἐξέστιν ἀπὸ πόνου, τὴν στερφύαν ἀπὸ τῆ δίκης, κακοὶν ἀπὸ πάντων τῶ ἀρετῆς. id est, Fugare conuenit, ac modis omnibus refecare morbum à corpore, inscitiam ab animo, luxuriam à ventre, se ditionem à ciuitate, discordiam à familia, in sanna ab omni negotio intemperantiam.

Non bene imperat, nisi qui parauerit imperio.

Οὐκ ἔστιν δὲ ἀρξέν μὴ ἀρχέσθαι, id est, Fieri non potest, ut bene gerat imperium, qui non tulerit imperium. Manet hoc adagium, hodieq, uulgo celebre, neminem recte dominum agere, qui non antè ministrum gesserit. Citat autem Aristoteles Politicorum libro 3. διὰ λέγειται καὶ τὸ το καλὸν εἶδος ἐκ ἑστίν δὲ ἀρξέν, μὴ ἀρχέσθαι. i. Quapropter illud etiam recte dicitur, Neminem bene imperium gerere, qui non ipse prius sub imperio fuerit. Rursum eodem libro, τὸν τι ᾗ μίλωνται, ἀρχέειν καὶ λῶς, ὑπερβαίνει δὲ τὴν πρῶτον. id est, Eum enim qui bene sit administraturus imperium, aiunt imperium ferre prius oportere. Magis prouerbialiter extulit Plato, libro de Legibus 6. διὰ δὲ πᾶν τ' ἀδραστα νοῦν δὴ ἀπᾶν τῶν ἀνθρώπων, οἷος ὁ μὴ δουλεύσας ἐδ' ἂν διπλότης γένετο ἄξιος ἐπ' αὐτῶν. id est, Iam illud oportet unumquemque de mortalibus uniuersis cogitare, qui non seruiuerit, eum haudquaquam dominum fore laude dignum. Plutarchus in ducem imperitum, ἐπὶ ᾗ πῖπτον τὰς ἐστὶν ὁρεῶν, ὅντι διδασκὼν ἀγνοῶντας, οὐτὶ ἀκοσμοῦντας κόσμειν, ἢ τὰ πῖν ἀπακτώμεν, ἢ ἀρχέειν μὴ ἀρχομένους. id est, Neque enim lapsi partes sunt alios erigere, neque insci docere, neq, incompoti componere, neque ordinare inordinati, neque imperare, qui imperium non sit passus. Idem hoc laudis peculiariter tribuit Agesilao.

ἡ δὲ ἐπὶ τὸ ἀρξέν μὴ ἀπᾶν τῶν ἀρχέειν. i. Vniussè ad imperium non indoctum parere imperio. Seneca libro de ira. 2. Nemo regere potest, nisi qui et regi. Nam adagium à nobili illo Solonis apophthegmate, quod in eius uita refert Diogenes Laertius, ἀρχέειν τὸν μὲν ἀρχέειν. i. Imperium gere, sed ubi prius imperium ferre didiceris. Itaq, reserui potest uel ad eos, qui prius alieno parendo imperio discunt imperium in alios gerere: uel qui prius cupiditatibus imperat suis, quàm in alios exerceant imperium.

Adonidis horti.

Ἀδωνίδος κήποι, id est, Adonidis horti, de rebus leniculis dicebatur, parumq, frigidis, et ad breuem presentemq, modo uoluptatem idoneis. Pausanias testatur, Adonidis hortos olim in deliciis fuisse, lactucis potissimum ac feniculis frequentes, in quibus semina haud aliter atque in testa deponi consueuerint: eoq, rem in prouerbiū abiisse, contra futiles ac nugones homines, & uoluptatibus ineptis natos: cuiusmodi sunt cantores, sophistæ, poetæ lasciui, cupidarii, atque id genus alij. Erant autem ij horti Veneri sacri, propter Adonidem eius amasum, primo ætatis flore præreptum, atque in florem conuersum. Horum mentionem facit Plato in Thædro: ὁ νόμος ἔχον ἡρώδης, ὁ πωρεμάτων νόμος, καὶ ἐγκαρτεροῦντο ἵνε δὴ, πῖπρον περὶ ἀνέρες ἐκείνους καὶ κήπε ἀρῶν, χαρὶ ἐκείνους καλλέος ἡμέρας οὐ γινώσκουσιν, ἢ ταῦτα μὴ δὴ παύσας πῖπρον ἔχον δὲ νόμον, ὅτι καὶ ποιεῖ. id est, Num agricolæ, qui sapiat, semina que curæ haberet, quæq, cuperet aliquando fructum adferre, ætatis tempore, summo studio in Adonidis hortos mittet, gaudetq, spectare eos intra dies octo iam pulchros effectos: an ea quidem per lusum, ac festi gratia faciat, si quando tamen fecerit? Item Plutarchus in commentario, cui titulus, ποδὶ τῶ βοαδῶς ὑπὸ τῆς τιμωρεμένης, id est, de eo qui à numine sero punitur: ἀλλὰ μικρὸς τις, καὶ κινεωδὸς ὁ εἶδος ἔστιν, ὅς τε μὴ δύνανται χεῖν τὸν εἶδος ὁρῶντες, μὴ δὲ προσέμοιον ἀμύχανος ἐκείνῳ, καὶ ὁ ταρεῖς καὶ βίβων, ἀλλὰ φύλλοις, ὅς δὲ μὴ εἶναι, παρεπλησίων ἀπομικρανομένων πέντα τρεῖς καὶ τρεῖς ὁρῶντες, ποιεῖται λόγον τισὶν, ὅτι περὶ αὐτοῦ ἀδωνίδος κήπος, ἐπ' ὅσας κοίτας τισὶν τρέφει μὴ καὶ ἐκτελεῖται γυναικὶς ἐπὶ μέρους ψυχῆς ἐκαστῇ τρεφείᾳ, καὶ βίβας ἔχον ἰσχυρὰν ἐκαστὴν βλασάνεσσις, εἴ τι ἀποβόσκον μιν αὐτὸ ὑποτρυχέσας παραείσθαι. id est, Imò morosior quispian, & lenicularum rerum curiosus est Deus, qui quum nihil habeamus diuinum in nobis, neque quod ullo modo ad illius similitudinem accedat, quodq, constet, ac stabile perpetuumq, sit, quin magis foliorum ritu, quemadmodum ait Homerus, undequaque marcescamus, intereamusq, breui, tantam nostri curam habeat: non aliter quàm mulieres, quæ Adonidis hortos, ad dies pauculos uernantes, in testulis quibusdam nutriunt, fouentq, animas breui duraturas, in carne tenera, & solidam uitæ radicem non recipiente suppullulantes, ac mox ad quamuis occasione interituras. Meminit et Theocritus Idyllio 9.

Ἐὰρ δ' ἀπ' αὐτοῦ καὶ ποὶ πεφυλαγμένῳ τῷ ταλαίρῳ Ἀγροίῳ.

Adsumt & teneri calathis candentibus horti, Seruati.

Effertur

Effertur paræmia etiam hoc modo, ἀαρόπρος τῶν ἀδωνιδῶν κήπων, id est, Infructuosior Adonidis hortis. Non dissimili figura Iseus apud Philostratum iuueniles uoluptates appellat, τὰν τάλαν κήπων, quod umbris ac somniis per similes sint, nec expleant hominis animi, sed iritent potius. Similiter Pollux sophistæ Athe nodori dictionem appellabat Tātali hortos, quod iuuenilis esset ac leuis, speciem præ se ferens, quasi esset aliquid, quum nihil esset.

Infixo aculeo fugere.

Βάλλον φεύγειν οὐκ, id est, Iaculo immisso fugiturum te putas? Metaphora proverbialis, ubi quis dicto cōmitio, seu maleficio quopiam peracto, statim subducit sese, ne vel tueri cogatur quod dixerit, aut ne mutuum recipiat. Eryximachus medicus in cōuiuio Platonis, Aristophani discedere paranti, ne cogereetur & ipse laudare Cupidinem, ac iocis quibusdam poeticis eludenti, βαλὼν αὐτὸν οὐκ ἀριστόφαντος ἐν φεύγειν, & ἀπὸ πρὸς χεῖρ τοῦ, καὶ οὕτως λέγει ὡς δὴ τῶν λόγων, ἵσως μὲν τοῖς ἀδῶν μοι, ἀρῶν σὺ, id est, Ut uidetur, inquit, Aristophanes, immisso in nos iaculo fugiturum te credis? Quin tu animi aduerte, atque ita loquere, tanquam rationem redditurus. Sanè si mihi uidebitur, fortassis te dimittam. Vititur item in Phædone, & in primo De reip. libro, quanquam hoc loco mutet metaphoram, & ad balneatorem iniecta aqua discedentem refert, τὰν τῶν ὁρέων ὁμαχὸς οὐκ ἐν χεῖρ, ὡς πέντα, ὁ πρὸ βαλάνης ὡμῶν κατὰ τὴν ἑλάναν κατὰ τῶν ὁρέων ἀέριον καὶ πάλω τὸν λόγον, id est, Hæc locutus Trasymachus, in animo habebat discedere, seu balneator quispian, offusis in aures copiosis ac multis uerbis. Ac mox eodem in loco, οἷον ἐμβάλλον λόγον, οὐκ ἐν χεῖρ ἀπέντα, id est, uelut iniecto dicto paras discedere. Respexit ad proverbium Plutarchus in commentario De iis qui tarde puniuntur à numine: ἀπὸ δ' ἐν βαλάν ἐπὶ πέντα πᾶσι γὰρ καλὸν εἶχε ποιοῦν ἐν τῷ βέλῳ ἐγκείμενον, id est, Quinetiam si discessit, inquit, immisso iaculo, non conuenit telum inherens negligere. Alludit ad hanc paræmiam Aristoteles in tertio Naturalium auditionum libro. Refellens enim Anaxagoræ sententiam, qui dixisset, infinitum immotum esse, & in seipso conuiescere, negat satis esse dixisse tantum, & aufugere, quum causam etiam reddere debuerit, quamobrem infinitum moueri non posset, & ὅ, inquit, ἱκανόν, τὸ οὕτως εἰπόντα ἀπὸ πᾶσι χεῖρ. Quadrabit igitur in eos, qui uelut oracula quædam pronunciant, alius coniectandi materiam ministrantes, ut qui non interpretentur quamobrem ita senserint. Trasylatum uidetur ab apibus, aut uespis, quæ infixæ aculeo, statim aufugiunt. Id enim innuit Plato in Phædone. Potest & ad Parthos referri, qui iaculo coniecto in hostem, mox equis uersis se fuga proripiunt, nec audent cominus congregi. Similimum est huic, quod est apud Ciceronem libro de finibus bonorum quarto: Scrupulum, inquit, abeunt, sed uidebimus. Solet enim scrupulus esse molestus ambulanti. Idem apertius in oratione pro L. Flacco: Flacco uero quid profuit? qui ualuit tam diu dum huc prodiret. Mortuus est aculeo iam dimisso ac dicto testimonio.

Dodonæum xs.

Δωδωνῶν χαλκίον, id est, Dodonæum cymbalum, aut

tintinnabulum. In hominem dici consuevit improba atque importuna loquacitatis. Zenodotus citat ex Aripthoro Menandri. Tradit autem in Dodona duas fuisse sublimes columnas, in altera positam peluim aream, in altera pensile pueri simulachrum, flagellum creun manu tollentis: quoties autem uentus uehementius flauerit, fieri ut scutica impulsæ crebrius lebetem feriat, isq; percussus tinnitum reddat, ad multum etiam temporis resonantem. Alij referunt ad æra Corinthia, quæ præ cæteris clarius tinniant. Meminit huius adagij Stephanus in dictione Dodone. Iuuenalis ad adagium alluisse uidetur, cum ait,

Tot pariter pelues, tot tintinnabula credas

Pulsari.

muliebrem garrulitatem taxans. Suidas diuersam adagij adfert interpretationem ex Demone. Ait enim oraculum Iouis, quod olim erat in Dodona, lebetibus æreis undiq; cinctum fuisse, ita ut inuicem sese contingerent. Itaque necessum erat fieri, ut uno quoriam pulsato, vicissim & omnes resonarent, sonitu per contactum ab alijs ad alios succedente. Durabatq; in longum tempus tinnitus ille, uidelicet in orbem redeunte sono. Putatq; paræmiam dictam in sordidos, & quantumuis pusilla de re querulos. Verum Aristoteles hoc commentum ut fictitium refellit, adferens aliud interpretamentum, quod modo retulimus, de columnis duabus, & simulachro pueri. Plutarchus in commentario τῆς τῆς ἀδελφείας indicat, in Olympia porticum quandam fuisse, ratione mathematica ita compositam, ut pro una uoce multas redderet, atque ob id ἐπὶ αὐτῶν appellatam. Cumq; hæc confert homines impendit loquaces, quos si uerbulo tangas, continuo referunt tantum uerborum, ut nullus omnino sit garruendi finis. Meminit huius adagionis & Iulius Pollux libro sexto, capite de loquacibus, his uerbis: τὸ ἐκ Δωδωνῆς χαλκίον.

Prora, & puppis.

Πρῶρα καὶ πρῶν, id est, Prora & puppis. M. Tullius libro Familiarium epistolarum ultimo, scribens ad Tyronem suum, paræmiam hanc refert his uerbis: Mihi prora & puppis, ut Græcorum proverbium est, fuit à me tui dimittendi, ut rationes meas explicares. Prora itaque & puppi, summam consilij nostri significamus: propterea quod à prora & puppi, tanquam à capite & calce, pendeat tota nauis. Apud Græcos inuenio pronuntiatum hoc pacto, τὰ ἐκ πρῶρας καὶ τὰ ἐκ πρῶνης ἀπὸ πᾶν, id est, A prora pariter, atque à puppi pereunt: siue, prora pariter ac puppis perit, hoc est, ad interuersionem. Philostratus in Heroicis, ἀπὸ δὲ διὰ πρῶρας δίδωται τῇ νηὶ, καὶ ἐκ πρῶρας δίδωται, id est, καὶ τὰ ἐκ πρῶρας φασὶ καὶ ἐκ πρῶνης ἀπὸ πᾶν, id est, Sed oportet Ulyssis in morem nauis alligatum esse, alioqui & prora, quod dici solet, & puppis perit. Neque dissidet hinc illud Theocriticum in Enconio Ptolemæi:

Ἀνδρῶν αὐτὸν πλοῦμας, ἐνὶ πρῶρασι λεγέσθω,

Καὶ πρῶματος καὶ μέστος.

id est,

Est hominum in numero decantetur Ptolemæus, Primus & ultimus, ac medius.

b 2 Item

Item Vergilianum illud,

A te principium, tibi desinet.

Huc pertinet, quod Demosthenes pronunciationem, τὸ πρῶτον, τὸ δεύτερον, καὶ τὸ τρίτον esse dixit, vniuersam eloquentiam intelligens. Plato De legibus lib. 4. ο μὴ θηέας, ὡπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τέλος καὶ μέστωρ τῶν ἀποδιδόντων ἔχων. id est, Iam Deus quidem ipse, quemadmodum uetusto uerbo dicitur, tum initium, tum finem, tum medium rerum omnium complectens. Plutarchus in commentario De liberis educandis: ὁ γὰρ πρῶτος καὶ μέστος καὶ τελευταῖος ἐν τέτοις κειμήλοις ἀποδίδει καὶ παιδείαν νόμιμος ἐστίν. id est, Quod uires, primum & medium, ac postremum hic caput est, proba institutio, legitimaq; eruditio. Aristoteles libro Rhetoricorum tertio refert ex Alcidasmanthe quodam, qui philosophiam, legum uallum ac fossam appellarit, omne legum praesidium in philosophia suū innuens. At philosophus eam metaphoram tanquam duram ac frigidam damnat: quasi uero non durior sit illa superior, πρῶτη καὶ πρῶτη. Verum in oratione seria, fortassis uisiosa fuerint: in adagiis non item offendit durities, ut quae saepenumero uel enigmatum similes sint, easq; ferme laudatissima uideantur, quae paulo longius detorta fuerint. Proinde quoties summam totius negotij, & omne momentum praesidiumq; significabimus, proram & puppin, aut fossam & uallum dicemus. Quibusdam omnium rationum prora & puppis est pecunia. Aduersus Carthaginensium vim Scipio fossa pariter & uallum erat, id est, praecipuum tutamentum.

Nihil ad Parmenonis suem.

Οὐδὲν πρὸς τὴν παρεμύχνην, id est, Nihil ad Parmenonis suem. De emulatione dictum, quae longo interuallo abesset ab eo quod imitaretur. Plutarchus in Sympsiacis, quinta Decadis secundo problemate, quo pacto natum sit adagium narrat ad hanc ferme sententiam: Parmeno quispiam fuit ex hominum eorum genere, qui nostris etiam temporibus uarias animantium & hominum uoces ita scite imitantur ac representant, ut audientibus tantum, non etiam uidentibus, uerae, non imitatae uoces uideantur. Neque desunt quos hoc artificium maiorem in modum delectet. Parmenon igitur hac arte uulgo ut incundissimus, ita etiam celeberrimus fuisse perhibetur: quem cum reliqui conarentur emulari, ac protinus ab omnibus diceretur illud: ὁ μὴ, ἅ' ἔστιν πρὸς τὴν παρεμύχνην, hoc est, Recte quidem, uerum nihil ad Parmenonis suem, quidam prodit, uerā fuculā sub alis occultā gestans. Huius vocem cū populus imitatio esse crederet, statimq; sicut solēt, reclamaret, τί ἐν αὐτῇ πρὸς τὴν παρεμύχνην. Quid haec ad Parmenonis suem? verae sue deprōpta, ac propalam offensa, refellit illorum iudicium: utpote non ex uero, sed ex imaginatione profectū. Meminit idem Parmenonis ac suis adumbratae, in commentariis De audiendis poetis. Nec intempestiue utemur hoc adagio, quoties aliquis opinione deceptus, de re perperā iudicat. Veluti si quis epigramma parum eruditum ac neotericum, supra modum admiraretur, persuasus antiquum esse. Rursum, si quod antiquum esset & eruditum, ceu nuperrimum damnaret. Tantum enim ualeat haec imaginatio,

ut eruditissimis etiam uiris in iudicando imponat.

Syncretismus.

Συνκρητισμός Cretico prouerbio dicebatur, quoties fieret, ut qui modo uidebantur hostes accerrimi, repente in summam concordiam redigerentur. Id quod frequenter euenire solet, maxime si quādo malum aliquod inciderit utrisque commune. Plutarchus in commentario, τῶν φιλαφίλων, id est, de fraterna charitate, recenset, simulq; explicat paræmiam his uerbis, Ἐτι πόνυ ἐκείνο δὲ μνημονόθεν ἐν ταῖς πρὸς τὸς ἀδελφούς ὁ παρρησίας, καὶ φυλάττειν τὸ πρὸς φίλους αὐτὸν ὁμιλεῖν καὶ πλησιάζειν τὸ πρὸς μάστιγα, φθύνει δὲ τοὺς ἐχθρούς καὶ μὴ περιστέλλειν, μιμνήσκον αὐτὸ τὸ πρὸς τὸ κρεῖττον, οἱ παλαιὸς σασιχόντες ἀλλήλους καὶ πολεμῶντες, ἐξ ὧν ἐπὶ πόλεων πωλεμίων διελύοντο καὶ σωζήσαντο. καὶ τὸ πρὸς ἑνὸς καλεόμενος ὑπ' αὐτῶν συνκρητισμός. id est, Præterea oportebit & illud meminisse, fratribus inter se dissidentibus, obseruareq; ut potissimum eo tempore consuetudinem habeas et conuiuium cum illorum amicis. Rursum, inimicos fugias, neque admittas ad familiaritatem, illud uidelicet Cretensium exemplum sequutus, qui frequenter cum factionibus & bellis intestinis inter sese pugnant, inuadentibus aliunde hostibus, omīssa contentione coniuncti sunt: atque is erat, quem illi syncretisimum appellabant. Hætenus Plutarchus. Simile quiddam refert de Sudracis & Mallis Quintus Curtius libro 9. quos aliā bella re inter se solitos, periculi societas iunxerat, imminente Alexandro. Pertinet huc, quod aliās ex Aristotele rescemus: τὰ καὶ τὰς ἀδελφούς τὰ κακὰ. id est, Conciliant homines mala. Adagium recte accommodabitur & in illos, qui amicitiam ineunt: non quod se se ex animo diligant, sed quod alter alterius opis egeat: aut quo ueluti coniunctis copiis communem inimicū pessudent. Refertur et ab Apostolio quodā Byzantino, recentissimo apud Græcos puerbiorū coacernatore.

Qui circa salem & fabam.

Περὶ ἀλά καὶ κύαμον. i. Iuxta salē et fabā. In eos dicebatur, qui se simulant scire quod nescirent. Siquidē diuini respōsuri, fabā & salē apponebant. Vnde qui inter sese de rebus arcanis comunicarēt, τὰς πρὸς ἀλά καὶ κύαμον appellabant. Ad hunc quidē modū scriptū legitur in Diogeniano, reliquisq; Græcarū paræmias collectoriis. Verū Plutarchus in Sympsiacorum problematū decade quarta, non fabā, sed cuminū scribit, nisi forte deprauatus ē codex: Ἐκείνο δὲ πρὸς ὅπως ἡμεῖς ἡλπίμεν τὰς πρὸς ἀλά καὶ κύαμον, ὅτι τὸ μὴ ποιεῖν ἐστίν, τὸ καὶ ὅσον. i. At illud fortasse uos fugit, quod aiūt, qui iuxta salem ac cuminū, quod illud quidē lautius, hoc suauius. Rursum eiusdem operis decade quinta: Ἐστὶ τὰ φάρμακα ἐπὶ ὧν ἡμῶν παρ' αὐτῶν, τινες ἀνέειπον οἱ πρὸς ἀλά καὶ κύαμον ἐπὶ ποσὶ αὐτῶν λεγόμενοι. i. Querebat Florus, cum apud ipsam cœnaremus, quinā essent, qui in prouerbio iuxta salem & cuminū dicerentur. Apollonphanes autē grāmaticus sic eam quæstionem dissoluit, ut dicat adagium summā familiaritatē significare. Siquidem qui magnopere inter se familiares sunt, hi uel salem uel cuminū unā cœnant, neq; requirunt apparatus ullū ciborū. Vnde et ille iocus est Octauij Cæsaris ad quēdā, a quo fuerat conuiuium per parco frugaliq; acceptus: Nesciebā me tibi esse tā familiarē. Huc pertinet etiā illud, quod suo loco referemus:

remus: ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ αὐτὴν πρὸς βαλὼν. id est, Non oportet transgredi salem & mensam, hoc est, amicitie ius quod his rebus conciliatur, non est uiolandum. Propter salis nomine frugalem uictum innui, passim ex poetis licet cognoscere. Horatius. in Odis:

Vinitur panno bene, cui paternum

Splendet in mensa tenui salinum. Idem in Sermon.

— Mōdō sit mihi mensa tripes, &

Concha salis puri.

Verum in diuinationibus uidetur magis religionis cau-

sa solitus apponi. Cuius autem hic honos sali potissimum

sit habitus, queritur apud Plutarchum in eo, quem mo-

dō citauit loco. Nam & Homerus salem diuinum ap-

pellat, & Plato scripsit salem rebus diuinis amicissi-

imum, familiarissimum. Proinde Aegyptij honoris

causa prorsum à sale abstinent, adeo ut ne paupibus qui

dem nescantur sale conditis. Tametsi Plutarchus ar-

bitratur Aegyptios hac gratia potius abstinuisse, si

quando pure uiuere uellent, quod praecipue libidinem

irritare putetur, idq; propter calorem. Præterea non

est ueri dissimile, illos abdicasse sibi salem, tanquam co-

ndimentum omnium suauissimum, ita ut non immerito,

opsoniorum opsonium appellari possit. Nam sunt qui

hac de causa salem gratia nominarint, quod circa hunc

omnia uideantur insipida ingrataq;. Quinquam illud

maxime diuinum in se sal habere uidetur, quod à cor-

poribus uita defunctis putrefactionem ac tabem arceat,

neque sinit prorsum interire, diu morti uelut resistens,

animæq; quoad licet, uice fungens. Huius ut est officium

animantia tueri, continereq;, neque finire compagine

dilabi: itidem sal, animæ exemplo, cohibet corporum

harmoniam ad tabem tendentiam, et membrorum in-

ter sese amicitiam conseruat. Hac eadem ratione sal-

guris ignem sacrum ac diuinum arbitrantur, quod à

etorum corpora multo tempore perdurent, neque pu-

treascant. Habet & illud quasi diuinum sal, quod uim

quādam gignendi generum habere credatur, uel hoc

argumento, quod, sicuti paulo superius dictum est, semi-

nalem uigorem expergescit, acuitq;. Proinde qui ca-

nibus alendis dant operam, falsis carnibus ac falsamen-

tis eos pascunt, quo ad gignendum reddantur alacrio-

res. Accedit huc, quod è nanibus marinis immensa

mirum uis soleat enasci. Neque desunt, qui dicant,

mulieres etiam citra uirilem operam fieri grauidas, si

salem lingant. Præterea putant huc alluisse poetas,

qui non sine causa sinxerunt Venerem genitura prin-

cipem, è salo natam fuisse, quam etiam ἀλινῆν, id est,

saligenam cognominant. Quin idem deos omnes ma-

rinis fecundos, & plurimorum liberorum progenito-

res faciunt. Deniq; nullum est animal, neque terrestre,

neque uolatile, perinde fecundum, ut sunt omnia ma-

rina. Huiusmodi sermone de sale differuntur apud Plu-

tarchum,

Duabus ancoris fultus.

Ἐπὶ δὲ οὐκ ἔσται, id est, Duabus nixus in portu sedet, subau-

diendum ancoris. De firmis & immotis, & qui rem

suam probe constabiliuerunt. Ductum à nauibus intra

portum tuto manentibus, à prora simul & à puppi pro-

iectis ancoris. Meminit Aristides in Panath. Ab ea-

dem metaphora ductum est, quod aduersus Ctesiphon-

em dixit Demosthenes: Οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἰσχυρίας

πολλοῖς, subaudiendum ἰσχυρῶς, id est, Haud eadem in

cora nixus est, qua uulgius hominum.

Sine capite fabula.

Ἀκίφλος μὲν ἐστὶν, id est, Sine capite sermo, dicitur imperfe-

ctus ac mutilus. Plato lib. de Legibus sexto: Οὐκ οὐκ

δὲ πάλιν γὰρ καὶ μὴν ἀκίφλον ἔκον καταλιπὼν, πλε-

ον μὲν δὲ ἀνὰ πάντα τοῖς τοῖς ἄνθρωποις φάνοιτο, id est,

Nequaquam profecto, postea quam dicendi parteis

suscepi, sermonem absque capite libens reliquerim.

Etenim si oberrans talis occurrat alicui, fœdus uidere

tur: Rursus in Gorgia: Ἀλλ' ἂν τὰς μὲν φασὶν ἔχειν

ἐν ἑμὶς καὶ κατὰ τὴν φύσιν, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς τοῖς κεφαλῶν ἵνα μὴ

ἀνὴρ κίφλος περὶν, id est, At ne sermones quidem in-

terim aiunt fas esse deferere, quin potius imponendum

illis caput, ne sine capite obambulent. Fortassis allu-

fit ad id, quod refert Plutarchus in dialogo De defe-

ctis oraculis. Apud Cretenses festum quoddam nouis

& absurdis ceremonijs agebatur, ostēso hominis sinu

lacro sine capite. Hunc aiebant Homericōni patrem fuis-

se, qui constuprata per vim Nymphæ, sine capite fue-

rit repertus, Prouerbiū refertur à Zenodoto.

Inter sacrum & saxum.

ΤΥΝΔΑΡΥΣ apud Plantum, alter è captiuis, cum

iam proditus dolis esset deprehensus, nec haberet, qua-

nam arte posset elabi: Nunc ego, inquit, omnino occi-

di. Nunc ego inter sacrum saxumq; sto, nec quid fa-

ciam scio. Apuleius. Asini suo libro undecimo: Plu-

rimum ergo diuina paupertatis intercedente, quod aut

vetus prouerbiū, inter sacrum & saxum positus cru-

ciabar. Explicat autem Apuleius allegoriam adagij,

uidelicet alludens ad sacerdotium, cui erat initiatus,

& paupertatem saxo duriorē, per quam non suppe-

tebant sumptus. Sumptum apparet ex priscis fœderis

seriendi ceremonijs, in quibus Fecialis porcum saxo se-

riebat: hac interim pronuncians: Qui prior populus

fœdus rumpet, Iupiter ita eum seriat, quemadmodum

ego porcum hoc lapide ferio. Sed undecumque fluxit

adagium, satis liquet dici solitum in eos, qui perplexi,

ad extremum periculum rediguntur.

Inter malleum & incudem.

Μετὰ τὸν ἀκμῶνα καὶ σφύρα, id est, Inter incudem & mal-

leum. Hinc non dissimile refertur ab Origene, his qui-

dem uerbis: nam Græca desideramus: Iam quoddam

est apud nationes tritum vulgi sermone prouerbiū,

ut de his qui anxietatibus, & ingentibus malis pre-

miuntur, dicant, Inter malleum sunt & incudem.

In acie nouacula.

ΝΕC abhorret à superioribus illud, quod ab Homero

sumptum, maximisq; celebrationum autoribus, in adagio-

nem abiit: ἐπὶ ξυρῇ ἀκμῆς, id est, In nouacula cuspide,

sive acie, pro eo quod in summo discrimine. Sic enim

in Iliadis decimo loquitur Nestor.

Νῦν δὲ δὴ πρὸς τὰς ἐπὶ ξυρῇ ἵσταται ἀκμῆς,

Ἡ μάλα λοιγὸς ὀλέσθης ἀχαιοῖς ἢ ἐβδιδύαι. id est,

Nunc etenim cum cuspide sita res in cuspide ferri est,

Viuant ne, an tristi exitio absumentur Achiui.

Sophocles in Antigone:

Φέρει βιβλῶς αὐτῶν ἐπὶ ξυρῇ τύχης

6 3 Sune

Sunt autem Tiresia uatis uerba, Creontem admonentis, ut sapiat in tanto constitutus periculo. Rursum in epigrammatibus.

Εὐρώπης ἀσίνης π' ὀρνυδίνης βασιλῆς,
Υμῖν ἀμφότεροι σὶν ἐπὶ εὐρὺ ἵσταται ἀκμή. id est,
Europa atque Asia reges Mauorte potentes

Nunc uobis utrisque nouacula in acumine res est.
De Menelao ac Paride, singulari certamine decernentibus, uter Helena potiretur. Theocritus in Dioscuris:
Ἀνδρῶν πῶς οὐ τῆρας ἐπὶ εὐρὺ ἵδμεν ἰόντων. id est,
Certa salus hominum iam ferri in cuspide stantur.
Sumpsum videtur à circulatoribus, qui in cuspide gladiatorum ingrediuntur: aut ab iis, qui ferrum manu contrectant: ut admonent in huc authorem edita scholia.

Res in cardine.

HVIC non omnino diuersum est illud, Res est in cardine, quod Seruius prouerbium esse admonuit, enarrans illud Maronis,

Haud tanto cessabit cardine rerum.
Putatq; perinde ualere, quasi dicas, Res est in articulo. M. Tullius: In eo cardo rei uertitur, dixit, pro eo quod est, ex hoc tota res pendet. Quintilianus libro duodecimo: Nam ut taceam de negligentibus, quorum nihil refert, ubi litium cardo uertatur. Idem libro quinto: Nam si fatetur, multis ex causis potuit cruenta esse uestis: si negat, hic causa cardine ponit, in quo si victus fuerit, etiam in sequentibus ruit. Sumpsum ab ostiis, quæ cardinibus sustinentur uoluunturq;.

Nouacula in cotem.

Εὐδοκίης ἀνὴρ, id est, Nouacula in cotem. Dici solitum in hos, qui forte in eas res inciderunt, in quas minime uolebant. Neque nouacula potest incommodius cadere, quam si in cotem incurrat. Ab hoc non ita multum abhorret illud Horatianum:

-Et fragili querens illidere dentem,
Infringet solido.

Rectè accommodabitur & in eum, qui ledendi cupidus, tandem hominem nactus est, à quo uicissim ledatur, cum illi nocere non possit. Siquidem nouacula, si in molle quippiam inciderit, dissecat: si in cotem, reuinditur. Huc respexit Tarquinius, qui dixit sibi in animo esse, ut Aclius Nauus augur nouacula cotem discinderet, significans in cotem nihil posse nouaculam, quanquam ab augure factum, quod ille fieri posse non credebat, refert Liuius libro primo.

Caliga Maximini.

CALIGA Maximini vulgo dictitatum est, in homines insulos, & immodicæ proceritatis. Id adagiū refert Iulius Capitolinus, in vita Maximini imperatoris. Nā cum esset, inquit, Maximinus pedum, ut diximus, octo propè semis, calciamentum eius .i. campagium regium, quidam in luco, qui est inter Aquileiam & Arziam posuerunt, quod constat pede maius fuisse hominis uestigio atq; mensura. Vnde etiam vulgo tractum est, cum de longis atq; ineptis hominibus dicetur, Caliga Maximini. Hactenus Iulius. Ergo prouerbium rectius usurpabitur, si cum odio contemptū uedicatur, propterea quod is Maximinus, unde natum esse constat, inuisissimus esset pariter & populo Roma-

no, & Senatui: quippe Thrax natione, deinde sordido genere, postremo moribus barbaris ac feris. Quinetiam nunc homines insignitæ proceritatis vulgo male audiunt, tanquam socordes atq; inertes.

Clematis Aegyptia.

HVIC confine est, quod à Phalereo Demetrio refertur, κλεματίς αἰγυπία, id est, Clematis Aegyptia. Id ait ioco dici solitum in eos, qui corpore præter modum proceri atque atro colore essent: natum haud dubie ab eius herba specie, de qua meminit Dioscorides libro quarto. Plinius lib. 24. cap. 15. Itali, inquit, centunculum uocant, rostratis foliis, ad similitudinem capitis penulatum iacens in aruis. Græci autem clematidem appellant. Sed cum clematidis multa sint species, quas inibi recēset Plinius, una duntaxat prouerbio locum secisse uidetur, ea nimirum, quæ clematis Aegyptia cognomine dicitur. Dicitur autem quod hanc maxime gignat Aegyptus, folio lauri longo tenuiq;, aduersus serpentes & priuatim aspidēs, ex aceto pota efficax, quæ eadem ab aliis daphnoides, ab aliis polygonoides vocatur. Laertius in vita Zenonis, ex autoritate Apollonij scribit, Zenonem gracili fuisse corpore, statu procero, atra cute. Deinde autorem citat Chrysippum, qui in secundo prouerbiorum suorum libro scripserit, ob eam causam, à quodam clematidem Aegyptiam fuisse dictum.

Res ad triarios rediit.

ROMANVM extat adagium, elegans cum primis, & annotandum, Res ad triarios redit. Eo licebit uti cum significabimus rem eo periculi redactam esse, ut extremo conatu, summisq; viribus sit enitendum, & ad superrema confugiendum consilia, quibus si nihil proficiatur, iam nihil reliquum esse uideatur, unde subsidium sperare possis. Veluti si in disceptatione quapiam literaria, mediocribus ambigētibz, ad unum aliquem summa doctrinæ virum rem deferre cogeremur. Aut in ancipiti negotio, potentissimorum amicorum opem implorare compelleremur, quos nō nisi maxima quadam adacti necessitate soleamus interpellare. Deniq; si cum vulgaribus illis consiliis res explicari nequit, ad nouū aliquod & egregie callidum confugitur. Quemadmodum Terentianus ille Phormio in sui nominis fabula, cum significaret neq; in Antiphone, neq; in Phædria, neq; in Geta satis esse præsidij ad retundendam senis senitiam: Ad te, inquit, Phormio summa redit. Natum est adagium à ratione modoq; componendi Romani exercitus. Refertur autem pariter, & explicatur à T. Liuius, primæ decadis li. 8. cuius uerba libuit sub scribere: Postremo in plureis ordines acies distribuebatur. Ordo enim sexagenos, siue ut alij legunt, sexcentos milites, duos centuriones, vexillarium unum habebat. Prima acies hastati erant, manipuli quindecim distantes inter se modicū spatium, Manipulus leues uice nos milites, aliam turbam scutatorum habebat. Leues autem, qui hastam tm gessaq; gererēt, uocabantur. Hæc prima frontis in acie, florem iuuenum pubescentium ad militiam habebat. Robustior inde etas totidem manipulorum, quibus principibus est nomen. Hos sequebantur scutati omnes, insignibus maxime armis. Hoc triginta manipulorum agmen, antepilanos appellabant, quia sub signis iam alij quindecim ordines locabantur.

EX

ex quibus ordo unusquisque tres partes habebat. Earum unam quaque primumpilum uocabant. Tribus ex vexillis constabat. Vexillum centum octoginta tres, ut alij, sex homines erant. Primum vexillum triarios ducebat, ueteranum militem spectat & uirtutis. Secundum rotarios minoris roboris etate factisq. Tertium accensos, minimæ fiduciæ manum. Eo & in postremâ aciem reiciebantur. Vbi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omnium primi pugnam inibant. Si hastati profligare hostem non possent, pede presso eos retrocedentes, in interualla ordinum principes recipiebant. Tum principum pugna erat, hastati sequebantur. Triarii sub vexillis confidebant, sinistro crure porrecto, scuta mixta humeris, hastas subrepta cuspide in terram fixas, ut haud secus quam uallo septa inhorreret acies, tenentes. Si apud principes quoque haud satis prospere esset pugnatum, a prima acie ad triarios sensim referebantur: inde rem ad triarios redisse, cum laboratur, prouerbio increbuit. Triarii consurgentes, ubi in interualla ordinum suorum principes & hastatos recepissent, ex tempore compressis ordinibus uelut clauderant uias, unoq. continente agmine; iam nulla spe post relicta, in hostem incidebant. Id erat formidolosissimum hosti, cum uelut uictos insecuti nouam repente aciem exurgentem auctam numero cernebant. Haftenus T. Linius, cuius ex uerbis satis liquere prouerbum, ut nostra interpretatione iam non sit opus. Item Vegetius de re militari lib. 2. declarat post omnes acies solere collocari triarios, omni armorum genere instructos, qui genu posito subsidebant: ut si primam aciem uinci contigisset, ab iis integrato praelio uictoria repararetur. Modestus in libello de uocabulis rei militaris: Sexus, inquit, ordo post omnes a firmissimis et scutatis, & omni genere armorum munitis, bellatores tenebat, quos antiqui triarios appellabant. Hi ut requieti et integri acius inuaderet hostes, post ultimas acies sedere consueuerunt, & si quid in primis ordinibus accidisset, de eorum uiribus reparaturis spes tota pendebat. Flavius Vopiscus in uita Firmi imperatoris, indicat robustissimum quenq; militem in triarios allegi solitum, docens eum neruis robustissimis fuisse, hoc argumento, quod triarium quoque uinceret.

Sacram ancoram soluere.

Hic finitimum est illud, quod apud Græcos celebratur: ἱερὰν ἀγκυρὰν χαλᾶν, id est, Sacram soluere ancoram quoties ad extrema praesidia confugitur. Translatum à nauis, qui maximam ac ualidissimam ancoram sacram uocant, eamq. tum demum mittunt, cum extremo laborant discrimine. Lucianus in Ioue tragædo: Ἀγκυρὸν δὲ ἱερὰν φασὶν ἀγκυρὰν, καὶ ὃν δὲ μὴ χαλᾶν ἀπορρίψῃς. id est, Audi iam sacram, ut aiunt, ancoram, quamq. nulla uiqueas abrumpere. Sic enim appellat arginientum insolubile. Rursum Drapetis: Ἐδοξεν δὲ σκοπεῖν τὴν ὑπὸ τῷ ἀγκυρᾷ, ὃν ἱερὰν, οὐκ ἀπορρίψῃς, καὶ ἵνα. id est, Visum est igitur re per pensa, extremam ancoram, quam nautæ sacram narrant, demittere. Rursum in Apologia: Μὴ μοι ἴσῃς ἐκείνην ἀγκυρὰν ἢ τὴν ἀβροχόν. id est, Mihi fortassis una illa ancora adhuc superest integra: id est, Illud mihi adhuc superest, quod possim confugere. Euripides in Helena.

Ἀγκυρὰ δὲ μὴ τὰς τύχας ὀχεῖ μέν. id est, Mihi ab unica fortuna pendet ancora. hoc est, Vna distaxat spes mihi superest. Aristides in Themistocle: Καὶ ὅπως τῆς ἱερᾶς ἀγκυρᾶς τῆς ἐνὶ νῆος φανὸς ἐχομένοι. id est, Ac uelut à sacra ancora de illius uoce pedētes.

Mouebo talum à sacra linea.

IDEM pollere putat Diogenianus, κινῶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς: id est, Sacra linea talum moueo. De ijs, qui extrema parant experiri. Id Iulius Pollux libro nono exponens, ait à ludo quopiam tesserarum natum esse adagium. Lusum autem fuisse huiusmodi, ut utriq. ludentium essent calculi quinque, totidem impositi lineis: unde & Sophocles dixerit, πέντε πεντήγαρα, id est, tesserae quinque linearum. Inter eas lineas, utrinque quintas, unam fuisse mediam, quam sacram uocabant: unde qui talum mouisset, is sacra linea calculum mouere dicebatur. Id uero non fiebat, nisi cum res posceret, ut ludens ad extrema confugeret auxilia. Vsurpat hoc adagium Plato lib. de Legibus quinto: καὶ ἀπὸ πέντε ἀφ' ἱερᾶς, id est, Tanquam à sacra tessera. Plutarchus in libro qui inscribitur, an sen sit gerenda Respublica. Τὴν ἀφ' ἱερᾶς τὴν ἀφ' ἱερᾶς ἐπαχρῶσιν ἡμῶν τὸ γῆρας. id est, Postremam nobis, tanquam à sacra linea senectutem allegant, hoc est, uelut causam grauissimam. Idem commentario de comparatione terrestrium ac marinorum: Φίρε κινῶσιν τὴν ἀφ' ἱερᾶς, βραχέα ποδὶ τῷ τῷ αὐτῶν καὶ μακτικῆς ἐπιθῶμεν. id est, Age moto talo à sacra linea, paucis de diuinitate eorum & diuinatione dicamus. Rursum idem aduersus Colotam Epicureum: Εὐδὲν ἐν τῷ ἀφ' ἱερᾶς κινῶμεν ὁ κοινῶς. id est, Protinus igitur talum à sacra mouit Colotes, hoc est, statim id quod est grauissimum, aggressus est, ut impugnaret Apollinis de Socrate iudicium. Idem in uita Martij Coriolani de ciuitate Romana ob Coriolani minas perturbata: ἀρετὴν τὴν ἀφ' ἱερᾶς ἀφ' ἱερᾶς. id est, Sublatam à sacra linea tesseram misit. Desperatis enim rebus ad Deorum religionem confugiebat, supplicatum missis sacrificiis, editis, initiatoribus, auguribus, &c. Huc alludit & Theocritus in Bucoliasis.

Καὶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς κινῶ λίθον. id est, Atque à lineola lapidem mouet. de quo nobis & alias facta mentio.

Nudior leberide.

Τὸ μὲν πρῶτον λέβητις, id est, Nudior leberide, de uehementi tenuibus. Leberis enim serpentis exuium significat, quo nihil esse potest inanius. Accidit autem hoc omnibus fere, quæ cortice integuntur, sed molliore: uelut stellioni, lacertæ, præcipue serpentibus, atque hæc ferme bis exiunt, uere, & autumnno, præsertim uipera. Serpenti primum ab oculis incipit decedere pelvis, ita ut obocari uideatur ijs, qui rem non intelligunt: atque una nocte & die, senectus tota exiit à capite usque ad caudam. Ex insectis reuiuenscunt silpha, et culex, eaq. quorum penna uaginis obteguntur, ut scarabei, item locustæ & cicadæ. In genere marinorum exiit & cancer, idq. sæpius anno. Atque hoc exuium Græcis etiam σφαρξ dicitur, cuius mira sentitur tum leuitas, tum siccitas, uniuerso humore in nouum satum consumpto, autor Aristoteles lib. de natura animalium octauo. Ait Suidas Leberidem hominem fuisse

fuisse supra modum pauperem: ita ut vulgari sermone locum fecerit. Athenæus in Dipnosophistis: αὐτὸν αὖτε παρὰ τὸν κινέτην λέγοντος, id est: Ostendis te ipsum inaniorem leberide.

Qui quæ vult dicit, quæ non vult audiet.

Si dixeris quæ vis, quæ non vis audies. Diuus Hieronymus in Rustici nominatim proverbi loco citat: Nihilq. super hoc audies, inquit, nisi illud est trihio, cui dixeris quæ vis, audies quæ non vis. Terentius in Andria.

Si mihi pergit quæ vult dicere, quæ non vult audiet.

Rursum in prologo Thormionis:

Benedictis si certasset, audisset bene.

Eodem alius in prologo Andriæ:

Desinant maledicere, male facta ne noscant sua.

Obscurius etiam in prologo Eunuchi: Tum si quis est, qui dictum in se inclementius existimet esse, sic existimet, sciat responsum non dictum esse. Responsum enim vocat, conuictum conuicio redditum. Primus huius adagii pater Homerus fuisse videtur, apud quem hic versus est in Iliadis I.

Οὐ πῶτον δὲ ἱππῆα ἔπος, τοῖον δ' ἐπακούσας, id est,

Talia dicentur tibi, qualia dixeris ipse.

Item Hesiodus lib. cui titulus, Opera & dies,

Εἰ δὲ κακὸν τ' ἐπὶ οἷς τὰ χακ' ἀντὶς μῆλον αὖ καὶ ἔρως, id est,

Fors male dicenti, dicentur plura vicissim.

Rursum in eodem:

-Εἰ δὲ κακὸν αὖ ἔρως,

Ἡ γὰρ ἴσως ἐπὶ αὐτῶν ἀποβόλον, καὶ καὶ ἔρως

Δις ἄρα τὴν αὖτις μὲν ἡμῖν, id est,

-Si quod prior ipse,

Aut uerbosum, aut factum, dicas ne geras ve molestum.

Ad te cum duplici rediturum favore noris.

Euripides in Alceste:

-Εἰ δὲ κακὸν κακῶς

Εἰς, καὶ ἄρα πολλὰ καὶ πολλὰ κακὰ, id est,

-Si dixeris nobis male.

Mala inuicem per multa, nec falsa audies.

Loge uenustius id extulit Sophocles citare Plutarcho:

Φίλοι γὰρ γλῶσσαν ἐκχέουσιν, καὶ τὴν

Αὐτῶν αὖτις ἐκχέουσιν ἐπὶ τὴν γλῶσσαν, id est,

Etenim solet qui dicta temere iecerit,

Audire nolens uerba, quæ dixit uolens.

Refertur ex Sophocle:

Φίλοι δὲ πολλὰν γλῶσσαν ἐκχέουσιν, καὶ τὴν

Αὐτῶν αὖτις ἐκχέουσιν ἐπὶ τὴν γλῶσσαν, id est,

Qui multa temere uerba sudat, is solet

Audire nolens quæ uolens dixit male.

Quin etiam his nostris temporibus eiusmodi quiddam vulgo diffitatur: Ut salutabis, ita et resalutaberis: hoc est, ut tua fuerit oratio, ita tibi respondebitur. Plautus Contumeliam si dices, audies. Cæcilius in Chryso apud Gellium: Audibis male, si male dicis mihi. Eodem pertinet Euripideum illud apud autores passim obuium: Αὐτῶν αὖτις ἐκχέουσιν, καὶ τὴν γλῶσσαν ἐκχέουσιν, id est, In frenis oris, & iniquæ recordiæ finis seu uetigal calamitas. Celebratur & hoc inter Chilonis apophthegmata: Μὴ κακολογῶν τὴν πλῆθον, εἰ δὲ μὴ, ἀκούσει ὡς ἐφ' οἷς λυπησιν. id est, non esse maledicendum iis quibus cum agimus; alioquin audituros, quæ molestiæ adferant. Huc arbitramur ascribendum versiculum quem Quintilianus ut vulgo iactatum citat:

Nec male respondit, male enim prior ille rogarat.

Sero sapiunt Phryges.

Id est, prouerbiū ex uetustissima tragedia Linij Andronici mutuo sumptum est, quæ inscribitur, Equus Troianus: Sero sapiunt Phryges. Vsurpatur à Cicerone in epistolis familiaribus, in equo, inquit, Troiano scis esse sero sapiunt Phryges. Conuenit in eos, quos stulte factorum sero pœnitet. Si quidem Troiani tot iam acceptis cladibus, vix decimo demum anno de restituenda Helena consultare cœperunt: quam si statim initia repositenti Menelao reddidissent, innumerabilibus sese calamitatibus subduxissent. Euripid. in Oreste:

Οὐκ ἔστιν ἔτι δὲ, ὅτε τὴν ἀρχὴν ἀχρεῖας δόμου, id est,

At nunc profecto serius sapias bene,

Cum tunc penates turpiter reliqueris.

Nam uerba sunt ad Helenam Electræ. Refertur & à Festo Pompeio prouerbiū titulo. Demades auctore Plutarcho dicere solebat, Athenienses nunquā decernere pacem, nisi pullis uestibus indutos, inuicem eos bellandi cupidores, quā sat esset, nec nisi clade suorum admonitos de pace cogitare.

Piscator ictus sapiet.

Eadem habet sententiam illud apud Græcos celebratissimū: ὁ ἰχθυὶς πλῆθιν ὄντων ὁσὶν id est, Piscator percussus sapiet. Id est, ferunt ab huiusmodi quodam euentu nata: Cum piscator, qui siqua piscibus, quos intra rete tenebat, manu admoisset, atque à scorpio pisce ferire tur, ictus, inquit, sapiam. Itaque suo malo doctus, cauit in posterum. Plinius libro trigesimo secundo demonstrat id esse peculiare diaconi, et scorpio pisci, ut laedant actus, si manu tollatur. Zenodotus ait paræmiam extare apud Sophoclem.

Factum stultus cognoscit.

Idem aliter effertur ab aliis ὁ ἰχθυὶς δὲ τὴν νῆπιον ὄντων, id est, Rem peractam stultus intellexit. Sumptum est autem ex Homero, qui pluribus locis hanc usurpauit sententiam. Vt in Iliados F. & I.

-Μὴτι ἀπὸ τῆς ἰσότητος ἐμῆς,

Πρὶν τὴν κακὴν περὶ τὴν ἰσότητα δὲ τὴν νῆπιον ὄντων, id est,

-Mibi obuius ire cauto, prius quā

Noxæ aliquid capias: nā factum nouit & excors.

Huc alludit Euripides in Bacchis:

Κακὸν γὰρ ἔγχευεν ἐμὴν ἄντρον, id est,

Nam didicit affinis malo.

De Pentheo, qui sero, nec nisi sua perniciē doctus, cœpit reuereri Bacchum. Neque huic diuersum est, quod admonet senarius ille, inter Græcicas sententias celebris.

-Ἡ δὲ μετανοῶν γίγνεται ἀνθρώπος κρείσσων, id est,

Tum iudicant homines, ubi iam pœnitet.

Eodem pertinet Vergilianum illud,

Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.

Item illud Demosthenicum. Non emō tanti pœnitere. Unde perquam eleganter Fabius apud Titum Linium, euentum, stultorum magistrum appellat: Nec euentus docet hoc, inquit, qui stultorum magister est, sed ratio. Plinius in Panegyrico, quem Traiano dixit, huiusmodi seram & infrugiferam prudentiam, miseram uocat: Terror, inquit, & metus & misera illa ex periculis

periculis facta prudentia, monebat ut à repub. (erat autem omnino nulla respubl.) oculos, aures, animos auerteremus.

Malo accepto stultus sapit.

PAULO diuersus extulit Hesiodus, eandem tamen sententiam, cum ait in libro, cui titulus, Opera & dies:

Δίκη ὑπερβρίον ἴσχει,

Eis τέλος ἐξελεύσεται, παύσων δὲ τὴν ἄποιον ἰγνώ. id est,

-Tandem sua pœna nocentem.

Consequitur, passusq; sapit tum deniq; stultus.

Ad quam sententiam uidetur alludere & Homerus in Iliados 4. in 4. γοῖν ἀπείρων, id est, Vti tua dāno cognoscat. Plato in Symposio: ἄλλὰ καὶ σοὶ λείγῳ, ὡς ἄρα δὸν μὴ ἐξαπατάσθαι ὑπὸ τῶν ἡμετέρων παρημασίῳ γινώσκων βλάβῳ, καὶ μὴ κατὰ τὴν παροιμίαν ὥστε γινώσκων παρὰ τὸν γινώσκων. id est, Quæ sane tibi quoq; dico Agathon, ne ab hoc fallaris, sed ex cognitis his, quæ nobis acciderunt, caueas: nec iuxta prouerbum ueluti stultus post acceptum malum sapias. Huc referendum & Plautinum illud in Mercatore: Feliciter is sapit, qui alieno periculo sapit. In eandem sententiam Tibullus Elegiarum lib. tertio:

-Felix quicumque dolore

Alterius, discas posse carere tuo.

Huc alludunt & illæ sero sapientium uoces: Nunc scio quid sit amor. Nunc ego et illam scelestam, et me miserum esse sentio. Ah, uix tandem sensi stolidus. Videtur adagiū ex illa uetustiss. fabula manasse, de duobus fratribus, Prometheo, atque Epimetheo, quæ quidē referatur apud Hesiodum, ad hanc ferme sententiā: Iupiter iratus Prometheo propter ignem furto sublatum ē cælo, ac mortalibus redditum: cupiensq; illum simili re taliare dolo, Vulcanum negocium dat ut ē luto puellæ si mulachrum quanto maximo posset artificio fingat. Id simulatq; factum est, singulos Deos deasq; monet, ut ei simulachro sitas quisq; dotes adiungerent. Unde & virgini Pandora nomen affictum apparet. Hanc igitur omnibus forme, cultus, ingenij, linguæq; dotibus cumulatam, Iupiter cum pyxide pulcherrima quidem illa, sed intus omne calamitatum genus occultente, ad Prometheum mittit. Is recusato munere, fratrem admonet, ut si quid muneris sese absente mitteretur, ne reciperet. Redit Pandora, persuasosq; Epimetheo, pyxidem donat. Eam simul ac aperuisset, euolantibusq; morbis sensisset Ionis ἄδωρα δώρεα, sero nimirum sapere cepit. Vbi Hesiodus palam ad adagionē illudens ait:

Αὐτὰρ ὁ δὲ γὰρ μὲν ὅτε δὴ κακὸν εἴχ' ἐνόησεν. id est,

Acceptit: tactusq; malo, tum deniq; sensit.

Idem significat in Theogonia: Hæc, inquit, peperit προμήδεια

Προκίλον ἀλομήτιν, ἄμαρτι νῶν τ' ἐπιμήδεια.

Prometheum uasum nominans, ac varijs instructum consilijs, Epimetheum post erratum sapientem. Unde & Pindarus in Pythijs, appellat illum ὀφίονον, quæ si sero sapientem. Quod ipsa etiam indicant uocabula. Nam προμήδεια Græcis eum significat, cui prius quàm rem aggrediatur, suppetit consilium: ἐπιμήδεια, cui re peracta, tum demum consilium in mentem uenit. προμήδεια δὲ, est consilio malis imminentibus occurrere. Lucianus in dialogo quodam, ex comico quopiam citat hunc uersiculum dictum in Cleonem, quod sero, nec

nisi confecto negocio saperet.

Κλίων προμήδεια ἐστὶ μετὰ τὰ πρῶμα. id est,

Rebus peractis est Cleon Prometheus.

Idem in calce eiusdem dialogi: ἐπὶ τὸ γε μεταβουλεύσθαι, ἐπιμήδεια ἔρχεται, & προμήδεια ἐστὶν. id est, Nam illud quidem post rem consulere. Epimethei est, non Promethei. Effertur etiam ad hunc modum paræmia: παρὰ τὰ δὲ καὶ φρονιμώτερος. id est, Post mala prudētior. Rursum hoc pacto: ἐξ ὧν ἑπαίε, ἑμαίε. id est, Vt sententiā magis quàm uerba reddam, Quæ nocent, docent. At multo consultius est alienis malis prudētiorē reddi, iuxta Græcā sententiā:

Βλέπων πεπαισμένῳ ἢς τὰ τῶν ἄλλων κακά. id est,

Aliena spectans, doctus euasi mala.

Circumfertur & illud nostrati vulgo iactatum, Morta taleis pudore & iactura doctiores euadere.

Aliquid mali, propter vicinum malum.

LYSIMACHVS apud Plautum in Mercatore. Nunc ego uerum esse illud uerbum experior, aliquid mali esse propter uicinum malum. Quibus ex Plauti uerbis satis liquet, hanc sententiā vulgari sermone fuisse celebratam. Eam Hesiodus eleganter exprestit in opere, cui titulus, Opera & dies:

Εἰ γὰρ τοὶ καὶ χεῖρ' ἐγχοῖρον ἄλλο γένεται,

Τέτονες ἄβουσι ἐκίον, ῥάσαστο δὲ πρηνί.

Ἐῖμα κακὸς γέγονεν ὅσον τ' ἄρα ἔστι μὲν ὄνειδος.

Εμμερεῖ τοὶ τιμῆς, ὅστ' ἐμμερεῖ γέγονες ἰδλῶ.

Οὐ δ' ἂν βδὲς ἀπὸ λαοῦ εἴμην γέγονεν κακὸς ἔμ. id est,

Si qua domi inciderit tibi res, tunc ilico omiffis

Adfunt uicini zonis, cinguntur at ipsi

Affines. noxa est, uicinus ut improbus ingens,

Contrā ita maxima commoditas, si cōmodus adfit.

Deest honor huic, bona quem uicina deficit, at nec

Intereat bos, ni uicinus ubi improbus adfit.

Neque tantum inter priuatos uicinos hæc sententiā locum habet, uerum etiam experimentis obseruatum est, populos à uicinis subuersos. Quemadmodum Aetolis & Acarnanibus euenit, qui se mutuis cladibus euerterunt, inter se finitimi. Item Carthaginensibus & Byontinis, quarum historiarum meminerunt Hesiodi interpretes. Huc uidetur leuiter allusisse Vergilius in Eclogis, cum ait:

Nec mala uicini pecoris contagia ludent. Et,

Mantua uel miseræ nimium uicina Cremonæ.

Admonet autem paræmia, uti bonorum conuictum, et consuetudinem expetamus, à malis nos quàm maxime possumus abducamus: Proinde scitū est illud Themistoclis apud Plutarchum: qui cum prædium quoddā venderet, hoc quoque præconem addere iussit, ὅτι καὶ ἄρα ἔστι ἐχὼν γείτονας. id est, quod uicinos etiam haberet bonos, quasi uicini commendatione futurum esset longe uendibilis. Neque multū abhorret hinc illud eiusdem Hesiodi carmen:

Ἐμμερεῖ καὶ εὐμπαρεῖ πάλαι κακὰ ἀνδρὸς ἐπαυρί. i.

Sæpe mali malefacta uiri populus luit omnis.

Manus manum fricat.

SOCRATES in Axiocho Platonis ait Prodicus sophistæ hunc Epicharmi comici uersiculum semper in ore fuisse:

Ἡ δὲ χεῖρ' ἐγχοῖρον καὶ χεῖρ' ἐκίον, ὅς τις καὶ λάβει τὴν.

Affricat

Affricat manum manus, da quiddam & aliquid accipe: videlicet hominis quæstum facete taxans, qui neminem gratis doceret, & a quo se quoque quæstum diteturus esset, didicisse affirmabat, at ne id quidem gratuito, imò numerata mercede. Sententia digna tum homine Siculo, tum vasto poeta. Sic enim illum appellat Cicero. Monet autem, neminem ferme mortalium inueniri, qui velit in quempiã beneficium collocare, a quo non speret aliquid emolumenti vicissim ad se rediturum, sed officium inuitari officio, beneficium beneficio prouocari. Idem adagium effertur & hoc pacto: χεῖρ χεῖρα νίπτει, id est, Manum manus lauat. Idem pollet utraq; metaphora. Nam mutua commoditas est, quoties vel fricat, vel abluat manus manum. Circumsertur inter Græcāncas sententias huiusmodi distichon:

Λὴν ἔσθ' ἀνδρῶν καὶ πόλις σάξει πόλιν.

Χεῖρ χεῖρα νίπτει, δάκτυλος τε δάκτυλον. id est,

Urbs seruat urbem, seruat itidem vir virum.

Manus manum, digitumq; digitus abluat.

Vititur eo & Seneca in ludrico libello de morte Cl. Cæsar.

Gratia gratiam parit.

EADĒM sententiam Sophocles simpliciter extulit in Oedipo Coloneo:

Ἡ χάρις χάριν εἶρει. id est, Gratiam adfert gratia.

Rursim apud eundem in Aiace Mæstigophoro:

Χάρις χάριν ἔσθ' ἐστὶν ἡ τίς τοιοῦτος. id est,

Beneficium semper beneficium parit.

Quod Hesiodus velut enarrans in primo Georg.

Τὸν φιλῶντα φίλιν, καὶ τὸ προσῶντι προσῶναι.

Καὶ δόμον ὄσκει δῶ, καὶ μὴ δόμον ὄσκει μὴ δῶ.

Δὲ γὰρ μεστὶς ἰδὼκεν, ἀλλ' ὅτ' ἔτις ἰδὼκεν. id est,

Aequum ut ametur amans: qui accedit iungitur illi.

Da, tibi qui dederit, qui non dederit tibi, ne da.

Danti aliquis dedit, at non danti, non dedit vllus.

Quibus significatur beneficium inuitari beneficio, & officium officio prouocari. Euripides in Helena.

Χάρις ἔσθ' ἀντὶ χάριτος ἐλέειτω. id est,

Beneficium beneficio respondeat.

Par pari referre. ἴσον ἴσῳ ἐπιφέρειν.

TERENTIUS in Eunuchō paræmiam vsurpat, superiori non admodum dissimilem: Par pari referto. Quamouemur, ut tales simus in alios, quales in nos illos experimur. Ac iuxta Medeam Euripideam, amicis simus amici, inimicis infesti, in perfidos perfidi, parcos parci, clamoros clamosi, impudentes improbi: denique ut cūque meritum merito simili retaliemus. Idem in prologo Phormionis: Quod ab ipso allatum est sibi id esse retaliū putet. Non in concinne tum quoque vsurpauerimus, si quando verba verbis, blandicias blanditiis, promissa promissis pensamus. Huc pertinet illud non illepidum, quod refert Aristoteles libro moralium nono. Dionysius citharædum accersuerat, ut sibi caneret in nuptiis: atque cum eo his pactus est legibus, ut quo doctius meliusq; caneret, hoc copiosorem ferret mercedē. Annixus est omni artificio citharædus uti q̄ scitissime caneret, sperās amplissimum præmiū. At postridie pactā mercedē reposcenti musico, qui cōduxerat, ait iā persoluisse sese, quod esset pollicitus, nepe par pari retulisse. proque voluptate reposuisse voluptatē, spē lucri significās: quæ quidē hoc maior fuerat, quo magis ex ar-

te cātasset. Verū hoc loco negat philosophus par pari relatum: propterea, quod alter id quod volebat accepit: alter eo quod expetebat, frustratus est. Huc videtur respexisse Euripides, cum ait in Andromache:

Σώφρων καὶ ἡμᾶς, σὺ φρονεῖς ἀντὶ τῆς ἡμετέρας,

Θυμὸς μινος δὲ πῶς ἴπτα θυμωμένον.

id est,

Modestus in nos sentiet modestum item,

Commotus autem nos reperiet concitos.

Porro prouerbiū natam videri potest à compotationibus veterum Græcorum, apud quos equalibus cyathis bibere mos erat. Archippus in Amphitryone secunda apud Athenæum libro decimo:

Τίς ἐκίρασι σφῶν ὁ κακὸς δῶμον ἴσῳ ἴσῳ. id est,

Quis par scelestē miscuit vobis pari?

Item Cratinus in Pytine.

Τὸν δ' ἴσον ἴσῳ φέρωντ' ἴσῳ ἐκ τῆς μετῆς. id est,

At par pari reddenti, ego respondeo.

Item libro sexto Ovidii τῶν ἐπὶ τῇ ἐοικυῖαι ἴσῳ τὴν ἰχθὺν πωλεῖται. id est, Non per eos qui Romæ piscem vendunt, parem pari: sentiens singulos precio estimatos nēdi. Erat hæc vox ἴσῳ ἴσῳ, solennis inter propinandum, ut ex eodem authore facile liquet. Ea significabant, aut pares esse cyathos, aut tantundem additum aquæ, quantum inesset vini. Huius formæ sunt illa: paria facere, pro pensare ex æquo: et parem calculum ponere. Plinius ad Flaccū, Accepi pulcherrimos turdos, cum quibus parē calculum ponere, nec urbis copiis ex Laurentino, nec maris iam turbæ tempestatibus possum. M. Tullius libro de Oratore ad Brutum, Par pari retulit ad schema rhetoricum, quo membra orationis parī syllabarum numero sibi respondent. Nam inquit, Quum aut par pari refertur, aut contrarium contrario opponitur, aut quæ similiter cadunt verba, verbis comparantur, quicquid ita concluditur, plerumque sit ut numero se cadat.

Eadem mensura.

Quo modo retulimus, videtur pariter & ad officij, & ad iniuriæ relationem pertinere, verum ad beneficij pensionem magis referendum, quod ait Hesiodus

Αὐτὸς τὸ μέτρον καὶ λείπει, αὐ καὶ δύναι. id est,

Aut mēsurā eadē, aut melius quoque: si qua facultas

Quo docet officium remetiendum esse eadem mensura aut etiā copiosiore, si suppetat facultas: prorsumq; hac parte imitandos esse sacundos agros, qui sementem depositam multo cum senore reddere consueverunt. Citatur à Luciano prouerbij vice in Imaginibus: αὐτὸς μέτρον φασὶ καὶ λείπει. id est, Eadem mensura, quod auit, aut melius. M. Tullius Epistolarum ad Atticum lib. 13. Ego autem me parabam ad id, quod ille mihi misisset, ut αὐτὸς τὸ μέτρον καὶ λείπει, si modo potuissē. Nam hoc etiam Hesiodus ascribit, αὐ καὶ δύναι.

Crassa Minerva: Pingui Minerva:

Crasiore Musa.

MINERVA, iuxta poetarum fabulas, artibus atque ingenij præsidet. Vnde & illud fluxit, inuita Minerva. Præterea illud, Pingui, seu crassa Minerva, quod quidem olim prouerbij vice celebratur. Columella lib. De re rustica duodecimo cap. 1. In hac autem, inquit, ruris disciplina non consideratur eiusmodi scrupulositas sed, quod dicitur, pingui Minerva, quantumvis vtilis continget

continget villico tempestatis futurae praesagium. Idem in primi libri praefatione: Potest enim nec subtilissima, nec rursim, quod aiunt, pingui Minerva res agrestis administrari. Idem libro 10. Nec tamen Hipparci subtilitas, pinguioribus, ut aiunt rusticorum literis necessaria est. Dicitur pinguiore Minerva fieri, quod inconditius simpliciusque, quasi, indoctius sit, non autem ex quaesita arte, nec exactissima cura. Vnde & Priapus ille, cum rem obscenam, quam poterat urbanus per inuolucra verborum petere, nudis verbis rogat:

—Crassa, inquit, Minerva mea est.

Et Horatius philosophum describens, non exactis illis Stoicorum rationibus atque argutiis instructum, sed veluti citra artem, philosophiam moribus exprimentem, neque tam disertum quam simplicem ac sincerum,

Rusticus, inquit, anormis sapiens crassaque Minerva. Aulus Gellius lib. 14. cap. 1. Nequaquam tamen id censebat in tam brevi exiguoque vitae spatio, quantumvis hominis ingenio comprehendi posse, & percipi, sed coniectari pauca quaedam, & ut verbo ipsius utar, παρρησιάζεσθαι, id est, crassius, & pingui Minerva.

Crassiore Musa.

Παρρησιάζεσθαι, id est, crassiore Musa. Eandem paræmiā sic extulit Quintilianus, Institutionū oratoriā lib. 1. Libet propter quosdam imperitiores etiam crassiore, ut uocant, Musa, dubitationem huius utilitatis eximere. Inuenitur aliquoties apud scriptores non inidoneos, Pinguiore formula, pro eo quod est, planius atque intelligibilius. Dictum est & Latine loqui, pro eo quod est, aperte & simpliciter. M. Tullius in Verrem: Latine me scitote, non accusatorie loqui. Idem in Philip. Sed ut solent ij qui plane et Latine loquuntur. In Priapeis. Simplicius multo est, da predicare, Latine Dicere.

Rudius ac planius.

INELEGANTIVS quidem est illud apud Græcos, sed idem tamen pollet: ἀμαθιστέον καὶ ἀπαφιστέον ἴππῃ. quod apud eundem refertur Gellium: Nosti enim, inquit, credo verbum illud uetus & peruiulgatum, ἀμαθιστέον ἴππῃ καὶ ἀπαφιστέον. id est Indoctius rudiusque, quodammodo loquere, et apertius acclarius fare. Sumptum apparet ex Aristophanis comædia, cui titulus βᾶ τρεῖς χοῖ id est, Ranae.

Ἀμαθιστέον πως ἴππῃ καὶ ἀπαφιστέον. id est,

Indoctius proloquitur, atque clarius.

Quo carmine Bacchus Euripidis obscuritatem taxat, Suidas & interpres admonent subesse prouerbiū quod hunc ad modum feratur.

Σαφιστέον μοι καὶ ἀμαθιστέον φράσον id est,

Apertius mihi loquere, atque indoctius.

Inde sumptum, quod antiquitus illi σοφοί, quos uocant, soleant mysteria sapientiæ quibusdam anigmatum inuolucris data opera obtegere, uidelicet ne prophana turba, ac nondum philosophiæ sacris initiata posset assequi. Sic Plato numeris suis obscurauit suam philosophiam. Sic Aristoteles multa mathematicis collationibus reddidit obscuriora.

Sus Minervam.

TRITISSIMVM apud Latinos autores adagium, ὡς τῶν ἀέλων, id est, Sus Minervam: subaudiendum

docet, aut monet, dici solitum, quoties indoctus quispiam atque insulsus eum docere conatur, a quo sit ipse magis docendus: aut, ut Festi Pompeij uerbis utamur, cum quis id docet alterum, cuius ipse est inscius. Propterea quod Minerva artium & ingeniorum, ut diximus, tutela tribuitur a poetis. Porro siue nullum aliud animal magis brutum, magisque sordidum, ut quod stercorebus impense gaudeat, uel ob iecoris magnitudinem, quæ se des est concupiscentiæ ac libidinis: uel ob uarium crassitudinem, & olfactum hebetem, unde sit ut non offendatur fetore: tum adeo prouum, ciboque deditum, ut si forte sursum aspicere cogatur, protinus stupore sileat ob insolentiam, ut tradit Alexander Aphrodisæus. Nec est aliud magis indocile, proinde non ad usum aliquem quemadmodum pecudes nonnullæ, sed ad epulas duntaxat a natura donatum uidetur. Cui rei testis est Plinius lib. 8. cap. 15. Animalium, inquit, hoc maxime brutum, animamque ei pro sale datam, non illepide existimabatur. Idem affirmat Varro lib. De re rustica secundo: Stultum, inquit, pecus donatum a natura dicunt ad epulandum. Itaque his animam datam pro sale, quæ seruaret carnem. Atque hæc quidem uerba quid sibi uelint explicat M. Tullius lib. De finibus bonorum quinto: Et enim omnium rerum, inquit, quas & creat natura & tuetur, quæ aut sine animo sunt, aut non multo secus, eorum summum bonum in corpore est, ut non inscite illud dictum uideatur in suum, animam illi pecudi datam pro sale, ne putresceret. Sunt autem bestię, in quibus inest aliquid simile virtutis, ut in leonibus, ut in canibus, ut in equis, in quibus, sed etiam animorum aliqua ex parte motus aliquos uidemus. Vulgo inspidos istos, & quasi uentri atque abdomini natos, suos appellare consueuimus. Quin & Suetonius in catalogo illustrium grammaticorum, refert Palæmonem arrogantia tanta fuisse, ut M. Varionem porcum appellare, secum & natus & morituras literas. Præterea si quid indoctum atque illiteratum significare volumus, id ex hac profectum dicimus. Quemadmodum M. Tullius in Pisonem: Ex hac producere, non schola. Hinc igitur natum adagiū sus Minervam. L. Cæsar apud Ciceronem lib. de Oratore secundo: Sic ego, inquit, Crasso audiente, primum loquar de facetiis, & docebo sus, ut aiunt, oratorem eum, quem cum Catulus nuper audisset, senum alios aiebat esse oportere. Idem Cicero lib. de Academicis questionibus primo: Nā et si non sus Minervam, ut aiunt, tamen inepte quisquis Minervam docet. Hieronymus in Rufinum: Prætermitto Græcos, quorum tu iactas scientiam, & dum peregrina sectaris, penè tui sermonis oblitus es, ne uetere prouerbio, Sus Minervam docere uideatur. Vsurpat idem uerbis commutatis in epistola ad Marcellam, cuius initium, Mensuram charitas non habet. M. Varro, & Euemerius adagium ad fabulas retulerunt, id quod ex Pompeij uerbis licet coniecere. Quam rem, inquit, in medio, quod aiunt, positam, ineptis uerbis inuoluere maluerunt, quam simpliciter referre. Celebratur a multis Demosthenis scomma, qui cum Demades vociferaretur in eum: Δημοδίνης ἐμὴ βουλὴ διορίστω ἢ ὡς τῶν ἀέλων, id est, Demosthenes uult corrigere sus Minervam: respondit: αὐτὴ μοι τοὶ πέρυσιν ἠδὲ τῶν μοιχῶν καὶ ἐλπίδων. id est, Atqui nuper hæc Minerva in adulterio fuit deprehensa. Dictum allusit ad Minervam virginem.

Sus

Sus cum Minerua certamen suscepit.

Cum hoc aut idem, aut certe quàm maxime finitimum, quod apud Theocritum legitur in Hódæporis, *ἔνετ' αὖτις ἀνὰ τὴν ἑρμῆν*. id est,

Cum diu est ausus sus decertare Minerua.

Quoties indocti stolidiq; et depugnare parati, non uerè tur summos in omni doctrina uiros in certamen literarum prouocare. Theocriti enarrator sic efferri vulgo παρρησιαστέον scribit, *ἔνετ' αὖτις ἀνὰ τὴν ἑρμῆν*. id est, Sus cum Minerva contendit. Scholiastes aliquis addit, eos *ἐν τῇ* dici, qui uerbis certant, *ἐν τῇ*, qui factis: quo magis ridiculum est, si sus indocilis certet cum Minerva disciplinarum præside.

Inuita Minerua.

LATINIS & illud est celebratissimum, Inuita Minerua, pro eo quod est refragante ingenio, repugnante natura, non fauente cælo. Cicero in Officiis: Inuita, ut aiunt, Minerua. Idem libro epistolarum familiarium duodecimo: Quinquatribus frequentî senatu causam tuam egi, non inuita Minerua. Rursum eiusdem operis libro 3. Idem, quoniam tu ita uis, puto me non inuita Minerva facturum. Horatius,

Tu nihil inuita dices, facies ne Minerua.

Huc allusi: Seneca, cum dixit, Male respondere coacta ingenia.

Abijt & taurus in syluam.

Ἐβη καὶ πεδρεῖς ἀν' ὄλεος, id est, Abijt & taurus in syluam. Pastorale prouerbum, allegoria subturpicula, significans diuortium, ac neglectum ueteris amicæ. Tametsi licebit in usum ueracius diorem trahere hoc modo, si per iocum accommodabitur ad eos, qui pristinos amicos negligere uidentur, & a familiarium cõgerronumq; grege defuiscere. Aut in illos etiam, qui à solitis desciunt studiis, diuersumq; uitæ sequuntur institutum. Theocritus in Idyllio, cuius titulus est Theonycio, nominatim etiam prouerbij uice refert:

Ἀνὸς ἐμὲ λέγει τὰ τίς, ἔβη καὶ ταῦρος ἀν' ὄλεος.

Fertur & hoc olim, in syluam secedere taurum.

Queritur autem amans, se iam pridem ab amica relictum, plurimumq; iam esse temporis ostendit, quod Cynisca, id est, Catella (nam id erat nomen puellæ) se Lyco quoddam oblectet, neque omnino curet ad pristina redire consuetudinem: non magis quàm tauri, qui & ipsi nonnunquam à uaccarum armentis secedunt, & aut reliquis aggregantur tauris, aut solitarij per nemora uagantur, nullo seminarum desiderio tacti. Eum secessum, cumq; uaccarum neglectum, quasiq; diuortium, pastores peculiari uerbo uocant *ἀτιμαχλίαν*, uoce nimirum cõposita *ἄτιμα* & *χλίαν*, quod est despiciere negligereq; ac pronibilo ducere: & *ἄτιμα* & *χλίαν*, quod armentum sonat. Ac tum *ἀτιμαχλίαν* dicuntur tauri, cum segregati à uaccarum commercio, adeo non curant illas, ut non modo coitum non appetant, sed ne pascuis quidem iisdem uti uelint. Hunc animantis morem, simulq; uocem ipsam ei tributam rei demonstrat Aristoteles lib. De natura animalium sexto, his uerbis, *ὁ δὲ ταῦρος ὅταν ὀρεῖται ὀρεῖται, καὶ τὴν γένεσιν οὐκ ἀποδέχεται, καὶ μάχεται τοῖς ἀλλοῖς*. τὸν δὲ πρότερον χρεῖται μετ' ἀλλήλων εἰσὶν, ὁ καλῶς

ταὶ ἀτιμαχλίαν, ποταχίαν, ὅτι καὶ τῇ ἀπείρῳ, & φαίνεται τρεῖς μῶσι, ἅλως δὲ τὰ ἀγρία πάντα ἢ τὰ πλείονα, & στανίμοντα πῶς ἐκλήσεις πρὸ τῆς ὀρεῖας τῆς ὀρεῖας. Ea uerba nos appendemus magis quàm annumerabimus, hoc modo: At taurus, cum tempus coitus adfuerit, tum demum incipit communibus cum uaccis pascuis uti, cumq; reliquis tauris dimicat. Nam ante id temporis inter sese pascuntur, quod quidem appellant, *ἀτιμαχλίαν*. Sanè qui sunt in Epiro prouincia tauri, sæpe numero trium mensium spatio non apparent. Porro fera animantia, aut omnia, aut certe pleraque ante tempus coeundi non aggregantur ad communes cum seminis pascuas. Illud admonitu dignum uisum est, in uersione Theodori Gazæ, pro Græca uoce *ἀτιμαχλίαν*, quæ in Romana lingua nullo pacto reddere potest, scriptum esse coarmentari. Idem, uerbi doctis etiam uiris non parum caliginis offudit, ita ut deprauatum apud Aristotelem locum existiment, commutataq; lectione, longe diuersum sensum inducant, putentq; Theodorum in transferendo non mediocriter hallucinatum. At nos tota re diligentius persculata, uidere uidemur Aristotelicorum uerborum sententiam citra ullius uocis commutationem adamussim quadrare: uidelicet taurum aggregari cum uaccis, et in iisdem uersari pascuis, appetente coitus tempore, eiq; non conuenire cū reliquis tam orum armentis, sed bellum cum alijs gere-re: reliquis autem temporibus tauros cum tauris socia liter iisdem uti pascuis, neque seminarum conuictum sequi, sed inter sese agere, quod idem accadat in feris ferme omnibus. Hanc autem taurorum cum tauris societatem, neglectis uaccarum armentis, uocari *ἀτιμαχλίαν*. Quæso quid hic scrupuli, cur Aristotelicam lectionem mutandam existimemus: nisi si quid offendit mutatus numerus in τῶρος & ἑτέρις, id quod Aristoteli præsertim eo in opere penè familiare deprehenditur? Diffinitionem autem illam coarmentari, non germanam, sed supposititiam esse dubium non est, & aut librariorum incuria, aut alicuius parum eruditi temeritate inductam. legendum esset uel deamentari, uel al armentari. Neque enim adduci possumus, ut credamus Theodorum hominem tam in omni doctrina genere absolutum, fuisse lapsum, præsertim in uoce, neque magnopere prodigiosa, nec inusitata Græcis auctoribus, utpote cuius uim uel ipsa statim indicat etymologia: præterea quæ apud Theocritum autorem usq; adeo notum uulgatumq; legatur, *ὁ νύμφης, ἢ βακχόλης*, id est, in pastore, siue bubulcis,

Ἄν' ἂν μὲν ἀμὰ βόσκειντο καὶ οἱ φύλλοισι πλεονῶντο, ὁ δὲ ἀτιμαχλίαν.

Atque hi pascuntur simul, inq; comantibus herbis Errant, & non ulla gregis diuortia quarunt.

Ad hæc Suidas ostendit, ταῦρος ἀτιμαχλίαν appellatum τὸν τ' ἀμὰ καὶ ἀφ' ὧν ὠτά, id est, qui negligeret armentum. Huc uidetur nonnihil alluisse Vergilius in Sileno:

Ab uirgo infelix, tu nunc in montibus erras.

Ille latus niucum molli sultus hyacintho

Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas,

Aut aliq; in magno sequit grege claudite nymphæ

Dictæ, nymphæ nemorum iam claudite saltus.

Si qua forte ferant oculis sese obuia nostris

Errabunda bouis uestigia: forsitan illum,

Aut

*Aut herba captum viridi, aut armenta secutum
Perducant aliquæ stabula ad Gortynia vacca.*

Cum enim ait,

Ille latus niueum molli sultus hyacintho

Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas :

taurum innuit ἀγροχάρον. Item cum ait : *Frrabunda
bouis vestigia*. Significat autem poeta taurum, quem
adamabat Pasiphaë, aut prorsus ἀτιμαχλίην, aut eate-
nis ἀτιμαχλίην, ut suo armento neglecto, vaccas
alias sequeretur. Porro de pugna taurorum inter ipsos
coitus tempore meminit idem Maro libro Georg.
tertio:

*Nec mos bellantes inā stabulare, sed alter
Victus abit, longeq; ignotis exulat oris,
Multagemens ignominiam, plagasq; superbi
Victoris, tum quos amisit inultus amores.*

Et stabula assestans regnis excessit auitis.

Nos quidem arbitramur hanc ipsam vocem, si defle-
ctatur aliò, proverbialem esse, quemadmodum sunt &
illa καπρωί, & ἰππομαχίην, ad eamq; potissimum respe-
xisse Theocritum, quum ait proverbio dici: Εἷς καὶ
ταύρος αἰὶ ὄλεος. Scholia quæ feruntur in Theocritum,
habent ἰβήκατα ταύροις pro καὶ coniunctione copulativa,
mutata καὶ expletiva: addunt esse proverbium de his
dici solitum, qui abessent non reuersuri. Taurus enim
si semel aufugerit in sylvam, capi non potest. Vnde nō
inconcinne quis dixerit maritum diutius ab uxore se-
cubantem, ἀτιμαχλίην: & cum qui familiares desie-
rit inuifere, ἀτιμαχλίην: & qui diutius à Musis, ac li-
brorum abstinerit contubernio ἀτιμαχλίην. Itē qui à
cōiūctu hominū abhorreat, secumq; vivat, ἀτιμαχλίην
dicebit appellare. Et qui à legitimo contubernio aberra-
rit, secesseritq; non inepte dicitur ἀτιμαχλίην. Nec
prorsus abhorret ab hac forma; quod est apud Aristo-
phanem in *Lystrata*:

Οἱκοὶ δὲ αἰὶ ὄλεος διὰ τὸν βίον. id est,

Domi absq; tauro cælibem vitam exigam.

Sic enim significavit vitam cælibem femina negligē-
tis taurum, id est, maritum. Sic & Horatius:

-Pereat male quæ te

Lesbia querenti taurum, monstravit inertem.

Annus producit, non ager.

Ετος φέρει ἄχ' ἄρεα, id est, *Annus producit segetem, non
aruum. Hemistichio proverbiale quod refertur à Theo-
phrasto, lib. De plantis octavo: Εὖρος αἰχμησὶν δὲ καὶ τρε-
φὴν μέγιστα μὴ ἢ τε αἶρος κρασίς τε συμβέλλεται, καὶ ὄλεος
ἢ τε ἔτος κατὰ τὰς αἰσας. δὴ καὶ ὄλεος ἢ τε ὄλεος καὶ
χημαίων γινόμενον, αἰ πάντα ὄλεος καὶ πολὺ κρασί. καὶ
ὄλεος αἰσας καὶ λιπρόγυις ἢ δὴ καὶ παροιμιάζομεθαί λε-
γόντων, δὴ αἰσας, ὅτι ἔτος φέρει ἄχ' ἄρεα, μέγα δὲ καὶ αἰ
χώρα ὄλεος φέρει. id est, *Ad incrementum autem ali-
mentumq; plurimum quidem cæli temperies, & in to-
tum anni conditio iuvat. Etenim si imbres, serenita-
tes, & hyemes accidunt opportune, cuncta felicius
atq; uberius proueniunt, etiam in saluginosis, ac pa-
rum pinguibus agris. Unde non ab re est, quod prouer-
bio dicunt, Annum producere fructum, non aruum. Verum
tamen non parui refert, quæ sit regionum ratio. Hic illud obiter
admonendum duximus, in impres-
sis exemplaribus legi, & καλῶς, id est, non recte: atq;**

hoc ipsum, ut nostra quidem est opinio, & καλῶς, par-
tim quòd Theodorus Gaza verterit hoc loco non per-
peram: partim quòd non perinde quadret ad Theo-
phraستي sententiam. Nam is fatetur verum esse, plu-
rimum habere momenti cæli conditionem, id quod etiā
proverbio testatum sit, quo non sine causa tota prouen-
tus ratio tribuitur aeri, tamen nonnihil etiam discrimi-
nis situm esse in ipso soli ingenio. Proinde legendum
suspiciamus pro & καλῶς, & αἰσας, id est, non temere.
Quamquam videmus & illud & καλῶς, utcumque posse
defendi. Nimirum ut Theophrastus improbet
vulgare dictum, quod cælo momentum omne tribuit,
cum & à soli ratione magna pars pendeat. Nobis ta-
men superior lectio magis arridet, atq; huic nostræ
sententiæ doctos calculum suum addituros existi-
mus. Repetit idem adagium libro de causis planta-
rum tertio, rationem reddens, cur in frigidis pariter
& calidis regionibus triticum proueniat, haud negans
agri naturam nonnihil conferre ad fertilitatem: sed
multo maximum momentum habere aerem circum-
fusum, & cuiusmodi cæli uentorumq; temperies con-
tingat, tum ad quos flatus oppositus sit ager. Memi-
nit & Plutarchus in *Symposiacis*, decade septima,
problemate secundo. Porro si libebit usum prouerbij
dilatare, non inenpestiūter accommodabitur in hanc
sententiam, si quis dicat, ad virtutem educationem
longe plus adferre momenti quàm genus: ac planè
perparui referre, quibus maioribus sis natus, sed
multo maxime quibus rationibus educatus, quibusq;
moribus sis institutus. Nam cælum velut educat,
quod progignit terra. Ad hoc adagij videtur allu-
sisse Euripides in *Hecuba*, quam ita loquentem facit:

Οὐκ οὐκ δεινόν, εἰ ἢ μὴ κακὴ

Τυχὸς καὶ καὶ τοῦτο, δὴ τὰ καὶ φέρει.

Χρὴς δ' αἰσας ὅς τιν' ἔχον αἰσας τυχὴν.

Κακὸν δ' ὁ δὴ αἰσας καὶ τὸν αἰσας αἰσας αἰσας.

Ο μὴ παντὸς, οὐδὲν αἰσας, πλὴν κακῶς,

Ο δ' ἄλλος, ἰστέλλος, οὐδὲν αἰσας φέρει ὄλεος.

Φέρει δὴ αἰσας, & καὶ χημαίων αἰσας.

Δὲ αἰσας πικρὸς & φέρει, ἢ τὸ αἰσας,

Ἐχὺ ἡτοι τὸ καὶ τὸ τρεφὴν καλῶς

Αἰσας ἰστέλλος. id est,

-Non nouum ergo, si mala

Fauente cælo terra fert segetem bonam:

Bona, destituta quibus opus fuerat, malum

Fructum edit. At mortalium quisquis malus.

Nil possit aliud esse quàm semper malus,

Frugi usq; frugi. Sors nec ingenium viri

Aduersa vitiat, sed probus semper manet.

Vtrum id parentum, an educantium magis?

Recte educari scilicet nonnullam habet

Doctrinam honesti.

Videtur Hecuba plusculum tribuere genitura quàm
institutioni, miraturq; proinde non idem euenire in mor-
taliū moribus, quod in prouentu segetum accidat.
Porro quanto plus valeat institutio quàm genus, Ly-
curgus eleganter ostendit, prolatis apud multitudi-
nem duobus canibus, quorum alter ingenerosa matre
natus, propter institutionem gnauiter feram est infec-
tus: alter generosis ortus parentibus, quod institu-
tus non esset, turpiter relicta fera, ad odorem panis
& cibi refecit.

In vado.

METAPHORA prouerbialis, In vado esse, pro eo quod est in tuto, citraque discrimen, sumpta à natantibus aut nauigantibus. Terentius: Omnis res in vado est. Plautus in *Aulularia*: Hæc propemodum iam esse in vado salutis res videtur. Vadum autem est aquæ fundus, in quo quisquis constiterit, is iam effugit periculum ne mergatur.

In portu nauigare.

AFFINIS est huic allegoria, ὁ ἀμείνι πλεῖν, id est, In portu nauigare, qua significamus nos iam à periculo abesse. Propterea quod qui mediis adhuc in fluctibus nauigant, hi uentorum et æstus arbitrio nauigant. Contra qui iam intra portum sunt, nihil habent negotij cum undis ac ventis. Vnde vulgarissima metaphora, hominem in cuius præsidio conuiescimus, portum appellamus. Et qui sese ad tranquillam tutamque, aliquam uitæ rationem traducunt, in portum se recipere dicuntur. Terentius in *Andria*: Nunc huius periculo sit: Ego in portu nauigo. Maro paulo diuersius in *Aeneidos* libro septimo.

Nunc mihi parta quies, omnisque in limine portus.

Bos lassus fortius figit pedem.

DIVVS Hieronymus oppidò quàm elegans adagium usurpauit, ad beatum Aurelium Augustinum scribens, eumque deterrere cupiens, ne iuuenis senem prouocet. Propterea quod tardius quidem ad pugnam excitantur hi, qui iam sunt ætate quasi fessi: verum iudem grauius senium atque urgent, si quando senilis illa virtus irritata recaluit. Memento, inquit, Daretis et Entelli, et vulgaris prouerbiij, quod bos lassus fortius figat pedem. A veteri tritum et more ductum apparet cum circumactis à bubus super manipulos plaustris, grana excutiebantur: partim à rotis in hoc armatis, partim à taurorum ungulis. Potest allusum videri et ad hoc, quod iuuenes corporis agilitate præpollent. Senes in stataria pugna, ac viribus superiores sunt, id quod et Verg. in Daretis et Entelli congressu declarat. Nec ad modum hinc abludit illud, quod in Græcorum collectaneis positum reperitur, ἑταίρεσσιν ὀδῶν, id est, Lente bos, subaudiendum, mouet pedem. Nam sensim quidem mouet, at grauius premit.

Tota erras via.

Τὸ πᾶσι δὲ δὲ ἀφαιρῶνται, id est, Tota aberrare uia. Prouerbiū est in eos, qui vehementer aberrant. Terentius in *Eunucho*: Tota erras via. Translatum à viatoribus, qui nonnunquam ita solent aberrare à via, ut non sine dispendio quidem, tamen quod tendebant, perueniant: nonnunquam sic aberrant, ut longe diuertant, et in diuersum tendant. Vnde et exorbitare dicuntur, qui à vero aberrant. Aristoteles in *Ethicis*: Haud tota aberrant via. Idem *Naturaliū* lib. 1. scribit priscos illos philosophos naturalium causarum scrutatores, exorbitasse, ac velut è via depulsos, prorsus aberrasse à vero. Sumptum est ex Aristophanis *Pluto*:

Ἡ τὰς ὁδὸς τὸ παραπλεῖν ἡμάρτυκαμος;

Via ne tota prorsus exerrauimus?

Quinetiam hodie discitant eos in via esse, qui recto con-

filio quippiam instituunt: extra viam, qui qua non oportet ratione re aggrediuntur. Sunt ferme prouerbiales et illa metaphora doctis visitatissima: Depellere à via, reducere in viam, monstrare viam, succre viam, sternere viam, aperire viam, præcludere viam, intercludere viam: Cicero in prima *Philippica*: Quod si putas, totā ignoras viam gloriæ. Celebre habetur et illud apophthegma, Bene currunt, sed extra viam. Καλῶς μὲν τρέχουσιν, ἀλλ' ἐκτὸς τῆς ὁδοῦ.

Toto cælo errare.

HYIC cōfine est, quod usurpat Macrobius *Saturnal.* lib. 3. Nunquam ne, inquit, Prætextate tibi venit in mentem toto, ut aiunt, cælo errasse Vergiliū? Sumptum videtur ex Aristophanis *Ranis*,

Εἰδὼς δὲ ἡμάρτυκαμος ἑταίρεσσιν ὀδῶν.

Ab Euripide dicitur in *Aeschylum*, qui plurimum errasset in his quæ dixerat. Metaphora ducta, vel à Phæthontis, aut Cereris fabula: vel à nauigantibus, qui cæli siderumque, obseruatione cursum moderantur: proinde naucleri, cum vehementer aberrant, in cæli parte longe diuersa Cynosuram imaginantur nonnunquam, totoque aberrant cursu. Nisi malumus cælū pro regione accipere velut Horatius,

Cælum nō animū mutant, qui trans mare currunt.

Suo iumento sibi malum accersere.

QVI ipse sibi malorum est autor, suo iumento sibi malum accersere dicitur, tanquam suo sumptu suamque operam, quasi suo pte plaustro, malorum sarcinā adportet sibi. Plautus in *Amphitryone*: Ipse homo sibi à me malam rem arcessit iumento suo. Sumpta metaphora à plaustris oncrariis. Nam id quoque significat iumentum, auctore Gellio lib. 20. cap. 1. aut certe ab animalibus tergo vectantibus onera.

Suo sibi hunc iugulo gladio, suo telo.

SVO gladio, suo ue telo iugulari dicitur, qui suis ipsius dictis reuincitur, aut qui suo pte inuento dolo ue capitur: denique in quem quocunque modo, seu dictum, seu factum retorquetur, quod ab ipso profectum sit: veluti si quis exemplo Protagoræ antistropheon dilemma in eum, qui proposuerit, retorquat: aut si quemadmodum Phalaris, Perillum mali repertorem, suo inuento conficiat. Itaque in *Adelphi* Terentij, Mitio senex fratris Demeæ scuitiam increpans, huiusmodi vitur sententia: Hoc vnum affert vitij senectæ, attentiores ad rem sumus quàm oportet. Eandem Demea paulo post in fratrem retorquens, Postremo, inquit, non meum illud uerbum facio, quod tu Mitio bene et sapiēter dixisti dudum. Vitium commune omnium est, quod nimium ad rem in senectæ attenti sumus. Hanc maculam nos decet effugere. Hac ratione cum Mitio constringeretur adigeturque, ut agrum, quem rogabatur, daret: tum Demea, Suo, inquit, sibi hunc iugulo gladio. Translata metaphora ab his, qui in pugna suis ipsorum telis aliquoties confodiantur. Plautus in *Amphitryone*, Atque hunc telo suo sibi, malicia sua, à soribus pellice. Cicero pro *Cecina*, Aut tuo, quemadmodum dicitur, gladio, aut nostro defensio tua conficiatur necesse est. Huic allusit Ouidius in *epistolis* *Heroidum*,

Remigiumque dedi, quo me fugiturus abires:

Heu parior telis vulnera facta meis.

Eodem

Eodem pertinent & illa Ciceronis: In tuum ipse mucronem incurras, necesse est. Rursum: Hic est defensionis tuae mucro, in eum incurrat oratio tua, necesse est. Neq; vehementer hinc abludit Liuium illud lib. 2. de secundo bello Punico: Sentiebat Annibal suis se artibus peti. Lucianus in Piscatoribus, ὡς παρ' ἡμῶν τὰ τοῦ θύου αὐτοῦ, ἡ δὲ φῆς, λαβὼν καὶ ἡμῶν ἐπὶ θύου. id est, Quæ quidem tela à nobis, vti fateris, sumpta, aduersus nos iaculatus es. Tradit Plutarchus, Bracchidam ducem educto à corpore telo, eodem confodisse eum qui miserat. Marius vnus è triginta tyrannis, à milite quodam interemptus narratur à Trebellio Pollione, qui adoriens dixerit: Hic est gladius, quem ipse fecisti: nam Marius ante imperiū faber ferrarius fuerat, & eius militis opera in fabrilis officina usus. Hunc igitur vere suo gladio dixeris ingulatum.

Incidit in foueam, quam fecit.

TRANSLATVM vel ab his, qui foueis effossis, aut reliquis id genus decipulis, insidiantur feris: vel à bellis, in quibus aliquoties suffossis cuniculis hostis hostem capiat.

Suo ipsius laqueo captus est.

NOTA metaphora, nempe mutuo sumpta ab his, qui instructis pedicis, auiibus aut feris insidias tendunt.

Hanc technam in teipsum struxisti.

EANDEM sententiam aliter expressit Lucianus, ὡς οὐ φίμα κατὰ σάυτ' ἐσώπτεται. id est, Itaq; commentum in tuum ipsius exitium reperiisti. De herediteta, qui quum diuitem ex asse heredem scripsisset, ac testamentum protulisset, quo diuitem ad idem faciendum prouocaret, testis ruina subito oppressus est, ac sua reliquit illi cuius facultatibus inhiat. Utendum erit cū dolus in alterum excogitatus, in caput auctoris recidit, ita vt non raro consuevit accidere.

Turdus ipse sibi malum cacat.

HIS similitū est illud Græcorum adagium, Κίχλα χίμῳ αὐτῷ κακόν. id est, Turdus ipse sibi malum cacat. In eos dici solitum, qui sibiipsis ministrarent exitij causam. Siquidem viscum, autore Plinio, non prouenit, nisi maturatum in vetre, ac redditum per auiū aluum, maxime palumbium ac turdorum. Cuius rei meminit & Seruius in sextum Aeneidos. Aristoteles item lib. De natura animalium nono, tria turdorum genera facit, quorum primum ἰερόβιον vocatum ait: aut, vt Athenæus, ἱεροφύγον, nimirum quod visco vescatur. Quoniam autem visco capiuntur aues, ipse sibi malū cacant videlicet. Plautus paulo diuersius extulit: Ipsa, inquit, sibi auiis mortem creat. Quanquam non dubitemus affirmare, à Plauto cacat, non creat fuisse scriptum: deinde locum à quopiam semidocto, & Græcanici prouerbij ignaro deprauatum, supposita voce adulterina creat. Sophocles in Antigone:

Ὅστις δ' ἀγνοῖ λατρεῖται τίκναι
Τὴν δ' ἂν εἰποῖς αἰῶν, πάλαι αὐτῷ πόνος
Φύσαι, πολλὴν δὲ τοῖσιν ἰχθυόσιν ἔλκων, id est,
Inutiles quicumq; liberos ferit,
Quid aliud hunc, quàm sibi creare dixeris
Ipsi dolores, atq; risum malenolis?

In hos igitur quadrabit paræmia, aut in eos, q potētes sibi generos asciscūt, à quibus postea p uim opprimātur.

Ipse sibi mali fontem reperit.

Extat item apud eosdem senarius prouerbio celebratus, Ἀπὸ τοῦ ὅδε ἰὺν τὸ κακὸν τὴν πηγὴν. id est, Ipsus mali sibi reperit coagulum. Aut, Ἀπὸ τοῦ ὅδε τὸ κακὸν πηγὴν. id est, Ipse reperit mali fontē. Sic Aeschylus in Persis: Νῦν κακὸν ἰοῦν πηγὴν περὶ τὴν θυρῶναι φίλον. id est, Nunc mali fons est repertus, vt videtur omnibus. Versus est Trochaicus. Sunt enim & perniciosi fontes, quorum aqua gustata mortem, aut insaniam adferat, quos præstiterat non reperisse.

Capra gladium.

Eodem ferme pertinet, αἰετὸς μὲν χαλεπὸν, id est, Capra gladium, subaudi, reperit. In eos dicitur, qui ipsi reperit, quo pereat. Ortū est autem adagium ab huiusmodi quodam euentu. Olim cū Corinthij Iunoni Acrææ (nam id illi cognomen) rem diuinam facere pararent: huius Iunonis statuam auiunt à Medæa positam fuisse: atq; hī, qui ad præbendam bestiam erant conducti, defosso sub terra cultro, oblitos sese assimularunt, capra pedibus excaupens eum eruit, prodiditq; itaq; mactata est. Quidam sic efferunt paræmiam, αἰετὸς μὲν χαλεπὸν. id est, Capra cultrum præbens. Quidam hoc pacto, αἰετὸς μὲν χαλεπὸν. id est, Ovis cultrum.

Cornix scorpionum.

HIS confine est & illud, Κορώνη τὸν σκορπίον, id est, Cornix scorpionum, subaudi, rapuit. Quadrat in hos, qui parant eos ladere, vnde tantundem mali sint uicissim accepturi. Quemadmodum cornix correpto scorpio, arcuata illius cauda, vulnus accepit letale, perijt. Extat super hac re Græcum epigramma Archiæ, quod non grauior adscribere:

Εν ποταμῷ φέροντι μέλαν πρὸς αἰετὶν αἰῶν,
Σκορπίον, ἐκ γῆς ἐὶ θάλασσαν ἔχοντα κέραι.
Οὐ μάρτυρας ἔχουσι: ἰδὲ αἰετὸς ἐπ' ἐδάσ.
Οὐ βλάπτει, δὲ κίτρινον πέλας ἐπὶ τοῖς βάλαι.
Καὶ ἔωκε μὲν ἀμερῶν, ἰδὲ ὅν ἐπὶ πυχῶν ἐπ' ἄλλω.
Εκ κίτρινος τλῆμαν αὐτὸς ἔδεκτο μόρον. id est,
Scorpius è terra prorepserat, idq; vidente
Coruo, qui cælo uisitatur in liquido.
Corripuit visum, fugitq;: sed hic vt humum ales
Contigerat, telo mox ferit atq; necat.
Ecce tibi, quod in hunc auiis insidiosa parabat,
Inde sibi acciuit ipsa necem misera.

Atq; id in rebus humanis frequenter usu uenire solet, vt qui cepisse videatur, ipse captus sit. Quemadmodum & Horatius,

Græcia capta ferum victorem cepit,

Calidum prandium comedisti.

HYC alludere videtur & Plautinum illud, Calidum hodie prandium prandidisti, id est, Fecisti quod tibi magno malo sit futurum. Ab his sumptum, qui se noxys ac letiferis ingurgitant cibis, postea ventris tormina sensuri.

Iritare crabrones.

Τὰς σφυγικὰς ἀντίβιν, id est, Iritare crabrones. Ad hanc sententiam referendum est & illud, quod est apud Plautum

in *Amphitryone*: Iritabis crabrones. Id dictum est à poeta in mulierum ingenium, quibus iratis si repugnes, magis prouoces, neque sine tuo malo discedas. Est autem crabro insecti genus affine uestpis pertinacissimum, aculeoq; pestilentissimo. Siquidem refert Plinius *Naturalis historiae* libro 11. cap. 21. crabronum ictus haud temere sine febre esse. Additq; traditum à quibusdam, ter nonenis huius animantis punctis interfici hominem. Aristoteles lib. De partibus animalium nono, præter alia quæ de crabronibus commemorat, illud quoque tradit, cum in apum genere quædam aculeis careant, ut fuci, & reges, uestpæ quoque nonnullæ sine aculeis inueniantur, nulli crabrones reperiuntur non armati aculeo. Quamquam de duce, num aculeatus sit, nomibilibus addubitat. Vtitur hoc adagio diuus Hieronymus in quadam epistola. Eandem sententiam sic idem extulit Plautus, mutata allegoria,

Bacchæ bacchanti si uelis aduersari,
Ex insana infanior facies feriet sæpius.
Sin obsequaris, una te soluas plaga.

Nam mos erat, uti Bacchanalia celebrantes obuios thyrus ferirent. Aristophanes in *Lysistrata*, nam hoc titulo inscriptam comperi:

Ἡ μὴ τις, ὥστε ἐφ' ἡκὶν βλήτῃ με καὶ ὀρεῖται.

Nisi si quis uti uesparium, fraudet me, stimuletq;
Allusit huc, qui scripsit epitaphium Archilochi poetæ maledici,

Ἡρίμα δὲ παρ' ἡμῶν ὁδοὶ πόρι, μὴ ποτὶ τῷδε
Κινῆσθαι τὴν βωρὸν σφῆκας ἐφ' ἡμῶν. id est,
Ne fors crabrones, qui huic infedere sepulchro,
Irites, tacitum carpe uiator iter.

Xenophon lib. 4. indicat unde natum sit: nimirum ab his, qui student eximere uestpas ab antris suis. ἰσθ' δ' ἔγω γ' ἴφρι, καὶ ἐπί σοι σφῆκας ἔξαιρ' ἡβ' ἄλλοι, ἵαν μὲν ἐκείνους τοὺς σφῆκας περὶ τῶν θηρῶν, ὑπὸ πόλιν τὴν πόλιν. id est, Et ego, inquit, uideo etiam eos quicunque crabrones excipere uolunt, si quidem euolantes conentur venari, à multis feriri crabronibus.

Leonem stimulas.

CONSIMILEM vim habet, quod à Diogeniano refertur, τὸν λείον παύειν, id est, Leonem pungis, seu vellias. De his, qui potentem ac ferocem in suum ipsius exitium prouocant atq; extimulant. Notior est meta phora, quam ut sit explicanda.

Malum bene conditum ne moueris.

IDEM pollet & illud, μὴ κινεῖν κακὸν ὃν νεύμενον, id est, Ne moueris malum bene conditum, siue quiescens. In eos qui sua stultitia sibi turbas excitant: aut qui mala iam tempore sepulta resuscitant renouantq; Prouer bium retulisse videtur Theognis hoc uersu,

Ροῦακι γὰρ τὸ κακὸν κατὰ κέλευθον εἰ δὲν ἄμεινον, id est
Nam persæpe malum præstat domi habere repositū.
Huic similem est illud,
—Sopitos suscitatur ignes.

Œtipedem excitas.

CRATINVS in Thrattis apud Suidam, ὁ κτόπων ἄνι γηρας. i. Œtipedem excitas, nimirum scorpiū: cui pedes sunt octo, ac plerūq; sub saxi abditi cubat quæ nō nisi tuo periculo suscitatur p̄p̄ venenū, quod in cauda gestat.

Mouere Camarinam.

Κινεῖν τὴν καμαρίνῳ, id est, Mouere Camarinam, est sibi ipsi malum accersere. Lucianus de *Apophrade*. ὁρᾷ οὐκ ἄμεινον ἢν σοι ἀκίνητον τὴν καμαρίνῳ ἴαν. id est, Vides quanto satius tibi fuerit, Camarinam immotam sinere. Vnde natum sit adagium, Seruius grammaticus explicat, Vergilianum illum locum enarrans in tercio *Aeneidos*,

--Et satis nunquam concessa moueri
Apparet Camarina procul.

Camarina, inquit, palus est iuxta oppidum eiusdem nominis, quæ cum olim siccata, pestilentiam creasset, consuluerunt oraculum an penitus eam desiccare præstaret. Vtuit Deus Camarinam moueri. At illi exiccarunt, non obtemperantes oraculo, & cessauit quidem pestilentia, sed per eam ingressis hostibus pœnas dederunt neglecti oraculi. Eadem ferme commemorat & Suidas, illud insuper addens, quibusdam Camarinam esse fruticem, cuius ramos si quis commoueatur quatitq;, tetrum quendam odorem edere. Verum nobis superior sententia magis uidetur ad ueri similitudinem accedere. Meminit huius adagij Stephanus quoque uersu heroico, effertq; ad hunc modum.

Μὴ κινεῖν καμαρίνῳ. ἀκίνητος γὰρ ἄμεινον.

Nemoueas Camarinā. etenim nō tangere præstat. Ait autem Camarinam oppidum, & eiusdem nominis paludem esse in Sicilia. Meminit & Silius libro 14. Maronem imitatus,

Et cui non licitum satis Camarina moueri.

Anagyrim commoues.

SVPERIORI neutiquam dissimile uidetur illud apud Græcos celebratum, ἀνάγυρον κινεῖν, id est, Anagyrum commoues. In eos, qui sibi ipsis malorum autores essent: quicq; in suam ipsorum perniciem quempiam iritarent. Vnde ducta sit pœmia, uarie narratur ab autoribus. Alij ad fruticis naturam referunt, cuius meminit in tertio libro Dioscorides, quem quidam magyrum, quidam anagyrum appellant: nonnulli acopon, medicamentis quidem efficacem, uerum odore maiorem in modum graui, maxime si manu teratur: cuius fructus gustatus uehementem uomitum promouent. Vnde uel ab odoris molestia, quæ carpentem consequitur, adagium ductum uideri potest, quando quidem & acopi uocabulum indidem apparet reperi tum: uel à concitandi uomitus efficacia. Meminit huius & Plinius libro vicesimo septimo, cap. quarto. Sunt qui dicant Anagyrum locum esse in Attica, quæ ad tribum pertineat Erechtheidem, autore Stephano, ubi frutex quidam grauissimi odoris plurimus proueniat, ut Anagyrum pro frutice nō secus accipiamus, quam Anticyram pro elleboro. Rursus alij Anagyrum genium quendam existimant, qui propter uiolatum sacellum suum uicinos omnes funditus euerterit. Atque huius adagij mentionem fieri apud Aristophanem in *Lysistrata*. Et sanè apud Aristophanem locus sic habet:

Εὐδοκίᾳ σὺν, ἀνάγυρον τὸν γὰρ τὸν δία.

Ὁ γὰρ ἀνάγυρος μὴ κινεῖται δοκεῖ. id est,
Vnde aduenit? ab Anagyro. ergo per Iouem
Anagyros esse motus apparet mihi.

Suidas

Suidas huiusmodi ferme commemorat: *Anagyrastion* quendam genium fuisse, sic à loco quem diximus, cognominatum, qui senem nicinum, quod lucum suum incidisset, hunc ad modum ultus sit. Senis concubina infanum quendam amorem inuifit in illius filium, quæ cum adolescentis animum pellicere non posset, cum ultro apud patrem detulit, quod sese de stupro non desineret interpellare. Pater persuasus à muliere, filium è testro præcipitem dedit, ac interemit. Deinde facti pœnitens, semetipsum laqueo præfocauit. Postremo uuluer sese in puteum abiecit.

Capra contra sese cornua.

Ἡ αἰὲς κατὰ τὴν τῶν κίερα, id est, Capra contra semetipsam cornua. Ad superiorum classem pertinet, ab apolo natum. Capra quædam cum esset iaculo uulnera circumspiciens unde nam id mali sibi euenisset, arcum contemplans caprinis cornibus compactum, dixit ad hunc modum, κατὰ τὴν τῶν κίερα: id est, In meam ipsius perniciem produxi cornua.

Atlas cælum.

Ἀτλὰς τὸν οὐρανόν, id est, Atlas cælum, subaudiendum, ὑποστηρῶν, id est, suscepit. Dici solitum de his, qui sese magnis & molestis inuoluunt negociis, ipsiq; sibi malum accersunt. Nam hic cælum hospitio excepit. Deprehensus autem quod illi struxisset insidias, præceptus datus est in mare Atlanticum. Porro notior est, quam ut hoc loco sit referenda de Atlante fabula, cælum humeris & uertice sustinente.

Deus ex improviso apparens.

Εἰς ἀπὸ μηχανῆς ἐπιφανείς, id est, Deus ex improviso apparens. In eos dicitur, quibus in rebus perplexis præter spem exoritur aliquis qui salutem adferat, negociisq; difficultatem expediat. Sumptum est à consuetudine tragædiarum, in quarum plerisq; machinis quibusdam Deus aliquis ostendebatur: idq; non in scena ipsa, sed è sublimi, qui repente commutatis rebus fabulæ finem imponeret. Id quod testatur & M. Tullius lib. de Natura Deorum primo, ut cum sic ait: Quod quia quemadmodum natura efficere sine aliqua mente possit, non uidetis, ut tragici poeta, cum explicare argumenti exitum non potestis, confugitis ad Deum: cuius operam profecto non desideraretis, si immensam & interminatam in omnes partes magnitudinem regionum uideretis. Nec dubium est, quin Tullius imitatus hic sit illud ex Platonis Cratylō, Εἰ μὴ ἄρα διὰ τὸ πρὸς τὸν οὐρανόν, ἢ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ὡς τὰς μηχανὰς, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ὡς τὰς μηχανὰς, id est, Nisi sanè quem admodum tragædiarum scriptores, sicubi hæserint, ad machinas confugiunt, Deos sustollentes. Quem Platonis locum ob ignoratum prouerbium, Latinus interpretes perperam, aut certe obscure uertit. nimirum hunc in modum: Nisi fortè, quemadmodum tragici, quoties ambigunt, commentitiis quibusdam machinamentis ad Deos confugiunt. Ad eundem lapidem impigisse uideatur qui Lysandri uisam transtulit è Plutarcho. Quin enim Lysander instituisse inuolare remp. perpendereq; negocium esse difficilius quàm ut uulgaribus consiliis posset expediri, fecit quod poeta solent in tragædia, fictis oraculis ac deorum religione studuit quod

constituerat efficere. Græca sic habent, ὅπως ἐὰν τρεῖς μηχανὰς ἢ ὡς τὰς μηχανὰς, id est, Quæ admodum in tragædia machinam tollens apud ciues, responsa uelut à Pythio reddita & oracula componebat apparabatq;. Idem subobscurè, sed sanè quàm eleganter indicat Aristoteles libro τῶν φυσικῶν πρώτῳ, Ἀναξαγόρας τὴν ψῆν, inquit, μηχανὰν χρησάμενος τὸν νότον πρὸς τὴν κοσμοποιίαν, ὅτι αἱ ψῆς ἀπορροήματα αὐτὸν ἐξ ἀέρος ἦσαν, τὸ πᾶν αὐτοῦ. καὶ διὰ τὸς ἀέρας πέντε μάλιστα αὐτὸν αὐτὸν γινόμενον ἵνα. Quæ quidem uerba sic licebit uertere: Nam Anaxagoras mente perinde, quasi deo quopiam tragico, qui repente solet ostendi, uirtutem ad condendum mundum. Etenim cum hæret in explicanda causa, quare necessario sit, tum illam adducit. Porro reliquis in rebus, quidnis potius causam facit eorum quæ fiunt, quàm mentem. Unde in Græcorum tragædiis illud penè solenne est: Πολλὰ μοι φαίνεται δεινὰ, id est, Multa forma deorum, & c. cum inducto numine fabulæ explicant: ueluti in Oreste Euripidis, Apollo in medijs tumultibus apparens res turbatissimas subito componit. Huius rei exemplum uidetur ab Homero ductum, qui quemadmodum Iliad. primo, Palladem inducit, ut ferocientem Achillem compesceret, ita compluribus alijs locis nomen aliquod allegat. Quod quidem Horat. in Arte poet. uelut in comædijs fieri, nisi rerum difficultas maior sit, quàm ut possit humanæ ope explicari: Nec Deus interfit, nisi dignus uindice nodus inciderit. Quæ ratione Plautus in Amphitryone Iouem induxit, eoq; tragicocomædiam uocat. Lucianus in Philopseude: Καὶ τὸ τὸ δεινὸν ἀπὸ μηχανῆς ἐπιτελεῖσθαι μοι τῶν ὁμῶν ἀπὸ τῆς τύχης, id est, Ac iuxta prouerbium, arbitrabar hunc mihi perinde quasi deum quempiam repente apparentem, à fortuna fuisse adductum. Allusit eodem in libro De mercede seruientibus, Οἰκῆται γὰρ τὰς τοιαύτας τραγωδίας εἶναι, ὡς τὴν ἄλφον ἐκ μηχανῆς δὲν ἐπὶ τοῦ καρχησίου κατέβηκεν. id est, Nam hi peculiariter ad huiusmodi tragædiam pertinent. Aut alium Deum quempiam deridente exortum, atque in antennis confidentem. Huc respexit Euripides in Iphigenia Aulidensi, εἶς ἐγὼ πικρὰ σοὶ μέγιστος. id est, Equidem Deus tibi maximus apparui. Lucianus in Scythis, Ἐπιστάς, τὸ τὸ τραγωδῶν τῶν, εἶς ἐκ μηχανῆς ἐπιφανείς, id est, Assisteus iuxta tragædorum prouerbium, Deus ex improviso ostensus. Apud Athenæum libro 6. Iurconem quendam querentem facit poeta nescio quis, quod piscium uenditores uix ostensos pisces statim subducerent.

Καὶ ἐκ τῶν ἀπὸ μηχανῆς τῶν δεινῶν.

Ἀπὸ μηχανῆς πωλῶντες, ὡς εἰς τοὺς, id est,

Et uenditos mox eximunt aspectui,

Venduntq;, tanquam è machina ritu Deum.

Proinde quoties salus ex insperato ostenditur, id Deo solet ascribi. Ita Plinius libro 25. Quippe etiam in repertis alias inuenit casus, alias, ut uere dixerim, Deus. Idem libro uicesimo septimo: Hic ergo casus, hic est ille, qui plurima inuenit in uita Deus.

Homo homini Deus.

ΝΟΝ admodum hinc abludit & illud, ὡς εἰς τοὺς ἀνθρώπους, id est, Homo homini Deus, quod dici solet de

eo, qui subitam atq; insperatam attulit salutem, aut qui magno quopiam beneficio iuuat. Antiquitas enim nihil aliud existimabat esse Deum, quàm prodesse mortalibus. Vnde frugum, vini, legum autores, & quicumque ad vitæ commoditatem aliquid attulisset, eos pro diis habebat antiquitas: adeo, ut et belluas quasdam pro numinibus coluerit: velut apud Aegyptios ciconiam, quod serpentes, qui certo anni tempore ex Arabiis paludibus subuolant, obuiam profecta, arcere, conficereq; credatur: Apud Romanos ansere, quod capitulinam arcem expergescentis clāgore custodibus, ab irruptione Gallorum seruauit. Quod indicant M. Tullius, cum libro de natura Deorum primo scribit: Concludā Belluas à Barbaris propter beneficium consecratas. Quin et authore Prodico Chio, corpora quaedam inanimata pro diis habita sunt, velut sol, luna, aqua, terra, qđ ad vitam conducere viderentur, quodq; horum commoditate mortales maiorem in modum delectarentur. Scythæ, quemadmodum in Toxaride testatur Lucianus, per ventum & gladium, tanquam per Deos iurant, propterea quod ille spirandi sit auctor, hic mortis. Sed quoniam, ut inquit Cicero, plurima homini ab homine vel commoda, vel incommoda, solent oriri, & Dei proprium est uel seruare, uel benefacere: idcirco qui in graui periculo succurrit, qui ue ingenti quopiam afficit beneficio, quoniam Dei quasi vice fungitur, ei cui prodest Deus dicitur extitisse. Huic adstipulatur illa solennis apud Homerum atq; Hesiodum clausula.

-Θεὸς δ' ὠτ' ἔστιν ἰσθ'.

id est,

Dij bonorum largitores.

Et quod ait Strabo libro decimo: Recte dictum est mortales tunc maxime Deos imitari, cum benefici sunt. Idē libro decimoseptimo tradit, Aegyptios quosdam duplicem facere Deum: immortalem, qui rerum omnium sit auctor, & mortalem ignoti nominis: tum à quibus beneficio sint affecti, eos serme pro diis colunt. Præterea vulgo quoq; qui in rebus perplexis ac desperatis, aut ancipiti periculo seruantur, à Deo quopiam auiunt sese seruatos. Horatius.

-Sic me seruauit Apollo.

Rursum in Odis, in bello per Mercurium, & iterum ab arboris icthū sese Fauni ope seruatum scribit. Eodem alius Iuuenalis, cum ait,

Quadragenta tibi si quis Deus, aut similis diis
Et melior satis donaret homuncio.

Item Vergilius in Tityro:

O Melibæe, Deus nobis hæc oia fecit.

Nanq; crit ille mihi semper Deus: illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.

Deinde reddit causam, quare sit Casarem loco numinis habiturus, beneficium subtexens:

Ille meas errare boues, ut cernis, & ipsum
Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.

Plinius Secundus, lib. Naturalis historię secundo, manifestius Græcam παροιμία indicauit, sed tam impie sentiens de diis, quàm paulopost de animarum immortalitate, deq; corporum resurrectione desipiēter. Nam cum & multitudinem deorum irrisisset, & uni illi siummo, quem aut mundum hunc, aut naturam esse putat, prorsus ademisset curam mortalium Deus est, inquit, mortali iuuare mortalem. Et hæc ad æternam gloriam via. Hac procures iere Romani, hæc nunc cælesti passu

cum liberis suis vadit maximus omnis aui rector Vespasianus Augustus, sese rebus subueniens. Hic est vetustissimus referendi bene merentibus gratiam mos, ut tales numinibus adscribant. Quippe & omnium aliorum nomina deorum, & quæ supra syderum retuli, ex omnium nata sunt meritis. Hactenus Plinius.

Ouidius:

Conueniens homini est hominem seruare voluptas,

Et melius nulla quaeritur arte fauor.

Plutarchus in commentario, quem inscripsit aduersus principem indoctum, negat Deos hoc nomine felices esse, quod quàm diutissime uiuant, sed quod virtutis sint principes & authores, fieri potest, ut huius adagij sit usus neq; improbus, neq; inconcinus, si quis hoc modo dicat: Cum tantis malis premerer, ut nemo mortalium aut vellet aut posset opitulari, tu unus mihi præter spem extitisti, tuoq; beneficio me non seruasti modò periturum alioqui, uerumetiā ornatiorem aliquanto fecisti quàm antea fuerim. Vt aut omnino iniquam, aut in nobis certe duobus, locum habeat vetus illud Græcorum adagiū, ἀνθρώπος ἀνθρώπου δ' αὐμύνει. Aut hoc modo: Litcris debito omnia, etiam vitam: sed ipsas tibi debeo literas, qui mihi tua liberalitate suppeditas alisq; ocium meū. Quid autem est quod Græci dicunt ἀνθρώπος ἀνθρώπου δ' αὐμύνει, si hoc non est? Aut hoc pacto: Qui mediocri beneficio iuuat, sit sane amicus, verum qui arte sua, singulariq; cura atque industria vitam iamiam fugientem retinet ac restituit, id quod utique facit medicus, quid aliud est, quàm quod Græci dicunt, ἀνθρώπος ἀνθρώπου δ' αὐμύνει. Aut sic: Eum in locum res erat deducta, ut ne ipsa quidem salus posset auxiliari. Ibi tu mihi ueluti præfens quoddam numen extitisti, & mira celeritate depulsis incommotis, in pristinum locum restituiti, nec sperantem, nec expectantem, ut intelligerem illud non temere dictū à Græcis, ἀνθρώπος ἀνθρώπου δ' αὐμύνει. Aut sic: In reliquis quidem rebus mihi semper amicissimus fuisti: in hac uero causa non amicissimus modo, uerumetiā penè dixerim, quod Græci dicunt, ἀνθρώπος ἀνθρώπου δ' αὐμύνει.

Homo homini lupus.

Ἀνθρώπος ἀνθρώπου δ' λύκος, id est, Homo homini lupus. Superiori quasi diuersum est, ac uelut hinc effectum uidetur quod usurpauit Plautus in Asinaria, Homo homini lupus. Quo monemur, ne quid fidamus homini ignoto, sed perinde atque à lupo caueamus. Lupus est inquit, homo homini, non homo, qui qualis sit non noui.

Coturnix Herculem.

Ορνυξίσωτορ ἥρα κλέω τὸν καρτερὸν.

id est,

Seruauit Herculem coturnix strenuum.

Senarius est Græcis, prouerbij vice celebratus: quem tamen Zenodotus negat apud ullum veterum scriptorum inueniri. Ceterum dici solitum, de his qui in periculo seruati essent ab his, à quibus minime sperant. Adagionis originem ad huiusmodi fabulam referunt: Coturnicem quandam Herculi in deliciis fuisse, cuius nidore cum uiua incēderetur ille mortuus sit in vitam restitutus. Meminit huius fabulæ Athenæus quoque libro nono scribens, Herculem Iouis et Asteriæ filium, in Libyam proficentem à Typhone fuisse interemptū reuocatum autem in vitam odore coturnicis, illi ab Io

lao

lao admota, & ob eam causam Phœnice Herculi co-
turnice sacrificare.

Genius malus.

E I quod modo retulimus, Homo homini Deus: contrariū
videtur Genius malus, quem Græci dicunt *χάρος* :
quo nomine uocamus eos, quibus incommodorum no-
jorum maximam partem acceptam scriimus, idq; etiā
hodie uulgato sermone. Sunt enim omnino quidam his
aut illis ita inauspicati, ut, tanquam fatum quoddam
malum, atq; in perniciem illorum nati, iure uideri pos-
sint. Porro prouerbum apparet à priscorum opinio-
ne profectum, qui singulis binos genios attribuit, quos
dæmones uocant: neque hominibus modo, uerum etiā
locis atque adibus, quorum alter perniciem nobis mo-
liatur, alter uicere studeat. cuius sententiæ fuit Empe-
docles, citante Plutarcho in libello De Animi tranquil-
litate. Quod pertinet illud Bruti, quod in eius uita me-
morat idem Plutarchus. Nam Bruto cum dies ille fa-
talis immineret, et in Asia nocte ferme intempesta ex-
more uigilaret in tabernaculo, lucerna iam emorien-
te, uidere uisus est personam quandam tragicam, &
humana specie maiorem. Atque ille protinus, ut erat
animo interrito, percontatus est, quis nam esset aut ho-
minum aut deorum. Cui illa cum murmure: Tuus sum
Brute genius malus, Philippis me uidebis. Eadem ita-
que imago rursus apparuit confligenti Philippis, quæ
quidem illi pugna postrema fuit. Huic consimilem quā-
dam fabulam idem refert de M. Antonio, atque Au-
gusto: uidelicet hos, reliquis quidem in rebus aman-
ter, summaq; inter sese concordia aguisse: ceterum
in ludis, quos ad emulationem quādam edebant, Octa-
uium semper superiorem esse solitum. Eam rem An-
tonium non mediocriter distruxisse. Fuisse autem in
Antoniano comitatu magum quempiam Aegyptium.
Is seu quod uere nosset eius fatum, seu quod ad gratiā
Cleopatæ fingeret, cum admonuit ut à Cesare se quan-
tum posset sciungeret: quod ipsius genius, alacer alio-
qui, genium illius reformidaret: quoq; propius accessis-
set, hoc humilior deiectionq; uideretur. Testatur et Pla-
to, Socrati peculiarem quendam fuisse genium, de quo
scripsit Apuleius & Plutarchus. De genio sensisse ui-
detur Terentius, cum ait in Phormione: Mibi usq; ue-
nit hoc scio. Memini relinqui me, Deo irato meo. Bo-
num genium explicat Næuius in Stalagmonis apud
Donatum: A deo meo propicio meus homo est. Idem
Persius. Diis iratis, genioq; sinistro. Postremo prouer-
biū respiciunt in genere omnia illa: Iratis Diis, Propitijs
dijs. Terentius: Nescio, nisi Deos iratos fuisse mihi sa-
tis scio, qui auscultauerim ei. Horatius in Sermonibus:

-Immeritusq; laborat

Iratis natus paries Diis atque poetis. Idē rursus,

-Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis.

Idem in Odis,

Diuis orte bonis optime Romule

Custos gentis abes. Homerus Iliados 1.

Οὐδὲν τὸν ἐνὶ κοίτης. id est,

Deus quispiam iratus est. Et Vergilius,

Diis equidem auspicijs reor, & Iunone secunda.

Eodem pertinent & hæc: Solus à Diis diligere Anti-

pho: & Dijs nos respiciunt: & Modo Iuppiter adsit:

& Si quem numina læua sinunt: & Dexter adsit

Apollo: atque id genus sexcenta passim apud poetas
obuia. Erit autem uenustius, si ad speciem descende-
ris: ut, Hic scribit carmina Musis, quotquot sunt, ira-
tis. Canit irato Apolline, eam causam egit ineptissi-
me, planeq; irata Suadela. Marte sinistro pugnaui-
mus. Neptuno propicio nauigauimus. Mercurio, opi-
nor, irato, cum hoc ueteratore sim pactus. Irata Ve-
nere dat operam liberis, de eo qui deformes filios pro-
generet. Inuita Minerva, qui parum feliciter artem
exerceat.

Dextro Hercule, aut amico Hercule.

E I V S D E M est generis, sed obscurius, quod apud Hora-
tium legitur,

Diues amico Hercule.

Et item apud Persium, --Osi

Sub rastris crepet argenti mihi sceria dextro Hercule
Quod quidem in eos competit, qui in accumulandis opi-
bus sunt bene fortunati. Idq; inde natū existimāt q̃ Her-
cules moriturus dixerit, eos opulentos futuros, qui sibi
decimam honorum suorum partem consecrassent. Pro-
inde locupletes plerq; ita facere solitos. Tamen Plu-
tarchus in problematis, huius cōsuetudinis aliā adfert
causam puta q̃ ipse quondam Hercules, boi. m. quos Ge-
ryoni abstulerat, in Palatino decimam partem immo-
larit, vel quod Romanos ab Etruscis dec. mari solitos
liberarit.

Diis hominibusque plaudentibus.

P R O V E R B I A L I S est & illa hyperbole, Diis homi-
nibusq; plaudentibus: pro eo quod est feliciter atque
auspicato. Cicero ad Q. fratrem: Vatinius, à quo pa-
lām oppugnabatur, arbitrato nostro concidimus, diis
hominibusq; plaudentibus. Idem libro Epistolarum fa-
miliariū primo, Neque solum dixi, sed etiam sic facio,
diis hominibusq; approbantibus. Rursus ad Q. fratrem
lib. 3. in diuersam sententiam vertit prouerbiū: Nisi
noster, inquit, Pompeius diis hominibusq; inuitis nego-
cium inuerterit. Quanquam hoc ipsum per se, Deos
hominesq;, prouerbiale nimirum est ob figuram, atq;
apud poetas penē solenne. Deum atq; hominum fidē.
Diis atq; hominibus inuisus. Neq; Deos neq; homines
metuit. Homerus,

Αἰνῶται πῖ τίσι, ἐν τοῖς τ' ἀνθρώποις. id est,

--Numina nescia mortis, Mortalesq; homines.

Rursus.

--Πατήρ αὖ δ' ὅν π' ἐδὲν π.

id est,

--Pater hominumq; Deumq;.

Bonis auibus. Malis auibus.

A D hoc genus pertinet & illud, Bonis, aut malis au-
ibus: cum rem feliciter, aut secus cedere significa-
mus. Ab augurum obseruatione sumptum. Hora-
tius in Odis:

Mala soluta nauis exit alite,

Ferens olentem Meuium.

Et rursus,

--Mala ducis aui domum,

Quā multo repetet Gracia milite. Atq; iterū alibi,

Scriberis Varo fortis, & hostium

Victor Maonij carminis alite. Homerus Iliados 6.

-Μὴ ὅ μοι αὖτις Οὐνὶς ἐνὶ μεγάροισι καλὸς πῖλος. id est,

Ne ne auis hic in fausta mihi perrexeris esse.

c 4

Verba

Verba sunt Priami ad uxorem dehortantem, ne solus in castra Achillis proficisceretur, Hectoris cadauer auro redempturus, ac multa tristitia, ita ut assolent mulieres, ominantem. Aversa autem dixit Latinus, quispiam tragicarum scriptor, qui de Agamemnone contra auspicia solente ita loquitur: Soluere imperat, secundo rumore auctusque, aut. Refertur à M. Tullio libro De diuinatione primo. Ad hanc formam referenda sunt et illa: fausto omine, bene ominata, bonis auspiciis, inauspicato, felicibus auguriis, atque id genus alia, quæ ab augurum arte sumpta, in communem sermonem abierunt.

Noctua volat.

Ex eadem superstitione manauit & illud Græcicum, γλαφὶ νύκτωρ, siue νύκτωρ, id est, Noctua volat, siue volauit. Nam priscis Atheniensibus noctuæ volatus, victoriæ symbolum existimabatur: propterea quod auis hæc Minervæ sacra crederetur, quæ quidem dicta est etiam male consultæ. Atheniesium bene fortunare. Qua de re copiosius aliquanto dicemus in proverbio, Atheniesium inconsulta temeritas. Inde, rebus felicibus, atque ex animi sententia succedentibus, dici cōsuevit, Noctua volat. Autores Zenodotus et Suidas. Non illepide dicitur volasse noctuam, quoties res non viribus, sed pecuniarum interuentu confecta creditur, & Atheniesium numisma noctuam haberet insculptam. Vnde & illud, Lauriticæ noctuæ, quod alibi recensetur. Plutarchus in vita Periclis tradit illi de superiore naui tabulato concionanti, noctuam ad dextram aduolasse ac malo infedisse: quod omne effecit, ut omnes irerent in illius sententiam.

Quarta luna nati.

Ἐν τέτρῳ δὲ μηνὶ γεννῶνται, id est, Quarta luna nati, dicitur qui parum feliciter nati sunt, ut autor est Eustathius in librum Iliados secundum, propterea, quod Hercules hac luna natus feratur, cuius omnis vita voluptatum omnium expers, ac laborum plena fuit. Dicitur potest et in eos, qui laboribus sibi neuiquam frugiferis fatigantur, Herculis uidelicet exemplo, qui iuuandis aliis sudauit, sibi inutilis. Pyrrhus apud Lucianum Florum dicebat se sibi videri Herculis sydere natum, quod quo pluribus victoris Romanos concideret, hoc acriores in ipsum coirentur. Id quod Horatius eleganter transulit ad Annibalem:

Vt hydra secundo corpore firmior
Vinci dolentem creuit in Herculem.

Alba gallinæ filius.

CONTRA, feliciter natum, albæ gallinæ filium dicimus. Iuuenalis.

--Quia tu gallinæ filius albæ.

Vel quod læta, atque auspiciata Latini alba vocant: uel quod proverbium alludit ad fatalem illam gallinam, de qua meminit Suetonius Tranquillus in Galba, his quidem verbis: Liniæ olim statim post Augusti nuptias Veientanum suum reuerti, præteruolans aquila, gallinam albam, ramulum lauri rostro tenentem demisit in gremium. Cumque nutriti alitem, ac pangi ramulum placuisset, tanta pullorum soboles prouenit, ut hodie quoque ea villa ad gallinas vocetur. Tale vero lau-

retum, ut triumphaturi Cæsares inde laureas decerpant. Fuitque mos triumphantibus, alias confestim eodem loco pangere. Et obseruatum est sub cuiusque obitum, arborem ab ipso institutam elanguisse. Ergo nouissimo Neronis anno, & sylua omnis exaruit radicitus, et quicquid ibi gallinarum erat interiit. Conueniet igitur adagium in eos, qui rara & fatali quadam felicitate, successuque rerum utuntur. Huic diuersum est illud apud eundem Luenaem,

--Nati infelicibus omis.

Non abhorret huic quod scribit M. Tull. lib. epistol. familiarum septimo ad Curionem: Quam enim salutatio ni nos dedimus amicorum, quæ sit ex hoc etiam frequentius quam solebat, quod quasi auem albam videntur bene sentientem ciuem videre, abdo me in bibliothecam. Veteres enim quod inauspicatum haberi uolebant, atrum aut nigrum vocabant: quod felix, album. Vnde apud Senecam Asinius Pollio, Albuti sententias, quod in affectata essent & aperta, solius est albas appellare. Quin & Græcis λευκὸν πτερόν, dicitur, qui clarius rem explicat.

Laureum baculum gesto.

Δαφνίῳ λωφῶντι βεβαπτεται, id est, Laureum porto baculum. Suidas tradit, ita solere loqui eos, qui essent ab aliquibus insidius appetiti, feliciterque, periculum effugissent. Propterea quod laurus credita est aduersus venena remedium habere. Plinius lib. 15. demonstrat laurum lustrationibus adhiberi solitam. Videtur & aduersus fulmen huius vis tueri, quando quidem arborum una noceatur fulmine. Id adeo verum credidit Cæsar Tiberius, ut nunquam non gestaret capite coronam lauream, ut in ipsius vita prodidit Suetonius.

Grauiora Sambico patitur.

Διὸς τε καὶ ταυρίων πείρα, id est, Atrociora Sambico patitur. In eos, qui cruciatibus exquisitis torquentur, aut quibus insignia mala accidunt. Proverbium Plutarchus refert in problematis Græcicis, atque huiusmodi quandam adfert causam. Sambicus quispiam Eleus, una cum sociis aliquot, non paucas apud Olympia æreas statuas concidit, vendiditque. Deinde maiora etiam ausus, Dianæ præsidis templum diripuit. Est enim illius in Elide templum, quod Aristarcheum nominant. At ille mox comprehensus, dum socios prodere recusit, annum perpetuum exquisitis cruciatibus dilaceratus est, inter quos etiam animam efflauit. Atque hinc vulgo nata paræmia.

Fœnum habet in cornu.

IN homines maledicos ac feroces dicitur, Fœnum habet in cornu. Horatius in sermonibus:

Fœnum habet in cornu, longe fuge.

Inde translaturum, ut Acroni placet, quod antiquitus bubus cornipetis fœnum pro signo in cornu appenderetur, quo sibi cauere, qui forte occurrissent. Idque ideo fieri solitum Plutarchus in problematis autumat, quod copiosiore pabulo, non modo boves, sed & equi, & asini insolentiores, ac ferociores reddantur. Vnde extat & Sophoclis dictum in tumidum quempiam, ac præferocem: Tu, inquit, serues, quasi pullus pabuli copia. Huic adstipulatur illud Solonis dictum apud Laertium,

Τὸν μὲν κέρων ὑπὸ τῆς πλοῦτος γινῶσθαι, τὴν δὲ ὕβριν ὑπὸ τῆς κέρων. hoc est, satietatem nasci ex opulentia, ex satietate ferociam. Dicitur est autem aliquando, ut idē testatur Plutarchus, in M. Crassum, quod in cornu fœnum haberet, propterea quod haud quaquam impune lacefferetur, homo prædiues, ac potens, & simulatum persequentissimus. At postea Cæsar dictus est ei fœnum detraxisse: quod omnibus illum, ut cornipetam taurum fugientibus, ac formidantibus, ipse prius ausus fuerit illi resistere. Vsurpat adagium hoc etiam diuus Hieronymus in epistola quadam, mimitans his, à quibus forte esset laceffendus.

Cornutam bestiam petis.

CONSIMILEM ferme sensum habet Plautinum illud, Cornutam bestiam petis, de eo qui laceffit eum, qui paratus sit retaliare iniuriam, quemq, non nisi tuo malo prouoces. Huc spectauit Horatius in Odis, Parata tollo cornua.

Dionysius Corinthi.

Διονύσιος ἐν κορίνθῳ, id est, Dionysius Corinthi. Prouerbialis allegoria, qua significamus aliquem è summa dignitate atq; imperio, ad priuatam humilem, redactum fortunam: quemadmodum Dionysius Syracusarum tyrannus expulsus imperio, Corinthi pueros literas ac musicam mercede docuit. Cicero epistolarū ad Atticum lib. 9. De optimatibus sit sanè ita ut vis. Sed nosti illud, Διονύσιος ἐν κορίνθῳ. Quintilianus Instituit. orat. lib. 8. Est in exemplis allegoria, si non prædicta ratione ponantur. Nam ut Dionysium Corinthi esse, quo Græci omnes vtuntur, ita plura similia possunt. Hic Cicero cum ait, Nosti illud, & Quintilianus, Quo Græci omnes vtuntur, nimirum uterq; vulgo iactatum fuisse significat. Cæterum vnde natum sit adagium, Plutarchus aperuit in libello, cui titulus, περὶ τῆς ἀδόλου χύρας, id est, de futili loquacitate. Laudans enim, breuiter & grauiter dicta, commemorat & illud à Lacedæmoniis responsum regi Philippo, bellum minanti, ferocientiq; Διονύσιος ἐν κορίνθῳ. Quibus ubi rex rescripsisset, siquando in Laconicam duxisset exercitum, euerfurum se Lacedæmonios, verbo duntaxat responderunt, αἶψα, id est, si. Plato ter nauigauit in Siciliam, non sine sinistra rumoris aspergine. Vnde Molon, qui inimicum in Platonem gerebat animum, dicebat non esse mirum, si Dionysius esset Corinthi, sed si Plato in Sicilia. Regem enim vrgebat necessitas: Platonem sollicitabat ambitio.

In me hæc cudetur faba.

TERENTIVS in Eunucho, At enim isthæc in me cudetur faba: hoc est, Donato interprete, in me malum hoc recidet, in me hæc vindicabitur culpa. Translatum vel à faba, quæ cum siliquis exuitur ac batuitur, aut fustibus intertunditur, ita ut sit in areis more rusticorum, non ipsa perinde laborat, sed id demum in quo cuditur. Alij malunt ad male coctam fabam referre, quæ si quando non maduerit, sed dura permanserit, ab iratis heris supra coquicapot saxo non nunquam comminui consuevit, tanquam fabam vlciscentibus, non coquum, cum vniuersum interim malum ad coquum perueniat.

Tute hoc intristi, omne tibi exedundum est.

NON diuersum superiori Donatus admonuit, illud qđ apud eundem poetam legitur in Phormione, Tute hoc intristi, tibi omne est exedundum. Verba sunt Phormionis parasiti, qui quoniam fuerat autor consilij de ducenda puella, æquum esse putat, ut suo periculo rem item expediat. Translatum putant ab alliato rusticorum mortario. Quæ quidem sententia, vel hodie quoq; vulgo nostrati in ore est. Et altera huic similima: Colo quod aptasti, ipsi tibi nendum est: id est, tu incipiundi autor extitisti, nunc idem explices oportet.

Faber cōpedes quas fecit, ipse gestet.

AVSONIVS in Trochaicis suis Terentiano prouerbio confine quoddam subnequit, & poetæ metaphoram altera quadam interpretatur metaphora.

Tu molestus flagitator lege molesta carmina.

Tibi qđ intristi, exedūdū est: sic vetus verbū iubet,

Compedes, quas ipse fecit, ipse ut gestet faber.

Competit in eos, qui sibiipsis autores sunt malorum. Videtur autem è Theognide poeta sumptum, qui ait:

Οὔτις ἀνὴρ φίλε κύρνε πίειρα χαλκύνεται αὐτῷ. id est, Vincula nemo sibi cudit charissime Cyrne.

Huic simile quiddam, humilius quidem, sed tamen aptum vulgo dicitur: Flagellum ipse parauit, quo vapularet. Idq, sumptum à pueris aut seruis, qui coguntur aliquoties ipsi parare virgas, quibus vapulent.

Ipsi testudines edite, qui cepistis.

HIS confine prouerbium refertur à Græcis scriptoribus.

Αὐτοὶ χελωνὰς ἐσθίει δ' ἐπιβιβάζετε. id est,

Qui prendidistis, iidem edite testudines.

In eod iacitur, qui posteaquam inconsulte quippiam adorti sunt, aliorum implorant auxilium, quos suo negotio admisceant. Paræmiam ex huiusmodi quodam apologo natam existimāt. Piscatores aliquot iacto reti, testudines eduxerunt. Eas cum essent inter se partiti, neq; sufficerent omnibus comedendis. Mercuriū forte accedentem inuitarunt ad conuiuium. At is intelligens se nequaquam humanitatis gratia vocari, sed ut eos fastidito cibo subleuaret, recusauit, iussitq, ut ipsi suas testudines ederent, quas cepissent. Sunt autem, autore Plinio, in Carmania populi, qui testudinum carnibus vixissent, vnde & nomen illis attributum, χελωνοφάγοις. Apud quos affirmant inueniri testudines tanta magnitudine, ut earum testis casus integant.

Aderit Temessæus genius.

STRABO libro Geographiæ sexto refert Temessam ab Lao primam urbem esse Brutia, ipsius ætate dictam Tempam, quam ab Ausonijs conditam, Thoantis comites Aetoli deinde tenuerint, atque his expulsis Euryxij, demum Annibal & Romani firmitus euerterint. Iuxta hanc sacellum fuisse oleastris circumseptum Politæ cuidam ex Vlyssis comitibus sacron. Hunc, quod esset à Barbaris violatus, grauis iras in eos exercuisse: adeo ut in prouerbium abierit, dicerentq, cauedum, ne Temessæus genius immuneret: deinde Locrensis Epizephyreis urbe potitis, Eutyrium quendam, ut inquit Aelianus, ex Italia illuc venisse pugilem inclytum,

clytium, & insigni robore, qui & lapidem ingenti magnitudine gestauerit, qui Locris ostendi solet. Hunc cum Polite congressum, ac victorem à certamine discessisse, atq; ita finitimos huius opera liberatos à tributo, quod ille consueuerat extorquere. Quin & cōpulisse illum, ut quod per vim abstulerat, redderet etiā cum sēnore. Atq; hinc prouerbiū natum putant, ijs qui sordidos & iniustos quæstus faciunt, adfore Temessum genium. quo significabant aliquando dependenda cum sēnore, quæ præter ius & fraude, seu uirapuisse. Pausanias in Eliacis paulo diuersius rem narrat: nempe comitem quendam Vlyssis, ob virginē constupratam occisum fuisse, atq; ob id laruas eius, nisi quotannis oblata virgine placarentur, grassari solitas, ac perniciē adferre omni sexui atq; ætati. Atq; hunc quidem eius loci genium vulgo fuisse creditum, quem Euthymus pugil Temessam reuersus compefecerit, virgine quam deuouerant, liberata, atq; in matrimonium accepta. Apud Strabonem locus in codice Græco uidetur non vacare menda. Sic enim legimus: *ὅτι τοὺς περιόικους διατμήλον ἄν' αὐτῶ κατὰ τὸ λῆγον, καὶ παροικίαν ἔναι πρὸς αὐτοὺς, μὴ δ' ἔς τὸν ἄρθρον τῶν ἐν τριμύσιν ὄντων ἐπικρίστω αὐτοῖς.* Fortasse tolerabilior erit lectio, si tolles coniunctionem δέ, & pro λῆγοντων reponas λῆγοντες. Ceterum quum Strabo recenscat prouerbiū priusquam referat cohibitum heroem, indicat potius in eos dici solitum, qui potentiores se laceſſunt. Etiam si nihil vetat prouerbiū ad varios usus accommodari.

Termeria mala.

Τερμερία κακά, id est, Termeria mala. Veteri prouerbio dicuntur ingentia, maxime, quoties mala quæ quis in alios impegit, aliquando in ipsius caput retaliuntur. Huius adagii meminit Plutarchus in vita Thesei, qui cum Herculis exemplo terras obiret, nocentes, quos superasset, eadem pœna solitus est afficere, quam illi per sēnitiam in alios exercuissent. Nam Hercules Damascum de rupe editissima præcipitem dedit. Busyridem parentauit. Antæum palaestra superatum occidit. Cygnum gladiatorum more confecit. Deniq; Termerum humana capita confringentem, verberibus atidem contudit. Vnde in eos, in quos sua malefacta retorquentur, prouerbio dicitur, Termerium malum. In hanc ferne sententiam Plutarchus in vita Thesei. Est autem supplicij genus, vel in primis sauiorabile, cum pœna sceleri respondet, quemadmodum de Thuri no sumi venditore, sumo necato legimus. Et Terillo, quem Phalaris aneo impositum tauro, suo ipsius inuento perdidit. Illud perquam festiuum, quod in vita Gallieni imperatoris refertur. Cum quidam vitreis gemmas pro vcris imperatrici vendidisset, atq; ea re deprehensa, vindicari flagitaret: ille venditorem rapi iussit, tanquam leonibus obijciendum: deinde caponem emittit, ac cunctis rem tam ridiculam admirantibus, per præconem denunciari iussit: Imposituram fecit, & passus est: atq; ita negociatorem dimisit. Sed de Termeriis malis Suida multo aliam adfert interpretationem: nempe locum quendam esse in Caria cui nomen Termerio, quo tyranni quandoq; pro carcere soleant uti. Situm autem esse inter Melum & Halicarnassum. Ex hoc cum postea prædarentur latrones,

neq; depelli possent, quod esset locus admodum munitus, abiisse in prouerbiū. Quamquam Stephanus Termeram urbem in Lycia ponit, quam ait à Termero sortitam vocabulū. Postremo Termeria mala dicta videri possunt, quasi extrema mala. Nam ἱέραξ Græce, finem significat, & τερμαίωμαι extremum vitæ diē vocant. Porro Latini, quod summum videri volunt, ac maximum, id extremum appellant. Vt extrema dementia, extrema insania. Neq; secus Græci, ἱχθυὸν κακόν, extremum malū pro maximo dicunt. Et ἰσχυρὸν ἱέρακα, extremorum extrema, quasi plus quam maxima.

Neoptolemi vindicta.

Νεοπτόλεμος τίσις. id est, Neoptolemica vindicta. Superiori similitum est ubi quis eadem patitur, cuiusmodi patrauit in alios. Id Pausanias in Messeniæ refert, et exponit his verbis: *Περὶ ληθὲ μὲν τοι καὶ αὐτὸς ἐλακείδω μοι εἰς ἀνὰ χρόνον ἡ νεοπτόλεμος καλεμένη τίσις. νεοπτόλεμος γὰρ τὸ ἀχίλλεως ἀποκτείναντι πριαμόν ἐπὶ ἱχθῆρα τὸ ἱερὸν, τῷ ἱερεὶ καὶ αὐτὸν ὁ δελφοὺς πρὸς τὸ βῶμα τὴν ἀπὸ ἱεραγὸς ἀποσφραγίσαν, καὶ ἀπὸ τούτου τὸ παθεῖν οὐδὲν τις καὶ ἰδρασε, νεοπτόλεμον τίσιν ὀνομάζουσιν.* id est, Sane per uasit Lacedæmonios progressu temporis Neoptolemea, sicut vocant, vindicta. Siquidem Neoptolemo Achilles filio, qui Priamum in ipsis palatii focis occiderat, iucissim euenit, ut & ipse apud Delphos ad Apollinis arā occideretur: atq; hinc ortū, ut ubi quis idē patitur, qđ in alios fecit, Neoptolemea vindicta appellēt. Euripides in Oreste sub persona Apollinis de Neoptolemo. *Θάριν γὰρ αὐτὸ μοῖρα δελφικῶ ἔστι.* id est, In fato enim illi est Delphico gladio mori.

Seruire scenæ.

M. Tullius seruire scenæ dixit, pro eo, quod est seruire tēpori, & rebus præsentibus sese accommodare. Translata ab histrionibus fabularum metaphora qui non suo pte iudicio agunt, sed hoc vnum spectant, ut quouis modo populi oculis placeant, alioqui explodendi, exhibitandiq;. Sic enim scribit ad Brutum: Tibi nunc populo et scenæ, ut dicitur, seruiendum est. Nam in te non solū exercitus tui, sed omnium ciuium, ac penē gentium coniecti sunt oculi. Quadrabit & in cos, qui negocium aliquod susceperunt illustre, vnde necesse sit, aut cum summa laude, aut summa cum infamia discedere, propter plurimorum expectationem. Porro tempori seruiendum esse viro sapienti, monuit & Phocylides: *Κατὰ λατρεύειν, μὴ δ' ἀντιπνίγειν ἀνίμοισιν.* id est, Temporibus semper cautus seruire memento, Nec reflare uelis aduersum flamina venti. Porro metaphora hæc ducta est à nauigantibus, quos necesse est semel ingressos mare ventorum atq; æstus arbitrio ferri, frustra conaturos, si uelint aduersus ista pugnare.

Vti foro.

Ἡ γὰρ ἰσχυρὸν ἱέρακα, uti foro, pro eo quod est præsentem rerum statū boni consulere, & vicinque sese obtulerit fortuna, ita animum applicare. Terentius in Phormione: Scisti vti foro. Donatus vulgare prouerbiū admonet esse, ductamq; metaphoram à mercatoribus, qui non ante locum commercii præscribunt quanti

quanti uendant, quæ aduehant sed secundum annonam fori, quam deprehenderint, consilium de non vendendis, aut vendendis mercibus sumunt. Seneca: *Vtatur foro, & quod fors feret, æquo seramus animo.* Idem *epistola 72.* Sub manu nasci dixit, pro ex tempore. Ergo consilium, inquit, sub die nasci debet, & hoc quoque tardum est nimis: sub manu, quod aiunt nascatur.

Polypi mentem obtine.

EXTAT apud Græcos adagium in hunc ordinem referendum, πολυπιδος νόον ἔχει, id est, Polypi mentē obtine. Quo iubemur pro tempore, alios atque alios mores, alium atque alium vultum sumere. Quod in *Vlysse* videtur *Homerus* laudare, qui cum πολυτροπον appellat, id est, moribus versatilibus. Adagium natum est à piscis huius ingenio, de quo meminit *Plinius* lib. 9. cap. 29. Præterea *Lucianus* in sermone *Mencelai* ac *Troeti*, scribuntque, colorem mutare maxime in metu. Nam persequentibus piscatoribus, petris affigit sese, & cuiusque petra adhaerit, eius colorem corpore imitatur, videlicet ne queat deprehendi. Quin ut refert *Basilus magnus*, piscis imagine falsa decepti, nonnumquam annatant, vltro sese prædatori offerentes. Porro prouerbiū sumptum est ex *Theognide*, cuius hoc distichon est de polypo: Citaturque à *Plutarcho* in libello περὶ πολυφιλίας.

Πολυπιδος νόον ἔχει πολυπιδος, ὅς ποτὶ πέτρῃ, Τῇ προσομιλῇ, τοῖς ἰδίῳ ἴφαν. id est,

Mentem habeas vafri polypi, qui protinus illa Se quibus admoritur, saxa colore refert.

Clearchus in prouerbij, teste *Athenæo*, citat hoc distichon, tacito auctoris nomine.

Πολυπιδος μοι τίκων ἔχων νόον ἀμφίλοχ' ἦρως. Τοῖσιν ἰσορρομίζον δύ' καὶ πρὸς δῆμον ἵκει. id est,

Polypi ingenio mihi sis nate *Amphilochæ* heros, Ut temet populo, quemcumque accesseris, aptes.

Citat idem carmen *Plutarchus* ex *Pindaro*. Vnde & versus ille prouerbialis celebratur,

Ἀλλὰ πὶ δ' ἀλλοῖον παλιν καὶ χερσὶ πείσσει. id est, Proque loco nunc hunc fieri, nunc expedit illum.

Qui nos admonet, uti nos ad omnem vitæ rationem accommodemus, ac *Proteum* quendam agentes, prout res postulabit, in quamlibet formam transfiguremus. *Plutarchus* item ἀλλοῖος γίνεσθαι, dixit, pro eo quod est, in diuersam eo sententiam. Quod quidem notat & *Aristophanes* in *Pluto*, qui monet viuendum esse τρέποντες ἐπιχθονίαις, id est, moribus regionis ac vernaculis. Eodem pertinet & illud, νόμος καὶ χεῖρ, id est, Lex etiam ipsa regio. Quo significatum est, unicuique regioni quædam peculiaria esse instituta, quæ hospites non damnare, sed pro virili nostra imitari atque exprimere debeamus. Neque quisquam existimet hoc adagio doceri sed ad adulationem, quæ quidam omnibus omnia assentantur, aut vitiosam morum inæqualitatem, quam *Horatius* eleganter taxat in sermonibus, quamque historici notant in *Catilina*, atque in *Anedio Cassio* imperatore. Nam in *Alcibiade* dubites vitio ne, an laudi danda sit: certe felicissima quædam & admiranda fuit morum & ingenij dexteritas, qui sic polypum agebat, ut *Athenis*, dieterijs & salibus laderet, equos aleret, comiter & eleganter viveret. Idem apud *Lacedæmonios* radebatur,

pallium gestabat, frigida lauabat. Apud *Thracas* belligerabatur, ac potabat. Vbi vero peruenisset ad *Tisaphernem*, delicijs, mollicie, fastiis, iuxta gentis morem est usus. Sed est quædam difficilis ac præfraeta, morosaque simplicitas imperitorum, qua postulant, ut omnes ubique ipsorum duntaxat moribus viuunt, & quicquid alijs placet, id damnant. Rursum est honesta quædam ratio, quæ tōni uiri nonnumquam alienis moribus obsecundant, ne vel odiosi sint, vel prodesse non possint, aut ut è magnis periculis semet, aut suos eximant. Quemadmodum fecit *Vlysses* apud *Polyphemum* multa simulans, apud *procos* mendicium agens. Item *Eritus* adsimulata stoliditate. Quanquam nihil vetat in notandis vitijs usum adagij latius trahere, nempe in homines versatili quodam ingenio natos, qui talem ubique personam induunt, quales sunt illi, cum quibus contigit agere. Quod genus eleganter descripsit *Plautus* in *Bacchidibus*: Nullus, inquit, frugi esse potest homo, nisi qui bene & male facere tenet. Improbus cum improbis sit, harpaget, furibus suetur quod queat. Versipellem frugi conuenit esse hominem, pectus cui sapit: bonus sit bonis, malus sit malis. Vtunque res sit, ita animum habcat. *Eupolis* apud *Athenæum*,

Ἀνὰ πόλιν & πολυπιδος ἐς τὸν τρέπον. id est,

Urbanus homo, qui moribus sit polypus.

Plutarchus in causis naturalibus citat ex *Pindaro* versus hos,

Εὐτὶς θηρὶς χερσὶ μάλα τὸν νόον προσφίρων, τὰς πείσσει πόλιν αἰνέειν. id est,

Marina belluæ colori maxime mentem accommodans, cum omnibus ciuitatibus consuetudinem habet. Atque eodem in loco causam reddit, cur id huic accidat pisci. Similem quandam metaphoram *Aristoteles* à *chamæleonte* duxit, primo moralium libro. Ait enim, si quis à fortuna pendeat, cum illa subinde mutetur, futurum, ut veluti *chamæleon* quispiam identidem varietur, nunc felix, nunc miser, utcumque fors alio atque alio vultu respexerit, ita hunc quoque vultum atque animum mutare. De *chamæleonte* meminit *Plinius* libro vigesimo-octauo, capite octauo, scribens hoc animal magnitudine ferme par esse *crocodilo*: ceterum spina acutior e curuatura, & caudæ amplitudine distare. Nullum, inquit, animal pauidius existimatur: & ideo versicoloris esse demutationis. *Plutarchus* in commentario De adulatione, scribit *chamæleontem* quemuis imitari colorem præterquam candidum. Idem in *Symphosiacis* conatur causam reddere de polypo, quamobrem non tantum mutet colorem, quod & hominibus accidit in metu: uerum etiam sese ad saxi, quodcumque id fuerit, colorem accommodet. Sunt & aues quædam, quæ colorem pariter, & vocem mutant pro temporibus anni, ut auctor est idem *Plinius* libro 10. cap. 29. & *Aristoteles* libro de natura animantium nono. In voce mutanda principatum obtinet *lusciniæ*. Vnde & apud *Euripidem* *Hecuba* *Polyxenam* imitari *lusciniam* iubet, seseque in omnem uocem uertere, si quo modo queat *Vlyssi* persuadere, ne perimatur.

Cothurno uersatilior.

Εὐμεταβαλόντιος καὶ ὁρῶν, id est, Versatilior cothurno, dictum est in hominem parum constantem, lubricaque fide, qui uel incertus & ancipitis esset factionis, similitudine ducta

ducta à calciamento, quod Græci κάθαρν, Latini mutata literula cothurnū uocant, quo mos erat uti tragædiarū actorib⁹. Erat aut̃ τετραγώνιον καὶ ἀμφότερον, hoc est, quadrangulum, & utrilibet conueniens pedi, quodq; vel dextro, uel sinistro pedi poterat accommodari. Siu das addit eiusmodi fuisse, ut uiris pariter ac mulieribus congrueret. Quod idem testatur illud Maronis.

-Alte furas uincire cothurno.

Prouerbiū autem duobus effertur modis, per comparisonem, ὁμοπαράγωγον καὶ ὁμορῶν, & per denominationem, ut hominem ipsū, qui se diuersis applicat partibus, κάθαρν, appellemus. Sic enim uocatus est Theramenes rhetor Atheniensis, Prodicti Chij discipulus: propterea quod quasi duabus federet sellis, idem & populi, & triginta uirum partibus studebat, et nunc huius, nunc illius factionis esse uideretur, uel potius utriusq;. Plutarchus in præceptis ciuilibus, ἀλλ' οὐ γὰρ διὰ μέγα τὸν ἐνθαλαμὸν καὶ ὁμορῶν ὑποδομῶν ἀμφοτέρωθεν ὁμιλεῖν, καὶ μηδὲ τῶν περὶ ἰδέσθαι, id est, Sed hic oportet maxime Theramenis cothurnum induentem, cum utrisq; versari, & neutris accedere. Lucianus in Amoris, οὐ καὶ ἔγω γ' αὖθις αἰμῶν, ἵππορ' ἢ οὐ δ' αὖθις, κενεῖται ἐν ῥαμῖναις καὶ ἐν οὐ καὶ ὁμορῶν, ἵνα ἀμφὶ νυκτικῶς ἔξισαι βέλῃσι, id est, Itaque optarim sanè, si modo fieri possit, Theramenes ille fieri, qui cothurnus est dictus, ut ambo ex æquo uictores discederetis. Idem in Pseudologista; καὶ ὁ μὲν κάθαρν τινὰ εἶπε, ἵνα ἴσας αὖτ' ὅν τινα ἀμφότερον ὅντα τοῖς τοῖς ὑποδομῶν, id est, Et aliis ei cothurni nomen imposuit: nimirum mores hominis inconstantes & ancipites, id genus calciamenti conferens. Plutarchus indicat & Nicæ duci ob morum uasfriciem cothurni cognomen fuisse vulgo tributum. Male audit hoc nomine Marcus etiam Tullius. Homerus Martem, ni fallimur, subinde mutantē parteis, non uerbo ἀμφότερον καὶ appellat. Nihil autem uetat, quo minus adagium in bonam trahatur partem, ut si quis hominem facilibus moribus, & quadam ingenij dexteritate, cum quouis hominum genere congruentem κάθαρν appellet, quam ob causam Homerus Vlysem πούτροπον dixit, quod quamuis personam apte gereret, ducis, mendici, patris familiaris.

Magis uariius quàm hydra.

Ποικίλον ὅπως ὕδρας, id est, Magis uariius quàm hydra. De callidis ac dolosis, quod hydra serpens sit uersicoloribus notulis distincta. Aptè dicitur in uasros ac versipelles, aut etiam parum sibi constantes. Refertur senarius hic apud Athenæum libro Dipnosopiston tertio:

Εποίησαν αὐτὸν ποικιλοτέρων τοῦ. id est,

Fecistis hunc pauonibus uarium magis.

His affine est, quod Mnaseæ Colophonio poetæ Salpæ cognomen populari ioco fuit inditum, eò quod in carmine uariius esset. Nā is piscis mire picturatus est, aureis rubentibusq; lineis à ceruice ad caudā usque per argentea latera ceteris interuallis deductis, quum alioqui sit illaudati saporis.

Gygis anulus.

Γυγὸς δακτύλιος, id est, Gygis anulus. Quadrat uel in homines inconstantibus moribus, uel in fortunatos, qui ueluti uirgula diuina, quicquid optant, id suo arbitrio consequuntur. Huius adagij mentionem facit Lucia-

nus in *Votis*, ubi quispiam optat sibi complures anulos eiusmodi, quales habebat Gyges, alium quo dicesceret, alium quo gratus & amabilis redderetur, alium per quem liceret uolare, quocunque lubitum esset. Nam priscorum superstitio plurimum tribuit anulorum efficaciam, ita ut uenditarentur incantamentis uarie efficaces: alij contra morsus ferarum, alij aduersus calumniam, alij ad alia, uel depellenda incommoda, uel commoda concilianda iis qui gestarent. Vnde apud Aristophanem in *Pluto*, Dicæus Sycophantæ minanti iudiciū:

Οὐδὲν προτιμῶς. φερὲν. ὃ πρὶ ἀνδρὶ
Τὸν δακτύλιον τὸνδε παρ' ὁδὸν δὲ δαχμῆς. id est,
Non facio te huius, quando gesto hunc anulum,
Pretio drachmæ mercatus ipsum ab Eudama.

Et rursum in eadem fabula:

Αλλ' ἔκ' ἐνὶ στυγοφάντ' ὁ γυγὸς. id est,

Attamen ad istum Sycophantæ non inest.

Subauditur remedium. De anulo loquitur, alludens ad ferarum morsus. Natum est autem prouerbiū ex huiusmodi quadam fabula, quam non grauius est referre Plato libro de reipub. secundo. Neque nos item pigebit hoc loco recensere. Gyges quidam Lydi pater, pastor quispiam erat mercenarius, eius regis, qui per id temporis imperabat Lydorum populo. Cum autem esset aliquando scissima tempestas coorta, imbrium maxima uis accidit fulgura denique, terræ etiam quas fatio, ita ut in ea regione, in qua tum Gyges forte pascebat armenta, terra ingenti hiatu sese diduceret. Quod cum ille animaduertisset, solus (nam ceteri pastores territi diffugerant) in hiatus descendit, atque ibi tum alia quædam dictum mira conspexit, tum equum quendam æneum ingentem ac cauium. Inerat fenestra in equi latere, per eam uidit in eius aluo cadauer hominis, maius humana specie. Huic nihil aderat uestium, aut gestaminum, præter aureum anulum digito impositum. Eum ubi sistulisset, regressus è specu, paucis post diebus ad pastorum cætum rediit, in quo legatus de peculiorum rationibus, ad regem in menses singulos referendis, creandus erat. Hic cum apud alios assedisset, animaduertit, ut si quando forte gemmam anulo inclusam introrsum uerteret, repente fieret ut à nemine conspiceretur, ac perinde quasi non adesset: ita de eo reliqui fabularentur. Quod quidem factum admiratus, rursum anuli palam extrorsum conuertit, moxq; pastoribus conspicuus esse cæpit. Eius rei cum ille diligentius, & sapius fecisset periculum, iamq; sat exploratum haberet, hanc inesse uim anulo, ut uersa ad se gemma, inconspicius esset, uersa ad alios, conspicuus, effecit ut pastorum nomine legatus ad regem mitteretur. Profectus & uxorem regiam suprauit, & de rege trucidando, cum ea consilium inuit. Denique confecto illo, ipse, regina in matrimonium ducta, è pastore repente factus est rex, idq; anuli fatalis beneficio. Meminit eiusdem lib. de rep. x. Refert & M. Tullius libro de Officijs tertio. Porro Herodotus libro primo rem inul- to aliter narrat, nec ullam anuli facit mentionē. Huic similitimum illud, ὁ δὲ καὶ, id est, Orei galerus, quod alio reddemus loco.

Virgula diuina.

Αὐτὸ hoc non admodum diffidet uirgula diuina, quoties quic-

quicquid optamus, id citra humanam operam, quasi diuinitus nobis significamus contingere. Propterea quod antiquitas, quemadmodum in anulis, ita et in virgis ferendis existimauit aliquam fatalem ac ceu magicam inesse virtutem. M. Cicero libro de Officijs primo: Quod si nobis omnia, quae ad uitam cultumque pertinent, virgula, ut aiunt, diuina, suppeditarentur. Citatur aliquoties et apud Nonium Marcellum, Varro in Virgula diuina, ut appareat hunc fuisse titulum alicuius ex Menippeis, quinimirum et ipsi plerique feruntur prouerbiales. Adagium natum videri potest potissimum ab illa virga Homericâ, quam ille Palladi tribuit, adeo celebri, ut de ea Antisthenes Cynica sectæ conditor, librum conscripserit, eâ cum suo, ut conicio, baculo conferens. Huius locis compluribus meminit Homerus, quum Ulysses in fene squalido repente in iuuenem vertit, nitidumque facit ac formosulum, Odyssea N.

Ὡς ἄρα μιν φέρειν ῥ' ἄβδω ἐπεμάσσετ' ἄνῃν.

Sic effata virum virga demulsit Athena.

Eundem rursus ex iuvene vertens in senem, Odyssea π.

Ἀλλ' ἡ παρὶς αἰνὰ λαίρτι' ἄβδω ἰδυσσά.

Ῥάβδω ἐπὶ πλεῖν αὖ παλιν ποίσι χέρονται. id est,

Cominus assilens Ithacensem Pallas Ulysses.

Restituit senio diuinæ uerberæ virgæ.

Rursum in eodem libro, cum eum iuuentuti reddit, ac robur adauget:

Ἡ δὲ χερσὶν ῥ' ἄβδω ἐπεμάσσετ' ἄνῃν. id est,

Dixit, et aureola virga demulsit Athene.

Eundem ad modum Mercurio quoque, ut incantatori virgam monstrificam tribuit, quam caduceum vocat, Odyssea ω.

Ἐχ' ῥ' ἄβδω μετὰ χερσὶν

Καλῶν χερσὶν. πρὶ δ' ἄβδω ὁ μῦθος θείῃν

Ὡς ἰδὲ τὴν δ' αὖτε καὶ ὑπὸν ὄντας ἐγείρει. id est,

Tum manibus virgam capit aureolam, atque decoram.

Hac quibus est usum, demulcet lumina somno,

Atque aliis rursus dissoluit lumina somno.

Eadem serme repetit, Odyssea ε. et Iliados Ω.

Αὐτὴν ἔπειθ' ὑπὸ πρὸς ἰδὲ τὴν καλὰ πάλιν

Ἀμβροσίᾳ χερσὶν, τὰ μιν φέρειν ἡμῖν ἐφ' ὅγῃν

Ἡ δ' ἐπ' αὐτὴν γὰρ αὖτε πρὸς αὐτὴν ἀμύσει,

Εἰλετο δὲ ῥ' ἄβδω, τῇ αὖτε ῥ' ἡμῖν ἀμύσει

Ὡς ἰδὲ τὴν δ' αὖτε καὶ ὑπὸν ὄντας ἐγείρει. id est,

Mox ubi iam pedibus talaria subdidit aurea

Pulchraque, et ambrosiam spirantia, quæ simul illi.

Aera per liquidum, simul ampla per æquora uasta

Telluris, uenti flatu comitante, ferebant:

Tum virgam capit, hac demulcet lumina somno

Quoruncunq; velit, somnum quoque pellit eadem.

Hunc imitatus Maro, sic eiusdem caducum describit Aeneidos quarto,

Tum virgam capit. hac animas ille euocat orco

Pallenteis, alias sub tristia tartara mittit.

Dat somnos, adimitque, et lumina morte resignat.

Illa fretus, agit uentos, et turbida tranat Nubila.

Neque Circe ad sua monstra peragenda uirga defuit in transformandis socijs Ulyssis Odyssea K.

Ῥάβδω πεπληγυῖα κατὰ σφύρας ἐγείρει.

Ὅδ' οὐδὲν μὲν ἔχον κεφαλᾶς. id est,

Compulit in numerum porcorum uerberæ virgæ

Percussos, et erant illis capita ecce snilla.

Rursum paulo inferius,

Ὀππότε κέρκη σ' ἰλάσει πορρικτὴ ῥ' ἄβδω. id est,

Circe ubi te feriet prælona uerberæ virgæ.

Aliquanto post, Ulysses solus epoto Circes poculo, non transformatus in pecudem,

Αὐτὰρ ἐπεὶ δῶκ' ἐπὶ καὶ ἐκπινὼν, ὅδ' ἔμ' ἐβίβω

Ῥάβδω πεπληγυῖα. id est,

Verum ubi porrectum poculum ebiberam, neque uirga

Ictum me demulsit.

Denique cum ad gratiam Ulyssis, socios pristina restituit figuræ, uirgæ ministerium adhibuit. Fortassis huc pertinet, quod regibus etiam uirga tribuebatur, quam sceptrum uocant. Vnde apud Homerum aliquoties, Σκεπτήριον βασιλῆος, id est, Sceptrigeri reges. Eodem refertur, quod alibi retulimus, Laureum porto baculum.

Stultus stulta loquitur.

Euripides in Bacchis, Μορὰ γὰρ μῶρος λέγειν, id est, Nam stulta stulti oratio est. Totidem verbis propheta noster Esaias eam sententiam extulit. Seneca ad Lucium: Apud Græcos, inquit, in prouerbum cessit: Talis hominibus fuit oratio, qualis uita. Hoc cuiusmodi fuerit parum liquet, nisi quod tale quoddam carmen extat, Græcis celebratum:

Ἀνδρὲς χαρὰ κτὴρ ἐκ λόγου γινώσκονται. id est,

Hominis figura oratione agnoscitur.

Democritus philosophus apud Laertium orationem εἰδωλὸν τῶν βίῃ, id est, uitæ simulacrum, quandamque, uel umbram esse dicebat. Qua quidem sententia nihil dici poterat uerius. Nam nullo in speculo melius, expressiusque relucet figura corporis, quam in oratione pectoris imago representatur. Neque secius homines ex sermone, quam ærea uasa timui dignoscuntur.

Oculis magis habenda fides, quam auribus.

Ὡτι ὡς πιστοτέρη ὁφθαλμοῖς, id est, Oculis credendum potius quam auribus. Quæ cernuntur, certiora sunt quam quæ audiuntur. Item Horatius,

Nec retinent patule commissæ fidelius aures.

Idem in Arte poetica,

Segnius iritant animos demissa per aurem,

Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus, et quæ

Ipse sibi tradit spectator.

Quamquam id quidem paulo alienius. Propius huc pertinet quod Plautus manus lenæ uocat oculatas, non auritas, ut quæ id demum crederent, quod viderent. Rursum, quod historia quam gestarum rerum esse uolunt, dicta sit παρὰ τὴν ἰστέον, quod est videre. Postremo figmentum illud Vergilianum de duabus apud inferos portis: Eburna, quæ significant ea quæ per os exeunt, ob dentium eburnum candorem: Et cornea, quæ quæ conspiciuntur oculis, uolunt intelligi, ob pupularum nigrorem. In summa ad cognitionem magis faciunt aures, ad fidem faciendam certiores sunt oculi. Vnde et uulgo, si quis fabulam narret, parum uerisimilem, rogare consueuimus, nam ea conspexerit. Quod si neget, uerum audisse modo, ridetur. Prouerbiū refertur in epistola Iuliani ad Leontium: ὁ λόγος ποῖός ἐστι θούριος, ὡς τὸ ἐπὶ τὴν ἀνθρώπων ὁφθαλμοῖν ἀπιστοτέρη. Sermo quidam Thurius dixit, aures hominibus minus esse fideles, quam oculos. Thuriū appellauit indicans Herodotum dicti auctorem, uel ob impetum diuinum, d uel

vel quòdis scriptor apud Thuriòs vixit & mortuus est. Sumptum est autem ex Clione, ὅτι τῷ τυγχάνει ἀνθρώποις ἐνταῦθα ἀπιστορεῖ ὁ φθαλμῶν. id est, Nam aures hominibus minus fideles sunt quàm oculi.

Diomedis & Glauci permutatio.

Quæ refertur apud Homerum Diomedis & Glauci permutatio, in proverbium abiit, quoties inæqualem commutationem significamus, hoc est, deteriora pro melioribus reddita, χρυσία χαλκίων, id est, aurea pro æreis. Nam libro Iliados sexto, poeta Glaucum quempiam inducit, Hippolochi filium, Lyciorum ducem, instantiusculum & ostentatorem magis, quàm pugnam. Contrà Diomedem vaftrum callidumq. Hi duo congregantur μονομαχοῦμενοι, id est, singulari certamine inter se dimicaturi. At Glaucus rogatus à Diomede, quis nam hominum aut deorum esset, longa oratione natalium suorum seriem exposuit, patriam Lycià, ciuitatem Ephyràm indicauit. Mox Diomedes, viro Græcus, hominis barbari stuporem ex orationis arrogantia intelligens, illudendum magis ratus quàm occidendum, respondit suis maioribus cum illius progenitoribus vetus hospitium ac necessitudinem intercessisse, muneraq. hospitalia, quæ xenia vocant, inter ipsos vltro citroq. data. Iamq. defixa hūmi lancea, cæpit hortari, vt omissa pugna, maiorum suorum amicitiam inter ipsos renouarent, alterq. alteri in Lycia, alter in Argo hospitium præstaret, simulatq. incolumes in patriam redissent. Interim si quando forte fortuna occurrissent, armis inuicem abstinere, inter se duntaxat religionem hospitij custodientes, in reliquos nihilominus iure belli vsuri. Tum ne id videamur, inquit, proditione magis, quàm hospitij obseruantia facere, arma inter nos permutemus, quo reliquus exercitus intelligat, nos maiorum necessitudine deuinctos esse. Quibus dictis, uterq. ex equo desiliit, datis dextris, ac fide pacta, veluti sædus quoddam hospitij sanxerunt, permutatis armis, sed admodum inæqualibus.

Εἰ δ' αὐτὲ γλαύκῃ, inquit Homerus, κρονίδης φέρειας ἐξέλετο ζεύς,

Ὅς πρὸς τυδείδῃσι δομῆκε πύχ' ἄμειβι
Χρυσία χαλκίων, ἑκάτομβοι ἰννεαβίων. id est,
Iuppiter hic stupidum spoliavit pectore Glaucum,
Qui cum Tytide mutavit protinus arma, &
Aurea donavit, sibi reddenti ærea, centum
Bubus emenda daret demens, pro vilibus, atq.
Quæ vix esse nouem dicas redimenda iuuenis.

Usurpatum est adagium passim à laudatissimis autoribus. Plato in Phædro faciens Socratem Alcibiadi suo more respondentem, quòd lucri cupidus formam corporis, forma mentis meliore commutare vellet, καὶ τῷ ὄντι χρυσία, χαλκίων ἀμειβόμενοι. id est, Et cum his quæ nunc aurea sunt, æreis commutare cogitas. Quamquam interpres pro æreis, vertit aurichalcum. Item Aristoteles quinto Moralium libro de iustitia, Qui vero dat suà, quemadmodum Diomedis arma sua dedit Glaucus, vt dicit Homerus, χρυσία χαλκίων, & reliqua. Plutarchus aduersus Stoicos scribens, eleganter huc torquet, vt dicat, non admodum iniquam fuisse permutationem Glauci, propterea quòd arma ferrea non minus vsui sint pugnatibus, quàm aurea: sed qui

corporis valetudinem anteponebat honesto, aut virtutem relinquit ob bonam corporis valetudinem, is vere permutat χρυσία χαλκίων. Cicero in i. pistolis ad Atticum libro sexto: Habet ad omnia non, vt postulasti, χρυσία χαλκίων. sed paria paribus respondimus. Vtrūque proverbium esse significat Cicero, Par pari, de æquali pensatione, χρυσία χαλκίων, de inæquali commutatione. Plinius iunior in epistola ad Flaccum: Recipies epistolas steriles, & simpliciter ingratas, ac ne illam quidem solertiam Diomedis in permutando munere imitantes. Martialis in epigrammatis.

Tam stupidus nunquam nec tu puto Glaucæ fuisti, χρυσία donanti, χαλκία qui dederas.

A. Cellius Noctium Atticarum libro secundo, Cæcilia nam translationem, cum ipso Menandro, quem uertebat, componens atq. expendens, ostendensq. quantum à Græcica venustate degeneret: Diomedis, inquit, heu! arma & Glauci, non dispari magis pretio æstimata sunt. Fit huius adagij mentio etiam in proœmio Tandem iuris Cæsareis, his quidem uerbis: Nostris temporibus talis legum inuenta est permutatio, qualem apud Homerum patrem omnis virtutis, Glaucus & Diomedes inter se faciunt, dissimilia permutantes. Nam ille significat pro relictis inutilibus, ac satisfaciendis uoluminibus; recepta tum meliora, tum breuiora, hoc est, permutationem factam uehementer inæqualem. Ergo conueniet uti, quoties officium aut munus longe impari munere pensatur, aut contrà. Aut quoties aliquis rem pecuniariam auxit, sed dispendio famæ: magistratum effecutus est, sed iactura bonæ mentis: lautam fortunam reperit, sed amisit animi tranquillitatem.

Multæ regum aures atque oculi.

Ὡς καὶ ὁ φθαλμοὶ βραχίονες πολλοί, id est, Aures atq. oculi regum multi, quòd per exploratores obseruent, quid quisq. dicat faciat ne. Idem refertur à Luciano in libello, cui titulus, De mercede seruientibus, ac rursus, aduersus inruditum. Eiusdem meminit & Aristoteles in tertio Politicorum. Hoc genus homines Græci vocant ὁπαῖτες, quos primus Darius minor adhibuit, sibi diffusus. Dionysius Syracusanus addidit προεργαγίδας, id est, exploratores, autore Plutarcho. Allegoria inde ducta est, quòd regibus quamplures ubique sunt exploratores, atque ob id oculi regum dicuntur, complures auscultatores, quibus uelut auribus utuntur. Neq. desunt manus & pedes quamplurimi, fortassis ne ventres quidem. Vide cuiusmodi portentum sit tyrannus, & quàm formidandum, tot oculis, ijsq. emissitijs, tot auribus, ijsq. tam afininis ac longis, tot manibus, tot pedibus, tot uentribus, ne reliqua parum honesta commemorem, instructum. Aristophanes in Acharnensibus, Pseudartabam, regis oculum appellat, quòd per eum cognosceret quid ageretur. Aliiter autem Andromache apud Euripidem, filium uitæ oculum uocat:

Εἰς πῶς δ' ἂν μοι λοιπὸς ὁ φθαλμὸς βίη. id est,

Erat relictus gnatus hic mihi unicus Vita oculus. Propterea quòd unicum esset in uita oblectamentum. Nam oculo nihil charius. Vnde, quos adamamus, oculos uocamus.

Longæ

Longæ regum manus.

QVOD ab Ouidio scriptum est:

An nescis longas regibus esse manus?

Etiā vulgo in ore est. A regibus cauendum, quod eis prælonga sint brachia. Nimirum, quod per suos, quibus brachiorum vice utuntur, possint etiā procul diffitos affligere. Potest & ad tempus referri, quod reges etiā si diutius dissimulent, soleant tamen aliquādo pœnam sumere de iis quibus insensu fuerint, vel Homero teste, apud quem Iliados A. Calcias adhuc loquitur modum:

Κρείσσων γὰρ βασιλεύς, ὅτι χροῖται ἀνδρείχρη.

Εἰ πορὶ γὰρ πῶλον καὶ αὐτὸν κατὰ πῖτον,

Ἀλλὰ καὶ μετὰ πῖτον ἔχει καὶ τὸν ὀφρατὶν ἄρ', id est, Rex deus est, quoties succensuit inferiori.

Quantiā etenim in præsens seruētē cōcoquit irā, Post odit tamen, usque odium dū expleuerit ultus.

Clauum clauo pellere.

Ἡλὼ τὸν ἄλῶν ἐκκρούειν, id est, Clauum clauo pellere. καὶ πᾶσι πᾶσι παπῶν ἐκκρούειν, id est, paxillum paxillo pepulisti, id est, malum alio malo depulisti. Lucianus in Philopseude, καὶ ἄλλοι παπῶν ἐκκρούειν τὸν ἄλῶν. id est, Et clauo, quod aiunt, extundis clauum. Idem in Apologia: Διδοῦκα μὴ πρὸς τῇ ἐπιφρομένη κατηγορίᾳ κολακίᾳ αἰετῶν προσλαβὼν κατὰ ἐνρίσκωμαι, ἄλλοι παπῶν ἐκκρούειν τὸν ἄλῶν, τὸ μὴ τὸν σμικρὸν. id est, Veteor ne si ad intentatū crimen, etiā adulationis accusationem adiunxero, clauum, quod aiunt, clauo pellere videar, maiore minorem. Aristoteles libro Politicorum quinto, capite penultimo scribit, tyrannis amicos esse viros improbos & adulatores. Nam hos demum illis utiles esse, quippe malos, ad mala. καὶ χρεῖμα οἱ πονηροὶ, εἰς τὰ πονηρὰ. Ἡλὼ γὰρ ὁ ἄλῶν, ὁ παρὶς. id est, Clauus enim clauo, subaudi, truditur, ut habet prouerbiū. Synesius ad Olimpiū: Ἀντὶ τοῦ ἐκκρούειν αἰσθητοὶ πονηροὶ, διαβῶν κατ' αὐτῶν. πᾶσι πᾶσι παπῶν ἐκκρούειν, id est, Ecclesiam vexant externi improbi, illos inuade. Nam paxilli paxillos excutunt. D. Hieronymus ad Rusticum monachum: Philosophi seculi, inquit, solent amorem veterem amore nouo, quasi clauum clauo pellere. M. Tullius Tusculanarum quaestionum libro quarto: Loci denique mutatione tanquam ægroti non conualescentes sæpe curandus est, etiā nouo quodam amore veterē amorem, tanquam clauum clauo eūciendum putant. Iulius Pollux in nono libro scribit, adagium esse natū à lusu quodam, qui κινδάλισμός nocetur, quo paxilli argilloσῃ terræ infixum, altero impaſto paxillo excutiebant. Citatq; senarium hunc prouerbialē:

Ἡλὼ τὸν ἄλῶν παπῶν τὸν παπῶν. id est,

Clauumq; clauo, perticamq; pertica.

Locus igitur adagio, non modo cum vitium vitio, malum malo, dolum dolo, uim ui, audaciam audacia, maledicentiam maledicentia retundimus: verum etiā quoties rem vncunque molestam, diuersa molestia profligamus: ut cum libidinum incitamenta, laboribus obruimus: curam amoris aliis maioribus curis damamus. Eusebius in Hieroclē, Δαίμονας γὰρ ἀπὸ λαῶν αἰσθητοὶ αἰσθητοὶ παρὶς δαίμονι. id est, Demones enim abigit, alium alio, quemadmodum aiunt, demone mirū

ni alludens ad hoc prouerbiū. Nec abhorret bis ille Publij Mimius.

Nunquam periculum sine periculo uincitur.

Malo nodo malus quærendus cuneus.

Ad hanc sententiam alludit & illud: Malo nodo malus est quærendus cuneus. Ita diuus Hieronymus ad Oceannum: Interim iuxta vulgare prouerbiū, malo arboris nodo malus cuneus requirendus est. Eo licebit, uti, quoties malum simili malitia retundimus. Simptū à seſtoribus roborum, qui si quando durior in ligno nodus inciderit, nolunt in eo periclitari securim, verum cuneum quempiam durum magis quā bonum inferunt. Congruit huic illud Sophoclis apud Plutarchum

Ἐν τῷ πότῳ τὸ δόρυ μᾶλλον, id est, Remedio amaro bilem amaram diluunt.

Malum malo medicari.

Τὸ κακὸν κακῷ θεραπεύειν, id est, Malum malo medicari. Est malum aliud alio malo tollere. Sophocles in Aiace Maſſigophoro.

Εὐφραμα φῶναι, μὴ κακὸν κακῷ δίδως

Ἀκος, πλὴν τὸ πῆμα τῆς αἰτίας τῆς. id est,

Bene ominata loquere, ne malum malo

Medicans, & hancce noxam adaugeas tibi.

Dehortatur Aiace Tecmeſſa, ne malo infania addat alterum maius malum, spontaneam cēdem ſui. Et Herodorus in Thalia, μὴ τὸ κακὸν τῷ κακῷ ἰᾶ. id est, Ne malo medearis malo.

Morbum morbo addere.

MORBYM morbo addere, id est, conduplicare malū. Euripides in Alceſtide:

-Μὴ νόσῳ τῷ μοι νόσον

Προδῶς ἄλῃς γὰρ συμφορᾷ ἡμετέρῃ. id est,

Ne tu mihi morbo laboranti alterum

Appone morbum: nam ſat hoc premor malo.

Eiusdem figuræ est Homericū illud Iliados:

-Μὴ πᾶσι τῖς ἐφ' ἑλκεὶ ἑλκος ἄσπετο. id est,

Vulneri vti ne quis vulnus tibi forſitan addat.

Sophocles item:

Δουτὶρα ἵπαισας ἐπὶ νόσῳ νόσον. id est,

Morbo quidem morbum addidiſti tu alterum.

Non alienum est ab hac forma, quod est apud Homerum Iliados H. ἀνέβας ἀνός, quum indicamus acerbis addi acerbiora. Sic enim ibi loquitur Menelaus: ἢ μὴ δ' ἡλώβη τάδε γ' ἔσται ἀνός ἀνός. id est, Dedecori res iſta, proſecto dedecus addit.

Ignem igni ne addas.

Μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ, id est, Ne incendium incendio addas.

Vsurpatur à Platone. Sensus liquet. Ne calamitatem adiungas calamitati, ne commotum magis etiā commoueas. Diogenianus putat à carbonario quodam esse natū, qui inualeſcente incendio conſlagrarit, clamās interim, μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ. Plato libro De legibus ſecundo, vetat, ne pueri ad annum uſque duodeuigeſimū vī nū bibant, ne ſi vini calor acceſſerit ad ſeruorem atatis, ignem igni ſuggerere videantur. Itē Plutarchus in Præceptis coniugalibus: μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ κινεῖται, id est, d ij Ne

Ne ignis ad ignem accedat. Vtitur idem cum alijs aliquot locis, tum in praeceptis De valetudine: ἵνα ἐν μὲν πῦρ ἐπὶ πῦρ, ὥς φασί, πλῆθος μὲν τῶν ἐπὶ πλῆθος, καὶ ἀκέρως ἐπὶ ἀκέρως γίνονται. id est, Vt ne igitur ignis ad ignem, quemadmodum prouerbio dicitur, expletio ad expletionem, merum ad merum addatur.

Oleum camino addere.

AFRINEM huic habet sententiam, Oleum camino ad dera, pro eo quod est, malo fomentum, ac uelut alimoniam suppeditare, quo magis ac magis augetur. Horatius in Satyris:

Adde poemata nunc, hoc est, oleum adde camino. Id est, Adde maioris insaniam materiam. Vsurpat hoc diuus Hieronymus ad Eustochium: Vinum et adolescentia duplex est incendium uoluptatis. Quid oleum flammæ adiucimus?

Oleo incendium restinguere.

Ελάω πῦρ ὁ βιβνῶς, id est, Oleo restinguis incendium, dici solitum, ubi quis ea admonet remedia, quæ malum magis ac magis exacerbent. Veluti si quis animi tristitiam sædis uoluptatibus obruere conetur. Aut si quis offensum, iurgis & conuiciis uelit placare. Quod si dicatur ἡρόικως, nihil differet à proximo. Huc respexit Lucianus in Timone, cum ait: Si quæ aspexerit incēdio conflagrantem, pice atque oleo se velle restinguere.

Vlulas Athenas.

Γλαῦκος εἰς ἀθήνας, id est, Vlulas Athenas: subaudiendum, portas, aut mittis. Conueniet in stultos negotiatores, qui merces eo comportant, ubi per se magis abundant, ut si quis in Aegyptum frumentum, in Ciliciam trocum inuectet. Venustius fiet, si metaphora ad res animi transferatur, ut si quis doceat doctiorem, carmina mittat poetæ, consilium det homini consultiissimo. Cicero ad Torquatum, Sed rursus γλαῦκος εἰς ἀθήνας, qui hoc ad te. Idem ad fratrem, Et tibi uersus quos rogas, hoc est, Athenas noctuam mittam. Aristophanes ἐν ἑρμῖ.

Τί φῆς; τίς γλαῦκ' ἀθήνας ἵκει; id est,

Quid ais? quis, oro, uehit Athenas noctuam?

Vsurpat idem atque exponit Lucianus in Epistola ad Nigrinum. Porro παρὰ μίαν inde fluxit, quod noctua in Attica plurima est, ei regioni quasi peculiaris. Fertur autem uersari in Laureo Atticæ loco, ubi auri metalla sunt: unde & Laureoticæ noctuæ uocantur. Hæc anis Atheniensium populo quondam erat gratissima, ac Mineruæ sacra habebatur, propter oculos cæcios, quibus etiam in tenebris perspicit, quæ uulgius auium non uidet. Vnde, & auspiciata consiliis credebatur, id quod indicat prouerbum, γλαῦξ ἰππία, id est, Noctua uolat. Dictum est & illud de Mineruæ, quod Atheniense solum male consulta; in bonum exitum uerteret. Demon autem apud Aristophanis interpretem existimat, non ob id solum dici, noctuas Athenas, quod Athenis noctuarum sit copia, sed quod in nummis etiam tum aureis, tum argenteis Atheniensium noctua in scalpi soleat, unā cum facie Mineruæ. Porro nummus is appellabatur πτερυγέχμων, id est, quatuor dragmarum, cū antea soliti fuissent uti nomismatibus didrachmis, quorum insigne erat bos: unde etiam natum est prouer-

bium illud, Bos in lingua. Sunt qui tradunt apud eodem fuisse triobolum, quod & hemidrachmum appellant. Nam drachma senos obolos continet. Trioboli nomisma, ex una parte Iouis effigiem habebat, ex altera noctuæ. Proinde absurdum uidebatur noctuam Athenas deportare, cum illic passim omnia noctuæ abundarent. De nomismate Atheniensi testatur & Plutarchus in vita Lysandri, cum de seruo meminit, qui domini sui furtum ἀνιγνῶν τῶν ἀεὶ indicans, ait: multas sub tegulis cubare noctuæ: ostendens illic abditas pecunias, noctuæ insignitas.

Memorem mones, doctum doces, & similia.

IDENTIDEM in Plautinis ac Terentianis comædiis occurrit: Memorem mones, & doctum doces. Idem pollet Græcanicum illud, λαλῶν περὶ ἑχόντων τὴν ἐπισίμω, id est, Loqueris ei qui ipse rem calleat. καὶ εἰδότες λέγεις, id est, Scienti narras. Plato in Hippiā maiore, εἰδότες μὲν ἑρῶντες ὁ σὺ λέγεις, id est, Hæc scienti Socrates narrabis. Euripides in Hecubā:

Οὐ κακὸν εἰπῶς, εἰδότες δ' ὀνείδισσας. id est,

Dixi nouum nil, sed probe scientibus

Hæc approbasti.

Homerus cum alias aliquoties, tum Odysseæ P.

Γινώσκω, φρονέω, καὶ δὲ νοῶντι κελεύεις. id est,

Et noui, & teneo, iam narras ista scienti.

Idem Iliados 4. de Nestore admonente filium,

Μυθεῖτ' εἰς ἄρα καὶ φρονέον νοῶντι καὶ αὐτῷ, id est,

Dixit amico animo, licet hæc per se sapienti.

M. Tullius libro Epist. ad Atticum nono: Mirandum enim in modum Cn. noster Syllani regni similitudinem concupiuit, εἰδότες λέγω.

Si crebro iacias, aliud aliàs ieceris.

ARISTOTELES in libello De diuinatione quæ sit ex insomniis, uersum huiusmodi prouerbialem citat:

Si crebro iacias, aliud aliàs ieceris.

Quo significatum est, oportere rem sapius tentare, neque defatigari protinus, si quando parum ex animi sententia ceciderit. Futurum enim, ut iterum atque iterum periclitanti, feliciter aliquando cadat. Aristotelis uerba sunt hæc: αἰσθητὸν μὲν καὶ λέγεταί, ἀνὰ τὸ βέλους, ὡς καὶ αἰσθητὸν βέλους. Agit autem de insomniis melancholicorum, in quibus non existimat esse diuinationem ullam, tametsi sit nonnunquam, ut quidam euentus somniis illorum respondeant: Sed non esse mirandum, quoniam uitio naturæ plurima ac uaria somnient, aliquando existere συμπτώματα, id est, casus qui forte pariter sic eueniant, ut est ab illis somniati. Themistius hunc locum sic circumloquitur, interprete Barbaro, nam Græcus codex ad manum non erat. Nam qui totum diem iaculantur, aliquando collimant, & premium capiunt. Vetus adagium est, Si sæpe iactaueris, aliquando Venerem iacies. Sunt qui putent, nec absurde, metaphoram à sagittariis, non ab aleatoribus esse ductam. Nam & hoc significat βέλαιν. Subesse uero argutiam in eo uerbo, quod in prior parte significat mittere sagittam, in posteriore ferire. Fit autem, ut qui crebrius iaculentur, vel fortuito aliquando scopum attingant. Tametsi M. Tullius libro De diuinatione secundo, de symptomaticis agens,

de

de quibus modo dictum est à nobis, ad utrumque refert metaphoram. Quis est enim, inquit, qui totum diem iaculans non aliquando collimet? Totas noctes somniamus, neque ulla fere est qua non dormiamus, & miramur aliquando id quod somniamus evadere? Quid est tam incertum quam talorum iactus? Tamē nemo est, quin saepe iactans, Venerem iaciat aliquando, nonnisi quam etiam iterum ac tertium. Porro Veneris iactū in hoc lusus genere fuisse quondam felicissimum, palā arguit apud Suetonium Octavius Augustus in epistola quadam ad Tiberium: Inter cēnam, inquit, lusimus μεστιχός & heri & hodie. Talis enim iactatus, ut quisque Canem aut Senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat, quos tollebat vniuersos qui Venerem iecerat. Haftenus Augustus. Quadrabit & in eos qui casu, non arte quippiam assequuntur. Extat & hodie vulgo iocus prouerbialis in cecum, qui cornicem iaculo fixerit.

Malum consilium.

ΜΑΛΟΝ. consilium consultori pessimum.

Senarius est prouerbialis in eos in quorum caput recidit, quod aliis perperam consuluerunt. Siquidem, ut dicunt Graeci, ἡ βλάπη, id est, Sacra quadam res est consilium. Atque ut est libenter accipiendum quum res postulat, ita est religiose citra fraudem dādum, si quis egeat. Alioquin non defuturum est numen aliquod, quod penas repetat ab eo qui rem sacram ac diuinam perfidia violat. A. Gellius Noctium Atticarum lib. 4. cap. 5. putat adagium hoc ex historia quadam natam, ex annalibus Maximi, narrationibusque Verri Flacci refert ad hunc modum: Statua Romae in comitio posita Horatii Cocleis virtutis fuisse de Caelo tacta est. Ob id fulgur piaculis laudum, aruspices ex Hetruria acciti, inimico atque hostili in populum Romanum, quum, instituerat eam rem contrariis religionibus procurare: atque illam statuam suaserunt in inferiorem locum perperam transponi, quem sol oppositu circum undique aliarum adium nunquam illustraret. Quod cum in se fieri persuassent, delati ad populum proditiq; sunt: Et cum de perfidia confessi essent, necati. Cōstititq; eam statuam perinde, ut vera rationes post comperta monebant, in locum editum subducendam: atque ita in arca Vulcani sublimiore loco statuendam. Ea res bene & prospere reipub. cessit. Tunc igitur quod in Hetruscis aruspices animaduersum vindictamq; fuerat, versus hic scite factus, cantatusq; à pueris, vrbe tota fertur: Malum consilium, consultori pessimum est.

Haftenus, quidem Gellius. Porro Valerius Maximus lib. 7. rem quandam haud dissimilem memorat de Papyrio Curfore: qui cum consul Aquiloniam obsideret, velletq; praelium committere cum hostibus, nisi si quid auspiciū refragarentur, ac consultus pullarius suaderet uti committeret, cum aues infausta nunciassent, recognita pullarium in prima acie constituit. Is primo traiecit telo violatam religionem expiauit. Meminit huius rei T. Linius decadis prima lib. 10. Nec dissimile est quod refert Socrates in historia tripartita. Eutropius Eunuchus, dum studet in quosdam qui ad templum confugerant animaduertere, persuasit imperatori ut ferretur lex, qua templi religio nulli prodesset nocenti. Lata, lege factum est, ut Eutropius cum of-

fendisset Casarem, confugeret sub altare, unde protractus capite plexus est, suo ipsius consilio perditus. Vergilius tacite notauit paramiam in Aeneidos duodecimo libro, cum ait:

-Cadit ipse Tolumnius augur,

Primus in aduersos telum qui torserat hostes.

M. Varro lib. de Re rust. 3. cap. 1. palam citat adagiū his verbis: Opinor, inquam, non solum quod dicitur, Malum consilium consultori esse pessimum, sed etiam bonum consilium ei qui consuluit, & qui consulitur, bonum habendum. Sophocles in Electra:

Ὅλας ἡ δὲ δὴν ἐστὶν ἐχθρὸν κακὸν. id est,

Res nulla consilio nocentior malo.

noxam ad eum referens, cui consilium datur. Apparet autem senarium hunc Latinum, id quod & Gellius admonuit, de Graecis illis Hesiodi versibus expressum esse, qui leguntur in opere, cui titulus, ἑρπὸς καὶ ἡμῖνος:

Οἱ αὐτὰ κακὰ τὸν χεῖρ ἀνὴρ ἀλλὰ κακὰ τὸν χεῖρ.

Ἡ δὲ κακὴ βλάπη τὴν βλάβος ἀντὶ κακῆς. id est,

Ipse sibi nocet is, alium qui ledere querit.

Consultum male, consultori pessima res est.

Plutarchus in commentario De audiendis poetis, existimat huius versiculi eandem esse sententiam, quae sit dogmatis Platonis in Gorgia: ubi Socrates dicit, peius iniuriam facere quam iniuriā pati, & damnosius esse se malo afficere quam affici. Extat in hanc sententiam & Apologus Graecus non inueniendus, nec omnino indignus quem his commentariis adiungamus. Leonem ob senectam aegrotantem, & ea causa suo in lūstro continentem sese, cetera quidem animantia officii gratia uisabant regem suum, excepta uulpe. Proinde lupus natus oportunitatem, accusauit vulpem apud Leonem laesa maiestatis, quae pro nihilo haberet eum, penes quem rerum erat summa, nec ob contemptum ad uisendum accessisset: atque interea interuenit in lupi fabula uulpes, & extremam sermonis partem audiuit. Itaque leo conspecta uulpe, protinus aduersus eam infremuit. At illa postulato ad purgandum sese spatio, Et quis, inquit, omnium qui huc contenerunt, tantum tibi profuit quantum ego, quae quoquo uersum circuncursit, tibi, morbi remedium à medicis reperi? Cum h, leo protinus edixisset, ut remedium aperiret: Si uiuam, inquit, lupum excories, & illius pellem induas, conualesces. Leo credulus, continuo lupum inuasit & interemit. Quo extincto, risit astuta uulpes, calumniatoris malum consilium in ipsius recidisse caput. Carmen autem refertur à Plutarcho & hunc in modum:

Ὅς ἀλλὰ κακὰ τὸν χεῖρ, ἰὼ κακὸν ἵππῃ τὴν χεῖρ. id est,

Damnā parans aliis, proprio parat epati damna.

Suum cuique pulchrum.

PROVERBIALIS sententia, Suum cuique pulchrum, in eos quibus sua, qualiacunque sunt, tamen studio quodam magis quam iudicio placent. Est autem à cōi mortaliū ingenio sumpta, quibus usq; insita est illa φιλαυτία. i. amor sui, ut neminem tam modestum, tam attentum, tam oculatum inuenias, quin in propriis aestimandis, quadam animi propensione corruptus caecitiat atque hallucinetur. Proinde uere scripsit Arist. lib. Rhet. 2. ἐπὶ δὲ φιλαυτοῖ πάντες, καὶ τὰ αὐτῶν ἀχρηστὰ εἶναι, πᾶσι δὲ ἢ ἐν ἑαυτοῖς, ἢ ἐν φιλοκόλακας ὡς ἐπὶ τοπολῶν. id est,

d 3 est,

est, Quoniam autem omnes sui sunt amantes, & sua cuique iucunda esse necessum est, ut facta dictaque: idcirco plerumque etiam assentatoribus gaudent. Id tamen omnibus in rebus generaliter verum est, ut sit, quem admodum ait Horatius, Cæcus amor sui: tamen in artifices, atque ex his potissimum in poetas, ad hæc in amantes præcipue quadrare videtur. Etenim rectissime scripsit Aristoteles quarto Moralium libro, Suo quæque artificem opere impense delectari, non aliter quam rebus quibusdam ex sese prognatis. Neque secus adamant sua carmina poeta, quam parentes liberos. Est enim artificis opus, quasi quidam ingenij fetus: de quo Socrates ait rectius iudicare obstetricem quam matrem ipsam. Sponsis item amantibus mos est, suam cuique sponsam certatim extollere. Cuius rei sat magni exemplum extat de Tarquinij adolescentibus. Unde & hodie vulgo scite dicunt, Nullum reperiri deformem amatum. Propterea quod amanti vel non pulchra pulcherrima videantur. Quam sententiam eleganter extulit Theocritus in Ecloga sexta,

- Η ὄψις ἔστι,

Πολλὰ κ' ὁ πολὺ φαινετὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφασται. i.

-Etenim haud raro Polypheme,

Quæ minime sūt pulchra, ea pulchra videntur amanti. Plato proverbum extulit in Lyside, sed inuerse, καὶ κενὸν ὄψιν, inquit, κατὰ τὴν ἀρχαίαν παροιμίαν, τὸ καλὸν φίλον ὄψιν. id est, Periculum est ne iuxta vetus adagium, amicum sit, quod pulchrum est. Quasi non ideo pulchrum haberi debeat aliquid, quod sit amicum, sed ideo oporteat esse amicum, quod sit pulchrum. Huc pertinet & illud quod scribit M. Tullius libro De finibus quinto: Suo enim quisque studio maxime ducitur. Et rursum in primo Officiorum: Quorum uterque suo studio delectatus contempsit alterum. Quanquam hoc venia dignum, hætenus communem illam φιλαυτίαν valere, ut suis quisque liberis, suis artibus, suo instituto, suis inuentis, suæ patriæ paulo impensius faueat, nisi eo usque cæcitatis nos rapiat, ut & virtutes alienas calumniemur, & nostris blandiamur vitijs, eaque virtutum nomine donemus. Ac sibi quisque sit, quod sibi fuit Sæffenus Catullianus, aut Mevius Horatianus. Quod vitij Flaccus in Epistolis notans: Dum mala, inquit, delectent mea me, vel denique fallant. Atque hoc loco Porphyrio indicat Horatium respicere vulgatam sententiam, quod homines suis malis non solum non doleant, verum etiam delectentur: Eaque de re Græci adagium esse celebratum, verum id adagium vitio libroriorum desideratur in scriptura. Eodem pertinet quod alibi dixit Horatius:

Turpia decipiunt cæcæm vitia, aut etiam ipsa hæc delectant, veluti Balbinum polypus Agnæ.

Nam Balbino Flutio amanti, etiam polypus Agnæ amica, suave quiddam olere videbatur. Est autem polypus vitij narium graue olentium, itidem ut hircus alatum. Unde & polypoſos & hircosos dicimus. M. Tullius ad Atticum lib. 14. Accipe, inquit, à me mi Attice καθολικὸν βιβλίον earum rerum in quibus exercitati sumus satis. Nemo unquam, neque poeta, neque orator fuit, qui quenquam meliorem se arbitraretur. Hoc et malis contingit. Quid tu Bruto putas ingenioso & erudito, de quo etiam experti sumus? Nuper in edicto scripseram rogatu tuo. Meam mihi placebat, illi suum.

Quinetiam cum ipsius precibus adductus penè scripsissem ad eum de optimo genere dicendi, non modo mihi, sed etiam tibi scripsit, sibi illud quod mihi placeret, non probari. Quare sinamus, queso, quæque sibi scribere. Suam cuique sponsam, mihi meam. Suum cuique amorē, mihi meum. Non scite. Hoc enim Attilius poeta durissimus. Hætenus Cicero. Cuius ex verbis apparet hos duos versiculos, Suam cuique, & cætera, ex Attiliana quapiam fabula sumptos esse. Idem Tullius libro Tusculanarum quæst. quinto: Musicorum vero perstudiosum accepimus, poetam etiam Tragicum, quam bonum, nihil ad rem. In hoc enim genere nescio quo pacto magis quam in alijs suum cuique pulchrum est. Adhuc neminem cognoui poetam, & mihi fuit cum Aquinio amicitia, qui sibi non optimus videretur. Sic se res habet. Te tua, me delectant mea. Eandem sententiam Plautus in Stichos, diuersis verbis, sed nimis quam eleganter extulit. Suus, inquit, rex reginæ placet. Sua cuique sponsa sponso. Huc referendum & Theocriticum illud:

Καὶ ὅς τις, ὅς κ' ἔδωκε ἔχον κακόν, ὥς με λήγοντι. id est, Nec mihi forma profecto mala est, si uera loquuntur.

Id imitans Maro:

Nec sum adeo informis, nuper me in littore vidi, Cum placidum ventis flaret mare.

Apertius allusit ad adagium Flaccus, in epistola quadam:

-Ιουὺς αὐρίβις ἴστα.

Seruas. fides enim manare poetica mella

Te solum, tibi pulcher.

Tibi pulcher dixit, pro tibi ipsi placens. Est autem hæmisticheum carminis heroicis.

Patriæ fumus, igni alieno
luculentior.

PROVERBII faciem habet, atque ad eandem pertinet sententiam, quod eleganter scripsit Lucianus in encomio patriæ: καὶ ὁ ἑστειρότερος αὐτῶν καὶ πῶς λαμπρότερος ἐστὶν αὐτῶν τὸ παρ' ἑαυτοῦ αὐτοῦ. id est. Ac patriæ fumus luculentior homini videtur quam ignis alibi. Philostratus in Ariadne: ἑστειρότερος δὲ ἐστὶν αὐτῶν, ἀλλὰ τὸ τῶν ἀδελφῶν καὶ πῶς, ἀριστερότερος δὲ ἐστὶν αὐτῶν, ὅς κ' ἔγνω ποτὶ. id est. Teseus vero amat quidem, sed Athenarum summum. Nam Ariadnen neque vidit adhuc, neque etiamdum cognouit. Apud Homerum, terræ natalis fumum Ulysses optat videre surgentem, unde & ductum proverbum. Sic enim legitur Odyssæa A.

Ἰμμενος τὸ καπνὸν ἀπὸ θεοῦ καὶ τοῦ νεῖσσο
ἵς γαίᾳ.

Exoptans oculis surgentem cernere fumum

Natalis terræ.

Viua vox.

VIUA vox olim dicebatur, non scripta, sed ab ipso pronunciantis ore percepta, quasi uinida, atque efficax. Nam viua nonnunquam dicuntur quæ natia sunt, non factitia. ut Viuo de marmore, & Viuoq, sedilia saxo. Inest autem rebus nativis aliquid gratiæ geniuæ, quæ ars nulla queat imitatione consequi. Porro scriptura vox quæpiam est, sed quasi factitia, ueræque vocis vicinior, imitatrix. Deest actus motusque, hoc est, vita. Siquidem actio, ut autor Fabius, orationis quasi uita est. Rerum inuentio, officium instar est: ordo nervus imitatur:

imitatur: elocutio carnem, cutem coloremq;: memoria spiritus vice fungitur: quibus omnibus accedit pronuntiatio, velut motus quidam vitalis. Nullum enim certius argumentum vitæ quàm motus. Unde & flumina uiua dicuntur, & argentum uiuum. Contra mortua quæ torpent, languentq;. Cicero libro Tusculanarum questionum secundo: Licet enim satis exemplorum ad imitandum ex lectione suppeditet, tamen uiua illa, ut dicitur, vox alit plenius, præcipueq; præceptoris. Idem ad Atticum libro 2. Vbi sunt nunc qui aiunt *ἴσως φωνή*; Quanto magis vidi ex tuis literis quàm ex illius sermone, quid ageretur. Porro quod Cicero protulit abruptum ac mutilum, hoc quidam supplet de suo, ad hunc modum: *ἵσως φωνῆς μὴ (ὡς ἐν ἑνὶ ῥήματι) αἰνῶν*. Plinius Iunior in epistola quadam ad Nepotem: Præterea magis, ut vulgo dicitur, uiua vox afficit. Nam licet acriora sit quæ legas, altius tamen in animo sedent quæ pronuntiatio, vultus, habitus, gestus etiam & sententia adfigit. Seneca Epistola quinta: Plus tamen tibi & uiua vox & conuictus quàm oratio proderit. Diuus Hieronymus in præfatione generali: Habet nescio quid latentis energiae uiua vox, & in aures discipuli de doctore ore transfusa, fortius sonat. Hactenus ille. Vnde celebratum illud Aeschynis, de Demosthene, *τί δὲ ἰδὲ τῆς ἐκείνου ἀκρόασις*; id est, Quid aut si ipsam audissetis belluam? Et illud: In scriptis Demosthenis, magnâ Demosthenis partem abesse.

Muti magistri.

Quod modo retulimus, vsurpauit & A. Gellius: atq; huic alterum quoddam diuersum adiecit: Quoniam, inquit, vocis ut dicitur, uiuæ penuria erat, ex mutis, quæ aiunt, magistris cognoscerent. Multos magistros libros sentiens, qui loquuntur quidem nobis, ut apud Platonem ait Socrates, sed dubitanti non satis commode respondent. Nec illepidè profecto literæ, muti vocantur præceptores. Propterea quod mutorum est non voce, sed nutibus, signisq; loqui. Identidem & libri, notulis quibusdam, & significantibus figuris nobiscum fabulatur. Quemadmodum enim voces, sensorum animi, velut *ἰδῶν* quæpiam sunt, autore Aristotele, sic literarum figuræ, vocum simulacra quadam recte dicuntur. Neq; mirandum, si quidem *ἀρχιτεχνῶν* illud peritoris exemplar efficacius repræsentat, ac transfundit affectus animi quàm alterum illud, quod non re ipsam, sed imitationem imitatur. Neq; illud temere queri solet à multis, utrum sit ad eruditionem comparandam cōducibilis, *ἵσως φωνῆς ἢ τῶν αὐτῶν ἀδράστων*; hoc est: plus ne conferat lectio, an auscultatio. Et habet res utraq; sua quadam peculiaria commoda. Nam ex libris tum eruditiora ferme sunt quæ discuntur, tum plura. Tantū enim quisq; discit, quantū ingenij celeritate consequi, memoriæ fidelitate complecti potest. Ad de quod hi præceptores nunquam grauantur operam suam nobis impertire. Atq; horum ut uberior, ita paratior copia. Accedit huc & oculi illud & cogitationis secretū. Licet pressius inspicere singula, licet retrahere licet expendere. At è diuerso minore iactura, tum ingenij tum oculorum, tum valetudinis cōstāt, quæ à præceptore differente percipiuntur, maxime si is dicat, quæ & miremur & amemus. Deinde insidunt altius animo, & harent tenacius, & occurrunt promptius. Qua

re consultum erit, alterum studij genus cum altero cōiungere, et vbi uiuæ vocis erit copia, libentius auscultare quàm legere, si modo mediocri sit eruditione quem audis. Vbi non erit, libenter quasi non minus operæ precium facturus sis, ad libros confugere, sed optimos. Deniq; ea figura libri dicti sunt muti magistri. M. Tullius legem appellat mutum magistratum, magistratum legē loquentem: & qua Plutarchus poesim appellat picturam loquentem: & picturam, mutam poesim.

Frons occipitio prior.

PRISCIS agricolis celebratum adagium, atq; instar anigmatis iactatum: Frons occipitio prior. Quo significauit antiquitas rectius geri negocium, vbi præsens ac testis adest is cuius agitur negocium. Prior dictum est pro potior meliorq;. Alioqui quis ignorabat frontem priorem esse capitis partem, occipitium posteriorem? Tamen si hæc amphibologia commendat nonnihil dicti gratiam, quod ob antiquitatem oraculi instar habebatur. Extat autem apud Catonem libro de Re rustica, capite quarto: Si bene, inquit, ædificaueris, libentius & sæpius uenies, fundus melior erit, minusq; peccabitur: fructi plus capies: frons occipitio prior. Plinius item in eadem ferme sententiam, libro historia mundi decimo octauo, capite quinto: Eum tñ, inquit, qui bene habet, sæpius uenitare in agrum, frontemq; Domini plus prodesse quàm occipitium non mentiuuntur. Rursum eiusdem libri capite sexto: Et ideo maiores fertilissimum in agro oculum Domini esse dixerunt. Aristoteles Oeconomicorum lib. 1. videtur hanc sententiam ad Persam quempiam referre, subnectens alteram huic similem, quæ à Libe quodā sit profecta. Sed satius fuerit ipsius ascribere verba, si quis forte desiderabit: καὶ τὸ τῆς πρὸς τοῦ ἀποφθίγματος οὐδὲν ἔστιν ὡς ἐκ τῆς πρὸς τοῦ ἀποφθίγματος, ὅ τῃ δυνάμει ὁ φθάλμιος ἐστὶν ὁ δὲ ἀποφθίγματος, πρὸς τὸ ἀποφθίγματος, καὶ τῇ δυνάμει ὁ φθάλμιος ἐστὶν. id est, Atq; illud Persæ Libysq; responsum, recte seruabitur. Nam alter interrogatus, quæ res potissimum saginaret equum: respondit, oculus domini. Alter rogatus, quod stercus esset optimum domini vestigia, inquit. Vterq; significauit, domini præsentiam plurimū habere momenti ad rem bene gerendam. Item Columella putat re malā esse, frequētē fundi locationē peiorē tñ urbanū colonū, qui p familiā mauult agrū quàm p se colere. Huc pertinet illud qd refertur à Gellio, qd cum quidam corpulentus ac nitidus, equum haberet macilentum ac strigosum, rogatus quid esset in causi: respondit mirum non debere videri, si equo suo esset habitior, quandoquidem ipse se pasceret, equum curaret seruus. Plutarchus in commentario De liberis educandis, καὶ τὰ οὐκ ἐστὶν ὡς ἐπὶ τῇ ἐπιτομῇ χεῖρος, ὡς ἐδὲν ἐπὶ τῇ πάλιν τὸν ἵππον, ὡς βασιλεὺς ὁ φθάλμιος. id est, Hinc & illud eleganter dictum ab equifone, nihil perinde saginare equum, ut regis oculum. Huius figuræ est quod Aeschylus in tragædia, cui titulus Persæ, domini præsentiam oculum domus uocat:

Οὐμὰ δὲ δῆμον, νομίζω δὲ οὐτὶς παρὲς αὐτῶν. id est,

Nam domus oculum esse, domini iudicio præsentiam. Eodem pertinet quod per quæ uenuste dixit T. Liuius. Non satis feliciter solere procedere quæ oculis agas alienis. Innuit tale quiddam & Terentius in Eunuchis, cum ait: Ita ut sit, domini, vbi absunt: significans absen-

d 4 tibus

tibus heris ministros omnia facere indiligentius, & peccare licentius: nempe hæc omnia eò tendunt, ut quisq; suum negotium præsens curet, neq; magnopere fidat alienæ industriæ. Id nulli magis obseruandum quam principi, si modo principis animum gerat, hoc est, si publicum commodum cordi habet.

Aequalis æqualem delectat.

Similitudo mater est benevolentiae, consuetudinisq; & familiaritatis conciliatrix. Vnde videmus iuvenes inter se libenter conuenire, senes cum senibus congregari, doctos doctorum conuentu capi improbos congregi cum improbis, bibones cum bibonibus, nautas amare nautas, diuitibus esse necessitudinem cū diuitibus, atq; in uniuersum similia similibus gaudere. In hanc sententiam extant aliquot veterum prouerbia, quorum est illud: ἴσος ἴσῳ τέρπει, id est, Aequalis æqualem delectat. Quod usurpans M. Tullius in Catone maiore, Pares autem, inquit, cum paribus, ut est in vetere pro uerbio, facillime congregantur. Nam prima familiaritatis conciliatio proficiscitur ab ætatis æqualitate, quam Græci vocant, ὁμοικία. Ad quod alludens Homerus in Odysseæ O.

Α τὴρ κὺ ὁμοϊκίης ἑμβῆ.

id est,

Quinetiam sumus æquali.

Huc respexit Plato primo De repub. libro, apud quem Cephalus, qui se testatur iam peruenisse ἐς γῆρας ἄδελ, id est, ad senectæ limen, ait, πολλὰ κίς ὅς σωιερὸς ἡμῶν τινες εἰς ταῦτο παρὰ πλοῖον ἡλικίᾳ ἔχοντες, διέχοντες τὴν πάλαιαν περὶ μίαν. id est, Sæpenumero pleriq; conuenimus ferme æquales, antiquum illud seruantes prouerbum. Aristoteles secundo Rhetoricorum lib. recensens quæ quibus sint iucunda, scribit, in totum ea natura sese inuicem delectari, quæ genere sint coniuncta, aut similia, ut hominem homine, equum equo, adolescentem adolescente. Atq; huc tendere prouerbia vulgo iactata: ἴσος ἴσῳ τέρπει. Item id genus alia quædam. Verba illius hæc sunt: τὰ συγγενῆ δὲ καὶ τὰ φύσει ἁμῶν εἰς ἑαυτὰ τὰ συγγενῆ καὶ ὁμοία ἡδία οὗς ἐπιτοποῦν, διὸν ἀλλήλους ἀνδρώτων καὶ ἱππῶν, καὶ νῆος νῆος, ὅσων κὺ αἱ παροϊμίαι ἑρμῆται, ὡς ἴσος ἴσῳ τέρπει, καὶ ὡς αἱ τὰ ὁμοίων κὺ ἱγῶν δὲ ἐνὲ θεῶν καὶ αἱ κολοῖες πρὸς κολοῖον. καὶ ὅσα ἄλλα ταῦτα. Theognis ait amicitiam coherere inter æquales, vicinos & senes.

Ἐάν τις μὲν τιμῶσιν ὁμοῖος ἴσῳ, εἴη κατ' αὐτὸν

Οἰκῶσι χερσὶν, εἴη παλαιότεροι. id est,

Omnes hi sese venerantur, amantq; vicissim,

Vicini, æquales viribus, atq; senes.

Nec alienum est ab hoc prouerbio, quod Empedocles ait apud Aristotelem libro De anima primo, animam esse quiddam ex omnibus elementis conflatum, imò ipsam horum quidiuis esse, & unumquodq; cognoscere, eò quod habet affine quiddam cum singulis. Vnde & Plato in Timæo dicit, animam ex clementis conflare. Empedoclis uersus sic habent:

Γῶν μὲν ὅς γὰρ ὁ πῶποτε μὲν, ὅδε τι δ' ὕδαρ,

Αἰθέρι δ' αἰθέρα διόν, ἀπὲρ πυρὶ πῦρ αἰδῶλον,

Σπερμὰ δὲ σπερμῶν, νεῖκος δὲ τι νεῖκος λυγρῶν,

ὁ πῶποτε μὲν διόν κὺ αἰδῶλον νεῖκος λυγρῶν.

Quos uersus quoniam initio desperabamus cōmodius

verti posse, ab Argyrophyllo uersos subiecimus:

Terram nam terra, lympha cognoscimus aquam,

Aetheraq; æthere, sanè ignis dignoscitur igni,

Sic & amore amor, ac tristi discordia lite.

Quamquā in primo uersu suspicamur à librarijs undè uersam in aquam. Post amicorum rogatu nostra addidimus qualiacunq;:

Terra quidem terra sentitur, lymphaq; lympha,

Aetheraq; æthere purus, at igni noxius ignis.

Dulcis amore amor, atq; odio funesta simulas.

Argyropylos explendi carminis gratia pro uno uerbo ὁ πῶποτε μὲν duo reddidit, cognoscimus & dignoscitur, duo epitheta pratermisit, διόν κὺ αἰδῶλον. Deinde uocis repetitæ gratiam bis perdidit, in aquam & undam, in discordia & lite. Sic & Sanè aduerbium de suo attexuit. Nos amori addidimus epitheton, sed quod fuerat additurus poeta, si per metri leges licuisset, quandoquidem uocis cōtrariæ addidit suū νεῖκος λυγρῶν, Non hæc dicuntur, ut sugillum uirum de studijs optimis optime meritum, sed ut iudicio proficiant adolescentes, quibus hæc potissimum scribuntur. Philosophorum quispiam, Zenon, ni fallimur, apud Augustinū prodidit, animam ipsam esse numerum seipsam mouentem, atq; hanc ob causam rebus numerosis natura capi deliniriq;: ueluti musicis modis afficiuntur & pueri, cognato quodam naturæ sensu, cum prorsus nesciant quid sit musica. Aristoteles hoc ipso quem modo retulimus loco, definitionem hanc adducit, tacito auctoris nomine.

Simile gaudet simili.

Ὁμοῖον ὁμοῖον φίλον, id est, Simile gaudet simili. Aristoteles libro Moralium ὁμοῖον ὁμοῖον φίλον, id est, Simile appetit simile. Item libro ὁμοῖον ὁμοῖον φίλον, id est, Simile simili amicum. Vnde est & illud: ὁμοῖον ὁμοῖον φίλον, id est, Similitudo mater amoris. Quare ubi absoluta similitudo, ibi vehementissimus amor, id quod indicat fabula Narcissi. Agathon in cōuiuio Platonis ὁμοῖον ὁμοῖον φίλον, id est, Scite quidem veteri prouerbio fertur, simile simili semper herere. Plutarchus in cōmentario, cui titulus, quo pacto sit amicus ab adulatore dignoscendus, refert huiusmodi senarios:

Ἐἴρων κέρνυτι γλῶτταν ἡδίστην ἔχει,

Ἐμὲ παῖδι, καὶ γυναικὶ πρόσφατον γυνῆ,

Νεώτερον τ' ἀνὰ νεώτερον, καὶ δυνάμει

Ἀνθρώπου ἐπὶ τὸ ἐστὶν τῷ περὶ ὁμοῖον. id est,

Seni senilis lingua iucundissima est,

Pueroq; puer, & mulier apta femine.

Aegrotus itidem aegrotō, & in malis situs

Exercito malis placet, atq; congruit.

Diogenes Laertius ostendens quædam imitatum Platonem ex Epicharmi scriptis, adducit & illud, Quod canis canis uidetur pulcherrima, & boui bos, & asina asino, & sus sui. Diximus alibi, Suum cuiq; reginæ placere regem. Plato libro de Legibus octauo: φίλον μὲν πρὸς καλὸν μὲν, ὁμοῖον ὁμοῖον κατ' ἀρίστην, καὶ ἴσον ἴσῳ, id est, Amicum quidem uocamus simile simili, quo ad uirtutem, & æquale æquali. Quamquam adagium recte transferretur & ad illos quos similitudo cōciliat uitiū. In quos est illud Catulli:

Pulchre conuenit improbis cinadis.

Item illud Martialis:

Vxor pessima, pessimus maritus.

Miror

Miror non bene conuenire vobis .

Illud item Iuuenalis :

Magna inter molles concordia .

Semper similem ducit deus
ad similem .

POTEST autem adagium ex Homero natum videri,
apud quem Odysseæ P. Melanthius caprarius conspi-
catus Eumenium subulcum, ipsi Vlysses secum ad-
ducenstem, sed habitu speciei, pannosi, scomma iacit in
vtrumque; quasi duo inter se similes bene conuenissent :

Νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἡγλάσει

Ὡς αἰεὶ τ' ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τ' ὁμοῖον. id est,

Nunc adeo malus ecce malum comitatur, ut vsq;

Ad similem deus adducit, similemque, paremque.

Aristoteles libro Moralium 8. prouerbij loco refert :

Ὅθεν τὸν ὁμοῖον φασὶν ὡς τὸν ὁμοῖον. id est, Vnde similem
aiunt ad similem.

Semper graculus asfidet graculo .

Αἰὶ καλοῖς πρὸς καλοῖν ἴσταν. id est,

Adsidet vsq; graculus apud graculum .

Refertur à Diogeniano prouerbialis senarius : nota-
turque ab Aristotele libro Rhetoricorum quem modo ci-
tauimus : ubi inter alia complura huius sententiæ pro-
uerbia, hoc quoque commemorat. Item lib. Moralium 8.
καὶ καλοῖς πρὸς καλοῖν, id est, & graculus, inquit, ad
graculum. Gracis est trochaicus dimeter, haud dubiū
quoniam ex poeta quopiam decerptus. Eleganter usurpa-
uit adagium Gregorius in quadam ad Eudoxium epi-
stola, Καλοῖν δὲ πρὸς καλοῖν ἴσταν καὶ τ' παροιμία
ἀκούεις, id est, Graculum autem assidere graculo, audis
& à prouerbio. Porro graculorum conuentus olim
notos fuisse testatur M. Varro lib. de Re rustica 3. Un-
de Plutarchus in lib. De Polyphilia, καὶ ἀγρίων ἴσταν
καὶ καλοῖν, id est, non armentarium est, neque; gracu-
leum. Quin huic aui nomen inditum, à καλῶ, quod est
conglutino. M. Varro graculos quoque Latinis inde di-
ctos vult, quod gregatim uolent. Quintilianus non
probat, asseuerans dictionem ab auium voce con-
fictam.

Cicada cicadæ chara, for-
micæ formica .

Ceterum quod Aristoteles in eo loco quem modo citau-
imus, addidit : & si qua sunt id genus alia, dubium nō
est, quin senserit illa quæ sunt apud Theocritum Idyl-
lio nono,

Τίττι μὲν τίττι φίλος, μύρμακα δὲ μύρμακα,

Ιερμὶς δ' ἱερμίν. id est,

Formica grata est formica, cicada cicadæ,

Accipiter placet accipitri,

Porro nota est formicarum politia, & cicadarum con-
centus .

Figulus figulo inuidet, faber fabro .

Ab hac forma velut excipiendi sunt qui in eadem arte
versantur, propterea quod inter hos artificij similitu-
do magis emulationem conciliat quàm beneuolentiā.
Quorum mutuam inter ipsos inuidiam Hesiodus in ope-
re, cui titulus, Opera & dies compluribus metaphoris
indicauit, haud tamen damnans id genus artificum co-

certationem, imò, probans ac laudans . Proposuerat
enim poeta duplex emulationis genus, quorum alter-
um sit vile pulchrumque mortalibus, alterum sœdum
ac perniciosum . Hoc homines ad rixas ac bella con-
citari, propter opum honorumque certamina : illo vero
tanquam exemplis propositis ad industriam & bone-
stas artes expergefieri . Honestam igitur emulatio-
nem his verbis describit :

-Ζηλοὶ δὲ τὴν γαίωνα γαίωνα

Εἰς ἄφρονον σπένδοντ' ἀγαθὴ δ' ἔρις ἰδὲ βρατοῖσιν,

Καὶ κερκαμὺς κερκαμὶ κοτίει, καὶ τίκτωνι τίκτων

Καὶ πῖσχος πῖσχος φθονεῖ, καὶ αἰδοῦς αἰδοῦς .

Quos versis longe elegantissimos in hoc duntaxat uer-
timus, ut intelligantur. Nam venustatem vix quisquā
assequatur, nedum ego .

Semper vicinus vicino est amulus, hunc ut

Condere cernit opes properantem gnauiter. atque

Concertatio conducit mortalibus ista .

Odit ita fabrum faber, figuloque molestus

Est figulus : mendico protinus inuidet alter

Mendicus, cantor cantorem liuidus odit.

Vsurpantur cum alijs frequenter apud diuersos auto-
res, tum apud Aristotelem libro Moralium secundo .

Rursum eiusdem operis libro 8. paræmia vice refer-
tur, κερκαμὺς πάντας τὰς τοιάτας ἀλλοιοὶ φασὶν εἶναι .

id est, Omnes eiusmodi figulos inter sese aiunt esse. Fi-
gulos inuidos dixit, nimirum alludens ad Hesiodium
adagium . Item Rhetoricorum lib. 3. ὅθεν εἰρητὰ καὶ
κερκαμὺς κερκαμὶ. id est, Vnde dictum est, & figulus fi-
gulo . Citat ibidem & hunc senarium,

Τὸ συγκρινὲς καὶ φθονεῖν ἰσίσταται. id est,

Etenim inuidere didicit ipsa affinitas .

At est similitudo, quam in Sympotiacis Plutarchus
μάχημα dicit, hoc est, bellacem ac pugnatem, qualis est
gallorum gallinaceorum : qualisq; est inter sophistas,
mendicos, poetas, cantores, & ob hoc vetat id genus
hominum in conuiujs coniungi, ne quid oriatur rixæ .
Est altera, quam ἐπιπικία vocat, cuiusmodi est gracu-
lorum inter se . Ad hanc pertinent nautæ, agricolæ,
venatores, aliptici . Atque ob id recte copulantur in
accubitu . Adhæc amantes, nisi contingat eos can-
dem amare .

Cretensis Cretensem .

Ο Κρετὲς τὸν Κρετῆα, Cretensis Cretensem subaudi, quod erit
commodum sententiæ, prouocat, conatur circumueni-
re, aut tale quippiam. Quoties improbus agit cum im-
probo, perfidus cum perfido . Sumptum adagium à
Cretensium moribus, quos plurimis conuicijs incesseuit
antiquitas .

Cretensis cum Aegineta .

EANDEM obtinet sententiam, Κρετὲς πρὸς Ἀγινῆ τῶν, id
est, Cretensis cum Aegineta, subaudiendum, agit. Qua-
drat in pariter improbos, qui mutuis inter se fallacijs
agunt . Nam Aeginetæ quoque olim male audierunt,
in quos etiam oraculum illud quidam editum putant :
οὔτε τρίτοι, οὔτε τίταρτοι. id est, Neque tertij, neque
quarti .

Vulpinari cum uulpe .

Ἀλωπικίῳ πρὸς ἑτέρῳ ἀλωπικῷ, id est, Cum vulpe vul-
pinare

pinare tu quoque; inuicem. Senarius est, prouerbialis.
Cum astutus astutis agito. Horatius:

Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes.

Aristophanes in Vespiis:

Οὐκ ἔστιν ἀλώπεκις.

id est,

Non licet vulpinari.

Quod autem nos ἀλώπεκις vertimus vulpinari, ne quis hoc verbi tanquam nostrum, ac nouum aspernetur citatur ex M. Varrone à Nonio Marcello. Sic enim ausus est dicere Varro vulpinari pro ἀλώπεκις, quæ admodum Horatius iuuenari dixit pro νικαρίῳ. Vide prouerbium Βελήρις.

Cretiza cum Cretensi.

Πρὸς κρητὰ κρητίζειν, id est, Aduersum Cretensem Cretiza, i. aduersus mendacem mendaciis utere. Vfus est Plut. in vita Lysandri, πρὸς κρητὰ δὲ ἀπὸ τῶν λόγων κρητίζων. Rursus in vita Pauli Aemilij, τὰς μὲν ἐπισαμένους ἀκριβοῦς αὐτὸν, ἐκ ἐλαττοῦ κρητίζων πρὸς κρητὰς. id est, Eos qui dcm qui hominem penitus norant, haud latuit, quod cū Cretensibus arte Cretica uteretur: propterea quod Cretensium vanitas, de Iouis apud se sepulchro, multa, id genus mētientium, in vulgi fabulam abierit, id quod palam testatur Epimenidis ille versiculus in libro de oraculis:

Κρητὲς αἰὶ ἄδωται, κακὰ θυρία, καὶ εἶρε πρῶσι. id est,

Cretenses semper mēdaces, mala bestia, uētres pigri.

Huius autem carminis initium, Κρητὲς αἰὶ ἄδωται, usurpauit Callimachus poeta Cyrenensis in hymno scribēs aduersus Cretenses in laudem Iouis, ac vanitatis eos arguens, quod iactarent illius sepulchrum esse apud se cum is esset immortalis. Quod respiciens Ouidius: Nec fingunt, inquit omnia Cretes. Vnde κρητίζειν, Græci pro mentiri dicunt. Suidas aliam adagionis causam indicat, scribens Idomeneum Cretensem, cum illi negocium esset datū, ut es quod ē spoliis ab hostibus detrahis collectum erat, distribueret sibi partem longe optimam delegisse. Vnde congruere videtur etiam in illos, qui fraudant alios suis, commodis impensius ubiq; student. Idem putat adagium quadrare etiam in eos, qui frustra mendaciis agunt aduersus artificem mentiēdi. Quemadmodum vulgo dicunt difficilimum esse furari apud fures, ita difficilimum mendaciis imponere mendacibus.

Cum Care carizas.

HVIC similitum refert Diogenianus, πρὸς καὶ ἀκαρί-ζου, id est, Cum Care carissas: Rustice agis cum rustico barbare loqueris barbaro crasse cum crasso. Cares populi sunt Thrygiæ, de quibus alio loco dicemus, quorum mores prouerbis aliquot fecere locum.

Cretensis mare.

Οὐκ ἔστι τὸ βάλανος, id est, Cretensis mare subaudiendum nescit, aut metuit. Hæc paræmiā refert pariter, atq; exponit Strabo Geographiæ lib. 10. scribens olim Cretenses nauigandi peritia, rerumq; maritimarum usu principatum tenuisse: atque hinc antiquitus increbuisse prouerbium Cretensis mare nescit in eos qui nescire fingerent, quod egregie callerent. Etenim qui consentaneum est, Cretenses cum sint insulares, ignorare mare, quo cinguntur undiquaq; Vfus est eodem et Aristides

in Pericle: ὁ κρητὸν πόντον. Zenodotus scribit apud Alcaicum extare. His affine est quod habet Horatius in epist. ad Octauium:

Ipse ego quā nullos me affirmo scribere versus,

Inuenior Parthis mendacior.

quod Parthi tum maxime pugnent, quum fugam simulant.

Ad umbilicum ducere.

EXTANT apud autores aliquot absoluendi paræmiæ, quarum de numero est illa, Ad umbilicum ducere, pro eo quod est librum finire atq; absolvere. Sunt enim umbilici, interprete Porphyryone, ornamenta quædam ofseæ, aut lignea cornea ue, umbilici nostri formam imitantia, quæ voluminibus iam absolutis addebantur, atq; hinc prouerbialem figuram esse natam, Ad umbilicum peruenit, id est, ad finem. Horatius in Epodis:

Deus deus nam me uetat

Inceptum celeres promissum carmen iambos

Ad umbilicum ducere.

Martialis in quarto Epigrammatum libro:

Ohe iam satis est, ohe libelle,

Iam peruenimus usq; ad umbilicos.

Tu procedere adhuc & ire queris.

Idem libro quinto:

Qui cedro decorata purpuraq;

Nigris pagina creuit umbilicis:

Idem in tertio:

Cedro nunc licet ambules perunctus,

Et frontes gemino decens honore,

Pictis luxurietis umbilicis;

Rursum in undecimo:

Explicitum nobis usq; ad sua cornua librum,

Et quasi perfectum, Septitiane refers.

Verum haud scimus, possit ne prouerbium hoc aliud quam ad librum aut carmē transferri, nisi durior fiat metaphora.

Summum fastigium imponere.

ILLUD generalius est, Summum fastigium imponere, pro eo quod est rem omnibus suis partibus absolvere. Exemplum reperies apud Ciceronem libro Officiorum tertio, apud Plinium in Epist. aliquoties. Translatum ab edificatoribus, qui perfecto demum edificio, fastigium aliquod solent imponere. Quibus sicuti fundamentum prima instituendi operis pars est, ita fastigium suprema est iam absoluti. Vnde quemadmodum fundamenta iacere, transferunt ad id, quod est instituere quippiam: itidem fastigium addere, traducunt ad rei perfectionem, summamq; ut vocant, manum. Huic confine quod à Græcis dicitur, τὸν κορυφαῖον ἐπιθεῖν, id est, Colophonem imposuit.

Summam manum addere.

EANDEM vim habet, Summam manum addere. Mirū ni metaphora ab artificibus translata, qui primum rude quoddam operis simulachrum effingunt, atq; hanc primam appellant manum, deinde formant expressius, postremo summa cura expoliunt, atq; hanc supremā, seu summam manum vocant. Ouidius,

Nec tamen illa legi potuerunt patienter ab vlllo.

Nesciat

Nesciat his summam si quis abesse manum.
Nox pro eodem dixit, Vltimam limam.
Ablatum mediis opus est incudibus illud,
Defuit & scriptis ultima lima meis.
Seneca ad Lucilium: Vino deditos delectat potatio ex-
trema, illa quæ mergit, quæ ebrietati summam manum
imponit. Eadem figura dicimus, nihil deesse præter
extremam manum. Exempla crebriora sunt apud
scriptores, quàm ut hic referat repetere.

Supremum fabulæ actum addere.

In eandem formam referendum est illud, Supremum fa-
bulæ actum addere, pro eo quod est, extremum finem
imponere, à poetis comædiarum aut tragædiarum scri-
ptoribus assumptum, qui fabulas suas in actus quosdam
distribuunt. Vnde illud Horatianum:

Nec sit quinto productior actu.

Solent autem in extremo actu, plurimum artis adde-
re, sicuti scribit M. Tullius ad Quintium fratrem: Illud
te ad extremum & oro & hortor, ut tanquam poeta
boni, & actores industrii solent, sic tu in extrema par-
te et conclusione numeris ac negotij tui diligentissimus
sis, ut hic tertius annus imperij tui, tanquam tertius
actus perfectissimus atque ornatissimus esse videatur.
Idem ad Atticum libro 13. Etenim hæc decantata erat
fabula, sed complere paginam volui. Cicero in Catone
transfert ad vitam peractam. Quemadmodum &
Apuleius libro Floridorum 3. de Philemone comico
loquens: Renunciaverunt, inquit, Philemonem poetam,
qui expectaretur, ut in theatro fictum argumentum si-
nirer, iam domi ueram fabulam consummasse. Enimue-
ro iam dixisse rebus humanis ualere & plaudere. Ad
hanc formam pertinet, quod apud Nonium aut Luci-
lius: Sarcinatoris est, summam suæ centonæ optime.

Catastrophe fabulæ.

CIVIS LIBET exitum rei, proverbiali figura, cata-
strophen uocamus. Porro inter figuras proverbiales
illud admonuimus, unicuique disciplina atque artificio
sua quadam esse peculiaris uocabula, quæ quemadmo-
dum in sacrorum ceremoniis ac magicis precaminibus
fieri consuevit, penè superstitione quadam usurpantur.
Ea quoties in aliud quippiam trahuntur, ferè prover-
bij speciem obtinent: uelut ex militari disciplina, rece-
ptui canere, & locum deferere, & prima acies, & res
ad triarios rediit. Ex musica, præludium pro præfatio-
ne, aut ingressu negotij. Summa & ima chorda, pro
clamorosa & grami uoce. Et eadem oberrare chorda,
pro eo quod est, in eadem re peccare sapius. Porro
fabula omnis, ut ostendit Donatus, in tres partes di-
stribuit, in πρόπαισι, ἐπίπαισι, κατὰ τὸ τέλος. Protasis est
primus ille tumultus iam quasi gliscens. Epitasis, turba,
feruidissima. Catastrophe subita rerum commutatio.
Vnde Lucianus eleganter exitum eucnemum negotij ca-
tastrophem appellat, cum alias, tum in commentario.
De mercede seruientibus: ἐπὶ πᾶσι δὲ ἡ ἄνθρωπος ἡ κα-
τὰ τὸ τέλος τῶν δειμάτων γινώσκου. id est, Post omnia deniq;
quæ illis catastrophe fabulæ contingit: hoc est, quia
exitus seruicij. Et in Alexandro Pseudomante: τὸ ἐν-
το τέλος τῆς ἀνθρώπου τραγῳδίας. id est, Eiusmodi fi-
nis tragædiæ Alexandri. Idem in uita Peregrini: ὡ-
ς ἔγωγε μὲν τὰς σὺ καλεῖς κρήναις τῶν κατὰ τὸ τέλος τῶν

δειμάτων. Rursus uideo te à bone Cronie ridentem fa-
bulæ catastrophem.

A capite usque ad calcem.

CVM rem totam significamus, à capite usque ad calcem
dicimus. Cuius adagij triplex esse potest usus. Aut
enim ad corpus referetur, aut ad animi, aut ad re, qui
duo posteriores plus obtinent uenustatis, nimirum quo
plus habent figuræ. Ad corpus, apud Homerum Ili-
dos 4.

Εκ πύλας ἐκ κεφαλῆς.

A capite usque pedes.

Item Theocritus in Bucolico:

Καὶ μὲν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ποτὶ τὴν πύλιν σπινθὴρ ἔειδεν.

Id est,

Me à capite usque pedes lustrauit lumine totum.
Plautus in Epidico, Contempla Epidice ab unguiculo
ad capillum summum. Horatius:

-Talos à vertice pulcher ad imos.

M. Tullius pro Roscio Comædo: Nonne ipsum caput
& supercilia illa penitus abrasa, olere malitiam, cla-
mitare calliditatem uidentur? Nonne ab imis ungui-
bus usque ad uerticem summum, si coniecturam adfert
hominibus tacita corporis figura, ex fraude, fallaciis,
mendaciis, totus constare uidetur? Ad rem, ut apud
Aristophanem in Pluto:

Αὐτὸς τοῖσιν, ὡς ἴστω, πᾶσι πράγμασιν

Εκ τῶν ποδῶν ἐς τὴν κεφαλὴν οἱ πάντ' ἔρω. id est,

Audi ergo, quando totum ego negotium

A pedibus usque tibi ad caput percenseo.

Quamquam hic comus ioci causa præpostere posuit
pedes & caput. Ad animum hoc pacto poterit tran-
sferri: Ego tibi mores & ingenium illius, breuiter, ho-
minem quantus est à summo, ut aiunt, capillo ad imum
usque, calcaneum depingam. Quamquam exemplum M.
Tullij, quod modo retulimus, magis ad animum, quàm
ad corpus uidetur pertinere. Quinetiam diuiditur ada-
gium, eum caput negotij uocamus, præcipuum autorem
perinde ut & fontem dicimus. Terentius: Te esse huic
rei caput. Item apud Græcos, τὸ κεφάλαιον τῆς πράξεως.
Lucianus in Tyrannicida, τῆς τυραννίδος κεφα-
λαίον, id est, tyrannidis caput. Et Plato lib. De legibus
3. τὴν τῶν πόλεων πύλιν, dixit, id est, seditionum fontem.
Et ad calcem venire. In calce operis. In extremo lite-
rarum tuarum calce. Ab ipso exordiri capite. A cal-
ce ad caput recurrere. Atque id genus alia loquendi
formule, quæ passim apud autores obuia sunt. Plutar-
chus aduersus Stoicos: ἐκ πύλας καὶ ἀρχῆς ἔχει κα-
τὰ τὸ τέλος. id est, Ab ingressu & initio usque ad coro-
nidem.

Cursu lampada trado.

CURSUS lampada tradere, proverbialis metaphora,
pro eo quod est, partes tuas quasi successione in alium
atque alium transferre. Lucretius:

Et quasi cursores uitæ lampada tradunt.

De animantibus agit, quæ successione propagantur, ui-
ta per uices ab alijs in alia transfusa. M. Varro lib. De
re rustica 3. cap. 15. Sed à Merula Axius noster, ne
dum hoc audit, physicam addiscat, quod de fructu ni-
hil dixi, nunc cursu lampada tibi trado. Quibus uer-
bis significat, se alteram sermonis partem Merula
tradere, isq; indicendi uicem succedit. Lucretius uide-

tur

cur imitatus Platonem, qui lib. de Legibus 6. scribit, ciuius oportere liberis generandis atque educandis operam dare, ut uitā, quam ipsi à maioribus acceperant, vicissim quasi tedam ardentem posteris tradant. Eodem pertinet Persianum illud :

Quid prior es, cur me indecursu lampada poscis?

Aristophanes in Ranis,

Δαμπαδὸν δ' ἐδίδεο οἷός τε φέρον

Ἐπ' ἀγυρμασίῳ ἐτινῶν. id est,

Iam nemo queat gestare facem,

Quod non curant exerceri.

Taxat ignauiam atque inertiam ciuium. Quo loco interpres addit in tribus certaminibus solere veteres gestare facies, id est, ut illi dicebant, δαμπαδόν, in Prometheus, in Vulcaniis, & Panathenaicis. Porro Prometheus creditur primus hoc ludorum genus instituisse, hunc quidem ad modum, ut currentes facem ardentem gestarent. Eam defatigatus proximo in manum dabat. Is item defessus alij, ac deinceps alius alij, successione tradebant inuicem, historiae Prometheus quasi simulacrum representantes, quemadmodum ferulam, quae caelestem ignem exceperat, ne rursus exstingueretur, perpetuo motu iactarit, in terram deuolans. Huius rei mentionem facit Plato lib. de Rep. primo: significans daduchias etiam in honorem Minervae solere celebrari. Pausanias autem in Atticis, ritum horum ludorum describit copiosius. Meminit & Herodotus, sed obiter in Frania, ostendens eum morem à Persis receptum, ut dispositis equis atque cursoribus, alius alij mandata uelut lampada traderent, quo celerius perferri possent. Autor rhetorices ad Herennium: Non enim quemadmodum in palaestra, qui tedas ardentes accipit, celerior est in cursu continuo, quam ille, qui tradit, ita melior imperator nouus, qui accipit exercitum, quam ille qui discedit. Propterea quod defatigatus cursu, integro facem: hic peritus imperator imperito exercitum tradit. Itaque lampadem tradere dicitur, qui iam uel delassatus, uel emeritus, in alios munus gerendum ab se transfert. Et inuicem lampada tradere, qui, quod ait Terentius, tradunt operas mutuas, & alij alij uicissim suppetias ferunt.

Principium dimidium totius.

Ἀρχὴ ἡμισυ πάντος, id est, Principium dimidium totius. Hoc adagio significatum est, maximam difficultatis partem in aggrediundo negotio sitam esse. Hemiistichium est Hesiodi, citante Luciano in Hermotimo. Refertur & ab Aristotele libro quinto Politicorum: Ἡ δὲ ἀρχὴ λείπει ἡμισυ πάντα πάντος. Plato libro de Legibus sexto: ἀρχὴν ὅρ' ἀνέτα μὲν ἡμισυ πάντος, οἱ τῶς περιμίσεως ἐργάζονται καλῶς ἀρχὴν πάντες ἐγκομίζονται ἐκείνους. Τὸ δ' ἐστὶν πῶς ἑμοίγε φαίνεται πλέον ἢ τὸ ἡμισυ, καὶ ἐπὶ αὐτὸ καλῶς ἡνέμετον ἐγκομίζονται ἐκείνους. id est, Nam in prouerbiis quidem initium totius facti dimidium dicitur. Atque illud nimirum recte cepisse, omnes undiq; laudibus ferimus. At istud, ut mihi quidem uidetur, plus est, quam dimidium. Neque quifquam hoc, ubi recte fit, satis pro merito laudat. Suidas hæc ex Marino quodam refert: Ἄγονι δὲ ἡμιν ἢ ἀρχὴν, ἢ ἀρχὴν μόνον, ἢ δὲ καὶ τὴν περιμίσειαν, ἡμισυ τῆς πάντος, αὐτὸ δὲ ὅλον τὸ πᾶν. id est, Fuit autem nobis initium illud, non tantum initium, neque iuxta prouerbiū

dimidium totius, sed ipsum in solidum totum. Aristoteles item libro Moralium primo: Principium enim plus, quam dimidium totius esse uidetur. Horatius in Epistolis:

Dimidium facti, qui cepit, habet. sapere aude.

Ausonius,

Incipe, dimidium facti est cepisse. superfit

Dimidium, rursus hoc incipe, & efficies.

Plutarchus in libello, cui titulus, quo pacto sint audienti poetae, citat ex Sophocle carmen hoc:

Εργάζεαι πάντος ἡντίος ἀρχήν τε καλῶς,

Καὶ τὰς πλεονέκειας εἰκόσ' ἰδ' ὅπως ἔχουσιν. id est,

Negotij cuiusque si bene ceperis,

Et finem item bonum fore, probabile est.

Satius est initijs mederi, quam fini.

Ἀρχὴν ἰδεῖν πολλὸν λωῖον ἢ πλεονέκειαν. id est,

Multo quam finem, medicari initia praestat.

Refertur à Suida prouerbiij loco. In eandem sententiam Theognis,

Ζητῶμεν δ' ἑλκεθ' ἐλκεσιν φαρμάκῳ. id est,

Pharmaca nascenti sunt adhibenda malo.

Similiter Persius satyra 3.

Elleborum frustra, quum iam cutis agra tumebit,

Poscentes uideas. uenienti occurrere morbo.

Atque item Ouidius:

-Sero medicina paratur

Cum mala per longas inualuere moras.

Admonet adagium, minore negotio tolli malum statim initio, cum adhuc recens est, quam postea quam inueterauerit. Pueros à uitiiis arcendos, dum adhuc tenera ac tractabilis aetas: sarcindas protinus offensas, ne in similitatem exoleant. Minima uitanda mala, ex quibus maiora solent pullulascere. Occasiones euitandas, quae mali quippiam paritura uideantur.

Serere ne dubites.

RVSTICANVM adagium, sed non indignum, quod in hoc uolumen referatur: Serere ne dubites. Quo mone mur, ne quando pigeat eiusmodi rerum aliquid moliri, à quibus nihil omnino dispendij, plurimum emolumentum possit proficisci, si non in praesens, certe in posterum, si non nobis, at saltem posteris. Columel. lib. De re rustica 12. Quare vulgare illud de arborum positione, rusticis usurpatum: Serere ne dubites. Nam edificatio nonnunquam exhaurit fructus: negotiatio pendet à fortuna, neque paucis male cessit. Eundem ad modum, ex alijs aliud atque aliud est vel incommodi vel periculi, sed ex arboribus conserendis plurimum capitur commoditatis, neque magno tamen impendio constat. Eandem sententiam Vergilius, addita figura sic extulit, libro Georgicon secundo:

Et dubitamus adhuc ferere, atque impendere curam?

Talaria induere.

Extat apud M. Tullium prouerbiialis allegoria, Talaria induere, pro eo quod est fugam adornare, quasiq; uelle quopiam auolare. Sic enim scribit ad Atticum lib. 14. Nemo est istorum qui otium non timeat. Quare talaria induamus. Sumptum ab Homero, qui Mercurium auolaturum aliquò frequenter adornat talaribus:

Ἀντίκ'

uitatem Corycum esse, quæ portu saloq, cingitur, ut ait Pomponius Mela, angusto tergoze continenti adnexa, cui vicina specus illa multorum literis nobilitata. Iam Cilices piratas fuisse accepimus. Hanc eandem arbitror esse cum ea quam in Pamphylia ponunt Zenodotus & Suidas, quod Pamphylia Ciliciæ sit contigua, atque olim bona Ciliciæ pars imputabatur in Pamphylia. Idem Stephanus indicat & insulam fuisse eius nominis. Rursus Græci promontorium esse Coryciam, & eiusdem nominis portum Aethiopiæ. Inducunt & comici Deum quempiam Corycæum, exaudientem atque auscultantem quæ gerantur, sicuti Menander in Enchiridio, Dexippus in Thesauo, apud Suidam: quod tribus verbis attingit & Hesychius, indicans Corycum Græcis sonare vas coriaceum, aut nauim, aut lanceam. Vsurpat hoc adagium M. Tullius lib. ad Atticum decimo, epistola ultima: Itaque posthac non scribam ad te, quid facturum sim, sed quid fecerim. Omnes κωρυκαὶ uidentur subauscultare quæ loquor.

Fortes fortuna adiuuat.

CICERO Tusc. quæst. lib. 2. Fortes enim non modo fortuna adiuuat, ut est in veteri prouerbio, sed multo magis ratio. Citatur alibi ex Ennio. Vsurpatur in Aeneide Maronis. Atque adeo passim ab omnibus. Ouidius Fastorum lib. 2.

-Audentes forsq, Deusq, inuat. Idem allusit:

-Audaces adiuuat ipsa Venus.

Rursum T. Lilius belli Macedonici lib. 4. Fortes fortunam adiuuare aiebant. Admonet adagium fortiter periclitandam esse fortunam. Nam his plerunque res prospere cedere. Propterea quod id genus hominibus fortuna quasi faueat, insensatis, qui nihil audent experiri, sed veluti cochleæ perpetuo latent intra testas.

Currentem incitare.

Τὸν τρέχοντα δρεύνειν, id est, Currentem incitare, est adhortari quempiam ad id, ad quod iam suapte sponte tendit. Atque hac figura mitigamus, uel præcludimus magis, offensam admonitionis. Cicero ad Cassium: Ut Cæsarem in Italia viderem, sic enim arbitrabamur, eumq, multis honestissimis uiris conseruatis, ad pacem currentem, ut aiunt, incitarem. Idem ad Quintum fratrem lib. 2. Quare facis tu quidem fraterne, quod me hortaris. Sed mehercle, currentem nunc quidem. Rursus ad Atticum: Quod me hortaris, ut eos dies consumam in philosophia explicanda: currentem tu quidem. Idem in Oratore: Facilius enim est, currentem, quod aiunt, incitare, quam commouere languentem. Plinius ad Cannium: Scio te stimulis non egere, me tamen tui charitas euocat, ut currentem quoque instigem. Ducta est metaphora ab his, qui cursu certant, quibus ac clamatio solet addere uelocitatem. Lucianus ex Homero citat ad Nigrinum: Δάρεθ' ὦ λαβί, τὰ τοῦ δάρετος τοῦ ὁμήρου, πρὸς δόντα καὶ αὐτὸν παρακαλεῖ. i. Bono es animo, quando quidem iuxta Homericum illud, hortaris eum, qui ipse sua sponte properet. Extat autem Iliados 6.

Ατρεῖδ' ὦ κύνισε, τί με πρὸς δόντα καὶ αὐτὸν.

Οτρεύνει.

id est,

Quid me sponte mea properantem maxime Atrida Extimulas? Eodem allusit Odyss. ω.

Ὡς ἰππὸν δὲ τρεῖσι πείρεται μεμαχῶν ἀέθλων. id est, Iadudū promptam, ac cupientē, his Pallada diffis Excitat.

Itaque currentem incitamus, cum ad id uocamus aliquem, ad quod suapte cupiditate fertur, ac propendet. Quemadmodum meminit Dion, Timotheum cantorem quempiam certa quadam cantione, quæ Palladis uocatur, Alexandri magni animum repente ad belli cupiditatem incitare solitum. Atq; incitabat ille quidem, sed sponte currentem, ut pote natura sanguinarium & belli sitientissimum. Alioqui Sardapalum illum πειναλέον, id est, mollissimum, iisdem modis haud unquam commouisset. Terent. in Andria torfit in malam partem, ommissa metaphora: si hic non insanit satis sua sponte instiga. Huc pertinent illa M. Tull. familiaria, & cursu reuocare. In principio Topicorum, & cursu ipso reuocauit voluntas tua. Et In cursu esse, et Cursum interrompere.

Calcar addere currenti.

EANDEM sententiam aliunde ducta metaphora, extulit Plinius iunior in epistola quadam ad Pompeium Saturninum: Flagitabas ut tibi aliquid ex meis scriptis mitterem, cum ego id ipsum destinasset. Addidisti ergo calcaria sponte currenti. Translatione sumpta ab equitibus, qui nonnunquam etiam sponte currentibus equis, quo currant celerius, calcar addunt. Ita nobis calcar addit, qui extimulat languentes: addit currentibus, qui cupiditatem ac studium nostrum auget acuitq, Ouidius:

Non opus admissio subdere calcar equo.

Sunt autem ferme prouerbiales in totum illæ metaphoræ: Subdere calcar, subdere stimulos, quemadmodum & illæ: Inicere frænum, compefcere fræno, reuocare fræno. M. Tullius ad Atticum: Adscribit etiam & quasi calcar admouet. Idem ad eundem lib. 6. Sed alter, ut dixit Isocrates in Ephoro et Theopompo, frænis eget, alter calcaribus. Plato li. de Legibus. ἡ ἀρετὴ ὡς καλὴν ἵππον, ὅτι δὲν τὴν μετὰ τὴν φρενὸν ἀποτρεφύσασθαι ἀνέχεται. id est, Opportune me Clinia, impetu currentem retudisti. Et illud Ciceronis: E medio cursu reuocauit.

In triuio sum.

Εν τρεῖσιν εἰσι λογισμῶν, id est, In triuio sum consilij. In eos, qui dubitant, quiq, incerti sunt animi, hesitantes quid potissimum eligant. Translatum ab iis, qui faciunt iter, & si quando triuium occurrerit, addubitant quā uia oporteat ingredi. Nā uia pro ratione consilij frequenter apud Græcos autores reperies, ut apud Euripidē in Hecuba, σὺ δ' ὅδ' οὐ βέλτερά μοι. id est, Tuorum uia consiliorum. Theognis, ἐν τρεῖσιν ἱσυχαι. i. In triuio consisto. Alludit huc & Plato lib. de Legibus septimo: vetans ne si qua res admiranda atque inusitata occurrerit, protinus ad eā amplectendā accurramus, sed perinde quasi ad triuiū aliquod uenerimus, ignari uia, cōsistamus, neq; ante pergamus, quā peruestigatū sit quod quaq; ducat uia, καὶ ἀπὸρ, inquit, ἐν τρεῖσιν ἡνέμεται.

Bis ac ter, quod pulchrum est.

Δίς καὶ τρίς τὸ καλόν. i. Iterum ac tertio, quod pulchrū est, subaudi, dicendū est. Vsurpatur à Platone cum aliis in locis,

locis, tum in Philebo, α καὶ πρὸς τὸν ἰμνῶνται, εὐδ' ἢ
πρὸς οὐμὶν δὲ καὶ ἔχον, τὸ δ' ἴς καὶ τρεῖς τὸν καλῶς ἔχον
ἰπποχρύστου τῷ λόγῳ δέον. id est, De quibus & ante me-
miniſſus. Ceterum bene uidetur prouerbio dictum,
quod egregium sit, id iterum ac tertio in sermone repe-
ti oportere. Idem in Gorgia: καὶ δ' ἴς γὰρ καὶ τρεῖς
ἀσπικαλὺν εἶναι τὸ καλὸν λέγειν καὶ ἰπισκοπεῖσθαι. id
est, Atqui pulchrum aiunt ea quæ pulchra sunt iterum
ac tertio tum dicere, tum considerare. Rursum lib. De
legibus sexto: λέγει δὲ κατὰ πόλιν ἢ πονεῖν δὲ δ' ἴς τὸ
γα καλὸν ἔχειν ἢ δὲν βλάπτει. id est, Dico autem quemad-
modum modo dicebam. Nam nihil ledit, quod pulchrum
sit bis dicere. Lucianus in Dipſadibus citans eundem
Platonem, καὶ οὖν, inquit, ἔδ' ἴς καλὸν, id est, Nulla sa-
tietas rerum honestarum. Omnino ea uis inest rebus
egregiis, ut quo sæpius, ac pressius inspiciantur, hoc
magis ac magis placeant, ut ait Horatius:

- Quæ si propius stes,

Te capiet magis, ac decies repetita placebit.

Contrà, quæ suta sunt aut uulgaria, nonnunquam ini-
tio arrident nouitate ipsa, mox repetita sordescunt.
Quemadmodum Plinius lib. 15. cap. 14. meminit de
ſylueſtri quodam pomi genere, quod vnedonē uocant,
propterea quod unum tantum edi possit. Est enim inho-
norum, ut ait, atque hinc nominis ratio.

Fratrum inter se iræ sunt acerbissimæ.

Si quando simultas inciderit inter fratres, ea solet esse
atrocior quam uulgarium inimicorum. Suppetunt
abunde multa ex hiſtoricis exempla: Cain & Abel:
Romuli & Remi: Iacob & Esau. Antonini Severi im-
peratoris filij in Getam odium, usque adeo ſeuum ac-
pertinax fuit, ut ne morte quidem illius atrocissima po-
tuerit ſaturari, quin & in omnes illius amicos ſeuiret.
Qua de re ſeretur adagiū, idq; commemoratur ab Aristo-
tele lib. Politicorum ſeptimo, παρ' οὗ δ' ἴς ὁ φίλος δὲν
τῷ δὲν ἰσχυρὸς ὑπὸ λαμπρῶν, πρὸς τὸν βλάπτει, καὶ τὸν
τῆς ἀποστρέφεται ὑμῖν ἔστιν. ἔσθ' ἡμεῖς καὶ ποῖ δ' ἴς ὁ φί-
λοι ἀδελφοί. καὶ οἱ τὸ πρὸς εἶρεν τῆς οἴας καὶ πρὸς μισέ-
σιν. id est, A quibus, inquit, deberi beneficium, exi-
ſtimat, ab iſdem non ſolum fraudari beneficio, ſed inſu-
per ledi ſe putant. Vnde prouerbio dicitur, acerbæ
enim bella fratrum. Et qui ſupra modum amant, iidem
& ſupra modum oderunt. Haſtenus Ariſtoteles. Huc
reſpexit Euripides in Iphigenia. Aulidenſi:

Δαίμων κασιγνήτοις γιγνῶσθαι λόγος
Μάχας δ' ὅταν ποτ' ἐμπεσῶσιν εἰς εἶρεν. id est,
Res dira uerbis inuicem altercarier,
Dictisq; fratres dimicare mutuis,
Si quando lis inciderit aut contentio.

Taurum tollet, qui vitulum ſuſtulerit.

ADAGIUM in fornice natum, uti uidetur, ſed quod
ad uſum uerecundiorē cōmode torqueri poſſit, ſi qñ ſi-
gnificabimus maiora peccaturū adultum, qui puer ni-
tius minoribus aſſueuerit. Extat in fragmentis Arbiuri
Petronij, his quidē uerbis: Obſtupui ego, et nec Gironē
uerecundiſſimū puerū ſufficere huic petulantia affir-
maui, nec puellā eius ætatis eſſe, ut muliebris patiētia
legē poſſit accipere. Itaq; inquit, Quartailla, minor eſt
quam ego fui, cum uirum paſſa ſum? Iunonē meam ira-
tam habēa, ſi me unquam meminerim uirginem fuiſſe.

Nam infans cum paribus inquinata ſum, & ſubinde
prodcuntibus annis, maioribus me pueris applicui,
donec ad hanc ætatem perueni. Hinc etiam natum eſt
prouerbiū illud, ut poſſe dicatur taurum tollere, qui
vitulum ſuſtulerit. Non abſurdum uidetur, adagiū
ad Milonis Crotoniatæ factum reſerri, qui quotidie vi-
tulum aliquot ſtadijs geſtare ſolitus, eundem taurum
factum, citra negocium geſtaſſe legitur. Atq; ita
quadrabit in eos, qui paulatim rebus etiam maximis
aſſueſcunt.

Viuium oportet meminisse.

VIVORVM meminisse oportet. Vetus adagiū in
eos, qui plurimum de uita deſunctis loquūtur, id quod
vulgo putant ominoſum, mortuos in ore habere, eosq;
velut citatos in ſermonem adducere. Vnde & M. Var-
ro libro de lingua Latina tertio, putat leibum ἀπὸ τῆς
λήθης, id eſt, obliuione dictum, quaſi in obliuionem abi-
re conueniat, qui uita exceſſerit: atq; in ſuneribus ſic
quondam à præcone dici ſolere: Ollus letbo datus eſt.
Reſertur adagiū à Cicerone libro quinto de Finibus
bonorum & malorum. Vbi cum Piſo, deinde Q. Ci-
cero dixiſſent, ſe uehementer commoueri recordatio-
ne clarorum virorum, ex contemplatione locorum,
in quibus aliquando uiui uerſati fuiſſent, & uterq; re-
cenſuiſſet, quorum memoria poſſiſſimum delectaretur
eum Pomponius Atticus quaſi iocans, At ego, in-
quit, quem uos, ut deditum Epicuro, inſectari ſoleatis,
ſum multum equidem cum Thædro, quem unice dili-
go, ut ſcitis, in Epicuri hortis, quos modo præteriba-
mus, ſed veteris prouerbi admonitu uiuorum memi-
ni. nec tamen Epicuri licet obliuiſci, ſi cupiam, cuius
imaginem non modo in tabulis noſtri familiares, ſed
etiam in poculis & anulis habent. Haſtenus Cicero.
Plautus item in Truculento: Dum uiuit, hominem no-
ueris: dum mortuus eſt, quieſcas. Thaletis dictum
iure celebratur, oportet non minus abſentium amico-
rum quam præſentium memores eſſe.

Cum laruis luētari.

CVM laruis luētari, dicuntur ii, qui uita deſunctos in-
ſectantur maledictis. Suidas Ariſtophanem citat,
qui ſcripſerit:

Γαῖε παῦ δ' ἀπὸ δ' ἔργῳ,

Νεκρὸν γὰρ τὸν καλὸν ἔλαιδ' ὄρεν. id eſt, Compe-
ſce cōpeſce here Mercuri, mortuo enim Cleoni cōiucia-
tus eſt. Lucianus in Seētis: Σκοιμαχῶσι πρὸς ὑμᾶς ἀπὸ
τοῦ. id eſt, Vmbaticam pugnam aduerſus uos abſen-
tes pugnant. Sentit autem de mortuis & abſentibus.
Meminit huius Plinius in præſatione hiſtoriæ mundi,
ad hunc modum, Nec plancus illepide, qui cum dice-
retur Aſinius Pollio orationes in eum parare, quæ ab
ipſo, aut liberis poſt mortem Planci ederentur, ne re-
ſpondere poſſet: Cum mortuis non niſi laruas luētari.
Quo dicto ſic reſpercuſit illos, ut apud eruditos ni-
hil impudentius uideretur. Ariſtoteles in rethori-
cis citat Platonem ex politia, qui ſcripſerit eos, qui
mortuos allatrarent, uideri ſimiles catellis, qui lapi-
dēs lactos morderēt, ipſos qui laſiſſent non attingerēt.

Iugulare mortuos.

Hinc ſimile uidetur iugulare mortuos, p eo quod eſt, inſe-
ctari deſunctos, & pugnare cū iis, qui iā extincti ſint.

Translatum à bellis, in quibus ignauum ac ridiculum sit, prostratos atque interfectos iugulare: rursus cum viuis congregi, forte. Refertur à Laertio in Menedemo. Is Bionem, cum diuinos studiose insectaretur, ait iugulare mortuos, nimirum iam explosos, & omnium sententia reprobatos. Aristoph. ἐν νῆστον scripsit, τὴν πέτραν ἵνα αὐτὸν πνέων, id est, defunctos occidere. Fict lepidior metaphora, si paulo longius detorqueatur. Vt si quis dicat eum iugulare mortuos, qui librum impugnet, à nullo non damnatum: aut disputet aduersus sententiam, omnium suffragiis iam olim reiectam: aut si quis uituperet rem, omnibus per se detestatam.

Cyanea cantio.

Κύβητος ὄσμᾶ, id est, Cyanea cantilena. Refertur inter Græcanica proueria. Notatur & ab Aeliano in opere. De naturis animalium, prouerbij uice. Conuenit in eos, qui supremo uitæ tempore sacunde differunt, aut extrema senectæ suauiloquentius scribunt, id quod ferè solet accidere scriptoribus, ut postrema quæque minime sint acerbæ, maximeq; mellita, uidelicet per ætatem maturescere eloquentia. Porro cygnos instat te morte mirandos quosdam cantus edere, tam omnium literis est celebratum, quàm nulli uel compertum, uel creditum. Nam Lucianus negat, se uel uidisse cygnos cum in Pado flumine nauigaret. Aelianus addit cygnos non canere, nisi flante zephyro uento, quem Latini fauonium dicunt. Martialis:

Dulcia defecta modulatur carmina lingua,
Cantator cygnus funeris ipse sui.

Neque defunt philosophi, qui huius rei causam etiam addere conantur, affirmantq; id accidere propter spiritus per collum procerum & angustum erumpere laborantes. Diuus Hieronymus in quodam laudans senilem eloquentiam, commemoratis aliquot scriptoribus: Hi omnes, inquit, nescio quid cygneum iucina morte cecinerunt. Idem in epitaphio Nepotiani: Vbi est ille ἐρηδωκῆς noster, & cyqueo canore uox dulcior? Meminit adagij & Athenæus lib. Dipnoso. 14. ex auctore Chrysippo: rescens quendam adeo impense delectatum fuisse dieterius, ut cum esset à carnifice cruciandus, dixerit se uelle mori, decantata cyanea cantione: sentiens, opinamur, dictum aliquod falsum, quod simul atque proloquutus esset, non contaretur emori. M. Tullius præfans in librum De oratore tertium, de L. Crasso ita loquitur, Illa tanquam cyanea fuit diuina hominis uox & oratio, quam quasi expectantes post eius interitum ueniebamus in curiam, ut vestigium illud ipsum, in quo ille postremum insitisset, cōtueremur.

Nestorea eloquentia.

CONSIMILEM ad modum Nestoris Pyliorum ducis sacundia in prouerbium abiit, si quando senilem suauiloquentiam significamus. Nam huic Homerus, ut tria secula, ita plus quàm mellitam quandam sacundiam affingit. Sic enim ait in Iliados α. Τόισι δ' ἴσιωε
Ἡδὺ γὰρ ἄνδρες λιγυρὴς πυλίων ἀγορεύων·
Τὲ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέει αὐδᾶ. i.
Post hos assurgit Pylius dux ille disertus
Nestor, cuius ab ore fluit uox melle liqueti Dulcior
Quem locum imitans Theocritus, auctore Plutarcho scripsit in Bucolicis:

Ὀὐκ ἔστι οἱ γλυκὺ μέλι κατὰ στόμα τὸς χεῖρας νικτάρ.
Propterea, quod in os illi prædulce camæna
Insudit nectâr.

Huc spectat & Horatianum illud:

-Fidis enim manare poetica mella Te solum.
Lepos Atticus. Eloquentia Attica.

INTER reliquos Græciæ populos, lepos quidam, & festiuitas quasi vernacula ac peculiaris adest Atticis, adeo ut & in prouerbium abierit, Atticus lepos: Attica eloquentia, pro summa. Terentius in Eunuchos: Dixi in hoc Atticam esse eloquentiam? Cum insulsum atq; inuenustum militem rideret. Diuus Hieronymus ad Pammachium, Iovinianum, ut opinamur, irridens: Hæc, inquit, Plautina eloquentia, hic lepos Atticus, & Musarum, ut dicitur, eloquio comparandus. Quamquam illud de Musarum eloquio ad M. Varronis elogium de Plauto celebratum respicit, qui dixit, Musas ipsas, si Latine loqui uoluissent, Plautino ore fuisse locuturas. Huc alludit & Lucianus in libello De mercede seruientibus: καὶ ἐν τῷ σοφοῦ καὶ τῷ ὑποκριτῇ, αὐτὸ τὸ τίς ἔπικρος καὶ τὸ ὑμνήσῃ. id est, Quod si quando quid etiam rustice dixerint, hoc ipsum mere Atticum, atque ab Hymetto profectum uideri uolunt. Est autem Hymettus mons Atticæ, mellificio nobilis. Vnde & mel Atticum, & Hymettia mella. Quæ præcipua fuisse testatur & Martialis in Xenii:

Hoc tibi Thesei popularix misit Hymetti
Palladis à syluis nobile nectâr, apis.

Mandrabuli more res succedit.

Ἐπὶ μανδράβελος χάρις τὸ πρᾶγμα, id est, Res Mandrabuli ordine succedit, hoc est, in dies in peius labitur. Inde natum, quod Mandrabulus quidam cum thesaurum reperisset, primum auream ouem posuit Iunoni Samiæ, proximo anno argenteam, tertio æream. Lucianus De mercede seruientibus: Ἀλλὰ χάρις ἦ, καὶ σιωπῶν ἑαπατάς, καὶ αὐτὸ τὸ μέλλοντα βελτίω κηρύσσει νομίσεις. τὸ δὲ ἐμπειρίῳ σὺ κληπίσας, γίνεται, καὶ ὥς ἡ περιμέτριά φησιν, ἐπὶ μανδράβελος χάρις τὸ πρᾶγμα, καὶ δικασίῃ, ὥς ἔπειν, μέγα ἀποσμηκωδόμενον, καὶ ἔς τὸ πῶς ἀπαυδίζον. id est, Tu tamen utcumque gaudes, tibiq; ipsi imponis, semperq; credis meliora futura, quæ sequuntur: atqui id contra quàm speraras euenit, planeq; iuxta prouerbium, ad morem Mandrabuli tibi negocium pro cedit, dum in singulos, ut ita dixerim, dies fit minus ac deterius, atque in tergum retrocedit. Alciphron in epistola quadam: Καὶ κατὰ τὴν περιμέτριά ἐπὶ τὸ μανδράβελος χάρις τὸ πρᾶγμα. id est, Iuxtaq; prouerbium, ad exemplum Mandrabuli res succedunt. Non intempestiuiter itaque dicitur in eos, qui in deterius abeunt. Quemadmodum Menedemus apud Plutarchum, permultos Athenas uenire studij causa: principio sapientes, deinde philosophos, postea rhetoras, postremo idiotas euadere. Nec alienum fuerit hic nobilem illam Platonis sententiam adscribere, ex libro De legibus primo: Τὸ νικᾶν αὐτὸν πασῶν νικᾶν πρῶτον καὶ ἀρίστη, τὸ δὲ ἡττᾶσθαι αὐτὸν ὑφ' αὐτῷ, πάντων ἀρχισὸν τι ἄμα καὶ κακίστον. i. Si quis ipse seipsum uincat, omnium uictoriarum prima, tum optima est. Rursus ipsum seipso inferiore esse, omnium & turpissimum est, et grauiissimum. Vincit enim seipsum, qui proficit in melius at seipso inferiorem euadere, est deteriore reddi.

Maturæ

Mature fias senex.

MATURE fias senex, si diu uelis esse senex. Latino-
rum prouerbium, quo monemur, ut integra adhuc æta-
te desistamus à laboribus iuuenilibus, ac ualitudinis
curam agere incipiamus, si uelimus esse uinaci ac diu-
turna senecta. Nam senectutis fors, ocium & quies.
Vsurpatur à Catone maiore apud Ciceronem: Neq;
enim, inquit, unquam assensus sum ueteri illi laudatoq;
prouerbio, quod monet mature fieri senē, si diu senex
esse uelis. Hoc quamquam Catoni non probatur, homi-
ni diro, quiq; sibi nec extrema senecta remittendis la-
boribus indulserit, tamen audiendum nobis, maxime si
de uitis iuuenta sentias, puta libidine, bibacitate, tur-
bulentia uitæ: quæ nisi quis mature reliquerit, aut
nunquam perueniet ad senectam, aut breuem habitu-
rus est senectam.

Senis doctor.

Τῆς γὰρ ἀδελφίας, id est, Senis doctor. Citatur sepicule
titulus hic à Nonio Marcello, inter titulos fabularum
Varronis, quem dubium non est prouerbiale esse, si-
cuti sunt alij pleriq;. Conuenit in eum, qui in re sera
atque intempestiua frustra sumit operam. Siquidem
ut est iuuenta docilis, atque in quemuis habitum se-
quax, ita senecta intrastabilis, tarda atque obliuiosa.
Proinde Theognis:

Μὴ με διδάσκει, ἄτοι πάλιν ἐμὴν μάχην. id est,
Ne doceas, me ætas iam facit indocilem.

Euripides in Bacchis:

Τῆς γὰρ ἀδελφίας πάλιν ἀδελφία ἔστω. id est,

Senem senex & ipse te erudiero.

Atq; hic quidem uersus inuenitur est in Sophoclis Phi-

locteta, quem celebrem ac prouerbialē fuisse testa-

tur Gellius lib. Noctium decimotertio: Varro titulum

suum sumpsisse uidetur ex Euthydemo Platonis, ubi

Socrates narrat Conum præceptore suum, à quo senex

fidibus canere didicit, ludibrij causa à pueris uocatum

fuisse γέρων ἀδελφίας. Ad hanc sententiam pertinet,

quod dixisse serunt Diogenem: Μάρτυρ ἵνα γέρων καὶ γέρων

πορεύεται τῶν τῶν τῶν, id est, Mortuo mederi, et senem

admonere, idem esse. Quamquam inutilis est sententia,

quæ senes deterret à discendis iis, quæ nescire tur-

pe est.

Senis mutare linguam.

CUM ad omnem disciplinam tardior est senectus, tum
potissimum ad discendam linguam, quæ facultas ma-
xime pueris à natura data est. Quæ propter etiam uul-
go compertissimum, pueros facile quamuis exprimere
linguam: contra natu grandiores, aut non assequi, aut
parum feliciter imitari. Inde prouerbium, senis muta-
re linguam, de frustis atque intempestiue laboranti-
bus. Diuus Hieronymus præloquens in quatuor Eua-
gelia, Pina, inquit, labor, sed periculosa presumptio,
iudicare de cæteris, ipsum ab omnibus iudicandum, se-
nis mutare linguam, & canescentem mundum ad ini-
tiare trahere paruulorum. Quo significatur adultam
ætatem ad omnia minus esse tractabilem, quam rudēs
illos ac teneros annos, id quod eleganti metaphora di-
xit est à Nasone:

Quæ præbet latas arbor spatantibus umbras.

Quo posita est primum tempore uirga fuit.

Tunc poterat manibus summa tellure reuelli,

Nunc stat, in immensum uiribus aucta suis.

Quare tunc formandi mores, cum mollis adhuc ætas:
tunc optimis assuescendum, cum ad quidiu cerceum est
ingenium. Nam posteaquam annis iam ceu dirigit
animus, & uix dediscimus, quæ perperam didicimus:
& quæ nescimus, non sine maximo negotio nobis in-
culcantur. Neq; hæc diximus, ut adulescentes à discen-
do deterreantur, cum nulla sit ætas ad discendum se-
ra, sed ut pueros ad discendi studium acuiamus. Ne hoc
quidem prætermittendum, quamquam uulgo iactant:
Senex psittacus negligit ferulam. Adagij sensus ta-
met si per se non est obscurus, tamen magis liquebit ex
Apulei uerbis, quæ sunt in libro Floridorum secundo
de psittaco: Quæ rusticum nostrum sermonem cogitur
amulari, ferrea clauicula caput tunditur, imperium
magistri ut persentiscat. Hæc ferula discenti est. Discit
autem statim pullus usq; ad duos ætatis suæ annos, dū
facile os uti conformetur, dum tenera lingua uti con-
uiuretur. Senex autem captus, & indocibilis est &
obliuiosus. Hæcenus Apuleius. Indicat & Plinius
libro 10. cap. 42. mirum esse docilitatem huic aui, re-
rum non nisi primis duobus uitæ annis. His finitimum
est, quod uulgo quidē, attamen haudquaquā inelegan-
ter dicitur: Serū esse, canes uetulos loris assuescere.

Cascus Cascam ducit.

NE QVE longe hinc diffidet illud, quod Varro refert
libro de lingua Latina tertio: Cascus cascā ducit: quo
ties similis similem delectat, uetulus uetulam, deor-
mis deformem, improbus, improbum. Nam antiqui-
tus cascum dicebatur, quod nos uetus appellamus:
idq; ut auctor est idem Varro, lingua Sabina, quæ
in Oscam usque linguam radices egerit, quæ Casnar se-
nex dicitur, eoque Ennium, ut Oscæ lingue peritum
scripsisse:

Quam primum casci populi genuere Latini.

Cascos Latinos priscos appellat. M. Tullius Tusculana-
rum questionum libro primo: Itaq; unum illud erat
insitum priscis illis, quos appellat cascos Ennius. Citat
autem Varro adagium, tanquam à Manilio quodā pro-
fectum, qui dixerit, non esse mirum, si cascum cascā
duxisset, quoniam is exoras faciebat nuptias. Vide-
tur esse iocus in animum uetulo nuptiam, allusumq; ad vo-
cem casci, perinde quasi deducatur à canendo. Re-
fertur ibidem epigramma Papinij cuiusdam, quod scri-
psit in adulescentem nomine Cascam:

Ridiculus est cum te Cascam tua casca dicit.

Opinor adulescentem duxisse uetulam, proinde absur-
dum uideri, quoties casca, id est, uetula, maritum iu-
uenem ueluti suo ipsius nomine Cascam uocaret. For-
tasse prouerbij iocus ad priscum nuptiarum morem spe-
tat, quem refert Plutarchus in Problematis. Qui de-
ducebant sponsam in domum sponsi, iubeant bis uer-
bis alloqui, Vbi tu Caius, ego Caia.

ΔΙΣ ΔΙΣ ΠΑΡΟΝ, i. Bis per omnia. Hoc prouerbio discrimen
ingens ac longissimum interuallum significabant. Unde
quæ pugnantissima inter sese uiderentur, totiq; diffide-
re genere, ea δὲ δὲ παρόν inter se discrepare dice-
bant. Lucianus in libro De conscribenda historia:

c iij Kxi

Καὶ τὸ ἄριστον δὲ τὸ, δις διὰ πασῶν ἐστὶ πρὸς ἄλλαν. hoc est, Deniq; iuxta musicorum prouerbiū, δις διὰ πασῶν interuallo sese mutuo respiciunt. Idem in Apologia: Ἀλλὰ μὲν ἐκ τοῦ ἰνύου, ὅς ποτε πολλοὶ τῶν τοιαῦτων διαφύει, ἐς οἰκίαν τινὸς πλεονάζοντες ἐπιβάντες διελθόντες, καὶ ἀνέχοντες ὅσα μοῖσαι τὸ βιβλίον, ἢ δημοσίᾳ πρὸς ἑαυτοὺς τι τοιοῦτον, καὶ ἐς δυνάμιν πολιτυμῶνον, ἐπὶ τῷ τῶν παρὰ βασιλείῳς μισθοφορῶν. διελθόν δὲ καὶ ἰδίᾳ κατὰ οἴκον ἐκ τῶν σκοπῶν. ὁ δὲ τὸ μὲν ἄριστον δὲ τὸ, δις διὰ πασῶν τὴν πρὸς ἄλλαν, καὶ πρὸς τὸν ἰδιότατον ἀλλήλους τὴν δις διὰ πασῶν μόνον ἀργύρῳ καὶ χαλκῷ χρυσῷ, καὶ ἀνέμῳ ἢ ὄσῳ, καὶ ἀνθρώπῳ πῖνοντι. μὴ δὲ καὶ καὶ, καὶ τὰ ὅσα τὸ ὑπὸ ἄλλῳ τῷ πρὸς ἄλλαν, τὸ δὲ πρὸς ἄλλαν παρὰ ἄλλαν ἔχει τὴν διαφύει. id est, Quin illud mihi iam considera, quā maximo hac inter sese discrimine distare, uidelicet in opulenti cuiuspiam ades adscriptum, seruire seruitutem, & ea omnia perferre, quae libellus ille meus commemorat, & publice populi negotium gerentem, ac pro uirili remp. administrantem, hoc nomine ab imperatore salarium accipere. Age perpende hac, & utrumque per se, priuatimq; contemplare. Reperies nimirum iuxta illud musicorum prouerbiū, δις διὰ πασῶν negotio discrimen inesse. Et has duas uitae rationes tantum inter se conuenire, quantū affinitatis est plumbo cum argento, ari cum auro, anemona cum rosa, homini cum simia. Nam merces qui dem accipitur & illic, quemadmodum hic quoque, & utrobiq; contingit, ut alij subiectus pareas. Ceterum ipsius negotij non mediocris est dissonantia. Haec Lucianus. Adagium, ut is etiam indicauit, ex arte musica mutuo sumptum est. Nam Macrobius commentario in Somnium Scipionis secundo, quinquē species harmoniarum commemorat: δις πασῶν, δις πέντε, δις πασῶν, δις πασῶν καὶ δις πέντε, & δις δις πασῶν. Ex compositis harmoniis δις πασῶν, & δις πέντε, constituitur δις πασῶν, cui nominis hoc inditum est, quod absolutam reddat symphoniam, ut mihi uideatur huc etiam illud respicere prouerbiū, quod alio loco commemorabimus, ἄπειρ' ὁκτώ. Similiter Plutarchus, & quicumque ueterum, uel apud Graecos, uel apud Latinos de musica disciplina conscripserunt, Harmoniarum metam figunt in ea, quae uocatur δις δις πασῶν. Boethius item libro De musica primo, tradit, antiquitus harmonicam rationem heptachordo duntaxat constituisse, hoc est, fidibus septem, quarum ima ὀκτώ dicebatur, summa ὀκτώ. Deinde alias chordas adiicientibus aliis, ita creuit uocū numerus, ut ad duplicatum heptachordum perueniretur. Atque hic progrediendi finis futurus uidebatur, nisi quod ipsa symphoniarum ratio μίσην illam, quae in heptachordo locum nomini congruentem obtinuerat, & utroque ad extremam relata chordam, harmoniam δις πασῶν edebat, desiderare uideretur. Hac igitur adiecta, & in suum immissa locum, ad quindecim chordas peruenit, quarum extremam alteram, περισσὰ μισθόνον dixeret, alteram ὀκτώ ὑπερβολήν. Ita fit, ut μίσην utroque relata, reddat harmoniam δις πασῶν: rursus extremarum utralibet ad μίσην relata, eandem constituat harmoniam. Porro summa relata ad imam symphoniam reddat quā uocant δις δις πασῶν: propterea quod hac, quae dixi, ratione, bis completatur eam harmoniam, cui nomen, δις πασῶν. Quoniam autem hac

fini constitit harmonica ratio, nec ulterius procedere licuit, tractum est in popularem sermonem, ut quae longissimo discrimine inter se diffusa essent, ea δις δις πασῶν distare dicerent, perinde quasi dicas adeo seiumta, ut magis seiungi non queant. Cui similitum illud, ἐκ διαμέτρου id est, ex diametro.

Vbi timor, ibi & pudor.

Ἰνα δὲς ὁδὸν καὶ ἀδῶς, id est, ubi timor, ibi & pudor. Pro uerbialis sententia, quae hodieq; uulgo manet, cui similis illa Tercentiana: Omnes deteriores sumus licentia. Et maxima pars hominum formidine fustis a malefactoris temperat. Plato libro De legibus quinto: Ἡ δ' ἀδία ἀναχλῶ τις ἐνίκει. id est, Audacia uero parit impudentiam, ἀδία autem uocant, cum abest metus. Item in Eutyphrone citat ex poeta quopiam. Est enim hemistichion carminis heroici.

-Ἰνα δὲς ὁδὸν καὶ ἀδῶς. id est,

-Vbi enim timor, & pudor illic.

Suidas indicat esse Epicharmi.

Foras Cares, non amplius anthisteria.

Ὁρᾷ καὶ ἐκ τ' ἀνθίστρια, id est,

Cares foras, peracta enim anthisteria.

Dici consuevit, ubi quis semper eadem sibi sperat comoda, aut idem semper licitum fore credit, quod aliquando pro temporis ratione fuit permittum. Veluti si quis semel expertus cuiuspiam liberalitatem, subinde redeat, aliquid muneris petens: aut cum pueri permittam sibi ad tempus feriandi ludendiq; facultatem, ultra tempus prorogant. Originem prouerbij tradunt ad hunc modum. Atheniensibus mensis quidam anthisterion appellabatur, quod is plurimos flores pro gigneret. In hoc festa quopiam agebantur, & conuiuia liberiora, quemadmodum in Saturnalibus fieri consuevit apud Romanos, in quibus & seruis accumbere licebat, feriatis interim ab opere. Exactis autem feriis, cum iam ad solitas operas reuocarentur, hoc pacto dicebant heri Foras Cares, non iam amplius anthisteria. Cares autem seruos appellabant, quod ea gens mercenarius operis questum fastigaret, uelut omnium serui quicumq; conduxissent. Sunt qui dicant, Cares olim Atticae regionis partem obtinuisse. Athenienses autem cum Anthisteriorum solennitatem agerent, sole re Cares in ciuitatem atq; in domos receptos ad festi communionem admittere: deinceps peracta solennitatis tempore, si quos e Caribus offendissent in urbe cessantes, per iocum dicebant,

Ὁρᾷ καὶ ἐκ τ' ἀνθίστρια. id est,

Exite Cares acta enim anthisteria.

Sonat autem ea vox Graeca perinde, quasi dicas Floralia Latine, quorum licentia multorum literis notissima est. Non diuersum est quod ait Seneca in ludicio in Claudium scripto, Non semper erunt Saturnalia. Nam Saturnalibus seruis quoque libertas erat.

Fures clamorem.

Ὁ φῶς τῶν βόν, id est, Fures clamorem, subaudiendū, timent aut senserunt: Quadrabit in eos, qui sibi confici, metuunt ne deprehendantur, aut qui peracta maleficio fugitant pauitantq;. Habet autem hoc cum oronis malefacti conscientia, tum praecipue furii, ut hominem

hominem trepidum reddat ac lucifugam. Huc allusit Vergilius,

Et cum clamarem, quò nunc se proripit ille,
Tityre coge pecus, tu post carecta latebas.

Funiculum fugiunt miniatum.

Τὸ χοινὸν φέρει τὸ μεμιασμένον. id est,

Vitant sinopi collitam restim rubra.

At dicetur, ubi quis properat officio suo fungi, nò ex animo, sed ne in multa incidat. Carmen sumptum ex Aristophane, cuius interpres, & item Suidas huiusmodi sermone commemorant. Atheniensium magistratus varijs modis conati sunt efficere, ut populus quàm maxime frequens ad concionem ventitaret: obiectis enim repagulis quibusdam vias reliquas occludebant, quæ non ducerent ad forum: tum merces tollebant ex mercatu, ne quid hac gratia ibi cessaretur: denique sinem parabant rubro colore, quem μίλτον, i. interprete Plinio, minium vocant Latini, nonnulli cinnabarim appellant, oblitum. Hoc duo ministri publici populum cingentes, agebant in concionem. Studebat quisque; funiculum effugere, propterea quòd quisquis colore notatus appareret contagio sinis, is multam pendere cogebatur. Vnde qui notam metuunt, eos eleganter dicimus φέρειν τὸ χοινὸν μεμιασμένον. id est, fugere funiculum miniatum.

Fortunator Strobilis Carcini.

Εὐδαίμωνος εἰς καρκίνου στροβίλου, id est, Fortunator Carcini Strobilis. Ironia prouerbialis in infelicem & improbum. Carcinus poeta quispiam fuit, cuius filij dicti sunt Strobili ab Aristophane, quos & γλυκύτεραι χεῖρες vocat, i. dulciteruicos. Iocus autem sumptus est à nominum allusione. Nam Græce Carcinus cancerum, Strobili cochleas significant. Vtrumque genus distortum ac fædum. Adagium recensetur apud Suidam & Zenodotum, extat apud Aristophanem in Pace.

Festo die si quid prodegeris.

PLAVTVS in Aulularia sub persona senis Euclionis: Festo die si quid prodegeris, profesto egere liceat, nisi peperceris. Schema prouerbiale. Admonet autem, ne in sumptibus solennibus ita profusi simus, ut non suppetat quo feramus quotidianos. Nam festi dies vel sacris offerendis, vel diurnis epulationibus, vel ludis in honorem deorum, vel feriis obseruandis celebrabantur: profesti ad rei priuatæ publicæque administrationem concedebantur. Accommodabitur non perperam & in eos, qui iuuenes rem prodigunt, esurituri senes, qui ne intempestiue profundunt, postea desideraturi.

Feles Tartessia.

Τὰ λὴν τερψισία, id est, Feles Tartessia. De magnis & ridiculis dicebatur. Tartessii sunt in Iberia, apud quos feles maximæ nasci dicuntur. Fortasse non inepte dicitur & de rapacibus. Aristophanes in Vespiis:

Ωπὶρ μεγαλὴν κρεῖα κλέψασα

Τυροῦσιν ἔχοντ' ὀβελίσκας. id est,

Nunc uti felem rapta carne,

Obseruant gestantem uerua.

Item Lucianus, cum ait, ἀρπακτικώτεροι τ' ἑλάν, id

est, rapaces felibus: nimirum & ipse felium significat rapacitatem uulgo notam fuisse.

Feli crocoton.

Τὰ λὴν κροκώτον, id est Feli crocoton, subaudiendum, das, aut addis. Dicitur solitum, quoties honos additur indignis, & quos haudquaquam decet. Aut cum datur quippiam iis, qui munere non norunt uti: veluti si quis à musis alienissimo bellissimum donaret librum. Crocoton vestis genus est rotundæ ac fimbriatæ, qua diuites utebantur matronæ. Apud Nonium in dictione Richa, refertur inter vestes delicatas & crocoton. Sic enim arbitramur legendum, mollicinam crocotam, chirodotam Richam. Ac teste Plutarcho, quidam Herculem pingebant κροκώτοφρον, Omphale seruientem. Sumptum adagium ab apologo Stratidis: quem alio loco narrauimus. Porro uox hæc καλὴ, felem ne significet, an mustelam, an quem uulgo catum appellant, quoniam inter eruditos controuersum est, aliis iudicandum relinquimus.

Mustelam habes.

Τὰ λὴν ἰχμὲς, id est, Mustelam habes. In eum quadrat, cui omnia sunt inauspicata, tanquam satis ac dijs iratis, ut aiunt. Olim creditum est, hoc animal inauspicatum infaustumque, esse iis, qui haberent, domique alerent: ut nò admodum dissideat ab illis, equum habet Seianum, & aurum habet Tolosanum. Vnde nunc etiam apud quasdam gentes, nominatim apud Britannos, infelix omen habetur, si cum paratur uenatio, aliquis mustelam nominet, cuius etiam occursum vulgo nunc habetur inauspicatus. Adagium refertur à Diogeniano.

Fastuosus Maximus.

Κάμπος μάλιστα, id est, Fastuosus Maximus, in eum dicebatur, qui sibi plus satis arrogasset in sapientia. Sumptum à moribus Maximi cuiuspiam arrogantis, & sibi immodice placentis. In nonnullis exemplaribus inueni καμπὸς μάλιστα. Græcis κάμπος arrogantiam insolentiamque, significat, vnde καμπὴν καὶ καμπέζην. Proinde & Euripides γλώσσας τι κάμπει, id est, Linguasque, fastus. Recensetur & hoc in Diogeniani collectionibus.

E multis paleis paulum fructus collegi.

Εκ πολλῶν ἀχράντων ἀλίγων καρπὸν ὠμῆσαι βον, id est, Ex multis paleis parum fructus collegi, id est, multo labore non multum emolumenti sum consecutus: aut è uerbo sermone paululum bonæ sententiæ percepi: ex ingenio uoluntarie minimum doctrinæ retuli. Translatum ab excussoribus tritici.

Oportet remum ducere qui didicit.

Δὲ καὶ πῶς ἑλάνην μαθόντα, id est, Oportet remum impellere eum, qui didicerit. Vnumquengque decet eam artem exercere, quam antea doctus sit. Refertur à Plutarcho in commentariolo, cui titulus, ὅτι διδάκτον ἂν ἀρετῆν. Idem admonet Horatianum illud in Arte poetica,

Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis,

Indoctusque pilæ disciue, trochiue quiescit,

Nescisse risum tollant impune coronæ,

Qui nescit, versus tamen audet fingere.

Quin

Quin & hodiernis temporibus huiusmodi vulgo iactatur adagium, Qui lusus non nouit legem, abstineat.

Ex ipso boue lora sumere.

Εκ τῆς βοῦς τὰς ἰμαίνας λαμβάνειν, id est, Ex ipso boue lora sumere dicuntur, qui quo ludent quempiam, id ab ipso quem ludent accipiunt. Veluti si quis versibus inceseret eum, à quo carminis componendi rationem didicisset: aut tyrannus pecuniam extorqueat à ciuibus, qua satellitum ad opprimendam ciuitatem alat: aut si quis rethorices præsidis rethoricem oppugnaret. Metaphora sumpta ab agricolis, qui lora cadunt è boue tergoribus, quibus boues uinciunt. Plutarchus in commentario, cui titulus, ὅτι ἐκ ἐσίου ἡδύως; τὴν ἀνὰ τοῖς ἀρχαῖς ἡ φύσις τὸ σκεπτικὸν ἔχον ἐχέσθαι οὐδὲν ἐκ αὐτῆς, καὶ τὸ πρὸς τὸ παρὸν μόνον, ἐκ τῆς βοῦς τὰς ἰμαίνας λαμβάνειν, πρὸς ἀλλήλους οὐκ ἐκ τῶν ὁμῶντος, id est. Quid igitur dixerit quispiam? Satis est ipsa corporis natura, morborum materiam in se continens, ac iuxta quod ioco dici solet, tanquam ex ipso boue lora sumens, ita ex ipso corpore dolores.

Ex uno omnia specta.

Ἐξ ἑνὸς τοῦ πάντος ὁρᾷ, id est, Ex uno omnia specta. Vergil. item:

-Et crimine ab uno

Disce omnis.

Admonet adagium ex unius euentus experimento, reliquorum similium coniecturam oportere facere. Refertur à Suida. Tametsi is ostendit in eos dictum qui perperam ex uno quopiam aestimant omnia. Legit enim non ὁρᾷ, sed ὁρᾷ.

Ex aspectu nascitur amor.

Εκ τῆς εἰσορᾶς ὁρᾷ, ὡς γὰρ τὰ ἀνθρώποις ἐρεῖν, id est,

Amor ex videndo nascitur mortalibus.

Senarius proverbialis, admonens, oculos amorem potissimum conciliare. Non enim amatur incognitum: ex conuietui nascitur amor mutui. Et oculi precipue sunt ad amandum illices. In his enim peculiaris animi sedes. Et in his aiunt poetæ, Cupidinem excubantem sua iacula mittere. Maro velut indicauit adagiū, tum ait,

Vt vidi, ut perii, ut me malus abstulit error.

Rursum in Georgicis,

-Vritq; videndo Fœmina.

Item apud Terentium, Chærea visa duntaxat virgine, quam impotenter cæpit ardere. Iuuenalis prodigij loco refert de cæco amante,

Qui nunquam vise flagrabat amore puella.

Legimus philosophos quosdam, & inter hos Democritum, sibi met oculos ademisse, tanquam omnium maliarum cupiditatum autores. Quapropter piorum hominum est meminisse, haudquaquam esse tutum videre, quod non licet concupiscere. Prouerbij meminit Diogenianus.

E sublimi me derides.

Αφ' ὑψιστοῦ κατὰ κλῆς, id est, E sublimi me derides. De eo qui cum fastu ridet quempiam ac despectum. Translatum ab iis, qui ex edito loco verba faciunt. Unde & despicere dictum à Latinis pro contemnere, quod quis quis in eminenti loco est, is veluti tutior negligit eum, qui stat in humiliore loco.

Extra lutum pedes habes.

Εκ τῆς πηλῆς πέρασ' ἔχεις, id est, Extra lutum pedes habes, hoc est, emersisti è periculo, aut extra periculum constitutus es. A viatoribus sumptum. Simile illi, ἐξ ὧν βλάσκει, id est, extra iaculum. Et in luto dicuntur hesitare, qui molestis inuoluuntur negotiis, unde se nequeat explicare.

Ex umbra in solem.

Εκ τῆς ὑμbras ἐν τῷ ἡλίῳ, id est, Ex umbra in solem educere, est rem prius abditam & otiosam, in publicum & in communem vitam usum deducere. Translatum ab athleticis, quibus mos, solis & pulueris patientia confirmare corporis robur. Delicatorum autem est, in umbra latitare. Venustius fiet, si ad animi rem torqueatur: veluti si quis dicat, philosophiam à Socrate ex umbra in solem esse productam. Exempla passim apud scriptores obuia.

Excubias agere in Naupactō.

Φερέσθαι ἐν ναυπακτῷ, id est, Excubare Naupacti. Achin capta Naupactō, Pausaniam excubias, custodiasq; præfectum interfecerunt, autore Theopompo. Unde res in iocum vulgi videtur abiisse aduersus eos, qui pereunt ignavia sua, aut qui munus odiosum, ac plenum discriminis administrant. Refertur à Zenodoto. Suidas effert ad hunc modum: ἐν ναυπακτῷ, ἵ. Excubabis Naupacti. Is adfert & aliam adagionis originem. cum iis, qui Naupactum præsidio tuebantur, perperis salarij dependere, atq; illi plurima quæ ad rem perimebant, emerent, militari loco iactatum est, ut apparet, in eos qui frustra sudarent, quosq; sua spes frustraretur. Naupactus autem Actolis ciuitas, quam tum Philippus obtinebat, à compergendis nauibus dicta, quod illic Heraclida primū nauum extruxerint.

Deuotionis templum.

Ἀχρεῖα, id est, Execrationis templum. In eos dicebatur, qui crebris execrationibus vi consueuerunt. Erant autem antiquitus etiam publicæ quedam deestationes, velut apud Athenienses, in eum, qui uiam non monstrasset erranti: Item deuotiones hostium, quarum meminit Macrobius, & Horatius in Odis,

Ditis agam uos, dira deprecatio

Nulla expiatur victima

Hesychius indicat, templum execrationis fuisse Athenis, cuius meminerit Aristophanes in Horis, dici porro de graui calamitate. Alibi, ni fallimur, nobis dictum est de execrationibus tragicis, quas Diogenes philosophus iocabatur sibi occurrisset, quod uiueret ἀχρεῖος, ἀπὸ τοῦ ἀχρεῖα, ἡ ἀχρεῖα τοῦ ἀχρεῖα, ἡ ἀχρεῖα τοῦ ἀχρεῖα, id est, Carens domo, ciuitate, patria, pecunia, nullā habēs certam sedem, & in diem uiuens. Prouerbium refertur à Diogeniano.

Expertes inuidentiæ musarum fores.

Αφ' ὧν μὴ δὲ κατὰ κλῆς, id est, Candidæ musarum ianua. De his diffitatum qui literaturam suam candide libenterq; impertunt alijs, & ad docendum prompti, propensiq; sunt. Neq; male congruet etiam in dociles, iuxta id, quod alibi commemorauimus, ἀνιψόμενοι μὴ κατὰ κλῆς, id est,

id est, *Apertæ misarum ianue.*

Eurybatizare.

Εὐρυβατίζω, id est, *Eurybatizare*, est improbis vi moribus. *Eurybatus* ex *Cercopibus* unus fuit, insignitæ improbitatis homo. Huius meminit *Lucianus* in *Pseu domante*, ὑπὸ τῆς κίρκωπος, ὑπὸ τὸν δούρατον, ἢ φρωώνδα, ἢ ἀρῖσθμον, ἢ σῶστρατον. id est, *Vltra Cercopas, ultra Eurybatum, aut Phrynondam, aut Aristodemum, aut Sofstratum.* Neq; vero vnus duntaxat huius nominis fuit, infamis versutia, morumq; improbitate. Nam & *Ephesus* quidam *Eurybatus* fuit, qui cum à *Cræso* cum multa pecuniarum vi missus esset, ut exercitum contraheret, ad *Cyrum* defecit, ut autor est *Ephorus*. Alij malunt ad *Eurybatum* referre, qui fuisse perhibetur alter à *Cercopibus*, ut diximus. *Duris* ad *Eurybatum* refert *Vlyssis* socium. *Nicander* prodidit *Eurybatum* quendam *Aeginensem* fuisse longe uersutissimum, scelestissimumq; Neq; vero desunt, qui dicant hoc nomine furem fuisse quempiã astutia singulari: is cum deprehensus, captusq; seruaretur, custodes in conuiuio animi causa iusserunt ut ostenderet, quibusnam modis consueuerit domos conscendere. Cumq; illum initio renuentem, scilicet tanquam inuitus facturus esset, rogarent instantius, ac uix tandem persuassissent: ille aptatis spongijs ac stimulis, ferreisq; retinaculis, quas ἑκνυτρίδας *Græci* vocant, parietem cæpit conscendere. Porro suspectis tibus illis, & artificij nouitatem admirantibus, *Eurybatus* prehenso loqueari, per regulas aufugit, priusquã illi domum circumire potuerint. Atq; huic ad modum delusis custodibus, periculum euasit. Meminit huius & *Eustathius* in primum *Iliados*, admonens eam uocem ambigue pronunciari, δούρατον καὶ δούρατῶν, dicentem autem παρὰ τὸ δούρασθιν, quod late grassaretur. Itaq; peculiariter conueniet in eum, qui deprehensus, arte quapiam elabatur.

Faciunt & sphaceli immunitatem.

Καὶ σφάκελοι ποιοῦσιν ἀτίλειαν, id est, *Faciunt & sphaceli immunitatem.* *Athenis* celebratum prouerbiū de his, qui quouis pretextu quod volunt assequuntur, *Natum* aiunt ab euentu huiusmodi. *Pisistratus* tyrannus decimas exigebat ab *Atheniensibus* eorum quæ in agris prouenissent. Itaq; cum aliquando obambulare, uideretq; senem quendam in saxis quibusdam, hoc est, loco petrico laborantem, rogabat quosnam fructus inde colligeret. At is respondens, *Dolores*, inquit, & *sphacelos*, atq; horum decimas exigit *Pisistratus*. Porro tyrannus admiratus hominis libertatem, decimas *Atheniensibus* remisit. Ea res in uulgi sermonem abiit, etiam *sphacelos* immunitatem parere. *Sphacelus* autem morbi genus est, quod ex immodica defatigatione solet accidere. Quidam putant esse tormina articulorum, quidam ossium tabem. *Theophrastus* lib. De causis plantarum quinto, demonstrat & plantarum radicibus uitium accidere, quod ab hominum morbo σφακελισμός appellatur. Adagium recensetur à *Suida*. *Hesychius* indicat, quemlibet dolorem grauem *sphacelum* dici.

Et meum telum cuspidem habet acuminatum.

Ipsissimam prouerbiū speciem habet, quod scriptum est

apud Homerum Iliadis γ. sub Hectoris persona:

Επὶ καὶ ἐμὸν βέλος ὀξύ πείρειται. id est,

Telum quando meum quoq; cuspidem acuta est.

Recte uitemur, quoties fatebimur nos inferiores quidē esse, uerum non deesse tamen, quo quædamus nocere.

Cui simile Vergilianum illud:

-Et nostro sequitur de uulnere sanguis.

Item illud apud Ouidium:

Et mihi sunt vires, & mea tela nocent.

Ignauī uertitur color.

Τὸ κακὸν τρέπτει χροὺς, id est, *Ignauī uertitur color.*

Plutarchus in causis naturalibus, problemate, quam ob rem polypus colorem mutet, hoc tanquam prouerbio iactatum adducit, Διὶ καὶ λέλεκται τοῦ μὴ κακοῦ τρέπτει χροὺς. id est, *Ignauī uertitur color.* Nam id accidit in metu, ut uultus exalbescat, maxime timidus, uidelicet sanguine ad uitalia refugiente. *Plutarchus* accedit ueneris, si ad animum transferatur: ueluti si dicas, philosophum nihil omnino formidare eorum, quæ uulgus horret, τοῦ μὴ ὅτι κακοῦ τρέπτει χροὺς. id est, *Vertitur ignauī sanē color.* Porro prouerbiū narium est ex *Homerica Iliados* η. Carmen sic habet:

Τοῦ μὴ ὅτι κακοῦ τρέπτει χροὺς ἅ μιν ἀνδρῶν,
Οὐδὲ οἱ ἀτρίμασ' ἔσθ' ἔρηνειτ' ὅφρ' ἐρίσιν ἐνέμει,
Ἀλλὰ μετὰ κλάζοντες ἐπ' ἀμφοτέρω πόδας ἔκει,
Εὐδὲ τί οἱ κραδίη μετὰ λαοσθέντοισι παύσσει,
Κῆρας αἰετίνων παύταρος δὲ τί γίγνεται ἐδ' ὄντων.
Τοῦ δ' ἀρχαίου οὗτ' ἀρ' τρέπτει χροὺς, οὗτ' ἐτι λίω
Ταρβέει. id est,

*Vertitur ignauī color, euariatq; subinde,
Nec mens certa manet, uerum huc illucq; uacillat,
Ac migrans de corde pedes in utrosq; residit.
Palpitat & ualide cor ei præcordia subter
Fata putati animo, occipiunt quoq; stridere dentes.
Contra forti, nec uariat color, at neq; ualde
Horrescit.*

Ad consilium ne accesseris antequam uoceris.

Μὴ πρότερον εἰς βεβλήω περιέλθῃς, πρὶν ἅν κληθῇς, id est, *Ad consilium ne accesseris, prius quàm uoceris.* Hæc sententia, quæ nunc nomine *Catonis* celebratur, prouerbialis fuisse uidetur, uel *Plutarcho* teste, cuius hæc uerba sunt libro συμποσιακῶν primo: Αἰοπορὸς μὲν ἔνι, ἔφην καὶ παρρησιώδης μενέλαος, εἰς σύμβουλος ἐγένετο μὴ παρρησιαστικῶς. id est, *Ridiculus igitur, inquit, & prouerbio obnoxius Menelaus, siquidem consultor factus est non accersitus. Nisi quis mauult hæc ad illam referre paræmiā:*

Αλλοιοὶ δ' αὖτ' ἀρχαῖον ἐπὶ δ' αὐτὰς ἔνουναι,
quod aliās referemus.

*Iucundissima nauigatio iuxta terram,
ambulatio iuxta mare.*

PLUTARCHVS primo *Symposiakon* libro, ueluti uulgo iactatum citat, Πλοῦς μὲν ἰσχυρὰ γινώσκειται, πρὶν πλοῦς δὲ ὁ παρὰ βεβλήω ἡδίστος. id est, *Nauigatio iuxta terram, rursum ambulatio, quæ fit iuxta mare, iucundissima est.* Recte torquebitur ad eam sententiam, ut dicamus ita demum esse iucundissimum unumquodq; si diuersi generis admixtu temperatum adhibeatur: ueluti

luti si in lufibus nonnihil eruditionis aspergas, rursum, in stultis aliquid ludicrum admisceas. Similimum est huic, quod ex Philoxeno poeta citat idem in commentario quem inscripsit, quomodo sint audiendi poetæ: Τὸν κριὸν τὴν μὴ καὶ ἡδύς ἐστι, καὶ τὸν ἰχθύν τὸν μὴ ἰχθύς. id est, Ex carnibus, quæ carnes non sunt suavitissimæ: item ex piscibus, qui non sunt pisces. Idem philosophia admixta poematis, magis delectat: & poesis admixta philosophiæ, magis capit animum.

Cupidinum crumena porri folio uincta est.

Πράσα φύλλῳ τὸ τῶν ἐρώτων δέδετα βαλάντιον, id est, Porri folio amorum uincta est crumena. Refertur eodem in loco quem modo citauimus, sed præstat ipsius verba subscribere: Ὁ δὲ αὖ τις μάστιγα θαυμάσει, φειδωλὸς ἀνὴρ καὶ μικρόλογος ἐμπόαν τις ἐρώται, καὶ ἀπορῖς πύρ σιδηρεὺς. ἀνέστις καὶ μαλαχέτις, ἀπαλὸς καὶ ὑγρὸς καὶ ἡδύς. ὥς τι τετρί τὸ παρὸν μὴ πᾶν φανέσθαι καλοῖν. ὃ τι περσὺν φύλλῳ τὸ τῶν ἐρώτων δέδετα βαλάντιον, ἐλέχθη δὲ καὶ ὁ τὸν μινδύν τὸ ἐρᾶν ὑμῶν ἐστὶ. ποιεῖ δὲ ἐρμῶς καὶ ὑγρὸς διακινυμῖναι. i. Quodq; vel maxime miretur aliquis, uir parcus & sordidus, simul ac in amorē inciderit, non aliter quàm igni impositum ferrum, fit mollior ac tener, lentus ac suauior, ut non usquequaq; de ridiculum videatur illud, quod ioco populari dicitur, Cupidinum crumenas porri folio uinctas esse. Dicitur est autem ob eā causam, quod amor adsimilis sit ebrietati. Reddit enim calidos & hilares, & effusos. Plutarchus itaq; sentire videtur, prouerbiū alludere ad porri naturam, cuius uis est calefacere, ciere urinam, irritare Venerem, mouere menses, & alium inflare, quemadmodum docet Dioscorides lib. 2. Suidas ostendit hoc adagium dictum de ijs, qui per amorem immoderatos faciunt sumptus, luxuriam, indulgent, quemadmodum solent in comædijs amantes. Plutarchus in libello quem inscripsit ἐρωτικόν, hoc quoq; inter ceteras Cupidinis siue amoris laudes commemorat, quod ē sordido splendidum, ē parco liberalem, ē tristī ciuilem, ē timido audacem reddit hominem. Proinde Cupidinis oculi, porri folio uincti dicuntur, quod facile soluantur, vel quod admodum fragile sit porri folium, vel quod huius genuina uis soluere corpus, ac mouere.

Quem fortuna pinxerit.

Ὁν τύχη μέλανε γράβει, τὸν οὐ πᾶς χρόνος δύναται λυθῆναι, id est, Quem fortuna nigrum scripserit, hunc non inuictum auium candidum reddere potest. hoc est, cui fortuna refragatur, huic quicquid tentauerit, infeliciter cedet. Allusum est ad nigros & albos calculos suffragiorum. Recensetur in collectaneis Apollolij.

Qui mori nolit ante tempus.

Athenæus in sermonibus conuiuialibus, de Sybaritis huiusmodi refert prouerbiū: Ὁ βαλόμενος ἐν συβάρει, μὴ πρὸ μούρας ἀποβῇ, οὐτὶ δαυόμενος ἐπὶ ἀνίσχοντα πένηλλον ὁρᾷ δέ. hoc est, Qui non velit apud Sybaritas ante diem fatalem mori, eum baud oportet solem conspicere, nec occidentem, nec orientem. Hoc ideo vulgo iactatum scribit, quod Sybaritarum ciuitas in humili loco, ac velut in conualle sita fuerit, ut æstatis

tempore mane pariter ac vespere frigus immensum sentirent, meridie intolerandum ardorem. Cicero libro De finibus bonorum secundo, docet idem dictum in quosdam Afotos, cui genti nomen inditum est à luxu vitæ. Nam sub solis occasum erant ebrii, mane steriebant. Columella in proœmio rerum rusticarum, usurpat in ganeones, qui noctes libidinibus & ebrietate, dies somno vel ludo consumunt. Mox deinde, inquit, ut apti veniamus ad ganeas, quotidianam crudelitē Laconicis excoquimus, & ex isto sudore sitim querimus, noctesq; libidinibus & ebrietatibus, dies ludo vel somno consumimus. Ac nos dicimus fortunatos, quod nec orientem solem videmus, nec occidentem.

Barbæ tenus sapientes.

Ἐκ πάγωνος σοφῆς, καὶ ἀπὸ πάγωνος σοφιστῆς, καὶ ἀπὸ πάγωνος φιλόσοφου, id est, Barbæ tenus sapientes, & philosophiæ, & philosophi. Sic appellabantur qui præter barbam & pallium nihil haberent philosophi. Usurpatur aliquoties apud Plutarchum in Symposiacis. Huc allusit Horatius, cum ait:

-Iussit sapientem pascere barbam.

Lucianus item subinde iocatur in philosophorum τὴν βαβὴν πάγωνος, id est, profundam barbam. In Eunuchō Bagoas ait: Si philosophum oporteat ex barba metiri, bircos primam laudem ablaturos. Similiter Martialis,

Propendet mento nec tibi barba minor.

Inter lapides pugnabant, nec lapidem tollere poterant.

Plutarchus quartæ decadis Symposiacæ, 1. problemate: ἰδὼν δὲ τὸ παιδίον ἄμα τῷ φίλῳ τὸν νῆον ἀπὸ τοῦ χρωματός, ἔχον δὲ μινδύνος δόμον, ὥς ἡρᾶ κλεις ἐφῆ, τὸ οὗτο ἄρα ἦν τὸ λεγόμενον, Ἐν δὲ λίθαις ἐμπαχόντο, λίτον δ' οὐκ ἦν ἀνελίδου. id est, Vbi vero videret ministrum puerum unā cum Philone, utentem pane, neq; præterea quicquam requirerentem: Παρὰ, inquit, hoc nimirum erat illud, quod vulgo dici solet,

Pugna erat in saxis, neq; saxum tollere quibant. Apparet dictum in eos, qui præsentī commodo nō fruuntur, vel ob ignauiam, vel ob peruersam de rebus opinionem, ut qui uel saxum grauentur ex acervo tollere, quo repellant aduersarium. Refertur idem carmen apud Athenæum libro decimo, & aliud subiicit, ueluti consimilis sententiæ,

Διψῶ δ' ἐξόλωτο, ὕδωρ δ' ὑπερῷ χιμῆϊς. id est, Deperire siti, superante ad libra liquore.

Pisces repositus.

Ἀποκείμενος ἰχθύς, id est, Repositus piscis, in prouerbiū abiisse videtur, aduersus eos, qui nihil seruant in posterum. Nam pisces olim in deliciis erant. Et prudentis est, ē cibis semper aliquid habere sepositum, quo subitum excipiat hospitem: nec Achillem Homericum imitari, ad quem cum accedunt oratores, aut Priamus, domum inanem ac famelicam offendunt. Videtur autem sic efferendum adagium: Τὸν ἀποκείμενον ἰχθύν, ὃ δέ ἐστι τὸ μίσθνελλειν. id est, Piscem repositum non oportet in medium retrahere. Plutarchus in Symposiacis, Εἰδὼ δὲ μάλα σὺν ἰκθύνῳ δὲ ἐπὶ ποταμῷ τῷ ἐκ τῆς παρομβίας ἀποκείμενον ἰχθύν, ὃς ἔχῃ ἐλκόμενον εἰς μίσθον μετὰ τὴν νέαν ὁρμῆν.

πυθαγόρειος ἰδὲ τοῖς ἰδὲ ἰδὲ, id est, At ego ridens: quin illum, inquam, de quo prouerbum fertur, repositum piscem, qui in medium non trahitur una cum chœnice Phithagorica. Licebit accommodare ad sermonem, aut fabulam, per se non admodum uenustam, quæ tamen iteretur non sine tadio. Conueniet in parcum ac de crastino sollicitum.

Non est eiusdem, & multa, & opportuna dicere.

Χαλεπὸν τὸ εἶναι πᾶσι καὶ τὸ καλεῖσθαι, id est, Scienza sunt hæc, multa & apta dicere. Senarius prouerbij vice celebratus, admonet vitandam multiloquentiam, quod ferè labi necesse sit, quisquis multum loqui conetur.

Psaphonis aues.

Τὰ ψαφὸν ἄνθρωποι, id est, Psaphonis aues. Vbi quis noua quam artem famam captat, ut cum aliquis subornat, à quibus laudetur. eisq; veluti dictat encomia, quibus apud vulgus celebrari velit. Narrant in Libya fuisse quendam nomine Psaphonem, qui diuinitatis opinionem affectans, quam plurimas aues cepit vocales, & humani sermonis dociles: eas sonare docuit hæc verba, Μὴ, αὐτὸς, ἰδὲ, ἰδὲ, id est, Magnus deus Psaphon: atq; ita doctas emisit in montes. At illæ quæ didicerant, caneant: ac reliquas item aues sonare hoc docebant. Porro Libes cum ignorarent commentum, credentes id diuinitus accidere, Psaphoni rem diuinam facere instituerunt, ipsumq; in deorum numerum retulerunt. Prouerbum in collectaneis Apostoli reperitur.

Aut regem, aut fatuum nasci oportere.

ANNEVS Seneca, vir amœnissimi, ut Tacitus ait, ingenij, quod quidem ex eo liquet libello ludicro, quem scripsit in Claudium Cæsarem huiusmodi refert adagiū, in eo de quo modo diximus opusculo, Aut regem, aut fatuum nasci oportet. Sed præstat illud ipsius uerbis ascribere: Ego, inquit, scio me liberum factum, ex quo suum diem obiit ille, qui uerum prouerbum fecerat, aut regem aut fatuum nasci oportere. Rursum in eodem libello: Occidit in una domo Crassum Magnum, Scriboniam, Bassianam, Affarios, nobiles tamen. Crassum uero tam fatuum, ut etiam regnare posset. Iterum alio in loco obscurius quidem, sed tamen eodem allusit carmine.

Abruptis stolidæ regalia tempora uitæ.

Proinde primum omnium, principis animus omnibus erroribus liberandus est, ut perspiciat, quid uere honestum, quid uere gloriosum, quid uere, magnificum. Deinde instillandum turpitudinis odium, & amor honesti, quo uidelicet perspiciat, quid principem deceat, & nihil appetat, nisi quod sit bono ac salutari principe dignum. Ut honestum ubi sit videat, & hoc uno metiatur omnia, nec unquam ab hoc aberrat scopo. Atq; hanc vocant sapientiam, qua necesse est, ut princeps tanto ceteros antecellat mortales, quanto dignitate, opibus, ornatu, potentiaq; antecedit. Eo spectat, quod Aegyptij simulacrum principis ita representabant, ut oculum pingerent, cum sceptrum. Nimirum quod ocu-

lus in corpore, id uerus princeps in re publica. Quod sol in cælo, id princeps in populo. Sol oculus mundi, princeps oculus multitudinis. Quod animis in homine, id princeps in ciuitate. Animus sapit, corpus obtemperat. Et imperat quidem animus corpori, sed corporis bono: nec sibi gerit regnū ueluti tyrannus, sed ei cui præsidet. Deniq; dei moderantis uniuersa, salutaris princeps uiuam imaginem refert. Atq; eo magnificentior est princeps, quo propius ad archetypum sui formam accessit. Deus nihil non perspicit, nihil non sentit, nullis corrumpitur affectibus. Ita potentissimus est, ut idem sit optimus. Omnibus benefacit, etiam indignis. Sed ea res si minus imitari potest, proximum tamen erat, diligenti instantione succurrere: & si non licet idoneum imperio deligere, enitendum est, ut idoneum imperio faciamus eum, quencumque fortuna nobis dedit. Videmus qua sollicitudine, qua cura, qua vigilantia paterfamilias educat puerum, unius fundi dominum futurum. Quanto igitur maiori cura instituendus est is, qui uel magno omnium bono futurus sit bonus, aut magno omnium exitio malus, & de cuius unius nutu salus aut perniciēs pendebit orbis? Hic nobis iam tum infantulis adhibendus erat artifex quispiam egregius. Non enim recte fingitur princeps, nisi cum se nondum intelligit esse principem. Statim asciscendus formator, in quo deligendo conueniet & hoc esse diligentiores, quod principem instituere licet. Hic in pectusculum adhuc uacuum ac sequax instillet opiniones principe dignas, muniat optimis de honesto decretis: ostendat discrimen veri principis ac tyranni: subiiciat oculis, quam deo propinqua res est salutaris rex, quam tetra bellua, quamq; abominanda tyrannus. Admoncat eum, qui sibi gerit imperium, non Reipub. prædonem esse, non principem; nihil inuere inter piratas & principes piratarum animo præditos, nisi quod hi, quo sunt potentiores, hoc maiorem adferunt perniciem rebus humanis. Inculcet, quam multis hominum milibus, imò quam uniuerso mundo prodesse queat, si is unum sapientem ac bonum præstiterit virum. Ad hoc ut princeps sit aliquis, non satis esse natum fuisse, non satis esse uetustis imagines, non sceptrum, non diadema. Animus sapientia præcellens, animus pro publica incolumitate semper sollicitus, & nihil spectans, nisi commune bonum, principem facit. Præmoncat, ne se uel applausibus stultæ plebeculæ, uel adulatorum laudibus metiatur. Ne quid agat impulsu odij, amoris, iræ, aut ullius affectus instinctu. In creandis magistratibus, in condendis legibus, in ceteris munij; unicum tantum spectet scopum, nempe honestum, & publicam utilitatem. Non satis esse, si ipse nemini faciat iniuriam, officialium quoq; suorum integritatem præstandam esse principi. Doceat, ut ad benemerendum de bonis sit propensissimus, ad ignoscendum facilis, ad puniendum non aliter accedat, quam amicus medicus, membrum deploratum amputaturus, aut iniustus: ut omnia studiose vitet, unde perspiciat reipublicæ magnum malum fore. Hæc atq; huiusmodi decreta, sunt animo puerili, sapientum apophthegmatis & laudatorum principum exemplis infingenda: sed iam ad rem redeamus. Dictum est igitur: Aut fatuum, aut regem nasci oportere, quod huiusmodi ferme fuerint

vint barbari reges apud veteres .

Minutula pluuiā imbrem parit .

Τινὰς δὲ οὐβρὺν κινῶνται, id est, Minutæ guttulæ imbrē parientes . Quoties res initio pusilla crescit in maius . Quemadmodum apud Plautum in Menelmis :
Nunc in te cadunt folia, post cadent arbores .
Quare in minutis vigilandum, ne paulatim incidamus in maxima incommoda, admonente prouerbiali senario :

Εἰ μὴ φύλασσῃς μικρὰ πολλὰς πρὸς μείζονα, id est,

Maiora perdes, parua ni seruaueris .

Est enim psecas tenuis irroratio, qualem reddunt & nebula densiores .

Citra vinum temulentia .

Διὶς μὲν, id est, Ebrietas absq; vino . Theophrastus, ut testatur in Sympotiacis Plutarchus τὰ κεραία ἀκινῶν μέθῃ καλῶν, id est, Tonsistras ebrietatem absq; vino vocabat . Propterea quod illic desidentes, sermonibus ita temulenti redderentur, ut non aliter essutirent quicquid esset in animo, quam inter pocula solēt ebrii, voces interdum per temulentiam essutientes per iugulum, ut ait Plinius, redituras . Horatius insipientiam ebrietatem appellat : Fortunāq; dulci ebria . Vulgo panariam ebrietatem appellant arrogantiam, licentiamq; morum, quæ secundis rebus comes esse consuevit . Et est hac quidem non paulo periculosior illa quæ vinum adduxit . Siquidem vini essus pauculis horis, aut etiam somno deseruescit : hac multis in annis usq; vitam durare consuevit .

Palmam ferre .

Palmam ferre, & palmam tribuere, & palmam præcipere, & his consimiles orationes, tametsi propter frequentem usum simplices esse videantur, tamen prouerbiali schemate dictæ sunt . Neq; enim palma per se victoriam significat, sed arborem ἡ πεδὸς φύλλον, id est, perpetuo virentem frondibus, quam Græci φαινὴα vocant . Cur autem ab hac potissimum sumpta sit metaphorā, illud arbitramur in causa fuisse, quod quemadmodum in conuiuijs questionibus refert Plutarchus, hæc vna fuerit communis omnium sacrorum certaminum corona, cum alioqui singuli ludi peculiares quasdam arbores aut herbas haberent, quibus victores insigniebantur : veluti laurum, oleam, myrtum, apium . Præterea sunt qui putent hanc arborem initio Phæbo sacram fuisse aut laurum, & antiquissimū victoris insigne fuisse palmam, non aliam quampiam arborem . Quamobrem autem hæc arbor potissimum delecta sit ad eū usum ab antiquis, A. Gellius causam reddit libro Noctium Atticarum tertio, capite sexto, scribens arbori palmæ peculiare quiddam inesse, quod cum ingenio fortium virorum conueniat . Nam si super eius, inquit, lignum magna pondera imponas, ac tam grauiter vrgeas oneresq; ut magnitudo oneris sustineri non queat, non deorsum palma cedit, nec infra flectitur, sed aduersus pondus resurgit, & sursum nititur, recuruatq; huiusq; tā stupēdæ rei citat autores, Aristotelem in 7. Problematū libro, & Plutarchū in octauo Sympotiacorum . Et Plutarchi quidem uerba super hac re reperi in eo quem Gellius citat libro Quinti-

κας ὅφ' ἐν ἑλόν, αἰ ἀλώεσθαι, ἐπὶ τοῖς βαρυνήσεσσι, & κ' αὖθις βόμῳ, οὗ δὲ δώσω, & ἅλ' κ' ἐν τῷ περὶ τέχνης τῶν ὀλίγων αἰτίας μετὰ τὴν βία (οὐκ ἔστιν) . Τὸν δὲ καὶ περὶ τὸν ἀδελφικὸν ἀγῶνα ἐστὶ, πρὸς μὴ ὅτι ἀδελφία καὶ μάχης ἰσότηας αὐτοῖς πειρᾶται καὶ μέγας, οἱ δὲ ἐξ ὁμοιότητος ὑπομένοντες τὴν ἀσκήσιν, & μόνον τοῖς σωμασιν, & ἅλ' καὶ τοῖς φρονήμασιν ἐκείρονται καὶ αὐτῶν γὰρ, id est, Nā palma lignum, si superimposito pōdere grauiter premas, haud deflebitur deorsum, verum in contrarium curuatur : perinde quasi resistens oneri vim facienti . Hoc ipsum sanè accidit & in certaminibus athletarum . Etenim qui per imbecillitatem animiq; molliem cedūt illis, eos premendo defleunt . At qui fortiter in eo studio perdurant, hi non modo corporis robore, verū & animi prudentia prouehuntur atq; augentur . Idem affirmat Plinius libro 16. capite 42. Pondus, inquit, sustinere validæ, abies, latrīx, etiā in transuersum posita . Robur, olea incuruantur ceduntq; ponderi, illæ renituntur : nec temere rumpuntur, priusq; carie quā viribus deficiunt . Et palma arborum valida, in diuersum enim curuatur . At populus contra omnia inferiora pandatur : palma è contrario fornicatur . Idē affirmat Theophrastus libro de Plantis quinto . Hoc virilis animi robur, cum palmæ genuina u congruens, Vergilius scite descripsit, cum ait :

Tū ne cede malis, sed contrā audentior ito,

Quā tua te fortuna sinet .

Nec abhorret hinc Horatianum illud :

Duris ut illex tonsa bipennibus

Nigræ seraci frondis in Alcido

Per damna, per cedes, ab ipso

Ducit opes animūq; ferro .

Non hydra secto corpore firmior

Vinci dolentem creuit in Herculem,

Monstrum ue summisere Colchi

Maius, Echionæ ue Thebæ

Merces profundo, pulchrior euenit .

Luctere, multa prouet integram

Cum laude victorem, geretq;

Prælia coniugibus loquenda .

Relinque quippiam & Medis .

Λεπέτι καὶ μέδοις, id est, Reliquiam facito aliquid & Medis . Prouerbialis iocus in eos, qui ex conuiuio nihil reliqui faciunt, aut qui facultates uniuersas abligunt . Plutarchus in Sympotiacis : Ἡμῖν μὲν δ' ἐν τοῖς βασιτικῇ τῷ Λεπέτι καὶ μέδοις, ἡ δὲ συμποτικῇ ἐστὶ, ἢ αὐτῶν μὲν τῶν φανερῶν καὶ τῶν ἐν τῇ βασιτικῇ ἀγῶνι καὶ φερόντων ἐν τῇ τρυφῇ . Nobis quidē Bæotis illud in ore est : Relinque quippiā & Medis . Ex quo Medi & Phocidæ ipsam, & extremos Bæotiæ terminos incurfarunt, omnia uexantes miscētesq; populationibus . Subiicit aut, quod est nūgo hodie diffinitat : Λεπέτι καὶ μέδοις ἐπὶ πλεονεξίῃ, Relinquit quippiā & hospitibus aduēturi . Adagiū ad uarios usus trahi potest, aut per ironiam, ut si dicas diuiti, indignis & sumptuosis heredibus suas opes destinātū relinquare, Relinque quippiam & Medis, hoc est, cōparce tu quod dissipent ἢ qui tibi male volunt, aut inmodicē profuso, aut intemperantius garrulo, quemadmodū in Phormione Terentius : Parce sodes, ut possis cū illa .

Deorum manus .

Θεῶν χεῖρες, id est, Deorum manus . Olim per ironiam dice-

dicebantur efficacia illa pharmaea, quæ plurimis ex rebus & è longinquo petitis conficiuntur: quibus hodie tum medici, tum pharmacopola vulgo faciunt imposturam. Plutarchus quarta decade τὸν συμποσικόν, simul & prouerbum refert, & Erasistratum citat, huiusmodi medicorum mixturas improbantem: Ἀλλὰ ποῦ μὲν ἄνδρ' ἐν μὲν ὅτις πρὸ βασιλικῆς καὶ ἀλφειῆς ἀσφαλῆς καὶ ἐκείνης δυνάμεις, ἅς ἐν χεῖρας ὁ νόμος ἔρασις, πρὸς δὲ ἐλπίχ' ἔτι καὶ τὸν ἰατρὸν καὶ τὸν ὁρίαν, οὐδ' ἔτι καὶ καὶ βρογχίαν, καὶ ἐντοχίαν, καὶ τὸν ἀπὸ γῆς, καὶ ἐκ αἵματος, καὶ τὸν αὐτὸν συγκεκρυμένον, καλὸν ὅτι ταῦτο ἐκ σπανταῶν πρὸς ἀνὴρ καὶ σκευὴ καὶ ὑφ' ἑλπίαν τὸ ἰατρικὸν ἀπολατύνει. Ἀλλὰ νῦν δὲ τὸ τοιαῦτον ἔχει καὶ γὰρ οὐδὲν τὸν ἔτι. id est, Quin multo magis cum regales illas & efficaces variorum remedium mixturas conficiunt, quas deorum manus appellarunt. Erasistratus autem coarguit absurditatem & curiositatem eorum, qui simul et metallica & herbaria, & serina, quæq; terra gignit, quæq; mare, in unum commiscuerit. At bene haberet, si his omissis in pistana et cucurbita, et bydrelæo medicæ diartē finissent. Verū per Iouem ipsa rerum varietas imponit nobis, & appetentiam illicit. Hæftenus Plutarchus. Meminit huius adagii Galenus, tractatu 6. citans ex Erophilo. Libet obiter et C. Plinij verba hoc loco subscribere, quibus medicorum mixturas taxat. Ea sunt in præfatione libri 24. Hinc, inquit, nata medicina. Hæc sola naturæ placuerat esse remedia, parata vulgo, inuentu facilia, ac sine impendio, ex quibus viuimus. Postea fraudes hominum, & ingeniorum captiua, officinas inuenere istas, in quibus sua cuiq; homini venalis promittitur vita. Statim compositiones & mixtura inexplicabiles decantantur. Arabia atque India in remedio æstimantur. Hæc, paruo medicinæ à rubro mari imputatur, cum remedia vera quotidie pauperimus quisque cœnet. Nam si ex horto aut petatur herba, uel fructus queratur, nulla artium vilior fiet. Hæftenus Plinius.

Quot homines, tot sententiæ.

NIHIL vel hodie vulgo tritius est quàm hæc Terentiana sententia: Quot homines, tot sententiæ. Cui similis est apud eundem & illa: Suis cuiq; mos est. Per seius item.

Mille hominum species, & rerum discolor usus.

Velle suum cuiq; est, nec uoto uiuitur uno.

Eodem pertinet & illud epigrammaticum, quo dictū est, inueniri qui non recusent agris paternis cedere: qui velit ingenio cedere, reperiri neminem. Horatius de-centissimam addidit allegoriam.

Tres mihi conuiua propè dissentire videntur,

Poscentes vario multum diuersa palato.

Idem primam omnium Odam huius argumento sententiæ cōscripsit, aliis studiis alios duci, aliis alia cordi esse. Alludit facetissime Terentius in Phormione, cū è tribus aduocatis primus ait, secundus negat, tertius deliberandum censet. Eam sententiam Euripides in Phœnissis latius explicuit:

Εἰ ποτὶ τικυτὸ καλὸν εἶναι, σοφὸν δ' ἄμα,

Οὐκ ἂν αὖ ἀμφίλοπος ἀνθρώποις.

Διὰ δ' ἔδ' ὁμοίων εἶναι ἑτ' ἴσον βροτοῖς

Ἄλλ' ὁμοῦ αἰετὶ τὸ δ' ἔργον ἔκ' ἐστὶ τὸ δ'. id est,

Cunctis idem si pulchrum & egregium foret,

Nulla esset anceps hominibus contentio.

At nunc simile nil, nil idem mortalibus:

Nisi verba forsitan inter istos concinunt,

At re tamen falsisq; conuenit nihil.

Idem in Hippolyto coronato:

Ἀλλοὶ σὺν αὖ ἄλλος ἐστὶν πρὸς ἀνθρώπων οὐ μέλει. id est,

Hic his, hic illis, & homo cordi est & deus.

Huc respexit Homerus in Odyssææ.

Ἀλλος ὅς τ' αὖ ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπὶ πρὸς πᾶσι ἔργοις. id est,

Namq; aliis aliæ res arridentq; placentq;.

Eum ausculta, cui quatuor sunt aures.

INTER Græcicorum prouerbiorum collectanea refertur: & καὶ τὸν πᾶσι ἄνδρα ἔχοντα, id est, Eum ausculta cui quatuor sunt aures. Huius adagionis, huiusmodi quoddam interpretamentum adfert Zenodotus: Oraculo quondam fuisse responsum Entimio Cretensi & Antiphemo Rhodiensi, ut eum obseruarent, cui quatuor essent aures. Is autem erat prædo quidā Phœnix, quem cauendum esse monebat oraculum. Porro quod quatuor aures habere dictus est, non satis liquet, verè ne habuerit, an per allegoriam sit accipendum, quod quatuor locis exploratores haberet dispositos: Verum illi cum de: responsum tanquam ridiculū negligerent, in prædonem inciderunt, atque ab eo sunt extincti: Itaque ex hoc euentu vulgo natam esse paræmiā existimant. Sed nobis magis arridet, quod idē ex Aristophane grammatico refert, Lacedæmonios Apollinis simulacrum ita solere fingere, ut quatuor haberet aures, & manus totidem: vel quod, ut auctor est Sosibius, hac figura visus sit illis apud Amyclas pugnantibus: vel significantes, ut conuicimus, viro prudenti res quàm plurimas tum audiendas esse, tum vsu vitæ periclitandas. Porro creditum est antiquitus, nulla oracula fuisse certiora quàm Apollinis. Vnde iactatum etiam illud: τὸν ἰατρὸν ὁδός. Atque ita monet prouerbum, audiendos esse illos qui diuturno complurium rerum vsu præ ceteris sapiunt, ita ut serè faciunt senes. Vnde & apud Homerum laudatur Nestoris oratio, tanquam omnium auctu dignissima, & in Odyssææ secundo libro, Aegyptiā heros senem primo loco loquentem facit:

Ὅς δ' ἔτι γὰρ καὶ κυφὸς ἔλω, καὶ μυρὶν ἡ δὴ. id est,

Qui iam incuruus erat senio, sed plurima norat.

Eodem spectauit Euripides in Phœnissis, ad quem locum alludit Lucianus in Hercule Gallico,

Ὁ τῶνον ἔχ' ἄρα τὸν γῆρα κακὸν

Επὶ κλίβανον πρὸς εἰς, αὖ δ' ἡμπερίε

Ἐχ' ἡμπερίε τὸν ἰὼν σοφὸν πρὸν.

Verba sunt Iocastæ iam anus ad Eteoclem adulescentem filium. Ea nos sic uertimus:

O gnate Eteocles, cuncta nequaquam mala

Adsint senectæ: nam per experientiam

Vsq; rerum dicere, haud nihil, rudi

Potest iuuenta melius, ac prudentius.

Idem nunc vulgus nostratum effert, sub sordida quidem, sed tamen apta metaphora, cum aiunt: Prospectandum vetulo latrante cane: hoc est, nequaquam negligendum quoties senes periculum cauendum admonent. Canes enim uetuli non latrant temere, quemadmodum iuuentuli.

f Semper

Semper feliciter cadunt
Iouis taxilli.

Αὐτῶν δὲ πῶς πῶσιν οἱ θεοὶ τοῖς ἀνθρώποις.

id est,

Semper cadunt feliciter tali Iouis.

Senarius est prouerbio celebratus, diciq; solitus in eos quibus res omnes perpetuo quodam fortunæ fauore, ex animi sententia cederent. Apparet translatum a talo rum iactu, ubi fortassis antiquitus obseruatum est, Iouis talos feliciores esse. Nam mos erat iactibus alea- rum, omnis causa Deorum, aut hominum nomina præ fari. Unde & Veneris iactus inter felices numeratur, vel prouerbio teste: Si sæpe iacies, aliquando Venerē iacies. Nisi malum us ad Iouis victoriam, Iunonis, vi- ctiæ fabulam referre. Sunt qui putent quadrare in eos, qui factis suis dignas pœnas dependerint, quasi Ioue non finente culpam inultam. Sed videtur non ab surde dici posse & in viros fortunatos ac præpoten- tes, quorum etiam parum recte factis applauditur, at- testante versus prouerbiali:

Ὡς δὲ δὴ πῶς πῶσιν αἱ λαμπρὰ τῶν καλῶν id est,

Quàm facile semper res cadunt potentium.

Ab hac sententia non abhorret illud Euripidis in tra- gœdia, cui titulus Phœnissæ:

Ὡς δὲ δὴ πῶς πῶσιν αἱ λαμπρὰ τῶν καλῶν.

id est,

Sunt cuncta diis proclina.

Tum illud Homero frequens: Ὡς δὲ δὴ πῶς πῶσιν αἱ λαμπρὰ τῶν καλῶν. id est Cælestes omnia possunt.

Thessalorum commentum.

Θεσσαλὸν σόφισμα, id est, Thessalorum commentum, va- rias ad res accommodari scribit Suidas: tum ad eos qui in acie locum deserunt: tum ad illos qui cultu delicatio re utuntur: tum ad hos qui dolis quem piam circum- ueniunt. Natum autem arbitrantur ex huiusmodi qua- piam historia: Arato Thessalo cuidam oraculo respon- sum est caueret ne clanculum vinceretur ab eis qui ma- iore splendidioreq; voto oraculum aduersus ipsum am- birent. Quod ille simulatq; audiuit, votum nuncupat, se centum hominum capita Deo sacrificaturum. Dein- de postea quàm ea quorum gratia venerat, ex animi sententia confecisset, votum ac sacrum persolvere sine fine cunctabatur, tanquam neq; pium satis, neq; dignū Apolline. Quia quidem ex re natum aiunt, ut postea quotannis hecatomben ei Deo polliceri sint soliti: neq; reddere tamen quod essent polliciti. Thessalorum frau- dulentiam notat & Euripides in Phœnissis:

Καὶ πῶς γὰρ αὖτις τοῖς θεοῖς τὸ θεσσαλὸν

Εἰσὶν αὖτις τὸ σόφισμα ὁμιλίᾳ χθονός. id est,

At sentiens hoc Eteocles, mox Thessalam

Adhibuit artem, gentis ob commercium. Idē alibi:

Ὡς δὲ δὴ πῶς πῶσιν αἱ λαμπρὰ τῶν καλῶν. id est,

Multus quidem aderat, lubrica tamen fide

Grex Thessalorum.

Idem declarat Demosthenes in Olynthiaca prima: Εἰ- τα τὰ τῶν θεσσαλῶν, τὰ πῶς πῶσιν αἱ λαμπρὰ τῶν καλῶν. id est, Accedunt, inquit, ad hæc res Thessalorum, quæ profecto cunctis quoq; mortali- bus natura, semperq; infida fuerunt. A quibusdam sic refertur hoc adagium: αἱ δὲ τὰ τῶν θεσσαλῶν ἀπιστία. id est, Semper enim res Thessalorum infida. Aristopha- nis enarrator ab Iasone natum prouerbium existimat,

q; is Medea promissam fidē soluerit, qd quidem illa illi exprobrat apud Ouidiū in Heroidū epistolis. Prouerbij meminit & is qui fragmenta nobis Athenæi tradidit.

Thessalorum alæ.

Θεσσαλὴ πτέρυξ, id est, Alæ Thessalicae. Prouerbiali io- co quondam dicebatur in vestes manicatas, quas Græ- ci χειρὸς τοῦς vocant: quod hoc genere per luxum ac delicias uterentur Thessali. Apud Maronem hoc ami- ctus genus tanquam parum virile, Troianis ab hosti- bus opprobratur.

Et tunica manicata, & habent redimicula mitra.

Et apud Plautum quidam cultu Punico, velut anis exo- tica, ridetur propter manicatas, aut angulos alarum in- star, utrinq; propendentes atque extantes.

Thessala mulier.

Θεσσαλὴ γυνή, id est, Thessalica mulier. In veneficiis, malarumq; peritis artium dici solitum. Propterea q; ea gens præter ceteras hoc nomine notata est, id quod ex Apuleiano Asino pluribusq; scriptoribus aliis satis liquet. Unde Horatius in Odis:

Quæ saga, quis te solvere Thessalis

Magus venenis, quis poterit Deus?

Plautus in Amphitryone veneficum appellat Thessalum.

Et Strepsiades apud Aristophanem in Nubibus consu- lit Socratem, an adhibenda sit Thessala incantatrix, quæ lunam cælo detrahat, quo minus in Neomenia co- gatur as alienum reddere. Eam superstitionem in The- ssalos à Medea profectam existimant, quæ cum illac su- geret, per aerem vestis scriniolum veneficiis ac magi- cis herbis plenum deiecerit, eaq; sparsa suppullulasse. Quin & Plinius libri trigesimali cap. 1. docet, magiam ad Thessalos vsq; propagatā, diu ab ea gente cognomē obtinuisse, adeo ut Menander quoque literarum subtili- tatibus peritus, Thessalam cognominari fabulam, cō- plexam ambages sœminarum detrahentium lunam.

Feras non culpes, quod vitari
non potest.

A. GELLIVS scribit Publij Mimi sententiis aliquot ad communem sermonem accommodatissimas vulgo circumferri solitas, e quibus hæc una est, quouis philo- sophorum dogmate salubrior: Feras non culpes, quod vitari non potest. Quibus verbis admonemur, ut ma- la fatalia quæ nulla ratione possint neque declinari, ne- que propelli, saltem animi æquitate leniantur. Nec aliud, tametsi verbis aliis, docet Euripides in Phœnis- sis, cum ait:

Δὲ φέρειν τὰ τῶν θεῶν.

id est,

Toleranda fata numinum.

Idem in eiusdem tragœdia calce:

Τὰς δὲ θεῶν ἀνάγκας ὅντων ὄντα δεῖ φέρειν. i.

Quippe mortalem necesse est ferre fata numinum,

Homerus Odysseæ lib. 9.

Νέσον γ' ἔπως εἰς ὅς με μέλας ἀλέαδαι. id est,

Nulli fas vitare malum ex Ioue rege profectum.

Huc pertinet & illud scitum Varronis dictum: Vxo- ris vitium aut tollendum esse, aut ferendum. Item ada- gium quod suo dicemus loco: Μὴ πρὸς κίντην λακτίζειν. id est, Ne contra stimulum calcitres.

Sursum

Καὶ τῶν καλῶν μὲν ὅς τις ἀπολαύων εἶται,
 Συμπλήν δὲ τοῖς τράισιν δυσυχέσιν, ἔ. id est,
 Cui res secunda, huic nauiganti quilibet
 Comes ire querit, non item infelicibus.
 Huc pertinet, quod Aristoteles lib. Moralium Eudemio-
 rum 7. prouerbum dictum ostendit, χρόνον δεικνύναι τὴν
 φιλομεν. id est, Tempus indicare quis vere amet.
 Tempestas enim arguit amicitiam, ac fucatos illos ami-
 cos detegit.

Amico amicus.

Quod est apud Terentium in Phormione: Solus est ho-
 mo amico amicus: Donatus indicat esse paræmiam, at
 que ita legi apud Apollodorum, cuius utiq; Phormio
 Græca est: Μόνος ἐπιστάται φίλων τὰς φίλας. id est, Solus
 nouit diligere amicos. Aristoph. apud Athenæum.

Ἀλλ' ἔστιν μέγα
 Τὸν σκόμματα μοι, πῶν φίλων ἔστιν φίλος
 Ἐργοισι χρόνος, ἔ. λόγοις ἔγω μόνος. id est,
 - At nil moror differia,
 Amico amicus cum siem, factis: neque
 Verbis modo prodesse propositum mihi,
 Sed re simul factisq;.

Ipsa figura prouerbum præ se fert, quemadmodum
 initio demonstrauimus. Quadrabit in eos qui nullum of-
 ficium refugium, modo gratum faciant amicis. Huic
 affine videtur illud Euripidis in Medea:

Βαρεῖα ἔχρηται καὶ φίλοιςιν δούλῳ. id est,
 Beneuolam amicis, rursus asperam hostibus.

Theocritus in Aita,

Ἀλλὰς δ' ἐφίλωνται ἰσὼν ὅς τις ἀπὸ τῆς ἡσυχίας
 Χρόνοςοι πέλας αὐτοῖς, οὐκ ἀντιφίλοντες οὐ φιλοῦντες. ἔ.
 Par amor ambobus, mortales aurei olim
 Viuebant, tum cum redamabat amatus amantem.
 Aristoteles apud Laertium crebro solitus est dicere,
 ὅ φίλοι, φίλος ἔστις, significans veram amicitiam interis
 se inter mortales.

Muneribus vel dii capiuntur.

Quod scripsit Ouidius:

Munera crede mihi capiunt hominesq; deosq;
 Placatur donis Iuppiter ipse datis.
 Euripides in Medea, vulgi sermone fuisse celebratum
 ostendit, cum ait:
 Πύθων δ' ὄρεα καὶ ἐκείνους λόγους.
 Χρυσὸς δὲ καὶ ἀργὸν μύριον λόγους βροτοῖς. id est,
 Donis vel ipsos diffidunt flecti deos.
 Certe inter homines, mille dictis luteum
 Præpollet aurum prorsus ac præponderat.
 Celebratur & hic versiculus, quem etiam usurpauit
 Plato libro tertio Politia,
 Δόρα ἐκείνους καὶ αὐτοῖς βασιλῆας. id est,
 Cum diuīs flectunt venerandos munera reges.
 Vnde Seneca philosophi cuiusdam apophthegma refe-
 rens ait: Omnium esse dulcissimum accipere.

Manum de tabula.

M. TULLIUS in epistola quadam: Hæus tu manum
 de tabula. Magister adest citius quàm putaramus. Vi-
 detur autem hac prouerbiali figura, manum de tabu-
 la admonuisse, ut desisteret à scribendis differiis. Allu-
 sum autem apparet ad Apellis nobilissimi pictoris di-

Etum: qui cum Protogenis opus immensi laboris ac cu-
 ra supra modum anxie miraretur, ait omnia sibi cum
 illo paria esse, aut illi meliora, sed vno se præstare, quod
 manum ille de tabula nesciret tollere, memorabili præ-
 cepto, nocere sæpe nimiam diligentiam. Hæc Plinius
 libro 35. cap. 10. Proinde si quando admonerimus, ut
 recedat aliquis ab opere negotiis, quod in manibus
 habet, iubebimus illum manum de tabula tollere. Pec-
 ciliariet autem conueniet in quosdam scriptores plus
 satis accuratos, & morose cuiusdam diligentia, qui si
 ne fine premunt suas lucubrationes, semper aliquid
 addentes, adimentes, immutantes.

Emere malo quàm rogare.

M. TULLIUS in Verrinis actionibus adagij vice ci-
 tat, Emere malo quàm rogare. Quo significatum est,
 haudquaquam gratis accipi quod precibus emittitur, in
 nihil emi carius quàm quod roganti datur. Durum. n.
 illud verbum ingenuis animis Rogo, nec inter amicos
 unquam expectandum, autore Seneca. Translatum à
 veterum consuetudine, qua vicinus à vicino supellec-
 tem commodato rogabat, quam ipse forte domi non
 habebat. Hunc autem morem antiquitus fuisse ex
 Plauti tum Aulularia, tum Rudentibus licet cognosce-
 re. L. Apuleius in Floridis: Neque enim leui mercede
 emit qui precatur: aut paruum precium accipit qui
 rogatur, adeo ut omnia utensilia emere potius velis
 quàm rogare: Idem innuit, obscurius quidem, sed ele-
 ganter Græcis celebratum prouerbum, quod alio ved-
 demus loco, ὅχρη τὸ πρὸς ἑὸν ἔχει, ἐπὶ πλείονος δὲ τὸ χρὴ
 τε. id est, Preccare vicino ut habeat, magis autem ol-
 le. Significat autem, optandum quidem, ut viciniam
 habeas locupletem, à quo queas utendum sumere,
 quod ipse domi non habes, verum multo satius esse, te
 ipsum domi possidere, quicquid postulat vitæ usus.

Manum non verterim. Digitum non porrexerim.

PROVERBIALIS hyperbole, Manum nō verterim,
 pro eo quod est, nihil omnino laboro, aut mea nihil re-
 fert. Nihil enim facilius quàm manum vertere. Ex-
 tat præter alios apud Apuleium in Apologia magis:
 Quid de me, inquit, Mezentius sentiat, manum non
 verterim. Item Cicero libro quinto De finibus: Ne ma-
 num quidem versuros fuisse. Idem eius operis libro
 3. Chrysippus quidem & Diogenes de re tracta utilitate,
 ne digitum quidem eius causa porrigendum esse dice-
 bant, quibus ego vehementer assentior. Agit illic de
 gloria siue bona fama, quæ sit omnino contemnenda, si
 nihil adferat utilitatis, iuxta illud è Satyra,

Gloria quantalibet, quid crit, si gloria tantum est?
 De pollice verso diximus alibi. Quintilianus lib. 11.
 scribit, manuum gestus tantum habere momenti in pro-
 nunciatione, ut propemodū velut altera lingua pro om-
 nibus verbis loquatur. Sed admirationi proprie. cōue-
 nit ille gestus, quo manus modice supinata, ac per singu-
 los à minimo collecta digito, redeunte flexu simul expli-
 cat atq; cōuertit. Interrogationi cōgruit ille, cū verti-
 mus manū, utcūq; cōposita ē. Quin et hodie manū ere-
 ctā inuertimus, quoties discrimē minimū significamus.
 In sermone quē modo citauimus ex Quintiliano, quod
 est

est pro omnibus verbis, putamus rectius legi, pro oibus membris, ut intelligas, quicquid ceterarum corporis partium gestu significari potest, id solam prestare manum. Apud Plutarchum in vita Timoleontis quidam missus ad Andromachum, post multa inhumaniter ac barbarice dicta, manum denique porrexit, ac modo supina, mox pronā ostendit, minitans hoc gestu se subuersurū illorum ciuitatē. At Andromachus ridens, nisi quod manu similiter supinata, ac mox versu, iussit illū quā primū abire, nisi uellet talem reddi nauem ipsius.

Semper Leontini iuxta pocula.

Αἰχιδιον πότρε νεκτάρων; id est, Semper Leontini iuxta crateres. In voluptarios quadrabit, aut in eos qui semper iisdem studiis sunt addicti. Leontini Siciliae populi sunt, quos ubi Phalaris expugnasset, ne quando rebellionem pararent, ademptis armis ad compotationes et voluptates reiecit: atque hinc natum adagium quod refertur à Diogeniano.

Cestreis ieiunat.

Κεστρευσίον, id est, Cestrens ieiunat. De famelicis et voracibus dici conuenit. Unde et qui fame oscitant, κεστρευσίον dicuntur, et κεστρευσίον, quod consuevit olim in Atheniensibus ieiunium tradit Hesychius. Alii maluit referre ad eos, qui vitam innocuam agunt, et ab aliorum iniuriis abstinent, nec ullum emolumentum ex sua innocentia ferunt. Et enim Cestreus piscis genus quoddam, quod reliquis mutua deuoratione victitantibus, unū ab aliorum carnibus abstinet, ideoque non capitur esca, sed in limum abdit sese, atque ibi perdurat, et ut arbitrantur nonnulli, limo pascitur. Quin captus etiam non alitur esca, aut ullo animante, cum sit acutis dentibus. Quin ipse impune deuoratur à lupo, atque ob id quia non sic edax, parum est osculentus. In metu vero caput occidit, arbitrans totum corpus iam esse tutum. Unde et Aristophanes apud Atheniensem:

Αἰχιδιον πότρε νεκτάρων ἀποικίαν; id est,

Numintus virorum Cestreum colonia?

Alludit ad Cestrinam Chaoniae partem.

Et apud eundem Diphilus:

Κεστρευσίον ἔγωγε μέγα νεκτάρων ἀνέρας. id est, Cestreus futurus ob incediam grauissimam.

Rursum libro septimo refert ex Anaxandride;

Τὰ πότρε ἀδελφῶν περὶ πατρὸς, κεστρευσίον ἐστὶ νύκτα. i.

Inconis obambulat fere, ieiunus ille mugil.

Refertur adagium à Zenodoto, Diogeniano, Suida, Athenaeo libro Dipnosophistarum septimo, qui quidem praeter alia complura et illud adscribit, piscem à nonnullis appellari ploten, et à congruo deuorari, ve congruum ipsum à morana. Theodorus Gaza mugilem perit.

Vbi amici, ibi opes.

PLAUTVS in Truculento: Verum est verbum quod memoratur: vbi amici, ibidem opes. Citatur et à Fabio prouerbiū vice, lib. Orator. instituit. Sensus est, potiores esse amicos quā pecuniam, et ad vitæ praesidium plus habere momenti amicos citra pecuniam quā absque amicis opes. Unde et apud Scythas, autore Luciano is habebatur ditissimus, qui certissimos et optimos amicos possideret, Verum si quis ad huius seculi

mores respiciat, adagium inuertendum existimabit: vbi opes, ibi amici. Quando quidem

Vulgus amicitias utilitate probat. Et,

Illud amicitiae quondam venerabile nomen

Prostat, et in quaestu pro meretrice sedet.

Terra uolat.

Ἡ γῆ πτεροῦται, id est, Terra uolat. De re uehementer absona, quāq; nullo pacto fieri queat. Suidas hoc adfert exemplum τῆς γῆς πτεροῦται. Iulianus in epistola quadam prouerbiū nomine refert, mutato verbo, καὶ γὰρ ἡ γῆ πτεροῦται, id est, leuis terra, quemadmodum dicitur. Adagium hoc ad illorum affinitatem pertinet quae retulimus alibi, ἵππερ ὀφθαλμοῖς, i, Inpiter orbis. Et, Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.

Ilias malorum.

Ἰλιάς κακῶν, id est, Ilias malorum. De calamitatibus maximis simul et plurimis. Propterea quod in Iliade Homerica nullū mali genus non recensetur. Unde ex hac doctri putat tragicarum argumēta fuisse sumpta, sicut ex Odyssaea comædiarum. Est autem opus uerbo sum, viginquatuor uoluminibus uix absolutum. Unde et quamuis orationem plus satis prolixam, Iliade longiorem uocant, ut Aeschines aduersus Demosthenem, τὰ Ἰλιάς δὲ εἰπὼν διδάσκον ἀναγνώσκειν φέρεται τῶν γεγραμμένων, μακρὸν μὲν τὸ Ἰλιάδος, κενόπερον δὲ τὸν λόγον οὐδεὶς ἰσθὶ λέγειν. id est, His dictis decretum scribere legēdum tradit, prolixius quidem Iliade, uanius autē verbis ijs quae dicere consuevit. Eustathius inuertit adagionem ad hunc modū, καὶ παροιμία μὲν τοὶ κακῶν Ἰλιάς φασιν, αὐτὴ δὲ καλὴ παροιμία τῆς Ἰλιάς. id est, Iliadem malorum prouerbiū ait, at hac omniū bonorum Ilias. Syncritus in epistola quadam ad fratrem: καὶ ὅπως κακῶν ἂν Ἰλιάς περὶ τὴν πόλιν ἦν. id est, In summa, malorum Ilias circumstetit urbem nostram. Plutarchus in preceptis coniugalibus: ὁ δὲ κακῶν Ἰλιάς κακῶν ἵσταται καὶ ἀρετῶν ἐπὶ ποταμῶν, i. At illorū nuptiae Iliada malorum Graecis ac barbaris inuixerunt. Loquitur enim de coniugio Paridis et Helenae, quod inestimabilem malorum fuit causa. Vtitur et M. Tullius in epistolis ad Atticū: Tanta malorum impedit Ilias.

Lerna malorum.

Λερινὰ κακῶν, id est, Lerna malorum, de malis item plurimis simul in vnum congestis et accumulatis. Paracniam Strabo commemorat, libro Geographiae octauo scribens, Lernam lacum fuisse quempiam, Argiuorum ac Mycenaeorum agro communem, in quem cum passim ab omnibus purgamenta deportarentur, vulgo natum prouerbiū, λερινὰ κακῶν, id est, Lerna malorum. In hoc loco poetae fingunt hydram illam septem capitum constitisse, quam Hercules igni Graeco consecerit. Eam aut hydram Hesiodus scribit, ex echidna et Typhaone progeneratam, aliam à Iunone: nimirum in odium Herculis. Zenodotus ait, locum quempiam fuisse in Argolica, in quem cum omne sordium genus promiscue conijcerent, foetidas inde ac pestilentes nebulas solitas exhalari. Quāquam rectius autumat, ut adagium ad Danaidum fabulam referatur. Nam ferunt Danaum quinquaginta iuuenes, Aegypti filios, quibus totidem filias suas collocarat, omnes eadem nocte

f 3 truci-

trucidasse, atque horum capita in eum locum fuisse congesta. Hinc ortum esse proverbium. Neque vero negat fieri potuisse, ut contumeliæ causa in eundem locum in quo capita composuerat, iussit & purgamenta comportari. Itaque quoties hominem significamus vehementer infamem, atque omni turpitudinis genere contaminatum, aut ceterum hominum pestilentium, quasiq; sentinam & colluviem facinorosorum, recte dicemus, *λερνα κακόν* id est, Lerna malorum. Apud Hesychium Cratinus comicus theatrum quod ex varia mixtaq; hominum colluvie constaret, *λερναία των* appellavit.

Thesaurus malorum.

Θησαυρὸς κακῶν, id est, Malorum thesaurus. Ad eundem modum inuenitur cum alibi, tum apud Euripidem in Ione:

*Οἱ μοι, μίχ' αὖθις θησαυρὸς οἷς ἀνοίγῃται
Κακῶν.* id est,

Me miseram ut ingens panditur thesaurus, ac Penus malorum.

Extat inter Græcicas sententias huiusmodi senarius:

Θησαυρὸς ἐστὶ τῶν κακῶν κακὸν γυνή. id est,

Thesaurus est mulier malorum, si mala est.

Vsurpauit adagium Plautus in Mercatore: Tu quidē thesaurum huc apportasti mali.

Accruus bonorum.

Ἀφ' αὐτῶν σαρὸς, id est, Bonorum accruus. De opibus ingentibus. Vnde & frequenter extructas dapes, extructas opes, & cumulas opes pro copiosis legimus, tāquam acruatim congestas, neq; pondere, neq; numero, sed ipso cumulo infusas. Aristophanes in Pluto:

Ἡμῖν γὰρ ἀφ' αὐτῶν σαρὸς εἰς τὸ οἶκόν

Ἐπισπῶνται, ὅδ' ἐν ἡδοναῖς. id est,

Nobis bonorum accruus influit in domum

Sine fraude, nemini patrata iniuria.

Idem in eadem fabula:

Ὡς ἀφ' αὐτῶν συλλέβω ἀπαντα σοὶ φίλα. id est,

Ut agminatim cuncta tibi fero bona.

Rursum in eadem fabula per iocum in malam partem flexit:

Δηλοῖς γὰρ αὐτὸν σαρὸν ἄκην χρημάτων ἔχοντα. id est,

Venisse narras, qui ferat pecuniarum acruum.

Verba chori senilis, cui Carion serius iocans ita respondet:

Περὶ στυγίων μὲν ἔν κακῶν ἔχοντα, ἔχοντα σαρὸν. id est,

Imò senilium ferat qui ad uos malorum acruum.

Allusit autem ad senectutem illorum iam capulo uicinam. Nam *σαρὸς* per *ο* μικρὸν titulum significat sepulchralem, *σαρὸς* per *ω* μέγα cumulum atque acruum. Proinde consentaneum est, seruum eius vocis syllabā data opera perperam pronunciaſſe. Hæc atq; id genus alia tum fiunt venustiora, quemadmodum iam scipius admonuimus, si paulo longius à simplici sensu de torqueantur. Veluti si quis dicat, in aliis oratoribus alias atq; alias eminere dicendi virtutes, in M. Tullio uno τῶν πέντε τῶν ἀφ' αὐτῶν σαρὸν εἶναι, id est Omnium bonorum acruum esse. Resipit huius adagij naturam illa Ciceronis familiaria, Cumulare officijs, Cumulatiſſime ſatisfacere, Cumulus meritorum.

Bonorum myrmecia.

Ἀφ' αὐτῶν μυρμηκία, id est, Bonorum myrmecia, de immen-

sis opibus. Nā Myrmecia Græca significat cauernam, aut agmen formicarū. Quāquam ab illis formicis sumptū videri potest, de quibus meminit Plinius libro undecimo, capite tricesimo primo: quas ait esse colore ſellium, magnitudine luporum Aegypti. Et in septentrionali Indorum, qui Dardæ nocentur, regione aurum ē cauernis cgerere. Erutum hyberno tempore, Indi ſurantur aſtino ſeruore, conditis propter vaporem intra cuniculos formicis: quæ tamen odore ſollicitatæ prouolant, neq; raro lacerant, quamuis præuolocibus camelis fugientes. Atq; huc videtur reſpexiſſe diuus Baſilius, cum ſcribit ad nepotes, quicquid vltra neceſſitatē uſus ſupereſſet, ſiue id eſſet Lydia gleba, ſiue formicarū auriferarum opus, hoc magis eſſe contemnendū, quominus eſſet eo opus. Quanquam nihil prohibet, quo minus ad noſtras formicas reſeratur, non ſolum propter innumerabile agminū multitudinē, verum etiā propter genuinam quandam animantis in accumulando penore induſtriam, ore trahentis quodcunque poteſt, atque addentis aceruo, quemadmodum ſcripſit Flaccus. Qua quidem ex re factum opinamur, ut antiquitus formicarum cænis opulentiam portenderit. Quemadmodum teſtatur Cicero libro de Diuinatione primo: Mida; inquit, illi Phrygio cum puer eſſet, dormienti formicæ in os iritici grana cōgeſſerunt. Ditiffimum fore prædictum eſt. Quod euenit. Huc alluſit Theocritus in Encomio Ptolemæi,

Μυρμηκῶν ἄπ' πλῆθος αἰὶ κίχεται μοχλίων. id est,

Neq; ſecus, ac formicarum ſemper properantium.

Diuitiæ ſunt extructæ. Idem in Syracuſanis,

Μυρμηκίαι ἀνὴρθεοὶ καὶ ἀμετροί. id est,

Formicæ numeroq; modiq; carentes.

turbam hominum frequentem ſignificans. Huic affine generi eſt quod Plato libro De repub. nono; τὸ τῶν ἡδονῶν σμῦδος dixit. i. voluptatum examen: & Socrates apud Plutarchum Chæronenſem, ἀφ' αὐτῶν σμῦδος, id est, virtutum examen, pro turbâ numeroq; immenſo. Porro locus quem adducit Plutarchus, eſt in Memnone Platonis. Conſine eſt hiſ quod idem adducit in Cratylō, σμῦδος σοφίας, i. examen eruditionis. Itē quod apud Athenæum libro octauo, Alexis ſcripſit in Pāphila,

Παρίεκα τῷ τράπεζῳ, εἶτα παραφίετον

Ἀφ' αὐτῶν ἀμέεσσ'. id est,

Appoſita mēſa ē, plauſtra deinceps intulit Bonorū.

Dathus bonorum.

Δάτος ἀφ' αὐτῶν, i. Dathus bonorum, in eandem ſententiam dici conſuevit. Eſt autem Dathus Thaffiorum colonia iuxta Strymonē, cū alioquin opulenta ac florens; tum quod habet etiam attri uenas, ut hinc in proverbium abierit, *Δάτος ἀφ' αὐτῶν*, id est, Dathus bonorum, de conſerta rerum opulentia. Prouerbij præter alios meminit Suidas, apud quem legimus *δάτος* non *δάδος*.

Thaffus bonorum.

Θάσος ἀφ' αὐτῶν, id est, Thaffus bonorum. Similiter natum adagium, nempe à loci fertilitate. Nam Thaffus inſula eſt iuxta Thraciam. Zenodotus huiusmodi quoddā fabulā refert: Calliſtratus orator demigrans Athenis, perſuadere conatus eſt Athenienſibus, ut regionē quæ ex aduerſo erat incolerent, multa ſplendida de eius feracitate iactitans, & quod auri uenas haberet, et quod glebam optimam. Deniq; in ſumma, inquit, Thaffus

Thassus bonorum est. hinc in vulgi sermonem abiisse, *ἐξ αὐτοῦ ὁ παῖς*, id est, Thassus bonorum, de iis qui splendida pollicentur.

Hostium munera non munera.

PRISCORVM superstitione credidit, observanda vel maxime munera, à quibus quo animo mitterentur. Propterea quod quæ darentur ab iis qui nobis male cu- perent, exitio plerumque fuisse constaret. Ita ut fuit py- xis illa fallax, per Pádoram à Ioue Prometheo missa. Quemadmodum fuit & vestis, qua Medea novam nu- ptam Iasonis donavit. Rursum vestis illa, quam Deia- nira misit Herculi. Prouerbiorum interpretes existi- mant hanc paræmiam ex historia natam, quæ refertur apud Homerum Iliados libro septimo. Narrat autem Hectorem & Aiace inrita amicitia, dona inter sese permutasse, atque Hectorem Aiace donasse gladium, Aiace Hectori dedisse baltheum: deinde pariter am- bobus suum munus exitio fuisse. Siquidem Ajax vi- ctus ab Ulysse, cognitisq; iis quæ per insaniam tum di- xerat, tum fecerat, eodem gladio sibi necem conscivit. Item Hector per occasionem balthei occisus est ab A- chille iuxta muros Troianos. Adagium refertur apud Sophoclem in Aiace Mastigophoro, sed ita refertur, ut non ab Aiace natum, sed tanquam vetus iam tum ab eo videatur usurpari. Siquidem is posteaquam mori decreuisset, execratur eum gladium, quem quodam ab inimicissimo dono acceperat, eumq; sibi fuisse inauspica- tissimum ait, neque quicquam omnino postea feliciter apud Argiuos successisse. Deinde suspicionem hanc vulgato dicto confirmans ait,

Ἄλ' ἐς ἀλυσὶς ἢ βροτῶν παροίμα, id est, *Exherens ad dæmonia dæmonia, καὶ δυνάμει.*

Quin verum id est mortalium prouerbium,

Non esse dona, dona quæ veniant tibi

Ab hoste, verum inauspicata ac noxia.

Hac de re fertur epigramma Græcum huiusmodi,

Ἐκ τῆς αἰαντὶ εἰσφοῦς ἀπαχθεὶς, ἑκτορὶ δ' ἰώσῳ

Ζῶσθ' ἄμφοτερόν ἢ χάρις ἐς βάνητος.

Aiace datus ensis ab Hectore, baltheus Aiace

Hectori, utrique suum domum erat exitio.

Rursum ex alio quodam epigrammate,

Οὗτος ἐξ ἐχέρας ἀποκτύνει πέμπτο δῶρα

Ἐν χάριτος προφάσει μοῖραν ἔχοντο μοῖρα. id est,

Atque ita ab hoste hosti veniunt letalia dona,

Quæ studij speciefata necemq; ferunt.

Huc spectat & illud quod apud Euripidem Medea re- cufans Iasonis xenia, tanquam perniciem allaturas,

Καὶ ὅς τις αἰδῶς, ἰνὸν δ' αἶψ' ἀννοῖν δὲ ἔχει. id est,

Ledit, iuuat nil improbi munus viri.

Seruius ostendit & Vergiliū huc allusisse, cum ait in Aeneidos libro quarto,

Ensemq; recludit

Dardanium, non hos quæsitum munus in usus.

De gladio loquitur ab Aenea relicto, quo Dido sese cō- fodit, quem Aeneam hostem, & impium eadē vocat.

Huc referendus prouerbialis ille senarius,

Ἀπὸν παρ' ἐχέρας μὴ ποτ' ἄν τις φίλον. id est,

Ab hoste dicta ne unquam amica duxeris.

Et alter huius similis,

Ἐχέρας ἀπὸς μὴ ποτ' ἀντίθεός τις βλάβη. id est,

Diffusus hosti, nil seres unquam mali.

Prouerbium accommodari poterit etiam ad illos qui

pauperes munusculis quibusdam captant diuites, ad eum modum liberalitatem illorum velut elicientes. Ne- que enim hoc est dare munus, sed flagitare. Unde Plu- tarchus in commentariolo, πρὸς Εἰτὲς δὲ λαοίς, pro- bat, quod Dicaarchus Archelao dictum ab Euripide putat,

Ὁ βέλους πλῆστον τι δαρεῖται πένες,

Μὴ μὲν ἄφρονι κρῖναι, ἢν διδῶσι αὐτῶν δόκω. id est,

Donare pauper diuiti velim nihil,

Ne stultus habear scilicet, si muneris

Titulo atque specie dona uidear poscere.

Quadrabit & in eos qui per artes magicas demonum utuntur obsequiis. Nam ea demum excunt in perniciē utentium: & in heredipetas: postremo, qui quouis officio captant, non ex animo, sed aliud spectantes. Ita- que mutatione voculæ nonabitur paræmia: nepe hoc pacto, Κολάκων ἀδῶρα δῶρα, & πινῶν ἀδῶρα δῶρα. Dinique ποινῶν ἀδῶρα δῶρα, quemadmodū admonui- mus in operis initio.

Dauus sum, non Oedipus.

OEDIPUS ingenium scite proponendis, simul & dissol- uendis ænigmatum scyris nobilitatum est, propter dissoluta Sphingis problemata, adeo ut in prouerbium abierit eius nominis appellatio. Velut apud Teren- tium in Andria, seruus dissimulans intelligere quod herus dixerat, Dauus, inquit, sum, non Oedipus. Id quod commutato nomine potest ad quemlibet accom- modari: Paulus sum; non Oedipus: Antonius sum, non Oedipus. Quin ipsa per se figura prouerbialis est, potestq; ad eundem modum fingi ex quauis vel perso- na, vel re vulgo nobilitata. Ut qui possim hæc om- nia meminisse? Petrus sum, non Lucullus. Qui possim tantis sufficere laboribus? Nicolaus sum, non Hercu- les. Qui potero rem tam duram persuadere? Ricar- dus sum, non Cicero. Sed Terentiano dicto simile est il- lud Euripidis in Hippolyto coronam gestante,

Ὁ μὲν τις ἐμὶ παρὰ νῦν γινώσκω σφῆρα. id est,

Non sum augur, abdita scire vti queam palam.

Itidem in Hecuba,

Οὗτοι πέφυκα μάντις, ὥς τι μὴ κλύων

Ἐπιστάσαι σὸν ὅδ' ἐν βελουχτοῖ. id est,

Diuinus haud sum, nec nisi audiero, queam

Viam tuorum nosse cogitatum.

Ergo torqueri poterit in eos qui de industria loquuntur obscurius, & ἀνιματικῶς: aut in hos qui vel ob im- peritiam, vel superstitionem incognitarum uocum affe- ctationē, stylum obscurant, ac uate magis egent quam lectore. Cuiusmodi fuisse Heraclitum tum Plato locis aliquot, tum Aristoteles Rhetoricæ artis lib. 3. testa- tur, additq; eam hominis obscuritatem ex ancipiti uer- borum compositione fuisse profectam, cum incertum esset, utrū uerbum aliquod esset referendum, ad supe- riora ne, an ad sequentia. Promde ad huius intelligen- dos libros Socrates Delio quopiam natatore opus esse dixit. Ad quod alludens Martialis, ita iocatur in Sextum obscuritatis affectatorem,

Non lectore tuus opus est, sed Apolline libris,

Iudice te maior Cima. Marone fuit.

Eundem Heraclitum cum suo uitio, Ioviniano diuini op- probat Hieronymus. Quamquam Laertius scribit ei philosophum, si quando libeat, oratione luculentissima

f 4 vii,

uti, ut appareat ex industria affectatam obscuritatē, adeo ut discipulis etiam solitus sit precipere σκότισον, id est, obscura.

Finem uitæ specta.

EXTAT apud Herodotū historia longe notissima, quæ admodum Solon Cræso responderit, nemini competere nomen beati, nisi qui feliciter uitæ cursum peregisset. Quod referens Iuuenalis,

Quem vox, inquit, sacunda Solonis
Respicere extremæ iussit spatia vltima uitæ.

Hanc sententiam copiosius extulit Sophocles in Oedipo tyranno,

Ὅστις ἐν κτὸν ὄντ', ἐκείνῳ τὴν πλὴν τῶν αἰδῶν
Ἡμέραν ἐπισκοποῦντα μὲν δαβίην, πρὶν ἂν
Τέρμα τῆς βίης πρὸς ἑλπίδα μὲν ἀλγόνων παθεῖν. id est,
Itaque mortali supremus ille satorum dies
Vsq̄ue respiciendus, ut ne quem beatum iudicet,
Quin malum nihil uniuersum passus æuū exegerit.

Eadem paulo diuersius, idem extulit in Trachinijs,
Λόγος μὲν ἐς ἀρχαῖος ἀνθρώπων φανείη,
Ὡς ἐκ ἂν αἰῶν ἐν μάτρει βροτῶν, πρὶν ἂν
Θάνοι τις, οὗτ' εἰ χρεῖδες, οὗτ' ἂν ὡ κακός. id est,
Vetus inter homines extat hoc prouerbium,
Haud posse quenquam quempiam cognoscere,
Bonus an malus sit, antequam fatalibus
Defunctus annis, vltimum obierit diem.

Consimiliter Euripides in Andromache,
Χρὸς οὐ ποτ' εἰπὺν ἐπὶ δαβίαν βροτῶν
Πρὶν ἂν θανόντας τὴν πλὴν τῶν αἰδῶν ἴδμε. id est,
Ne quempiam pronuncies mortalium
Vnquam beatum, citius, atque mortuo
Illo, supremum videris vitæ diem.

Idem in Troadibus.

Τὰν δ' ὀδαιμόνων
Μὲν δὲν ἔμμελ' ὅττι χεῖν πρὶν ἂν θάνῃ. id est,
Ne quempiam horum, quos benignis flatibus
Fortuna prouhit, beatum enuncies
Prius atque vita exceßerit feliciter.

Eadem repetit alijs verbis in Heraclidis,

Τὰ δὲ νῦν τὸ χεῖν
Βροτοῖς ἀπασιν λαμπρὰ κρύπτει μάστιγ,
Τὸν ὅττι χεῖν δακνοῦντα μὴ ἡλίου, πρὶν ἂν
Θάνοιτ' ἰδμε τις, ὅς ἐστι μὲν τοῦ χεῖν. id est,

Ceterum hoc rerum statu
Mortalibus denunciat palam omnibus,
Docetq̄, ne qui prosperis successibus
Vti videtur, hunc beatum existiment
Prius, atq; demigrasse vita viderint.

Vsq̄ue adeo sunt mutabiles rerum vices.

Ouidius in Transformationibus sic extulit,

Sed scilicet vltima semper
Expectanda dies homini est: diciq̄, beatus
Ante obitum nemo supremamq̄, funera debet.

Quin hodieq̄, passim omnibus est in ore, ab exitu rem
spectandam esse.

Posterioribus melioribus.

INTER Græcicas paræmias refertur, διὐτέρον ἀμεινόνων, id est, Alteris melioribus. Quo significabant ea quæ prima experientia parum bene successerant, secunda nonnumquam commodius euenire, & prioris consilij erratum, posteriore consilio corrigi. Quod qui-

dem nonnulli putant à sacris ortum, in quibus si prima uictima non fuisset litatum, iterabant sacrum, meliora sperantes, id quod satis indicat Ieno Plautinus, qui sæpius Veneri cæsa uictima litare non poterat. Plato lib. De legibus 4. videtur ad talorum iactiam, aut lusum consimilem referre. Propterea quod non raro fit, ut cui lusus incommode ceciderit, is de integro nouari ludum atque iterari postulet, sperans fore ut iam felicius ludat. Ait enim, Ἐάλιν ἐν οἷον φασιν οἱ παλαιοὶ, ἀμεινόνων ἐξ ἀρχῆς διὐτέρον ἐπαγαγεσθαι τὰ μὲν. id est, Rursum igitur, quemadmodum ludentes dicere consueuerunt, secundis denuo melioribus repetamus. Quam & hoc loco παλαιοὶ referri potest nō ad lusum aliquem, sed iocum magis prouerbialem. Sed inter pretamento priori Tullius adspulatur, qui secundo De diuinatione libro sic ait: Quæ est autem inconstantia deorum, ut primis minentur extis, bene promittant secundis? Idem in Philippicis oratione duodecima, Posteriores enim cogitationes, ut aiunt, sapientiores esse solent. Idem ad Quintum fratrem, Ego vero nullas διὐτέρας φροντίζω habere possum in Cæsaris rebus, hoc est, nullum idoneum reperio consilium, quo superioribus malis possim mederi. Huc respexit & Dauus ille Terentianus, cum ait,

Hac non successit, alia aggrediamur uia.

Quin eodem alluisse videtur & Aristoteles primo τὸν μετὰ τὸ φυσικὸν libro, cum ait, Διὶ δὲ ἐκ τούτων τῶν καὶ τὸ αἰετὸν, κατὰ τὴν πρῶτην, ἢ ποσὶν τῶν αἰδῶν. Loquitur de his qui causarum naturalium admiratione prouocati accedunt ad philosophandum. Quos causis cognitis vult iam desinere mirari, & ad meliora conuerti. Porro prouerbium videri potest ex Euripidis ortu tragædia, cui titulus Hippolytus coronatus.

Καὶ βροτοῖς

Αἱ διὐτέρας πῶς φροντίζουσιν τὰς. id est,

Siquidem solet mortalibus prudentior

Posterior esse aliquando cogitatio.

Verba sunt nutritis ad Phædrum, quasi recitantis ac palinodiam canentis superioris orationis, posteaquam videt eam de moriendo cogitare. Respexit huc & in Supplicibus,

Ἄλλ' οὐ δόμοις μὲν ἔστι καλὸς ἔχθρ,

Γυμνασίῳ δὲ τῶν αἰδῶν ἐξέρχεται.

Λίονα δὲ ἐξέρχεται. id est,

In adibus si quid parum recte est, licet

Corrigere posterioribus sententijs,

At non item animam.

Inde & metanæ dicta Græcis, quod posterior cogitatio perspicit aliter agendum fuisse.

Actum est.

PROVERBIALITER his uerbis etiam hodie desperationis significamus, Actum est. Græci πεπράκτω. Euripides in Hippolyto coronato,

Φῶς φῶς πεπράκτω, βασιλεὺς δὲ ἐπὶ δα. id est,

Eheu peccata res, hera occidit palam.

Terentius in Eunuchis: Actum est, ilicet, peristi. Donatus existimat, actum est, sumptum à iure, ilicet à iudicio, peristi à supplicio. Nam hæc tria pariter verba, incremento quodam indicant desperationem. Quoniam autem fas non erat rescindere iudicium sententiæ, & eadem de re bis iudicium adipiscier, ut ait Terentius,

tius, vulgo receptū est, ut de negociis desperatis actū esse diceretur. Etiam si postea repertum est, ut quidam per iudicem in integrum restitueretur. Aut certe ideo dictum est, actum est, quod quicquid peractum est, hoc iam infectum esse non potest, iuxta proverbiales sententias, quas testantur, ne Deo quidem permissum esse, ut quod factum sit, efficiat infectum. Plautus, Nisi quid rei præsidium apparatus, acta hac res est. Certum est mori. Dicimus autem vel absolute, actum est, vel cum adiectione quæpiam huiusmodi: Actum est de Repub. Actum est de tuis omnibus. Actum est de rebus humanis. Actum est de tua salute, ni vigilas.

Fumos vendere.

NAM 15. quā elegans adagium extat apud Martialem, Fumos vendere, pro eo quod est principum benevolentiam, simulato commendationis officio, per occasionem familiaritatis, precio vendere. Nam fumus initio quidem magnum quiddam esse videtur, verum evanescit illico. Martialis carmen hoc est,

Vendere nec vanos circum palatia fumos,

Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro.

Vnde & præstigiosam rerum magnarum speciem atque ostentationem, fumū ac nebulas vocamus. Divus Hieronymus contra Iovinianum: De tanta librorum sylva unum surculum ac fruticem proferre non potes. Hi sunt veri fumi, hæc nebula. Nam Rufinus opprobrat Hieronymo, quod poetarum literas quasi fumos obijceret virginibus non intellecturis. At Hieronymus proterbijs solum imperite tortum, in eum retorquet doctissimus, indicans eo verbo non obscuritatem, sed inanem ac falsam ostentationem significari. Plutarchus De deo Socratis. τῶν δὲ τῶν ὁσπρίων καὶ τῶν φιλοσοφῶν ἡς τὰς σοφίας ἀποσκηδύναται. id est, Factum autem ceu fumum quendam philosophiæ in sophistas dispersit. Porro genus hoc hominum, maximam aularum regaliū pestem, Helius Lampridius eleganter ac luculenter exponit in imperatoris Heliogabali vita. Eius verba libuit subscribere: Zoticus, inquit, sub eo tantum valuit, ut ab omnibus officiorum principibus sic haberetur, quasi domini maritus esset. Erat præterea idem Zoticus, qui hoc familiaritatis nomine abutens, omnia Heliogabali dicta ac facta venderet, fumis quā maxime divitias enormes sperans, cum alijs atque alijs polliceretur, omnes falleret. Egre diensq; ab illo singulos audiret: dicens, de te hoc locutus sum. Hoc de te audiui, hoc de te futurum est. Et sunt homines huiusmodi, qui si admissi fuerint ad nimiam familiaritatem principum, famam non solum malorum, sed & bonorum principum vendunt. Et qui stultitia vel innocentia imperatorum, qui hoc non perspiciunt, infami ruminatione pascuntur. Hæcenus ille. Cæterum adagium fecit insignius, Thurini Verconij supplicium, quod quidem in vita Alexandri Severi, idem Helius refert ad hunc modum: Solus, inquit, post meridiem, vel matutinis horis, idcirco nunquam aliquos videbat, quod ementitos de se multa cognoverat, speciatim Verconij Thurinum, quem cum familiarem habuisset, ille omnia vel fingendo sic vendiderat, ut Alexandri quasi stulti hominis, & quem ille in potestate haberet, & cui multa persuaderet, infamaret imperium. Sicq; omnibus persuaserat, quod ad nutū suum omnia faceret,

Deniq; hac illum a te deprehendit, ut quendam immitteret, qui à se quiddam publice peteret, ab illo autem occulto, quasi præsidium postularet, ut pro se Alexandro secreto suggereret. Quod cum factum esset, et Thurinus suffragium promississet, dixissetq; se quædam imperatori dixisse, cum nihil dixisset, sed in eo pendere ut adhuc impetraret, euentum vendens. Cumq; iterum iussisset Alexander interpellari, & Thurinus quasi aliud agens, nutibus annuisset, neq; tamen interim quicquam dixisset: impetratum autem esset quod petebatur, Thurinus autem ab illo qui meruerat, summi venditor ingentia præmia percepisset, accusari eum Alexander iussit: probatis per testes omnibus, & quibus præsentibus quid accepisset, & quibus audientibus, quid promississet, in foro transitorio ad stipitem illum ligari præcepit, & fumo appposito, quem è stipulis & lignis humidis fieri iusserat, necavit, præcone dicente: Fumo punitur qui vendidit fumum. At ne in una tantum causa videretur crudelior fuisse, quæsiuit diligentissime antequam dānaret, & invenit Thurinum sæpe etiam in causis ab utraque parte accepisse, quum euentus venderet, & ab omnibus qui aut præposituras, aut provincias acceperant. Atque inibi paulo post: Nec doctus alicui facultatem, vel fumorum vendendorum de se, vel sibi de alijs male loquendi, maxime occiso Thurino, qui illum quasi fatuum et vecordem sæpe vendiderat. Quid autem dixerit forum transitorium, ipse in eiusdem vita videtur explicare, quum alio quodam loco sic ait: Qui de eo fumum vendiderat, & à quodam militari centum aureos acceperat, in crucem tolli iussit. per eam viam qua esset servus suis ad suburbanam imperatoria iter frequentissimum. Porro genus illud supplicij, Avidius Cassius imperator, primus excogitasse legitur, ut stipitem prælongum poneret, pedum centum octoginta, id est, materiam, & à summo usque ad imum damnatos ligaret, & ab imo focum apponeret, incensiq; alijs, alios fumi cruciatu, timore etiam necaret. Hæcenus ille. Immense profecto supplicium, sed tamen factis tam pestilentibus dignum. Vtinamq; nostri temporis principes Alexandrum Severum curent imitari, qui cum esset ethnicus, præterea Syrus genere, postremo vehementer adolescens, tamen adulatoribus, delatoribus, iudicibus furacibus, summi venditoribus, atque id genus aule pestibus usque adeo erat insensus, ut vir aliqui moribus placidissimis bis demum esset implacabilis.

Ancora domus.

SIMILI figura apud eundem Euripidem Hecuba Polydorum familia gentisq; ancoram nominat.

Ὁς μὲν οὖν εἶπεν ἄγκυραν τὴν ἑμὴν. id est,

Qui iam solus generis superest ancora nostri.

Porro ancorā Græcis pro refugio proverbiale usurpari solere alibi notavimus, cum sacram ancoram exponeremus. Deniq; quicquid illud est cui innitimur, cuiusq; fulcimur fiducia, ancoram vocant, sumpta à navibus metaphora, quæ cum ancoris fultæ sunt, veluti defensione à fluctibus quiescunt. Vnde & illud apud Aristidem in oratione Panathenæica prima: Πάντες ἐπὶ δούρην ὁρμῶν ἐδράσαντο οἱ Ἕλληνες. id est, Omnes Græci sibi videbantur in portu quodam esse, duabus nixi ancoris,

coris, quasi gemino sulti praesidio. Quem locum & paulo superius adduximus.

Contra stimulum calces.

Πρὸς κέντρα λακτίζου, id est, Contra stimulos iactare calcem, est frustra repugnare iis quos vincere nequeas, aut eos provocare qui laceffiti noceant. Aut reluctari satis, & incommodum quod evitare non queas, impatienter ferendo, non solum non effugere, verum etiā conduplicare. Veluti si quis uxorem nactus rixosam assidue cum ea litiget, nihil profecturus, nisi, quod illā reddat rixosorem. Terentius in Phormione, Namque incititia est aduersum stimulum calces. Donatus perierit esse admonet cū eclipsi, deesse enim iactare, quod unico verbo Graeci dicunt, λακτίζου. Plautus in Truculento: Si stimulos pugnis cedis, manibus plus dolet. Euripides in Bacchis,

Θύμι' αὐτῷ μὲλλον, ἢ θυμῷ μου

Πρὸς κέντρα λακτίζοιμι θυτὸς ὄν βίῳ. id est,

Potius sacra illi fecerim, quā calcibus

Stimulos ferire coner, iracundia

Citus in deum, mortalis ipse cum siem.

Pindarus in Pythiis, Πρὸς κέντρα δὲ τι λακτίζουσιν αὐτῷ. id est, Contra stimulum autem calcitrare est. Metaphora ducta est à bobus, quos agricola lignis praecutis à tergo fodiunt: unde & βεκίντω, dicuntur in proverbio:

Πολλοὶ βεκίντω, παῖδοι δὲ πῦρ ἀροτῆρες. id est,

Multi boi stimulatorum, pauci autem terrae aratores. Quod si quando calcibus repugnent aduersus stimulum, grauius etiam laeduntur boues, tantum abest ut stimulo noceant. Plutarchus in commentario ποτὶ τὴν ἀρετὴν ciusdam meminit Ctesiphontis παρὰ τῆς ἀρετῆς, qui per iracundiam mulae calcitranti recalcitravit.

In aurem dicere.

Εἰς ὅτι λέγει, id est, In aurem dicere, uel hodie vulgo dictum tant, pro eo quod est claculum ac secretum committere. Translatum ab iis qui propius admoti, ad aurem insurrant, quae nolint ab aliis exaudiri. Unde & illud apud Homerum aliquoties,

Ἀγχι ἔχων κεφαλὴν ἵνα μὴ πυνθείητο ἄλλοι. id est,

Admoto capite, reliqui ne audire ualerent.

Horatius in Sermonibus, -In aurem

Dicere nescio quid puero. Euripides in Ione,

Δὲρ ἔλαβ' ἐς ὅς τ' ἐς λόγους ἔπειν ἔλω. id est,

Accede, in aurem ut quae uolo tibi eloquar.

Lucianus in Gallo, Πρὸς ἑς τῶν συρρακισίων κοινολόγημα. id est, Ad aurem cum Syracusanis quibusdā communicans.

Nec obolum habet, unde restim emat.

PROVERBIALIS hyperbole in eos qui maxima rei familiaris inopia laborant. Lucianus in Timone, Χεῖρ μὲν ἔδ' ὁ βλάδων, ὥς πριαδμὴ βρόχον ἐχέμεν. id est, Qui pridie ne obolum quidem habebant, quo laqueum cernerent. Pauperrimus autem sit oportet, qui tenuitatis radio sese laqueo praefocare velit. Porro plus quā pauperrimus uidetur, cui ne numulus quidem suppetit ut restim emat, qua se suspendat.

Hinnulus leonem.

PROVERBIALIS est allegoria, ὁνὶ βροτὸς τὸ λείωντα,

id est, Hinnulus leonem, subaudiendum cepit, vicit, aut provocat, aut id genus aliquid pro ratione sententiae, quoties praeposito rerum ordine, qui viribus multo est inferior, superat potentiorum. Lucianus de captatore testamenti, qui iuuenis à sene, captator à captato captus est: τὸ ἐκείνου τὸ πείρωμα, ὁνὶ βροτὸς τὸ λείωντα. id est, Hoc est illud quod proverbio dicunt, Hinnulus leonem. Huc respexit quisquis fuit qui scripsit Megaram Hercules:

Ἡρῶτι ἄλλα παρὰ πείρωμα φαίδιμος ἦες

Ἀνδρὸς ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν, λείων ὡς τὸ ὑπὸ νεβρῶν. id est,

An quoniam immensis affligitur incluta proles

A viro inerte, leonem ut si hinnulus urgeat acrem?

Non inconcinne trahetur ad id quoque, quoties fit ut longe inferior laceffat potentiorum, aut multis partibus indolentior certet cum eruditissimo.

Iungere vulpes.

DE re palam absurda dicitur, Ζευγνύναι τὰς ἀλώπεκας,

Vulpes iungere. Verg. in Palamone,

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mei,

Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.

Est enim vulpes animal ab aratro vehementer alienum.

Mulgere hircum.

Τρῶν ἀμείλιχον, id est, Mulgere hircum: eundem habet sensum. Lucianus in vita Demonastis, inter huius festiuiter dicta commemorat & illud: cum conspiceret duos quosdam philosophos, utrosque pariter indoctos, inter se discrepantes, & alterum quidem ridiculas quasdam quæstiones proponentem, alterum item aliena, neque quicquam ad rem facientia respondentem: Quid, inquit, amici, an non horum alter hircum mulgere videtur, alter cribrum supponere? Resertur à Diogeniano his verbis, Πίπρον δὲ τὸ τρῶν ἀμείλιχον, ὃ τὸ κόσκινον ὑποτίθει, ἀπορίερα, id est, Verum stultior, qui mulget hircum, an qui cribrum supponit? cum uterque pariter absurde facit. Ab hoc sanè non abludit illud, Similes habent labra lactucas: & Dignum patella cooperculum.

De asini umbra.

ὑπὲρ ὅντι σκιᾶς, id est, Super asini umbra: pro eo quod est, de re nihili. Sophocles in Cedalionem apud Suidam, πρὸς πέντ' ὄντι σκιᾶς. id est, Cuncta asini umbra: hoc est, nugae, nihili res. Apud eundem Aristophanes in Dada lo, ποτὶ τὸν πόλεμον γὰρ ὑμῖν ἐστὶ, ποτὶ ὄντι σκιᾶς. id est, Qua de re nunc inter vos bellum est? Nimirum de asini umbra. Citatur ab eodem & Aristoteles, ὁ δὲ δασκαλίαις, qui fabulam quandam extare dixerit hoc titulo, ὄντι σκιᾶς, id est, asini umbra, Archippi comædiam opinor sentiens, de qua meminit Zenodotus. Lucianus in Scetis, πάντες, ὡς ἐπὶ ἐπὶ ὄντι σκιᾶς μάχονται οἱ φιλοσοφῶντες. id est, Omnes, ut ita dixerim, de asini umbra depugnant philosophi. Aristophanes in Vespiis, ποτὶ τὸν μάχην νῦν. ποτὶ ὄντι σκιᾶς, id est, De quo pugna est nobis? de asini umbra. Demosthenes in Philippica quadā, πρὸς ἀπαντας ποτὶ τὸν ἀλλοφῶν σκιᾶς νῦν πολέμῳ. id est, Cum omnibus in praesentia de Delphica umbra digladiari. Proinde sunt qui credant hoc adagij primum ab autore Demosthene natum fuisse, fabulam

huiusmodi referentes : cum aliquando Demosthenes quendam in causa capitali defenderet, ac iudices haberet parum attentos, sed dicenti obstreperent, ille paulisper, inquit, aures mihi prebete, si quidem rem narrabo nouam ac lepidam, atque auditu incundam. Ad que verba cum illi iam aures arrexissent, adulescens, inquit, quispiam asinum conduxerat, rerum quiddam Athenis Megaram deportaturus. Inter viam autem cum aestus meridians ingrauesceret, nec inueniret quoniam umbraculo solis ardorem defenderet, depositis clitelis, sub asino sedens, eius umbra semet obtegebat. Cæterum id agaso non sinebat, hominem inde depellens, clamansque, asinum esse locatum, non asini umbram. Alter item ex aduerso tendebat, assueverans etiam umbram asini sibi conductam esse. Atque ita inter eos acerrima rixa in longum producta est, ita ut etiam ad manus venerint : hoc pertinaciter affirmante, non conductam esse asini umbram : illo pari contentione respondente, umbram etiam asini conductam esse. Demum in ius ambulant. Hæc locutus Demosthenes, ubi sensisset iudices diligenter auscultantes : repente cepit à tribunalibus descendere. Porro reuocatus à iudicibus, rogatusque, ut reliquum fabulæ pergeret enarrare : De asini, inquit, umbra libet audire, viri causam de vita periclitantis audire gravamini. Paulo aliter narrat Plutarchus in vita Demosthenis, his quidem verbis : Λέγοντι δὲ παρὰ Κωνσταντίνου ὑπὸ Ἀσωνίου καὶ Κωνσταντίνου, ὅτι καὶ Χρυσόστομος βεβαίως περὶ αὐτῶν ἐπείνῃ. τῶν δὲ τριῶν παλαιῶν, Νικηίας ἐπὶ τῶν ἑσπερίων ἀρετῶν ἐμὴ δὴ τὸ ἐξ ἁσπίδος ὄντος μισθῶσαι, ἀμειψόμενος δὲ τῆς ἑμῆρας καὶ σφαιροῦς φάλαγγας τῶν ἁλίων, ἑκάπερος αὐτῶν ἐβόλετο ὑπὸ δόλῳ ὑπὸ τῷ σκίῳ, ἵeron δὲ ἀλλήλους. ὁ μὲν μεμνῶσθαι τὸν ὄνον, ὁ δὲ τῷ σκίῳ λίον, ὁ δὲ μεμνῶσθαι τὸν, τῷ πείσασθαι ἵχθιν ἐξείσθαι, καὶ τῶν ἐπὶ τῶν ἀπὸ τῶν δὲ ἀδελφῶν ἐπιχόντων, καὶ δομῆσαι τὸν πύργον ἐπιθύναι, οἱ δὲ ὑπὸ μὲν ὄντος σκίῳ βεβαίως ἀκούοντες, λέγοντες δὲ ὑπὸ σκίῳ πρὸς γὰρ τῶν οὐδὲ βόλῃ, id est, Cum in concione dicenti obstreperent Athenienses, ait se breuiter illis velle narrare quiddam. At silentio facto, Adulescens, inquit, æstatis tempore asini mercede conduxerat, ut eo ab urbe Megaram proficiscens vteretur. Porro meridie cum sol acriter æstuaret, uterque cupiebat sub umbram asini succedere. Verum alter alterum arcebat, cum hic diceret asinum conductum esse, non umbram. Rursus alter qui conduxerat, se plenum habere ius responderet : atque hæc locutus, discedere parabat. Retinentibus autem Atheniensibus, utque reliquam fabulæ partem adderet orantibus : Ita ne, inquit, de asini umbra audire cupitis, de rebus seriis loquentem auscultare non vultis? Quidam aiunt, asinum Athenis non Megaram, sed Delphos fuisse conductum, quod idem apparet ex verbis Demosthenis, qui Delphicam umbram nominat, in calce orationis De pace : Οὐκ ὡς δὲ καὶ κομὶδὰ χέτλιον, πρὸς ἑκάστης καὶ βίνας οὐ πῶς ἢ δὴ πρὸς ἐλαγγίνας, πῶς τὸ οἰκίῳ καὶ τῶν ἀναγκασιωτάτων, πρὸς ἀπέντας πῶς τὸ δὲ ἀλλήλους σκίῳ γὰρ πάλαι μῆσαι : id est, An non igitur stultum ac vehementer miserum : singulos aduersus singulos ita commissas de rebus propriis, ac maxime necessariis, cum vniuersis de umbra Delphica nunc depugnare? Apuleius in Asino, iocatur ex sese natum. Vsurpauit hoc adagium Menander in Enchiridio, & Plato in Phædro, cum ait, Oratores imperitos impudenter ac peri-

culose facere, quoties apud plebem imperitam & ipsam, non umbram asini, rem videlicet leuem ac nullius momenti, sed turpia pro honestis laudant : Μὰ πῶς ὄντος σκίῳ, inquit, ὡς ἵππῳ τὸ ἐπὶ αὐτῶν πρὸς οὐρανόν, ἀλλὰ πῶς κακοῦ ὡς ἀγαθοῦ. Procopius in Epistola quadriᾷ, καὶ αὐτὸς δὲ ὁμιᾷ πῶς τὸ τέχνης ὅσον σφῶνται τὰς ἀρτίαι φρονῶν σκαμνίστων ὡς εἰσὶν ἡλίου, ὄντος πρὸς σκίῳ ἐν καλῷ. id est, Ipse est, opinor, doctissime, de arte pugnatia cum sentias, deridendi sicut videtur gratia, de asini, quod aiunt, umbra licet moues. Vnus est eodem Origenes in præfatione libri tertii, quem scripsit aduersus Celsum. Sed iam dudum tempus ut ab asini umbra digrediamur, ne quis iure nos rideat, πῶς ὄντος σκίῳ plus satis curiosos.

De lana caprina.

HVIC similitum est illud Latinorum adagium, de lana caprina, quod à simili quopiam euentu natum apparet, contentiose decertantibus duobus, utrum lanas haberet caper, an setas. Aut alioqui de villis caprinis dimicantibus, re videlicet inuiti, minimique, momenti, cuiusmodi iocus fertur & de asini lana. Horatius in epistolis ad Lolium,

Alter in obsequium plus æquo pronus, & imi
Derisor lecti, sic nutum diuinit horret,
Ut puerum senu credas dictata magistro
Reddere, vel partes mimum tractare secundas.
Alter rixatur de lana sepe caprina,
Propugnat nugis armatus.

Loquitur de morosis in amicitia, qui quantumlibet friuola de causa litem cum amico suscipiunt.

De fumo disceptare.

HVIC confine est illud quod apud Aristophanem legitur in Nubibus : καὶ λέγουσιν ἡδὴ Ζαπεῖ, καὶ πῶς καὶ πῶς εἰσὶν ἡλίου. In philosophos dictum, qui de fumo, hoc est, de rebus nihili nimium anxie disputant. Inest autem non parum comici salis in illis ipsis verbis ad iocum confectis, ἀπὸ τοῦ καπνοῦ, εἰσὶν ἡλίου : quorum alterum significat de rebus tenuibus ac frivolis disceptare, alterum de meris nugamentis sollicitum & anxium torqueri. Quapropter etiam Socratis scholam φερόμενον appellat.

Talpa cæcior.

REFERTUR à Suida ac Diogeniano, τυφλὸς περὶ ἀπὸ λαλοῦ, id est, Cæcior talpa : de iis qui supra modum cæcutiunt, aut qui minime iudicant. Nam iocundior fiet metaphora, si quidem ad animum transferatur. Plinius undecimo libro scribit, ex quadrupedum genere, talpæ visum deesse, oculorum tamen inesse effigiem, si quis prætentam detrahat membranam. Atque hinc ortum adagium.

Cæcior leberide.

AD eandem sententiam pertinet illud, τυφλὸς περὶ λαβερίδος, id est, Cæcior leberide. Citatur ex Aristophane. Est autem leberis, quemadmodum ostendimus & alibi, pellis illa sicca, quam serpentes, cicadæ, & si quod aliud animantis genus exiunt, quoties sibi inuentum renouant. In hac enim apparet effigies duntaxat oculorum, ac membranula quædam tenuissima, qua ser-

pentum

pentum oculi praeleguntur. Sunt qui tradant hoc, quod notissimum est de serpentibus ac cicadis, etiā piscibus quibusdam accidere. Eam verò pellem Lycophron in iambico carmine Syphar appellat:

Σύφαρ ἐκνήτοι ποτίσιν φυχὸν σκίπτει. id est,

Syphar interibit, testum ut effusit maris.

Syphar autem συμβολικῶς idē, suo more senem appellat, uel q̄ etas ea cecutiat, uel q̄ iam effeta atque arida, succo, viribusq̄ destituta sit. Sophron in Mimis, Τίμει ἐφύλας, τίς δὲ σὺ φάσκει ἀντ' ἀνδρῶς; id est,

Quid enim Xysilus, quid Syphar pro viro?

Xysilum appellans aridum & pruginosum senē, παρὰ τὸ ξύμιν; aut Syphar, quasi iam non hominem ipsum, sed pellē duntaxat exuccā atq; inanē. Qd̄ quidē & ipsum prouerbiū respicit. Aiunt autem leberidem proprie significare membranā extremā, qua scētus vaccarū obtegitur, in qua & ipsū vestigia duntaxat oculorum apparent. Adagium trisariam effertur, τυφλότιρος λιβερίδος, id est, Cæcior leberide: γυνότιρος λιβερίδος, id est, Nudior leberide: & κινώτιρος λιβερίδος, id est, Inanior leberide.

Tiresia cæcior.

A NOTISSIMA fabula sumptum, τυφλότιρος πικρὸς, id est, Cæcior Tiresia. Iuuenalis,

Nec surdum, nec Tiresiam quenquam esse Deorum.

Tiresiam prouerbiali figura pro ceco dixit, quemadmodum Horatius pro paupere Irum:

Intererit multum diues ne loquatur an Irus.

Hypsea cæcior.

NON dissimili figura dixit Horatius in Sermonibus,

- Ne corporis optima Lyncei

- Contemplans oculos, Hypsea cæcior, illa

Quæ mala sunt spectes.

Satis apparet paræmiā ab Hypsea muliere quāpiam infami, notēq; cecitatis esse profectam.

Sine sacris hæreditas.

VBI qua commoditas de improviso præter sumptum obiecta esset, ueteres sine sacris hæreditatem vocabant. Et omnino quicquid citra nostram operam alicūde obtingisset lucri quasi prouerbialiter hæreditatem appellabant. Ergasilus parasitus apud Plautum in Captiui duo: Sine sacris hæreditatem sum adeptus offertissimam. Et alibi: Annona est, sine sacris hæreditas. Nā hæredes alioqui uel pro salute laborantis, uel in parentibus defuncti, sacra quadam suo sumptu satisficere mos erat. Idem Plautus alibi: Mihi tales hæreditates non sepe obueniunt. Cicero in Verrem actione quinta: Hic Verres hæreditatem sibi uenisse arbitratus est, q̄ in eius regnum ac manus uenerat iste. Andreas Alcianus Prætermisorum libro 1. mauult adagionis originem ad prisce iuris consuetudinem referri. Lex enim duodecim tabularum sic habebat: Sacra priuata perpetua manento. Ea uerba interpretatur Cicero libro De legibus. 2. ut omnis ad quem patris familias pecunia perueniret, is teneretur sacra celebrare. Refertq; Scæuola pontificis interpretationem, qua traditum est quinque modis astringi sacris hæreditatem. Proinde ad quos ex iure propinquitatis redibat hæreditas, tenebā iur communium sacrorum societate. Suauius autem esse solet, quod inopinato contingit boni, quemadmodum

sine sacris hæreditas. Hæc aliāq; doctissime sanē differt Alcianus noster. Porro in Plautino dicto allusum uidetur ad Græcorum illud adagium: ἄβυστος ἱερὰ καὶ τὸ δῖον. id est, Non sacrificata sacra deuorare. Item ad Hesiodium illud:

Ἀπὸ χυτροπόδων ἀνιπρήκτων ἀνέλενται

Εὐδὲν. id est,

Ante sacrum factum, cibum ab ollis tollere raptū, Atq; edere.

Inter cæsa & porrecta.

ELEGANS in primis adagium extat apud M. Tullium in epistolis ad Atticum: Ea multa, inquit, imò omnia, quorum κεφάλαιον, ne quid inter cæsa & porrecta, ut aiunt, oneris mihi addatur, aut temporis. Videtur significare cunctationem, & ancipitem hesitationem, ac uelut interuallum illud, inter omittendum quod capium est, et incipiendum quod nouari oportet. Sumptus est autem è prisco auspiciū ritū, in quibus inter cæsa & porrecta sacerdos ceremonias quasdam agebat, quemadmodum testatur M. Varro libro De lingua Latina secundo. Nam flamen Dialis, inquit, auspicatur uindemiam, & ut iussit uinum legere, agna Ioui facit, inter cuius exta cæsa & porrecta flamen prorsus uinum legit. Porro quod exta cæsa prorogationem temporis apud ueteres significauerint, declarat Cicero libro De diuinatione secundo: Quid enim, inquit, habet aruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem?

Pensum soluere.

PENSUM persolvere, est tuas implere parteis, debuiq; persungi officio. Translatum à lanificio muliebri, in quo singulis certum lane pondus in opus distribuebatur: Plautus in Persa, Pensum meum quod datum est, confeci. Idem in Bacchidibus, Ego pensum meum lepide accurabo. Et M. Tullius libro De oratore tertio: Nunc ad reliqua progrediar, meq; ad meam munus pensumq; reuocabo. Varro De re rustica: Nos nostrum pensum absoluius. Hieronymus ad Rusticum: Et operis tui pensa persoluas. Verum quo longius erit detorta metaphora, hoc erit adagium uenustius: Veluti si ad sermonem, ad studium, ad officium, aut alias animi res refferatur.

Ne per somnium quidem.

OΔ' ὄναρ, id est, Ne in somnio quidem. Græcis prouerbialiter dictum est, pro eo quod est, nulla ratione, nullo tempore. Alioqui nemo scire tam omni felicitate destitutus, quin aliquando per quietem uel somniet læticia quæpiā. Lucianus ἐν τῷ πρῶτῳ τῶν ἐπὶ μισθῷ συμβόλων, ὁ δ' ὄναρ λαοκτοῦ παρὰ ἑρῆς ἐμπεριβύς, id est, Ne per somnium quidem unquam albo pane satiat. Idem usurpauit in Gallo, quom ai, regibus ne per somnium quidem aliqua re iucunda frui licere: ὅφ' ὅν ὁδὸν ὄναρ ἀπολασά τινος ἰδέσθαι ἐγγίνεται. Rursus πρὸς τοὺς ἡλίους, ὁ δ' ὄντων δὲ ἰδὺν, καὶ οἷον σὺ φῆς, οὐδ' ὄναρ ἀπὸ κινέμεν. id est, Porro suauiter canentes, & eo modo quo in prædicas, ne per somnium quidem audiuimus. Huc eleganter alludit Theocritus ἐν βακχιδίῳ, apud quē Eunica puella ciuilis, rusticum, basium dare conantē, ab se repellit, dicens tantum abesse πικρὸν, datura sit basium.

basium, ut hoc ne per somnium quidem oporteat sperare. Carmen sic habet.

— Εἴρ' ἀπ' ἑμοῖο.

Βωκόλας ὄν μ' ἐβίλας κῶσαι, πάλαι δ' ἐμελέεω

Ἀγροίκως φίλιν, ἃ δ' ἄστυα χεῖλεα θλίβην.

Ματὺρ μὲν κῶσαι τὸ κελὶν σῶμα, μὲν δ' οὐ δειροίε. ἰ.

— Aufer te hinc procul, inq. malam rem,

Tu mihi suaviolum dare vis homo rusticus? atqui

O miser haud didici dare basia agrestibus vnquam.

Sed magis urbanis soleo oscula figere labris.

Non mihi tu nitidum os labris sordetibus vnquam

Contigeris, nec per somnum.

Vtitur eodem & M. Tullius in Epistolis ad Atticum:

πολιτικὸς αἶνός, ὅδ' ὅναρ quisquam inueniri potest. Theo-

critus in Megara Herculis vxore, τὸ δ' ὅδ' ὅναρ, ἡλυ-

θου ἄλλω. id est, Quod alij ne per somnum quidem acci-

dit. Galenus τῷ δὲ φυσικῶν δυνάμεων lib. 2. καὶ ταῦτα ἔκ

ἐχρῆτο ἄλλω τῷ ἱερῶσις ἐκ τῶν, ἵπ' ὅ καὶ κατ' ὄναρ ποτὶ τοῖς

ἐκ τῷ περιπατῶσιν τοῦ χῶ. id est, Atq. hac oportebat

non esse ignota Erasistrato, si modo vel in somnis vn-

quam illi cum Peripateticis incidisset consuetudo. So-

lent autem vel extremae sortis homines aliquando ma-

gnifica quaedam somniare, quemadmodum apud Lucia-

num Micyllus, qui per somnium opulentissimus, ex per-

rectus, cerdo quispiam erat Iro pene pauperior. Nam

somniare sperandi genus est. Vnde & Virgilius in Bu-

colicis, spes inanes amantium somnia vocat:

— An qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

Huc respexit & Flaccus in Satyris, cum ait,

Cum te seruili longo cura q. leuaret,

Et certum vigilans quartæ sit partis Ulysses

Audieris haeres.

Itaq. ne per somnium quidem perinde valet, quasi di-

cas quod ne sperare quidem audeas. Plutarchus in li-

bello quem scripsit aduersus Stoicos, adagium extulit

paulo diuersius, ὅν δ' ὀνειράτα λαβὼν μὲν ἐστὶ παρὰ

τὰς κοινὰς ἐννοίας. id est, quorum ne somnia quidem ma-

gis capere licet extra communes cogitationes. Diuus

Chrysostomus aduersus Iudæos concione tertia sic ex-

tulit, ὅδ' ὅς ὄναρ.

Per nebulam, per caliginem,
per somnium.

QV ARVM rerum ambiguam quandam ac tenuem, pe-
neq. euandam memoriam aut intelligentiam obtine-
mus, eas res per nebulam recordari, per somnium me-
minisse, per caliginem videre, prouerbio dicimus. Vt
quæ puelli vidimus, senes quasi per somnium recorda-
mur, vix tenuibus quibusdam simulacris rerum inha-
rentibus animo nostro, qualis est ferme vulgarium in-
somnia memoria. Porro quod per mediam nebu-
lam intuemur, eius confusam duntaxat imaginem, ac
velut umbram incertam aspiciamus. Cuiusmodi sunt quæ
per caliginem cernuntur in tenebris. Hinc igitur du-
cta metaphora. Huiusmodi sermonis formæ frequen-
ter obuiæ sunt apud scriptores. Plautus in Pseudolo,
Sunt quæ te volumus percontari, quæ quasi per nebu-
lam nosmet scimus atq. audiuiimus. Idem in Captiuis
duobus, In memoriam regredior audisse me quasi per
nebulam. M. Tullius libro De finibus quinto, In infir-
ma atate, imbecillaq. mente, vis naturæ per caliginem
cernitur. Plato De legibus libro 7. ὃ δ' ἀλγὼν, δ' ἡλῶ-

σαι περιττόν οἶον δειγµατὰ εἶναι, κόντα εἰς φῶς, νῦν δ' ὅδ'
λεγοµένοις εἶναι κατὰ τὴν σκότον. id est, Ceterum quæ di-
co, conandum est, ut velut exemplis in lucem pro-
latis reddamus perspicua. Nam hæc videntur si-
milis iis quæ dicuntur per caliginem quandam. Eo-
dem in libro legitur καὶ ὅναρ, id est, per somnium, siue
in somnis.

De asini prospectu.

Ὅς παρακύντω, id est, De asini prospectu. Vetus adagiū
dici solitum in eos qui ridendo titulo quæpiam calumniā-
tur, aut de friuolis rebus aliquem in ius vocant. Euen-
tus qui fabulæ præbuit occasionē, varie narratur ab au-
ctoribus. Quidam huiusmodi quædam memorant: Fi-
gulus quispiam varias auium formas finxerat, easq.
in officina collocatas habebat. At asinus quidam, in-
obseruantius sequente agasone, inserto per officinæ fe-
nestellam capite, pariter & aues & reliqua vasa deie-
cit, comminuitq. Is cuius erat officina, agasonem in
ius vocat. Quumq. rogaretur ab omnibus, quanam
de re litem moueret: de asini, inquit, prospectu. Alij
aues non fictiles, sed veras fuisse volunt, quæ asino, si-
cuti dictum est, per fenestram immittente caput, di-
sturbata perticam ruperunt, reliqua q. vasa subuertere-
runt. Reliqua fabulæ vt cun. conueniunt. Lucianus
in asino suo paræmiam hanc fingit ex se natam, quod
dam asinus conarctur obliquato capite per fenestram
prospicere quid ageretur, tum sese, tum dominos suos
prodidit. Eamq. rem magno omnium risu exceptam,
in adagionem abiisse, ἔξ ὅς παρακύντω, id est, ex asi-
ni prospectu. Porro iuxta Luciani sententiam magis
quadrabit in eos qui stoliditate sua, dum inepte student
dissimulare, ridicule produntur. Hunc Luciani locum
amulans Apuleius in nono Metamorphoseos suæ li-
bro, scribit ad hunc modum: Qua contentione & cla-
moso strepitu cognito, curiosus alioqui & inquieta pro-
cacitate præditus asinus, dum obliquata ceruice per
quandam fenestram, quidnam sibi uellet tumultus
ille prospicere gestio, vnus e commilitonibus, casu for-
tuito conlimatis oculis ad umbram meam cunctos te-
statur in coram. Magnus deniq. continuo clamor
exortus est. Et emersis protinus scalis, iniecta manu
quidam me veluti captiuum detrahunt, iamq. omni su-
blata cunctatione, scrupulosius contemplantur singula,
cista etiam illa reuelata reperiunt, productumq. &
oblatus magistratibus miserum hortulanum, penas
scilicet pensurum, in publicum deducunt carcerem,
suumq. risu de meo prospectu cauillari non desinunt.
Vnde etiam de prospectu & umbra asini, natum est
frequens prouerbum. Hactenus Apuleius.

Suo ipsius indicio pe-
riit forex.

CVI confine est illud Terentianum ex Eunuchis: Ego-
met meo indicio miser quasi forex hodie perij. Verba
sunt Parmenonis, qui delusus a Pythia prodiderat se
seni. Donatus admonet esse prouerbiū in eos, qui suapte
voce produntur. Atq. hinc existimat ductam esse me-
taphorā, quod foricum proprium sit vel stridere cla-
rius quā mures, vel strepere magis cū obrodunt friuo-
la, ad quā vocē multi se intēdētes, quāuis p. tenebras
noctis transfigunt eos. Vsurpat hoc adagium diuus

g Aurelius

Aurelius Augustinus in primo de ordine libro erga suum Licentium, qui dum pulsata tabula, foricem strepitu absterret, ipse sese prodebat Augustino quod uigilaret. Allusit eodem Origenes homilia in Genesim tertia, Sed uidebor, inquit, ipse meis indicijis captus.

Induitis me leonis exuium.

Εἰδὲν τὶ μοι τὸ λειοντίω, id est, Induitis me leonis exuium. In eos dici solitum, qui suscipiunt negotium maius facultate, quique se magnificentius gerunt quam pro sua conditione. Quidam ab Hercule sumptum putant, cuius hic ornatus erat, ut leonis exuiio tegetetur, dein de altera manu clauam, altera gestaret arcum, atque hoc ornatu descendit ad inferos, Cerberum extracturus. Huc alludens Aristophanes in Ranis, Bacchum fingit, Herculis instar, leonis exuiio clauaq. instructum, ad inferos descendere parantem, ut Euripidem cum Aeschilo certantem audiret. ridetur autem ab Hercule, quod id gestaminis nequam illum deceret, ut pote mollem & effeminatum. Eodem pertinet quod Menippus ille Lucianicus eodem ornatu se ab inferis redisse adsimulat. Nihil autem prohibet, quo minus prouerbiū ad apologum illum referatur, cuius meminit Lucianus in Piscatore: Apud Cumanos asinus quispiam pertasus seruitutem, abrupto loro in syluam ausugerat. Illic forte repertum leonis exuium corpori applicabat suo. Atque ita pro leone se gerebat, homines pariter ac feras uoce caudaq. territans. Nam Cumani leonem ignorant. Ad hunc igitur modum regnabat aliquandiu personatus hic asinus, pro leone immani habuit ac formidatus. Donec hospes quispiam Cumas profectus, qui se penumero uiderat & leonem & asinum, atq; ob id non erat difficile dignoscere, aurium prominentium indicio, neq. non alijs quibusdam coniecturis asinum esse deprehendit, ac probe sustigatum reduxit, dominoq. agnoscenti reddidit. Interim autem risum non mediocre concitabat omnibus Cumanis asinus iam agnitus, quos dudum creditus leo, metu prope modum exanimauerat. Cumanos autem hic appellat, non qui sunt in Italia, sed qui sunt in Aeolide supra Lesbium. Nam & Lesbij & Cumani notati sunt stoliditatis, ut indicat Stephanus. Vsurpat hoc adagium Socrates Platonicus in Cratylo, negans oportere deterri se magnitudine disputationis instituta, postea quam semel leonis pellem esset indutus. Lucianus in Pseudologista: εἰ δὲ τίς τις, τὸ ἀποδύσωντος τὸ λειοντίω, ὡς φασί τινες, κατέβηκεν, ἵμνη τις ἀρχὴ ἐξ ὑποβορείων ἀρτὶ ἐς ἡμᾶς ἵκοι, ἢ ἐς τοσούτων κυμαίνεσθαι, ὡς μὴ ἰδὼν εὐθὺς εἰδέναι ὄντων ἀπαύτων ὑβριστάς τὸν σιόντα, μὴ περιμένειν οὐ κομίνεσθαι, id est, Nec opus est quopiam, qui tibi leonis exuium detrahat, quo palam fiat te Canthelium esse, nisi quis sane ab ipsis Hyperboreis hospes modo ad nos aduenerit, aut usque adeo Cumanus sit, ut qui uiderit, non protinus intelligat te asinorum omnium asinum ferocissimum esse, aut expectet, ut te praterca rudentē audiat. Eusebius Caesariensis aduersus Hierocle, οἱ χύσιται μὴ ἡμῖν φιλόσοφος, ὅς τις τὸ λειοντίω ἐπικρυπόμενος λέγει. id est, Abibit nobis quidem philosophus, ceterum asinus leonis intestus pelle. Demutauit nonnihil de prouerbio Lucianus in Philopseude, cū ait: τοσούτων χεῖρον

ἐλελήκαμε, ὑπὸ τῇ λειοντῇ, καλοῖόν τινος πέλεκυν περι-
σεύων. id est, Tantū temporis nō animaduerti eum sub
leonis exuiio ridiculā quandam simiam teclā habere.

Midas aurículas asini.

Μίδας ὅς τις ὦτα, id est, Midas aurículas asini. Refertur a Diogeniano. Natum a fabula notissima Midæ regis Phrygiæ, cui Phæbus, quod stolidè Panem canentem sibi prætulisset, asininas affixit aurículas. Quas cum diu mitra occulisset, tandem a tonsore animaduersum est, ac prolatum in uulgus. Porro adagium recte dicitur, uel in stolidos & crassis auribus, pinguiq. indicio homines. Vel in tyrannos, quibus cum aures sint asininarum instar longæ, procul etiam audiunt, uelut auscultatoribus dimissis, qui audita referant. Quos Plutarchus in libro De curiositate, ὁ πακουσῶς appellat, & προσαγωγίδας. Eoq. Lucianus in libello cui titulus, Non esse facile credendum de latoribus, calumniæ depingens imaginem, Midæ aures illi tribuit, propter studium subauscultandi captandiq. quid alij rerum faciant: οἱ δὲ τίς τις αὐτῆς κατέπαιτα παμμελένη ἔχων, μικρὸ δὲ τὴν τοῦ μίδως προσεοικότα, id est, Ad dexteram uir quispiam sedet, auriculis maximis, quales ferme Midæ fuerunt. Aristophanes in Pluto:

Μίδας μὲν οὐκ ἔν τ' ὄντος λάβηται. id est.

Midas quidem itaq. si asini aures sumatis.

Quo loco interpres admonet prouerbij de auriculis asininis, eiusq. commenti uarias allegat causas. Quosdam auctores esse, Midam hunc ob contemptum aliquā do uituperatumq. Bacchi nimen, in asinum fuisse conuersum. Alii narrant, cum aliquando præteriret asinos huius dei, atq; eos affectisset iniuria, iratum Bacchum, Midæ aurículas asininas addidisse. Sunt qui dicant huic aures natura prælongas fuisse, & asininarum instar prominentes, atq. hinc fabulæ iocum ortum esse. Quanquam pluribus placet, hac allegoria significatum, Midam utpote tyrannum Corycæos ac subauscultatores dimittere solitum, per quos quæcunque per omnem regionem uel fierent, uel dicerentur, cognosceret, nimirum illis utens aurium uice. Proinde cum uulgus admiraretur, ab illo resciri etiam ea quæ clam ac procul fierant, occasionem fabulæ dederunt, ut Midas diceretur aurículas asini habere: uel quod nullum aliud animal acrius audiat quam asinus, excepto mure: uel quod aures habeat omnium longissimas. Persius:

Aurículas asini quis non habet?

Ferunt nonnulli primum a poeta scriptum fuisse,

Aurículas asini Midæ rex habet.

Deinde metu Cæsaris scripturā mutasse, quis nō habet.

Hinc illæ lachrymæ.

Ex Andria Terentiana per allusionem prouerbialiter usurpatū uidetur ab Horatio: Hinc illæ lachrymæ. Vsurpauit ad hunc modū M. Tullius in actione pro M. Cælio: Hinc illæ lachrymæ, nimirum & hac causa est horū omnium scelerū atq. criminum. Dicitur autē de rei causā aliquandiu dissimulata, quæ uere tandē deprehendatur. Sumuntur autē frequēter id genus allusiones a claris auctoribus, et in prouerbij nicē trāsferuntur, etiā si nulla figura puerbialis adsit. Quod genus illud ex Homero

mero sæpius iteratum in Epistolis Ciceronis ad Atticum, αἰνέουσι Τροίαν, id est, Vereor Troianos.

Hæc Helena.

NON dissimili figura dixit Lucianus in Eunuchis, ἄνθρωπος ὅστις ἐστὶν ἡ ἑλὴν, ὅστις ἡ ἐλὴν, id est, Hæc ipsa erat Helena, pro qua digladiabantur. Loquitur autem de duobus Peripateticis, mercedis ac lucri cupiditate turpiter apud iudices contendentibus. Alludit ad monomachiam, id est, singulare certamen, quod inter Menelaum & Paridem factum describit Homerus Iliadis libro tertio.

Ebur atramento candefacere.

EBUR atramento candefacere, est genuinæ formæ, cultum atque ornatum externum inducere, quo decus illud nativum obscuraretur magis quam illustretur. Proinde Iena Plautina puellæ naturali forma præditæ, tamen cerussam ad oblinendas malas postulanti: Vna, inquit, opera ebur atramento candefacere postules. Propterea quod omne lenocinium rebus natura pulchris debonestamentum adferat, non venustatem. Velut si quis veritatem, qua nihil est pulchrius, rhetorum pigmentis conetur exornare. Porro quemadmodum cerussa ad candorem conciliandum adhiberi consuevit, itidem purpurissa ad tingendas rubore malas. Simili forma dixit in Mostellaria: Nova pictura interpolare vis opus lepidissimum.

Syncerum uas incrustare.

EODEM ferme pertinet Horatiana metaphora, quæ in sermonum lib. 1. legitur, Satyra 3.

At nos uirtutes ipsas inuertimus, atque

Syncerum cupimus uas incrustare.

Hoc est, quæ per se recta sunt, ea nominibus alienis impositis deprauamus atque obtegimus. Quanquam potest & ad superiorem sententiam eleganter accommodari: hoc est, cum rebus per se decentibus testorum inducimus, quod tegat & obscurat nativum decus, non augeat.

Pulchrorum etiam autumnus pulcher est.

Τὸν καλὸν καὶ ὀπώρα καλὴ, id est, Pulchrorum, etiam autumnus pulcher. Metaphora proverbialis nata ex Archelai apophthegmate, quod ab eo dictum Plutarchus refert in Euripidem, qui iam pubescentem atque exoletum Agathonem in conuiuium suauitabatur. Non absudit ab illo Homericis, quod alio reddemus loco, ἐκ τῆς καλῆς γυνώσκων, id est, E culmo cognoscere. Vernis enim mensibus nihil non tenerum ac nitidum, cum omnia adhuc in flore aut in herba sunt. Ceterum autumnus tempore postea quam iam in culmos aut caulem excreuerunt, horridiora videntur. Quadrat igitur in ea, quæ cum natura sint egregia, netum quidem fastidienda videntur, cum maturuerunt. Alioquin nihil fere tam sædum, quod non aliquando niteat ætate. Dicetur non ineleganter & in hos, qui belle portant ætatem.

Magnorum fluminum nauigabiles fontes.

SIMILI metaphora uidetur dictum & illud, quod refert ac notat Fabius in octauo Institutionum libro: Magnorum

fluminum nauigabiles fontes sunt. Eam sententiam ait se iuueni decantatam fuisse. Significat autem præpotentium quantulacunque, plus pollere quam uniuersas tenuium opes. Ceterum notat Fabius hoc sententiarum genus, quod palam falsæ videantur.

Generosioris arboris statim planta cum fructu est.

SIMILIAM huic eodē loco subiicit: Generosioris arboris statim planta cum fructu est. Quo quidem id inni uidetur, egregia beneque nata ingenia, statim mature scire, & ad frugem peruenire. Taxat Fabius & hoc sententiæ genus. Nobis tamen uisum est in adagiorum catalogum has quoque referre, quod uulgo celebres fuisse testatur, & impudentior hyperbole, sicut paulo superius dictum est, non reijcitur ab hoc genere.

Cornicum oculos configere.

M. TVLLIUS in oratione pro Murena scribit ad hunc modum: Deinde etiam si quid apud maiores nostros fuit in isto studio admirationis, id enunciatis vestris mysterijs, totum est contemptum & adiectum. Posset agi lege nec ne, pauci quondam sciebant. Fastos enim uulgo non habebant. Erant in magna potentia qui consulebantur, a quibus etiam dies tanquam a Chaldeis petebantur. Inuentus est scriba quidam Cn. Flauinius, qui cornicum oculos confixerit, & singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit, & ab ipsis iureconsultis, eorum sapientiam compilarit. Itaque irati illi quod sunt veriti, ne dierum ratione peruulgata & cognita, sine sua opera lege posset agi, notas quasdam composuerunt, ut omnibus in rebus ipsi interessent. Idem in actione pro L. Flacco: Hic Hercule cornici oculum, ut dicitur: nam hunc Hermippum hominem eruditum, ciuem suum, cui debebat esse notissimus, percussit. Porro proverbium natum sit ex apologo quopiam, an ex cunctu, an ex metaphora sumptum, non satis liquet. Unde cum fluxerit, perinde ualere uidetur, cornicum oculos configere, quasi dicas, nouo quodam inuento ueterum eruditionem obscurare, efficereque, ut superiores nihil scisse, nihil uidisse videantur. Effertur autem per ironiam. Nec admodum diuerse usurpauit Macrobius libro Saturnalium septimo: Et quia, inquit, his loquendi labyrinthis nos impares satemur, age Vetti, hortemur Enstathium, ut recepta contraria disputatione, quidquid pro uario cibo dici potest, uelit communicare nobiscum: ut suis telis lingua violenta succumbat, & Græcus Græco eripiat hunc plausum, tanquam cornix cornici oculos effodiat. Hactenus Macrobius. Illud non ab re fuerit admonere lectorem, ut etiam atque etiam consideret, num cornicum viuacitas & concordia huic adagioni locum fecerit. Siquidem cornix antiquitus Concordiæ symbolum erat. Eiusdem uinacitas etiam Græco proverbio celebrata est. Vt is uideatur cornicum oculos uelle configere, quisquis ea quæ antiquitas magno consensu approbavit, damnare ac recindere conetur. Nec admodum absurdum, si quis in hunc modum accipiat, ut dicatur oculos cornicum configere, qui perspicacissimis oculatissimisque uisum adiungat, offundatque tenebras: aut rem ipsissimam ac, quod aiunt, tangat, tantus uidelicet artifex, ut non solum scopum, aut anem, uerum & ipsos oculos iaculo feriat.

Νῦν δὲ κασιγνήτῳ ἴσον πρὸς ἑαυτὸν ἱταίρον. id est,
Sed nec germano quisquam est æquandus amicus.
Est enim inter hos, quos amamus, habendus ordo. Nihil autem vetat, quo minus ad rem torqueatur, quod genus, si quis dicat, maiorem habendam esse vitæ quam pecuniæ, corporis quam uestis, animi quam corporis rationem, recte adduxerit, γόνυ κνήμης ἔγγυον.

Omnes sibi melius esse malunt
quàm alteri.

EANDEM ferme sententiam Terentius simpliciter ex-
tulit in Andria:

Verum illud verbum est, vulgo quod dici solet,

Omnes sibi esse melius malle, quam alteri.

Rursum in eadē fabula prouerbiū ad personā dctorfit,
Hecus proximus sum egomet mihi.

Aristoteles lib. Moralium Eudemiorum septimo, Δοκῆ
ἡ ἐνίοις μάλιστα ἐκαστος αὐτὸς αὐτῷ φίλος id est, Nonnul-
lis enim videtur quemq; sibi potissimum amicum esse.
Idem Plato lib. De legibus 5. Τὸ δὲ εἶναι δὲ λίγιστον, ὅς
ἐστις αὐτῷ πᾶς ἀνθρώπος φίλος, καὶ ὁρῶν ἐχθρὸς id est,
Hoc est autem quod aiunt, unumquemq; natura sibi a-
micum esse, idq; recte fieri. Sed Terentianam sententiā
Euripides extulit in Medea.

Ὡς πᾶς τις αὐτὸς τὸ πέλας μᾶλλον φίλον. id est,

Quod quisq; semet plus amico diligit. Vel sic,

Quod quisq; se plus atq; amicum diligit.

Rursum in Græcarum sententiarum collectaneis:

Φίλοι δ' ἑαυτὸς πλεον ἐδίδε δδναι. id est,

Nemo seipso diligit quenquam magis.

Φίλωται.

QVI sibi vehementer placent, quicq; suis ipsorum com-
modis impense student, aliorum rebus vel neglectis,
vel ēt afflictis, à Græcis eleganter φίλωται vocantur.
Vitium ipsum φιλωτα dicitur. Quod apposite circum-
loquens Horatius: Cæcus, inquit, amor sui.
Id vitij Plato malorum omnium fontem autumat. Ari-
stoteles 9. Moralium lib. satis indicat hanc φιλωτα pro-
brosam appellationem, ceu prouerbialem vulgo iacta-
tam fuisse, cum ait, homines sui supra modum amantes
à multitudine mala audire, quippe qui sædo infamiq;
cognomine vocentur φίλωται. Contra qui sibi displicēt
putiduli vocantur. Martial.

Altera rancidula est, altera putidula est.

Est autē id vitium fere insitum, ut sua cuiq; magis pro-
bentur quam aliena, quod tamen eximie videtur fuisse
in Afris. id qđ elegantèr notat Galenus libro τῶν φυ-
σικῶν δυνάμεων primo, οὕτως ἀρχὴ δύσπεπτον τι κα-
κὸν εἶναι ἢ ποδὶ τὰς αἰτίσεις φιλοτιμία καὶ δύσπεπτον οἷον τοῖς
μαλίστα καὶ νόσος ἀπείσους δύσπεπτον. Adeo de seclis
contentio malum est, quod agre excutitur, & cum pri-
mis inelutibile, deniq; quauis scabie insanabilius.

Extra telorum iactum.

Ἐξω βολῶν, id est, Extra telorum iactum, pro eo quod est in-
tuto, citraq; periculum. Translatum à bellis, ubi qui
nolunt feriri iaculis, longius femouent sese, quàm ut
possint contingi iactu teli, aut in loco à iaculis defen-
so continent. Vnde illud frequens apud historicos, iam
ad teli iactum peruenerant. Q. Curtius lib. 2. Iam in con-
spectu, sed extra teli iactum utraq; acies erat. Idē lib.
4. Ut extra teli iactū essent. Ac rursum: Nondum ad

teli iactum peruenerant. Quod Græci dicunt οἰτὸς
βιολῶν. Neq; vero tantum ἢ dicuntur ἔξω βολῶν esse,
qui longius absunt quam ut iaculo contingi possint, ve-
rum etiam qui utcumq; tuti sunt. Seneca lib. De bene-
ficiis 7. simili tropo dixit extra iactum: In iuriam Deo
sacrilegus quidem non potest facere, quem extra iactum
sua diuinitas posuit. Lucianus in Vois. ἐπισκοπῶν ἔξω
βιολῶν ὑπερβαρύνει. Optat quispiam pēnas, ut ē su-
blimi spectare possit dimicantes, ipse tutus à iaculis.
Idem, ἔξω ὅν βιολῶν id est, Iamq; extra teli coniectū
erat. Polyphemus de Vlysse, qui iam fugerat, ut eum
Cyclops telo assequi non posset, Odyssæ K. ad finem.
Idem rursum, αἱ δὲ μέσαι διὰ τὴν ἄτροπην, καὶ ἔξω βιολῶν
εἰς ἡν, id est, Cur musas non feris, atque à tuis telis sunt
tuta? Alludit huc idem in Nigrino, καὶ κατέχρησεν ὁ ζῆλος
τὸν ἑκτορα ὑπερβαρύνει ἑμαυτὸν, ἐκ βιολῶν φασίν, ἐκ τῆς
ἀνδραγαθίας ἐκ δ' αἰματός, ἐκ τῆς κούροισι, τὴν λοιπὴν οἰκίαν
εἰς ἡν ἰδὲ μὲν. id est, Quemadmodum Iupiter Hectorem,
ita meipsum à iaculis eximens, ut aiunt. Atq; à cæde
virum, atq; à sanguine, deq; tumultu, reliquum vite
tempus domi sedere destinabam. Est autem apud Ho-
merum Iliados 8.

Ἐκ βιολῶν, μὴ περὶ τὴν ἑλπίδα ἑλκος ἀρῆται. id est,

Extra tela, ut ne quis vulnus forsitan addat

Ad vulnus.

Contra, quem obnoxium periculo uideri uolumus, hūc
οἰτὸς τὸ βιολῶν κινῶν ὑπομένειν περὶ. id est, Ne tantisper
quidem manentes, ut intra teli iactum essent. Vergi-
lius in 11.

Iamq; intra iactum teli progressus uterq;.

Post principia.

EANDEM ferme sententiā habet, Post principia. Sum-
ptum item à bellis, in quibus tutissimus locus est post
principia. Siquidem in prima acie stabant hastati, in se-
cunda principes, robustior ætas: hos sequebantur scu-
tati omnes, maxime insignes armis, post hos triarii &
rorarii, quemadmodum indicat T. Livius Decadis pri-
mæ, lib. 8. Itaq; nullus in acie locus tutior quam post
principia. Terentius in Eunuchō:

Tu hosce instrue, hic ego ero post principia,

Inde omnibus signū dabo. Erat autē hic locus timido
nebuloni conueniēs, id quod ridens Gnatho, Illuc, in-
quit, est sapere, ut hosce instruxit, ipse sibi cavit lo-
co. Idem hoc Pyrrhus fecit. Donatus admo-
net eum usum verbo militari. Porro Vegetius libro De
re militari secundo testatur, principales in acie mili-
tes, proprie dici principia. Sic enim ait: Antiqua
ordinatione legionis exposita, principium militum,
& ut proprio verbo utar, principiorum nomina ac di-
gnitates secundum præsentis matriculas indicabo.
Axius apud Varronem. Ego vero, ut aiunt, post
principia in castris. In prouerbio, Res ad triarios re-
dijt, plura de his comperies.

Procul à pedibus equinis.

Ἐκ τῶν ποδῶν ἐν πείων, id est, Procul à pedibus equinis.
Etiam hodie vulgo dicitur, cum significant fugiendum
esse periculum. Hac uoce monere consueuerūt, ut quis
que sibi cauere in certaminibus equestribus, ἔξω τῶν
ποδῶν ἐν πείων: id est, Extra pedes equinos. Eam dein-
de vulgus prouerbij vice usurpauit.

Porro

Porro à Ioue atque fulmine.

Πρότερον δὲ πάλιν καὶ κεραυνῶν, id est, Procul à Ioue pariter atque à fulmine. Refertur à Diogeniano. Admonet nō esse agendum cum præpotentibus, qui nutu possint perdere si quando libeat, maxime cum regibus ac tyrannis. Habent enim fulmen, si quando commoveantur. Porro Ioui fulmen attribuit poeta. & reges quidam hac effigie suos colossos fingi voluerunt, auctore Plutarcho. Citatur à Suida huiusmodi hemistichion:

Αὐτὸν ἀπὸ μνηστῆρος ἀνδρῶς.

id est,

Maiorem uitato virum.

Refertur & hoc à Diogeniano inter adagia. Monet autem parum esse tutum habere commercium cum principibus, quibus quod libuit licet, & in quos apposite dixeris illud Græcorum apophthegma: Μίχρος ἐν ὁ κίνδυνος βαλεῖται καὶ μὴ δειλὸν αὐτὸν βαλεῖται ποικίλιν θανάτου. id est, Ingens periculum, velle quæ non decet, eum, qui possit quicquid uoluerit efficere. Huc pertinet quod Callisthenem admonuit Aristoteles, ut cum Alexandro aut raro loqueretur aut iucunda. Item quod refert Plutarchus in vita Solonis: is spretus est à Cræso, quod de felicitate nimium libere respondisset, itaque cū Aesopus fabularum scriptor admoneret illum, ὅτι τοῖς βασιλεῦσι δεῖ ὡς ἡκιστὰ καὶ ὡς ἡδιστὰ διαλεῖσθαι, id est, quod cum regibus aut quam minime, aut quam iucundissime colloquendum esset: Solon retorfit dictum hunc in modum, καὶ δεῖα καὶ ὡς ἡκιστὰ καὶ ὡς ἡδιστὰ, id est, non per Iouem, imo potius aut quam minime, aut quam optime. Allusit ad prouerbiū Ouidius, hoc attæctus fulmine, Viue tibi, quantumq; potes prælustria uita. Sauum prælustri fulmen ab arce venit.

Septem conuiuium, nouem conuicium.

SEPTEM conuiuium, nouem conuicium. Elegans uel ob ipsam προσωπομαχίαν sententia, qua significatū est, in conuiuium paucos adhibendos esse, alioqui fore tumultuosum atque insuauē. Quod significans Horatius.

-Locus est, inquit, & pluribus umbris,

Sed nimis arcta premunt olida conuiuia capræ.

Extabant antiquitus leges quæ præscriberent, simul et moderatum conuiuiarum numerum, & sumptus modicos. M. Terentius Varro apud Celsum censet conuiuias intra Gratiarum & musarum numerum oportere consistere, ne aut plures sint septem, aut pauciores tribus. Sed hoc adagium vetat ad Musarum usque numerum peruenire. Plinius libro vicesimo octauo, capite secundo scribit, Seruium Sulpitium commentū fuisse causam, cur ominosam esset mensam relinquere, quod illis temporibus nondum numerabantur conuiuiæ plures quinque. Chærephon apud Athenæum lib. 6. videtur admittere conuiuias usque ad triginta, dumtaxat in nuptiis. Cæterum quibus datum erat negocium numerandi conuiuias, γυναικονόμος appellant. Refert inibi fabulam non illepidam: Parasitus quum inuocatus venisset ad nuptias, & postrennus accumberet, gynaeconomi numeratis conuiuiis, iusserunt illum abire, quod contra legem, super numerum triginta sequutus esset. At ille, Numerate, inquit, denuo, à me sumentes initium. Hoc pacto non erat futurus supernumerarius. Refertur apud Iulium Capitolinum in vita L. Veri imperatoris: Et notissimum quidem, inquit,

eius fertur tale conuiuium, in quo primū duodecim accubuisse dicitur, cum sit notissimum dictum de numero conuiuiarum, Septem conuiuium, nouem uero conuicium. Conuicium autem dixit pro clamore, quasi conuocium. Torqueri potest ad polyphiliam, aut ad turbam rationum in argumentando, aut exemplorum in suadendo: aut etiam ad polytechniam.

Quauis in re turba confusionem parit ac molestiam.

De gradu deiicere.

PROVERBIALIS allegoria De gradu deiicere: pro eo quod est animo consternari, ac velut à statu mentis dimoueri. M. Tullius Officiorum libro primo: Fortis vero animi est & constantis, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu deiici, ut dicitur, sed præsentis animi uti consilio. Consimilis figura est, In gradum reponere, quasi in pristinum locum restituere. Quintilianus institutionum libro quarto, Aut si quid itubaucrunt, opportuna rursus eius à quo producti sunt, interrogatione velut in gradum reponantur. Ad eandem formam pertinent: Mouere loco, Deturbare gradu, Restituere in locum.

Post mala prudentior.

Μετά τὰ δυνάστες καὶ πονηροὺς, id est, Post acerba prudentior. Vbi quis suo malo fit cautior, non aliter quam qui gustato veneno, non prius intelligunt esse venenum, quam noxiam eius vim sentire ceperunt. Finiuntur est ei quod alibi dicitur:

Πεχέει δὲ πρὸς τὸν νότον.

id est,

At nouit rem faciliā deniq; stultus.

Item ei,

Κλῆρον προμηθεὺς ἐστὶ μετὰ τὰ πράγματα.

id est,

Rebus peractis est Cleon Prometheus.

Adagium recensetur in collectaneis Apostolij, quem equidem auctorem non adducere in medium, nisi cogeret inopia magis idoneorum.

Ex ouo prodijt.

Εξ ὧν ἐγένετο, id est, Ex ouo emerfit. Aiunt dici solitum de magnopere formosis ac nitidis, quasi neques communii hominum more natos, sed ex ouo, more Castoris & Pollucis. Siquidem est in poetarum fabulis, Ledæ Tyn dari filiam, ex Iouis concubitu duo peperisse oia, è quorum altero prodire gemini, Castor & Pollux, insigni forma iuuenes: ex altero nata est Helena, cuius forma literis omnium est nobilitata.

Non est cuiuslibet Corinthum appellere.

Οὐ παντός ἐστιν ἀνδρὸς ἐκ κορινθίων ἰδέσθαι, id est, Non est datum cuius Corinthum appellere. Vtistum iuxta ac venustum adagium de rebus arduis, & aditu periculosis, quasq; non sit cuiuslibet hominis affectare. Inde natum quod, ut refertur apud Suidam, nec facilis, nec satis tutus sit nantis in Corinthis portum appulsus. Nam Strabo libro Geographiæ octauo, aliò refert originem prouerbij, nempe ad luxum & meretrices Corinthiorum. Ostendit enim Corinthum quod in Isthmo esset, duosq; haberet portus, alterum aduersus Asiam, alterum Italiæ oppositum, negociatorum frequentia locupletissimam fuisse. In eadem templum fuisse Veneri sacrum, adeoq; locupletatum, ut plus mille puellas haberet, quas Corinthij Veneri consecra-

8 4 rant,

rant, ut in eius honorem proflarent. Itaque harū gratia frequens in urbem multitudo undique confluebat, unde ciuitas maiorem in modum ditabatur: quin etiā negotiatores, hospites ac nautæ, propter urbis luxum deliciasq; immoderatos sumptus facientes exhauriebantur. Atque hinc manasse vulgo prouerbiū, Cuiuslibet non est Corinthum appellere. Horatius, & A. Gellius ad Laidem nobile scortum referunt adagium. Nam ille in Epistolis ad hunc modum scribit.

Principibus placuisse viris non ultima laus est,
Non cuius homini contingit adire Corinthum,
Sedit, qui timuit, ne non succederet.

Ad Aristippum videlicet alludens, quem Laidi consueuisse notum est, & ita consueuisse, ut gloriaretur se unum habere Laidem, reliquos haberi à Laide. Hic, nēpe Gellius lib. 4. cap. 8. ex Phocione Peripatetico huiusmodi refert historiam: Lais, inquit, Corinthia, ob elegantiam uenustatemq; formæ grandem pecuniam demerebat. Conuentusq; ad eam ditiorum hominum ex omni Græcia celebres erant, neque admittebatur, nisi qui dabat quod poposcerat. Poscebat autem illa nimiam quantitatem. Hinc aiunt natū esse illud frequēs apud Græcos adagium:

Οὐ πάντες ἀνδρες εἰς κόρινθον εἰδ' ὁ πλεῖς.

Quod frustra iret Corinthum ad Laidem, qui non quiret dare quod poposceretur. Ad hanc ille Demosthenes elanculum adit, & ut sui copiam faceret petit. At Lais meriās δρεχμας, id est, decem drachmarum milia poposcit. Tali petulantia mulieris, atque pecunia magnitudine ictus, exprobandusq; Demosthenes auertitur & discedens, ego, inquit, pœnitere tanti non emo: & οὐδ' ἐμὰ μνηστὴν δρεχμῶν μεταμέλειαι. id est, Non emo decem drachmarum millibus pœnitūdinem. Alij malūt in genere ad omnes Corinthiorum meretrices referre, quarum rapacitatem etiam vetus comædia taxauit. Aristophanes in Pluto,

Καὶ τὰς γ' ἐτάρας φασὶν τὰς κορινθίας
Ὅταν μὲν αὐτὰς τίς πένυς πρὸν τύχη
Ὅς δὲ προσέχηται πένυα, εἶναι δὲ πλεῖστος
Τὸν πρὸς αὐτὰς δόδους εἰς τὴν τρεῖς πένυ.

Quos equidem versiculos haud grauaremur Latinos facere, si quam sunt elegantes, tam essent etiam uerecundi. Strabo meminit apophthegmatis cuiusdam meretricij, ex quo licebit earum auariciam coniicere. Nā cum matrona quedam cuipiam huius ordinis probro obiiceret inertiam, quod nihil ageret operis, uulgo la nificio exerceretur: Imò, inquit, ego illa qualiscunque sum, iam ternas telas exiguo temporis spatio pertexui. Nobis tamen non uidetur absurdum, si paræmia referatur ad periculosam in Corinthum nauigationē, de qua meminit eodem in libro Strabo. Vt hinc postea deriuata sit ad alios vsus. Parasitus ille Comicus eleganter detorsit prouerbiū:

Οὐ πάντες ἀνδρες ἐπὶ τὰ πλεῖστα εἰδ' ὁ πλεῖς. id est,
Adire mensam, haud hominis est cuiuslibet.

Citatur autem à Stobæo, ex Nicolao quodam poetico mico. Meminit & exponit hanc paræmiam & Eustathius, enarrans nauium catalogum, additq; eam imitam ex illo versu Sophocleo:

Ὅν εἰς ἅδ' εἰ πλοῖοι τοῖσι σάφροσι βροτῶν. id est,

Non à modestis nauigatur huc viris.

Extat hic versus, cuius meminit Eustathius apud So-

phoclem in Philocteta. Proinde duplex erit vsus adagi, vel cum significamus rem esse maiorem, quam pro viribus eius qui conatur aggredi, ueluti si quis parum felici natus ingenio, parumq; viatico instructus, destinet sequi literas: vel quoties aliquis negotium parū tutum aggredi parat, quod non temere soleat feliciter euenire, ueluti si quis apud iudices δωρεῶν τε litterarum instituat nunquam finiendam, aut principum aulis sese addicat, aut bellum suscipiat. Nihil enim fere horū ita bene consuevit euenire, ut non pœniteat consilij.

Satis quercus.

Αἱ δὲ εἰς, id est, Sat quercus. Vetus adagium in eos, qui relicto viētū sordido, ad elegantiorē lautiorēq; digrediuntur. Inde profectum, quod prisci illi mortales rudes atq; inculti, simulatq; Ceres usum frumenti mōstrauit, glandibus viētūare deserunt. Quanquam Plinius lib. 16. testatur, & sua ætate multas gentes glande viētūasse: apud Hispanos etiam in delicijs habitam: adeo ut bellariorum uice secundis mensis inferretur. Huiusmodi nimirum tragēmata conueniebant ijs, quibus dentificij loco lotium esset. Nec inconcinne quadrabit in eos, qui relicta antiqua illa virtute, ad mores consiliaq; sui seculi sese transferunt, ac recentiorum moribus incipiunt uti. Hunc ad modum uidetur vsus Cicero, scribens ad Atticum libro 2. in epistola cuius initium, Multa me sollicitant. Clodij contentiones, quæ mihi proponuntur, modice me tangunt, etenim vel si bire eas videor summa cum dignitate, uel declinare nulla cum molestia posse. Dices fortassis, & τις tanquam δρεῖς: Saluti, si me amas, consule.

Fenestram aperire, & similes metaphore.

APERIRE fenestram, pro eo quod est, occasionem, ac velut ansam ministrare. Terentius ἐν αὐτῶν τιμωρεῖν: Huius quantam fenestram ad nequitiam patefeceris. Verum hoc non nisi in malam partem, illud etiam in bonam. Aperire ianuam. Plinius Suetonio Tranquillo: Atque adeo illa affio mihi aures hominum, illa ianuam famæ patefecit. Plutarchus in libro de Officiis: Μεγάλας μὲν τῷ δέῳ λεῖψ κλισιάδας ἀνοίγοντες. id est, Magna impiæ plebi repagula aperientes. Eiusdem formæ & illud Ciceronis pro Plancio: Quanquam qua nolui ianua in causam ingressus sum. Item illa, Aperire uiam, Præstruere uiam, Præcludere uiam, Iacere fundamenta: quorum alibi meminimus. Diuerso quidem sensu philosophus quidam Cynicus dictus est θυρεοπαλαιστής, quod in omnium aedes irrumperet, reprehensus si quid displiceret: sed tamen ea vox torqueri potest ad eos, qui cæteris uiam aperiunt.

Ansam querere, & consimiles metaphore.

ANSA est, qua quippiamprehenditur ac tenetur. Hinc ducta metaphora, varias adagiorum formas præbuit. Plautus in Persa: An non vides hunc ansam querere? id est, captare occasionem rescindendæ irritandæq; pactionis. Quod quidem à Græcorum tractum est figura, apud quos frequens est, λαβὼν ἑστῆν. παρὲς χεῖρ' λαβὼν. id est, ansam querere, præbere ansam. Aristophanes in Lysistrata:

Εἰ γὰρ εἰδὼς ὅστις ἡμῶν τὰς δὲ καὶ σμικρὰν λαβὼν,

Ὅδιν ἐμὴν ἔσθιν αὐτῶν λιπαρὰς χερσὲρ' ἴσσο. id est,

Si qua

Si qua per nos uel pusilla data sit ansa serminis,

Pinguis ipse nil relinquit protinus chirurgie.

Plato libro De legibus tertio, καὶ ὁ λόγος ἡμῖν οἷον λαβὼν ἀποδίδασιν. id est, Et ipse sermo nobis velut ansam præbet. Aristides in Pericle, τὴν τὴν βασιλικὴν δοκίμην παρίχεν λαβὼν. id est, Ansam præbere, ut inuidere uideatur. Idem ad simili figura dixit in Timone, Οὐ δὲ διδῶσι χάριον τῇ βασιλευσσίᾳ. id est, Neque dat locum conuicio. Rursum Plato libro De legibus septimo, Ut contentionis ansas multis præbuerint. Rursum De re publica libro octauo, indicat metaphoram sumptam à palæstritis, quorum hæc ars est, sic componere corporis, ut prehendi non possint: πάλιν τὸν αὐτὸν παλαιστήτην αὐτὸν λαβὼν παρίχεν. id est, Rursum igitur tanquam palæstrita eandem ansam præbe. Eodem pertinet In eisdem ansas incidere, & ansam arripere, ansam præterire, ansam negligere: & si qua sunt alia. Epictetus in Enchiridio suo scripsit, unicuique rei binas esse ansas, alteram qua teneri possit, alteram qua non possit. Arripiendum igitur unumquodque ea qua possit teneri, id est, bona undique excerpenda, mala toleranda. Philosophus quidam adolescentes nullis mathematicis disciplinis instructos noluit admittere, quod diceret illis deesse ansam philosophiæ. Pultarchus autem in libello De audiendis poetis, eleganter scripsit, multas esse corporis partes, per quas sese insinuant uitia, uirtuti uero unicam esse ansam, aures adolescentulorum si puræ fuerint, nullisq; assentatorum & corruptorum hominum sermonibus occupatæ.

Cyclopi donum.

Κύκλωπος δῶρεα, id est, Cyclopi munus: pro eo quod est. munus inutile. Cuiusmodi sunt ferme tyrannorum & latronum beneficia, qui solent hoc ipsum magni beneficii loco imputare, quod aut minus, aut serius noceant. In hanc sententiam Cicero Philippica 2. Quod est aliud P. C. beneficium latronum, nisi ut commemora re possint ipsi se vitam dedisse, quibus non ademerint? Lucianus ἐκ καταπλά; Οὐ πάντως ἡ τὸ κύκλωπος ἐκείνου δῶρεα, τὸ ὑποχρεῖσθαι, ὅτι πύματον ἐν τῇ ἐτιν κατὰ δομαί. id est, Haud admodum me Cyclopi illud donum deleat, uidelicet quod ita pollicetur, Ego Vtin postremum deuorabo. Verba sunt Micylly cerdonis, qui cum esset questus, quod non statim cum alijs in cymbâ Charontis reciperetur, atque hoc ipsum Clothoparca, beneficii vice imputaret, quod interim tantillum moræ lucrifaceret ne descenderet ad inferos, ad hunc modum respondit. Neque dubium quin Lucianus Homerici locum retulerit, qui est in Odysseæ lib. 9. ubi Cyclops Polyphemus deleatus dulci vino, quod illi donarat Ulysses, munus promittit, quo accepto ille sit magnopere gauisurus, ut denuo sibi ministret de sua lagæna. Dedit Ulysses spe muneris iterum atque iterum. Porro ubi iam vino delinitum crederet mitius responsurum, reposit Ulysses munus promissum. Cui Cyclops hunc in modum respondit.

Ὅτιν ἐγὼ πύματον ἰδοῦμαι μετὰ οἷς ἐπαροισί.

Tūc δ' ἄλλας πρόσδοι. τὸ δὲ τι ἐμὴν ἰόν ἐσα. id est,

Post socios mihi, postremusq; uorabitur Vtis,

At reliqui prius: hoc ex me tibi munus habebis.

Ceterum οἷς Græce, nullum significat: quod nomen iuxerat Ulysses, quo Polyphemum posset deludere.

Tuis te pingam coloribus.

Tuis te pingam coloribus: id est, Talem te describam, qualis es. Translatum à pictoribus, qui nonnunquam faciem hominis ita ut est exprimunt, ac representant, nonnunquam alienis fucant coloribus. Aut etiam aliusum est ad Aesopicam corniculam, quæ se coloribus alienis venditauit. Diuus Hieronymus in Rufinum: Posses & ego te tuis coloribus pingere, & insanire contra insanientem. Ibidem rursum: Scire enim te iactas crimina, quæ tibi soli amicissimo sim confessus, & hæc in medium prolaturum, meisq; me coloribus esse pingendum. Plinius in præfatione historiae mundi: Et ne in totum videar Græcos insectari, ex illis nos uelim intelligi, pingi, coloribus, quos in libellis his inuenies. Et Cicero libro Epistolarum ad Quintum fratrem secundo, epistola ultima: Tuis coloribus, meo penicillo. Quam hoc paulo diuersius.

Ornatus ex tuis virtutibus.

Hinc non multum abludit illa ironia Terentiana, Ornatus ex tuis virtutibus. In Adelphis: Si regnum possiderem, ornatus esses ex tuis uirtutibus: id est, haberes præmia tuis factis digna. Nam olim reges honorem habebant ipsi, quos facinus aliquod præclarum edidissent.

Domi Milesia.

Ὅμοι τὰ μάλιστα, id est, Domi Milesia. In eos dici solitum, qui ibi domesticum luxum celebrant, ubi minime probatur. Nam domi liberum est unicuique suo more uiuere, Hospitis autem est, ut eorum apud quos diuersatur & cultum & mores tui laudet, tum imitetur quoad potest, certe sua non iactet, aliena damnaans. Id quod facere solent quidam homines imperiti, qui quocunque terrarum uenerint, omnium omnia uituperant: sua nimis importune laudibus tollunt, etiam uitia pro summis uirtutibus efferentes. Refertur adagium ab Angelo Politiano in Miscellaneis, additq; inde natum, quod olim Milesio ciuidam hospiti. cum apud Lacedæmonios deliciis patrias extolleret, ad hunc modum responsum fuerit: ὁμοι τὰ μάλιστα, μὴ ὅς τις εἴδῃ. id est, Domi, non hic Milesia: huius sententiæ citans auctorem Zenodotum quendam adagiorum collectorem. Feruntur quidem Zenobij cuiusdam collectancæ, quem an ille Zenodotum appellet, nondum satis liquet, uerum in his collectancis huiusmodi quædam inuenimus fabulam, quam eandem refert Suidas: Aristagoras quidam Milesius Lacedæmonem profectus, postulabat ut Ionibus à Persis bello vexatis suppetias ferrent. Is autem cum in concionem prodisset, insolita apud Lacedæmonios uestitus mundicie, alijsq; delicijs Ionicis affluens, quidam ex Ephoris eum hoc dicto submonuisse fertur, ὁμοι τὰ μάλιστα, id est, domi Milesia. Porro Ephorus Lacedæmoniorum est magistratus, cuius munus est de contrahibus cognoscere, ut auctor est Aristoteles tertio libro Politicorum: alioqui uox ipsa sonat, quasi dicas inspectorem. Ceterum Athenæus libro duodecimo, causam adagionis secus narrat, nempe Milesios luxu Colophoniorum imitatos, morbum suum finitimis etiam regionibus tradidisse. Hoc nomine cum male audirent, sese admonerant, ut domi suis delicijs

delicijs uterentur, non etiam traducerent. Effertq. pro uerbis ad hunc modum: οἱ καὶ τὰ μάλιστα καὶ πικρὰ καὶ μὴ οὐ μίση. id est, Domi Milesia, ac vernacula, nō in propatulo. Vt autem Lacedæmoniorum seueritas multorum literis est celebrata, ita Milesiorum luxus in hominum sermonem abiit, adeo ut quicquid molle, parumq. uirile uelint intelligi, Milesium appellent. Vnde Aristides quidam libro suo, fabulis obscenis sciatenti, titulum indidit, μιλισιακῶν. Et Lucianus in Amorum, sermones amatorios lasciuos, Milesios uocat. Martianus Capella: Nam certe, inquit, μύθεε ποιῆς etiam diuersitatis delicias Milesiacas. Quin & Apuleius in carmine iambico, quo asinum suum auspicari uoluit, demulcentes & prurientes narrationes suas, sermonem Milesium uocat. Iulius Capitolinus in uita Clodij Albini: Milesias, inquit, nonnulli eius dicunt, quarum fama non ignobilis habetur, quamuis mediocriter scriptæ sunt. Et hæc de fabulis Apuleianis dici testantur ea, quæ paulo post citat ex epistola Seueri: Maior fuit dolor, quod illum pro literato laudandum duxisset, cum ille nanijs quibusdam anilibus occupatus, inter Milesias Punicas Apulei sui, & ludicra literaria consenseret. Hactenus Capitolinus. Quod autem sui Apulei dixit, illuc pertinet, quod & Albinus ipse, itidem ut Apuleius Afer esset. Cæterum præcipua Milesiorum mollicies in vestitu, propterea quod apud illos texta essent omnium mollissima. Vnde & Tyrius Maximus Milesios λιμαυτάτας uocat, nimirum a cultus elegantia. Vergilius in Georgicis, delicatissima uellera, Milesia nominat; Horatius item:

Alter mileti textam, cane peius & angue

Vitabit chlamidem:

uestem molliculam, parumq. seueram significans. Aristophanes in Ranis, ἑστρωματὶ μιλισίῃσιν ἀνὰ πτερὰ μί-
νει. id est, Stragulis Milesijs inuolutus, Horum meminit & Theocritus, & complures alij scriptores. Sed ad intelligendum adagij sensum, iam plus satis. Allusit ad prouerbiū Euripides in Helena:

Οὐκ ὦν ἐκὼ πρὸς στυγρὸς ἦδ', οὐκ ἐξ ἑξ ἧς. id est,

Magnificus illic forte eras, non hic item.

Allusit & Antiphanes apud Athenæum libro quarto, his quidem uersibus,

-Εὐλακεδάμωνι

Γέγονας, ἐκείνου τῶν νόμων μεδικτῶν

ἔστιν, ὅθεν ἐπὶ δειπνῶν εἰς τὰ φιδίτια.

Ἀπὸ λαυρὸς, καὶ φέρει τοὺς βύς κακός.

Μὴ κατὰ φρονίμην, μὴ δ' ἐπὶ ἐπιζήτησιν καλὰ. id est,

Quando agis apud Lacedæmonem

Vinas oportet moribus Laconicis.

Cænatum eas in phiditia Laconica,

Nigro fruire iure quod tibi apponitur,

Gestesq. bystacas, caue contempseris

Quicquam, boniue aliud requiras insuper.

Mense Maio nubunt malæ.

ROMANORVM adagium extat apud Nasonem: Mense Maio nubunt malæ. Dicitur in mulieres intempestiua libidinis: aut in eos, qui alieno tempore quicquam faciunt: aut qui parum auspiciato quid aggrediuntur. Nam olim inauspicatum existimabatur, mulieres Maio Mense nubere, siue quod eo Mense umbra Remi occisi a fratris Cerere, creditur apparuisse nu-

tritio suo Faustulo, atq; Accæ Laurētiae, mandasseq; ut manibus suis iusta persoluerentur. Vnde & Romulo auctore, festa Remuria dicta, posteritas mutata litera Lemuria, uelut a lemurijs appellare cepit. Et umbris maioribus his diebus parentari solitum: atque ob id dies illi inter feriales habiti, ac nuptijs nefasti. Onidius in Fastis:

Nec uidua tedis eadem, nec virginis apta

Tempora, quæ nupsit, nec diuturna fuit.

Hac quoque de causa, si te prouerbia tangunt,

Mense malas Maio nubere vulgus ait.

Plutarchus in Problematis alias quasdam causas refert, quam ob rem hoc Mense abstineretur a nuptijs: vel quod medius intercedat inter Aprilem, Veneri sacrum, & Iunium Iunoni dicatum, quarum utraq; dea nuptijs præsidet. Proinde propter auspiciū deæ, aut maturantes paulum nubebant Aprile, aut pusillū pro rogantes Iunio. uel propter sancta quædam piacula, quibus per id temporis utebantur Romani, hominum effigies de ponte in Tiberim præcipitantes, cum antea Græcos consueuissent. Atque ob id Flaminiam Iunonis sacerdotem, quasi luctum illis diebus agere, nec ullo solemnī cultu solitam uti. uel quod Maius a natu maioribus, Iunius a Iunioribus denominatus esse uideatur. Porro nuptijs grandior ætas ut intempestiua, ita inauspicata. Quapropter scripsit Euripides:

Ἀλλ' ἢ τὸ γῆρας τῶν κούρων χείρων ἐστίν,

ἢ τὸ ἀφροδίτῃ τοῖς νέεσσιν ἐχθρὸν. id est,

Verum senectū iubet ualere Cypridem,

Et ipsa rursum insensa senibus est Venus.

Quem lupo commisisisti.

Τὸν λύκῳ τῷ δὲ οὖν, id est, Lupo ouem. Terentius in Eunucho, Scelestā, ouem lupo commisisisti. De Chærea ephēbo, cui uelut eunucho uirgo soli credita est. Donatus admonet prouerbiū esse, quod contineat famineam reuerentiam, meretricium sensum. Concinne hoc utimur, quoties ei seruandum aliquid committitur, cuius gratia custodem magis oporteat adhiberi. Cicero tertia Philippica: Stenim in concione dixerat se custodē futurum urbis, usque ad calendās Maias, ad urbem exercitum habiturum. O præclarum custodem, ouium, ut aiunt, lupum: custos ne urbis, an direptor & vexator esset Antonius? Vnde quadrare uidetur, quoties inimico negotium committitur, quiq. nobis pessime uelit: propterea quod lupo & agnus genuino quodam odio dissident. Id quod ostendit etiam Homerus in Iliados X.

Ὅς ἐκ ἐσὶ λείστοι καὶ αὐτὸς δέσσειν ὀρέσσεται.

Ὅ δὲ λύκοι τε καὶ ἄγριος ὁμόφρονες θυμὸν ἔχουσιν

Ἀλλὰ κακὰ φρονέουσιν διαμπερές ἀλλήλοισιν. id est,

Fædus uti non tutum homini, sæuq; leoni,

Vtq. ouibus prorsum concordia nulla lupisq;

Sed semper cupiunt male, seq. odere uicissim.

Item Horatius in Odis:

Lupis & agnis quanta sortito obtigit,

Tecum mihi discordia est.

Huc adscribendum illud, quod refert Suidas: Περὶ καὶ λύκος οὖν ποιμαίνουσιν, id est, Prius etiam lupo ouem pascet: de re ne utiquam uerisimili. Huic confine Plautinum illud in Milite: Bono cella suppromo credita. Sed propius accedit, quod est in Truculento: Nam oues

ones illius haud longe absunt a lupis.

Mustelæ seuum.

Γαλῆς σίκαρ, id est, Mustelæ pingue, subaudiendum, das, aut comittis. Cum ea dantur, quorum qui accipiunt, natura sunt appetentissimi. Gaudet enim hoc animal præcipue seuo. ueluti si quis laudaret laudis audissimum: aut ad bibendum prouocaret, natura bibosum: aut ad aleam inuitaret, quibus hic ludus impendio gratus esset. Refertur adagium a Diogeniano.

Nullam hodie lineam duxi.

Τῆμερον ἔδμησαν γραμμὴν ἡγάγον, id est, Hodie nullam lineam duxi. Ab Apelle pictore natum adagium: in eos quadrat, quibus cessatum ab exercitio studij, artis q. suæ. Id refertur a Plinio libro trigesimoquinto, capite decimo, cuius uerba non grauabimur in hoc commentarium transcribere: Scitum est, inquit, inter Protogenem & eum quod accidit. Ille Rhodi uiuebat, quo cum Apelles aduauigasset, audius cognoscendi opera eius, fama tantum sibi cogniti, continuo officinam petit. Aberat ipse, sed tabulam magnæ amplitudinis in machinam aptatam picturæ, anus una custodiebat. Hæc Protogenem foris esse respondit, interrogauitq. a quo quesitum diceret: Ab hoc, inquit Apelles: arreptoq; penicillo, lineam ex colore duxit summæ tenuitatis per tabulam. Reuerso Protogene, quæ gesta erant anus indicauit. Ferunt artificem protinus contemplatum subtilitatem, dixisse: Apellem uenisse. Nō enim cadere in alium tam absolutum opus: ipsum tunc alio colore tenuiorem lineam in ipsa illa duxisse, præcepisseq; abeuntem, si redisset ille, ostenderet, adiceretq; hunc esse quem quæreretur. Atque ita euenit. Reuertitur enim Apelles, sed uinci erubescens, tertio colore lineas secuit, nullum relinquens amplius subtilitati locum. At Protogenes uictum se confessus, in portum deuolauit, hospitem quarens. Placuit sic eam tabulam posteris tradi, omnium quidem, sed artificum præcipue miraculo. Consimptam eam constat priore incendio domus Cæsaris in palatio, auide ante a nobis spectatam, spatiosiore amplitudine, nihil aliud continētem, quam lineas uisum effugientes, inter egregia multorum opera inani similem, & eo ipso allicientem, omniq; opere nobiliorem. Apelli fuit alioqui perpetua consuetudo, nunquam tam occupatā diē agendi, ut non lineam ducendo exerceret artem, quod ab eo in prouerbium uenit. Hactenus Plinius. Ceterum ad hanc lineam, qua protinus agnitus est a Protogene, respexit Statius in Hercule Vindice Epitrapezio, cum ait:

Linea quæ veterem longe fateatur Apellem.

Neque natate, neque literas.

Μὴ τι γὰρ μὴτε γράμματα, id est, Neque natate, neque literas, subaudiendum, nouit. In eos dicitur, qui supra modum indocti sunt, nihilq; prorsus bonarum artium in pueritia didicerunt. Nam hæc duo statim discabant pueri Athenis. Atque adeo Romæ quoque, id quod satis declarat Suetonius in Augusto: Nepotes, inquit, & literas, & natate, aliaq; rudimenta per se peritumque docuit. Idem de Caligula prodidit, quod ad cætera magnopere docilis, natate tamen nescierit, uelut postremum hoc nemo nesciret. Plato libro De legibus

tertio: Τὰς δὲ ἐναντίον ἔχοντας τὰ τῶν, ὡς σοφὸς τε προσήτιον ἄν, καὶ τὸ λεγόμενον, μὴτε γράμματα μὴτε γένεσις αὐτῶν: Qui uero contra affecti, sapientes appellandi, etiam si neque literas, ut dicitur, neque natate sciant. Item Aristides in apologia communi quatuor oratorum, Αἱ δὲ ὡς τὸ λεγόμενον δὴ τὰ το, ἔτι γράμματα ἔτι γένεσις αὐτῶν ἐλέχεν ἀξιῶν. id est, Sed quemadmodum dici consuevit, perinde coarguendum existimans, quasi qui neque literas, neque natate norit.

Mordere frænum.

MORDERE frænum D. Brutus libro Familiarium epistolarum undecimo, posuisse uidetur pro eo quod est, vel leuiter repugnare seruituti. Si frænum momorderis, peream, si te omnes quotquot sunt, conatē loqui ferre poterunt. hoc est, si utcumque significaueris te seruitutem iniquo animo ferre. Ad hanc sententiam faciunt, quæ respondet Cicero: Si timidus, inquit, es sem, tamen ista epistola omnem mihi metum absterfisses: sed ut mones, frænum momordi. Etenim qui te in cluso, omnem spem habuerim in te, quid nunc putas? Quamquam Papinius in Epithalamio. Stellæ & Violantillæ in diuersim sensum usurpauit, nempe pro eo quod est, seruitutem accipere, frenumq; recipere:

Fama tace, subiit leges, & fræna momordit.

Id est, Admisit uincula matrimonij. Quamquam etiam in hunc sensum uerba Ciceronis accipi possint, doctis excutiendum relinquitur. Prouerbiū sumptū uidetur e fabula Aeschyli, quæ inscribitur Prometheus, in qua sic loquitur Mercurius:

Τί γυν ᾧ δὲν, ἔδδ' μαλέκῃ λίταος

Εμῶς, δ' αὖτ' ὅν δ' ὁμοῖον ὡς νῶϊ ὕμης

Γῶλος βιάζῃ, καὶ πρὸς ἡνίκα μάχῃ. id est,

Precibus nihil mitescis inflexus meis.

Sed fræna mordens, pullus indomitus uelut,

Ferociens, pugnas habenas uincere.

Manibus pedibusque.

EXTREMUM conatum significantes dicimus, Manibus pedibusque. Nam per manus declaratur industria conficiendi negotij, per pedes maturandi celeritas. Darius in Andria Terentiana: Ego hoc Pamphile tibi pro seruitio debeo conari manibus pedibusq;. Vtitur hoc adagio semel atque iterum Aeschines in oratione contra Demosthenem. Homerus Iliados γ.

Αἱ δ' ὅσσον μὲν ἐγὼ δύνάμει χερσὶν τι ποσὶν τι. id est, Immo quicquid ego possum manibus pedibusq;.

Omnibus neruis.

EVNDEM habet sensum, Omnibus neruis, id est, summa ui, summoq; studio. Nam robur, iuxta philosophos, in neruis situm. Vnde & nervos intendere, expedire nervos, & nervosa dicimus, quæ uegeta ualidaq; minimeq; languida. Cicero ad Qu. fratrem: Sic contende omnibus neruis & facultatibus. Idem lib. 15. Epist. famil. Omnes nervos in eo contendas. Item Verrinarum actione secunda: In quo omnes nervos ætatis, industriaq; mea contenderem.

Velis equisque.

SIMILEM conatum significat, uelis equisque, ad fugiendum aut assequendum magis, quam ad efficiendum. M. Tullius ad Qu. fratrem libro secundo: sic ego, qui in isto

isto homine colendo tam indormiri diu, te mehercule sepe excitante, cursu corrigam tarditatem, tum equis, tum uelis. Quo quidem loco, in vulgatis exemplaribus, pro uelis, uiris scriptum habetur. Idem Officiorum libro tertio: Quibus obsoletis floret Epicurus, eiusdem fere auctor adiutorq. sententia: Cum his equis uelisq. ut dicitur, si honestum tueri ac retinere sententia est, decertandum est. In quibus exemplis usus est eadem metaphora paullo diuersius, ut qui illic respexerit ad celeritatem, hic ad utrumque pugnae genus equestre ac nauale.

Remis uelisq.

H V I C similitudinem est, Remis uelisq. Inde translaturum, quod cum naus simul & remigio & velo impellitur, summus est nautarum conatus. Cicero lib. Tusc. quest. 3. Tetra res est, misera, detestabilis, omni contentione, uelis, ut ita dicam, remisq. fugienda. Idem in prima Philippica: Tum uero tanta sum cupiditate incensus ad reditum, ut mihi nulli neque remi neq. uenti satisfacerent. Plautus in Asinaria: Remigio ueloq. quantumcunque poteris festina & fuge. Quum remigio naus impellitur, Graeci δύνει πλῆν, id est, secundarium cursum appellant: quum uelis fertur, dicitur ισίδρομι: quum secundis uentis, & ισίδρομι. Vertit in diuersum, hoc est, in significationem tarditatis, metaphoram Aristophanes, & ἡ κλαυσία τοῦ σπασ, id est,

Nūc μὴ ᾄδῃς ὅτι εἰς μένος οὐτὶ ἐλαύνομεν. id est,

Neque currimus nunc, nec alias impellimur.

Interpres exponit, Neque uentis, neque remis nauigamus. Quanquam nihil prohibet ad equestrem cursum referri. Vergilius simpliciter extulit in Aeneidos tertio:

Leuam cuncta cohors remis uentisq. petiuit.

Ad hanc formam pertinet, quod ait Plato lib. De legibus. 9. Τὰς δὲ τῶν κακῶν ἐναρξίας φεῖν ἀμειψιστῆρι. id est, Malorum autem consuetudines fugito irreuersim, hoc est, ne respiciens quidem a tergo. Allusit autem ad Eurydices fabulam, cui lex erat dicta ne respiceret. Et Vergilius:

Transq. caput iace, ne respexeris.

Nauibus atque quadrigis.

P R O summo studio, summaq. festinatione, Flaccus dixit, Nauibus atque quadrigis, in Epistolis:

Strenua nos exercet inertia, nauibus atque

Quadrigis petimus bene uiuere, quod petis hic est.

Plutarchus aduersus usuram: Μὰ δὲ σὺν ἐν ποσὶν αὖς τὰ μὲν, μὲν δὲ ὀχλήματα ζυγὰ, κερὰ σφόδρα καὶ κατὰ γυῖα, αὐτοὶ τὰ χεῖρα κατὰ λαμβάνουσι καὶ παρὰ τρεῖς χεῖρας, ἀλλ' ὅνῃ τινὶ τῷ τυχεύοντι, καὶ καὶ ἄλλῃ χρημῶνος φεῖν πολλοῖσι, καὶ τὴν γὰρ δαίμονα. id est, Ne uero tu aut equitum oppertus fueris, aut uehicularum ingalia cornigera, & argento plecta, quae celeres usurae affecuntur, & praetercurrunt: uerum asino quopiam, quemcunque forte nactus fueris, aut caballo fuge hostem, ac tyrannum feneratorum.

Citis quadrigis: Iouis quadrigis.

C I T I S quadrigis fugere, et Iouis quadrigis fugere, pro eo quod est quam ocysissime fugere, legitur apud Plautum, ab Homero translaturum, qui diis quadrigas affin-

git, quibus quo lubitum sit, repete rapiantur, ex Olympo in terras, rursus de terris in caelum. Ad quas allusit Cicero, scribens Q. frairi: Quoniam scribis poema nostrum ab eo probari quadrigis poeticis, modo mihi date Britannium, quam pingam coloribus tuis, meo penicillo. Plautus in Aulularia: Quod iubeat, citis quadrigis properet persequi. Liuius primae decadis libro quinto, narrat Camillum captis Veis, ita triumphantem ingressum urbem, ut curru equis albis iuncto ueberetur, & ob id eum triumphum clariorem fuisse, quam gratiorem, quod Solis ac Iouis currum equiparasse moliretur.

Equis albis praecedere.

V B I quem alius quopiam in re longe superiorem significabant, longoq. antea interuallo, cum albis equis praecedere dicebant, uel quod antiquitus equi albi meliores haberentur, uel quod uictores in triumpho albis equis uectari soleant, uel quod albi equi fortunatiores & auspiciatores esse credantur, ut ad equestre certamen referamus metaphoram. Quod quidem indicat Apuleius, cum ait: Postquam ardua montium, & rosida cespitum, & glebosa camporum emersi, me equo indigena per albo uehens, iam eo quoque admodum festo. Neque enim temere addit, uel indigena, id est, Thessalico, uel albo: nam utrumque pertinet ad emphasim perniciatit. Horatius in Sermonibus de Persio quodam.

Durus homo, atque odio qui possit vincere regem.

Considens, tumidusq. adeo sermonis amari,

Sisennas, Barros ut equis praerurreret albis.

Erant autem Sisenna & Barrus homines quidam insignita maledicentia: etiam si Acron barros legit, ut sit epitheton. Neque dissimile huic Plautinum illud in Asinaria: Nam si huic occasione tempus sese subterdixerit, nunquam adepol albis quadrigis indispicet postea. Graeci simpliciter dicunt παρὶν πῶδας, pro longe antecellere, quod equestris cursus sit expeditior.

Mordicus tenere.

M O R D I C V S tenere, est summa pertinacia tueri, quod Graeci vocant ἰδέε. M. Tullius Acad. quest. lib. 1. Nā ab omnibus eiusmodi uisib, perspicuitatem, quam mordicus tenere debemus, abesse dicemus. Diuus Augustinus in epistola quopiam ad diuum Hieronymum: Illi me plus mouent, qui cum posterius interpretarentur, & uerborum, locutionumq. Hebraearum uis atque regulas mordicus, ut fertur, tenerent: nō solum inter se nō consenserunt, sed etiā reliquerunt multa. In eundem sensum dixit Seneca lib. De beneficiis. 7. Vtraq. manu: Hāc, inquit, Demetrius noster utraq. manu tenere proficientem iubet, hāc nusquam dimittere.

Terra, mariq.

F A C I E M prouerbialem habet & illud, Terra, mariq. quoties extremum conatum, studiumq. significamus. Theognis:

Χεῖρ' ὅμως ἐπὶ γῆνι, καὶ ἐν ῥέει ὕδατος θαλάσσης Διζιδου χαλεπὴς κύρνε λῆσιν πένις id est,

Paupertatis enim dura, terraq. mariq.

Quarere Cyrne aliquod conuenit effugium.

Et Horatius.

Per

Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Molli brachio, Leui brachio.

His pene diuersum est, molli brachio, & leui brachio, cum indiligentem operam significamus. Cicero epistolarum ad Atticum lib. 2. Quod me quodammodo molli brachio de Pompeij familiaritate obiurgas, nolim ita existimes. Idem ad eundem lib. 4. Consules, qui illud leui brachio egissent, rem ad senatum detulerunt.

Omni telorum genere oppugnare.

REPERITVR apud iloneos scriptores, Omni telorum genere oppugnare, pro eo quod est, modis omnibus insectari. Metaphora sumpta uideri potest ex illo uersiculo Homérico:

Εν χεῖρ' ἀριτεμέλαιοσι τε χεῖμα δίοισιν, id est, Hastisq. gladiisq., & saxis grandibus urgent. Cui finitimum est, Cæsim ac punctim. Nam his duobus modis hostem impetimus.

Cominus atque eminus.

Ad eandem formam pertinet ἐγγύθεν καὶ πῶρθεν, id est, Cominus atque eminus. Translatum & hoc a bello, in quo nunc conferti pugnant gladiis, nunc machinis procul tela in hostem torquent. Id si ad animi res transferatur, fiet uenustius. Cum hominibus habenda pax, ceterum cum uitiis cominus atque eminus pugnandum. Qui cominus pugnant συνεδίω μέχιστα dicuntur: qui hastis, διαδέχεται μέχιστα dicuntur.

Omnem mouere lapidem.

Πάντα λίθον κίνη, id est, Vnumquenq. moue lapidem, hoc est, omnia ex perire, nihilq. intentatum relinque. Quod adagium hoc passim natum esse pleriq. ferunt. Xerxes Græcos bello adortus, cum esset apud Salaminem superatus, ipse quidem inde se mouit, uerum Mardonium reliquit, qui suo nomine bellum prosequeretur. At cum hic quoque in Plateis parum prospere pugnasset, fuga tusq. esset, fama uulgo inualuit, Mardonium intra ambitum tentorii sui thesaurum ingentem humo defossis reliquisse. Hac spe pellectus Polycrates Thebanus, eū agri commercatus est. Verum ubi iam multum diuq. thesaurum quassisset, neque quidquam proficeret. Delphicum oraculum consuluit, qua ratione posset eas pecunias inuenire. Apollo respondit his uerbis, πάντα λίθον κίνη, id est, Vnumquenq. moue lapidem. Id simul atque fecisset, multum auri uim reperisse ferunt. Sunt qui metaphoram sumptam existiment ab his, qui caneros venantur in littore. Nam hi plerumque sub saxis latitant, quæ mouent qui caneros quærunt. Effertur adagium etiam ad hunc modum: πάντα κινῶ πύτρην, id est, Omnem mouebo petram, hoc est, omnia periclitabor. Euripides in Heraclidis: πάντα κινῶσαι πύτρην, sentiens nihil non fieri. Plinius Iunior in quadam epistola: Ego iugulum statim uideo, hunc premo. Premit certe quod elegit sed in eligendo frequenter errat. Respondi posse fieri: ut genu esset, aut tibia, aut talus, ubi iugulum putaret. At ego, inquam, qui iugulum perspicere non possum, omnia pericento, omnia experior, πάντα de νηὶ λίθον κινῶ. id est, Omnem lapidem moueo. Diuus Bassilius ad nepotes: Ad quod ut uaticum parcamus, omnis lapis, ut dici solet, mouendus est. Fortassis hic allu-

dit & Theocriticum illud in Bucoliastis:

Καὶ τὴν ἀπὸ γοαυμῆς κινεῖ λίθον.

De Galatea lasciuiente atque omnia tentante, quo Polyphemum in se prouocaret, id quod alibi retulimus. Scholiastes admonet prouerbio dici, significans idem valere quod πάντα κινῶσαι, id est, omnem mouere suam. Addit metaphoram sumptam a ludo quopiæ, in quo qui non potest alia ratione uincere concertatorem, mouet a linea lapidem, qui dicitur rex. Nā quod adfert de statu saxeæ, quam sua forma mouere possit Galatea, coactus est, mea quidem sententia.

Omnem rudentem mouere.

Πάντα κἀλὼν σάειν, id est, finem mouere. Aliunde ducta metaphora, sensu eundem efficit. Aristophanes in Equitibus.

Ναὼ δ' εἰ σὲ πάντα δὴ κἀλὼν ἐφίνα,

Καὶ ἄρμα βέριον φορεῖν, καὶ λόγους ἀφύκτους.

Quorum uersuum hic est sensus,

Nunc te necesse est omnem rudentem expedire,

Et lemma ferre uehemens, ac rationes ineuitabiles.

Lucianus in Pseudomante: Καὶ πάντα κἀλὼν ἐκίνα ἀμύνειν βλάβος. id est, Atque omnem mouebam funem, hominem ulcisci cupiens. Apollonius in epistola ad Euphratem: πάντα φασὶ δύναι ἔμπροσθεν κἀλὼν σάειν. id est, Negotiatorem aiunt omnem funem mouere oportere. Vsurpauit & Plato in dialogo cui titulus Sisyphus, σκοπεῖν γὰρ δὲ ἴα, ὑπερφυῖς μὲν οὖν τὸ λιγύμενον ἐν παντί κἀλὼν ἐφίνας, καὶ πᾶσαι φανὶ ἐφίνας. id est, Consideremus itaque per Iouem, exacte omnem quod aiunt rudentem laxantes, & omnem vocem emittentes. Iulius Pollux libro de uocabulis rerum primo: ἐπὶ πᾶσι πάντα ἀχαιίστα κἀλὼν, καὶ ἀπασιν κἀλῶν. id est, Nauigabamus omni moto rudente, et omnibus rudentibus. Ad eum modum significat difficilem nauigationem, in qua sint omnia tentanda.

Omnem iacere aleam.

ΟΜΝΕΜ iacere aleam, est rem uniuersam periclitari, fortunæq. arbitrio committere. Siquidem alea fortunæ ludus est magis quam artis. Unde prouerbiali figura, si quādo ancipitū rei euentū significamus, quasi nō ab arbitrio iacientis, sed a fortuna pendentis, aleam iaci dicimus. Ita Terentius in Adelphis, uitam hominum perinde dixit esse, quasi cum ludas tesseris, ut quod iactu non cecidit, id arte ut corrigas. Lucianus in dialogo, cui titulus, ὑπὸ τῷ εἰκόθεν, Τολμῶσι ἀναρρίψαι τὸ κῶλον. id est, Audebo tesseram iacere. Euripides in Rhefo:

«Χρὴ δ' ἐπ' ἀξίαις ποιεῖν,

Ψυχὴν προβάλλειν τὸν κύβωτον δαίμονος. id est,

Par est labore digna ferre præmia,

Quicumque uitam fortis obicit aleæ.

Aristides in Pericle: εἰς ὑπὸ πάντων κύβωτος ἀνερξίπλο, σωματικῶν, χερματικῶν, δόξων, ἡγεμονίας. id est, Vna super omnibus alea iaciebatur, uita, pecuniis, fama, principatu. C. Caesar ad Rubiconē, qui fluminis Italiæ a Gallia disteminat, paulisper secum hæsitans, animoq. reputans, quā arduam rem moliretur, postea quā ostento est animus additus: Eamus, inquit, quo deorū ostenta quo inimicorū iniquitas uocat, iacta esto alea. Plutarchus in Apophthegmatis ad hunc modum dixisse refert: πᾶς ἀνερξίπλο κύβωτος. id est, Omnis iacta sit alea. Ad quod alludens Lucanus:

b - Cadat

-Cadat alea fati,

Alterutrum mensura caput.

Plutarchus in vita Coriolani, extremam aleam in eundem sensum usurpasse videtur, ὅπως ἔχεται τοῦ κίβου ἀπὸ τῆς τῆς. Velut extrema iacta alea. Itē Petronius Arbiter:

Iudice fortuna cadat alea.

M. Tullius libro De diuinatione 2. Nō perspicitis aleam quandam inesse hostijs diligendis, praesertim, cum res ipsa doceat. Cum enim tristissima exta sine capite fuerint, quibus nihil videtur esse dirius, proxima hostia litatur saepe pulcherrime. Hic Tullius aleam dixit, casum. Prouerbiū desumptum videtur ex Menandro. Nam Atheniens libro 13. haec citat illius carmina e comedia quae inscribitur Arrhephorus, siue Tubicina:

Ὁ γὰρ μὲν ἐν νύκτι ἔχεται τὴν καὶ παλιν τὸν βίον.
Γιγὰ μὲν καὶ ὅτι αὐτὸς, δὲ τοῦτο τοῦ περὶ αὐτοῦ μὲν γὰρ μὲν.

id est,

Siquidem sapis, ne coniugem inquam duxeris.

Duxi ipse, proinde sit adco ne duxeris.

Hic alter respondet;

Διδογμένον τὸ πρῶτον, ἀνέστη δὲ κύβης. id est,

Decreta res est, esto iacta haec alea.

Graci versus apud Athenienses nonnihil corrupti sunt scribarum incitit. Sed nullo negotio possunt restitui.

Sic enim scriptos primum arbitror:

Ὁ γὰρ μὲν ἐν νύκτι ἔχεται καὶ παλιν τὸν βίον,

Γιγὰ μὲν καὶ ὅτι αὐτὸς, δὲ τοῦτο τοῦ μὲν γὰρ μὲν.

Nūc σοι περὶ αὐτοῦ.

Plato vitam humanam, teste Plutarcho, similem esse dixit alearum ludo, in quo & iacere oporteat accommoda, & iis quae ceciderunt, recte uti. Quid cadat, in fortuna manu est: distribuere vero recte, quae sorte ceciderunt, id in nobis situm est. Quam collationem imitatus fuisse videtur Terentius in Adelphis.

Vela uentis permittere.

NE QVE dissimili figura dixit Quintilianus in praefatione Institutionum oratoriarum, Permittamus vela uentis, & oram soluuntibus bene precemur: hoc est, editionis ancipitem euentum utcumque cadet experiamur. Similimum est illud apud Senecam in Agamemnone: Fluctibus dedi ratem: hoc est, rem fortuna arbitrio commisi. Theognis:

Ὅν κεν αὖτε φέροιται καὶ ἡ δὴ λαοὶ βελόντες. i.

Quare nunc ferimur tendentes carbasa uentis.

Veniſſe Graecis πλοῖσι τοῖς φερόμεναι δὲ, qui toto pectore summoq; conatu rapitur ad aliquid. Ita Plutarchus in Catone seniore de Scipione. Hunc Cato reprehendebat quod largitione corrumpere. Scipio respondit, sibi non opus esse quaestore nimium diligenti, cum ipse πλοῖσι τοῖς, id est, plenis velis ad bellum rapere-tur. Ouidius:

Et quoniam magno feror equore, plenaq; uentis

Vela dedi.

Sub omni lapide scorpius dormit.

ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος ἐνδύει. id est,

Sub omni lapide scorpius dormit, aut ut metri quoq; ratio seruetur, est enim anapesticus dimeter,

Est sub lapide scorpius omni.

Admonet adagium cauendum esse, ne quis apud captio-

ſos & calumniosos temere loquatur: quidquid enim at-tigerit, periculum esse ne mordeatur. Constat autē scorpius solere sub saxis cubitare, quae si quis tollat incau-tius, sit ut ictus vulnus accipiat. Conueniet & in mo-rosos, qui quiduis causari solent: vel in pigros, qui friuola quaedam praetextentes suffugiunt laborem. Aristophanes ἐν ἐπισμοῖς τοῦ ἔχου, id est,

Τὸν περὶ μίαν δ' ἐπ' αὐτῷ

Τὸν παλαιόν, ὅπῃ λίθος ὅς περὶ τῆς

Χρὴ μὴ δὲ καὶ ἡ ἑστὶν αὐτῷ.

id est,

Sermo mi vetus probatur,

Nam decet lapide sub omni

Mordeat ne rhetor, obseruare.

Nicandri commentator, hunc senarium citat ex Ca-pitinis Sophoclis:

Ἐν παντὶ ὅς περὶ τῆς φερεῖται λίθος. id est,

Etenim sub omni lapide scorpius excubat.

Hoc est, nihil tutum, & omnia cauenda.

Asinus ad lyram.

Ὅν τις λυράς, subaudi ἀκροατῆς, id est, Asinus lyra auscul-tator. In eos, qui propter imperitiam nullo sunt iudi-cio, crassisq; auribus. Hunc titulum proverbialcm M. Varro satyrae suae cuidam indidit. Eiusdem apud Gel-lium extant haec verba e satyra, cui titulus, Testamen-tum: Si quis mihi filius vnus, pluresue in decem men-sibus gignuntur: si erunt ὅν τις λυράς, id est, asini ad ly-ram, exhaeredes sumto. ὅν τις λυράς, appellat indociles bo-narum artium, atq; intrastabiles. Diuus Hieronymus ad Marcellam. Quos ego cum possem meo iure con-temnere, asino quippe lyra superflue canit, tamen ne nos superbiē, ut facere solent, arguant. Et idem aduer-sus Vigilantium: Quanquam stulte faciam, magistro cunctorum magistros quærere, & ei modum imponere, qui loqui nescit, & tacere non potest. Verum est il-lud apud Graecos prouerbiū, ὄν τις λυράς. Lucianus de his qui mercede seruiunt: Τὶ ὅς κινῶν φασὶ λυρά καὶ ὄν τις, id est, Quid enim commercij, quod dici solet, asino cum lyra? Idem aduersus indoctum: ὄν τις λυράς ἀκροατῆς κινῶν τὰ ὅν τις, id est, Sed asinus lyram audis, auriculas mouens. Vnde & hoc pacto effertur adagium: ὄν τις λυράς κινῶν, id est, Asinus auriculas mouens. Rursum ad hunc modum: ὄν τις λυράς κινῶν, ὅν τις λυράς κινῶν, id est, Asino quidam narrabat fabulam, at ille auricu-las mouebat. In eos, qui cum nihil intelligant, tamen perinde quasi nihil non intelligant, ita nutibus allu-dunt, aut arrident dicentibus. Est autem asino natura-le, subinde mouere auriculas, veluti significanti se iā intelligere, cum nihil etiam audierit. Aliquando refe-runt ad asinum non auscultantem lyram, sed ipsum ca-nere conantem. Lucianus: Καὶ μάλιστα ὅπῃ ὅταν αὐτὸς καὶ αὐτὸς ἐν ἑλμῷ, ὄν τις λυράς κινῶν φασὶ. id est, Maxime si quando canit, cupitq; festiuus ac lapius videri, asi-nus, ut aiunt, ipse lyra canens. Idem in Pseudologista: τὸ δὲ τὸ τὸ λυράς, ὄν τις λυράς κινῶν φασὶ. id est, Iuxta hoc ipsum quod vulgo dici solet, asinum con-spicies cithara canere tentantem. Citatur & hic uer-siculus:

Ὅν τις λυράς κινῶν, καὶ σὺ λυράς κινῶν. id est,

Asinus lyram auscultauit & porcus tubam.

Recte torquetur in eos, qui indecore tentant artifi-cium, cuius sunt imperiti, & a quo natura abhorrent. Festiuiter.

Festiuiter inuertit adagium Stratonicus apud Athenaeum libro Dipnosophistarum. 8. Erat Cleon quispiam, cui nomen inditum boni: is cum scite caneret voce, ceterum lyra non perinde vteretur, Stratonicus ubi canentem audisset: Olim, inquit, asinus ad lyram dictus est, nunc vero bos ad lyram.

Sus tubam audiuit.

Σὺ δὲ πικρὰ ὄντα, id est, Tubam sus audiuit. In eos quaderabit, qui res quidem egregias audiunt, uerum eas neque intelligunt, neque mirantur. Aut in eos, qui iis que audiunt, neque gaudent, neque commouentur. Equi tubarum clangore concitantur ad bellum: suum abigat citius, quam animet ad pugnam. Extat apud Suidam huiusmodi senarius:

Ὅτις ἀκούσῃ κέρας, καὶ σὺ δὲ πικρὰ ὄντα. id est, Asinus lyram, sus audiit stolidus tubam.

Nihil graculo cum fidibus.

Nihil graculo cum fidibus, id est, Nihil stolidis & imperitis cum bonis litteris. Nam graculus avis est ineptae molestaque garrulitatis, atque obstrepera, adeo ut a voce qua sonat, nomen inditum putent, auctore Quintil. 1. Insit. lib. Tum sui generis conuentus amat, quo mutuo garritu strepitus fiat odiosior. Porro ciuibus silentium postulat, & aures attentas. A. Gellius Noct. Atticarum extrema lucubratione, sane quam eleganter hoc adagium torquet in quosdam pinguiore ingenio homines, stolidaque loquacitate praeditos, prophanos, ἀπὸ θεῶν, id est, a musarum sacris alienos.

Nihil cum amaracino sui.

ATQUE ei continenter simile quoddam subnectit: Nihil cum amaracino sui: hoc est, stolidis vel optima putent, displicentque. Amaracinus herbae genus, Siculorum lingua a Cynara Cypri regis eiusdem nominis filio dictum, quoniam in hanc herbam conuersum fuisse, fabulis proditum est. Ceterum Seruius in primum Aeneidos, scribit Amaracum puerum fuisse regis unguentarii, qui casu lapsus dum ferret unguenta, maiorem confusione odorem creauit, unde & optima unguenta amaracina dici ceperint: hunc postea in herbam amaracum fuisse conuersum. Eadem dicitur & sansucum, & aliis atque aliis nominibus, ut auctor est Dioscorides in 3. lib. atque gratissimi esse odoris, atque totam odoratam. Plinius libro 13. cap. 1. inter unguenta nobilia & amaracini facit mentionem, refertque quondam in Coo fuisse laudatissimum, postea eodem in loco praetatum Melinum: deinde docet variis unguentis admisseri sansucum, quemadmodum & Telino: quin etiam ex simplicis amaraci succo nobilissimum unguentum confici. Idem libro 21. cap. 22. scribit in Cypro sansucum laudatissimum & odoratissimum nasci, eiusque varia ostendit remedia: atque ex eo oleum quoque fieri, quod amaracinum seu sansucinum uocetur. Cum igitur huiusmodi sit amaracinum, contra sue nihil inmundius, nihil sordium amantius: quamobrem dixit Vergilius.

Immundi meminere sues. Praterca Flaccus:
Vel amica luto sus. Et,
Lutulenta ruit sus,

nihil profecto minus conuenit rostro suillo, quam delicis unguentariis; quippe cui id demum dulce olet, quod canum olet. Maxime quod inter unguenta, peculiari quadam naturae proprietate amaracinum inimicum est suillo generi, ita ut illis veneni instar sit, si quidem credimus Lucretio, cuius in sexto libro hi sunt versus:

Denique amaracinum fugitat sus, & timet omne unguentum, nam fetigeris subus acre veneni est. Suem olim Aegyptij belluam usque adeo spurcam dicebant, ut si quis vel transiens contigisset, continuo properaret ad flumen, se pariter ac vestem abluturus. Subulcos etiam indigenas adeo inuisos haberi, ut nec in templa recipiantur, nec ad matrimonium aut affinitates admittantur, auctor Herodotus li. 2. Ad hoc adagium alluisse videtur M. Tullius cum ait: Illi alabastrum unguenti plena putet: id est, optima pro pessimis displicent. Simile quiddam dici posset de scarabeo, cui unguentum pro stercore est, oletum pro unguento: id quod vulgo quoque dici solere propemodum innuit Plutarchus in commentario, in quo Stoicorum dogmata cum poetarum dictis componit: λέγοντες οὐ κακότεροι τὸ μύρον ἀπὸ τῆς οὐρίας, ἢ δὲ τοῦ σκαβεῖος διακένει. id est, Auiunt scarabeos unguentum fugere, graecolentia seferari.

Asinum sub freno currere doces.

ASINUM sub freno currere doces, hoc est, doces indo-cilem. Nam equus ad cursum idoneus, asinus ad eque streum cursum inutilis. Horatius:

Infelix operam perdas, ut si quis asellum

In campum doceat parentem currere freno.

Acron admonet prouerbialiter dictum de asino. Est autem diuersum illi, quod alibi retulimus, ἵππος ἐν πεδίῳ, id est, Equum in campum.

Alienam metis messem.

Ἀλλότριον ἀμὰς ἐίρε, id est, Alienam metis messem. Duplex est usus huius adagii, quippe quod pariter & in eos conuenit, qui commoditatibus aliena partis opera potiuntur: & in hos, qui negotium non suum parum diligenter curant. Ducta metaphora a vetusto more, quo vicini rustici in demetenda segete mutuum inter se se operam commodabant. Fit autem hominum more, ut in suo prope quisque negotio longe sit attentior quam in alieno. Id quod eleganter admonet Apologus ille de Cassita, quem non pigeret referre, nisi promptum esset cuilibet apud A. Cellium legere. Potest & eo referri, quod aliquoties fit, ut eiectis iis, qui sementem fecerunt, alij in eorum locum succedant. citraque laborem alienis fruuntur sudoribus. Vnde Maronis illud:

-En quis conseruimus agros?

Aristophanes in Equitibus: Τὰ ἄλλότριον ἀμὸν ἐίρε. i. Alienam metens messem. Dictum est in Cleonē, qui in re paratā, multisque laboribus a Demosthene prius labefacta ueniens, Pylo capta gloriam omnem victoriae in se transtulit, Demosthenis praeter inuidiam nihil relictum. Cui confine est illud Homeri ex Odyssea lib. 1.

Ἐπὶ δὲ ἄλλότριον βίον τὸν ἄνθρωπος ἰδρύσσει. id est,

Quandoquidem impune victum comedunt alienum. Eadem sententia Aristophanes in eadem fabula sic extulit:

h 2 Eγώ

Βῆ δὲ πρὸς τὸν γ' αὐτὸν ἱερὸς οὐρανός
 Ἐγὼ περὶ τῶν χυτῶν ὑφ' αὐτῶν. id est,
 Ego obambulans ab officina longius,
 Alio coquente, ollam paratam sisluli.

Penelopes telam retexere.

PENELOPES telam retexere, est inanem operam sumere, & rursus destruere quod effeceris. Natum ex Homero, qui libro *Odyssæ* secundo fingit Penelopem *Ulyssis* uxorem, procos iam urgentes, hac conditione delusisse, ut tum se promitteret nupturam, ubi telam quam habebat in manibus, absoluisset. Quam conditionem postea quæ illi accepissent, mulier astuta, quod inter diu texuisset, id noctu retexere cepit.

Ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς τὴν μὲν ὑφ' αὐτῶν καὶ μὴ ἰσθῶν,
 Νύκτας δ' ἀλυσσόμενοι ἐπὶ τῇ δαΐδαι παρὰ τῷ. id est,
 Illa diurna quidem ingentem contexere telam,
 Verum eadem admotis soluebat nocte lucernis.

Vsurpat hoc adagium *Plato* in *Phædone*. Item *Cicero* *Academ. quæst. lib. 2.* Quid quod eadem, inquit, illa ars, quasi *Penelopes* telam retexens, tollit ad extremum superiora? Sentit autem de dialectica, quæ iisdem illis rationibus, quibus confirmavit aliquid, rursus soluit ac destruit, ut nihil iam actum videatur. *Seneca* *De beneficiis* quinto: Quid enim boni est, nodos operis se soluere, quos ipse ut solueres feceris? *Aristides* in defensione quatuor oratorum: καὶ ἐκ τῶν ἐν τῇ ἰσθῶν ἀναλυστικῇ, ὅσον ὅτι πρὸς ὅσῳ τῆς σοφίας, ποσὸν ἀνταφωρῶσι μὲν ἀλλὰ φρονεῖν. id est, Et telam ne scio quam retexentes. Quantum enim faciunt compendii in sapientia, tantum rursus dispendii dum arrogantes euadunt. Hoc quoniam aliis proverbiis, quæ mox dicemus, subnectit, indicat nimirum & hoc esse proverbium.

Annosam arborem transferre.

Ἐπεὶ δὲ τὸν μεταφύγειν, id est, *Vetulam* arborem transferre. In eos dicitur, qui sero atque exacta iam ætate conantur dediscere, quibus diu iuvenes assueverint. Aut simpliciter de iis, quæ frustra molimur. Neque enim loco mouenda arbor, ubi iam alte fixerit radices, sed cum plantula adhuc est. Nam veteres negabant arborem transferri oportere, vel minorem bima, vel maiorem trima: teste *Plinio*. Videtur autem adagium ad quercum peculiariter pertinere, quæ omnium altissime radices agit: Ut & ἀπὸ τῆς δαΐδαι καὶ τῶν ἰσθῶν. Siue quod hanc arborem omnium primam arbitrantur fuisse. Quapropter & *Ioui* sacra arbor, & *sylva Dodonæa* querna fuit, unde prima omnium oracula redita creduntur. Eleganter usus est hoc adagio *Seneca* libro *Epistolarum* 13. *Epistola prima*: Hæc, inquit, si nimium tristitia videbuntur, villa imputabis, in qua didici ab *Aegialo* diligentissimo paterfamilias (is enim nunc huius agri possessor est) quamvis vetus arbutum posse transferri. Hæc nobis senibus discere necessarium est, quorum nemo non oliuetum alteri ponit.

Harenam metiris.

Ἀμυν μετρίως, id est, *Harenæ* modum quaris, siue metiris, hoc est, rem infiniti laboris atque inexplicabilem inceptas. Aut frustra conaris, quod nequeas efficere.

Athenæus lib. sexto, *Alexidem* quendam adducit, qui innumera dixerit τὰ μακροῦ, velut æquantia numerum harenarum. ὁμασι δὲ χροῖον γὰρ μακροῖς. id est, nominibus utens harenaginta, ut *Græcæ* vocis signum intus imiter. *Plato* in *Theæteto*: Μακρὸν αὐτὸν λέγουσι καὶ οἱ τῆς ἀλλοτρίας ἀποδοῦναι χροῖον. id est, *Magis* illum latet, quam maris, ut dicitur, harenæ.

Vndas numeras.

Κυματιστῆς, id est, *Vndas* numeras. Eadem cum proximo sensum habet. *Vergilius* *utranq. paramiam* eleganter attigit libro *Georgicon* secundo:

Quem si scire velit, *Libyci* velit æquoris idem.
 Discere quam multa *Zephyro* turbentur harenæ.
 Aut ubi nauigiis violentior incidit *Eurus*,
 Nosse quot *Ionii* veniant ad littora fluctus.

Theocritus in *Charitibus*:

Ἀλλ' ἴσως ὅτι ὁ μὲν ἔστιν ἄνθρωπος κυματιστῆς,
 Οὗ δ' ἀνέμερος χροῖον μετὰ γλαυκῆς ἀλγὸς ὄνει. id est,
 Nanq. perinde sicut quasi si numerare labores,
 Quod venti e pelago trudent ad littora fluctus.

Videri potest ab *Aesopico* quodam apólogo natū adagium, quem refert *Lucianus* in *Seectis*: Olim quendam in maris littore sedisse, conātem singulas vndas pernumerare: cumq. vndas vndis trudentibus obrueretur, animoq. male angeretur, quod eas numero complecti non posset, adiens callida vulpes opportuno consilio sic hominem subleuauit. Quid angeris, inquit, propter vndas quæ prætereunt? Hinc numerare incipias oportet, illas missas facias.

Surdo oppedere.

Παρὰ καὶ τὸ ἀποπαραδύν, id est, *Apud surdum* crepitum edere, dicitur ubi quid frustra fit. Aut ubi peccatur apud stupidos, qui non queant sentire. Siue cum conuiuiis incessitur is qui perinde negligit, quasi non audiat. Refertur a *Diogeniano* & a *Suida*.

Araneorum telas texere.

Τὰ ἀραχίδων ὄντων, id est, *Araneorum* telas texere. Est in re frivola, nulliusq. frugis infinitum atque anxium capere laborem. Refertur proverbij vice a *diuo Basilio* in initio enarrationis. *Hexameron* Vnde et apud *Diogenem Laertium* in vita *Zenonis*, philosophus quidam rationes dialecticas, araneorum textis similes esse dicebat, quæ cum operosum quiddam atq. exactum præ se ferant, tamen nugatoriae sint atque imbecilles. Et alius quissiam leges cum araneorum textis comparabat, quæ cum a magnis auibus facile discinderentur, muscas dumtaxat irretirent.

Laterem lauas.

FERVNTVR huic confines aliquot apud *Græcos* paramiæ, quibus operam inanem significamus, veluti πλίνθον πλύνει, id est, *Laterem* lauas, id quod usurpat *Terentius* in *Phormione*, Loquar ne? incendam. Taceam? instigem. Turgem me? *Laterem* lauem. *Theocritus* in *Charitibus*:

Καὶ ὁδὰ τι νίξιν ἐοικὸς ὅτι πλύνειν. id est,
 Et nigram silicem lauisse liquentibus vndis.

Lapidem elixas.

CVI simillimum est, quod refertur apud *Aristophanem* in *co-*

in comœdia cui titulus σφάκις λίθον ἔχει, id est, Lapidē decoquis: pro eo quod est, inaniter laboras. Ἀλλ' ὅτ' αὖ καὶ τὸ λαοκίτις, καὶ τὸ κύπριον αὖ ἔγω, λίθον ἔχεις, ἔλεγον. id est, Quin ubi quis obsecrauerit, demissō sic capite, lapidem decoquis, inquit. Neque enim unquam mollescit lapis, quantumvis diutina cōtione. Generaliter conueniet in quamuis inanem operam, speciatim in hominem durum, nullisq. precibus mollescentem.

Aethiopem lauas: Aethiopem dealbas.

EANDEM vim habent, αἰθίοπα σμύχας, id est, Aethiopem lauas. Et, αἰθίοπα λουάντας, id est, Aethiopem dealbas. Lucianus in lib. contra indoctum: καὶ κατὰ τὸ παροιμιώδες, αἰθίοπα σμύχας ἐπιχέρε. id est, Ac iuxta prouerbium, Aethiopem lauare conor. Nam natiuus ille Aethiopum nigror, quem Plinius ex vicini syderis uapore putat accidere, nulla abluatur aqua, neque ulla ratione candescit. Hoc item peculiariter quadrabit, cum res parum honesta uerborum fucis adornatur, aut cum laudatur illaudatus, aut docetur indocilis. Adagium ortum uideri potest ab Aesopica fabula. Nam quidam mercatus Aethiopem, & existimans cum colorem non natura, sed superioris domini negligentia accidisse, nihil non adhibuit eorum, quibus vestes candescere solent: aduoc. perpetuis lotionibus miserum diuexauit, ut illum in morbum impulerit, colore, qui fuerat, manente.

Arare littus.

Ἀργαλὸν ἄρδν, id est, Arare littus. Est sterilem operam sumere. Ausonius ad Theonem,

Quid geris extremis positus telluris in oris

Cultor harenarum uates, cui littus arandum.

Significans eum inaniter laborare. Huius peculiaris usus erit, cum officium impenditur in eum, a quo nihil sis fractus aliquando percepturus: uelut si quis doceat, ὄνν λυγρὰς, aut beneficium collocet in ingratum. Salsitas enim facit, ut littorales ora serme sint steriles: quod etiam prouerbio testatum est: ἄλμυρον γαιτὸν μαα, id est, Salsuginosa uicinia, prosterili. Est autem adeo sterilis humor marinus, ut nec arbores ferat: Atque huiusce rei varias adfert causas Plutarchus in commentario De causis naturalibus, primo statim problemate.

Harenæ mandas semina.

Εἰς ἄμμον σπείρας, id est, Harenæ mandas semina. Propterea quod steriles harenæ, maxime littorales, nec idoneæ ad sementem. Oenone Paridi apud Ouidium,

Quid facis Oenone, quid harenæ semina mandas?

Non profecturis littora bubus aras.

Atqui in Brabantia sunt agricolæ tam industrii, qui scientissimas harenas cogant & triticum ferre.

In aqua sementem facis.

Εἰς ὕδωρ σπείρας, id est, In aqua sementem iacis. Theognis,

Ἴσον καὶ σπείρεν πόντον ἄλλος πολίης. id est,

Par ut qui æquoreis semina mandat aquis.

Loquitur de his, qui beneficium conferunt in ingratos atque improbos homines: idq. perinde perire dicit, quasi sementem facias in undis marinis. Aristophanis interpres & hoc pacto effert prouerbium, κατὰ τὰ ἀλάς σπείρας, id est, in mari sementem facis.

In faxis feminas.

Κατὰ πέτρων σπείρας, id est, In faxis sementem facis. Nam hoc terræ genus fere sterile est, uel quia non potest aratro proscindi, uel quia quod satum est non habet quo radices agat.

Ignem disseccare.

Εἰς τὸ πῦρ ξάαν, id est, Ignem diuerberare. Ad hanc formam pertinet, quamquam hoc inter Pythagorica retulimus symbola. Aristides in communi defensione quatuor Rhetorum: ἐλελίκε δὲ ἄρ' αὖ σαυτῶν, ἔπειτα τὰς παροιμίας ἐνέχουσας, εἰς πῦρ ξάαν, καὶ λίθον ἔχειν, καὶ σπείρεν τὰς πέτρας; id est, Non intelligebas autem teipsum omnibus illis prouerbis obnoxium esse: quod ignem diuerberares, quod lapidem elixares, quod in faxis sementem faceres? Taxat Platonem, qui apud Dionysium tyrannum nullum omnino fecerit operæ precium.

In aqua scribis.

Καὶ ὕδατος γράφεις, ἢ εἰς ὕδωρ γράφεις, id est, In aqua scribis, hoc est, nihil agis. Lucianus in Tyranno: Γράφεις ὃ χάριτον ἢ καὶ ὕδατος φασιν ἡδὴ γράφεις, παρὰ μὲν οὖν τινὰ ὁδοῶν προσδρακῶν, id est, Vtrum ludis Charon, an iam in aqua, quod aiunt, scribis, qui quidem a Micyllo obolum aliquem expectes? Plato in Phædro: Οὐκ ἄρ' αὖ σκεδῶν τὰ ὕδατι γράφει μίλαν, πείρων δὲ καὶ λήμυ, id est, Num hæc studiose in aqua scribet nigra, seminans calamo? Extat huiusmodi senarius inter sententias Græcas:

Ἀνδρῶν φάλλον ὄρκον, εἰς ὕδωρ γράφει. id est,

Hominum improborum inscribe iusiurandum aquæ.

Id ita deprauat Xenarchus in Pentathlo apud Athenæum libro decimo.

Ὀρκον δ' ἐγὼ γυμνακὸς εἰς οἶνον γράφω. id est,

Inscribo uino si qua iurat femina.

Item Catullus,

-Mulier cupido quod dicit amanti,

In uento & rapida scribere oportet aqua.

In harena ædificas.

Εἰς ἄμμον οἰκοδομεῖς, id est, In harena ædificas. Non confisist, quod super harenam struxeris. Proinde recte usurpabitur, ubi quis negotium aggreditur inutile futurum, utpote non recte iactis ante fundamentis.

Ventos colis.

Ἀνίμας κωρύγεις, id est, Ventos colis. Colis autem dico, pro eo quod est, agricolationem exerceas. Refertur a Zenodoto, dicitur in eos, qui e suis laboribus nihil fructus reportant.

Ferrum natare doces.

Σίδ' ὅν πλῆν διδάσκεις, id est, Ferrum fluitare doces. De iis, qui rem conantur, quæ repugnante natura nequam fieri possit.

Cribo aquam haurire.

Κεσκίην ὕδωρ ἀτλήν ἢ ἐπιφέρει, id est, Cribo aquam haurit. Quod etiam in obliuiosos non inconcinne dicitur. Plautus in Pseudolo: Non pluris refert, quam si imbrem in cribrum geras. Id autem olim inter ἀδωα-

h 3 τὴν περ

τοιοῦτο habitum, vel illud est argumento, quod inter prodigia refertur, Tucciam virginem Vestalem, aquam cribro tulisse, anno ab urbe condita sexcentesimo nono, teste Plinio lib. 26. cap. 2. Cuius meminit Dionysius Halicarnassensis lib. Romanarum antiquitatum secundo. Sumptum a fabula Danaïdum puellarum, quas Plato scripsit apud inferos hoc pæne genus pendere, ut assidue aquam in dolium pertusum uasis item pertusis infereant. Alciphron in epistola Galeni ad Cyrtone: καὶ τὸ λαγόμενον δὴ τὸ τοιοῦτον ἐστὶν ἀναίσθητος ἀμφοτέρωθεν ἡ ἀσθενεία. id est: At iuxta prouerbum, amphoras in Danaïdum dolia infundimus. Lucianus in Timone: ὡς ἐκ κοφίνου περὶ πημένους. id est, Tanquam e cophino perterebrato. Effertur & hunc ad modum: εἰς πίδακα περικυμένον ὕδωρ ἀντλάει. id est, In dolium pertusum aquam hauris. Plautus in Pseudolo: In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.

Apud simum odorum uaporem spargis.

Εἰς κόπρον ἐπιμαίει, id est, In simum aromatum odorem spargis. Nam perit omnis fragrantia, simiq. fetore vincitur. Et apud Suidam. Conueniet autem in hos, qui re egregiam indignis adhibent, quod genus est illud, In lente unguentum.

Oleum & operam perdidisti.

EODEM pertinet & illud, quod est apud Plautum in Tannulo: tum pol ego & oleum & operam perdidisti. id est, quicquid insumpsi, seu rei, seu laboris, id frustra insumptum est. Metaphora ducta est a gladiatorum ac palæstritarum certaminibus: in quibus certaturi, unguentis quibusdam oleaceis perungebantur. Cicero in Epistolis: Nam quid ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contempseris? in quibus ipse Pompeius proficitur se & oleum & operam perdidisse. Quanquam potest & ad lucubrantium lucernas referri: sicuti Cicero fecisse videtur, scribens ad Atticum lib. 13. Ante lucem cum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo & opera exarari nescio quid ad te, & ante lucem dedi. Idem ad eundem alibi: Non defleamus, ne & oleum et opera nostra philologiæ perierit, sed conferamus tranquillo animo. Quo quidem in loco plus habet gratia, quod ad rem animi translatus sit. Ergo hic oleum pro sumptu positum est. Nam & sic effertur adagium. Plautus in Rudentibus, Et operam & sumptum perdunt. Eodem pertinet etiam illud, quod coruus ille saluator sonare didicerat, Opera & impensa periit. Cuius fabulæ meminit Macrobius libro Saturnalium 2. Eam quoniam haudquaquam indigna memoratu videtur, non grauior adscribere, idq. ipsius verbis: Sublimis, inquit, Aetiaca victoria reuertebatur Octavius. Occurrit ei inter gratulantes coruum tenens, quem instituerat hoc dicere, Ave Caesar, victor, imperator. Miratus Caesar officiosam auē, viginti millibus nummum emit. Socius opificis, ad quē nihil ex illa liberalitate peruenerat, affirmauerat Caesari illum habere & alium coruum, quem ut adferre cogeretur, rogauit. Allatus verba, quæ didicerat, expressit: Ave victor imperator Antoni. Nihil exasperatus, satis duxit iubere illum diuidere donarium cum contubernali. Salutatus similiter a psitaco, emi iussit cum. Idem miratus in pica, hanc quoq. redemit.

Exemplum suturem pauperem sollicitauit, ut coruum institueret ad parem salutationem, qui impedio exbauisus, saepe ad auem non respondentem dicere solebat, opera & impensa periit. Aliquando tamen coruus cepit dicere dictatam salutationem. Hac audita, dum transit Augustus respondit, satis domi salutorum talium habeo. Superfuit coruo memoria, ut & illa quibus dominum querentem solebat audire, subtexere, Opera & impensa periit. Ad quod Caesar risit, emiq. auem iussit, quanti nullam adhuc emerat. Hactenus Macroby verba reddidimus. Dicit Hieronymus ad Pammachium, videtur huic adagio velut alterum quoddam adagium subtexisse: Oleum perdit & impensas, qui bouem mittit ad ceroma. Siquidem hoc ipsum, bouem ad ceroma mittere, prouerbum sapit, pro eo quod est, docere indocilem: aut ad id muneris quempiam asciscere, ad quod obediendum minime sit idoneus, videlicet ingenio repugnante. Nam ceroma dicitur unguentum, quo olim ungebantur athletæ, id ex oleo certisq. terræ generibus conficiebatur. Porro ad certamina bos inutilis est.

Reti uentos uenaris.

Διχτύω ἀνεμὸν ἐνέει, id est, Reti vëtos captas. De frustra laborantibus: aut qui stulte sequuntur ea quæ nulla sit assequendi spes: Aut qui rem inanem inaniter captat. Nam vitre contineri ventus potest, reti nequaquam.

Tranquillum æthera remigas.

Αἰθέρα νηπιῶν ἐρέτας, id est, Aere tranquillo remigas. Apud Zenodotum refertur de incassum laborantibus: perinde est quasi dicas, aerem diuerberas, remigantium more.

Mortuum flagellas.

Νεκρὸν μαστιγύει, id est, Mortuum flagellas, in eos, qui obiurgant illos, qui nihil prorsus obiurgatione commoueantur: Aut qui vita defunctos insectantur ac lacerant.

Ollam exornas.

Χύτερην ποικίλλεις, id est, Ollam exornas, siue picturas. De iis, qui in re vehementer absurda frustra conantur. Ineptus enim labor, ollæ nasi contempto, & culinariis vasis destinato, picturæ lenociniū adhibere. Cui simillimum quiddam vulgo iactatur, bracteis aurcis inaurare iuglandium putamina.

Ouum adglutinas.

Ὀὄν κολλῶεις, id est, Ouum glutino compingis. Refertur a Diogeniano. Ridicule laborat, qui fractum oui putamē glutino sarcire & coagmentare conetur.

Vtrem cædis.

Ἀσκάδν ἄγει, id est, Vtrem cædis, aut vtrem excorias. Exstat apud Aristophanem in Nubibus. Ad quod alluisse videtur Apuleius in Asino, cum meminit de tribus vtribus a se percussis ac vulneratis. Sumptum vel a Bacchi sacris, vel ab iis, qui percussis vtribus inanem mouent strepitum.

Vtrem vellis.

Ὡς ἡ ψιμίλλιον, ἄσκαον τίλλεις, id est, Vtrem vellis. Vel quod non sentiat, vel quod pilis careat.

Actum

Actum agere.

TERENTIUS in *Thormione*: Obe actum, aiunt, ne agas. τὸ πρᾶξι μὴ περὶ. *A* iudiciorum consuetudine sumptum, quæ factis non est iterum agere causam, de qua iam sit pronuntiatum. *Plautus*: Rem actam agis. id est, incassum laboras. *Q. Fabius* apud *T. Livium* Dec. 3. lib. 8. Scio multis vestrum videri patres conscripti, rem actam hodierno die agi, & frustra habiturum orationem, qui tanquam de integra re, de *Africa* provincia sententiam dixerit. *M. Tullius* libello *De amicitia* indicat dici solitum de negotio, quod præpostere geritur. Sed cum multis, inquit, in rebus negligentia plectimur: tum maxime in amicis & deligendis & colendis. *Præposteris* enim utimur consiliis, & acta agimus, quod vetatur proverbio.

Cotem alis.

Ακὶνὸς τὶττις, id est, Cotem alis. Dicitur in homines edaces, plurimiq. cibi: qui nihilo tamen habitior inde redantur. Nam in *Cotis* macilentiam, hodieq. vulgo iactatur adagium, cum aiunt, tam pinguem quàm cotem, macilentum quempiam esse significantes. *Hermolaus Earbarus* in epistola quadam ad *Picum* interpretatur hoc proverbium pro male collocare beneficium, unde non sit reditura gratia: ut affine sit illi, quod alibi dicitur, *Ale* luporum catulos, cum ex beneficio redit mala gratia.

Hylam inclamas.

Ἦλας πρᾶξις, id est, Hylam inclamas. De frustra vociferantibus: aut in genere, de nihil proficientibus. Ab huiusmodi casu natum adagium. *Hylas Theodamantis* filius, cum esset inter argonautas formosus adolescens, adamatus est ab *Hercule*. Is cum esset in *Mysia*, forte aequatum egressus, in fonte perit: unde & a *Nymphis* adamatus ac raptus fingitur. Ad hunc vestigandum missus est *Polyphemus*, qui ingenti uociferatione nomen inclamabat *Hyla*, neque quicquam tamen profecit. Atque hinc ortum proverbium. *Vergilius* videtur ad nautarum clamorem retulisse, cum ait:

His adiungit *Hylam* nautæ quo fonte relictum
Clamassent, ut litus *Hyla*, *Hyla* omne sonaret.

Meminit huius & *Theocritus* in *Idyl.* N.

Τεῖς μὲν ἦλας ἀντα, ὅσον βαδὶς ἀρνὺς λαμψέ
Τεῖς δ' ἂν ὅπῃς ὑπὸ κροσσῷ, κρῖν δὲ ἴκετο φωνή.

Ter quanto potuisset *Hylam* clamore vocabat
Mugitum intendens imo de gutture vocis.

Ter puer audit, ac tenuis vox perculit aures.

Nihil obstat, quo minus ad sacrorum consuetudinem referatur, quæ in *Hyla* rapti memoriam sunt instituta: in quibus *Hyla* nomen inclamabatur. Id fuerit venustius atque concinnius, ubi quis rem absentem frustra desiderat, vel deplorans, vel optans. Ut si quis ad inopiam redactus, optaret sibi centum talenta, quæ quondam habuisset. Ad hanc paræmiam respexisse videtur *Aristophanes* in *Pluto*:

Ποτὶς τὸν δὲ πρὸς ὄντα καὶ μὲν τὸ καλεῖς, id est,
Desideras absentem inaniter vocans.

De *Mercurio* dictum, placentas illas deplorare, quas in sacris consueverat aliquando edere.

Inaniter aquam consumis.

Ἰνὰ νεκρὸν ἀνὰ λίσσιν, id est, Inaniter consumis aquam

In eos quadrabit, qui frustra suadent. *A* prisco more iudiciorum sumptum, in quibus ad clepsydre modum dicebatur. *Aeschines* contra *Demosthenem*, ostendit primam aquam infundi solere actoribus, alteram patronis, tertiam iudicibus, ad penam constituendam, nisi primis sententiis reus fuisset absolutus. Et *Demosthenes* *Aeschinem* provocat, ut vel in sua aqua, si possit, dicat, quod decretum fuisset ipso nunquam auctore scriptum: καὶ ὅτι καὶ τὸ πρῶτον ὁ δῆμος ἔλεγε. Huc alludens *Lucianus* ἐν τῷ ἀπὸ τοῦ πρῶτου μὲν ὁ σωὸν τὸν, in rhetorem quendam iocatur, qui apud barbaros in continuo diceret, nō ad aquam, sed ad amphoræ vinariæ modum. Idem in bis accusator: Εὐνοῖα γὰρ τὸ πρῶτον ἔλεγε. id est, Nam illius sane in præsentia fuit aqua. Videtur id subindicare *Plato* in *Theæte*to, cum ait, quosdam περὶ μικρὸν ὄρεσιν, id est, ad pusillum aquæ docere posse quæ gesta sint. Idem in eodē: Καὶ πάλιν ἡ δὲ δῶρε ἰόν. id est: Urget enim aqua fluens, quod oratoris sit ad præscriptas clepsydras dicere. *Apuleius* in *Asino aureo*: Rursus præconis amplo boatu citatus accusator quidam senior exurgit, & ad dicendi spatium, vasculo quodam in vicem colli graciliter fistulato, ac per hoc guttatim defluo, infusa aqua, populum sic adorat. *Plinius* iunior *Falconi*: Et qui iubere posset tacere quemcunque, huic silentium clepsydra iuici. Idem *Arriano*: Dixi horis pene quinque. Nam viginti clepsydrys, quas spatiosissimas acceperam, sunt additæ quatuor. *Quintilianus* lib. 12. Et si quid ipse tibi sumas, probandum est, & laboratam congestamq. dierum ac noctium studio actionem, aqua deficit. *M. Tullius* in calce secundi libri *Tusculanarum* questionum, Cras ergo ad clepsydram, sic enim dicimus. Idem de *Oratore* libro 3. de *Pericle* loquens, At hunc, inquit, non clamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat, sed ut acceperamus *Clazomenius* ille *Anaxagoras*, vir summus in maximarum rerum scientia. *Philetas* apud *Athenæum* lib. 2. τοσούτοις ὥστε οἱ ῥητορὲς πρὸς ὅσον ἔλεγον. id est, Tantum, ut solent rhetores, ad aquam dixi, fuerat autem de aqua sermo. Hinc captata est allusionis gratia. *Demades* iocabatur in *Demosthenem* ὅσον ὁ τὸ πρῶτον, quod ceteri quidem ad aquam dicerent, *Demosthenes* ad aquam scriberet. *Philostatus* in *Adriano* sophista τὸν ἀπὸ καλεῖσθαι appellat sophistas qui aqua exercebantur. Porro prisca lineis & virbris horas distinguebāt. *P. Scipio* *Nasica* primus reperit clepsydram, qua nubilo quoque die & noctibus, horæ distinguerentur. Nunc pro clepsydrys clepsannus & αὐτὸματες utuntur horologiis.

In acre piscari, Venari in mari.

Εἰς δὲ m generis sunt & illa, quæ *Plautus* usurpat in *Asinaria*: In acre piscari, & In mari venari iaculo. Quadrabunt simpliciter in eos, qui frustra moluntur τὰ ἀδύνατα, aut qui præpostere ibi querunt aliquid, ubi ne sperari quidem possit. Ut si quis in magistratibus vitam tranquillam, in voluptatibus beatam, in opibus felicem querat. Itaque *Libanus* servus ab hero suo *Demoneto* iussus, ut uxorem ipsius argento defraudaret, significans nulla ratione fieri posse, ut a muliere tenacissima quidquam auferretur: Iube, inquit,

b 4 una

una me opera piscari in acre, venari autem iaculo in medio mari.

Aquam e pumice postulas.

SUPERIORI non admodum diuersum, quod apud eundem poetam legitur: Aquam e pumice postulare, pro eo quod est, frustra ab alio petere, cuius ipse a quo petas, maxime sit indigus. Nihil enim pumice lapide siccius, nihil siticulosius. Perinde ac si quis ab indoctissimo doceri postulet, ab inconsultissimo consilium expeſcet, ab egeno munus, ab inope praesidium: denique ab auaro ac tenaci pecuniam. Plautus: Nam tu aquam e pumice nunc postulas, qui ipse sitiat. Pumex, inquit idem, non aequae est aridus, atque hic senex. Est autem Pumex lapis cauernosus, quo solent poliri codices: naturae adeo siccae, ut si in vrceum bullientem immiseris, feruorem extinguat: non solum ad tempus, sed in totum. Nec aliud in causa putat esse Theophrastus, nisi quod uehementissima siccitate spumam totam ad se trahere nitatur. Meminit et de Chio quopiam Eudemo, qui pumice acri consperso aceto, munire sese consueuerit, ut post septimam ellicbori potionem, nec balneis, nec vini potatione prouocaretur ad vomitum.

Nudo uestimenta detrahere.

AD hanc sententiam pertinet haec quoque, quod ab eodem est usurpatum poeta, Nudo uestimenta detrahere, pro eo quod est, ab eo sperare emolumentum, cui ne sit quidem quod auferri queat. Sic. n. idem Libanus in Asinaria Plautina admonitus ab hero, ut ab ipso per fallaciam argentum abradcret; quo filio emeretur amica, Maximas, inquit, nugae agis, Nudo detrahere uestimenta me iubes. Adducit et D. Chrysostomus prouerbum vulgo iactatum, quo dicebant, nec a centum viris unum nudum spoliari posse. Apuleius Asin. lib. 1. scripsit, nudum nec a decem palaeſtritis posse spoliari.

Anthericum metere.

Τὸν ἀνθήρικον θερίζειν, id est, Anthericum metere, dicebantur, qui laborem inanem ac sterilem caperent. Anthericus, herbae genus, quod meti non possit, sed velli mani- bus necesse est, velut et linum. Antherices vocantur summa spicarum fastigia siue atheres. Herodotus Asphodeli caules antherices vocat, teste Suida: quos et tenaciores ait esse, quam ut frangi queant. Antherici meminit et Plinius libro 21. cap. 17. In Graecorum commentariis est promiscue positum Antherices et atherices.

Ex harena funiculum neſtis:

Ἐκ τῆς ἄμμου χοινίον πλέκειν, id est, Ex harena funiculum neſtere. Est frustra conari, quod nulla ratione potest effici. Quid enim stultius, quam ex harena quae nullo modo cohaereſcit, funem uelle neſtere? Prouerbiū utriusque nempe tum hoc, tum quod proxime retulimus, usurpat Aristides in communi defensione quatuor oratorum: Καταδύνεις δὲ εἰς τοὺς χαμαῖους, ἵκει τὰ χαμαὶ σφίοντες σκιά τινι λόγῳ ἀνασπόντες, ἔφης ὡς σφοδρῶς, τὴν ἀνθήρικον θερίζοντες, τὸ ἐκ τῆς ἄμμου χοινίον πλέκοντες, οὐκ οὐδ' αὖ τιν' ἰσὺν ἀναλύοντες. id est, Verum abdentes sese in secessus quosdam, illic admirandam illam comminiscuntur sapientiam, umbra quadam attrahentes verba,

quemadmodum abs te dictum est Sophocles, Anthericum metentes, ex harena neſtentes funiculum, et haud scio quam retexentes telam. Significat his adagii, umbraticum illud philosophorum studium nihil omnino fructus adferre. Columella in praefatione carminis De cultura hortorum: Nam etsi multa sunt eius quasi membra, de quibus aliquid possumus effari: tamen eadem tam exigua sunt, ut, quod aiunt Graeci, ex incomprehensibili paruitate harenae funis effici non possit. Prouerbiū peculiariter accommodabitur ad usum huiusmodi: si quis conetur in concordiam redigere, moribus longe dissimilimos, et inter quos nihil omnino conuenit: aut si quis orationem ex argumentis dissonis contextat, quasi Chimeram quandam fingens, et huiusmodi monstrum, cuiusmodi describit Horatius: Humano capite, equina ceruice, reliquis item membris ex uariis animantium generibus ita collatis.

— Ut turpiter atrum

Desinat in piscem, mulier formosa superne.

Ab asino lanam.

CVI finitimum est et illud, οὐκ πόδας ἵπτις, id est, Asini lanam quæris. De iis, qui stulte quaerunt ea quæ nusquam sunt. Effertur adagium etiam ad hunc modum, οὐκ πόδας, id est, Asini lanam. Aristophanes: τίς τίς τὸ λάβας πιδίον, τίς τίς οὐκ πόδας; id est, Asini quis ad lanam? quis in lecthes solum? Per asini lanam, res vanas significans, et quæ nusquam sunt. Trimeter Graecis constat si tollas alterum, τίς.

Asinum tondes.

EVDEM sensum habet, τὸν ὄνον κτείνεις, id est, Asinum tondes. De his, qui rem absurdam atque inutilem aggreſiuntur: propterea quod Asinum neque peſtere possis propter villos, neque tondere cum lanam non habeat. Huius meminit Aristophanes in Ranis.

Lupi alas quæris.

Δύκας πτερά ἵπτις, id est, Lupi alas quæris. De iis, qui quaerunt ea, quæ nusquam sunt. Aut ubi quis verbo duntaxat territatur, alioqui re nunquam facturus quod minatur. Neque enim fieri potest, ut lupus alatus inueniatur. Prouerbiū recensetur a Suida.

Quæ apud inferos.

EVDEM loco interpretæ admonet et huius adagii, tanquam eundem habentis sensum, τὰ ἐν ᾅδῳ, id est, Ea quæ apud inferos. Citatq. Aristarchum auctorem, idque inde natum putat, quod Cratinus finxerit quendam apud inferos finem torquentem: asinum autem arroſcentem ea quæ ille iam torſisset, atque ita inaniter laborare qui torquebat. Quanquam illud, τὰ ἐν ᾅδῳ, generaliter ad omnia pertinet, quæ poetarum fabulis traduntur, nulli credita nisi pueris: unde cum inania somniiq. similia significabimus, apte dicemus, τὰ ἐν ᾅδῳ. Athenæus libro Dapnosophistarum quarto refert, Democritum scripsisse volumē, cui titulus fuerit, τὰ περὶ τῶν ἐν ᾅδῳ, prodigiosis, ut coniectandum est, refertum fabulis, et hinc potest videri ductum prouerbiū.

Contorquet piger funiculum.

HVC adeo simile est, ut idem videri possit, quod de ocno

ono, id est, pigro asino refert Pausanias in Phocicis, apud Ionas, ut ait, celebratum: τῶν γὰρ ἱκανῶς τὸν βοῦν μιν γὰρ, id est, Torquet piger funiculum. Ipsius verba super hac re sub scribam: Μὲν δὲ αὐτοῦς ἀλλή ἐσι κατέμωρε, ἐπιγέμεται δὲ ὄκνον ἔτι καὶ λίγην τὸν ἀέρωπον. πεπρίσται μὲν πλείων χροῖεν, πρὶς αὐτὴν ἑλὶα ὄνσε ἐπιδίεσσε, τὸ πεπλήγμενον αὐτὸ δὲ χροῖνός. τὸ τὸν ἔιναι τὸν ὄκνον, φέρεται δὲ φασιν ἀνέρωπον, γὰρ αὐτὸς δὲ ἔχον δαπανήσαν, καὶ ἐπὶ τὰ συνελθόντα ἐρεχθόμενος, ὅ πολὺ ἔν ὕστερον ὑπὸ ἐκείνου ἐλάλητο, διὰ δὲ καὶ ὑπὸ ἰωάννου, ὅπως ἰδοῖται τινὰ ποινὰ τὰ ἐπὶ δὲ ἀνέρωπον φέρεται, ὑπὸ τούτῳ εἰρημύοντος, ὅς δὲ ἀλλή ἐπὶ τὸν ἑλὶα τὸν ὄκνον τὸν βοῦν γὰρ, id est, Post hos vir qui dān est sedens, titulus indicat eum ὄκνον esse. Factus est autem ad hunc modum, ut ipse funiculum torqueat, astante asella, quæ quod tortum fuerit assidue abrodat. Hunc Ocnion aiunt hominem esse industrium, operiq. intentum, sed uxorem habere sumptuosam ac prodigam, ut, quicquid is suo labore corraserit, id mox absumat ab illa. Cognitum est nobis, etiam ab Ionibus dici solere, si quem conspexissent in re quapiam elaborantem, quæ nihil adferret emolumenti, hic homo funiculum Ocnii contorquet. Videtur argumentum picturæ sumptum ab occasione vocis ancipitè obtinentis significatum. Siquidem τῶν γὰρ ἀνδρῶν, αὐτὸς Græci pro comparare victum. Colligit autem qui rem auget, dissipat qui profundit. Atque hoc quidem argumentum apparet olim multorum artificum operibus fuisse celebratum. Siquidem Plinius in historia mundi inter Socratis egregij pictoris argumenta, commemorat & de asino spartum arrodente. Et piger, inquit, qui appellatur ocnius, spartum torquens, quod asellus arrodit. Fertur idem pictura genus et Delphis fuisse, a Polygnoto Thasio dicatum. Quo quidem negant de fidem & ignauum significatum, quemadmodum existimat Varro, immo laboriosum magis & industrium, sed cui sit uxor prodiga. Eoq. Pausanias ait, non marem asellum, sed sœminam in pictura fuisse. Idem argumentum, marmore calatum, Romæ duobus visitari locis, nempe in capitolio & in hortis Vaticanis, Hermolaus Barbarus testis est. Vnus est hoc adagio & Propertius.

Dign'or obliquo funem qui torqueat ocnio,
Aeternusq. tuam pascat aselle famem.

Verum illud interim admirandum, cur Plinius eum scripserit appellatum ocnium, id est, pigrum, qui funem torqueret, ac non magis asellum arrodentem. Maxime cum Propertius non eum ocnion appellet qui torqueat, sed illi torqueri funem: ut asinum intelligas citius, quam torquentem. Meminit huius adagij Plutarchus in commentario τῶν τ' ὀδονμίας, Αἰὲν ὁπωρὸς αὐτὸς ὤν γὰρ εὐόμενος χροῖνα πλόκος ὅτινι παρίσσει ἐπιβροχόμενον κατὰ γὰρ ἑλίσσκει τὸ πλεῖον ὀμω. id est: Sed quemadmodum apud inferos depictus is qui funem torquet: cui adest, qui depascens absomit id quod tortum fuerit.

Littori loqueris.

Ἀλγίλας λαλῶς, id est Littori loqueris. Refertur a Græcis adagiorum collectoribus. Dicitur in eos, qui frustra vel suadent, vel orant: perinde quasi surdo loquantur. Nam littora propter assiduum fluctuum fragorem surda dicuntur. Ovidius:

Surdior ille freto clamantem nomen Orestis.

Traxit inornatis in sua testa conuis.

Vento loqueris.

SVIDAS addit & hoc, ἀνέμῳ διαλέγῃ, id est, Vento loqueris. Pro eo quod est, inaniter. Nam ventus omnia dissipat, cogitq. evanescere. Vnde & Auris discerpta mandata dixit Vergilius quæ abierant in obliuionem. Plautus in Mostell.

Hic nescit quidem nisi fœnus fabulari vento.

Consimili figura apud Athenæum legitur: γῆ καὶ ἔρα-νῶ λαλῶν, id est, Cælo ac terræ loqui.

Mortuo uerba facit.

Νεκρῷ λέγουσα μύθεα εἰς ἔς, id est, Mortuo ad aurem fabulam narrans. Plautus, Mortuo verba nunc facio. Terentius: Verba fiunt mortuo. Rursum Plautus: Nihil pluris refert, quam si ad sepulchrum mortuo dicat iocum. Pertinet huc quod est apud Aeschylum in Agamemnone:

Εἰσι καὶ ἐρῶντες ἰδοῖτα πρὸς τὸ μῦθον μᾶττω. id est, Frustra ad sepulchrum uina ploro mortui.

Surdo canis. Surdo fabulam narras.

E'ANDEM vim habet, καὶ τῷ ἄδῳ, id est, Surdo canis. Vergilius in Bucolicis:

Non caminus surdis respondent omnia sylva.

Horatius:

-Narrare putaret asello
Fabellam surdo.

Terentius in Heautontimorimeno:

Næ ille haud scit, quæ mihi nunc surdo narret fabulæ. Item T. Liuius de bello Macedonico libro 10. Quæ vecor ne vanis auribus cecinerint. Aeschylus in ἱππῶ ἐπὶ ἐλπίσιν:

Ηἰκεσας ἢ ἔκ ηἰκεσας, ἢ καὶ φῶν λέγω, id est,

An audisti, an non audisti? num surdo loquor?

Allusit huc Ovidius Amorum libro 3.

Quid iuuat ad surdas si cantet Phœmius aures?

Quid miserum Thamyram picta tabella iuuat?
Ortum videtur a ridiculo casu: quo sepe fit, ut hospes incidat in surdum, quem percontetur multa, ridetibus iis qui surdum nouerunt.

Frustra canis.

Ἀλλῶς ἄδῳ, id est, Frustra canis. Εὐδὲς κινῶν ἄχρης, id est, In vanum cantas. De iis, qui frustra suadent. A cantoribus ductum, qui cum ingrati sint auditoribus, inaniter canunt, cum a nemine audiantur: aut qui canunt suo sumptu, nihil auferentes præmij. Nam cantilenam Græci prouerbiali metaphora frequenter appellant orationem. Inde est illud in Euripidis Hecubæ: ἔξει τὶ μέλος, id est, Veniet aliqua cantilena. Et eandem cantilenam canis, & ad aures occinere, & πᾶσι τὸ μέλος φεγγέμενος, id est, præter cantum sonans. Vsurpauit adagium hoc, ac simul exposuit Lycophron poeta:

Τεῖ γὰρ ἄχρης εἰς κινῶν ἰδὲ ῥέε κτῶν

Λοῖπον καὶ ὄρατε φεγγέζων μέλῳ. id est,

Itaque ciebis irritos fidium sonos

Ieiuna & indonata pulsans carmina.

Interpres addit prouerbiū ad hunc etiam efferri modum: Εἰς κινῶν κρέμεις τὰς χορδὰς, id est: Frustra pulsat chordas.

chordas. Sumptum autem a citharædis, qui sic canit, ut nihil accipiant muneris, & domi eibum capiant, hoc est, suo sumptu, suoq. victu, quemadmodum ait Plautus, alius cantent. Nisi cui videbitur ad apologum Acfopi referendum, de tibicine frustra pisces inuitante cantilenis. Nam audierat Arionis fabulam.

Lapidi loqueris.

Δίχ' ὁ λίθος, Lapidi loqueris. Eundem sensum habet. Et apud Terentium in *Ter.* lapis pro stupido brutoq. homine ponitur aliquoties. Non inscitum est quod refert Laertius: Cuidam interroganti, qua nam in re melior esset euasurus filius si erui lreitur, si nihil aliud, inquit Aristippus, certe in theatro non sedebit lapis super lapidem.

Parieti loqueris.

Πρὸς τὴν τοῖχον λαλῶ, id est, Parieti loqueris. Et hoc quoque refertur a Græcis collectoribus. Effertur & ad hunc modum, Δίχ' τὴν τοῖχον λαλῶ, id est, Per parietem loqui. Dicit consuevit, ubi quis rei quippiam faceret ne hemeretur absurde. Fortassis ab amantibus sumptum: qui ad fores ac fenestras, aut etiam parietes amicarum perinde locuntur nonnunquam, quasi sensus aliquis illis adsit. Plautus in *Truculento* usurpat pro eo, quod est taciturno loqui: Ego, inquit, ero paries, loqueretur.

Nugas agere.

LATINIS perinde atque Græcis tritum adagium, Nugas agere, pro eo quod est, rem friuolam ac nihili facere, seu frustra conari. ἄγαν λυγρῶς, Atticis familiare, id est, Nugas nugaris. Aristoph. in *Nebulis*, Socratem subrilium nugarum antistitem vocat, quasi friuolarum argutiarum auctorem, & ὁ πρὸς τὸν λυγρὸν ἱερὸν ἀνέρε μὰ τὸ δὲ ξύλον, id est, Magnæ igitur nuge sunt omnis pororum suppositio ad vim naturalem. Iucundius fit cum refertur ad personam, velut apud Athenæum libro sexto:

Οἱ δὲ ποιῶνται τῆντι, λυγρῶς ἰσθί. id est,

Porro poetas nugas esse prædicat.

Dicunt & ὁ λυγρὸς, id est, deliras ac desipis, quod est translatum ab oculis, quæ postea quam ætatis uitio cæperint desipiscere, stiles quasdam nugas blaterare solent. Ausonius ad Paulum:

Phæbus iubet verum loqui.

Et si Pierias patitur lirare sorores,

Nusquam ipse torquet aulaca.

In quibus versibus obscurior est allusio, ac prope inepta. Nam homo bilinguis pariter ad utrumque sermonem, & duplicem nominis significatum respexit. Si qui dem λυγρὸς Græcis nugas significat, & liræ seu porcæ Latinis vocantur sulci. Nam agricolæ primum proscindunt, deinde comminuunt glebas, postremo lirant. Proinde subtexuit, nunquam ipse torquet αὐλάκα. Olim enim agricolatores delirare dicebantur, qui a recto sulcorum ordine defletherent. Inde transumptum ad eos, qui desipiunt.

In cælum iacularis.

Εἰς τὸν ὕψος τὸν τοξότης, id est, In cælum sagittam torques. **TERENTIUS** in *Phormione*: In eodem hæstas luto.

Est apud Zenodotum ac Suidam, de ijs qui frustra laborant: aut qui audent eos laceßere, quos non possunt lædere. nihil enim ferire potest, qui in cælum torquet, nisi quod diuos videtur petere. At non raro fit, ut iaculum in ipsum mittentem recadat.

Delphinum cauda ligas.

Δελφίνου πρὸς τὸν ὕψος δάκ, id est, Delphinum cauda alligas. In eos, qui quippiam incassum conantur. Propterea quod Delphinus cauda sit lubrica, nec ea parte teneri queat. aut quod cauda sit valida, cuius agitatio ne fertur & naues aliquando subuertere, ut hac parte sit inuictus. Quadrabit & in eos, qui ea via quempiam aggrediuntur, qua nequaquam possit superari.

Caudas tenes anguillam.

Ἀπ' ὅρας τὸν ὕψος ὁ χέλιος ἵχθυος, id est, Cauda tenes anguillam. In eos apte dicitur, quibus res est cum hominibus lubrica fide, perfidisq. aut qui rem fugitiuam atque incertam aliquam habent, quam tueri diu non possint.

Folio ficulno tenes anguillam.

Ἡ ἵχθυος διὰ τὸν ὕψος τὸν ὕψος, id est, Folio ficulno anguillam, subaudiendum, tenes. Vbi quis alioqui fugax et lubricus, arctiore nodo tenetur, quam possit elabi. Nam fici folium scabrum est, ut cui nomen etiā inditum ab asperitate scribserit Plutarchus: atque ob id ad retinendam anguillam natura lubricam, uel maxime idoneum.

Medius teneris.

Ἡ ἵχθυος ἐν τῷ ὕψος, id est, Nunc medius teneris. De eo qui sic tenetur, ut extricare sese nulla ratione possit. Translatum a p. læstis atque athletis, qui se quem medium corripuerint, facile uincunt. Sunt autē verba Acaci ad Bacchum: Ἀλλὰ νῦν ἵχθυος, id est, At nunc medius tenere. Eodem pertinet illud apud Terentium: Sublimem medium arriperem.

Delphinum natare doces.

Δελφίνου νῆχιδου διδάσκεις, id est, Delphinum natare doces. In eos competit, qui monere quempiam conantur in ea re, in qua cum sit ipse exercitissimus, nihil eget doctore. Nam Delphinus in natando perniciosissimi impetus est, ita ut non modo superet omne natatiliū genus velocitate, verum etiam terrestrium animantium, ut auctor Aelianus libro 12. Quin & naues transilit, seq. contento spiritu, teli in morem eiacularur.

Aquilam volare doces.

Ἀετὸν ἵπτασθαι διδάσκεις, id est, Aquilam volare doces. Diuersa metaphora sententiam eandem declarat. Quod enim Delphini inter pisces, id Aquila inter volucres. Quibus id etiam commune, quod uterq. πρὸς τὸν ὕψος esse narratur. Alluisse videtur huc Gregorius in epistola quadam ad Eudoxum rhetorem, Τὸς ποταμὸς ἵχθυος, καὶ ἡ γὰρ καλοῖται πρὸς τὸν ὕψος δόκιμος ὄρνις. Si ne valere vulgus, sine esse graculos, qui volatūm aquilarum probent.

In eodem hæstas luto.

to. In eos competit, qui sic implicantur negotio cui-
piam, ut se nequeant extricare. A viatoribus transla-
tum, qui simul atque in lutum inciderint, cum alterum
pedem conantur educere, altero altius immerguntur.
Rursum, ut hunc extrahant, alter quem eduxerant,
denuo est insigendus. Eodem alludens Horatius,

Nequicquam, inquit, ceno cupiens euellere plantā.
Huic simile est, In eodem hesitare vestigio. Quint. Cur-
tius libro 4. Tertium diem metu exangues iam armis
suis oncratos in eodem vestigio hærere.

In aqua hæret.

VSRPATVR huic non dissimile prouerbum a M.
Tullio lib. Officiorum 3. Dicit ille quidem multa multis
locis, sed aqua hæret, ut aiunt. Significat autem Epi-
curum parum secum in disputando constare, seq. ipsum
inuoluere, dum ea quæ dicit alibi, pugnant cum iis quæ
dixit alibi, atque ita quasi fluctuare, neque in solido cõ-
sistere. Id quod euenire solet iis, qui cum aberrant a ue-
ro, verborum fucis rem inuoluunt. Translatum appa-
ret vel a fluitantibus, qui vado destituti, huc atque il-
luc iactantur: quoque magis se commouent, hoc maio-
re periculo laborant. Aut certe ab oratorum clepsy-
dra, de qua meminimus alibi, ut eum in aqua hærere
dicamus, qui sese destillata iam aqua, tamen e causa
non potest expedire. Cicero ad Q. fratrem lib. 2. Quod
idibus & postridie fuerat dictum de agro Campano
actum iri, non est actum. In hac causa mihi aqua hæ-
ret. Incertum, utrum significet eam actionem integrā
sibi relinquere, an causam esse inextricabilem. Huc refe-
rendum illud, quod paulo superius ex Quintiliano cita-
uimus: Et laboratam, congestamq. dierum ac noctium
labore actionem, aqua deficit. Nec abhorrent ea quæ
post dicemus in prouerbio, Hæret in vado.

Multa cadunt in ter calicem supremaq. labra.

SVLPIVS Apollinaris grammaticus apud Aulū
Gellium in noctibus Atticis lib. 13. cap. 17. duo quædā
adagia notat, alterum Græcum, alterum Latinum: quo-
rum amborum eadem sit sententia. Græcus est versicu-
lus, inquit, hexameter περὶ καλὸν καὶ χεῖρον ἄκρον. id est,

Perdita mactetur pelus, cunctisq. vana labra.
Multa cadunt inter calicem supremaq. labra.

Quo monemur, nihil tam certum sperari, neque quid-
quam tam esse uicinum, quod non repentinus aliquis
casus queat interuertere. Adeoq. non esse tutum ven-
turis fidere, ut vix etiam illa sint certa, quæ manibus
tenemus. Originem adagij quidam ad huiusmodi fabu-
lam referunt. Ancus Neptuni & Astypaleæ Phœ-
nicis filius, cū uitē fereret, grauiusq. ministris instaret
urgeretq.: quidā operis tædio cōmotus in herū, negauit
futurū ut ex ea uite herus unquā vini gustaret. Post
ubi vitis prouenisset feliciter, atq. unæ maturuissent,
herus exultans ac gestiens, seruū eundē accersit, atq. ut
sibi vinum infundat iubet. Deinde iam calicem admo-
turus ori, seruo quæ dixisset, redegit in memoriam, qua-
si vanam exprobrans diuinationem. At ille sententiā
hanc hero respondit: Inter calicem ac summa labia,
multa posse interuenire. Seruili sententiæ fauit euen-
tus. Nam inter loquendum priusquam ille vinum
hauriret, alter quidam minister ingressus, nunciat vine-
tum ab apro quopiam immani uastari. Quibus auditis

Ancus deposito poculo, protinus in aprum fertur, a
quo inter uenandum percussus interiit. Vsrpauit hoc
adagij Lycophron in Iambicis.

Εγὼ δὲ τλήμων σὺν κακῷ μετόν εἶπες
Ὡς πολλὰ χεῖλιν καὶ διπασσέων πρὸτον
Μισὲν κύνινδεν μοῖραν παμμύτων ἑρῶτων. id est,
Miser est ego meo dicta cognoscens malo,
Ut plurima inter poculum ac labrum solet
Vertisse fatum, res agens mortalium.

Interpres citat Aristotelem auctorem, qui & ipse de
Ancæ fabula meminerit, in qua illud variat, Ancæo
vitæ instituenti, uatē accersitum quempiam prædi-
xisse, non futurum unquam, ut ex ea vinum gusta-
ret, & expresso in calice uino, uatē irrississe tanquā
ψευδόμενον. Reliqua conueniunt cum iis, quæ ex alio
rum retulimus commentariis. Festus Pompeius ab
augure quopiam vicino, qui sorte præterierit, prædi-
ctum indicat. Lycophron autem alio detorsit, nempe
ad Agapenorem patrem, & Ancæum Actoris & Eu-
rythemistidis filium, & ad aprum Calydonium. Dio-
nysius apud Zenodotum, mauult paræmiam ad Anti-
noum referre, de quo meminit Homerus in Odysseæ
22. Is Antinous erat unus ex prociis Penelopes, cui
poculum tenenti, iamq. bibere paranti, Vlysses iugulū
telo transfixit. Atque ita manibus elapso poculo, con-
cidit atque interiit. Sed non ab re fuerit, Homericum
carmen adscribere:

Η, καὶ ἐπ' ἀντιφῶ ἰδόντο πικρὸν δῖόν.
Η τοὶ ὁ καλὸν χεῖρον ἀναισθηταὶ ἐμὲ, ἰ
Χρυσὸν ἀμφώτων, καὶ δ' ἄ μετὰ χεῖρτιν ἐνὸ μιν
Ὡφρα πρὶ οἶνον, φόνος δὲ οἱ ἐκ ἐνὶ θυμῷ
Μεμβλετο, τίς κ' οἶστο μετ' ἀνδράσι δαιτυμόνισι,
Μένον ἐπὶ πλεόνεσσιν, καὶ ἐμὰ καὶ κερπύρες εἰμι
Οἱ τῦφον ἐν αὐτῶν τε κακὸν καὶ κέρχ μέλαινα.
Τὶν δ' ὁδὸν οὐκ ἐκ κατὰ λαμῖν ἐπὶ ὀφθαλμοῖν βάλαν ἰδῶ.
Αὐτὶ κερπύρες δ' ἀπὸ τοῖσιν δὲ αὐχένος ἡλὺς ἀκρόα,
Εκλίνε δ' ἐπὶ τοῖσιν, δὲ πρὸς δὲ οἱ ἐκπεσὶ χεῖρας
Βλημὲν, αὐτὶ καὶ δ' αὐλὸς ἀνὰ ῥῖνα παχὺς ἔλθοι
Αἵματος ἀνδρομέοιο. id est,

Telum hæc fatus, in Antinonem contorsit amarum.
At pulchram is pateram, iam iam tollebat, iurinq.
Auritam, atque auro nitidam, iam iamq. manu illā
Admotabat uti biberet: neque pectore cadem
Volubat puido: quis enim fore crederet unquā,
Vnus ut in tanto conuiuarium agmine, quanquam
Viribus anteeat, mortem sibi nigraq. fata
Moliretur: at huic iugulum confixit Vlysses
Tollenti calicem, iaculum penetravit acutum,
Et contra e ceruicibus exiit ærea cuspis.
Voluitur in latus ille, calix simul excidit ictō
E manibus: mox inde cruor de naribus ingens
Emicat.

Nec alienum est hoc loco meminisse, quod Iulio Casari
velut exprobranti vaticinij uanitatē, responsum est:
Venisse Calendas Martias, non etiam præterisse.

Inter os & offam.

LATINVM est huiusmodi, Inter os & offam. Quod
a cibis sumendis sumptum est, quemadmodum Græca
necum illud a potu. Nam olim Romani uisitabant
offis, ut testis est Valerius Max. Itaq. perinde ualet
inter os & offam, quasi dicas inter os & cibum. Por-

ro prouerbiū refertur apud Gellii ex oratione quadam Catonis, de adilibus vitio creatis, his quidem verbis: Nunc ita aiunt, in segetibus et in herbis bona frumenta esse. Nolite ibi nimiam spem habere. Sape audiui, inter os & ossam multa interuenire posse. Verum inter ossam atque herbam, ibi uero longum intervalum est. Festus ita refert adagium, Inter manum & mentum.

Ita fugias ne præter casam.

EX T A T apud Terentium in Phormione cum primis venustum adagium, Ita fugias ne præter casam: quo quidem admonemur, ne sic aliquod uitium fugiamus, ut in aliud maius incauti deuoluamur. Nostrapte culpa facimus, inquit, ut malos expediat esse, dum dici nimium nos bonos studemus & benignos. Ita fugias, ne præter casam, quod aiunt. Verba sunt Demiphonis senis semet accusantis, quod dum auarissimam plus satis cupide studeret effigere, stulti reprehensionem incurrisset. Donatus adagiū metaphoram hunc ad modum enarrat, si modo commentum hoc Donati uidetur esse. Ita fugito, ne tuam casam prætermittas, quæ sit tibi tutissimum exceptaculum. Aut ita fugias, ne præter casam, ubi custodiri magis et prehendi fur & multa ri uerberibus potest. Aut verbum erat, inquit, furem exagitantis, & interea prouidentis, ne ante casam trāseat, ne in præcreundo etiam inde aliquid rapiat. Hæc uelut diuinationem, incerta ac uaria coniectantium quis ferret, nisi uideremus & iuris interpretibus & Græcorum adagiorum enarratoribus hunc eundem esse morem? Prima interpretatio nobis magis arridet. Quidam enim calore fugiendi, etiam ea prætercurrunt, ubi comode poterant quiescere. Quod unica uoce Græci περπατῆσαι vocant, id est, perperam præterire ac præteruehi, ab eo, quod amplectendum erat, aberrantem. Opinamur ad hoc adagium respexisse Lucianum in Nigrino, cum scribit, καὶ τὸ δὲ οὐ τὰς τετραδίας καὶ κομωδίας ἀγόμενον, ἡδὲ καὶ περπατῆσαι βίβειν. id est, Et hoc quod in tragædiis & comædiis dicitur, iam & præter casam incitatur.

Euitata Charybdi in Scyllam incidi.

Τὸ χάρ. β. ἢ ἐκφυγόν, τὴν σκύλλαν περὶ πτόον.

Iambici sunt dimetri & κίχλοι, quos casusne effuderit, an ars finxerit incertum. Horum hic est sensus: Euitata Charybdi in Scyllam incidi: hoc est, dum uito grauius malum, in alterum diuersum incidi. Sumptum adagiū ab Homericæ fabula, quæ narrat Ulysssem, dum metu Charybdis propius ad Scyllam nauem admolet, sex e comitum suorum numero perdidisse. Quidam aiunt Scyllam Nisi Megarensium regis fuisse filiam, quæ propter aureum crinem ademptum patri, in monstrum hoc marinum conuersa sit, ut meminit Pausanias in Corinthiacis. Cui uidetur assentiri Vergilius in Bucolicis, cum ait,

Quid loquar, aut Scyllā Nisi, quæ fama secuta est
Candida succinctam latrantibus inguina monstribus,

Ab timidos nautas canibus lacerasse marinis?

Seruius indicat, Scyllam Phorci & Crateidis nymphæ filiam. Hanc cum amaret Glaucus, Circe, quæ illius amore tenebatur, quod eum in Scyllam propensorem esse uideret, fontem in quo nymphea lauare consue-

rat, magicis uenenis infecit. In quem cum illa descenderet, pubetenus in uarias mutata est formas. Nam id Circe peculiare, in ferarum figuram homines uerte re. Horrens itaque suam deformitatem, sese in mare præcipitem dedit, ac fabulæ præbuit argumentum. De rei ueritate, diuersa est scriptorum opinio. Sallustius putat esse saxum in mari prominens, quod procul uidentibus muliebrem formam imitetur: in quod illi fluitus, quoniam & luporum ciulatum, & canum latratum uidentur imitari, finxerunt illam a pube huiusmodi feris succinctam esse. In Græcorum commentariis inuenimus, tritemem fuisse quandam miræ pernicitatis, cui nomen fuerit inditum Scyllæ, πειρατὶσκυλλίων, quod hac grassantes piratæ mare Tyrrenum ac Siculum infestarent, reliquasque naues quotquot præterissent, dissoluerent: atque hinc natam fabulam. De Charybde uero narrant poetarum fabulæ, hanc feminam fuisse uoracissimam, quæ quod Hercules boues rapuisset, a Ioue fulmine icta, in mare præcipitata est, & in huiusmodi uersa monstrum, quod adhuc pristinam seruat naturam. Absorbet enim uniuersa, quæque absorberit, ea circa Tanrominitanum egerit litus, ut Sallustius est auctor. Unde tanquam prouerbio scortis uorax, & auiditatis nunquam satiata, Charybdim appellat Horatius,

- Ab miser

Quanta laboras in Charybdi,

Digne puer meliore flamma.

Seruius ait Scyllam in Italia esse, Charybdim in Sicilia. Vergilius in Aeneidos lib. 3. transitum hunc inter duo pericula angustum eleganter describit,

Hæc loca, inquit, ubi quodam uasta conuulsa ruina
(Tantum æui longinqua ualet mutare vetustas).

Dissiluisse ferunt, cum protinus utraq; tellus

Vna foret; uenit medio uis pontus, & undis

Hesperium Siculo latus absceidit, aruaque & urbes

Littore diductas, angusto interluit æstu.

Dextrum Scylla latus, læuū implacata Charybdis

Obsidet.

Et idem alibi,

Inter utranque uiam leti discrimine paruo,

Ni teneant cursus.

Homerus Odysseæ M. periculum utrumque multis uerbis describit, facitque Circeam admonentem Ulysssem, ut ad Scyllam potius infleat cursum, quam ad Charybdim, propterea quod præstet sex e sociis desiderari, quam pariter omnes interire, declarans nimirum plus discriminis esse in Charybdi quam in Scylla,

Μὴ σὺν κείνῃ τὴν χεῖρα τὴν οὐδὲν ἔχεις,

Οὐδ' ἔστιν ἔσχατον ὅτ' ἔκ' ἐκ κακῶ, ὅδ' ἐνδοχέως

Ἀλλὰ μάλα σκύλλης σκοπέλῳ πεπλημένῳ ὥκα

Νῆα περὶ ἑλίκων, ἐπὶ μὲν πολὺ φέρειν ἐστὶ

Ἐξίτατος δ' ἂν γινώσκουσιν, ἢ ἄμα πάντας. id est,

Absit ut illic tum fueris, cum faucibus undas

Illa resorbuerit, neque enim e discrimine tanto

Ipse uel eripiat Neptuneus, uerum age Scyllæ

Vicinus scopulo celeri præteruehe cursu,

Quandoquidē comites sex multo perdere præstat,

Quā ut semel exitium quotquot sunt, auferat oēs.

Adagio trifariam uti licebit, uel cum admoneremur, si quando in eas rerum angustias deuentum fuerit, ut citra dispendium discedi non queat, e duobus malis, id quod lenius est, eligamus, uidelicet Ulyssis exemplo, &

plo, & magis in eam uergamus partem, ubi minus sit iactura. Quod genus, si quis pariter & de salute & de pecunia periclitaretur, malit propior esse pecuniæ, quam uitæ periculo, propterea quod facultatum iactura utcumq. sarciri potest, uita semel amissa nunquam restituitur. Vel cum ostendemus negotium anceps & periculosum, in quo summa moderatione sit opus, ut in neutram pecces partem. Hic iam non habebitur ratio, utrum maius sit periculum: uerum hoc tantum intelligitur, ingens utrobique discrimen subesse. Prioris exemplum fuerit: Memento longe satius esse in dispendij Scyllam incidere, quam in ualitudinis Charybdim. Præstabilius est in rei pecuniariæ iacturam, uelut in Scyllam incurrere, quam in infamiæ Charybdim incidere. Posterioris hoc: Curandum ut ita populo studeas, ne principis offendas animum. Cautè circumspiceq. rem gerito, memor tibi inter Scyllam & Charybdim esse cursum. Tertius fuerit modus, si inuertas, hoc pato: Dum parum eruditus uideri times, in arrogantis opinionem incurristi: hoc est plane quod dicitur, dum Scylla uitas, in Charybdim incidisti. Celebratur apud Latinos hic uersiculus, quocumq. natus auctore, nam in præsentia non occurrit:

Incidit in Scyllam, cupiens uitare Charybdim.

Fumum fugiens, in ignem incidi.

Καπνον καὶ φῦγον εἰς τὸ πῦρ πορεύεσθαι, id est, Dum uitofumum, flammam in ipsam decidi. Senarius est proverbialis superiori sententiæ finitimus. Lucianus in Νεογυμαντιᾷ, ἐλεῖν δὲ ἐμαυτὸν εἰς τὸ αὐτὸ φασὶ τὸ πῦρ. ἔκ τῃ καπνῷ διαζόμενος, id est, Ignoraueram autem, quod iuxta proverbium, ex fumo in ipsam ignem compellerer. Vitur & Plato libro De repub. octauo, cum ait, populum, dum recusat ingenuis seruire, quasi uita to fumo in flammam incurrere, uidelicet, ut seruus etiā seruire cogatur. Huc alludit Horatius, cum ait in Sermonibus,

—Nam frustra uitium uitaueris illud,
Si te alio prauum detorseris.

Et in Arte poetica:

In uitium ducit culpæ fuga, sicaret arte.

Τὸ γὰρ ἀρχαῖον καὶ διονυσίου, καὶ δὲ διονυσίου συμβιβασκὸν ἀπὸ τοῦ πῦρος καπνὸν ἀδοξίδου, εἰς πῦρ ἐμβέλλειν, ἰσχυρὸν id est, Ineptæ autem uerecundie illud haud dubie accidit, ut fumum fugiens infamia, in ignem conijciat sese, id est, in aliud maius.

Latum unguem, ac similes hyperbolæ proverbiales.

TRANSVERSVM digitum, aut unguem discedere frequenter est apud Ciceronem, pro eo quod est, quam minimo spatio. Fit autem festiuior metaphora quoties his uerbis perfectam imitationem, ac plenum, unde quæq. consensum significamus, ut Academicarum quæstionum libro 2. Ab hac regula mihi non licet transuersum, ut aiunt, unguem discedere. Ibidem, Vbi enim aut Xenocratem sequitur, cuius libri sunt de oratione loquendi, multi & multum probati, aut ipsum Aristotelem, quo profecto nihil est acutius, nihil politius? A Chrysippo pedem nunquam. Loquitur de Antiocho, qui reliquis contemptis, Chrysippum per omnia sequeretur. Rursus Academicarum quæst.

libro 2. Quibus concessis digitum progredi non possunt. Idem ad Atticum: Mihi certissimum est, ab honestissima sententia digitum nunquam. Rursus ad eundem libro 13. Curandum est, atq. hoc in omni uita, sua quæq., a nostra conscientia transuersum unguem non oportere discedere. Idem in Epistolis familiaribus: Urge igitur transuersum unguem, quod aiunt, a stylo. Sunt illa quidem minus figurata, sed tamen proverbiales, quæ loquitur Plautinus Eucelio in Aulularia, Si tu hercle ex isthoc loco digitum transuersum, aut unguem latum excesseris. Et Cicero in Verrem, Digitum non discedebant. Idem ad Atticum libro 13. epistola prima, Pedem adhuc e villa, egressi non sumus, ita magnos & assiduos imbres habebamus. Idem Academicarum quæstionum libro 2. Non quæro ex his illa initia Mathematicorum, quibus non concessis, digitum progredi non possunt. Metaphora partim sumpta uidetur ab iis, qui tabulam, aut saxum, aut simile quippiam digitis latius metiuntur, quoties exquisite rei modus spectatur, nam reliqua cubitis metiri solemus. Minima mensurarum, latus digitus est. Partim a ingerrum mensoribus, qui stadiis, passibus, & ut minima mensura, pedibus, soli spatium metiuntur: Vulgo etiam nunc dicunt, Culmum latum, simili figura pro eo quod est, ne tantulum quidem.

Pedem ubi ponat non habet.

Vnde & illa proverbialis hyperbole ducta uidetur apud Ciceronem frequens, Pedem ubi ponat non habet, pro eo quod est, ne tantillum quidem agri possidet. Lib. Epist. ad Atticum 13. Ariobarzani filius Romam uenit: uult opinor, regnum aliquod emere a Cesare. Nam quomodo nunc est, pedem ubi ponat in suo non habet. Idem Philippicarum secunda: Quid erat in terris, ubi in tuo pedem poneret? Rursus libro 7. ad Atticum: Pedem in Italia uide nullum esse, qui non in istius potestate sit. Item libro De finibus quarto, Quid enim sapientia? Pedem ubi poneret non habebat, sublatis officiis omnibus. Conueniet autem in hominem insignite tenuem atq. inopem, cui ne uestigium quidem pedis sit in agrorum possessionibus. Apud eundem est iocus in fundum, quem possis mittere funda.

Iterum eundem ad lapidem offendere.

Δις πρὸς τὸν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ λίθου, id est,

Iterum ad eundem turpe lapidem impingere.

Senarius elegans ac proverbialis refertur a Zenodoto in collectaneis adagiorum. Cicero Epist. fam. libro 10. Culpa enim illa, bis ad eundem, vulgari reprehensa proverbio est. Ouidius libro Tristium secundo, At nunc tanta meo comes est insania morbo,

Saxa memor refero rursus ad ieta pedem.

Vsurpatur ab Ausonio in epistola quadam, Etenim, inquit, poposcisti tu, ut tua epistola ad eundem lapidem bis offenderes. Ego autem quæcumq. fortuna esset, semel erubescerem. Est autem bis ad eundem lapidem offendere, iterum eadē in re peccare. Nam primus error, uel Græco adagio, ueniam meretur: iteranti culpam uenia dari non solet.

solet. Inter Græcicas sententias celebratur & hæc:

Δις ἑκαπτατὸν τὰ ὄντα ἀνθρώπων, id est,
Sapientis haud est, bis in eodem labier.

Extat & Græcum epigramma, incertum cuius:

Εἰ τις ἀπαρξέμενος, πάλιν ἀνέλας ἀπαρξέμενος,
Ναυαγὸς πλοῦν δὲ βλάσφημος ἔσται. id est,

Alter a connubium experto cui ducitur uxor,
Hic fracta repetit æquora sena rate.

Fertur et Publianus Minus, nō alienus ab hac forma:

Impbe Neptimū accusat, qui iterū naufragiū facit.

At Scipio sapienti ne semel quidem errare permittit,
ut dicat, πικρὸν αὖ, id est, non putaram.

Eadem oberrare chorda.

HORATIUS in Arte poetica sententiam haud dissimilem, dissimilem metaphorā extulit:

-Et citharædius, inquit,

Ridetur, chordæ qui semper oberrat eadem.

A cantoribus dicta translatio est, quibus vehementer sedum sit, in iisdem fidibus sepius peccare. In eos igitur concinne dicitur, qui uel in simili re crebrius peccant, uel culpam eandem iterum atq. iterum committunt. Primus enim lapsus uel casus datur, uel imprudentiæ: iteratus stultitiæ tribuitur, aut inscitie.

Non tam ouum ouo simile.

EXTANT apud auctores aliquot similitudinis adagia, quorum de numero est, Non tam ouum nouo simile, de rebus indiscretæ similitudinis. Cicero Academ. quest. lib. 2. Vides ne, ut in prouerbio sit, ouorum inter se similitudo? Tamen hoc accepimus, Deli fuisse complures saluis rebus illis, qui gallinas alere quæstus causa solerent. Ii cum ouum impexerant, quæ id gallina peperisset, dicere solebant. Neque id est contra nos. Nam nobis satis oua internoscere. Idem prouerbiū refertur & a Fabio Quintiliano. Vsurpatur et a Seneca in li bello, quem in Claudium imperatorem lufit.

Non tam lac lacti simile.

IDEM pollet, & a Plauto usurpatur in Amphitryone: Neq. lacte lacti magis est simile, quam ille ego similis est mei. Dicitur a Sofia de Mercurio, qui huius asumpserat figuram. Idem in Milite: Tam simile, quam lacte lacti est.

Non tam aqua similis aquæ.

EANDEM uim obtinet, quod usurpat Plautus in Menæchmis: Nec aqua aquæ, ne lacte lacti, crede mihi, usquā similis, quam hic tui est, tuq. huius. Ad hanc formam & illud ex eadem scena: Tam consimilis est, quā potest speculum tuum. Rursim in Milite Nam e summo puteo similior nunquam potest aqua aquæ sumi.

Quam apes apum similes.

HIS M. Tullius illud etiam adiungit in Academicis questionibus. Ut similia sunt, & oua ouorū, & apes apum. Vbi iocatur in Democriti mundos, usquequaq. similes inter sese. Simili forma dicunt, Quæ ouis est ouī similis.

Acanthia cicada.

Ακανθία τίς, id est, Acanthia cicada. In indoctos atque infantes, aut musices ignaros torqueri prouerbio

solitum. Auctor est Stephanus Byzantius, iuxta oppidum Aetoliæ Acanthum cicadas alibi vocales mutas esse, atque hinc ortum adagium, cuius auctorem citat Simonidem. Plinius Naturalis historie libro 11. capite rigesimo septimo, scribit in agro Rhegino cicadas omnes silere, ultra flumen in Locris canere. Idem testatur Pausanias libro rerum Eliacarum secundo. Strabo libro Geographiæ sexto, refert Rheginum agrum a Locrensi dirimi fluuiio, cui nomen Alex. Cicadas autem, quæ in Locrensi uersantur ripa, sonantius stridere, cum in Rhegino sint mutæ. Huius rei hanc esse causam coniecit, quod Rheginorum regio, cum sit umbrosa atque opaca, cicadarum pelliculas humore torpesciat. Easdem in agro Locrensi quod sit aprica, solis arefactas aestu, stridorem apius emittere. Auget autem miraculum Rheginensium cicadarum, etiam fabulose celebrata uocalitas uicinarum. Nam idem Strabo Timæum citat auctorem, quondam in Pythiorum certamine Eunomum Locrensem, & Rheginensem Aristonem, in canendi certamen uenisse, Aristonem Apollinem inuocasse Delphicum, ut sibi canenti foret auxilio, quod a Delphis Rheginenses olim essent profecti. Eunomus respondit, Rheginensibus ne certandum quidem omnino de musica, apud quos cicada uocalissimum animal uoce careret. Virisq. certantibus, cum in Eunomi cithara, una inter canendum chorda frangeretur, cicada superuolans alitit, ac uocem aliqui defuturam, suo cantu supplens. Atque ita uictor declaratus, statuam citharædi posuit, cum cicada citharæ insidente. Huiusmodi sermo tradit Strabo.

Eadem pensari trutina.

EANDEM pensari trutina. i. eadē lege. Horatius in Sermō. Hac lege in trutina ponetur eadem.

Idem in Epistolis,

-Romani pensantur eadem Scriptores trutina. Conuenit cum illa iure consultorum regula, Patere legem quam ipse tuleris. Sine ut eo pacto tecum agatur, quo tu cum alijs egeris. Persius,

-Examenq. improbum in illa Castiges trutina. Huic similitum, Ad eandem exigere regulam, ἰσοπέδῳ, id est, æquali trutina, siue lance. Plutarchus, ἰσοπέδῳ πάλιν ἢ καὶ τῷ τριβύλλῳ πολεμικῆς ἐστὶν ὅς ἐστι τῶν καὶ πῶς καὶ. id est, Sed æqua lance omnibus, addita malitia seu plumbum rete detraxit.

Zonam perdidit.

ZONAM perdidit. Castrense prouerbiū in ἄρχεμάρτυς, id est, eos qui nihil habent nummorum, a Græca quadam fabula tractum Acron admonet. Porphyrius a militum consuetudine, qui quidquid habent, in zona se cum portant. Cuiusmodi sane hominem perquam uenuste describit Lucilius citante Nonio,

Cui neq. iumentum est, nec seruus, nec comes ullus, Bulgā, et quicquid habet nummorum, secū habet omne, Cum bulga cænat, dormit, lauat; omnis in una Spes hominis bulga, hac deuincta est cetera uita. Nam bulgam appellat Lucilius folliculum, siue crumenam, & sacculum de brachio propendentem. Sic enim & Horatius,

Suspensi

Suspensi laxo tabulas, loculosq. lacerto.

Tametsi Festus Bulgam Gallicum uocabulum autumat. Confinili modo Gracchus loquitur apud Gelium: Cum Roma profectus sim, zonis quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli. Horatius in Epistolis, Ibit eo quo uis, qui zonam perdidit. Plautus in Pœnulo, Tu qui zonam non habes, qui in hanc uenistis urbem? aut quid queritis? In quibus Plauti uerbis duplex est allusio, & ad uestem Pœnorum more disinctam, & ad pecuniam quæ in zona gestatur, citra quam in urbe sumptuosa non sat commode uiuitur. Pescennius Niger apud Spartianum uenit, ne milites zonam secum deferrent in bellum, sed si quid haberent pecuniæ, publice commendarent, recepturi post prælium, simul & ipsis luxurici materiam eripiens, & hosti prædam, si quid ad uersi euenisset. Est apud Lampridium in Alexandro: Miles non timet, nisi uestitus, calceatus, armatus, & habens aliquid in zona.

Cocta numerabimus exta

COCTA numerabimus exta. Diomedes grammaticus, ubi prouerbiū definit, hoc exempli uice subiecit. Cuius hunc adscribit esse sensum, ex euentu sciemus. Hunc confinis color ille comicus: Res indicabit. Nam ut ait Ouidius,

Exitus illa probat.

Et apud Græcos, αὐτὸ δεικνύει, id est, ipsa res indicabit.

*Multa nouit vulpes, uerum echinus
unum magnum.*

Πολλὰ δὲ δ' ἀλώπηξ καὶ ἐχίνος οὐ μέγα. id est, *Ars multa uulpi, ast una echino maxima.*

Zenodotus hunc senarium ex Archilocho citat. Dicitur in astutos, & uariis confutos dolis. Vel potius ubi significabimus, quosdam unica astutia plus efficere, quam alios diuersis technis. Nam uulpes multijugis dolis se tuetur aduersus uenatores, & tamen haud raro capitur. Echinus, quem dicunt herimacem esse, (nam hoc loco de terrestri, non de pisce fit mentio) unica duntaxat arte tutus est aduersus canum morsus. Siquidem spinis suis semet inuoluit in pile speciem, ut nulla ex parte morsus preendi queat. Citantur apud eundem Zenodotum huiusmodi quidam uersus ex Ione Chio, tragico poeta, Quos eosdem ex eodem citat in Sermonibus conuiuialibus Athenæus e tragædia, cui titulus Phœnicia,

Ἀλλ' οὐκ ἔστι χίρις τὰς λείωντος ἡνίοχα,
καὶ τὰς ἐχίνου μέγαν δὲ ζυγὰς τίχνασ',
ὅς ἐστιν ἄνθρωπος ἐν ἁγίοις δὲ τῶν μέγαν,
στρόβυλος ἀμφ' ἀκροβάτου εὐλίσσας δέμας

Καὶ ποῦ δεικνύει τε καὶ εἰς ἑνὸς ἀμύχουτος. id est,

*Leonis artes in solo sane probo,
At magis echini comprobo miseros dolos,
Qui simul odorem belluarum senserit,
Se contrahit spinis operto corpore,
Tutus iacens, morsuq., tactuq. omnium.*

Refertur prouerbiū, ac simul ad carmen alludit Plutarchus in cōmentario, cui titulus, πῶς τὰ ζῴων φρονιμώτερον, καὶ οὐκ ἡ βελαντία: id est, utra animantia prudentiora terrestria, an marina. Eius uerba subscribam; τῶν δὲ χερσαίων ἐχίνου μὲν ὑπὲρ αὐτῶν ἀμύχου καὶ

φυλάκῃ παρρησίᾳ πεποιμένοι.

Πολλὰ δὲ δ' ἀλώπηξ καὶ ἐχίνος οὐ μέγα.

Προσπορεύσας ὅς αὐτὸς ἄς φασιν οἶον

Στρόβυλος ἀμφ' ἀκροβάτου εὐλίσσας δέμας,

Καὶ ποῦ εἰς ἑνὸς ἀμύχουτος. id est,

Iam uero terrestrium echinorum in tuenda seruādaq. incolumitate sua, solertia prouerbio locum fecit:

Ars uaria uulpi, ast una echino maxima.

Siquidem cum illa aggreditur, quin admodū aiunt,

Flexibile spinis corpus obuoluens suis,

Tutus iacet, sic ut nec ore tangier

Vlla queat ratione, nec morderier.

Plutarchus, aut quisquis est eius operis auctor, uersibus intermiscuit sua quædā uerba: Ne quis id errore nostro factum suspicetur. Sed omnium copiosissime huius animantis ingenium et astutiam describit Plinius libro octauo cap. 37. Reparat, inquit, & herinacei cibos, ac uolutati supra iacentia poma, affixa spinis, unum nō amplius ore tenentes portant in cauis arbores. Eadem mutationē aquilonis in austrum, cōdētes se in cubile, præsegiunt. Vbi uero sensere uenantē, cōtraclō ore, pedibus, ac omni parte inferiore, qua raram & innocuā habent lanuginē, cōuoluuntur in formam pile, ne quid comprehendī possit præter aculeos. In desperatione uero urinā ex se reddunt tabificam tergeri suo, spinisq. noxiā. Reliqua qui cupiet cognoscere, e loco quē indicauimus petat. Hæc ad prouerbij sensū potiū mū attinebāt. Celebre est & piscis echini ingenium, qui seuitiam maris præfagiens, correptis lapillis operit sese, ut mobilitatē stabilit ponderē, ne nimia uoluntione atterat spinas, quod aspicientes nautæ, pluribus mox ancoris nauigia infranāt. Auctor Plinius lib. 9. cap. 31. Vulpē autem uersipellē esse, uariis instruat artibus, cum alii complures apologi, tū ille peculiariter indicat, qui refertur a Plutarcho in Moralibus: Cū aliquando pardus uulpē præ se contemneret, quod ipsi pellē haberet omnigenis colorum maculis uarietatē, respondit uulpes sibi id de coris in animo esse, quod illi esset in cute. Neque uero paulo satius esse ingenio præditum esse uasro, quā cute uersicolore. Græci solertē, ac u. rijs armatū dolis, ποικιλόχρονα uocant et ποικιλομήτη, Latini uasrū et uersipellē. Narratur & alius quidam apologus, ab hoc prouerbio non multū abluens. Cum aliquando uulpes in colloquio, quod illi erat cum fele, iactaret sibi uarias esse technas, adeo ut uel pyram haberet dolis refertam: feles autem responderet, sibi unicam duntaxat artem esse, cui fideret, si quid existeret discriminis: inter confabulandum repente canum accurrentium tumultus auditur: ibi feles in arborem altissimam sublijt, cum uulpes interim a canum agmine cinctā capitur. Inuit fabula, præstabilius esse nonnunquam unicū habere consilium, modo id sit uerum & efficax, quam plures dolos, consiliaq. friuola. Veluti si quis pauper multijugis artibus sollicitaret animum puellæ, diues autem unum hoc haberet, quod est apud Ouidium, quantum libet accipe, recte dixeris:

Πολλὰ δὲ δ' ἀλώπηξ καὶ ἐχίνος οὐ μέγα.

Simulare cupressum.

Horatius in Arte poetica:

-Et fortasse cupressum

Scis simulare quid hoc, si fractis enatat expes

i 2 Naui-

Nauihus, ere doto.

Aeron proverbium esse admonet, ortum ab imperito quopiam pectore, qui praeceperat cupressum nihil noverat pingere. A quo cum naufragius quidam petisset, ut vulnere suum exprimeret, ac naufragium suum depingeret, interrogavit ille num ex cupresso vellet aliquid adijci. Res ea primum in iocum, deinde etiam in adagionem abiit. Cocinne usurpabitur in eos, qui quid didicerunt, id ubiq. intempestiviter intulcant, cum ad rem nihil attineat.

Flamma fumo est proxima.

APUD Plantum extat in *Circulione*: *Flamma fumo est proxima*. Commonet adagium, periculum mature sciendum esse, quicquid malum evitare cupiat, ei vitandam prius occasionem. Ut qui corrumpi nolit, ab improborum abstineat consuetudine: qui cum puella cubare nolit, ne det osculum. Nam & illud protinus addit poeta: *Fumo comburi nihil potest, flamma potest. Fumus enim indicium est flammæ mox erupturæ.*

Ad restim res redijt.

TERENTIUS in *Thormione*: *Opera tua ad restim mihi quidem res redijt planissime*. Hoc adagio summa rerum desperatio significatur. Nam in hac solent qui dam amantes ad laqueum confugere. *Iuvenalis*,
Ferre potes dominam sulcis tot restibus ullam?
Eodem pertinet etiā illud, Suspendio deligenda arbor.

Paupertas sapientiam fortita est.

ΠΙΝΙΣ & τῷ σοφίᾳ ἔλαχε, id est, *Paupertas sapientiam fortita est*. *Zenodorus* citat ex *Euripide*. Alij tribuunt *Aristoni*. Ignava est opulencia, verum inopia multa rñ artium repertrix est: id quod ipsa iactat apud *Aristophanem* in *Pluto*, artium omnium inuentionem sibi uendicans. *Vergilius*,

-Labor omnia vincit

Improbis, et duris urgēs in rebus egestas. Ovidius,

Ingenium mala sepe mouent. Persius,

Magister artis, ingeniiq. largitor. Venter.

Circumfertur hic quoq. uersiculus apud Græcos:

Πολλὸν ὁ λιμὸς ἐνέτα δίδασκαλος. id est,

Magistra multorum improba existit fames.

Xenophon πενίαν appellauit σοφίαν αὐτοδιδασκτον: & ὅτι ἐν τῷ λόγῳ πενίᾳ, αὐτὴ τῷ ἑρῷ ἀναγκάζει. hoc est, sapientiam, quæ citra doctorem contingit: etenim quod hæc persuadet oratione, ad hoc illa re ipsa compellit. *Theoc.* in *piscator*.

Ἀ πένια διδάσκει μόνον πικρὰς ἐγείρει

Ἀπὸ τῷ μόχθῳ δίδασκαλος. id est,

Vnica paupertas Diophantes suscitavit artes

Ipsa laborandi doctrix, studijq. magistra.

Huc spectat & illud, quod Iupiter aurei seculi tam paratam rerum copiam summouit:

Vt varias usus meditando extunderet artes.

Item Mimus ille non inelegans,

Hominem experiri multa paupertas iubet.

Potest & illuc referri proverbium, quod uidemus accidere, ut penes Midas & improbos homines sit opulencia, doctiq. probiq. fere tenui sint fortuna. Qua qui dem de re extant duo problemata, Aristotelis titulo: quorum altero rogat, qui fiat ut paupertas apud

*probos uiros plerumq. uersetur. Redditq. huiusce rei varias causas, sine quod improbi per fas nefasq. malant parare diuitias, quam cum paupertate conuenerint diuitum habere: proinde fugit illos, quibus uideatur maximorum flagitiorum occasio futura, ad illos desleat, quos existimat sese recte modesteq. uisuros. Sive, quod inops & uirum & consilij, quippe famina, plus auxilij sibi futurum sperat apud naturam, ut habet proverbium. Sive, quod cum ipsa sit mala, malos nitat, ne si a se ulla sit, id est, malum acceperit malo, iam fiat intolerabile atq. immedicabile. In altero rogat, quid in causa sit, ut opes a malis fere possideantur, non item a bonis. An quia cæcæ sunt, inquit, & ob id errant in delectu? Hæc quoniam poetice aut sophistice sapiunt magis quam philosophum, præsertim serium, uix uidetur esse uerisimile, ab Aristotele fuisse profecta. Quod autem dixit de cæcis diuitijs, id sumptum est potissimum ex *Aristophanis Pluto*. Quo in loco *Plutus*, qui deus est diuitiarum, rogatus, unde cecitatis malum obtigisset, respondit ad hunc modum:*

Ὅστις με τῶν ἰσχυρῶν ἀνθρώπων φρονῶν.

Ἐγὼ γὰρ οὐκ ἐκείνων, ἀλλ' ἐκείνων ὄντι.

Ὡς τοὺς δικαίους καὶ τοὺς καὶ κατὰ τὴν

Μοίρην βελούτω, δὲ τὰ ἐκείνων τοὺς φρονῶν

Ἰνὰ μὴ εἰς τὴν ἀνάγκην τοῦτον μὴ εἶναι.

Ὅτι οὐκ ἐκείνων τῶν ἰσχυρῶν ἀνθρώπων εἶναι.

id est,

Hoc me malo mulctauit ipse Iuppiter.

Rebus uidelicet inuidens mortalium.

Nam olim puer mimabar id fore, ut ad probos,

Doctos, modestos, tantum adirem at Iuppiter

Oculos in hoc ademit, ut ne quempiam

Horum liceret iam mihi agnoscere.

Adeo bone ille fingis inuidet uiris.

Hunc locum imitatus Lucianus in Timone consimilia quedam de Pluto narrat, quem non cæcum modo facit, uerum etiam claudum: cæcum quidem semper, at tum demum claudicantem, quoties ad bonos uiros mittitur, alias pedibus perniciosissimis.

Ollæ amicitia.

Χύτρες φίλων, Ollæ amicitia. In amicos istos uulgares quædrabit, quos patina, non beneuolencia conciliat. De cuiusmodi *Iuuenalis*:

Te putat ille suæ captum nidore culinæ,

Nec male coniecit.

Hos arcane litteræ, mense amicos nominant. Plutarchus item in libello cui titulus, *Quo pacto dignoscas adulatorem ab amico*: id genus homines, αὐτοκλήτες καὶ τετραπύλαι, uulgo dici solitos narrat, quod uentriculi cibiue causa diligant, non ex animo: quicquid tum præsto sunt, quoties audiunt, κατὰ χεῖρας ὄντες. Nam *Aristophanes* grammaticus apud *Athenæum* libro 9. tradit lotionem manuum, quæ præcedebat cænam, uocari κατὰ χεῖρας, a cænâ, κατὰ χεῖρας. In eisdem, ni fallimur, dictum est illud a *Menandro* comico citante *Athenæo*:

Οἱ δὲ κατὰ χεῖρας λαβόντες περιμένοντες φίλοι.

Manibus ut data est aqua, hæret tunc amici maxime. Effertur ad hunc modum paræmia, ὡς χύτρες, ὡς φίλοι, id est, Feruet olla, uiuit amicitia.

Anti-

Antiquiora diphthera loqueris.

Ἀρχαῖα δὲ διφθέρα λέγεται, id est, Antiquiora diphthera loqueris. In eos quadrat qui nugæ narrant, aut de rebus nimium priscis & iam pridem obsoletis. Nam diphthera res quædam erat ex priscis illis fabulamentis relicta. Siquidem aiunt diphtheram pellem fuisse eius capræ, quæ Iouem lactarit, in qua creditum est antiquitus illum omnia scribere quæ fierent. Vnde quæ nec in historicorum litteris extarent, nec in hominum memoria seruarentur, ea uelut ex Iouis diphthera petita dicebantur. Quin subinde apud Aristophanem, ἀρχαῖα τελευτᾷ, id est, prisca atque antiqua, pro nugamentis leges, quod antiquitas fere fabulosissima sit opinamur: & ἀρχαῖα κῶς, pro eo quod est deliranter ac stulte. Simili modo vocamus κρηναῖα uetera & obsoleta destitutaque. Sic apud Athenæum libro 7. quispiam, Ἀριανὸς opinamur, ἰατρικὰ σκευὰ κρηναῖα ἵσιν οὐκ ἔτι ὤντα, id est, Isthæc Saturnia sunt o amice cibaria. Poetæ fingunt Saturnum regno pulsum, & huius loco regnare Iouem.

Auribus lupum teneo.

Ἐξ τὰ τ' apud Terentium in Phormione: Antiphoni adolescenti uxor erat domi, quam nec eiicere poterat, vel quia non libebat, quod in eam deperiret, uel quod integrum non erat, cum esset iudicium sententiis addicta, neque rursum retinere quibat, propter patris uolentiam. Et cum a patri uel felix diceretur, ut qui domi possideret id quod amabat, Immo, inquit, quod aiunt, auribus teneo lupum. Nam neq. quo modo amittam a me inuenio, neque uti retineam scio. Moxq. leno quasi referens paræmiam, ait sibi idem usu venire in Phædria, quem neq. retinere poterat, qui nihil numerabat, neque repellere, quod esset improbe blandus, ac montes aureos polliceretur. Donatus Græcam paræmiam Græcis adscribit uerbis: Τὸν ὄντων ἐχὼ τὸν λύκον, ὅτι ἐχέει ἐτ' ἀείναι δόξαμα, id est, Auribus lupum teneo, neq. retinere, neque amittere possim. Suetonius in Tiberio: Cunctandi causa erat metus undiq. imminutium discriminum, ut sæpe lupum tenere se auribus diceret. Plutarchus in Preceptis ciuilibus: λύκον δὲ κρατῖν τῶν ὄντων κρατῖν, id est, Aiunt lupum non posse teneri auribus: cum homines hac parte maxime ducantur, nimirum persuasione. Dicitur in eos, qui eiusmodi negotio inuoluuntur, quod neque relinquere sit integrum, neque tolerari possit. Videtur ab eueni quoque natus, ut alia pleraq. Aut inde certe, quod ut lepus auribus quippe prælongis commodissime tenetur, ita lupus quod aures habet pro corpore breuiore, teneri uis non potest, neq. rursum citra summum periculum e manibus dimitti, bellua tam mordax. Cecilius apud A. Gellium lib. 15. cap. 9. eandem sententiam, sed citra metaphoram extulit: Nam hi sunt, inquit, amici pessimi, fronte hilaro, corde tristi, quos neq. ut apprehendas, neq. ut amittas scias. Huc alludit Theognis, etiam si alienius:

Ἀρχαῖός μοι ἐνός ἐστι χερσὶ σῶς φιλότιμος
Οὐ π' ἐχέω φέρειν, οὐ π' ἐκλεῖν δόξαμα. id est,
Pectora nostra, tui quæ mire amor afficit, ut quem
Non odisse queam, sed nec amare queam.
Vnde uidetur illud effectum:

Nec tecum possum uiuere, nec sine te.
Refertur & a M. Varrone pro exemplo adagionis:
Auribus lupum teneo.

Necessarium malum.

Ἡ νῆς finitimum est illud, ἀναγκαῖον καὶ κακόν, id est, Necessarium malum: de iis quos neq. reuocare possis, quod quibusdam in rebus opus sit eorum operæ: neq. commode ferre, quod uiri sint improbi. Natum uidetur ex Hybræ cuiusdam apophthegmate, de quo meminit Strabo lib. 14. Cum haberet Euthydanius tyrannus quiddam, multis alioqui nominibus uilis ciuitati, ita ut eum uitijs uirtutes paria facere uiderentur, Hybræus orator in oratione quadam sic de illo locutus est: Malum es, inquit, ciuitatis necessarium. Nam nec tecum uiuere possumus, nec sine te. Alexander item Seuerus imperator, rationales, quos tollere decreuerat, posteaquam perpenderit eos citra recip. incommode tolli non posse, necessarium malum appellabat. Huiusmodi fuit & P. Cornelius Rufinus, furax quidem & inpendio auarus, sed idem egregius imperator, a quo Fabricius Lucinus compilari maluit, quam sub hasta uenire, quemadmodum refert Gellius lib. 4. & Cicero de Oratore lib. 2. Torqueri poterit & in uxores, cum quibus incommode uiuitur, sed absq. his Resp. omnino consistere non potest. Potest & ad rem accommodari. Veluti si quis dicat pharcon, rem quidem molestant, necessarium tamen. Euripides in Oreste:

Ἀναγκὴν ὦν τὸ κακόν, ἀναγκαῖον δ' ἐμὸν. id est,
Molesta cum sit res, necessaria tamen.

Non abhorret ab hac forma, quod Plinius scribit oraculo proditum fuisse, lib. 18. cap. 6. Quonamigitur, inquit, modo utilissime coluntur agri? Ex oraculo scilicet, malis bonis. Hoc uelut ænigmate significatum est, agros quam minimo potest impendio colendos esse.

Non absque Theseo.

Ὁ δὲ ἀνὴρ ἐσθλός, id est, Haud absq. Theseo: Cum significamus rem alieno auxilio confici: Aut cum significamus rerum omnium communionem ac societatem. Nam Zenodotus scribit, Theseum permultis uiris fortissimis, in certaminibus auxilio fuisse, quippe qui & Meleagro adfuit in conficiendo apro Calidonio, auxiliatus & Pirithoo pugnanti cum Centauris, item Herculi cum Amazonibus belligeranti. Fabula de apro sic habet: Oeneus Meleagri pater, cum de primitijs anni prouentus dūs libans, Artemidem præterisset, illa irata aprium immanem in agros Calydonios immisit, omnia populantem, ad quem conficiendum Oeneus præstantissimum quencq. exciuit, præmij ad id propositis. Inter multos certauit & Meleager, qui & belluam confecit, sed accersito ad auxilium Theseo. Reliquum fabulæ nihil ad prouerbij sensum attingit. De Pirithoo sic fertur: Pirithous Hippodamiae proci, Centauros, quod essent sponsæ cognati, conuiuium accepit. Qui simul atq. mero incaluisse, sponsæ nim adferre cæperunt. Coorta pugna, Theseus Pirithoo auxilium ferens, complures centauros trucidauit. De Hercule sic narrat: Cum Eurythens Herculi iniunxisset, ut Hippolytæ Amazonum regiæ baltheum adimeret, atq. ille pacta facturus esset

profectus, Immo semper illi infesta, induta formam Amazonis famam passim dissipauit, aduentare hospitem rei verius hostem, qui violata regina, baltheum, quæ gestabat insigne regni, per vim eriperet. Quod ubi auditus esset, Amazones in Hercule parat arma. Hercules ratus hæc non errore, sed dolo geri, Hippolyta occisa baltheum abstulit. Deinde quo magis ulcisceretur Amazonas, bello eas adortus est, & oppressit, sed Thesei adiutus opera. Refertur hoc adagium & a Plutarcho in eius vita, significatq. Theseum, sicuti dictum est, multis auxilio fuisse, in ex plerisque certaminibus nullum retulisse præmiis: atq. huius rei citat auctor Herodotum. Allusit ad prouerbiū Aristides in oratione ad Thebanos de auxiliis: Καὶ ὅτε τοῖνυν ἡγεκλῆς φῆκε ἰδόντι, ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἀνέχεσθαι ἀρχὴν ἀλλὰ καὶ τὰ ταῦτα. id est, Cumq. sane & ipsi Herculi opus esset amico, Theseus illum Athenas deductum refouet refocillatq. Proinde quoties facinus aliquod alieno nomine celebratur, alterius tamen opera potissimum peractum, veluti si quis librum suo nomine publicet, in quo sit doctioris alicuius adiutus opera, concinne notabitur hoc adagio: ἐκ αὐτοῦ ἐστίν, id est, Non Absque Theseo. Aut si quis dicat, nullam fortunam sibi iucundam esse posse αὐτοῦ ἐστίν.

Sphæra per præcipitium.

EIVS MODI prouerbiū refertur ab Eustathio in Iliados Homeri librum secundum, ἡ σφαῖρα καὶ τὴν ἀρχὴν, id est, globus per decline, subaudiendum uoluitur aut mittitur. Perinde est quasi dicas, currentem incitare Nam sphæra vel suapte sponte facile per locum declinem deuoluitur. Nec male quadrabit in eos, qui uitæ genus aliquod natæ sunt, ad quod videntur esse natura propensi, ut conueniat cum illo, τὴν ἐν ποτὶς πωδῶν, id est, equum in planicem.

Magis mutus quam pisces.

Ἀφρονέστες τῶν ἰχθύων, id est, Magis mutus ipsis piscibus Prouerbialis metaphora de vehementer infantibus atque infacundis. Conueniet et in hominem immodicæ tacurnitatis. Horatius in Odis:

— Omnis quoque piscibus

Donatura cygni, si libeat, sonum.

Pisces enim nullam edunt vocem, exceptis per paucis, inter quos canis marinus. Lucianus aduersus indoctum: μᾶλλον δὲ τῶν ἰχθύων ἀφρονέστες εἰ. id est, Immo vero magis es mutus quam pisces. Rursus in Gallo: πολλὸν αὐτὸν τῶν ἰσχυρῶν τῶν ἰχθύων. id est, multo magis ero mutus quam pisces. Unde Plutarchus in Sympoticis existimat Pythagoricos a piscibus abstinuisse quod hos quasi suæ disciplinæ domesticos agnoscerent, propter ἰχθυόειν, id est, silentium, quod inter animalium genera piscibus est proprium. Nam ceterorum sua quibusq. vox est. Aues permultæ canoræ sunt: quædam & humanum sermonem referunt. Atque adeo terrestrium quoque, manticora apud Aegyptios, si Plinio credimus. Solis piscibus nulla vox. Causam adfert Aristoteles, quod his neq. pulmo sit, neq. arteria, neq. guttur. Etiam si sint nonnulli, qui sonitum quendam ac stridorem edunt: quorum de numero sunt delphinus, lyra, chromis, voca (quem hinc dictum apparet, quod vocem edat, Mercurio sacrum, prodidit Athenæus lib.

7.) peccen. Verum eum sonum non naturalibus organis vocis ediputat: sed vel attritu branchiarum, vel ab interioribus, quæ sunt circa ventrem. Plutarchus existimat Græcis ἰχθύων hinc appellari, quod vocem habeat cōpressam. Et Lucianus in Halcione. ἀφρονέσθαι δὲ τὰ καὶ ὁ δὲ τὸς διὰ τὸ μὴ εἶναι. id est, Nam muta sane quæ in aquis degunt. Athenæus libro Dipnosophistarum octauo, citat auctorem Mnaseam Patræsem, qui prodiderit, in Clitorio amne Arcadiæ pisces esse uocales. Itē Philostephanum, qui scripserit in fluuio Aorno, qui Pheneum urbem interfluit, piscibus dictis paucis uocem esse ferme qualis est turdorum. Tamen si Aristoteles adimit omnibus piscibus uocē, excepto scaphro, & porco fluuiatili. Veteres autem quemuis piscem vocabant ἰχθυον, quod uocem edere non posset. ἰχθυον siquidem est, ἰχθυον, id est, cohiberi, & ὁ αὖ uox. Unde apud Theocritum ἰχθυόειν, pro piscari. Addit Athenæus, Pythagoricos a ceteris animantibus non prorsus abstinere, sed quibusdam ex his uesci, quædam etiā sacrificare, solos pisces non gustare, quasi sacros ob ἰχθυόειν quam Pythagoras docuit.

Turture loquacior.

Τρυγὸς λαλίστατος, id est, Turture loquacior. In garrulos & impendio loquaculos homines dici solitum. Sumpta metaphora ab aui natura, quæ non ore tantum, sed etiam postica corporis parte clamare fertur, ob id opinamur, quod uocem edens, etiā illā mouere uideatur. Citatur apud Zenodotum ex Ploio Menandri. Aelianus lib. 12. cap. 10. meminit huius prouerbi, deq. aue utraq. corporis parte loquaci. Theocritus in Syracenis, mulieres quasdam loquaculas, turtures appellat.

Τρυγὸν ἐκαστὴν τὴν πλάττειται αἰσῶν αἰσῶν.

Rana Seriphia.

Βάτραχος ἐκ σερίφου, id est, Rana Seriphia. In homines multos, & canendi dicendiq. prorsus imperitos dicebatur. Inde natum, quod Seriphia ranæ in Scyrum deportatæ non edebant uocem. In hunc modum collectaneæ Græcorum prouerbiorum decerpta e libris Didymi, Tarrhai, & aliorum. Totidē uerbis Suidas. Et βάτραχος ἐκ σερίφου, id est, rana Seriphia. Proditum enim est in Seripho insula ranas mutas haberi. Meminit huius rei Plinius lib. 3. cap. 58. Cyrenis, inquit, mutæ sue re ranæ, illatis e continente uocalibus, durat genus earum. Mutæ sunt etiam in Seripho insula. Eadem alio translata canunt, quod accidere & in lacu Theffaliæ Sicendo tradunt. Quanquam in uulgatis exemplaribus cicadarum Seriphiarum mentio fit, non ranarum: sed germanam lectionem Hermolaus ex fide ueterum codicum restituit. Seriphus autem una est insularum, quas Græci βατράχους uocant. Non uidentur autem satis conuenire uerba Plinij cum Græcorum commentariis. Nam hic ait mutas esse in Seripho illi negant uocem edere deportatas in Scyrum, quasi in Seripho uocales in Scyro obmutescerent. Verum attentius intueamur, nihil est absurdi. Seriphus ranas habebat mutas. Eas ut rem prodigiosam deportabant in Scyrum, quas cum Scyri mirarentur esse mutas, præter ingenium ranarum indigenarum, dicebant βάτραχος ἐκ σερίφου. Ea uox abiit in prouerbiū.

Alij

Alij sementem faciunt,
alij metent.

Ἀλλοὶ μὲν σπέρουσιν, ἄλλοι δ' ἀμείνονται, id est, Alij quidem se-
mentem faciunt, alij vero metent. Quod citra meta-
phoram etiam ad hunc modum efferunt: ἄλλοι κέρχον,
ἄλλοι ἀνέχοντες, id est, Alij laborant, alij perceperunt
emolumentum. His simile est illud Fabij dictum
apud Linum lib. ab urbe condita 10. Quā arborem con-
seruisset, sub ea legere alium fructum, id indignum ef-
se dicere. Huc allusit Hesiodus, cum scribit in Theogo-
nia de Fucis:

Ἀλλοτρὶον κέρχον σφειτὸν ἐς ἑαυτὸν ἀμείνονται, id est,
Atq. metunt ventrem in proprium sudorem alienū.

Theognis item:

Ὅ, π' ὅς ἀπ' ἐρεχμῶν, ἄλλ' κέρχον μετὰ δόνας, id est
Ante tibi exhaustos alij ne trade lobores.

Consimili figura dictum est a Diocletiano nondum Cæ-
sare: Ego apros occido, sed alter fruitor pulpamento.
Refertur autem in illius vita ad hanc ferme sententiā:
Cum Diocletianus apud Tunyros in Gallia, in minori-
bus ad huc locis militans, in caupona quadam morare-
tur, & cum Druiade quadam muliere familiarem con-
suetudinem haberet, illaq. parsimoniam hominis incusa-
ret, ioco, non serio respondisse fertur, tum se fore libera-
lem, cum imperator fuerit. Ad hoc illa: Noli, inquit,
iocari Diocletiane, pl. ne imperator eris, simul ac aprū
occideris. Quam quidem mulieris vocem omnis arri-
piens vice, studiose sectari cepit apros in venatu, haud
intelligens videlicet omnis enigma, quod euentus po-
stea explicauit. Nam Numerianus imperator, factione
Arrij Apri foci sui interemptus fuerat. Qua re pro-
dita, milites Diocletianum vindicem creant, & Augu-
stum consulant. Ille itaq. pro concione, quo Druiadis
dictum expleret, Aprum manu sua confodit, addens
Maronianum illud:

Aeneæ magni dextra cadis.

Ceterum interea dñ adhuc priuatus ille multos apros
consecisset, nec affligeret usquam imperij spes, dicere
solutum ferunt: Ego quidem apros occido, verum alter
fruitor pulpamento.

Aliena iacis.

Ἀλλοτρίᾳ βέβηκεν, id est, Aliena iacis. Quoties res parū ex
animi sententia cadit. Translatum ab iis qui ludunt
alea, quibus iacientibus interdum ea cadunt, quæ mini-
me sunt ad victoriam accommodata. Proinde si quan-
do frustratur nos spes, recte dicemur, ἄλλοτρίᾳ βέβηκεν.
Adagium refertur a Diogeniano.

Aliam quercum excute.

Ἀλλ' ὅτ' ἄλλ' βελάνη, id est, aliam quercum excute. In eos
conuenit, qui sine fine petunt aliquid: aut qui continen-
ter ab eodem mutuum postulant. Hos hoc adagio lice-
bit ablegare, ut nobis omittis, aliorum aures suis preci-
bus sollicitent. Paræmiā hinc natam putant, quod olim
mortales glandibus victitabant, Cereris usu nondum re-
perto. Has qui quercibus excussis colligebant, mercede
ad id conducti, balanistas, id est, glandium collecto-
res, siue glandiarios appellabant. Qui si quando circū-
spicerent, si quæ glandes etiam in arbore reliquæ
essent, prætereuntes per iocum acclamabant, Aliam

quercum excute. Eam vocem vulgus arreptam vertit
in prouerbum. Non inconcinne accommodabitur ad
negotium relinquendum, ex quo iam nihil emolumenti
potest capi. Aut mutandum amicum, qui iam utilis ef-
se desit. Aut præceptorem mutandum, unde nihil est
quod amplius discas.

Nuces relinquere.

N V C E S relinquere, est omissis studiis ac nugis pueri-
libus ad grauiora magisq. seria conuerti. Persius:

-Et nucibus facinus quæcunq. relictis,
Cum sapimus patruos.

Translata metaphora, uel a vetusta nuptiarum cerema-
nia, in quibus sponsus uxorem ducens nuces spargebat,
ut pote iam pueritiæ renuncians. Ita Catullus in carmi-
ne nuptiali:

Da puer propere nuces.

Concubina nuces da.

Vergilius in Bucolicis æglog. 8.

Sparge marite nuces.

Quamquam Plinius lib. 15. capite 22. causas alias ad-
fert, quam ob rem nuces in nuptialibus cœremoniis cō-
sueverint antiquitus adhiberi. Sed præstat ipsius re-
ferre uerba: Noces, inquit, iuglandes, quamquam & ip-
sæ nuptialium Fesceninorum comites, multum pineis
minores vniuersitate, eademq. porzione ampliores nu-
cleo. Nec non & honor his naturæ peculiaris, gemino
protectis operimento, pulchri primium calicis, mox
lignei putaminis. Quæ causa eas nuptiis fecit religio-
sas, tot modis sætu minuto, quod est verisimilius, quā
quia cadendo tripudium sonumque faciant. Festus item
indicat, in nuptiis a pueris nuces spargi solitas, ut nouæ
nuptiæ intranti domum noui mariti, faustum esset auspi-
cium. Addit Seruius, pueros catamitos, cum a turpi
seruitio recederent, solitos nuces spargere, significantes
se posthac omnia puerilia spernere. Vel hinc igitur,
vel certe a puerorum lusibus qui nucibus peraguntur,
dictum prouerbum videtur potest. Nam talis ac nuci-
bus olim lusitasse pueros, vel Horatius testis, cum ait:

-Te talos Aule nucesq.

Proinde ad hanc prouerbi formam pertinebunt & re-
liquæ illæ figuræ: Nunquam a nucibus recedere, Redi-
re ad nuces, Noces abiicere, Noces intermittere, Nu-
cibus indulgere, Noces repetere, atq. id genus alia.

Bis pueri senes.

Δις πᾶν δὲ ὁ ἴσως, id est, Bis pueri senes. Vna est ex il-
lis prouerbialibus inscriptionibus satyrarū Varronis.
Quadrabit in eos, qui prouectiore cum sint ætate, tamē
puerilibus quibusdam studiis intempestiui atq. inde-
core detinentur. Aut in senes ætatis vitio desipiscetes,
tanquam iterum in pueritiam reuolutos. Seneca, Non,
inquit, bis pueri sumus, ut vulgo dicitur, sed semper:
verum hoc interest, quod maiora non ludimus. Plato
lib. De re pub. 1. Οὐ μόνον ἀπ' ὅς ἐοικὼς ὁ ἡρώδης δὲ πᾶς
γίγνεται ἄν, ἀλλὰ καὶ ὁ μένους. id est, Non solum igitur
senex, ut videtur, bis erit puer, sed ipse etiam temulen-
tus. Aristophanes in Nubibus:

Φῶς νομίζω σὺν πᾶσι δὲ τὸ τοῦ γένους εἶναι,

Ἐγὼ δ' ἐγ' ἀντίποιμ' ἄν, ὡς δὲ πᾶν δὲ ὁ ἡρώδης.

Pueri inquit tibi videri facinus illud esse.

Respondero ipse contra, senes bis esse pupos.

i

4

Sopho-

Sophocles in Peleo :

Γαλῖα τὴν ἡλικίαν δικερὲς μόνον
Γέροντα γὰρ ὡς κἀνὰ πᾶσι πάλιν
Πάλιν ὅς αὐτὸς πᾶσι γέροντα κἀνὰ. id est,

Ego Peleum Aeaco satum, pueri in uicem,
Senem puella moderor atque tempero.

Nam iterum puer quisquis senescit, redditur.

Theopompus, Δις πέντε τοιαῖα ἔργα περὶ τοῦ λόγου, id est, Pueros bis esse senes, recte dicitur. Plato, Ἀρ' οὐκ ἴσικα δις γέροντα ἔν πᾶσι γέρον. id est, Similis uidetur bis seni puer senex. Antiphon : Γέροντα φῖα προσέεικε παίδας γοφίαι, id est, Senem nutrire, perinde est, quasi nutrices puerū. Lucianus in dialogo, cui titulus, τὰ πρὸς γέροντα, Οὐτοὶ ὅς ἂν τῶν παρρησιῶν ἱπαλιδύσασαι, ἢ φῶσι, παλὶν πᾶδας τὰς γέροντας γύνεσθαι. id est, Sic enim fiet, ut uerum uideatur adagium, quo dici solet, senes rursum repuerascere. Huc pertinet, quod libro De lingua Latina tertio scribit Varro, identidem in Atellanis, haberi pupuni senem, quod Osci suapte lingua uocent casnar. Nam ueteres pupum, puerum uocabant. Neq. uero prouerbum ideo tantum esse dictum, quod senes aetatis culpa desipiscant : uerum etiam quod omnibus modis in senibus iam uelut exacta uita ad initium recurrere uideatur, quemadmodum scite dixit Aristoteles in problemate quodam, in quo quaerit, quo nam pacto sint accipienda, quae priora dicuntur, ac posteriora. Primum enim redit albor simul, & raritas capillitij, quorum utrumque pueris familiare : deinde balbuties, uelut altera infantia. Præterea gingiua exarmata dentibus, aut certe perpaucis, & eis uacillantibus instructa, quod & ipsum cum infantibus commune. Quinetiam senibus omne corpus ad puerilem decrescit modū : consimilis uirium imbecillitas. Iam uero cibi quoq. consimiles utriq. congruunt aetati. Postremo morū ineptia, leuitas animi, & hoc ipsum, nihil sapere, in senibus infantiam quandam referre uidetur. Auctor est enim in Politicis Aristoteles, post annos duodequingenta ingenij uigorē cuanescere. Quapropter Euripides in Bacchis ait,

Τὸ γέροντος οὐδὲν ἰσχυρὸν ἐν ἡλικίᾳ.

Vestram ubi senectati uideo mentis indigam.

Vnde fit, ut senes pueris mire delectentur, quasi similes iam ad similiū amorem propensi.

Sexagenarios de ponte deijcere.

SEXAGENARIOS de ponte deijcere, est natu maiores, perinde quasi deliros, & ad omne uitæ munus inutilis, in otium reijcere, atque ab omni functione negotiorum relegare. Inde natum, quod olim sexagenariis ferendorum suffragiorum ius non erat, aetate uelut a publicis munijs dimissa. Vel quod olim iuuentus Romana, quo sola ferret suffragia, senes inualidos de pontibus præcipientes dederit. Nam de ponte suffragia ferri iam cæperant, atque ea sententia magis probatur Sissinio Capitone apud Festum Pompeium, quam vulgata illa, qua putant post urbem a Gallis liberatā, ob cibatus inopiam sexagenarios in Tyberim de ponte deijci cæptos. Varro libro De uita patrum secundo, hanc causam religiosamq. patefacit : cum in quintum gradum peruenerant, atq. habebant quinquaginta annos, tum deniq. erant publicis negotijs liberi, atq. expediti, & otiosi. Ideo in prouerbum quidam putant

uenisse, Sexagenarios de ponte deijci oportere, quod suffragium non serant, quod per pontem ferebatur. Nonius Marcellus : Sexagenarios per pontem mittendos, male dici popularitas intellexit. Macrobius Saturnalium libro 1. Adimcre uis doctis uiris, in uerborum comitijs ius suffragandi, ac tanquam sexagenarios maiores de ponte deijcere? Ouidius in Fastis:

Pars putat, ut iuuenes ferrent suffragia soli,
Pontibus infirmos præcipuisse senes.

Vnde & depontani dicuntur senes, iam uelut emeriti, & a ciuilibus negotijs in otium remissi. Plato libro De legibus sexto, loquens de magistratu τῶν νομοφυλάκων, id est, legibus seruandis præfectorum, non admittit ad eum magistratum gerendum minorem annis quinquaginta, nec finit in eo perseuerare maiorem septuaginta : ut, si quinquagenarius magistratum inierit, uiginti annos eum administret : sin sexagenarius, decem duntaxat. Licebit autem uti prouerbio, uel in odium ætatis, tanquam ad nihil iam utilis, & ab omni uitæ munere relegandæ : uel simpliciter in eos, qui propter ætatis imbecillitatem rude iam donati sunt, ac solitorij muneris uacationem acceperunt.

Crambe bis posita mors.

Δις κράμβη θάνατος, id est, Crambe bis mors est. Plinius libro uicesimo, cap. nono, inter brassicæ species, tertio loco refert & cramben. Dioscorides libro secundo, crâbes tres species facit. Quarum prima, præterquam, quod alias ad multa remedia efficax est, etiam ebrietatis & crapulæ incommoda tollit, si crudam edas ante cenam ex aceto, ut indicauit M. Cato. Aristoteles in causa putat esse, quod cum ipsa sit frigida, & succū habeat dulcem, ac discutientem, fit ut uinosos humores in alium detrahat, tenues humores in uescicam delabantur, ipsa in uentriculo remanens, corpus refrigeret. Atq. ita humoribus utrinque deductis, et refrigerato corpore, cessare crapulam. Inest autem peculiaris quedam uis crambæ, obsistendi uino, ut si in uineto seratur, nihil proueniat dilutius. Proinde apud Aegyptios, & Sybaritas solenne erat, ante omnia sumere cramben coctam : quibusdam mos erat ex amethystino uasculo crambes semen ante comotationem capere, quo citra periculum ebrietatis indulgere uino possent. Huiusmodi fere Athenæus libro primo : addens illud, priscis cramben, ac raphanum pro eodem habita. Vnde Theophrastus prodidit, uitem etiamnum uiuam raphani odorem fugere. Verum ut ad prouerbum redeamus, Suidas scribit illam antiquitus in conuiuijs adhiberi solere, uerum recoctam adeo nauisem adferre, ut Græcis in fastidij prouerbum abierit. Quoties enim rem iterum, atq. iterum repetitam non sine molestia significabant, dicebant δις κράμβη θάνατος, id est, bis crambe mors : hoc est, κράμβη θίσσας, crambe recocta. Ad hoc adagij Politianus arbitratur allusisse Iuuenalem, cum scribit in Satyra septima:

Declamare doces, o ferrea pectora Vetti,

Cum perimit sauos classis numerosa tyrannos.

Nam quacumq. sedes modo legerat, hæc eadē stans

Proferet, atq. eadem cantabit uersibus iisdem,

Occidit miseros crambe repetita magistros.

Cramben repetitam appellat declamationem maximo cum tædio iterum atq. iterum audiendam. Finitimum est illi,

finiam animal esse petulantissimum, adeo ut non ueretur etiam leonem per lasciuia agitare, natibus illius affixa. Quin & hodie uulgo simile quiddam dicit, Noctua inter cornices, ubi stupidior aliquis in homines petulantes ac dicaces incidit. Nihil autem uetat, quo minus generaliter usurpetur, ubi quis in negotium incidit uehementer molestum, aut in infortunium aliquod, unde se non queat extricare.

Afinus inter apes.

Ὅτις ἐστὶ μέλι πῶς, id est, Afinus inter apes. Consimilem habet cum proximo sensum. dici solitum, ubi quis in se licite incidit in homines improbos atque importunos. Metaphora per se liquet. Quanquam adagium ab eueni quoque natum uideri potest. Meminit Suidas.

Afinus in unguento.

Ὅτις ἐστὶ μύρον, id est, Afinus in unguento. Cui deliciae adhibentur ijs, quos haudquaquam decent, neque qui uel uti norunt illis, uel delectantur. Nam afinus culmos ac saenum manuulat quam aurum, uel unguentum, quo etiam offenditur. Locus fuerit huic adagio, si quando indoctus aliquis in optimos incidat auctores, quos ob inscitiam aut negligat, aut etiam deprauet. Siue cum amuso cuiusdam crudelitissimis uiris uiuere contigerit, quorum tamen consuetudine neque frui nouerit, neque omnino gaudeat. Refertur a Diogeniano pro uerbum.

Neque caelum neque terram attingit:

Ὅτι γῆς ἐπὶ ἔραρον ἢ ἀπὸ πύλων, id est, Neque caelum neque terram attingit. De re uehementer absurda atque aliena, quaeque nulla uicinitate pertineat, ad id de quo agitur. Lucianus in Pseudomante: ὁ κτῶ μοι χρησμεύει περὶ τῆς γῆς φασιν, ἢ ἐραρον ἢ ἀπὸ πύλων, id est, Osto mihi mihi sit oracula, sed quae neque caelum, ut aiunt, neque terram attingerent. Aristides in Cimone leuiter alludens ad prouerbum, indicat metaphoram sumptam ab ijs, qui in medio pendent aere, utrinque liberi.

Nihil ad uersum.

Ὅδιν πρὸς ἔπος, id est, Nihil ad carmen. De ijs qui longe discrepant ab ijs, quae proposita sunt. Translatum uidetur a scena, ubi histrio saltatu gestuque carminis genus repraesentat. Et haud scimus an alius fuerit qui recitaret uersus, alius qui gesticularetur. Apparet enim unum aliquem fuisse recitatorem, cuius est illa uox in calce comædiarum: Calliopus recensui. Nec alioqui apparet quorsum pertineat, quod admonet Cicero ab histione deligi fabulam, ad quam natura sit appositus, quod in prologo Comædiæ Terentianæ, qui prologum dicit, queritur clamor fabulas ad se deferri, minus laboriosas ad alios. Quod si saltatio parum respondisset ad numeros carminis, aiebant: Ὅδιν πρὸς ἔπος. Lucianus in Philopseude: Ὅδιν πρὸς ἔπος τῶν φασιν, ἢ δὲ πᾶσι τοῖς ἱερομύχοις. id est, Ista nihil ad carmen, ut dici solet, neque enim de ijs interrogabam. Qui in choreis non responderet ad numerum saltationis, eum ἀρετῶντον appellabant. isque ἀρετῶντον πρὸς dicebatur. Andreas Alciatus, hoc seculo non modo iuris Caesarei, uerumetiam omnium studiorum decus, nec minus suspiciendus ob rarum quendam ingenij cædorem,

quam ob exactam omnium liberalium disciplinarum peritiam, libro Dispositionum suarum 2. consentit quidem nobis in sensu usque prouerbii, ceterum de origine nonnihil dissentit, manuque ab oraculis esse natum, quae quondam carmine reddebantur, praesertim heroico; cuius inuentor fuerit Pythius Apollo. Graecis autem hoc dicitur, quod ἐν πύλων τοῦ πρὸς ἔπος πρὸς χρησμοίς. id est, quod res oraculis respondeant. Hanc enim etymologiam adfert Eustathius in principio Iliados Homerie: unde probabilius esse iudicat Alciatus nosler, quoties conuenirent quae promissis aut proposito non quadrarent, dici solitum, ἢ δὲ πρὸς ἔπος. Vetus est eo Vlpianus in Pandectis lib. 11. Tit. de interrogatorijs actionibus cap. 12. Quod autem ait prator, omnino non respondisse, posteriores sic acciperunt, ut omnino non respondisse uideatur qui ad interrogata non respondit, id est, Ὅδιν πρὸς ἔπος. Suidas indicat non nunquam usurpari Ὅδιν πρὸς ἔπος, pro temere ac de nihilo, siue abs re. Adducit hos uersus ex poeta, nescio quo:

Ὅδιν πρὸς ἔπος οὐτὸς ἀνὴρ πρὸς ἐκβαλῶ.

Ἐρὶν ἐκ πύλων μαι πᾶν τὸ πρὸς ἔπος ὁ πρὸς ἔπος; id est,

Adeo ne temere & inscienter efferam,

Prius atque rem omnem ut sese habet cognouero?

Prior uersus Graecus constabit si legas, pro οὐτὸς, ἢ οὐτὸς. Usurpauit idem Aristophanes in Concionatrici, quem locum retulimus prouerbio, Extra cantionem.

Nihil ad fides.

Ὅδιν πρὸς τὴν χορδὴν, id est, Nihil ad chordam. In cos quorum uita uehementer est inaequalis, quorum uiae mores ab oratione dissident. Lucianus De saltatione: καὶ μὴδὲν δὲ φασιν πρὸς τὴν χορδὴν, ἢ πρὸς τὸν πόδα, ἢ πρὸς τὸν ὄφθαλμον, id est, Nihil ad chordam, ut dici solet, nam alia pes, alia loquitur rhythmus. Idem in Meretricijs: καὶ ὅτι ὁ πρὸς τὴν χορδὴν ὁ πόδας, id est, Et quod pes probe responderet ad citharam. Plutarchus in commentario De uerecundia: οὐδὲν τὴν τῶν πόδων πρὸς τὴν χορδὴν ἀμ. τριῶν, ὅς τις τῶν ἑλλήνων, καὶ πόδας πόσι καὶ φίλοι φίλοις ἀφῆρ' ἑαυτοῖς, ἔχοντες δὲ ὁμοῖον καὶ πᾶσι τῶν ἀλλοτρίων, ἀλλὰ δὲ τὴν πόδα τῶν ἑλλήνων καὶ δὲ καὶ πᾶσι πλημ. id est, Haudquaquam ob id, quod pes a lyra dissentiat, sicut ait Plato, ciuitates cum ciuitatibus, amici cum amicis confluentes, extrema tum faciunt, tum patiuntur, sed quod circa leges atque aequitatem peccetur. Locus autem, quem citat Plutarchus, est in libro De legibus septimo: ἀποδιδόντας πρὸς χορδὰς τὰ φέγγματα τοῖς φέγγμασι. τὴν δὲ ἑσπερίαν καὶ ποιικίαν ἢ λύραν, ἀλλὰ μὴ μέλη τὴν χορδὴν ἢ ἰσοῦν, ἀλλὰ δὲ τὸν τὴν μέλῳσαν σωδόντος, τὸν ποιητοῦ, καὶ τὰ λοιπὰ. id est, Reddentes uoces cum lyra sono concordantes. Porro uocis discrepantiam diuersitatemque quoties alios modos edunt chordae, alios is qui cantilenam composuit, & cetera. Videtur ad hoc prouerbum allusisse diuus Augustinus in Epistola quadam ad Licentium: Aut si ego canto, inquit, tu autem ad aliam uocem saltas, nec sic quidem me pœnitet. Habet enim suam hilaritatem ipsa cantatio, etiam cum ad eam membra non mouet, cui plena charitatis modulatione cātatur.

Formica camelus.

Μύρμηξ καὶ κάμηλος, id est, Formica camelus. De uehementer inae-

ter inæqualibus, & modo minimis, modo maximis, quod perinde sit, quasi repente camelus in formicam uertatur. Lucianus in prima epistola Saturnalium: ας δὲ τῶν ἑχέμεν, μὲν μὲν ἡ καμινός, οὐκ ἢ πέρριπται φησι. id est, Nam ut nunc uiuitur a nobis, formica camelus, quemadmodum prouerbio dicitur. Loquitur de opibus inæqualiter inter mortales distributis, ut huic plurimum supersit, huic multum desit. Neq. intempestiue dicitur in eos, qui sibi non constant, in utraque partem inmodici. Quod genus hominem describit Euripides in Troadibus.

Τὸς δ' οὖν πᾶσι καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν τρεῖς, id est, Morsio δὲ λῆξ, καὶ φησὶς ὅτι τὸ τῶν. id est, Quid ita modo hos, modo in hosce mores transilis? Odisti acerbe, amasq. nimium quemlibet.

Os sublinere.

Os sublinere, pro eo quod est dare uerba, & arte quadam illudere, reperitur aliquoties apud auctores. Notinus Marcellus tractum putat a ridiculo quodam lusus genere, quo dormientibus ora pinguntur. Plautus in Aulul. Fidei censet, in maximam fidem esse. Ea subleuit os mihi pessime. Idem alibi: Os mihi probe sublinum est. Idem in Epid. Ego si adlegassem aliquem, ad hoc negotium minus hominem quam doctum, minusq. ad rem callidum, os sublitum esset. M. Var. in mysteriis apud Nonium: Aes defraudasse cauponem, bonam huto obliuisse, cum portitores ara indaxere. Sophocles in Antig.

Οὐδὲν γὰρ οὐκ, οὐδ' ὅτι ἰατρὸς εἶμι. id est, Vident & hi, sed os tibi sublinunt. Verg. ite in carmine Bucolico, pueros inducit per lusu, Sileni faciem mori succo oblinentes. Iamq. uidenti Sanguineis frontem moris & tempora pingit, Ille dolum ridens, quo umcula nectitis inquit?

Dare uerba.

DARE uerba, passim obuium est apud omnes auctores, pro eo quod est fallere. Persius quarta Satyra: Ut manis, da uerba, et decipe neruos. Terentius: Cui uerba dare difficile est. Ouidius: Verba dat omnis amans.

Idem eleganter transulit ad fallendas animi curas. Detineo studiis animam, falloq. labores, Exporio curis & dare uerba meis.

Sed tum frequentiora, tum expositiora sunt exempla, quam ut operæpretium sit ea persequi. Tantum illud admonendum, nonnihil Veneris accessurum prouerbio, si longius a simplici detorqueatur oratione, uidelicet ad fraudem imposturamue, quæ uel citra uerborum fucos peragitur. Quod genus fuerit, si quis dicat mundum hunc dare uerba suis cultoribus, & alchimisticam, quam uocant artem, dare uerba sui studiosis, & eum sibiipsi dare uerba, qui sibi pollicetur haudquaquam speranda.

Addere manum.

ILLUD inusitatus quod est apud Plautum in Persa, Addere manum, pro eo quod est ludibrio habere. Translatum ab ijs, qui manu ad aurem porrecta, motaq. quæpiam irridet. Plautina uerba sunt hæc: Quid ais, crux, stimulorum tritor? Quomodo me hodie uersasti, ut me

in tricas conicisti? Quomodo de Persa manus mihi addita est? Item in Tænulo: Quo pacto auaræ Veneri pulchre adij manum. Rursum in eadem scena: Ego saxo posthac Dij Deaq. ceteri contentiores magis erunt atq. auidi minus, cum seibant, Veneri ut addiderit leno manum. Idem in Aulularias: Ita illis imperis omnibus adij manum. Iterum in Cassinat: Iam lepide addita nobis manus merito? Quamquam uarie scriptum inuenitur, nunc adij, nunc addidit. Videtur rectius legi, addidi, ut accipiamus sumptum metaphoram ab irridendum gestu, cuius meminit Persius:

Nec manus auriculas imitata est mobilis albas.

Circumtondere comam.

Περικλῆς τὸς πλοκάμους, id est, Circumtondere comam, Græcis in prouerbio est, pro eo quod est, ludibrio habere. Nam id lusus gratia fieri solet stupidis, ut eis non sentientibus casaries circumtondeatur. Lucian. in Misanth. ἐκείνητος τὸς πλοκάμους περιτομήσας οὐκ ἔστιν. id est, Sedebas cum tibi casaries ab illis circumtonderetur. Vsurpat idem in Pseudomante.

Fucum facere.

FUCUM facere, pro eo quod est imposturam facere, & artificiosa dissimulatione deludere, frequens est apud bonos auctores. Terent. in Eunuch. Per alienas tegulas uenisse clanculum, fucum factum mulieri. Quo loco, factum, supinum est, non participium. Quintus frater ad Ciceronem: Si cum, qui tibi proferit, fucum, ut dicitur, facere uel e feneris, ut te id audisse & scire dissimules. Nam fucus herba genus, quam Græci φύκος, uocant, tingendis latis utile. Vnde simpliciter fucum pro colore reperire licet, & fucare pro colorare. Horatius in Odis: Stercore fucatus crocodili. Maxime si colorem non natuum aut genuinum, sed artificiosum, ac uelut adulterinum significemus, ut idem Horatius:

Nec amissos colores Lana refert medicata fucis. Proinde medicamentum illud, quo cuti superinducto muliercule nitia formæ dissimulant, quasiq. personam assumunt, fucum uocant. Plautus: Vita corporis fuce occultit. Vt autem fucus est color arte additus, ita persona facies est non uera, sed apposititia. Vnde eleganter dictum a Seneca: Vt personam malit quam faciem: id est, uideri malit quæ esse. Lucretius iterum lib. tertio.

Nam ueræ uoces tum demum pectore ab imo Eliciuntur, & eripitur persona, manet res.

Cor. Tacit. in Dialogo De oratorib. Ita nec præceptor deerat optimus quidem & electissimus, qui faciem eloquentiæ non imaginem præstaret. Itaq. personatos dicimus, qui aliud præ se ferunt quam sint. Quin & officias uocant inania quædam rerum simulacra, quæ ueluti præstigijs quibusdam, oculis intuentium imponunt. Græci simplici uerbo περιτομήν uocant, & περιτομήν, huiusmodi imposturam, φύκος, fuci artificem. Qui scripsit etymologicum Græcum, auctor insincerus & impurus, uocem deductam existimat παρὰ τὸ πλῆθος, quæ Græcis coma dicitur apposititia. Latini gale riculum appellant. Quin & colorem pro fuce usurpauit Iulianus citante Vlpiano lib. Pand. 14. Tit. Ad senat. consul. Maced. cap. 9. Sed Iulianus, inquit, adijcit, si color quæsitus sit, ut filius familias qui mutuum pecuniam

pecuniam accepturus erat, fide inberet. Quin & rhetores, probabilis rationem quam ad defensionem committunt, colorem appellant. Iuuenalis,

Dic aliquem nobis, dic Quintiliane colorem.

Et harente summo rhetore, uxor deprehensa impudē
tiff. n. o colore se tuetur. -Conuenerat olim

Ut sciret tu quod uelles, nec non ego possem
Indulgere tibi.

Album calculum addere, & similes figuræ.

Ἀδύκων ἡ δὲ πρὸς δῖον, id est, Album calculum addere, pro approbare, subinde legimus apud doctos. Inde sumptū, quod antiquitus missis in urnam calculis, ita ferebantur a iudicibus sententiæ, ut albis absoluerent, nigris dannarent. Qui si forte fortuna fuissent æquales, tamen liberabatur reus, eiusque rei causam Aristoteles copiosissime reddit in problematibus. De calculorum more meminit Ouid. Metam. lib. 15.

Mos erat antiquis, niueis atrisque lapillis,

His damnare reos, illis absolvere culpa.

Tunc quoque sic lata est sententiæ tristis, & omnis
Calculus inimicem dimittitur ater in urnam.

Quæ simul effudit numerandos uersâ lapillōs,

Omnibus e nigro color est mutatus in album.

Plin. iunior in epistola quadam: Nam quo magis intendam limam tuam, confitebor & ipsam me, & contubernales, ab edicione non abhorre: si modo tu fortasse errori nostro album calculum adieceris. id est, si nostrum hunc errorem tuo iudicio comprobabis. Lucia. in Apologia. ὅς τις παρὰ τὴν ἐμὴν κρίσιν, τὴν λευκὴν πρὸς σὸν καὶ μακρὸν ἐκείνου. id est, Haud paruo æstimans, si mihi contingat, album abs te plenumque suffragium auferre. Plato libro De legibus 2. ἐὰν τίς τιμῶν τῶν τοιούτων. id est, Haud posuerim hunc calculum. Huc adscribendum quod Alcibiades, nolens sese iudicium permittere sententiis, ait, ne matri quidem confidere uelle, sed etiam hanc in eiusmodi periculo suspectam habeturum, ne nigrum calculum pro albo subiceret. Aristides in Pericle, simplici uerbo dixit, ἐν τῇ κρίσει, pro comprobare, eamque uocem tanquam Platonicam usurpat.

Creta notare. Carbone notare.

Ad hanc formam pertinent & illa: Creta notare, pro eo quod est approbare, & Carbone notare, quod est dannare. Propterea quod Pythagoras aiebat id, quod esset colore candido, ad boni naturam pertinere, quod atro mali. Unde & felicia alba dicimus, infames nigros. M. Tullius in affione pro Cecinna de teste Sexto Clodio Phormione: Nec minus niger, inquit, nec minus confidens, quā ille Terentianus Phornio. Et Horatius:

-Hic niger est, hunc tu Romane cauet.

Idem in Sermonibus:

Sani, an creta, an carbone notandi.

Quem imitatus Persius, ait in quinta Satyra:

Quæque sequenda forent, & quæ uitanda uicissim,

Illâ prius creta, mox hæc carbone notasti.

Rursum Horatius in Odis:

Cressa neu careat pulchra dies nota.

Candidum calculum Cressam notam appellat, qua ueteres dies fortunatos signare consueuerunt. Tamen si

sunt qui hoc loco pro Cressa legunt Thressa, quod hic mos fuisse perhibetur Thracibus. Ad hanc formam pertinet etiam illud, Vnione signare, quod sæpius apud auctores est, pro eo quod est, inter felicia prosperaque numerare. Duclum a ueterum superstitione, qui unumquemque anni diem, missis totidem in urnam, aut ut apud Scythas, in pharetram, calculis, signabant, quem arbitrabantur prosperum abiisse, candido calculo, aut creta: quem egregie felicem, unione: contra, quem inauspicatum, nigro lapillo notabant. Iuuenalis,

Hunc Macrine diem numerâ meliore lapillo.

Huius superstitionis meminit Plinius lib. 7. cap. 40. Vana, inquit, mortalitas, & ad circumscribendam seipsam ingeniosa, computant more Thraciæ gentis, quæ calculos colore distinctos, pro experimento cuiusque diei in urna condit, ac supremo die separatos dinumerat, atque ita de unoquoque pronuntiat. Quid quod iste calculi candore illo laudatus dies originem mali habuit? hætenus Plinius. Plutarchus in uita Periclis historiam refert ab his non abhorrentem, quam sortassis non ab re fuerit hic ipsius uerbis adscribere: Οὐκ ὡς μὲν δὲ λὺν τὸ πᾶν πλεῖον, ἐπικλέρει, καὶ τὸ λαβόντι τὸ λευκὸν κύμαρον δὴσιν εἶδαι καὶ χαλκῶν περικλέρει, τὸ δὲ λευκὸν κύμαρον δὴσιν εἶδαι καὶ χαλκῶν περικλέρει, τὸ δὲ λευκὸν κύμαρον δὴσιν εἶδαι καὶ χαλκῶν περικλέρει. id est, Vniuersam multitudinem partitus in octo partes fortibus utebatur, & cui contigisset alba faba, huic ceteris pugnantibus permittebat in conuiuiis atque otio agere: quapropter etiam aiunt eos, quibus res aliqua suauiter succedunt, eum diem album uocare, nimirum ab alba faba. Ad hanc uiciniam pertinet, quod quæ præcipua sunt, ea melioris notæ esse dicimus, ueluti cum M. Tull. alicui salutem dici iubet de nota meliore, Tristem notam dixit Linius Decad. 1. lib. 4. Posthumus nulla tristi nota est insignitus. id est, nulla crudelitatis infamiae aspersus.

Calculum reducere.

CALCULUM reducere, est mutare factum, cuius te peniteat. Aut uertere consilium rei non satis commode instituta. Nonius citat Ciceronem in Hortensio. Itaque tibi concedo, quod in duodecim scriptis olim, ut calculum reducas, si te alicuius dati peniteat. Translatum apparet, aut a ratiocinantibus, aut quod est uero propius, a ludo laterunculario. In summa, prouerbij speciem habent, quæcumque a calculis finguntur metaphora. Ut, ad calculos uocare, pro eo quod est, rationem inire & æstimare. M. Tullius dialogo De amicitia: Hoc quidem est nimis exigue, & exiliter ad calculos uocare amicitiam, ut par sit ratio datorum & acceptorum. Valerius Maximus lib. 4. capite de liberalitate: Si ad calculos reuocetur, paruum utpote septem iugeribus, & hoc in Pupinia additis redactum: sin animo prærogantis, omni pecunia maius. Et ad calculos reuerti, est redire ad rationem, ac respectum, consiliumque. Cicero ad Atticum: Quare nunc saltem ad illos calculos reuertamur, quos tum abiicimus, ut non solum gloriosis consilijs utamur, sed etiam paulo salubrioribus. Et in epistolis Plinianis, Mouere calculos, pro eo quod est proponere rationes. Et ponere, inquit, in utraque parte calculos, id est, utrinque rationes expendere. Et, Hic calculus accedat, id est, hoc momenti adiungatur. Neque quidquam

quidquam prohibet eadem ratione dici, Decedere cal-
culum, & Detrahere calculum.

© præfigere.

ΘΗΕΤΑ præfigere, pro damnare. Persius:

Et potis es uitio nigrum præfigere theta.

Ausonius in pædagogū liguritorē, carmine Choliabico.

Miselle doctior, tibi sit obscuro,

Tuumq. nomen theta seclitilis signet.

Sunt qui hoc ad figuram Græcanicæ litteræ referant,
quod ea cordis humani transfixi speciem quodammo-
do representet. Sed uero similis, quod scribit Asco-
nius Pedianus, olim in iudiciis sortes, quæ mitteban-
tur in urnam, triplicem notam habere solere. Ac Θ qui
dæm damnationis fuisse symbolum, Τ absolutionis, Δ
ampliationis, id est, quotiens significabant sibi parum
adhibere liquere, ac denno causam agi oportere.

Stellis signare, obelo notare.

Ἀστὴρ σημειῖται, ἢ ἀστὴρ πικραίνειται, id est, Stellis nota-
re. Eustathius in 5. Odyssææ librum, admonet dictum
de his, qui longam ac desertam uiam peragunt, adeo
ut necessum habeant regionum situm, stellarum obser-
uatione signare. Ductam autem esse metaphoram a
nauigantibus, qui cum eousque pronesti sunt a terra,
ut iam celum undiq. & undiq. pontus, stellarum indi-
cio cursum moderari solent, maxime Cynosuræ, et He-
lices, teste Arato c. φαινόμενοις,

Οἱ τὼ μὲν κωδὸν ἔχοντες ἐπὶ κλισίῃ καλίσσι,
τὴν δ' ἐπὶ τὴν ἑλίκην. ἑλίκη γὰρ μὲν ἀνδρὲς ἀχαιοὶ
εἰν ἄλλοι πικραίνονται ἢ αὐτὸς ἄνθρωπος.
τὴν δ' ἄρ' αὖ φαινόμεναις πύσσωσι περὶ ὧσιν ὁ ἀνὴρ
ἀλλ' ἢ μὲν κατὰ τὴν καὶ ἐπὶ φρεσὶ ἀδαιετοίμην,
φωτὴν φαινόμεναις ἑλίκην πρῶτης ἀπὸ νυκτὸς,
ἡ δ' ἐπὶ τὴν ὁλίγη μὲν, ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἡμέρας,
Μενέλαος γὰρ πρῶτος περὶ τῆς φρεσὶς ἀλυσσῆναι,
τὴν καὶ σὺν νύκτι ἐπὶ τῇ αὐτῇ νυκτὶ θάλλεται.

Quorum carminum interpretationem adscribamus
ex manici Caesaris interpretatione:

Hic Iouis altrices Helice, Cynosuræq. fulgent.

Dat Graiis Helice cursus maioribus astris,

Phænicas Cynosura regit: sed candida tota,

Et liquido splendore Helice, nitet haud prius ulla,

Cum sol Oceano fulgentia condidit ora,

Stella micat celo septem qua Cresia flammis.

Certior est Cynosura tamen sulcantibus æquor,

Quippe brevis totam fido se cardine uertit,

Sidoniamq. ratem nunquam spectata sefellit.

Et Arati imitatus Ouidius, lib. de Tristibus quarto.

Magna, minorq. seræ, quarū regis altera Graiās,

Altera Sidonias, utraq. sicca rates.

Idem indicat Vergilius in quinto, de Palinuro loquēs:

Talia dicta dabat, clauumq. affixus, & hærens,

Nunquam amittebat, oculosq. sub astra tenebat.

Idem alibi,

Cuncta notat tacito labentia sydera celo.

Consimiliter Homerus cum aliis, tum Odyssææ lib. 5.

Αὐτὸς δ' οὐ πιδάλλω ἰδὼν το πικρὸς ὥς

ἡμῶς, & δὲ οἱ ὕπνους ὡς βλεψαμένοις ἐπὶ πῆι,

Πληθὺ δ' αἰεὶ ἰσχυρῶντι, καὶ δ' ἐπὶ δ' οὐκ ἐβλάττω.

Ἀρκτοῦ δ' ὄν καὶ ἀμείνων ἐπὶ κλισίῃ καλίσσι,

Ἡ δ' αὖτε σφίγγεται καὶ τ' ὀρίαντα δακρύσιν,

Οὐδ' ἂν ἀμμορὸς ἐστὶ λαιτρὸν οὐκ ἀνέσταις. id est,

Ille quidem nauim arte regēs, clauo assidet hæres,

Nec finit illapso torpescere lumina somno,

Pleiadas, seroq. recondentem ora Booten

Suspectans, ursamq. alio cognomine plaustrum,

Quæ fixa usque loco se circumflectit eodem,

Et nunquam Oceani liquidis aspergitur undis.

Vnde ἀστὴρ σημειῖται τὴν δ' ὁ δὲ νῆς videntur ij, qui notu-
lis quibusdam & coniecturis arte deprehensis, rem
alioqui peruestigatu difficilem inquirunt aut asse-
quuntur: aut qui signis quibusdam multo ante colli-
gunt quid sit euenturum. Postea deflexum est, ut stel-
las prænotare dicantur, qui quidpiam uelut animad-
uertendum insigunt. Cui diuersum ὁ βελίσκος, id est,
veru prænotato quasi iugulare ac damnare. Transla-
tum ab Aristarcho, qui Homeri carmina in corpus
redegit atque in libros digessit, uersus nothos, hoc
est, adulteros & subditios, qui non uiderentur
sapere venam illam Homericam, ὁ βελίσκος, id
est, minutis uerbis prænotatis damnans: contra,
qui uiderentur insignes ac genuini, ἀστὴρ σημειῖται, id est,
stellulis illustrans. Quin hoc ipsum Aristarchi cogno-
men in prouerbiū abiit, quod is eum damnan-
di notulis probandi. morem excogitarit. M. Tul-
lius Attico: Totum hunc locum, quem in aristocratiā
ego varie meis orationibus, quarum tu Aristarchus
es, soleo, pingere, de flamma, de ferro, nosti illas λαι-
τρὸς, ualde grauiter pertexuit. Atticum uocat suarum
orationum Aristarchum, id est, censorem & emenda-
torem, quod illi mos fuerit, si quæ parum probasset in
scriptis Cicronis, ea ceris rubris notare, Quod qui-
dem alibi declarat idem M. Tullius, libro ad Atticum
16. Quæ mihi florentia iussa sunt tuo iudicio. Cerulas
enim tuas miniatulas illas extimescebam. Idem ad
Dolabellam: Profert alter, opinor, duobus uersiculis
expensum. Alter Aristarchus hos ὁ βελίσκος. Ego tan-
quam criticus antiquus indicaturus sum. Item M.
Varro de ling. Lat. Aristarchos appellat, criticos gram-
maticos, qui de libris iudicant. Et Horat. Fict. Aristar-
chus, id est, castigator & expensor alieni scripti. Et
D. Hieronym. subinde quempiam, sui temporis Aristar-
chum uocat, quod arbitrio suo alia damnares, alia pro-
baret.

Notari ungui, & similia.

AD EANDEM formam pertinent hæc quoque, No-
tare ungui, quod soleat ungue signum apponi, ubi quid
parum placet. Horatius dixit, Transuerso calamo si-
gnum adponere, pro eo, quod est, damnare. In eundem
sensum, Censoria uirgula, legitur identidē apud diuum
Hieronymum, pro castigandi notandi. auctoritate. Itē
apud Quintilianū lib. Inst. 1. Quæ quidē ita sunt seu-
re usi veteres grammatici, ut non uersus modo censoria
quadā uirgula notare. A cēsorib⁹ Romanis traditū,
quorum partes erant notare, si quid in moribus ciuita-
tis dignum emendatione iudicassent, ac multam dice-
re. Eodē pertinent spongia, lima, celiū, quæ in emenda-
tionis prouerbiū abierunt. Spongia deletur, quod nō pla-
cet. Lima detrahatur atq. expolitur, quod redundat,
quodq. incultū est. Cælo deformatur itē, ac fingitur id,
quod est rudius. Proinde in spongiā incubuisse dixit Au-
gustinus

K

gestus Atacem suum, quem deleuerat. Et elimata dicuntur expolita. Et sculpturâ orationis, cultum dicit.

Stylum vertere.

STYLUM uertere, est mutare quod scripseris. Horatius in Sermonibus: Sæpe stylum uertas. Antiquitus in tabellis ceratis scriptitabant stylo graphiario, cuius altera parte, nimirum acuta, per æquor cereâ ducta litteras exarabant, altera latiore rursus obliterabant quod exarassent. Hieronymus aduersus Rufi. Quandiu nō renuebam laudationem tuam, sequebaris ut magistrum, fratrem & collegam uocabas, & catholicum in omnibus fatebaris. Postquam uero non agnosci laudes tuas, & me indignum tanti uiri preconio iudicauis, uertis stylum, & omnia laudata prius, vituperas, de eodem ore & dulce proferens & amarum. Hieronymus imitatus est Ciceronem, qui Perriuarum actionum 4. scribit in hunc modum: Timuit aliquando & commotus est: uertit stylum in tabulis suis, quo factō causam omnem euertit suam. Inuenitur & stylum infingere, & stylo appetere, pro eo quod est, scriptis insectari atq. inuehi.

Omne tulit punctum. Omnium calculis.

OMNE tulit punctum, & cunctorum calculis, legimus pro eo, quod est omnium sententia & comprobatione. Quorum prius translatus est a consuetudine comitiarum, ubi tabella circumferri consuevit, in qua puncto appposito significabant, cui candidatorum suffragaretur. Posterius a iudiciorum fortibus, de quibus paulo superius meminimus. Horatius:

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

Nam qui iucunda modo scribunt, iis dūtaxat placent, qui uoluptatem appetunt. Contra qui utilia, ab iis tantum probantur, quibus utilitas queritur. At qui uoluptatem cum utilitate coniunxit, is omnium suffragio laudabitur. Idem in Epistulis:

Discedo. Alceus puncto illius, ille meo, quis?

Quis nisi Callimachus?

Itē in epigramate Choliabico, quod refert a Porphyrio.

Ciconiarum Rufus iste conditor,

Hic est duobus elegantior Plancis.

Suffragiorum puncta non tulit septem.

Aristides in Themistocle: ἡ κοινὴ τῶν ἑλλήνων, id est, qui est communis Græcorum calculus, dixit pro eo quod erat, totius Græciæ consensus. Cicero libro Tusculanarum 2. Quæ flamma est, per quam non cucurrerunt, qui hæc olim punctis singulis colligebant? Agit autē de magistratibus, qui singulorum ciuium suffragiis madabantur. Apuleius Asini sui lib. 6. Certe calculo cū efforum, utcumque mors ei fuerat destinata: id est, omnium suffragiis sententiisq.

Cumani sero sapiunt.

QVI ἀδύνατοι οἱ κούροι, id est, Sero sapiunt Cumani. Id adagium refertur a Strabone Geographiæ lib. 13. putatq. eos vulgo male audisse, tanquam stupidos atque insulsos, ob hanc causam, quod ducentis annis portus uetustas exegerint, hoc nomine, ut urbem edificaret, quæ dare tamē non desierunt, cū iam urbs esset extructa. Adiecit & aliā fabulā: Cumanos publica pecunia mutuo accepta, porticus construxisse: deinde cū pecu-

niā eā ad diē prescriptum non reddidissent, a debultione fuisse prohibitos. Aliquanto post cum ingēs esset pluuia, creditores ludibrij causa præconē misisse, qui publicaret edictū, uti Cumani porticus subirent. Atq. ita uoce præconis admonitos subisse: inde natū adagium, sero sapere Cumanos, qui nō nisi moniti senserint defugiendū esse pluiā. Notat & Stephanus, Cumam ac Lesbū male uulgo audisse supiditatis nomme. Prouerbiū autē non sentit de Cuma Italia, sed Acolidis, quæ eā dē dicta fuisset Amazoniū et Phryconitis, aut, ut Herodotus lib. 1. Phryconis. Similimum illi, Sero sapiunt Phryges. Nihil. n. uetat, quo minus dicatur et in illos qui non nisi suo malo docti parent recte monentibus.

Mala attrahens ad sese, ut cæcias nubes.

KXXI ὁ ἀντὶ τῆς κακίας κακίας ὁ ἄνεμος, id est, Sic mala sibi ipsi, ut cæcias nubem attrahens. Versus est senarius, prouerbio celebratus in eos, qui sibi ipsi litium ac negotiorum materiam parunt accersuntq. Ducta similitudine ab eius uenti natura, cui nomen cæcias, quem Plinius media inter aquilonem & exortum regione flare scribit, & uiam contra aliorum septentrionalium uentorum naturam, nubes non pellere, sed attrahere. Quin ipsius hæc sunt uerba: Ventorum, inquit, etiam frigidissimorum, quos a septentrione diximus spirare. Vicinus his corus. Et reliquos compescunt, & imbres abigunt. Humidi auster & apheurus, & præcipue auster Italiae. Narrant & in Ponto cæciam in se trahere nubes. Haecenus Plinius. Aristoteles libro De mundo putat cæciam circa ortus ælii flare, additq. hunc a nonnullis eundem haberi cum illo, quem ἀντὶ τῆς κακίας nominant, flatq. proximus argestes. Quid autem in causa sit, ut hic uentus nubes non more reliquorum a se propellat, sed ad se uocet, Aristoteles in Meteorologis conatur ostendere. Vel quod alius, inquit, uentus reflet aduersus eodem tempore: vel quod hic e sublimi cæli parte spirans, puta orientali, non transuersus per terram feratur, sed recurua ta linea, propter reflexum, unde exortus est, eo recurrit. Atque ita sit, ut nubes ad sese cogat. Unde idem in libro. De mundo, cæciam inter eos uentos numerat, qui ἀντὶ τῆς κακίας, id est, resupinati flatus uocantur. In Problematis autem sectione 26. duas huiusce rei causas reddit. Alteram hanc esse putat, quod eodem tempore reflet alius uentus cæciæ contrarius. Altera non diffonat ab iis, quæ retulimus: nempe cæciam spirare ab eminentiore cæli regione, nimirum ab ea quæ uergit ad Orientem: hanc autem esse editiorem quam occiduam, colligit ex magnitudine & altitudine maris occidentalis. Itaq. fieri, ut cæcias occiduam regionem aduersus inuadens, nubes contrahat, easq. suo in se reflexu ad se trahat. Huius rei mentionem facit & Plutarchus in uita Sertorii, scribens hunc ducem, animaduersa cæciæ natura, qui tum forte flabat, Caccitanos, aut, ut Græci codices habent, Characitanos hostes ad deditionem coegisse ad hunc modum. E regione speluncarum, in quibus illi se continebant, obiecit aggeres cinericios. Quibus incurfatione equitum concitatis, cæcias tantum pulueris in fauces speluncarum deuexit, ut cum ferre non possent, sese Sertorio in manus darent. Refertur adagium ab Aulo Gellio, lib. 2. ca. 22. idq. ex Aristotele. Refertur & a Theophrasto, lib.

lib. De natura ventorum. Sed ab hoc atq. item ab Aristotele refertur, ut videatur etiam in bonam partem dici posse. At enim, ἡλκων ἐφ' αὐτὸν τὸν πλεονέχον ὁ πῶρ δ' κακίας ἐνέφει. id est, Attrahens ad sese diuitias, ut cæcias nubes. Plutarchus in cōmentario, cui titulus, quo pacto quis possit ab inimicis iniuri: ὡς ὅς δ' κακίας τὰ νέφει, ὁ ὑπὸ τῆς καὶ δ' φαντασίας ἐφ' αὐτὸν ἔλκεται τοιοῦτος. i. Quemadmodum enim cæcias nubes, itidem improba vita, probra ad sese attrahit. Vsurpat idem in bonam partem in Præceptis politicis. Vnde de re quavis dici posse videtur in utramlibet partem. Vt, Hic ad sese eruditorum hominum gregem attrahit, perinde ut cæcias nubes. Hic undiq. pecunias attrahit ad sese, quemadmodum cæcias nubes. Hunc omnes bonæ felicitates non aliter sequuntur, quam cæcias nubes. Nisi quam absint iurgia, ubicunq. hic adest, neq. enim secus ad sese lites attrahit, quam cæcias nubes. Consimiliter ad rē referri potest. Res est tumultuosa ambitio, quippe inuidiam, similitatem, profusionem atq. id genus alia incommoda, non aliter attrahit ad sese, quam cæcias nubes. Modestis cunctiorum hominum benivolentiam allicit ad sese, itidem ut cæcias nubes.

Oleum in auricula ferre.

OLEVM in auricula ferre. Est apud Martialem. Quo loco nō satisfacit interpres Domitius Chalderinus, vir alioqui probe doctus. Nam poeta taxare videtur hominē rigida supinaq. aure, id quod etiam Græci notant, αὐτὸς ὅς ἐχων, αὐτὶ τὸ αὐτὸς τὸ ὅς ἐχων. i. Sublimem & supinam aurē habēs. Carmē Martialis est huiusmodi: Narratur quidam belle dixisse Marulle:

Qui te ferre oleum dixit in auricula.

Porro ut in Problematis scripsit Aristoteles, aures aqua infusa offenduntur, oleo non item. Quin si forte aqua in aurem inciderit, oleo infuso medemur, dum lubrica facta aure, aqua defluit. Proinde & urinatores oleum auribus instillare cōsueverunt, quo minus aqua lædatur. Hinc itaque videtur natum adagium, nempe a gestu eorum, quibus est aliquid liquoris infusum, quod ne effluat, aurem supinant, quasi auersantes ac fastidientes audire. Neq. tamen negauerimus posse re ferri ad assentatores, qui velut oleum in aurem instillant, dum iucunda loquuntur magis quam salutaria. Cui diuersim est illud Persianum:

Auriculas teneras mordaci radere vero.

Verū cui placet hic sensus posterior, in auriculā, accusandi casu legat oportet. Quod quoniam & prouerbij speciem præ se gerit, & vulgo iactatum Martialis indicat, non est prætereundum.

Quid si cælum ruat?

Τὶ εἰ ὁ οὐρανὸς ἐμπίσσει; id est, Quid si cælum ruat? Ironia prouerbialis in eos, qui tutissimis etiam in rebus ridicule timent. Hoc vnde manarit, Aristoteles indicat libro τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ quinto, scribēs priscis illis et rudibus mortalibus persuasum fuisse, cælum hoc, quod videbant imminere, Atlanticis humeris sustineri. Quod si ille se subduxisset, fore ut e sublimi in terram decideret. Idq. non solum poetarum figmentis fuisse proditū, verum etiam a physicis nōnullis adfirmatum. Plutarchus in libello De facie quæ apparet in orbe lunæ citat

Phenacē quendam, qui metuerit ne luna decideret in terram, quiq. commiseratus sit vicem eorum, qui luna forent subiecti, cuiusmodi sunt Aethiopes ac Taprobani, si tantū pondus in eos rueret: idē veritus de terra cæloq., nisi colūmis Atlanticis fulciferentur. Theognis.

Εὐ μοι ἐπειτὰ πίσει μέγας οὐρανὸς ἐν ἑρῆς ὑπέρβου.

Χαλκίδος, ἡ γὰρ πῶν δ' ἄρα παλαιὰ κινέου. id est,

Deinde meo uastus capiti illabatur Olympus

Ferreus, antiqui quod metuere iuri.

Terentius, εἰ αὐτὸν τιμωρεμένη: Quid si redco ad illos, qui aiunt, Quid si nunc cælum ruat? Allusit huc Horat. in Odis:

Si fractus illabatur orbis

Impavidum sient ruina.

Umbra suam metuere.

Τὼ αὐτὸ τοῦ σκιάς φοβήσθαι, id est, Snam ipsius umbram metuere, dicuntur, qui pueriliter trepidant, ubi nihil omnino sit periculi. Translatum uel ab his, qui forte conspecta corporis sui umbra, subito expauescunt. Vcl a melancholicis quibusdam, qui auctore Aristotele, propter oculorum imbecillos spiritus, in aere proximo ueluti suam quandam imaginem contemplantes, arbitrantur sese suos uidere manes. Socrates in Phædone Platonis: Tu uero tuam, quemadmodum dici solet, metuens umbram. id est, tibi ipsi diffisus. Quod Ciceronem de Consulatu petendo: Alter uero, quo, dii boni, splendore est. Primum nobilitate eadem, qua Catilina. Num maiore? Non: sed uirtute. Quamobrem, qui manium umbram suam metuit, hunc negliges quidem. Quamquam is locus non uno modo erat deprauatus in codicibus. Plutarchus Symposiacorum problematum decade septima, τὸ μὴ τὸ σκιάς ἀναγόμενος ὁ νομα καὶ δυσχερανών, ἀλλ' ὡς σκιάς ἐν δόξῃ φοβήσθαι. id est, Qui umbræ nomen refugiat ac moleste ferat, is uere umbram videbitur formidare. Agit autem de umbris ita vocatis, qui non ipsi vocati a conuiuatore, sed vocatum sequentes adeunt conuiuium.

Vel muscas metuit præteruolitantes.

PROVERBIALIS esse videtur hyperbole, quam refert Aristoteles septimo de repub. libro, ἡ δ' αὖ δειδὸς μὴ πῆς παραπύτμινος μίας, id est, Qui muscas, inquit, et præteruolitantes metuit. id est, quāuis friuola de causa. Idem similem quandam commemorat in Moralium septimo, loquens de ijs, qui usque adeo natura sunt timidi, ut etiam si forex obstrepat, protinus expauescāt.

Funem abrumperenimium tendendo.

Απὸ ῥῆχ' ἵσται τινὸς μῦθον τὸ καλῶδιν, id est, Abrumpetur tensus funiculus. In eos dici solitum, qui dū extrema experiuntur, alienant a se eos cum quibus agunt, & vniuersæ rei iacturam faciunt, dum plus satis attēti sunt ad lucrum. Lucianus in dialogo quodam, matrem lenam facit obiurgantem filiam, quod amatorem in conuiuium nimis peruicaciter contempserit: periculū autem esse, ne præter modum exacerbatus atq. iritatus iuuenis amorem pariter & commodum alio conuertat. καὶ δεῖ, inquit, μὴ κατὰ τὸ πᾶν περιμῖναι ἀπορῆξέωμεν πᾶν τίνεσθαι τὸ καλῶδιν. id est. Ac

K 2 uide

uide, ne iuxta prouerbum, *abrumpamus*, dum nimirum tendimus funiculum. Pindarus apud Plutarchum καὶ λυγρὸν τὸ τὸν δεικνύμενον χροῖον μαρτυρεῖν. id est, Atque intolerabilem curarum funiculum soluenti. Quamquam hoc ab adagio non nihil est diuersum, magisq. congruit cum illo, quod est apud Senecam in epistulis ad Lucillum, de explicanda catena negotiorum, atque adeo abrumpenda, si nequeat explicari. Prouerbum generaliter trahi poterit ad quemlibet conatum immodicum, & ob id in malum aliquod erumpentem. Nec abhorret Mimus ille Publianus:

Furor fit lasa sepius patientia.

Atque alter huic consimilis, eiusdem, pinamur, etiā si Senecæ nomine fertur:

Bonus animus lasus, grauius multo irascitur.

In matellam immeiere.

Εἰς τὴν αὐτὴν οὐδὲν, id est, In matellam immeiere. Cum sordide tractantur, aut ad munus aliquod parum honestum adhibentur ij, qui non indigni uideantur, utpote ipsi sordidi atque inhonesti, quasiq. ad contumelias ferendas facti. Lucianus de mercede seruientibus. Οὐδὲν ἔστι αὐτοῖς ἡδὺν παρὰ χροῖον αἰ, ἔστι ἡδὺν ἡδὺν δὲ τοῦ αὐτοῦ φασὶν οὐδὲν ἔστι. id est, Itaque nec hi quidquam indignum aut acerbum patientur, neque illi eos contumeliis afficere uideantur, si, quod aiunt, in matellam immingant. Si quidem ad hunc usum quasi nascitur matella. Ex aduerso Martialis Bassum quendam ioco taxat, qui in aureum uas incataret, cum uitro biberet.

*Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro
Basse, bibis nitro, carius ergo cacas.*

Rifus Ionicus.

Γέλωε ἰωνικὸς, id est, Rifus Ionicus. In molles & uoluptarios dicitur. Nam Ionum mollicies perinde ut Sybaritarum fastus in prouerbum abiit, quod alteri Grecorum, alteri Barbarorum essent luxuriosissimi Atheniens libro Dipnosophistarum duodecimo de luxu Ionum locutus, ait extare paremiā auream, quæ mores eius gentis testificetur, hanc ut opinamur, intelligens. Idem libro 14. docet, saltationis genus olim fuisse lasciuum ac petulans, quod Ionicum diceretur. Valerius Maximus libro rerum memorabilium secundo, prodidit Ionas primos, unguenti coronarumq. in conuiuio dandarum, & secundæ mensæ consuetudinem haud parua luxuriæ iramēta reperisse. Maximus Tirus in dissertatione, cui titulus, quis sit philosophiæ finis, Crotoniatis, inquit, Olympicum oleastrum adamat, Spartiatis armaturam, uenationes Cretensis, luxum Sybarites, lonchoros. Hinc Horatius in Odīs:

Morus doceri gaudet Ionicos

Matura uirgo.

lascinas saltationes, & parum decoras gestulationes significans. Vnde & Apud Aristophanem ἰωνικὸς, pro eo quod est, ἀβελῆς, id est, molliter ac delicate.

Rifus Megaricus.

Γέλωε μεγαρικὸς, id est, Rifus Megaricus, in eos dicendum, qui parum tempestiue iocantur, quiq. quod uetat Quintilianus, malunt aliquoties amicum quam diuturnum perdere. Aut quorum artes iam in contemptum

abierunt, successionem maiorum artificum obscurat. Neque male quadrabit in senes, qui ætate aliena, lusus quosdam indecoros, ac uoluptates iuueniles turpiter confectantur. Nam Ionica comædia uiguit ad tempus: Deinde in contemptum uenit, irrita ab Atheniensibus. De risu intempestiuo celebratur & hic senarius:

Γέλωε ἀκαρὸς οὐδὲν ἔστιν οὐδὲν κακόν. id est,
Non in loco ridere pergrauē est malum.

Rifus Chius.

Γέλωε χίος, id est, Rifus Chius, de molli lasciuoq. lusu. Quandoquidem & Chiorum mores taxauit uetus comædia. Adagium commemoratur a Diogeniano.

Quidquid in buccam uenerit.

QUID QUID in buccam uenerit. Quoties libere quospiam ac tuto loqui significamus, incircumspecte, & quidquid forte fortuna in animum inciderit. Quemadmodum apud fidos amiculos facere solemus, apud quos impune quiduis nugamur atq. effutimus. M. Tullius ad Atticum, libro 14. Aut si nihil erit, quod in buccā uenerit scribes. Idem libro duodecimo; Quid cum coram finis, & garimus quidquid in buccam uenit? Re tē torquebitur & in eos, qui temere atque inconsiderate loquuntur, perinde quasi sermo illis non in pectore nascatur, sed in faucibus.

Quidquid in linguam uenerit.

HVIC plane Germanum est illud, quod usurpat Lucianus in libello De ratione conscribendi historiam, ἱπποκράτης δὲ καὶ ἀπὸ ἀπλοῦς, ὁπότε ἐπὶ ἀκαρῶν γλωσσῶν παρὶν ἰλέγ. i. Cominiscens affingentesq., quid quid uerbi temere in linguā, ut aiunt, uenerit. Plato dicit hoc libro De repub. octauo citat ex Aeschylō Tragicō poeta. Usurpauit & Atheniens libro Dipnosophistarum quinto, κατὰ τὴν εἰρηστικὴν ποικίλιν, ὁπότε ἐπὶ ἀκαρῶν γλωσσῶν ἰλέγ. id est: Iuxta poetam qui dixit, quidquid temere in linguā uenerit. Hoc uelut interpretans Isocrates in oratione panathenica, ὁμοίως αὖ ἐν αὐτῷ δόξαμι τοῖς ἱκανοῖς καὶ φορτικῶν, καὶ χυδῶν ὅτι αὐτὸς ὑπέλεγε λέγει. id est: Similis uidebor iis qui temere & arroganter ac futiliter quidquid in mentē uenerit loquuntur.

Momo satisfacere, & similia.

Τὸ μὲν αὖ ἀρῖσκειν, id est, Momo satisfacere. Prouerbialis est hyperbole. Hesiodus in Theogonia et Momī cuiusdā meminit, quem ait, Noctē matre, Somno patre progenitū. Huic deo mos est, ipsum quidem nihil operis cedere, sed aliorū deorum opera curiosis oculis contēplari, & si quid est omissum, aut perperā factum, id summa cum libertate carpere. Nā μὲν οὖν Græce reprehensionē sonat. Aristoteles De partibus animalium libro tertio, meminit huius, qui naturā incusarit, quod bobus cornua in capite ac nō in armis potius addiderit, uidelicet quod uehemētius possint ferire. Ad quod alluisse uidetur Lucianus, cū in secundo Verarū narrationū libro, scribit se uidisse boues quosdā, quibus cornua ineffent, non in frōte quemadmodū reliquis, sed sub oculis. Idq. ita uisum esse Momo. Huius idē Lucianus cū aliis compluribus locis meminit, tū in Dialogo de hæresibus, huiusmodi quan-

ei quandam de eo fabulam refert. Minervam, Neptunum, & Vulcanum de principatu artificij inter se contendisse. Et ut quisq. artis suae principium aliquod specimen ederet, Neptunum taurum quendam sinxisse, Minervam domum excogitasse, Vulcanum hominem composuisse. Momo delectus arbiter certaminis & artis expers. Ille inspecto uniuscuiusque opere, praeter alia quae in reliquorum operibus reprehendit, illud potissimum in hominis opificio notavit, quod artifex non in pectore fenestras aut hostiola quaedam addidisset, quo perspicui posset quid in corde lateret, quod in speciosum alioqui, multisq. recessibus sinuosum finxisset: Cuius fabulae mentionem facit & Plato. Philostratus in epistula quadam ad uxorem, de Momo scribit in hanc ferre sententiam: Hunc in Venere nihil alioqui quod reprehenderet inuenisse, nisi quod sandalum illius calumniabatur, ut stridulum, nimisq. loquax, ac strepitu molestum. Quod si Venus citra scandalum incesisset, ita ut emerisset a mari, tota nuda, nullam omnino ansam carpendi Momo inuenisset. Qui quidem deus tametsi non perinde gratus est atque ceteri, propterea quod pauci ueram reprehensionem libenter admittant, tamen haud scimus an illius alius e maxima poetarum deorum turba sit utilior. Quanquam nunc nostri Ioues excluso Momo solam Euterpen audiant, blanda salutaribus anteposcentes. Hic igitur Momo varias adagiorum formas suppeditat. Vel cum Plato de Repub. libro 6. scribit, philosophi studium esse eiusmodi, ut ne a Momo quidem possit reprehendi. Vel cum Venus Lucianica iam itura in iudicium, negat se dubitaturam, etiam si Momo ipse iudicaturus esset. Vel cum Cicero scribit ad Atticum, libro quinto, Quod me maxime hortaris, & quod pluris est, quam omnia, in quo laboras, ut etiam Ligur no Momo satisfaciam, moriar si quidquam fieri poterit elegantius. Ergo proverbij speciem habebunt omnes id genus formulae. Haud dubitem tecum uel Momo iudice decertare. Inculpator est eius viri uita, quam ut uel Momo ipse possit carpere. Hanc faciem ne Momo quidem possit reprehendere. Nec Momo iudicem recusarim. Haec uel Momo ipsi satisfaciant. Et si quae fingi possunt consimiles. Ad hanc formam pertinet illud Ovidianum de forma Adonidis:

Laudaret faciem luor quoque.

Breuitate omnes id genus hyperbolae prouerbij faciem obtinent, ueluti Terentianum illud, Ipsa Salus si cupiat, seruare domum hanc non possit, de familia deplorata. Item de loco uehementer munito: Hanc arcem ne Mars quidem ipse expugnarit. De homine praefracto ac pertinaci: Huius animu ne Vertumnus quidem ipse uerterit. De femina supra modum uirosa: Huius feminae libidinem ne Priapus quidem ipse satiarit. De re neutiquam probabili: Istud ne Pithe quidem ipsa persuaferit. De re tacitu difficili: Hoc ne Harpocrates quidem ipse, aut Angerona continere queat. In tanto rerum strepitu ne Somnus quidem ipse somnum ceperit. De homine praeter modum suspicaci & diffidenti, Iste ne Fidei quidem ipsi fidem habeat. Hic uel Argum fallat, de uehementer astuto. Hic miserior est, quam ut ei uel ipsa inuidere possit inuidencia. Verum de his loquendi formulis admonuimus in operis huius initio.

Caelo ac terrae loqui.

QV1 frustra uociferantur, caelo ac terrae loqui dicuntur. Sic enim solent, qui diffidunt hominum praesidiis, exclamare, o caelum, o terra. Theognetus apud Athenaeum libro tertio, ac rursus libro decimo quinto,

Ἐφ' ἡλίου φησας, γῆ καὶ οὐρανῷ λαλῶν, ὅς οὐδὲν ἐστὶν ἐπιμελὲς τῶν λόγων. id est,

Terrae loquens caeloq. philosophatus es,

Sed bisce nulla est cura sermonis tui.

Confine est illi, quod alibi retulimus, Vento loqueris.

In portu impingere.

EST apud Quintilianum in Institutionibus, In portu impingere, pro eo quod est, statim in ipso operis ingressu peccare. Vsurpatur & a diuo Hieronymo in Apologia secunda aduersus Rufinum: Statim de portu egrediens, nauim impegi. Idem ad Pammachium: Egrediens de portu statim impegimus. Sumptum a nauigantibus, qui magno cum dedecore prius quam portu exierint, nauim illidunt. In diuersum sensum inflexit Papyrius Fabianus, referente Seneca in controuersis: Nauim in portu mergis, de sene qui luxuriari coeperat aliena aetate. Aptè dicitur in omnes qui negotio iam propemodum cum laude confecto, in extremo degenerant. Idem est apud Gracos, ἐν τῷ λιμένι προσκρούειν, id est, In portu impingere. Nilus quidam Gracus auctor ita refert, ἢ ἐπ' αὐτοῦ, μὴ πῶς τὸ ναυάγιον ἐν τῷ λιμένι ἵναιται, id est, Ne esferaris animo, ne forte naufragium tibi fiat in portu.

In limine deficere, aut offendere.

HV1C proximum sit illud, In limine offendere, aut deficere. Translatum ab iis, qui domum egressuri, statim in limine pedem offendunt, prius quam quidquam occiperint agere. Vergilius:

-Cur indecores in limine primo Deficimus?

Id est, statim, ac uix dum inito bello. Duriuscule dixit Qu. Curtius libro sexto, In ipso limine uictoriae stamus: pro eo quod est, proxima est uictoria. Huic contrarium est, quod in Epistulis ad Lucillum scribit Seneca: In summo deficit cliuo. Ducta translatione ab iis, qui conscenso propemodum monte, tum de lassantur, cum proximi sunt cacumini.

Cantherius in porta.

CONFINE est superioribus: Cantherius in porta. Natum a Sulpitio Galba quodam, cui cum provinciam exituro, cantherius in porta cecidisset: Rideo, inquit, te cantheri in porta cum tam longum iter sis iturus, iam lassum esse te, cum uix dum sis ingressus. Quod dictum in prouerbium abiit. Refertur adagium a Festo Pompeio in dictione, ridiculus, atque is indicat conuenire, cum quis in principio rei uix inchoata deficit animo. Quid autem sit cantherius, dilucide exponit, nempe equus ex equis testibus, ut hoc dixerat cantherius ab equo, quo maius a uerre, capus a gallo, uerue ab ariete.

K 3 Citra

Citra puluerem.

Αντι, id est, Citra puluerem Græci dicunt contingere, quo quis facile, citraque negotium potitur, translatus vel ab Απθε, id est, a pulueris contactu, quo se spargebat in palæstrico certamine congressurus: uel certe a puluere, quo non indecore sordidari scripsit Horatius eos, qui certant Olympia, quine bellum gerunt. Plinius libro trigesimo quinto: Alcimachus Dioxippum, qui pancratio olympia citra pulueris tactum, quod uocant ακοντι, vicit. Aulus Gellius libro quinto: Quandi, inquit, causa est, cum deditione repente facta, sine puluere, ut dici solet, incruentaque victoria obuenit. Horatius in Epistolis:

Quis circum pagos & circum compita pugna
Magna coronari contemnat olympia, cui spes,
Cui sit conditio dulcis, sine puluere, palma?
Inuenitur & ανδρωτι, id est, citra sudorem, & αναιματι, id est, citra sanguinem.

Deserta causa.

Ερημη δίκη, id est, Deserta causa, cum nemo repugnat. Tractatum a iudiciis, ubi nunquam altera pars cedens tradit causam aduersario. Itaque deserta causa uincere, est vincere nullo contra pugnante. Lucianus in Ione tragædo: Ως τι τὴ δίκη, ἢ ἐρημὴ καὶ πῶς δόξαμεν; id est: Itaque quid aliud uidebimur fecisse, quam deserta causa uicisse? Idem in Toxaride: Κεὶ ποσὶν περὶ ἐρημὴν ὑπὸ σὲ ἀδυνα. i. Totq. ciuitates, nullo defendente, abs te capi. Vsurpat & Socrates in apologia apud Platonem: ἐρημὴν κατὰ γὰρ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ μὲν ἐδύνατο. id est: Deserta causa, nullo defendente accusantes. Iureconsulti composita voce ἐρημὸν δίκην vocant. Ita Paulus, Pandect. lib. 4. Tit. de minoribus, cap. & si sine dolo. Item & in Eremodiciis ei subuenitur. Constat autem omnis ætatis hominibus restitutionem Eremodicij præstari debere, si doceant se ex iusta causa ab fuisse. Rursum libro 46. Titulo iudicatum solui. cap. quum quærebatur. Si interposita iudicatum solui stipulatione, quis reum non defenderet, postea ex Eremodicio sententiâ esset passus, an ob rem iudicatam clausula committatur, &c. Rursum in codice libro tertio, Tit. de iudiciis. cap. properandum. Sin autem reus absuerit, & similis eius processerit requisitio, quemadmodum pro persona actoris ediximus, etiam absente reo Eremodicium contrahatur. Hæc Iustinianus. Et igitur ἐρημὸν δίκην, cum altera parte absente fertur sententia.

Citra arationem, citraque sementem.

Quæ citra nostram operam casu nobis eueniunt, ἀπαρτα καὶ ἀνέστα contingere dicunt Græci. Lucianus in Pansilio: Οὐ γὰρ μόνος κατὰ τὸν σοφὸν ἄνθρωπον ἐστὶ φυτὸν χερσὶ φυτὸν, οὐ καὶ ἀνέστα, ἀλλὰ καὶ ἀνέστα, καὶ τὰ ἀνέστα πάντα νίμειται. id est: Quod uidelicet vnus iuxta egregium illum Homerum, Nec manibus plātat, nec arat, verum citra sementem, citra arandi laborem fruitur omnibus. Idem in Rhetorum didascalo: Σοὶ δὲ ἀπαρτα καὶ ἀνέστα φυτὰ πάντα. id est: Tibi porro citra seminandi arandique laborem proueniant omnia. id est, citra studium. Natum apparet adagium a fabula insulari fortunatarum, de quibus Horatius in Odis:

Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis,

Et imputata floret usque uinea.

Sumptum est aut, opinamur, ex Homero, qui Odyssæa lib. 9. Cyclopium terram describit ad hunc modum:

Κυκλωπῶν δ' ἐς γὰρ οὐρανὸν ἀναίετον
ἰκόμεθ', οἳ ἐξ ἐσίοιο πεπαισμένοι
οὐκ ἐντυπύσοι χερσὶ φυτὸν, οὐτ' ἀνέστα.
Ἀλλὰ τὰ γὰρ ἀπαρτα καὶ ἀνέστα πάντα φύονται
φυτὸν καὶ κρέατα, ἃ δ' ἀνέστα οὐκ ἐντυπύσοι
οὐκ ἐντυπύσοι χερσὶ φυτὸν, οὐτ' ἀνέστα.
id est,
Venimus in terram, quam magnanimi Cyclopes
Et legum expertes habitant, hi nomine freti
Diuum, nec manibus terræ plantaria figunt,
Vomere nec segetem profcundunt, quin ea cuncta,
Nulla semente, & nullo nascuntur aratu
Ordea, frumentum, plenisq. onerata racemis
Vinea, & largis hæc Iuppiter imbribus augeat.

Dormientis rete trahit.

Εὐδῶντι κύρτος ἀρετὴ, id est, Dormienti rete capit. In eos, quibus citra conatum obtingunt ea quæ cupiunt. Natum ex euentu, quod aliquando acciderit, ut dormientibus piscatoribus pisces forte retibus inuoluti caperentur. Quidam ad Timotheum imperatorem Atheniensium referunt, cui quod multa feliciter obtingeret magis commoditate fortunæ, quam ipsius opera, ἐυτυχίας: id est, felicitis cognomen inditum. In huius inuidiâ pangebant nonnulli fortunam ad rete cogentem urbes, illo iuxta dormiente. Quos ille sic elusit, auctore Plutarcho, ut diceret: Si huiusmodi urbes capio dormiēs, quid me facturum arbitramini si uigilaro? Huc allusit Terentius, cum ait in Adelphis: Quid? credebas dormienti hæc tibi consecuturos deos? Et illam sine tua opera in cubiculum iri deductum domum? Non dissimili forma dictum est apud T. Liuium libro ab urbe condita 7. Vnicum belli ducem, qui nihil agentis sibi de celo deuolaturam in sinum uictoriam censet. M. Tullius in Verrem actione ultima, Sed non idem mihi licet quod iis, qui nobili genere nati sunt, quibus omnia populi Romani beneficia dormientibus deferuntur. Quin & hodie uulgo dicitur in id genus homines, Fortunatior est, quam sapientior. Et Eupolis comicus apud Athenæum:

Ω πόλις πόλις
Ως ἐυτυχίας εἰ μὴ ἄλλαν ἢ καλῶς φρονεῖς. id est,
O ciuitas o ciuitas

Ut tu quidem es felix magis quam prouida.
Congruunt quæ dicuntur in prouerbio, Atheniensium inconsulta temeritas.

Cum mula pepererit.

ADAGIUM peruectum, Cum mula pepererit, quoties significamus aliquid nunquam futurum, aut adeo raro solere accidere, ut improbum ac stultum uideatur sperare. Ortum uideri potest ex eo quod refert Herodotus in Talia: Cum Babyloniorum urbs obsideretur a Dario, quidam Babylonius conuiciis insectans Darium, atque exercitum: Quid, inquit, istic desideris Persæ? Quin potius abscedis, tunc expugnaturi nos, ἐπεὶ νῦν μὴ οὐκ ἔστι, id est, cum mula pepererint: uide licet rarus id nullo unquam tempore futurum, propterea quod natura steriles sunt mule. At paullo post euenit, ut Zo pyro mula quapiam pareret, quo quidem ostento

fluerbis satis liquet βασιλειαν significari, quem Latini vocant indicem, in quem Battus ille pastor apud Ovidium transfiguratus est, manente nimirum etiam num in lapide prodendi studio. Nec Heraclium vocatum ab Hercule, sed ab Heraclea Lydiæ civitate. De hoc meminit Plinius lib. 33. cap. 8. his quidem verbis: *Auri argentique mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant, quondam non solitus inueniri, nisi in flumine Tmolus, ut auctor est Theophrastus, nunc vero passim, quem alij Heraclium, alij Lydium vocant. Sunt autem modici, quaternas uncias longitudinis, binasque latitudinis non excedentes. Iis coticulis periti, cum e uena lima rapuerint experimentum, protinus dicunt, quantum auri sit in ea, quantum argenti, uel aris, scrupulari differentia, mirabili ratione non fallere. Huc alludit Theocritus in Aita:*

Αυδὴν ἰσὺν ἰχθυὶν πέτρῃ σέμα.

id est,

Ut Lydo lapidi par os habeam.

Nimirum quo in uariis osculis optime indicaret, cuius essent, sic enim ineptiunt amantes. Scholiastes putat hos lapides apud Lydos inueniri, & hinc proverbium ortum. Et ne dubites quin de indice loquatur, sequitur,

Ἐχρυσὸν ὁπρίον,

Ῥαῖδοντα μὲν φάλλον ἰππύτων ἀργυρεῖ μοιβῶν.

Cuius ab effectu explorat mensarius aurum

Sit ne probum.

Adagium accommodari potest uel ad personam, uel ad rem. Ad personam hoc pacto: Tu scriptorum meorum optimus iudex, planeque, quod dici solet, ἰσακλίχλις. Item hoc modo: In pensitandis astinendisque ingenii emundissima naris, ac prorsum Lydus, ut aiunt, lapis. Ad rem transfertur hoc pacto: Adolescentium ingenia libertas aperit, uiris commissum imperium, Lydus, quod aiunt, lapis est.

Amussis alba.

Ἀλὰ καὶ σάμεν, id est, Alba amussi, hoc est, nullo defectu, ac citra discrimen. Aulus Gellius in Noctibus Atticis: Namque illi omnes, & eorum maxime Græci, multa & uaria lectitantes, in quas res cumque inciderant, alba, ut dicitur, linea sine cura discriminis, solam copiam sectati conuerrebant. Plutarchus in commentario, περὶ τῆς ἀφελείας: Ἐστὶ μὲν οὖν ἀτεχνῶς, ἢ λυκὴν σάμεν πρὸς τοὺς λόγους ἀφελείας. id est: Est igitur plane alba linea erga sermones garrulus, propterea quod nullo defectu quavis de re quiduis nugetur. Effertur & expressus adagium a nonnullis, Ἀλὰ καὶ λίθος λευκὴ σάμεν, id est, In albo lapide alba linea. Diciturque, uel in eos, qui nullo sunt iudicio, uel in stupidos, uel in eos, qui incertis probant, aut significant incerta. Sophocles in Cidione apud Suidam:

Τοῖς μὲν λόγοις τοῖς σοῖσιν ὁ πικρὸς μῦθος,

Ὁ μὲν μὲν, ἢ λευκὸς λίθος λευκὴ σάμεν.

id est,

Nihil mihi plus indicat sermo tuus,

Quam lapide in albo signat alba linea.

Citatur a Nonio Marcello Lucilius lib. 30. sed corrupte, ut opinamur. Quod genus sunt pleraque illius: Et emabat omnes. Nam discrimen non facit, neque significat linea alba. Vsurpatur & a Platone in dialogo, cui titulus, Charmides, ubi Socrates ait, se erga formosos & adolescentes perinde esse, ut albam amussim in albo lapide, propterea quod neque discerneret satis inter for-

mas, & omnes ex aquo amaret. Solet enim funiculus ille nimio oblini, quo discrimen faciat, inde & rubricam uocauit Persius:

-Ac si oculo rubricam dirigat uno.

Eadem per eadem.

Αὐτὰ δι' αὐτῶν, id est, Eadem per eadem. Refertur in collettaneis Diogeniani, de his, qui semper eadem inculcant, aut eadem assidue faciunt. Non dissimile illi, quod alio reddidimus loco, ὁ δὲ δῖος κέρπυς, id est Iouis Corinthus. Potest & in eos torqueri, qui res nugaces nugaciter tractant, ueluti si quis in auctorem indoctum indoctos scribat commentarios, aut in obscenū obscenos.

Ad amussim.

FREQUENS est apud auctores, ad amussim, examussim, examussatim, amussatim, pro eo quod est exquisita diligentia, atque exactissima cura. Gellius lib. 1. cap. 4. Ad hæc omnia scripta antiquiora tam curiose spectabat, aut uirtutes pensabat, aut uitia rimabatur, ut iudicium factum esse ad amussim diceret. Et Amussitata pro examinatis apud Nonium. Translatum a fabricis lapidariis, aut lignariis, qui funiculo illo regulari, operis æqualitatem explorant. Quanquam Festus in dictione examussim testatur, amussim quibusdam esse non lineam, neque regulam, sed ferramentum quo fabri in poliendo utantur. Persius de poeta absoluta carmina componente, quod modo citauimus,

-Scit tendere uersum,

Non secus, inquit, ac si oculo rubricam dirigat uno.

Idem in carmine de uiro bono, quod Vergilio tribuunt:

Ne quid bilet, ne quid protuberet angulus, æquis

Partibus ut cocant, ne quid deliret amussis.

Vsurpat idem Basilus ad nepotes, cum iubet unamquamque disciplinam ad finem felicitatis reserue, perinde quasi lapides, iuxta Doricum proverbium, ad amussim dirigentes. Natum uideri potest apud Homerum Odysseum, cum loquitur de Ulyssæ nauem sibi fabricatæ:

Ἐποιοῦ δ' ἐπισκεψέμενος, καὶ ἐνὶ σάμῃ τ' ἔμω.

Expoliit multa arte superque induxit amussim.

Rursus Iliados.

Ἀλλ' ὅς τε σάμεν δαρυμένον ἐξέλεγε

Τέκτονος οὐραπέλας, σιδηρομένης, ὅς ῥ' ἄτι πέσσε

Ἐξείδῃ σφίγας ὑπερμαστύχων ἀδύνας.

id est,

Materiam ueluti naualem exæquat amussis,

Ducta fabri docti digitis, qui calleat artem.

Quæcumque est, teneatque probe, monitrice Minerva.

Est apud eundem & aliis aliquot locis.

Ad unguem.

AD unguem, eundem habet sensum. A marmorariis sumpta metaphora, qui superinducto ungui, commissuras explorant marmorum. Horatius: -Ponteius ad unguem Factus homo, id est, absolutus. Idem in Arte,

-Carmen reprehendite, quod non

Multa dies, & multa litura coercuit, atque

Perfectum decies non castigauit ad unguem.

Vergilius secundo Georgicon lib.

-Nec secius omnis in unguem

Arboribus positis secto uia limite quadret.

Persius:

-Ut per leue seueros

Effundat

Othenis: Postridie quoque, inquit, in augurando tēpe-
state orta, grauiter prolapsa, identitē obmurmura-
se: τί μοι καὶ μακρὸς ὥλας; id est, Quid mihi cum
longis tibiis? Quo quidem loco demiramur quid com-
mouerit quendam, non obscuri nominis interpretem,
ut reiectis Suetonij uerbis uelut adulterinis, Dionis
supponenda putaret: quasi uero nephās sit, auctori-
bus eandem sententiam diuersis explicare formis, aut
quasi non elegantius etiam dixerit Suetonius quam
Dion.

Vtinam mihi contingant ea, quæ sunt
inter Corinthum & Sicyonem.

EUSTATHIUS enarrans Iliados secundum lib. ait
hunc uersum olim prouerbio fuisse celebratum:

Εἴ μοι τὰ μεταξὺ κορίντης καὶ σικυῶνος. id est,

Sit mihi quod Sicyonem interiacet atq. Corinthum.

Id inde venit in adagium, quod urbs utraq. esset opulē-
tissima, agriq. longe feracissimi interiacerent. Aristop-
hanes in Auiibus, indicat ex oraculo natum:

Ἀλλ' ὅταν οἰκίσωσι λύκοι πόλιν τι κορίνθου

Ἐν τῷ τῷ μεταξὺ κορίνθου καὶ σικυῶνος. id est,

Corinix cana lupusq. ubi eadem sede morantes

Quod spatium Sicyonem dirimit atque Corinthum.

Interpres adscribit Aescopo cōsulenti de parandis opi-
bus, ita responsum fuisse:

Εἴ το μοι οὐ καὶ ὅταν κορίνθου καὶ σικυῶνος. id est,

Si teneas quod agri Sicyonē, interq. Corinthū est.

Refertur & a Zenodoto, atque item Athenæo libro
Dipnosophistarum quinto, conueniet ubi quis optat in-
gentia. Poterit & per iocum torqueri in eum, qui
quod assequi non potest, id uotis tamen quasi somniat.
Simili figura dictum est illud Theocriti in Ergatinis:

Αἶε μοι ὅσα καὶ ὅσα χρῶσιν πόκα φασί πεπείσται. i.

Quæ Cræsum tenuisse ferunt, utinam illa mihi sint,

Deum esse, Deum facere.

HYPERBOLAE sunt prouerbiales de singulari laude
dignis. M. Tullius in Oratoris sui lib. 2. In quo tu mihi,
inquit, Deus esse uideris: id est, singularis ac summus.
Terentius in Adelphis: Deum te facio: id est, summis
laudibus effero. Inde natum, quod prius mortales, si
quem ob egregias, ac minime uulgares uirtutes suspi-
ciebant, eum Deum, ac diis genitum aiebant. Id quod
euenit Alexandro Magno, Scipioni Africano, Osta-
nio Augusto, cumq. his alijs compluribus. Cui quidem
rei Aristoteles adstipulatur Moralium libro 7. Hanc,
inquiens, uirtutem heroicam uelut homine maiorem,
& diuinitati proximam uocant. Hinc & Homerus
Priamum de Hectore loquentem facit, ad hunc mo-
dum Iliados ω.

Οὐ δὲ ἴσκει

Ἀνδρὸς καὶ ἐν τοῦ πατρὸς εἴμεναι, καὶ θεοῦ. id est,

Nec iam hominis sane mortalis filius ille

Esse uidebatur, sed diuo semine natus.

Porro Laconibus, ut idem testatur, peculiaris hic erat
mos, ut cum uehementer quempiam admirarentur,
diuum uirum appellarent. Idem commemorat Socra-
tes apud Platonem in Menone: καὶ οἱ Λακωνεὶς ὅταν τι
καὶ ἰσχυρὰ καὶ ἀνδρῶν ἀνδρῶν, θεὸς φασιν ἄνθρωπος
id est, Et Lacones quoties laudant aliquem uirum bo-
num, diuinus, inquit, uir hic. Inde illa apud Home-

rum solennia: θεὸς ἴσκει καὶ ἐν τοῦ πατρὸς εἴμεναι, id est, Deo similis,
& diuina specie. καὶ ἰσότης καὶ ἰσότης, id est, Deo par, et
admodum diuinus. Contra, insigni improbitate uiros,
belluas appellamus, idq. etiam uulgo tritissimum est.
Diuus Hieronymus ad Aurelium Augustinum scri-
bens, per Ironiam torfit in quosdam, non contentos cō-
muni hominum iudicio, sed noua quædam desiderantes,
Deos illos appellans. Quintilianus Institutionum lib.
1. hominem omnibus numeris consummatum, uulgo
mortalem Deum dici solitum indicat. Nam sapientes,
inquit, formantes eum, qui sit futurus consummatus
vndiq. & ut dicunt mortalis quidam Deus, non mo-
do cognitione celsitum vel mortaliū putant insti-
tuendum, &c.

Sæpe etiam est holitor ualde op-
portuna locutus.

AVLVS Gellius in Noctibus suis lib. 2. cap. 6. testa-
tur hūc uersiculum olim prouerbio fuisse celebratum:

Σαπὲ καὶ καὶ κῆρυξ ἀνὴρ καὶ ἀλλὰ κῆρυξ ἰσότης. i.

Sæpe etiam est holitor ualde opportuna locutus.

Quo quidem admonemur, non esse fastidendam saluta-
rem sententiam propter auctoris humilitatem: nam
fieri nonnunquam, ut aliquis in finæ fortis ac notæ
uir, aut minime doctus, dicat quiddam haudquaquam
assequendum etiam summis uiris. Huic respondet illud
Cæcilianum apud Ciceronem in Tusculanis quæstioni-
bus, Sæpe est etiam sub pallio sordido sapientia. Neq;
dissonat Plautinum illud in Captiui duo: Vt summa sæ-
pe ingenia in occulto latent. Porro quod ad Græcum
attinet adagiū, lectorē admonendū putauimus, hunc
quidem ad modum in omnibus, quos adhuc uiderim,
Gellianis codicibus inueniri scriptum. Verum dum sur-
sum ac deorsum in Græcis auctoribus oberramus, for-
te fortuna in collectaneis quibusdam, nullum quidem
auctoris titulum præferentibus, sed eiusmodi tamen,
ut aut Stobæi, aut certe ex hoc decerpta viderentur,
huiusmodi carmen inuenimus citatū ex Aeschyli tra-
ga dia, cui titulus, Phryges:

Σαπὲ καὶ τοὶ καὶ μωροὶ ἀνὴρ καὶ ἀλλὰ κῆρυξ ἰσότης. id est,

Sæpe etiam stultus fuit opportuna locutus.

QVÆ sententia totidem uerbis etiam uulgo nunc dici-
tur, a viro stulto nonnunquam sapiens dictum profici-
sci. Respondet autem ad illam, quam superius ex Enri-
pide citauimus,

-Μωρὸς καὶ μωρὸς λέγει.

id est,

Nam stulta stultus loquitur.

Etenim hoc tametsi vere dictum est, tamen fit nonnun-
quam, ut fatuus vel casu, vel imprudens aliquid egre-
gie dicat, & ad rem uehementer accommodatum. Id
quod accidere sæpenumero uidemus. Quid enim potuit
uel ab homine falsissimo dici accommodatius, quam
quod narrat Suetonius dictum a quodam, qui mente
parum constabat, in Pompeium & Iulium Cæsarem:
Salue rex, salue regina. Cum Pompeius regni affectati
laboraret inuidia, Cæsarem rumor esset, Nicomedi re-
gi uxoris vice fuisse.

Copix cornu.

Αμάλθια κίερε, id est, Copia cornu. Cum affatim omnia
supereffe significamus, copix cornu dicimus. Translatū
a pueris fabula, quæ uarie narratur apud auctores.

Quidam

Quidam adhuc modum narrant: Rhea Iouem cuncta, metu patris infantem in Creta occultit, nutriendum a duabus nymphis, Adrastea & Ida, Melissei filibus. Hæ nutriculae illi capræ cuiusdam lacte, cuius nomen fuerit Amaltheæ, capram Iupiter in adultus in sydera reuoluit, uocaturq. a Grecis ἀμάλκη, id est, capra cælestis. Huius alterum cornu nymphis nutricibus dedit, uidelicet officij premium, hanc addiciens facultatem, ut quicquid optassent, id illis ex eo cornu largiter suppelleretur. Ouidius Fastorum lib. 5. paulo diuersius fabulam narrat hoc pacto,

Nais Amalthea Cretæ nobilis Ida

Dicitur in syluis occulisse Iouem.

Hic fuit hædorum mater formosa duorum,

Inter Diæcos conspicienda greges,

Cornibus aeris, atque in sua terga recuruis,

Ubere, quod nutrix posset habere Iouis.

Lac dedit illa deo, sed fregit in arbore cornu,

Truncatq. dimidia parte decoris erat.

Sustulit hoc nympha, cunctiq. decentibus herbis,

Et plenum pomis, ad Iouis ora tulit.

Ille uires cæli tenuit, folioq. paterno

Sedit, & inuictio nil Ioue maius erat.

Sydera nutricem, nutricis fertile cornu

Fecit, quod dominæ nunc quoq. nomen habet.

Legimus & Herculem Aetolis donasse copie cornu, propter coercitum cornu fluminis Acheloi: quare regionem illam antea sterilem, fertilissimam reddidit: cornu nimirum laborum duriciem significante, frugibus feracitatem. Hunc igitur titulum Phocion quidam Peripateticus libro suo indidit, ut testatur Aulus Gellius. Plinius item ostendit Græcos aliquot hanc inscriptionem nimis arrogantiæ suis commensurari imposuisse, tanquam nihil in eis non contineretur, & quiduis inde peti, atque accipi possit. Lucianus de mercede merentibus, καὶ ἔστι τὸ ἀμαλθιαστὸν κέρα, ἢ ἀμαλθιαστὸν κερα, id est, Et habebis copie cornu, & lac gallinaceum emulgebis. Philostratus Dionem sophistam appellat ἀμαλθιαστὸν κέρα, uelut omni genere uirtutum expositum. Plautinus quidam seruus, epistolam quamdam copie cornu uocat, quod plurimum ex ea commodorum capi posset. Aulus Gellius lib. 14. cap. 6. Et simul dat mihi librum grædi uolumine, doctrinis omni-genis, ut ipse dicebat, præsententem. Accipio cupidus & libens, tanquam si copie cornu nactus essem. Apud Athenæum Philoxenus secundam mensam uariis cupidis instructam, copie cornu uocat. Citatur a Suida carmen huiusmodi,

Εὐδὲ μοι ἰβὶς ἐστὶν ἀμαλθιαστὸν κέρα αἰγός. id est,

Capræ ubi Amaltheæ præbet mihi pabula cornu.

Carmen est heroicum. Effertur adagium hoc quoq. παῖτο, ἀμάλκη, id est, capra cælestis. Comædia uetus notat Polyagrum quendam uxorem ad questum prostituentem, quam celestem capram uocat, ob immensum questum, ut testatur Plutarchus in commentario de audiendis poetis, Εὐδαιμονίου πολυαγροῦς ὡς ἐστὶν ἀμάλκη τοῦ πόρον τρεῖς, id est, Fortunatus Polyager, id est, multorum agrorum possessor, celestem capram opes adferentem alens. Idem alibi aduersus Stoicos, ὁ δὲ τὸ σωτικὸν λαβὼν ἀμαλθιαστὸν, id est, At qui Stoicam acceperit Amaltheam, irridens paradoxa Stoicorum, qui suo sapienti tribuunt uniuersa, diuitias, libertatem, sa-

nitatem, regnum. Horatius in Odis,

-Beata pleno Copia cornu.

Lac gallinaceum.

Ορνίθειον γάλα, id est, Gallinarum lac, cui lem habet sensum.

Dicitur enim in opulentos, & quibus quiduis rerum suppeditat. Aut de raris inuentu atque ob id preciosis: ut sit hyperbole significans nihil omnino deesse.

Plinius in præfatione historie mundi, irridens Græcorum deliciosas quasdam & magnificas inscriptiones: Cerion, inquit, inscribere, quod uolebant intelligi sanum, alij κέρα ἀμαλθιαστὸν, quod copie cornu, uelut lactis gallinacei sperare possis in uolumine haustum. Aristophanes in Pæssis,

Εἶναι γὰρ οὐδὲν ἄν ὀρνίθειον γάλα

Ἀντὶ τοῦ βίβειν καὶ τοῦ ἀνδρὸς μετὰ ἀποσιτίει. id est,

Non lac Hercle gallinaceum

Hæc pro uita capiam, quam mihi adimīs in præsentia. Eustathius in quartum Odysseæ, citat hoc adagium ex Anaxagoræ fabula, cui titulus, ὁ δ. Rursum Aristophanes comicus in fabula, cui titulus, ὀρνίθειον,

-Δοξομεν οὖν

Ἀλκις, καὶ σὺ, παῖδά σου παύειν

Πλατύνειν, εὐδαιμονίζειν,

Βίβειν, κλέπειν, γινώσκειν, κάλλειν,

Χορεύειν, ἐκλεῖσθαι, γάλα γὰρ ὀρνίθειον,

ὥς τι παρὰ σοὶ ὅμιν κοπιᾷ

Ἐπὶ τῶν ἀγαθῶν.

id est,

Dabimus uobis ipsis, filiis, filiorum filiis, opulentiam bonæ uoletudinis, felicitatem, facultates, pacem, iuuentutem, risum, choros, festa, lac gallinarum, ut sitis præ bonorum copia laboraturi. Strabo Geographiæ lib. 14. narrat de Samiorum agris, quod essent omnium rerum amplius feraces, illud uulgo iactatum esse, quod lac etiam ferrent gallinaceum. Idem testatur hoc adagium apud Menandri comici inueniri. Athenæus libro Diogenis philosophi nono, ex mediæ comædiæ scriptore quopiam Mnesimacho, senarios hos adducit, καὶ τὸ λεγόμενον

Σπανίον πρὸν πέρειν ὀρνίθειον γάλα,

Καὶ φρεσὶν ἐκλεῖσθαι τὰ ἀγαθὰ καλῶς.

Id est, Et quod dicitur prouerbio,

Lac suppetit, res rara, gallinaceum, ac

Plumis reuulsis phasianus ad probe.

Rursum libro nono adducit ex Numenio,

Ἡ δὲ πρὸ ὀρνίθειον καλεῖται γάλα.

id est,

Atque quod gallinæ dicitur lac.

Idem libro tertio indicat, quibusdam lac gallinaceum esse, album oui.

Non omnibus dormio.

NON omnibus dormire dicuntur, qui non omnibus inferuiunt, neque per omnia gerunt morem. Translatum putant a maritis quibusdam nimis obsequentibus, qui uxores suas adulteris scientes produnt, somnum interim inter pocula simulantes, ut adultero quod libet liceat. Quod genus obsequij notans Iuuenalis,

-Doctus, inquit, spectare lacunar,

Doctus & ad calicem uigilanti stertere naso.

Plutarchus in libro, cui titulum fecit, ἱερῶν κῶ, fabulam super hac re non illepidam narrat. Cum Galba quispiam conuiuio Mecænatem accepisset, sentiret quædam e nutibus hominem inflammatum in uxorem suam, sensim

senſim demifit caput, perinde quaſi dormiret. At cum interea famulus quiſpiam ad menſam accedens, uini clam tollerct, ibiſſa uigil & occuſatus, Infelix, inquit, an neſciebas me ſoli Mecenati dormire? Meminit huius adagi, & ad hunc quem dixi modum exponit Feſtus Pompeius, citans ex Lucilio, tractum oſtendens a Catio quodam, qui Pararencho dictus ſit, quod ſimularet dormientem, quo impunitius eius uxor mœcharetur. Idem indicat huius rei meminiffe Luciliū. Vſurpat & M. Tullius libro familiarium epiftularum ſeptimo, Olim non omnibus dormio, ſed ego mi Calle, non omnibus ſeruo. Videtur indicare Cicero alterū, puta, non omnibus dormio, uetus fuiſſe, alterum nempe, non omnibus ſeruo, nouum. Vtrumq. certe prouerbiale, ſed prius illud pertinet ad conſeſſionem iuris, hoc poſterius ad obſequium impendendum. Idem Tullius epiftularum ad Atticum lib. 13. Eſt bellū aliquem odiſſe libenter, & quemadmodum dicitur non omnibus ſeruire. Qui quidem locus non uidetur carere mendo. Fortaſſe enim ſcriptum erat, & quemadmodum non omnibus dormire, ita non omnibus ſeruire. Quin & hæc ipſa uox, ſeruire, non uacat metaphora, cum dicimus, ſeruire ſcenæ, ſeruire tempori, ſeruire uitis, ſeruire ingenio uxoris, ſeruire populo, ſeruire commodis priuatis, pro eo quod eſt, nihil non ſacere quo ſatisfacias.

Sardi uenales.

Σαρδιανοὶ ὄνοι, id eſt, Sardi uenales. In eo libello, cui titulus eſt, De uiris illuſtribus, quem alij Plinio, nonnulli Suetonio tribuunt, utriusque reclamante ſtylo, huiusmodi quoddam adagium reſertur, Sardi uenales, de negotio infinitæ prolixitatis atque inexplicabili. Idq. hinc eſſe ortum tradunt, quod Tiberius Sempronius Gracchus, cum altero conſulatu Sardiniam domuiſſet, tantum ex ea captiuorum adduxit, ut longa uenditione res in prouerbium abierit. Plutarchus in Problematis Romanorum, aliam adfert cauſam, nimirū olim inoleuiſſe morem apud Romanos ſolennem, ut qui ludos ederent in Capitolio, Sardos uenales pronunciant, prodiretq. puer quiſpiam, per ludibrium monili cinctus, quam bullam uocant. Eum morem hinc ortum putat, quod Veientes Hetruſcorum populi, multū temporis cum Romulo bellum geſſiſſent, quodq. horum urbem poſtremam Romulus expugnaffet. Etiam ſi T. Liuius lib. 1. narrat, uictos quidem a Romulo Veientes, ſed tamen uictorem ab urbe munita abſtinuiſſe. Vnde & regem ipſum, & cum hoc captiuos quam plurimos Romam deductos, uenales pronunciauit. Porro cum Lydi ab initio fuerint Hetruſci, quemadmodum teſtatur & Herodotus lib. 1. Lydorum autem caput erat Sardis, inde factum, ut Hetruſcos Sardorum nomine pronunciarit uenales. Reſert eadem Plutarchus in uita Romuli, licet aliquanto diuerſus. Debellatis Veiiſ captus eſt illorum dux, qui cum eſſet prouectæ ætatis, uifus eſt rem imprudentius geſſiſſe quam pro ætate. Vnde mos inoleuit, ut quoties Romani ob partem uictoriam immolarent uictimam, ſeuem purpura induitū per forum in Capitolium inducerent, bullaq. ad collū appenſa, quod tum erat puerorum inſigne, præco Sardinianos uenales pronunciarer. Hetruſcia caput Veij ſunt, & Hetruſci Sardiniorum coloni putantur. Vſus

eſt hoc adagio M. Tullius libro Epiftularum familiarium 7. ad Gallum: Habes, inquit, Sardos uenales, alium alio nequiores Sentit Cicero de contemptis & improbis: & ni fallimur, patria quoque Sardis. Nam ita ſcribit paullo ante hunc locum: Id ego in lucris pono, non ferre hominem peſtilentiores patria ſua.

Dafypus carnes deſiderat.

Δαſύπυς κρέων ἐπιθυμῶν, id eſt, Dafypus carnes deſiderat. Dicitur in eos, qui ea requirunt ab aliis, quæ iſſis affatim ſunt domi. Et enim Dafypus de genere leporum. Lepus autem, ut auctor eſt Plinius lib. 8. cap. 55. animal eſt innocuum, eſculentum & ſæcundum, omnium prædæ nauſcens. Solus præter daſypodem ſuperſetat, aliud educans, aliud in utero pilis neſtitum, aliud implume, aliud inchoato gerens partu. Dictus eſt autē daſypus a pedibus hirsutis ac uilloſis.

Tute lepus es, & pulpamentum quæris.

SUNT qui exiſtiment cum proximo idem eſſe, quod legitur in Eunuchō Terentiana: Tute lepus es, & pulpamentum quæris? Dictum eſt autem a milite glorioſo in adoleſcentem Rhodium, qui ſcorto ſuo alludebat, ipſe ea ætate, qua ſcorti uicibus ſungi poſſet. Donatus allegoriam uariis modis exponit, indicans prouerbium hoc in molles conuenire, propterea quod lepus a poſteriori parte, hoc eſt, a lumbis & clunibus pulpamentum de ſe præbeat, eaq. corporis parte lautiſſimus ſit: uel quod eum canes, amatorum inſtar, ſequantur: uel qđ lepus a Phyiſicis dicatur incerti ſexus, modo mas, modo ſæmina. Quæ commenta frigidiore uidentur, Flauius Vopifcus in Numeriano imperatore, ſcribit adagium Terentianum, Liuij eſſe Andronici uetuliſſimi Romanorum comici.

Vno ſaſce complecti.

VNO ſaſce complecti, legitur apud eundem Plinium, pro eo quod eſt, eadem opera, & coniunctim agere, nō ſeparatim. Verebatur, inquit, ne nos dies, ne nox, ne latera deſicerent, ſi tot crimina, tot reos uno uelut ſaſce complecteremur. Translatū eſt ab iis, q. res multas ſimul colligant, quo commodius geſtari queāt. Id Græci dicunt τὸν ἅλμα, id eſt, comprehenſum.

Salem & menſam ne prætereas.

Ἀλλὰ καὶ τράπεζαν μὴ πρὸςβαλεῖν, id eſt, Salem & menſam ne prætereas. Ne negligas amiculorum conſuetudinem aut ne uioles amicitia iura. Nam his rebus olim conciliabantur amici, & familiares antiquitus mutua inter ſeſe conuiuia æſtitabant. Quemadmodum teſtatur etiam Diogenes Laertius in uita Pythagoræ. Et adſtipulatur Theocritus in Hyla:

Οἱ μὲν ἄμφω ἱταίροι ἀνὶ δαίμοντι τράπεζαν. id eſt.

Qui ad menſam ſemper eandem

Cenabant ambo fidi nimirum ut amici.

Loquens de Hercule a Telamone. Tum Euripidis Hecuba, Polymneſtoris exaggerans facinus, hoſpitalis etiam menſe facit mentionem:

Κοινῆς τραπέζης παλαιῆς τυχεὶν ἐμοί, id eſt,

Menſa receptus ſæpe communi mihi.

Inde eſt, quod, ut docet apud eundem Laertium Alexander in commentariis Pythagoricis, Pythagoras vetabat

vetabat frangipancem, videlicet ne diffecaretur, quod amicos copularet. Idem censuit salem potissimum in mensa apponendum, quod æquitatis ac iustitiæ nos admoneret, ut quod & seruet, tucaturq. quidquid occuparit, & ex liquidissimis rebus aqua mariq. fiat. Origenes aduersus Celsum lib. 2. Parium quempiam Iambo graphum adducit, qui Lycomantem infectatus sit, quod salem ac mēsam esset prætergressus. Certe apud Macedones patrio ritu scdus, quod sanctissimum vellet haberi, sic imbant, ut panē gladio diuisum vterq. libaret. Auctor Q. Curtius libro octauo.

Baceli similis.

Βακίλος βακίλος, καὶ βακίλος ἴ, id est, Bacelo similis, & Bacelis es. In cinedos ac parum viros dictum, aut in maguos quidem corpore, sed animo stupidos. Tractum a forma moribusq. Baceli cuiusdam. Ait Suidas Bacelum proprie significare eum, qui sit cæcillus, eoque in molles dici, quod hoc morbo potissimum laboret illud hominū genus. Antiphanes in Caribus, Bacelum quēpiam taxat apud Athenæum lib. 4.

Οὐχ ὁρᾷς ὅτι βακίλος;

Τῶς χεῖρσι τὸν βακίλον, οὐδὲ ἀχύνεται: id est,

An Bacelum non vides,

Manibus suis sic saltitantem, nec pudet?

Meminit huius Suetonius in vita Augusti, scribens e peculiari vocabulo, Bacelum pro stulto assidue solitum dicere, quāquam in vulgatis codicibus Baceolus scriptum est. Hermolaus existimat & apud Quintilianū recte pro Bagoa, Bacelum legi posse. Verba Fabii sunt hæc, At vero statuarum artifices, pictoresq. clarissimi, cum corpora speciosissima pingendo fingendoue effingere cuperent, nunquam tamen in hunc inciderunt errorem, ut Bagoam, aut Megabysum aliquē in exemplum operis assumerent sibi. Verum non videtur, cur Fabiana scriptura mutanda sit, cum Βαγοα barbarā lingua significet eunuchum, quo nomine Lucianus philosophum quendam inducit, qui vultu corporisq. figura eunuchum præ se ferret. Quin & Ouidius de Amoribus, seruam puellæ custodem Bagoum appellat,

Quem pæncis est dominam seruandi cura Bagoe.

Batalus.

Βατάλος ἴ, id est, Batalus es. Olim in effæminatos per contumeliam dicebatur. Plutarchus ostendit id cognominis Demostheni puero inditum fuisse, & ab inimicis probro obiectum. Porro cognominis huius idem varias adfert rationes: vel quod Batalus quispiam fuerit tibicen, mollis & effæminatus, qui muliebribus sandaliis primum omnium in scenam prodierit, ac musicā, ut ita dixerimus, euirarit: vel quod poetæ cuiusdā obscæno nomen fuerit Batalo: vel quod apud Atticos Batalus appellata sit ea pars corporis, quæ verecunde nominari non potest. Meminit huius rei Libanius. Idem nempe Demosthenes iam prouecta ætate simili contumelia dictus est Argas: siue quod hoc nomine fuerit quispiam malarum auctor legum: siue quod, ut existimat Suidas, serpentis genus sit Argas. Dicunt item Græci βαταλίστας, pro eo quod est, turpiter atque effæminate viuere.

Beneplaustrum perculit.

RVSTICORVM proverbium est, Bene plaustrū perculit. Apparet dici solitum in eos, qui quempiam impellunt, quo suapte sponte iam propendebat. Translatum a palustris onustis, quæ quo exonerentur, solent everti. Fit autem id commodius in eam partem, in quam propter solum declinans inclinant. Donatus indicauit hoc adagium exponens in Eunucho hæc Parmenonis verba, Perculeris iam tu me? Ab hac sententia non abhorret Plantinum illud in Curculione, Qui monet, quasi adiuuat. Verba sunt lenocis, qui libentius sit mutaturus fidem, admonitus a trapezita, quod tamen vel citra monitorem erat facturus. Idem eleganter expressit Sophocles apud Plutarchum in vita Artaxerxis:

Τὰ χεῖρ ἀντὶ τῶν κακῶν δόσι περὶ: id est,

Rerum malarum facilis est persuasio.

Pleriq. ad deteriora proclines sunt.

In Care periculum.

Εν καρί τὸν κίνδυνον, id est, In Care periculum, subaudi, facito, hoc est, in homine, aut re villore, fac periculosam experientiam, in qua si parum feliciter cesserit, non multum sit dispendij capiendum. Huic adagio Carum mores fecere locum. Hic populus est, ut auctor est Melas Pöponius, incertæ originis, ut quos alij ἀντὶ χέρας, id est, indigenas, nonnulli Pelasgos, alij Curetes existimant, gens usque adeo armorum pugnaq. amans, ut aliena etiam bella mercede conducti soliti sint agere. Vnde Theocritus in Encomio Ptolemæi,

Φιλοπράμοις τὸ καρίασθαι dixit.

id est,

Bellandiq. avidi Caribus.

Item Herodotus in Euterpe, ostēdit Cares barbaro seruiliq. fuisse ingenio, & ad quiduis malorum ferendum paratos, mercede proposita. Id quod indicat & Aristophanes in Auibus: Εἰ δὲ δούλος ἐστὶ καὶ κάρ, id est, Quod si seruus est & Car. Strabo lib. Geographiæ 14. narrat Cares tota quondam errasse Græcia, passimque stipēdis meruisse. Ceterum in rebus bellicis usque adeo præcelluisse, ut passim apud poet. arma bellica Carica nominentur, quemadmodum Anacreon Caricam lo ricam, Alcæus Caricam cristam dixit, ad quam alludit Aristophanes in Auibus. Suidas scribit, Cares primos mortalium mercede militasse, ut qui vitam suam vilē haberent. Hos igitur, qui conduxerant primos in acie collocare consueuerāt, ut primos hostium impetus suo exciperent periculo, aut ubi fortuna belli difficilima videretur, illic obiciebantur. Perse sua lingua κάρδεκας appellabant, qui rapto vivebant. Carū laudem his temporibus æmulari videntur Elnetij, gens bello nata, simplex alioqui, ac minime malum hominum genus, planeq. dignū, ut quidem sentimus, quod hac quoq. nota vacaret, & in litteris, & in ceteris honestis studiis egregie valiturum, si relictis bellis huc animum appelerent. Vsurpat hoc adagium Socrates apud Platonem in Euthydemo, iubens in se potius fieri periculum trās formationis, velut in homuncione Care, quæ si perdas, non admodum grauis sit iactura. Εἰ ὅτι μάλιστα οἱ νέοι φοβήσιν, ὥστε ἐν καρί ἐν ἡμῶν ἰσθὶ κίνδυνος. ὡς ἐγὼ ἵππεδ' ἡ καὶ περὶ βύτης ἐμὴ παρὰ κινδυνεύειν ἐτοίμας, καὶ παρὰ δίδωμι ἡμῶν Διονυσίου ὅρα τοῦτο ὥστε τῇ μηδείᾳ τῇ κόλῳ αὐθιγὰν μετὰ εἰ μὴ βούλεται, ἐπὶ τοῦ εἶδ' ὅτι.

L

βούλεται

βούλει τὸ τοιοῦτον ποιεῖν, μὴν χρῆσθαι ἀποφύγετο. id est, Quod si timetis vos iuvenes, in me tanquam in Care fiat periculum. Nam & ipse quandoquidē senex sum, paratus sum subire periculum, meq. ipsum trado huic Dionysodoro, quasi Medea Colchicæ. perdat me, & si velit in lebetes coquat me. Sin minus, quidquid voluerit, id faciat, tantum ut me reddat probum. Idem in Lachete huc respexit, cum ait, Cogitandum esse iis, qui primum docere incipiunt, & artis suæ periculum cum magno iuuenum periculo faciunt, non Carem quempiam mercenarium, sed civium liberos in discrimine adduci. Et hunc imitatus Aristides in oratione Panathe naica, ἐν τῷ καὶ, καὶ οὐκ ἐν τοῖς ἐν τῷ σὺμασι τοῖς πύρεσι ποιοῦμενοι. id est, In Care vero, non in suis ipsorum corporibus facientes periculum. Visus est eodem M. Tullius in actione pro L. Flacco: Quid, inquit, de tota Caria? nōne hoc vestra voce vulgatum est, Si quid cum periculo experiri velis, in Caria potissimum esse faciendum? Quem quidem locum apparet esse vitiatum, & in Care legendum esse, non in Caria. Huic diuersum est illud, Aureo piscari hamo: quod alibi reddemus.

In dolio figularem artem discere.

ITEM illud, ἐν πύρῳ τῷ κεραυνοῦ ἐν κεραυνῷ, id est, In dolio figularem artem discere. De iis, qui protinus maximis in rebus artificij sui capiunt experimētum, cum paulatim a minutis ad summa proficisci cōueniat. Ne que enim figulus statim a dolio, id est, vase maximo artem auspicatur, sed a pusillis quibusdam vasculis, in quibus non sit graue dispendium, si quid secus accidat. In hanc ferme sententiam vsurpat Plato in Lachete: Σκοπεῖν χρὴ μὴ οὐδὲν τῷ καὶ ἡμῖν ὁ κίνδυνος κινδυνεύειν, ἀλλ' ἐν τοῖς μέσσι τι καὶ ἐν τοῖς τῶν φίλων παρσί, καὶ ἀπὸ τοῦ τοῦ λιγύρου κατὰ τὸν περὶ αὐτῶν ἡμῖν συμβῶν, ἐν πύρῳ ἢ κεραυνῷ. id est, Considerare oportet, ne hoc periculum nobis fiat, non in Care, sed in filiis simul atq. amicorum liberis, ac plane contingat, quod proverbio dicitur, in dolio figulina. Dicæarchus ad aliā sententiam torquet proverbium, ut admoneat unumquemq. artificem in suis negotiis exerceri oportere, velut aurigam in ducendis curribus, nauclerum in gubernanda naui, medicum in curandis morbis. Tanquā absurdum sit, figulum in aurigatione versari, re videlicet aliena, ac non magis in dolio. Atq. ita huc pertinebit illa sententia,

Quam quisq. nouit artem, in hac se exerceat.

Et Horatianum illud in Epistulis:

Nauim agere ignarus nauis timet, abrotanū egro
Non audet nisi qui didicit dare. quod medicorum est
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.

Scribimus indocti, doctiq. poemata passim.

Sic propemodū vsurpat Gregorius Theologus in Apologia De fuga: οὐς τοῦ παίδου καὶ καὶ ἐπιχειρῶν, πρὶν αὐτοὺς ἰκανοὺς παίδευσθαι, καὶ ἐν πύρῳ τῷ κεραυνῷ τὸν λιγύρου, ἐν τοῖς τῶν ἀδελφῶν θυγατρὶς ἐκμελεῖται τὸν εὐσεβεῖν, λίαν ἰμοὶ φαίνεται ἀνάτῳ. id est, Itaq. alios velle docere, prius quam ipsi satis edocti sint, & in dolio, quod aiunt, figulinam, in aliorum animis meditari pietatem, mihi quidem videtur hominum insigniter desipientium.

Ne sutor ultra crepidam.

HVIC finitimum est illud, Ne sutor ultra crepidam, id est, Ne quis de his iudicare conetur, quæ sint ab ipsius arte, professioneq. aliena. Quod quidem adagium natum est ab Apelle nobilissimo pictore. De quo Plinius libr. 35. cap. 10. scribit in hunc modum: Idem perfectæ opera proponebat in pergula transeuntibus, atque post ipsam tabulam latens, vitia quæ notarentur auscultabat, vulgum diligentiorē iudicem quam se præferēs: feruntq. a sutore esse reprehensus, quod in crepidis vna intus pauciores fecisset ansas. Eodem postero die superbe ob emendationem pristinae admonitionis canillante circa crux, indignatum prospexisse, denūciātem, ne supra crepidam sutor iudicaret. Quod & ipsum in proverbium venit. Hactenus Plinius. Huic similitudinem est, quod refert Athenæus, Stratonicus citharædius fabro secum de musica contendenti, Non sentis, inquit, te ultra malleum loqui? Eodem pertinet, quod huius nepos in epistulis scripsit, de artificio non recte iudicare quenquam, nisi & ipsum artificem. Quodq. primo Moraliū libro dixit Aristoteles, carum rerum unumquemq. iudicem esse idoneum, quarum sit eruditus. Et quod idem scripsit libro secundo Naturalium, cæcum disputare de coloribus. Quæ verba iam inter nostri temporis scholasticos in proverbium abiierunt, quoties quispiam de rebus ignotis disputat. Ad eandem sententiam referendum, quod ait Fabius Pictor apud Quintilianum, felices futuras artes, si soli artifices de iis iudicarent.

Dij facientes adiuant.

VARRO libro De re rustica primo: Et quoniam, ut aiunt, dii facientes adiuant, prius inuocabo deos. Significat diuinam opem non cessantibus, sed industriis, & pro sua virili conantibus auxilio esse solere. Huc est referendum illud Homericum carmen, quod iam velut in proverbium abiit:

Ταλὶ μάχ' ἀλλὰ μὲν αὐτὸς ἐν φρεσὶ σφραγίσσεται,

Ἀλλὰ δὲ καὶ δαίμων ὑποβοήσεται. id est,

Hæc partim ipse tuo perpendes præflore tecum,

Partim aliquis diuum tibi suggeret.

Id M. Tull. vsurpauit lib. Epist. ad Atticum 9. Omnia vobis imparatis agenda. Sed tamen. - Ἀλλὰ μὲν αὐτὸς,

Ἀλλὰ δὲ καὶ δαίμων ὑποβοήσεται. id est,

Partim ipse inuenies, partim fors suggeret ipsa.

Cum Minerua manum quoq. moue.

HVIC finitimum est, τὸν εὐεχῶ καὶ χεῖρα κίνη, id est, Auxiliante Minerua manum interim moue. Monet adagium, ne fiducia diuinæ opis industriam remittamus. Conuenit peculiariter in mulieres, quæ lanificiū exercent, fauente quidem atq. inuocata Minerva: sed nibilo segnius interim operi insistent. Sunt qui putent ab agasone quopiam natum, cuius asinus cum luto infixus hæreret, deberetq. illi succurrere, otiosus Herculem implorabat. Huic respondisse deum, uti interim manū admoueret asino laboranti, atq. ita demum numē adfuturum. Alij diuersam huic fabulam adferunt, puta quendam cum esset decertaturus, Mineruā consuluisse, num futurum esset ut victor discederet. Responsum est, fore. Iterum cum ille ingressus in theatrum, in certamine

tamine manibus staret otiosis, percussus ab aduersario victum fuisse. Ad hoc adagium pertinet elegantissimum illud carmen, quod ex Agathonis tragædia citat Aristoteles, libro Moralium Eudemiorum quinto:

Τίχην τύχῃσις ἴσῃσι, καὶ τύχῃ τίχῃ. id est,

Fortunam ut ars, fortuna ita artem amat inuicem.

Citatur a Suida senarius hic in eandem sententiam:

Αὐτὸς τι γὰρ δρῶν, ἴσῃσι τῶν ἐν ἐξ καλῶν. id est,

Fac interim aliquid ipse, dein deos voca.

Nostro Marte.

QVOTIENS nullis auxilijs adiuti, nostropote ingenio, proprijsq. viribus re peragimus, nostro Marte peragere dicimur. Aut etiam cum nostro periculo res geritur. M. Tul. libro Officiorum 3. Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, sed, ut dicitur, Marte nostro. Haecenus ille. Idem Philippica 2. de Deiotaro loquens: Rex enim ipse sua sponte, nullis commentarijs Caesaris, simul atque audiuit eius interitum, suo Marte res suas recuperavit. Cod lib. 2. titulo. Ne liceat potentioribus, cap. 1. Bene admodum constituit Claudius consultissimus princeps, parens noster, ut iactura cause afficerentur hi, qui sibi potentiorum patrocinium aduocassent, ut hoc proposito metu, iudiciariae lites potius suo Marte decurrerent, quam potentiorum donorum opibus niterentur. Rursus libro 3. titulo De iudicijs, cap. 11. Illo proculdubio obseruando, ut si neque per alterutram litigantium partem, nec per iudices steterit, quo minus lis suo Marte decurrat, sed per patronos causarum licentia detur iudici. Translatum videtur ab imperatoribus, qui suis ipsorum auspicijs & copijs bellum substinent: siquidem Plautus etiam Meis copijs, dixit, pro meo Marte. Sapiunt proverbium etiam illa, Varro Marte, Dubio Marte, Iniquo Marte. Huic adagio pene diuersum est illud quod alibi retulimus, καὶ αὐτὸς ἐπιστάς, id est, Non absq. Theseo.

Nequidquam sapit, qui sibi
non sapit.

SENTENTIA vel hodie vulgo frequentissime iactata, Frustra sapere, qui sibi non sapiat. Plato in Hippia maiore, καὶ πολλοῖς, inquit, σωδοῦναι, ὅτι τὸν σοφόν, αὐτὸν αὐτῷ μάλιστα δεῖ σοφόν εἶναι. id est, Idem itidem et plerisq. videtur, quod oportet eum qui sapiat, ipsum sibi maxime sapientem esse. Usurpat & Cicero in epistula quadam ad Trebatium, ostendens ex tragædia Medea sumptam: Et quando, inquit, capi agere Medeam, illud semper memento.

Qui sibi ipse sapiens prodesse nequit, nequidquam sapit. Est aut. versus trochaicus. Idem Epistularum familiarium lib. 13. ad Caesarē imperatorem: Itaq. ab Homeri magniloquentia confero me ad vera praecepta Εὐριπίδου.

Μισῶ σοφιστῶν ὅς τις ἐχ' αὐτῷ σοφός.

Quem verum senex Praecilius laudat egregie. Idem lib. de Diuinatione 1. citat ex Ennio in astrologos, Qui sibi ipsimet non sapiunt, alteri monstrant viam: Quibus diuitias pollicentur, ab his drachmas ipsi petunt. Citatur a Luciano in Apologia:

Μισῶ σοφιστῶν ὅς τις ἐχ' αὐτῷ σοφός. id est,

Sapientem eum odi, qui sibi ipse non sapit.

Eundem Alexander torfit in Calisthenem, qui se mo-

ribus eorum quibuscum vivebat non accommodaret, sed pra se ferebat, nihil eorum quae illic gerebantur sibi placere. Eaq. libertas optimo viro attulit exitium, cum Anaxarchus philosophus omnium adulatorum abiectissimus, haberetur in precio. Huius generis est illud apud Suetonium:

Aspice felicem sibi, non tibi Romule Syllam.

Cantherium in fossa.

CANTHERIVM in fossa: rusticum proverbium, sed tamen e re militari natum. Hoc licebit uti quotiens quis ad id negotij trahitur, in quo nequaquam valeat. Aut ubi res vehementer erit impedita, periculosaue. Refertur a T. Livio, decadis tertiae lib. 3. Narrat autem cum Fabius Capuam obsideret secundo bello Punico, Iubellium Tauream inter equites Campanos nobilissimum, e Romanorum exercitu quemvis ad singulare certamen euocasse, ausumq. prodire Claudium Asellium. Deinde ubi diuinus uterq. alterum libero campo elussisset, Campanus in cauam viam descendere iussit, alio qui equorum, non equitum fore certamen. Eo cum Romanus, re quam verbis ferocior, extemplo descendisset, rursus elusit Taurea sermone. qui postea in rusticum versus est proverbium: Minime scis, inquit, cantherium in fossa? Quanquam ex Livianis verbis parum liquet adagij sensus, tamen coniecturis facile deprehenditur. Pugnat autem cum illo, quod alibi dicitur: τὸν ἵππον ἐν πεδίῳ, id est, equum in planiciem. Etenim quemadmodum plurimum valet equus in planicie, ita minime valet in fossa.

Tantali talenta.

Τάλαντα παντάλῃς, id est, Tantalus talenta. De immensis opibus. Nam Tantalus Phryx ob luculentas diuitias in fabulam hominum venit, ita ut fingatur & apud inferos simile quiddam pati, cuiusmodi solent inter congestas opes tenaces isti diuites. Horatius,

Tantalus a labris sitiens fugientia captat

Pocula, quid rides? mutato nomine de te

Fabula narratur.

Ostendit, allegoriā figmenti ad diuites sordidos pertinere. Vsurpatur adagium a Platone in Sytyphrone. Suidas ait esse & apud Epicharmum, & apud Anacreontem. Effertur & ad hunc modum, cum venusta quadam vocis allusione: τάλαντα παντάλῃς ταλαστίζεται, id est, Tatali talenta talentizat: hoc est, librat & accumulatur. Porro Tantalum praediuitem fuisse testatur vel illud ex tragædia carmen apud Plutarchum, libro De exilio.

Σπέρω δ' ἄρερας δώδεχ' ἡμέρων εἶδ' ἄν. id est,

Idem dierum duodecim sero iugera.

Idē alibi ingētes diuitias, πλῆτον παντάλῃς appellat: i. opes tantalicæ. Antiphanes apud Athenæum lib. 6.

Οἶαν πατ' ἔχει καὶ θρίβαν ὁ παντάλῃς,

Μαλακὸν ταλάντοις ἐκταλάντ' ἀνέεις ἄνθρωπε. id est,

Qualem olim habebat & Thribon, qui molliter

Exutus est ipsis talentis Tantalus.

Pelopis talenta.

CONSIMILI figura Theocritus in Idyllio 9. dixit Pelopis talenta:

Μῆμοι γὰρ Πέλοπος, μῆμοι χερύσῃς τάλαντα

Εἶν' ἔχον, μὴδ' ἐπείθ' ἐστὶν ἀνέμον. id est,

L 2 Non

Non Pelopis mihi sint agriq. auriq. talenta,
Nec ventos celeres anteuolasse pede.
Porro talentum apud Atticos, maxima pecunie sum-
ma erat. Talentum minus ualebat libras sexaginta, ta-
lentum magnus octoginta. Unde illud in Phormione:
Si quis daret talentum magnum. Immo malum.

Et Aristophanes:

- Αὐτὸς γὰρ ὁ πόντος
Οὐκ ἂν γινώσκων εἰ πάλαν τὸ χρυσίον. id est,
- At ego sane Opuntius
Nolim esse, si quis det talentum mi aureum.
Id est, Nolim esse luscus uel quantalibet pecunia.

Midæ diuitiæ.

Μίδæ πλοῦτος, καὶ μίδæ πλεῖστος πρὸς, id est, Midæ opes, &
Midæ locupletior: in prouerbium abierunt, propter im-
mensas eius regis opes, quæ fabulis quoque compluri-
bus fecere locum. Statius in Surrentino Polij:

Vine Midæ gazis; & Lydo ditior auro.

Fuit hic Midas Phrygiæ tyrannus, cui iuxta poetarum
figmenta, concessum a dijs est, ut propter Bac-
chum hospitio acceptum, quod uellet optaret, acce-
pturus quidquid optasset. Optauit ut quidquid corpo-
re contigisset, protinus in aurum uertèretur. Histori-
corum litteris proditum est, huic puerò dormientis for-
micas in os grana tritici congestisse: respondisse augu-
res, omnium mortalium illum ditissimum futurum, at-
que ita euenisse. Huic Plinius primum attribuit lo-
cum inter insigniter diuites, lib. 3.

Non omnino temere est, quod
vulgo dictitatur.

ΑΡΥΘ Αριστοτέλες ὑψιπάρχει πρὸς τὴν ἀρετήν, & apud
eruditos iam olim in prouerbium abiit nobilis illa He-
siodi sententia: ἡ ἀρετὴ πᾶσι καλὰ, quemadmodum ait
Aristides in defensione Periclis, quæ dicit, non usque-
quaq. irritum esse solere, quidquid rumore populi ia-
ctatum fuerit. Ea est in operis volumine secundo, cui
titulus, Opera & dies:

Δεν γὰρ δὲ βροτῶν ὑπὸ λαίῳ φημὶ
Φήμι γὰρ πᾶσι καλὰ λαίῳ, καὶ φημὶ αἰνέσαι.
Εἰς καλὸν, καὶ λαίῳ δὲ φέρειν, καὶ λαίῳ δὲ ἀποδοῦναι.
Φήμι δ' ἔτις πᾶσι καλὰ καὶ πᾶσι καλὰ, ἢ τινὰ καλὰ
λαοὶ φημὶ εἶναι, ἢ τινὰ καλὰ καὶ πᾶσι. id est,
Rumores hominum cures vitare molestos.
Fama malum est, oritur, surgitq. facillima: verum
Difficile hanc perferre, graue est sedare coortam.
Nam non vlla quidem prorsus perit irrita fama,
Per populos quæcūq. volat, quia numē & ipsa est.
Potest bifariam accipi sententia: nimirum aut non pla-
ne falsum videri, quod plurimis est in ore, quodq. po-
puli consensus approbat: aut non prorsus aboleri posse
rumorem etiam falsum, qui iam in vulgus dimanarit.
Proinde admonet, ut solcite caueamus, ne vel falso
per temeritatem in fabulam vulgi venire contingat.
Quod autem famam deam dixit, cum Homero sensit,
qui compluribus locis ὁ δαίμων suam inducit. sic enim
deam ipsam appellat. Et hunc emulatus Vergilius in
quarto Aeneidos.

Hæc passim dea sæda virum diffudit in ora.

Domum cum facis, ne relinquant impolitā.

C V M nulla huius poetæ sententia non cesserit in prouer-

bium, tamen eas libentius recensebimus, quæ, propter
enigmatis involucrium, propius accedunt ad speciem
prouerbialem: quod genus est illa ex eodem quem
modo citauimus libro.

Μὴ δὲ δόμον ποιεῖν ἀνεπίεστον καὶ καλὸν πέν.

Μὴ τοὶ ἐπιποιεῖν πρὸς ἡλικίαν καὶ κορυφήν. id est,

Ne e domū fabricās, linquas mutilāq. rudemq.;

Ne fors insideat cornicans garrula cornix.

Proculus interpres admonet locum hunc bifariam ac-
cipi. Quibusdam videri, monere poetam uti quisq. do-
micilium ante hyemem absolundum curet, ne tum nō
habeat, quo depellat frigoris molestiam. Hyemē enim
cornicis indicatam symbolo, videlicet aus hybernæ.
Porro cum semper alias, tum maxime mensibus hy-
bernæ ὁ καιὸς φάσκει, ὁ καιὸς ἀφ' ἡσυχίας id est, est grata domus,
domus optima: quemadmodum in prouerbio est. Alij
putant significatum, ædificium semel institutum, non
oportere semiperfectum relinquere, ne vulgo risui sis:
& qui præterierint obloquantur, carpantq. leuitatem
tuam, qui quod cœperis non absoluas. Eam autem ob-
trectantium petulantiam per cornicem voluit indica-
re poeta: nempe autem garrulam & obstreperam: ut
hinc etiam verbum prouerbiale ductum sit, καὶ γὰρ.
At ipsi Proculo magis probatur, ut καὶ ἐπὶ λαίῳ accipia-
mus, vnicuique negotio, quod semel instituerimus, si-
nem idoneum imponendum, ut nihil omnino desidere-
tur, & ubique connitendum ad perfectionem. Id quo
longius auocabitur a simplici sermone, hoc venustius
fiet, & magis prouerbiale. Veluti si quis adhortetur
aliquem, ne litterarum stultum deserat, sed laudabili-
ter institutis sanctorum imponat manum, ne vulgo ludi-
brio sit; quod a bene cæptis desliterit, Hesiodum hoc
obijciens:

Μὴ δὲ δόμον ποιεῖν ἀνεπίεστον καὶ καλὸν πέν;

Μὴ τοὶ ἐπιποιεῖν πρὸς ἡλικίαν καὶ κορυφήν.

Ne a chytropode cibum nondum sa-
crificatum rapias.

ÆNIGMATICVM est & illud, quod eo loco conti-
nenter sequitur:

Μὴ δὲ ἀπὸ χυτροπῶδος δὸν ἀνεπίεστον ἀνασείτα

Εἰς δὸν, μὴ δὲ ἀνασείτα. id est,

Neve a chytropode sublata protinus escam.

Ante sacrum, neq. lotus edas.

Indicat & M. Tullius, irreligiosum fuisse, cibū e patella
cadere. Scribit enim ad hūc modum libro de Finibus
secundo: Atqui reperiemus Afotos, primū ita non reli-
giosos, ut edant de patella: deinde ita mortem non ti-
mentes, ut illud in ore habeant ex Hymnide:

Mibi sex menses satis sunt vitæ, septimū orco spon-
deo. Est autem versus trochaicus. Suetonius in Viteb-
lio prodit, eum illum adeo non profundæ modo, v-
rum etiam intempestivæ fuisse gulæ, ut ne in sacrificio
quidem unquam, aut villo itinere temperarit, quin in-
ter altaria ibidem statim viscus & sarra e foco pene-
rpta manderet, circaq. uiarū popinas fumantia obfo-
nid, vel pridiana, atq. semesa. Quātiū ad simplicē atti-
net sensum, docet, ne ritu pecudū ad cibū capiendū ir-
ruamus, sed ita demū edamus, si prius inde primitias
dijs immolauerimus. Antiquitus enim, ut auctor est in
Symposiacis Plutarchus, inter res sacras habebatur
et mēsa quotidiana, proinde cibū sumpturi, dijs conse-
crabant

crabant *ἡ δὲ ἀποχὰς*, hoc est, primitias: ac deinde nō indecore neque tumultuante, sed religione quadam ad conuiuium accedebant lotis manibus, non aliter, quam ad sacrum epulum. Qui mos & hodie dura apud benemoratos Christianos. Sed prouerbialius fiet, si intelligamus, non esse spoliandos, nec inhumanus expilandos ministros aut seruos nostros, uerum & illis aliquam pecuniæ portionem relinquendam, quo uiuant. Fortassis quadrauerit & in hos, qui præpropera auiditate commodum auferre student, prius quam oporteat: & quodammodo messem facere, prius quam maturuit seges: ueluti si quis legatum aut promissum statim e vestigio flagitet, cum ciuilius sit in dies aliquot silere: aut si quis modo nactus imperiū, protinus incipiat populum exactionibus spoliare: aut si quis sponsam puellam non expectata ætate, nec expectatis nuptiarum ceremoniis properet amplecti. Sumptum est a ritu sacrorum, in quibus olim epulabantur. Huc pertinet & illud, quod alibi retulimus ex Athenæo, libro nono, *ἡ δὲ ἀποχὰς*, id est, a patella frixoria. Libro sexto refert hunc senariū ex Therecrate:

Ἀποτρίανθ τ' ἰσχὺς ἔχουσ φυχῆν. *id est,*

Se uesci apuis dixit e sartagine.

Quidam pro Iopade ἰοπάδην dixere, quod Iones ἰωνόν.
Hinc composita ἰοπαχυσίην. Ita Phrynithus apud
Athenaeum libro sexto: ἰοπαχυσί (ἰοπαχυσί) αὐτοῦ συμβέ-
λει. id est, Iucundum est a sartagine tollere sine sym-
bolis, id est, si nihil sit soluendum, & si id liceat immu-
ni. Rursus alias apud hunc ipsum ex Arcestrato:
ἰοπαχυσί (ἰοπαχυσί) αὐτοῦ συμβέλει. id est, Rapiens a uerū. De mu-
liere quæ sacra nondum immolata deuorare dicta sit.
Apud eundem libro sexto Anaxandrides:

Τῶν λογιγράφων μὲν καλὴ χειρουργία,

Εν τοῖς πῖναξί κρημαίνῃ θυμαζέται.

Αὕτη δὲ σὺμψασις καὶ παύσις ἀρπάζεταιται

Από τη τακτική ε. ε. ως αφανίζεται.

Pictoris opera pulchra tabulae penuli

Speſtantur ac ſpectant ſunt miracula

Spectantur, ac spectata sunt miraculo, at
Baptismum hoc celebranda nullo modo possunt.

Rapuntur hæc e lopade pulchre, ac protinus

Redduntur ipsa euanida e sartagine,

In genere poterit accommodari ad quemvis, qui negotium irreuerenter, & illotis, ut aiunt, pedibus aggreditur.

Hæc potior.

PLUTARCHVS in *Problematis Græcicis* puer
 bium quoddam refert ad hunc modum, Ἀπόγονος ἔρε-
 ἐν τῷ παροισμῷ αὐτῇ κυρίαι· δινὸν οὐ τὰς αἰνὰς ἐκτε-
 ῖν, ἀλλὰ δι' οὐκ ἀγαθὸς ἐὼς τοῖς πολέμοις, ἀποχρηστον-
 σα γὰρ αὐτὴ τινὰ γνάμψιν πολὺν, αὐτὸς κερὺς ἀνέπα-
 ρῇ νικῶσιν, αὐτὸς ἀνεκτείνασθαι δέξιν, ἀδελφεῖς
 κρίσαντες. οὗτος γὰρ οὐδὲν ῥαχὺς ἰσθράκι, πρὸς τὸν δὲ καὶ
 οὐκ ἀγαθὸς ὄντας ἐφ' ὧν τὸν τὸ κέρκος, αὐτὰι πλείους ἐ-
 πύργες, ἀλλ' αὐτὰι φέρονται βελτίστε, καὶ ἐπικυρώσται τὸν
 ἔλασθόνον χρηστικῶς. Hoc uerborū hic ferme sēsus,
 Vnde fluxit illud, qđ puerbij uice diciť, Hęc victrix?
 Dinon Tarentinus, ductor exercitus, vir ad prime for-
 tis, rei q. bellicę sane quam peritus, cum in concione di-
 xisset sententiam; eaq. ciuium suffragiis esset reiecta:
 deinde pręco pronūciaret sententiam, quę uinceret,
 sublata dextera, hęc, inquit, potior. Nam hunc ad mo-
 dum retulit Theophrastus. Ceterum Apollodorus in

Rhytino illud adiunxit, cum præco respondisset, at hæ sententiæ numero plures sunt, Dimonē protinus subie-
cisse, sed hæ meliores. Atque ita paucioram sententiā
fuisse promulgatam. Quibus ex verbis conicere licet,
ita vulgo dici solere, si quando significaretur, consiliū
aliquod esse præstantius & conducibilius, etiamsi plu-
ribus secus uideretur. Aut ubi qui numero pauciores
essent, facultate præponderarent. Quod genus fuerit,
ut res exēplis demonstretur, Maxima pars hominum
voluptate lucrisq. felicitatem metitur, perpauci uir-
tutem amplectuntur. Caue ne quid te moueat multitu-
dinis exemplum, αὐτὸν δὲ κεραιώων. Item nemo pene est
in toto principis famulitio, qui tibi non bene uelit: sed
vnus tibi refragatur, qui tantum ubiq. ualet, ut in ip-
sum sere principem agat tyrannum: Quare si res e sus-
fragiis penderet, uiceras. Sed αὐτὸν κεραιά. Porphyryon
leuiter, ceu digito prouerbian indicat, exponens eum
locum in Horatianis Epodis,

Eamus omnis execrata ciuitas,

Aut pars indocili melior grege.

Quaquam deprauate, sicut optimamur, legitur in multis exemplaribus καὶ ἐξ ὧν νίκη. Castigate legetur, ni salimur, καὶ ἐξ ὧν νίκη. hoc est, præstantiorum victoria. Nam Oda concionalis est, ac fugam decerni iubet, cōmunibus omnium suffragiis. Quod si fieri nō queat, ut id quod est optimam, multitudinī probetur, saltem vincat ea sententia quæ sit potior, etiamsi paucioribus suffulta suffragiis. Ad id faciunt, quæ Plato scripsit lib. De leg. 1. pulcherrimum esse victoriæ genus, cum turba cedit potioribus: & in decernendo magis spectatur pondus suffragiorū, quā numerus. Verba Platonis ex eo quæ diximus libro, sunt hæc: Ἐν ὁποσάου μὴ ᾧ ἂν αὐ μείοντες νικῶσι τοὺς πλείους καὶ τοὺς χείρους, ὁρθῶς ἂν αὐτῇ κριθῶντι αὐτὰς λήγουσι ἡ πόλις, ἐπαύουσι τὴν αὐτὴν δικαιοσύνην τοιαύτην νίκη, τῶν κατὰ τὴν δέ, ἥ πᾶσι πάντων τῶν. id est, Quibuscūq. siquidē in ciuitatibus meliores qui sunt, ij uincūt multitudinē ac deteriores: ibi respublica scipsa superior, recte dicet, et huius victoriæ nomine meritiſſimo laudabit: secus autē ubi secus accidit. Eodē respexit Plinius, cū querit in epistulis, numerari sententiis, nō expēdi. Huc pertinet Liuianū etiā illud: Maior pars vicit meliorem. Indicat idem Homerus Iliados lib. 1.

-Επί τα γρήγορα νινά.

- Quando superant iam deteriora.

Nēq. vero prætereūdū hoc loco, quod de Zenone philoſopho memorat Diogenes Laërtius. Zenon cum uideret Theophrastum magnifieri, laudariq. quod plures haberet auditores, ad hunc reſpondit modū: Εὐχὴς ὡς χορὴς μᾶλλον, ὁμοῦ δὲ σὺ μὲν ὁ ἄλλος ἑπὶ τῷ ῥαπσῳδῷ. Maior quidem eſt illius chorus, at meus melius conſonans. Itaq. locus fuerit adagio, ſiue cum negabimus ſpectandum, quam multis placeamus, ſed quam bonis: ſiue cum ſuadebimus, id ſequi oportere, non quod plurimis placeat, ſed quod per ſe ſit optimum factū, etiam ſi pauciſſimorum calculis approbetur. Siue cum dicemus, unius aut alterius ſtudio pluri æſtimandum, qui uel opibus, uel gratia, uel auctoritate præpolleat, quā multitudinis beneuolentiam, quæ numero tantū ſuperior ſit, reliquis omnibus inferior. Quemadmodū apud Plautum quiſpiam contere ne ſe dicit minutos illos deos, modo Iouē vnum ſibi propitium habeat. Nēc abſurde trahetur in uſum, quotiēs una vis plus poteſt reliquis omnibus, ne

si quis dicat, Hæc causa pluribus probatur, pluribus scilicet rationibus, nititur a quo, dicitur a legibus, verum altera κρισις. Sic enim uolo, sic iubeo. Nam omnia cedant necesse est, quoties rex huiusmodi promittit oraculum, quale profert apud Homerum Agamemnon.

Εἰ δὲ καὶ μὴ δύναιτο, ἔγωγε λέγω αὐτὸς ἐν ὀνόματι. id est,

Ipse equidem eripiam, si tradere forte grauentur.

De cuiusmodi Lucianus in captiuo, καὶ τὸ δικάζειν αὐτὸν τῇ χειρὶ τικρύνει. id est, Qui ius in manu reponit, qui ius in manu posuerunt. Pyrrhum c liberis quidam adolescens admodum, interrogabat cuiam esset relicturus regnum. Is respondit, οὐ αἶ, inquit, ὑμῶν τῶν μάχων ἐκείνων γὰρ ἐστὶν. Quicumque vestrum acutiorē habet gladium. Id dictum Plutarchus in eius uita non arbitrat multum abesse ab illa tragica execratione.

Θαυρὸν πεδῶν δὲ μὴ ἀδιδάχων τοὺς ἀδελφούς. id est,

Fratres acuto diuidant ferro domus

Vices habenda.

In hos igitur qui ui rem gerunt, & quibus, ut Ennius ait, ferrum geritur res, quibus ius est in armis, et quibus leges inter arma silent, per ironiam recte torquetur, αὐτὸν κριταίνω, ἔγωγε κρισις. Nam Græcis κρισις non solum dominum significat, verum etiam eum, qui preualet auctoritate. Et Suidas indicat concionē illis κρισις dici, in qua soliti sint creari magistratus. Aristophanes in Acharnensibus κρισις ἐκκλησιᾶς appellat, in qua ἐκρόσων τὰ ὑφίσταται, id est, uincebant suffragia. Nonnunquam ad rem refertur, ut apud Euripidem in Iphigenia Aulidensi,

Οὐ μὲν, ἔγωγε γὰρ μὲν κρισις τῶν λέγων. id est,

Plus ualere nostra debet, quam huius hic oratio.

Significat enim seruius, quanquam esset conditione inferior Menelao, tamen hoc se potiorē esse, quod iustiorē haberet causam. Non abhorret hinc quod M. Tullius dixit in Pisonem: Sed omisso ut sit factus uterque nostrum. Sic sane fors domina campi.

Delius natator.

Δελιὸς κορυμβητής, Delius natator. Olim uulgo dicebatur admodum natandi peritus, quiq. posset in summa natu re aqua. Natum adagium aut certe factum illustrius ex Socratis apophthegmate. Cum enim huic Euripides librum obtulisset Heracliti, cui cognomen additum σκατάν, propter affectatam scriptorum obscuritatem rogaretq. cuiusmodi videretur, respondisse fertur hoc passio, Ἀρσὶ σκατὰ γενναῖα, οἷμα δὲ καὶ ἀμὴν σκατὰ, πλὴν δολιχὸς δὲ κατακορυμβητὴς εἰς τὸ μὴ ἀποπνιγῆναι. id est, Quæ quidem intellexi, præclara: arbitror autem & ea quæ non intellexi, quanquam natatore Delio opus, ut ne quis in eo præfocetur. Hæc Socrates, alludens simul & ad prouerbium, & ad Heracliti sensus nimium abstrusos ac profundos: ut nisi natator insigne peritus contigisset, periculum esset, ne lector in eo libro suffocaretur mergereturq. Laertius in Heraclito refert hoc dictum ad Craterem quendam, qui primus Heracliti librum de natura Græcis inuexerit, & hoc elogio commendavit.

Dicendo dicere discunt,

Εκ τῆς λέξεως τοῦ λέγειν προέρχεται, id est, Dicendo consequimur ut dicamus. Syrianus Hermogenis interpres, & magorum sophistam exat, qui dicendi facultatem no-

putarit ratione, sed usui dimittat constare, steteriq. ut dicendo consequeremur dicendo facultatem. Ἀφιστῶντες δὲ, inquit, καὶ πάλιν τὸν συζητῶντα παρρησιασθῶν, τὸ λέγειν ἐκ τῆς λέξεως προέρχεται. id est, Existimantis iuxta uulgare prouerbium, dicendi facultatem dicendo contingere. Vixit & M. Tullius lib. 1. De oratore: In quo, inquit, fallit eos, quod audierunt, dicendo homines ut dicant efficere solere. Verum etiam illud dicitur, peruerse dicere homines peruerse dicendo facillime consequi. Plinius lib. Epist. 6. Video etiam multos paruo ingenio, literis nullis, ut bene agerent agendo consecutos. Latius autem patet adagium, nempe ad cuiusvis rei peritiam, quam potissimum usus suppeditat, optimus rerum omnium magister. Proinde prouerbiales erunt omnes id genus: fabricando fabricam discas, canendo musicam, militando militarem artem, scribendo discas scribere.

Multi boniq.

Πολλοὶ καὶ καλοὶ, Multi boniq. Prouerbiali figura dicebatur olim. Translatum a ritu sacrorum, in quibus sacrificus re diuinam facturus dicebat, τίς τίς, id est, Quis hic? Dein qui aderant, respondebant, πολλοὶ καὶ καλοὶ. id est, Multi & boni. Atque hæc partim omnis causa dicebatur: oportebat enim in sacris & faciat, hoc est, bene omnia dicere: partim, ut si quis esset sibi conscius admissi piaculi, discederet a mysteriis. Plutarchus in Symposiacis, Εὐταίμωνος τὸ καὶ τὸ πλεονεξῶν πολλοὶ τὰ καλοὶ καὶ παρρησιασθῶν. id est, Quandoquidem Platoni testes adsunt multiq. boniq. Sed de hoc ante meminimus. Quo quidem alludit & Aristides in Pericle, Ἀλλὰ οὐκ ἔστι τὰ καλὰ καὶ καλοὶ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τῶν τῶν κατὰ φύσιν. id est, Verum uelut unus enim mero bonorum ac bonorum, citra inuidiam, ac purum illi reddidit testimonium. Quin etiam Homericum illud iam prouerbij uice receptum est, Ἡς πλεονεξία. Magnusq. bonusq. Est subinde & apud Aristophanē. Prouerbium igitur locum habuerit, quoties aut testes, aut iudices, aut conuictores significamus idoneos, ac neutiquam reuocandos.

Heroum filij noxæ.

Ἀνδρῶν ἡρώων τῶν κατὰ φύσιν, id est, Virorum heroum filij noxæ. Veteribus illud obseruatum fuit, præstantium uirorum filios multum a progenitorum moribus abfuisse. Unde & Demosthenes dixit, Τὸν ἀνδρῶν ἀνδρῶν, ὅστις ἐστὶν ἡρώων, οὐκ ἔστιν ἡρώων, ἀλλὰ καὶ ἀνδρῶν. id est, A uiris egregiis, perinde quasi fato quodam id accadat, improbos proficisci filios. Quæ quidem Demosthenis sententia refertur ab Aristide in Cimone. Interpres, quis quis is fuit, homo nec indiligens, nec indoctus, hoc loco prouerbium citat, quod modo reculimus. Manet & hodie uulgatus iocus: ex sapientissimis patribus stultissimos propagari liberos. Euripides in Heraclidis, generaliter hanc sententiam ad omnes mortales retulit. Εὐαγγέλιον παλαιὸν ἰσχυρὸν. id est, Εὐαγγέλιον τῶν παλαιῶν καὶ κατὰ φύσιν. id est, Vnum forsan inter plurimos. Inueneris, qui patre non sit noquior. Ad stipulat huius sententia locus aliquot Homericus, nominatim Odysseæ. Εὐαγγέλιον τῶν παλαιῶν ὁμοίως πατρὶ πλεονεξία. id est, Oī

Οἱ πλείους κακίαι παῖδοι δὲ τι πατέρες ἀρίστε, id est, Aequat rara patrem soboles, sed plurimi ab illis Degenerant, pauci superant probitate parentem. Declinat hoc argumentū Aelius Spartianus in Senero Cesare, multis exemplis declarans: ita fere usuu- nisse, ut uiri, seu uirtute, seu litteris, seu fortunæ indul- gentia insignes, aut nullos omnino liberos habuerint, aut tales reliquerint, ut magis ex usu rerum humana- rum fuerit, illos absq. liberis decedere.

Nunquam ex malo patre bonus filius.

EVRIPIDES hanc sententiam prouerbio celebrem fuisse testatur, ex malo patre non progigni bonos li- beros:

Φύφύ, παλαιὸς αἷος οἷς καλῶς ἔχον.

Οὐκ ἂν γένοντο χρεῖστες ἐκ κακῶ πατρὸς. id est,

Hecus heus, ut illud distant recte, probum

Patre ab improbo non posse nasci filium.

Adstipulatur huic dicto prouerbio illud: κακὸν κόρα κακὸν καὶ υἱόν, id est, Mali corui malum ouum. Item il- lud Theognidis:

Οὐ γὰρ ἐκ σκύλακος ῥόδον φύεται.

id est,

Non etenim ex squillis rosa nascitur.

Atque id genus alia, quæ suis referentur locis.

Alio relincente fluctu, alius excepit.

ARISTIDES in Themistocle: Θεισοκλίας δὲ τὰ δὴ πρᾶξι τ. προτέρων μίσηται ἰσχυρῶς καὶ τὸ πρὸς παρ- μίσηται ἀπὸ πορίστηται, τὸ μὴ γὰρ εἶπεν αὐτὸν κύμα, τὸ δ' ἐγκάπλεμνα, ὡς διεξελθὼς διὰ τὸ τρικυμίων. καὶ ἔτι Themistoclem posteriora semper maiora prioribus excipiebant, atque illud, quod prouerbio dicitur, illuc ei- dit: Nam hac illum reliquit unda, illa uero excepit, donec per tricymias uictor exisset. Videtur autem versus fuisse prouerbialis, quem Aristides ad usum suæ sententiæ nonnihil detorserit. Legitur integre ad hunc modum.

Τὸ μὴ μ' εἰλεπόμην, τὸ δ' ἐγκάπλεμνα. id est,

Hæc me reliquit unda, at illa corripit.

Sumpta metaphora a periculose nauigantibus, qui sem- per post unius impulsus fluctus, alium expectant, suc- cedentibus inuicem procellis. Atque etiam nuerat undarum insultus, periclitantes nautæ. Nam decimā quanq. maxime formidant, quam ueteres decimanā appellabant. Græci grauissimas illas procellas, τρικυ- μίαν uocant. Nec inconcinne defleetur ad incursum malorum, cum, ut fere fit, calamitas calamitati succe- dit, iuxta prouerbialem illum uersiculum:

Fortuna obesse nulli contenta est semel.

Duobus pedibus fugere.

Ex δυοῖν ποδῶν καταφύγει, id est, Duobus pedibus confu- gere. Aristides in oratione Panathenica: καὶ μὴ εὐπὶ τῷ πρῶτῳ, τὸ πρῶτον τὰς οὐχ ἑνὶ βουλήσιν: κατὰ φέρων, ὡς πάλιν ὁ αἰὶς ἐκ δυοῖν ποδῶν οἷς ἀλυσθῆναι μὴ δύναται. τὰ δὲ πρῶτα ὅρα, μὴ γὰρ φανέρον σὺν βου- λῇ ἐστὶ, καὶ βάλαν ἀνέμῳ, τὸ δὲ πρῶτον οὐδὲν ἐξ αὐτῶν ἰδ- εσθαι. Atqui primū illud ipsū, quod quibuscūq. opus esset auxilio, ad hæc confugerent ciuitatē, plane tāquā duo- bus pedibus, neq. ullam aliam reliquā ciuitatē respi- cerent, magnū & euident argumentū est, ac monimen- tum columna præstantius, eam protinus ab iniūo præ-

celluisse. Is qui scholiis quibusdam haud quaquam cō- temnendis, hunc auctorem illustrauit, admonet pro- uerbium ductum ab iis, qui festinant cursu, ut non dis- simile videatur illi, καὶ τὰς ἑνὶ βουλήσιν, id est, Ambabus manibus, quo prouerbio sedulitatem celeritatemq. pe- ragendi negotii significamus. Vel a nauigantibus, pe- rinde quasi dicas, duobus clauis. Nam gubernaculū nauis pedem appellant, quod eo nauis cum huc atque illuc uertitur, uelut ingredi uideatur. Itaq. cōfine sue rit illi, quod alibi diximus, καὶ δυοῖν ποδῶν. Ut alterutrum sensum accipiamus, aut summo studio, summaq. celeri- tate illos ad urbem confugere solitos, aut tutissimum illic omnium receptaculum fuisse. Quanquam Aristō phanes & ὁ γένος, ad celeritatis significationem retu- lit, cum ait:

Ἀντιπρόσωπον δὲ τῆς πατρίδος ἀμφοῖν ποδῶν. id est,

E patria utroq. deuoluimus pede.

Interpres admonet a nauibus sumptum, secundo uen- to currentibus: sensum autem esse hunc, summa ui, summoq. conatu.

Quis aberret a ianua?

Τίς ἂν ἐβραῶν ἀμφοῖν id est, Quis aberret a ianua? Dico so- litum, ubi quis penitus aberret a uero, totoq. fallitur iudicio. Vsurpatur τὸ μὴ τὸν ἀντικα, lib. 2. ipsa statim in fronte: & in omnibus quidem exemplaribus, quæ uidere contigit, ἐβραῶν per scriptum reperitur. Præ- terea ianuam uertit Argyropylos, nec malus inter- pres, nec philosophus cuiquam aspernandus. Ad hæc Auerrois, hunc enarrans locum, palam declarat se- se de ianua sensisse. Deniq. in commentariis Alexan- dri Aphrodisei, consimili modo ἐβραῶν inuenitur. Quod si quo modo fas esset, a tot exemplaribus, a tantis au- thoribus dissentire, nobis quidem magis probabilis le- ctio uideatur, si ἐβραῶν legatur per, non per. Quod autem ἐβραῶν irrepsit, mirandum non est. Primum, quod per facilius erat lapsus unius litterulæ deprauatio- ne. Deinde metaphora ratio magis obuia, magisq. ad- menum sita, fieri potuit, ut doctis, etiam philosophis imposuerit. Quippe quibus fabula non perinde nota fuerit, ut communis illa similitudo de domus ingressu, deq. primis cognitionis principiis. Postremo de codi- cum inter se consensu nequaquam mirandum uidebi- tur iis, qui sunt uel mediocriter in pensitandis conse- rendisq. codicibus exercitati. Fit enim sæpenumero, ut unius archetypi mendum, modo ueri fucum aliquē præ se ferat, in uniuersam deinde ueluti posteritatem librorum propagetur.

Καὶ πᾶσις πᾶσι καὶ τοῖς μετέπειτα γινώσκου.

Neque uero hæc dicuntur, quod hac de re, si quis for- te diuersum sentiat, digladiari uelimus, uel quod hoc sit ab nostro instituto alienum, uel quod nō ignoremus, quam lubrica, plenaq. discriminis res sit, in tantis au- thoribus quidquam immutare. Tantum coniecturas, quibus adducimur, in medium adferemus. Quæ si cui uidebuntur idoneæ, nostræ subscribet opinioni: sin mi- nus, veterem sententiam hoc iam obtinebit libentius, quod etiam in dubium uocata uicerit. Primum igitur omniū nobis scrupulum haud mediocrem iniecit uetu- tissimus simul & emendatissimus codex orationum Aristidis rhetoris, in quo non solum ἐβραῶν inuenitur scriptum, uerum etiam indicatam fabulam, antiquissi- mam,

bere, quemadmodum proverbio dicimus, quis non attingit ianuam? Quod omnes aliquid recte dixerint, quicumq. de ea sunt locuti, id facilitatem illius arguere, adhibito proverbio demonstrat. Nempe illo, quis non attingat ostium? Quod quidem usurpari consuevit, de rebus factu proclivibus, in quibus omnino nihil insit vel difficile vel arduum. Sumptum est autem a sagittariis, ad scopum propositum iaculantibus. Siquidem, si scopus fuerit minimus, facile fit ut fallant, neq. feriant: sin autem amplius, haud difficile feriunt. Hactenus Alexandri verba retulimus, e quibus satis abunde liquet, hoc legendum, non hoc. Quanquam totum hoc quidquid est, eruditorum iudicio relinquitur. Etenim si quis erit, cui ianua illa impendio placebit, habiturus est, quo suffragium suum non omnino absurde tueri possit. Haud enim scimus an & antiquitus fieri soleat, quod hodie nonnullis in locis videmus, ut aggeres, qui scopum sustinent, a lateribus atq. item a tergo muris defendantur, superne imminente tecto, ut ingressus ille, qui patet, ianua speciem habere videatur. Porro vehementer imperitus sit oportet, qui non solum non attingat scopum aut aggerem, verum etiam ab ipso aberrat ingressu, quem difficile non sit vel cuius attingere. Nobis tamen vero propius videtur, ut ad Pindaricam fabulam referatur adagium. Sed super hoc, quemadmodum diximus docti pronuntiabunt. Nos commentatoris officio summi, sit habuimus, quod apud auctores inuenimus, quodq. nobis videatur, id expendendum in medium proponere. Affine videtur huic proverbio, quod apud Platonem legitur in Phaedro: *Αυσία τῶ πάντος ἡμάς*, id est, *Lysias prorsum aberravit*. Alludit huc leniter Lucianus in Timone, cum ait: *Ιούς σῦλμεν*, quod in Anaxagoram philosophum torserat, fallente manu, ab ipso quidem aberrasse, ceterum in Castoris ac Pollucis templum fuisse detortum. Nec abhorrent, ab hac forma, *Toto aberrare caelo*, & *Tota aberrare via*, quae retulimus alias.

Salsuginosa vicinia.

Ἀλμυρὸν γειτόνεια, id est, *Salsuginosa vicinia*. De sterili, agresti, atque inhumana vicinia dicebatur. Aristides in Themistocle: *ἴστω τὸ γειτόνεια ἄλμυρὸν ὡς φασιν*, id est, *Sit salsa, ut aiunt, vicinia*. Interpres adscripsit adagium ex Alcmane Lyrico poeta sumptum. Plato lib. De legibus 4. *μὴ αὖ γὰρ ὄντως ἄλμυρὸν καὶ πονηρὸν γειτόνεια*, id est, *Haud sane verè, salsuginosa, malaque vicinia*. Transferri potest vel ad negotium multi quidem laboris, at parum frugiferum: vel ad vicinos molestos. Translatum ab agris mari finitimis, qui plerumque solent ad culturam inhabiles esse. Proinde Vergilius etiam terram salsam, ut minime, feracem dānat. Adhuc videmus homines & ipsos littorales fere ceteris inhumaniores, tanquam immanitatis nonnihil ex immanissimo contrahant elemento.

Ad fractam canis.

Ἐφ' ἑξῶ γ' ἄδεις, id est, *Ad fractam canis, subaudi, vel chordam, vel citharam*. Suidas ostendit dici solitum de iis, qui frustra laborant. Antiquis mos erat ad citharam canere, in qua si qua chorda rupta sit, ad eam frustra vocem accommodes, cum illa non respon-

deat. Fabulam de cicada, fractae fidis vicem supplente, diximus alibi. Quanquam non inscite accommodabitur, ubi non respondetur officiis alicuius, aut ubi quis suadet obstituto, aut orat inexorabilem.

Vtre territas.

Ἀτρεῖς ἢ ἀτρεῖς μαρμαρυγίδες, id est, *Vtre terrere, siue terri*. Dicitur solitum, quoties inanem formidinem aut concipit aliquis, aut incutit. Sumptum ab iis, qui vasorum inanum strepitu paucifaciunt pueros, aut alioqui formidolosos, vel potius qui vasorum huiusmodi sonitu propellunt aues, ut indicat in Avibus Aristophanes. Extat apud Diogenianum, atq. huic finitimum putat, *ἀτρεῖς φωνίαν*. Hesychius unica dictione pronunciat, *ἀτρεῖς φωνίαν* pro inani metu. Putat idem valere, *τρεῖς κίθα μαρμαρυγίδες*, id est, *umbra territis*.

Leonem larua terres.

Μαρμαρυγίδες ἐκ ποθέει τὸν λείοντα, id est, *Larvis terres Leonem*. Apud eundem refertur. Conveniet de minis inanibus, ac terriculis deridendis. Quanquam, ut inquit Plinius, hoc tale tamq. seuum animal rotarum orbis circumacti, currusq. inanes, & gallinaceorum cristae cantusque etiam magis terrent, sed maxime ignes. Adagium usurpat Seneca lib. 2.

Principatus Scyrius.

Ἀρχὶ σκυρία, id est, *Imperium Scyrii*. De frigido tenuiq. regno. Scyrius insula, quam olim incoluere Pelasgi & Cares, petricosa & infrugifera, nec ullius bonae rei ferax. Suidas addit, quosdam referre proverbum ad Theseum, qui cum iniussisset ditionem Lycomedis, atq. huius uxorem sollicitasset ad stuprum, praecipitatus sit: unde videtur seuum imperium dictum principatus Scyrius. Legimus & de saxis Scyronis, quod an ad hoc proverbium pertineat nescimus. Iuxta priorē interpretationem adagium eleganter accommodabitur ad munus aliquod, unde praeter inancem titulum, & molestam administrandi curam nihil emolumentum capitur: auctor Zenodotus.

Post Lesbium cantorem.

Μετὰ λέσβιον ὡδὸν, id est, *Post Lesbium cantorem*. Hoc adagio significabant aliquem non primas, sed secundas tenere partes. Finitimum illi, *Οὐδὲν πρὸς τὴν παρεμίνοντος ὧν*, id est, *Nihil ad Parmenonis suam*. Lacedaemonicum proverbium, hac natum occasione, quemadmodum narrat Suidas: Cum Lacedaemoniorum res seditionibus tumultuarentur, consultum oraculum iussit, uti Lesbium cantorem accerferent. Accersitus itaq. Terpander Lesbius, nimirum Antisseus, & ad Lacedaemonios missus. Is canendo sic illorum animos delinuit, ut seditionem omnem sedaret, redactis in concordiam civibus. Quae ex re factum est, ut Lacedaemonij Lesbij cantoribus primas in arte musica partes tribuerent, & si quem alium canentem audissent, protinus dicerent, *μετὰ λέσβιον ὡδὸν*, id est, *Post Lesbium musicum*. Zenodotus proverbium hoc citat ex Cratini fabula, cui titulus Chiron. Meminit huius adagij Plutarchus in commentario, quem inscripsit *πρὸς τὸν ὡδὸν βίαν* *ἑκαδὶς τιμωρμένον*. Nihil autem veterit, quominus proverbium etiam ad rem deflectatur, veluti si quis

quis affirmans querendam eruditionem, sed post paratam pecuniam, dicat, *μὴ τὰ λίσσιον ὦδ' ὄν.*

Callippides.

Καλλιπιδες olim proverbio dicebatur, qui in molendis negotiis, cum multa se facturum minaretur, nihil tamen conficeret: aut quemadmodum ait Terentius, qui sedulo mouens sese, nihil promoueret. M. Tullius ad Atticum, lib. 13. Quod ad me de Varrone scribis, scis me antea orationes, aut aliquid id genus solitum scribere, ut Varronem nusquam possem intexere. Postea autem quam hæc cæpi *φιλάργωτος*, Varro mihi denuncianerat magnam sane & grauem *πρὸς φωνήσιν*. Bienenium præterit, cum ille *καλλιπιδες* assiduo cursu nullum cubitum processerit. Quibus verbis Cicero notat M. Varronis tarditatem, qui cum magnas quasdam spes ostenderet, re nihil unquam absolueret. Suetonius Tranquillus in Tiberio: Ad extremum vota pro itu ac reditu suo suscipi passus est, ut vulgo iam per iocum Callippides vocaretur, quem cursitare, ac ne cubiti quidem mensuram progredi, proverbio Græco notatum est. Hactenus Tranquillus. Parum autem liquet, utrum omnis proverbij ratio sita sit in Callippidis cognomine, quod a pulchritudine equorum est dictum: an aliud quoddam fuerit proverbium, quod in Callippidem sit dictum: quemadmodum ex Suetonij verbis coniectura sumi posse videtur. Deinde quis hic fuerit Callippides, cuius tardam celeritatem notarit adagium, non satis perspicuum est, nisi quod haud dissimile veri videtur accipiendum esse, de Callippide tragædiarum histrione: cuius meminit Plutarchus in *Apophthegmatis* Laconicis, his quidem verbis: *Α δὲ τοῖς ἀλλοῖς ὡς αὐτὸς ἔχοντες, ἰδοὺ καὶ μὴδὲ γινώσκοντες. καὶ ποτὶ καλλιπιδες, ὁ τὴν τραγωιδίαν ὑποκριτὴς ὄνομα καὶ δοῖται. ἔχοντες ἐν τοῖς ἱστορίαις, καὶ περὶ αὐτοῦ μίτος ὑπὸ πέντον, πρῶτον μὲν ἀπὸ τῆς αὐτοῦ, καὶ προσέειπεν, ἐπειτα σὺ βαρύνεις ἐς τὴν συμπεριεργίαν. ἔμβροτον ἑαυτοῦ ἐπιδείκνυτο, νομίζων ἑκείνον ἀρετὴν αὐτοῦ φιλοφρονεῖν. τὸ ἄλλο δὲ ἔειπεν, ὅτι πρὸς τὴν αὐτοῦ μετὰ βραχίον, ὅτι καὶ κοῦσας ὅς τις ἰμὶς ὁ ἀντιπαρὸς ἀποβλέψας ἐς αὐτὸν, ὡς τὸ ἐν τῇ αὐτοῦ καλλιπιδες, ὁ δὲ καλὴν τὴν αὐτοῦ δὲ λακιδωμόνι τὴν μιμνῆσιν καλεῖται.* Quorum verborum hæc ferme sententia est: Quarum rerum admiratione reliquos toneri videbat, eas ipse ne cognoscere quidem videbatur. Euenit aliquando, ut Callippides tragædiarum histrio, multi nominis atq. opinionis inter Græcos, & ab omnibus in precio habitus, primum illi fieret obuius, ac salutaret: deinde arrogantius inter reliquos regis affectatores admisceret sese ostentaretq., ratus futurum ut ille prior aliquid comuatis inciperet exhibere. Tandem cum diceret etiam, Non agnoscis me rex, nec qui sim audisti? Agesilaus contemplatus hominem: An non tu es, inquit, Callippides ille dicelicta? Nam sic appellant Lacedæmonij mimos. Hæc Plutarchus. Δεικνύοντες autem apud Græcos simulacrum, ac representationem, imitamenq. significat, ut auctor est Eudemus. Unde de Lacedæmonij mimi vocabulum duxisse videntur, quod ipsum etiam *καλλιπιδες*, hoc est, ab imitatione dictum est nobis. Licet igitur coniectere, Callippidem hunc, aut quisquis is fuit, ita gestulationibus uti solere, ut cum mira agilitate moueri videretur, a loco tamen non discederet. Meminit huius nominis

etiam in *Nebulis* Aristophanes, indicans eam vocem *καλλιπιδες* esse deductam.

Balneator.

Βαλνεατορ, id est, Balneator, siue balnei caupo. Id nominis vulgato conuicio dicebatur in hominem alienarum rerum plus satis curiosum. Propterea quod huiusmodi genus hominum, quoniam in otio viuunt, neque suis negotiis distinetur, aliena curare consuevit. Quemadmodum ille Damaspus Horatianus.

-Aliena negotia curans,

Excussus propriis.

Cuiusmodi sunt & tonsores. Unde idem Horatius:

-Opinor,

Omnibus & lippis notum & tonsoribus esse.

Plato libro De Republica 1. videtur usurpare in verbosus. Quanquam germana inter se vitia sunt, curiositas & garrulitas, teste vel Horatio:

Percussitatore fugito, quia garrulus idem est.

Meminit adagij Diogenianus.

Bacchæ more.

Βακχικὸς τρόπος, id est, Bacchæ more. De tetricis ac taciturnis dictitari solitum, quod esset huiusmodi Menades illæ, Bacchico afflatæ furore. Auctor idem Diogenianus. At Iuuenalis retulit ad vitam intemperantem: Qui Curios simulant & Bacchanalia viuunt.

A lasso rixa queritur.

SENECA de ira libro tertio, proverbium huiusmodi refert, A lasso rixa queritur. Aut, lassus rixam querit. Quod in quoniam sensum antiquitus fuerit usurpatum, non satis liquet. Quod si coniecturas sequi licet, apparet dictum in quosdam morosiores, & ad rixandum procliuiores: non quod offendantur, sed quod alioquin animo male affecti sunt, ut sunt difficiles ac submorosi, quibus fortuna aduersa est. Sed ipsius Senecæ verba subscribentur, ex quibus proverbij sensus hic colligi poterit. Ideo quibus stomachus suspectus est, processuri ad res agendas maioris negotij, bilem cibo temperent, quam maxime mouet fatigatio: siue quia calorem inedia compellit & nocet sanguini, cursumque eius uenis laborantibus sistit: siue quia corpus attenuatum & infirmum, incumbit animo. Certo ob eandem causam iracundiores sunt, valitudine aut etate fessi. Fames quoque & sitis, ex eisdem causis vitanda est. Exasperat enim & incendit animos. Vetus dictum est, A lasso rixam queri. Aequè autem & ab esuriente, & ab omni homine, quem aliqua res urit. Nam ut huc ad leuem tactum, deinde etiam ad suspicionem tactus condolent: ita animus affectus, minimis offenditur: adeo ut quosdam salutatio, epistula, oratio, & interrogatio ad litem euocent. Nusquam sine querela agra tanguntur. Hactenus Seneca. Huc pertinet quod scribit Plin. lib. 22. cap. 24. Sic & in lassitudine prouiores esse ad iracundiam & in siti.

Gladiator in harena consilium capit.

GLADIATOR in harena consilium capit. Admonet e re nata mutandum aliquando consilium, & tempori, quod aiunt, seruiendum. Refertur & hoc ab Anneo Seneca lib. epistularum ad Lucillum 3. Iam intelligis, inquit,

inquit, educendum esse te ex istis occupationibus speciosis & malis. Sed quomodo consequi possis, quæris. Quædam non nisi a præsentibus monstrantur. Non potest medicus per epistulas, cibi aut balnei tempus eligere. Vena tangenda est. Vetus proverbium est, Gladiatore in arena capere consilium. Aliquid aduersari vultus, aliquid manus mota, aliquid ipsa inclinatio corporis, intuentem monet. Quid fieri soleat, quid oporteat, in uniuersum & mandari potest & scribi. Tale consilium, non tantum absentibus, sed etiam posteris datur. Illud autem quando fieri debeat, aut quemadmodum, ex longinquo nemo suadebit. Cum rebus ipsis deliberandum est. Hactenus ille. Cæsar Commentario belli Gallici 5. Quod plerumque his accidere consuevit, qui in ipso negotio consilium capere coguntur. Dicimus & e re nata consilium capere.

Inelegantior Libethriis.

Ἀμείνων δὲ λιβηθρίων, id est, Indoctior Libethriis. Proverbialis hyperbole, quadrans in hominē admodum idiotam, & ab omni Musarum commercio prorsus alienū. A gentis huius agresti imperitia sumptum est proverbium. Tradunt enim Libethrios, musices ac poetices, breuiter omnium elegantiorum disciplinarum stolidissimos contemptores fuisse, adeo, ut apud hos quidam occisum Orpheum existiment, quorum de numero Zenodotus est, qui Libethrios gentem Persicæ scribit fuisse. Seruius Libethrum fontem quempiam esse credidit, unde Vergil. in Melibæo Musas Libethridæ cognominat. Plin. lib. 4. mentionem facit Libethræ fontis: quæ constituit in Magnesia, quæ Thessaliæ regioni adiungitur. Solinus Libethrum vocat genere masculino. Strabo in libro Geographiæ 9. Libethri meminit: Hoc in loco, inquit, consecrata est Musis ades, fonsq. Caballinus, & Libethridum spelunca nymphaeum. Qua ex re suspicari licet, eos qui & Heliconæ & Pieriæ & Libethrum & Timphiæ cisternæ Musis consecrarunt, Thracæ extitisse. Pieres autem vocabantur, quibus extinctis loca hæc Macedones nunc possident.

Domesticum thesaurum calumniari.

Τὸν οὐ καὶ ἐνοσαυρὸν διαβέλλει, id est, Domesticum thesaurū calumniari, siue traducere, hoc est, tua ipsius carpias laerasq. Similimum illi, quod alibi retulimus, Horatiano: Vineta propria cedere. Aristides rhetor in Pericle: Τὸν οὐ καὶ ἐνοσαυρὸν διαβέλλει, ἅν' ἡ πόλις διασέριμνεν. id est, Domesticum thesaurum insimulabimus, siquidem istis obtestabimur. Nullus autem sanæ mentis, quæ domi recondita habet, traducit ac reprehendit: sed suis quisq. fauet, alienis inuidet. Conueniet & in illos, qui sua ipsorum arcana non celant.

Qualis vir, talis oratio.

ANNEVS Seneca in epistulis, quas scripsit ad Lucillum lib. 2. Apud Græcos, inquit, in proverbium cessit, Talis hominibus fuit oratio, qualis vita. Græcum id proverbium extat apud Aristidem, in secunda Rhetorices aduersus Platonem defensione: Οἷον ἀποστὰς δὲ ἡ περιουσία τ' ἐπὶ τῶν ἀλέγιστα, οἷος δὲ τὸ πνεῦμα, τοῖς τοῖς ἐναι καὶ τὸν λόγον, καὶ πάλιν τὸ ἴσον αὐτῶν. id est, Non dissonat autem ab iis adagium, quo dicunt, cuiusmodi

sunt mores, eiusmodi & orationem esse. Ac rursum: Qualis sit oratio, tales item esse mores. Ad eandem facit sententiam, quod inter Solonis apophthegmata commemorat Diogenes Laertius: τὸ λόγον ἰδὲ τὸν αἷον ἵνα ἔσται. id est, Orationem faciorum esse simulacrum. Persius 5. Satyra, sententiam hanc allegoria texit: cum ait,

-Pulsu dignoscere cautus,

Quid solidum crepet, & pictæ tectoria lingua.

Nimirum innuens, haud aliter animū hominis ex oratione spectari, quam vasa dignoscuntur crepit, quem reddunt digito pulsata. Idem in Satyra 3.

-Sonat vitium percussa, maligne

Respondet, viridi non coctæ fidelia limo.

Idq. proverbij non solum locum habet, cum improbi, aut probum virum arguit oratio, verum etiam cum ex stylo perpendimus ingenium cuiusq. omniq. mentis habitum ex ipsa dictionis ratione coniectamus. Etenim tumidi, stylus turgidus: abiecti, humilis: exanguis, asperi, scaber: amarulenti, tristes ac maledici: delictis affluentis, picturatus ac dissolutus. Breuiter omne vitæ simulacrum, omnis animi vis, in oratione perinde ut in speculo representatur, ac vel intima pectoris, arcanis quibusdam vestigiis deprehenduntur. Itaque Sereca Mæcenatis delicias ac mollitiem ex ipsa hominis dictione colligi scribit. Huc pertinet, quod Socrates apud Platonem iubet loqui Charmidem ut eū videat, nimirum hominem ex oratione aestimaturus. Idem in Gorgia negat se nosse Archileum Perdicæ filium, quod nunquam cum eo enerit in colloquium. At vulgo predicant se nosse hominem quem viderint tantum, cum animus hominis non perspicitur, nisi ex oratione.

Ἡ ψυχὴ δὲ πικρὴ.

Ἡ ψυχὴ δὲ πικρὴ, id est, Balba non credit. Locus proverbialis, ubi quis sua mala conatur dissimulare, quæ se fert, etiam cum dissimulat. Veluti si quis neget se blasphemum esse, idq. ipsum non possit, nisi blasphemum dicere. Diffum est. n. πικρὴ pro πικρῶ. Propterea, quod qui lingue vitio laborant, in litteris duabus, sigma & rho potissimum laborant. Refertur a Stuida. Notatus est & Alcibiadis labdacismus, qui pro e littera, & solitus sit pronunciare, non lingue vitio, sicut arbitramur, sed magis ob delicias. Apud Aristophanem in Vespiis, ubi quispiam pro δ' ὄρας βέωλος, proque κέρκεος καλῶκος, dixisset, ὄρας βέωλος: τὴν κέρκεον καλῶκος ἔχῃ, alter subiicit:

Ὅρῳ καὶ τῷ ἀλκιβιάδῳ ἐπελύισιν. id est,

Recte Alcibiades hæc quidem ebalbutiit.

Nostri ipsorum alis capimur.

Τοῖς αὐτῶν πτεροῖς ἐλισκόμεθα, id est, Nostri ipsorum pen-
nis capimur. Aristoph. in Auibus:

Τὰ τῶν πτερῶν καὶ τὸ αἰχμῶν,

Τὰ δ' ἔχον' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς. id est,

Atque hic quidem coniecimus iuxta Aeschylum,

Hæc non ab aliis, immo pennis propriis.

Aeschylus autem, ut admonet interpretes, in fabula, cui titulus Myrmidones, hoc proverbium appellat λιβυσιδον, quod ex apologo Libyco dictum sit. Fertur autem apologus huiusmodi, aquilam ietam sagitta, cum inprexisset iaculum ad imaginem pennarum effictum, imitatumq. dixisse:

Τὰ δ' ἔχ' ἔπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς

Ἀλισκόμεθα.

ΑΛΙΟΚΕΜΕΙΝΑ.

id est,
Hæc non ab aliis, immo pennis propriis
Capimur.

Vñs est hoc Athenæus libro 11. Καὶ πάλιν οὐχ ὅτι
ἀλλ' οὐκ ἀλλὰ τοῖς σαυτοῦ πῆρις καὶ τὸν θωμάτιον αἰχμὴν
ἀνελίσκει. id est, Idq. non ab aliis, sed tuis ipsis alis
caperis, ut egregius ille dixit Æschylus. Conuenit in
eos, qui ipsi præbent occasionem sui mali, ut Chremes
Terentianus in ἐκτοῦ τιμωροῦ μιν, cum seruum hor-
tatur, ut technam aliquam in Menedemum intendat,
a quo mox ipse deluditur dolis.

Bonæ fortunæ: siue, Boni genij.

Ἀγαθὸν δαίμονος, id est, Boni genij, vel bonæ fortunæ, su-
bacti, nomine, sermo est bene ominantis in re quapiā
aggrediunda, quemadmodum et illud Persianum: Hoc
bene sit. Itaque festiuius erit cum ad iocum trahetur
de eo, qui rem incæptat, leuem quidem illam, sed perin-
de laborans quasi esset maxima. Velut si sordidus qui-
spian tandem vini cadum relineret, aut caseum diu
seruatum aliquando proponeret ἀγαθὸν δαίμονος Zeno-
dorus & item Aristophanis interpretes ostendit, pro-
uerbium hinc esse natum, quod olim peractio conuiuio
sublatæq. mensa meracum inferri consuevit. Isq. calix
ἀγαθὸν δαίμονος, id est, boni genij appellatur. Huius
commenti auctorem citat Theopompus interpretes Ari-
stophanis in Vespis. Nec diuersum est quod adfert ex
Apollodoro, cui sententia suffragari videtur Aristo-
phanes in Equitibus,

Μὰ δὲ ἄλ' ἀγαθὸν οἶνον ἀγαθὸν δαίμονος. id est,

Non per Iouem, verum boni genij merum.

Item in Vespis:

Μὴ δὲ ποτὶ πρῶτον ἀγέρτῃς μὲν ἀγαθὸν δαίμονος. i.

Nemeru unquam bibere detur præmiu genij boni.

Idem in eodem:

Καὶ ποῖτον ἀγαθὸν δαίμονος. id est,

Ac boni libato genij nomine.

Paullo diuersius in Pace:

Νῦν γὰρ ἡμῖν χρὴ τὰ καὶ περὶ τὸν ἀγαθὸν δαίμονος. id est,

Nam boni genij licet nunc rapere nobis nomine.

Quamquam Athenæus lib. Dipnosophist. 11. palam de-
monstrat, a lotionē qua cænti utebantur, calicem in-
ferri solere, qui dicebatur ἀγαθὸν δαίμονος. Qui sane
mos hodieq. durat Germanis. Id poculum ostendit di-
ctum μετανιπρῶν, quod a lotis manibus adferretur, qui
mos & hodie diligenter seruatur apud Britannos. An-
tiophanes in Lampade.

Δαίμονος ἀγαθὸν μετανιπρῶν εὐτελεῖν.

Boni dei metaniptron deuorare.

Rursus idem:

Ἀλλὰ μὴν δαίμονος ἀγαθὸν μετανιπρῶν.

Hunc calicem quisquis accepisset, præbibeat alteri
cupiam, ut idem auctor indicat. Srat autem mos apud
veteres, ut propinantes, aut bibituri, deum quempiam,
aut hominem omnis causa præfarentur, eumq. gignen-
di causa proferebāt. Quemadmodum apud Lucianum
in Lapithis Alcidas Cynicus, sponsæ Herculis no-
mine propinat. Item Horatius.

Da lunæ propere nouæ,

Da noctis mediæ, da puer auguris.

Aliis magis placet hinc ductum adagium, quod anti-
quitus primus calix ἀγαθὸν δαίμονος sit appellatus, eaq.

voce ominari soleant, ob Bacchium, seu vernaculum
ac domesticum deum. Quinetiam mensis cuiusq. diem
a primo proximum, ἀγαθὸν δαίμονος appellabant anti-
quitus. Fertur & apud Thebanos sacellum fuisse ἀγα-
θὸν δαίμονος. Deniq. est & insula quædam huius nomi-
nis in mari Indico, quemadmodum ostendit Stephe-
nus. Plutarchus conuiualium quæstiuncularum deca
de tertia, demonstrat antiquitus fuisse morem ut non
gustarent vinum, nisi prius libassent alicui deo, quo
potus illius seu pharmaci, sibi innoxius esset & salu-
tatis. Atq. Athenis quidē undecimo mensis die im-
molabant vini primitias, eumq. diem pithaniam ap-
pellabant. At apud Bæotos septimo mensis ineuntis
die, sacris peractis bono dæmoni, gustabant ab exorto
Zephyro, quod is ventus præcipue suscitaret moueatq.
vinum, adeo, ut quod illum effugerit, videatur iam du-
raturum. Mensis autem is vocabatur περσικτῆρις. Ari-
stides in Themistocle videtur ad hoc alluisse prouer-
bium, cum ait: Ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς Ἰωνσιν αὐτὸ ἀγαθὸν δαί-
μονος. id est, Verum constitit, Græcis boni genij vice.
Quamquam hoc magis referendum ad id, quod alibi di-
ximus, Bonus genius & malus genius.

Ad aquam malus.

Ἐφ' ὅθωρ κακίς, id est, Ad aquam malus. In infimæ sortis
homines olim dicebatur, ac sordidissimis quæstibus ad-
dictos, propterea quod antiquitus infames habeban-
tur: multoq. omnium contemptissimi, qui litigantibus
aquam subministrare consueuerunt. Nam alias admo-
numus, veteres ad clepsydram mensuram in iudi-
ciis dicere solitos. Infundebatur & certantibus per
clepsydram aqua. Eam aquam tenues quidam, ac nul-
lius frugis homines infundebant, dispensabantq. Por-
ro qui hoc ministerioungebantur, Athenis habeban-
tur reiecti, rei pariter ac bonæ sarmæ indigi, non aliter
quam Romanis legibus notantur scenici, & aliorum
publicorum certaminum ministeria quædam. Est aliud
huic consine, βλάη ἐς ὅθωρ, id est, aufer in aquam, id
est, in malam rem.

Phocensium execratio.

Φοκίων ἀρετῇ, id est, Phocensium execratio. De iurciu-
rando multis vinculis astricto. Nam olim in fæderi-
bus quo minus violarentur, adhibebant, non solum
promissa, dextras, & sacrificium, verum execra-
tiones in caput eius, quicunque non staret pactis, id
quod ex Euripide licuit colligere, cuius hi versus in
Iphigenia Aulidensi:

Ορκος σιωπῆται, καὶ ἔτι καὶ τὸ συμβαλὼν.

Μὴ σιωπῆς ἀλλήλοισι, καὶ δὲ ἱμπτῶν.

Σπῆνδον καὶ θῶναι, καὶ περὶ τὰ δαιτὰ.

Eorum versuum sententiam nos olim sic vertimus:

Vt coirent iureiurando proci,

Atque inter ipsos iungerent dextras, ad hæc

Adolenda diuum ponerent aris sacra:

Ac semetipsi astringerent, diris ad id

Caput obligantes execrationibus.

Proverbium autem, ut ad id redeamus, ab huiusmodi
prosecutione est casu. Phocenses Ioniæ populus, olim cō-
muni populi consilio patrium solum reliquerunt, ada-
cti deuotionibus, atq. execrationibus quibusdam, ne
quisquam usquam de repetēda patria cogitaret. Itaq.

iuxta

iuxta Dianæ oraculum Aristarcha duce, Galliâ Narbonensem adierunt, ibique civitatem florentissimam Massiliam condiderunt. Cuius historiæ mentionem faciunt, Herodotus libro primo, Strabo quarto. Meminit & Horatius libro Epodon:

Forte quid expediat communiter, aut melior pars
Malis carere quæritis laboribus.

Nulla sit hac potior sententia, Phocæorum
Velut profugit execrata ciuitas,
Agros atq. lares patrios, habitandaq. phana,
Apris reliquit & rapacibus lupis.

Deinde qui fuerit eiusmodi ritus execrationis aperit.
Sed iuuenius in hac simul imis saxa renarint
Vadis leuata, ne redire sit nephas.

Nec conuersa domum pigeat dare lintea, quando
Padus Matina lauerit cacumina,

In mare seu celsus procurrerit Apemminus,
Non. atq. monstra iunxerit libidine

Mirus amor, inuict ut tigres subsidere ceruis,
Adulteretur & columba miluio,

Credula nec fluos timeant armenta leones,
Ametq. sulfa leuis hircus æquora.

Hæc & quæ poterunt redditus abscondere dulces,
Eamus omnis execrata ciuitas.

Stephanus φωκαίων urbem Ionie facit, cuius denominationum φωκαίων, iuxta Herodotum, καὶ φωκαίων, & alteram eiusdem nominis in Mycala Carie. Est autem & φωκίς Bæotie regio, iuxta Parnassum, a quo denominationum φωκαίων καὶ φωκαίων. Hoc idcirco visum est admonere, quod quidam affinitate nominum labi videntur. Siquidem a Phocæis siue Phocensibus Ionie dictum est hoc prouerbum, a Phocicis Bæotie natum est, quod alibi referemus, Phocensium, seu Phocidætiū desperatio. Prouerbum refertur a Zenodoto.

Sybaritica oratio.

Συβαριτικὴ λόγος, id est, Sybaritici sermones. Hesychius narrat Ἀκωπὴν quæpiam, Sybaritā opinamur, summo studio incubuisse, ut orationis quoq. genus haberet lautum & opiparū, hinc iocum prouerbiale ortum, ut oratio nitidior & accuratior, Sybaritica diceretur. De luxu Sybaritarum in apparandis conuiujs, dictum est in prouerbio, Sybaritica mensa. Sic & Asiaticum dicendi genus venit in prouerbum. Fit enim fere, ut qualis vita, talis sit oratio. Congruet & in orationem arrogantem atq. ampullosam. Nam & fastus nomine notati sunt, Sybaritæ per plateas.

A linea incipere.

Ἀπὸ γεμμῆς ἀρχιδῶν, id est, A linea incipere dicuntur, qui ab ipso rei exordio sumunt initium. Aristides sophi-
sta in Themistocle: Ἄντι πρῶτον διμυοκλῆς ἐξίπασις καὶ κρίσις, ἐν πῶτον ὅρα πὺν αἰδέα ἀπὸ γεμμῆς ἀρχιδῶν. id est, Hoc primum Themistoclis specimen, ac probatio. Hinc virum spectato, a linea exorsus. Is qui in hunc auctorem addidit scholia, putat hoc prouerbum finitimum illi, ἀπὸ ἰσχυρῆς ἀρχιδῶν, id est, A lare exorsus: sed magis videtur cognatum illis, quæ diximus alibi, A capite, A carceribus. Sic enim vocabantur vnde primum emitebantur equi, quod ipsum & oppidum vocatur, auctore Festo. Sumpta est autem metaphora ab his, qui cursu certant in stadiis. Nam

his linea quædam ducitur, ad quam ex æquo stent, donec currendi signum accipiant, ut ostendit Aristophanis interpret in eo quem mox citabimus loco. Tertullianus libro aduersum Marcionem primo: Age igitur ad lineas rursus & ad gradum. Ad lineas dixit, pro eo quod est, ab integro.

A carceribus.

Ἀπὸ βαλβιδῶν, id est, A repagulis, siue carceribus. Eandem habet sententiam cum eo quod proxime retulimus. Aristophanes in Vespis:

Καὶ μὴ ἐνδύς γ' ἀπὸ βαλβιδῶν περὶ τ' ἀρχῆς ἀπιδύω. id est,

Atqui protinus a carceribus, de fonte rei referabo. Id est, ἀπ' ἀρχῆς ἐνδύς. Interpret ostendit, ut modo diximus metaphoram mutuo sumptam a stadiis, in quibus carceres erant repagula quædam, unde cursus initium erat, quæ Græci βαλβιδῶν seu ἀφ' ἑταίρας appellant: iuxta has linea tendebatur, cui insisterent cursuri. Vnde frequenter illæ apud Latinos etiam scriptores formulæ, a carceribus ad metam, a meta ad carceres. Quæ quidem exempla citauimus alibi.

Noua hirundo.

Νεῦ χελιδὼν, id est, Noua hirundo. Suidas hoc adagium citat ex Auiibus Aristophanis, fallente, sicut opinamur, memoria. Nam extat apud hunc poetam in Equitibus, his versibus:

Ἐμπαὶ τῶν ὄρνιθων μαγνίστες, ἐπὶ λήγον τοιαυτῇ,

Σκίψαθι παῖδες ὅχ' ἐρεῖδ', ὅρα, νεῦ χελιδὼν.

Οἱ δ' ἰβληπον, κἀγὼν ποσὶ τῷ ἔκρινον ἐκλεπόν. id est,

Etenim coquos ego sefellī, satus hæc ad illos:

Speffate pueri, nō videris ver, noua ecce hirundo:

Illituentur, interim autem sustuli ipse carnes.

Interpres admonet prouerbiali figura dictum, ac perinde valere, quasi dicas initium veris, propterea quod id temporis appareat hæc avis. Quemadmodum & Horatius:

-Zephyris & hirundine prima.

Suidas ait dici solere, quotiens verba darentur alicui. Sumptum a ioco puerili. Nam hi data opera, nouam hirundinem adsimulantes videre sese, ostendunt aliis: deinde contemplantibus illis & intentis, interim quod volunt surripiunt. Theognis apud Athenæum libro 8. declarat Rhodiis solenne fuisse, quot annis publicis votis inuitare hirundinem sub tempus vernum, quod illi χελιδονίαν appellabāt, acclamantes in hunc modum: ἄλλε ἄλλε χελιδὼν καλὰς ὥρας ἀγῶσα καὶ καλὰς ἐνιαυτὰς. id est, Veni veni hirundo, pulchra tempora adducens, ac pulchros annos. Proinde quadrabit in eos, qui falsa spe quapiam micta fallunt ac nocent.

Iouis & regis cerebrum.

Διὸς ἐγκέφαλος, i. Iouis cerebrū: καὶ βασιλέως ἐγκέφαλος, i. Regis cerebrū. De cibo vehementer opiparo ac suauī. Aut de molliter delicateque viuientibus, Clearchus apud Zenodotum scribit, opiparās epulas apud Persas, Iouis ac regis cerebrum appellari. Athenæus lib. 12. docet, Sardanapalum iis, qui voluptatem aliquam essent commenti, Iouis ac regis cerebrum apponere solitum, cibum opinamur, exquisitum. Idem lib. 14. Iouis cerebrum inter secundæ mensæ delicias annumerat. Apud Apuleium in prima Apologia citatur Ennius: Quid scarū præterij, cerebrū Iouis pane supremi.

M Nestoris

Nestoris ad patriam hic capitur, magnusq. bonusq. Ephippus apud Athenensium, δῖος ἐπὶ μέγιστος id est, Iouis cerebrum inter secundæ mēsis lauitias commemorat. Idem cibum prælatus νέκταρ καὶ εὐχάριος vocat, id est, Nestoris florem. Atq. alibi vinum, τὸ ἀφροδίτης γάλακτος, id est, Veneris lac, ab Aristophane nominatum docet. Rursum alio in loco suaues cibos, τὰ δάκρυα βορῶν καὶ κρέατα, id est, Helenæ cibos dictos indicat.

Non mouenda moues.

Ἀκίνητα κινεῖς, id est, Non mouenda moues. Quadrabit aut in eos qui moluntur ἄδυνατον aliquid, aut qui res sacras violant, aut qui passa mutant, siue qui conuiciis incessunt eos, quibus ob auctoritatem debetur reuerentia. Zenodotus inde natum putat, quod fas non sit mouere neq. aras, neq. sepulchra, neq. sacella, quibus reuerentia quedam ac religio debetur. Plutarchus in commentario De demonio Socratis, scribit hanc vocē editam cuidam euocanti manes amici defuncti, τὰ ἀκίνητα μὴ κινεῖν. Idē ἐν τῷ ἑρῶτι ὧς ὅτι παρ' in eum, qui receptā de diis opinionem conuellere videbatur. Meminit huius Plato libro De legibus 8. proferens legem quam Iouis terminalis appellat, ne quis vicini ciuis, aut hospititis, limites agrorum moueat, ne quis item vrbs, aut regionis pomeria moueat, malitq. quisq. saxum ingēs mouere, quam exiguum lapidem, sœdere iureq. iurando fixum. νομίσεις, inquit, τὰ ἀκίνητα κινεῖν ἀλλήλους τὸ εἶναι. id est, Existimans hoc esse vere quod dicitur, nō mouenda mouere. Idem lib. De legibus 11. ἐπὶ ποταμῷ ὅθι δὲ λέγουσιν ἐν τῷ μὴ κινεῖν τὰ ἀκίνητα. id est, Inter multa illud recte sane dicitur: Ne moueris non mouenda. Meminit et eiusdem operis libro tertio. Et in epigrammate quodam ita legitur:

Ἀκίνητον ἄπιστα εἰδ' αἰδώς. id est,
Immota haud tangit ne Libitina quidem.

Sophocles in Antigone:

Ὅρσεις μὲτ' ἀκίνητα δὶ φρενῶν φρένας. id est,
Coegeris me non mouenda proloqui.

Idem in Oedipo Coloneo:

Ἀλλ' εἰ γὰρ αὐτὸν ἴδω τ' ἀκίνητ' ἐπὶ. id est,
Neq. enim suaue est verba in auras eloqui,
Quæ sit nephas mouere.

Plutarchus in libello De auscultando: ἐπιθυμία κινεῖσθαι χορδὰς τὰς ἀκίνητας id est, Cupiditas chordas mouēs non mouendas. Idem περὶ τῆς ἀδολειχίας,

Κινεῖσθαι χορδὰς τὰς ἀκίνητας φρενῶν. id est,
Fides mouens minime mouendas mentium.

Eleganter huc allusit oraculum quod extat in Eratone Herodoti:

Κινεῖσθαι καὶ δῆλον, ἀκίνητον περὶ εἶσαν. id est,
Et Delum, quamuis sit adhuc immota, mouebo.

Simul enim respexit ad fabulam, siue maius historiā, Delon antea fluitantem, postea fixam in gratiā Apollinis. Vnde Maro:

Immotamq. coli dedit et contemnere ventos.

Neq. mel, neq. apes.

Μηδὲ μέλι, μηδὲ μέλισσας, id est, Neq. mel, neq. apes. In eo dici solitum, qui recusant incommodum ferre, quod sit cum commodo quoquam coniunctum. Veluti si quis apes, quod sint aculeatæ, nolit perpeti, is nec melle qui dem, quod optat fructur. Res enim mortalium ita tē-

perauerunt superi, ut semper incommoditas comes sit commoditatum. Tryphon grammaticus in figuris hoc exemplum adfert παρὰ μίᾳ, citatque ex Sappho poetria Lesbica:

Μηδ' ἐμοὶ μέλι, μηδὲ μέλισσα. id est,

Neq. mihi mel, neq. apes.

Celebratur Mimus ad hanc faciens sententiam:

Feras quod lædit, ut quod prodest, perferas.

Eodem pertinet illud Plautinum: Fortiter malum qui patitur, post potitur bonum. Idem obscurius quidem, sed tamen eleganter innuit Homerus, ut opinamur, per berbam moly, cui radicem nigram, florem lacteum attribuit, radicis nigrae symbolo laboris molestiam significans, qua peruenitur ad animi tranquillitatem, virtutis absolutæ præmium.

Tussis pro crepitu.

Βῆε αὐτὶ παρὰ δῆς, Tussis pro crepitu. Dici solitum, quotiens aliquis perplexus, aliud pro alio simulat. Veluti si quis in adulteræ domo deprehensus, fingeret se quippiam mercatum venisse. Translatum ab iis qui crepitum clara tussi dissimulant, quod genus homines etiam hoc tēpore non raro magno cum risu deprehenduntur.

Cornicibus viuacior.

Ὑπὲρ τὰς κορώνας βιβλιώκοις, i. Cornicibus viuacior. De vehementer annosis, prouerbialis hyperbole. Ab auis eius prodigiosa viuacitate sumpta, de qua ita scribit Plutarchus in commentario, qui inscribitur Περὶ τῶν ἐκλελειπότων χρόνων, citans Hesiodum, sub persona Naidis, ætates animalium varias sic complectentem.

Ἐννέα τοὶ χρόνοι γενεὰς λακέρουσι κορώνῃ
Ἀνδρῶν ἡβώντων, ἑλαφὸς δὲ πτεράκορονος.
Τρεῖς δ' ἐλάφους ὁ κόραξ ἡγέσκειται. αὐτὰρ ὁ φοῖνιξ.
Ἐννέα τὰς κόρακας, δέκα δ' ἡμῆς τὰς φοῖνικας,
Νύμφαι εὐπλόκαμοι καὶ διὸς αἰγιόχοιο. id est,
Ter tria secla hominis transmittit garrula cornix,
Quattuor at peragit cornicis tempora ceruus,
Ceruina ætatem coruus ter præterit ater,
Coruinos annos nouies agit Indica phœnix.
Atqui crispicoma, soboles Iouis alma tonantis,
Egredimur decies phœnicia secula nymphæ.

Hos versus Hesiodios interpretatus videtur quidam quisquis fuit. extat autem carmen inter reliquas Maronis appendices. Estq. huiusmodi:

Ter binos, deciesq. nouem superexit in annos
Iusta senescentum quos implet vita virorum,
Hos nouies superat viuendo garrula cornix,
Et quater egreditur cornicis secula ceruus,
Alipedem ceruum ter vincit coruus, at illum
Multiplicat nouies phœnix reparabilis ales.
Quem vos perpetuo decies præuertitis æuo
Nymphæ Hamadryades, quarū longissima vita est.
Hi cohibent fines viuacia fata animantum,
Cetera secreti nouit deus arbiter æui.

Eandem hanc Hesiodi sententiam oppido quam commode, breuiterq. reddit Plinius: Hesiodus, inquiens, cornici nouem nostras attribuit ætates: quadruplum eius ceruis: id triplicatum coruis. Etiam si nonnullis auctoribus hæc fabulosa videtur. Inter quos Aristoteles arbitrat hominem nullum aliud animal esse viuacius, excepto vno elephanto. Martialis:

Et cornicibus omnibus superstes.

De

De annunimium vinace. Item Horatius in Odis:

-Serratura diu, parem

Cornicis vetule temporibus Lycen.

Eodem pertinet quod philosophus ille moriens, cornicibus inuidisse legitur longevitatem, quam natura negasset homini. Synesius in epistula quadam: Εἰς ἐν κορινθίων ἐξέτασεν πρὸς ἑμὶν, τὸν δικαιοτάτων. id est, Consentaneum est iustissimum principem, cornicis annis apud nos imperaturum esse.

Titoni senecta.

Τίτωνος γῆρας, id est, Tithoni senecta. Fabula tradunt Tithonum adamatum ab Aurora in celum sublatum fuisse, atque illius succo perfusum, ad tantam peruenisse senectutem, ut tandem optauerit, ut in cicadam vertetur. Lucianus in quodam dialogo: καὶ ὑπὲρ Τίτωνος ἔφη ὁ ἥρων. id est, Atque ultra Tithonum vivebat senex. Huius Tithoni personam inducit Aristoteli in libro de senectute, propter vivacitatis miraculum, ut testatur in Catone M. Cicero. Suidas adagium refert hunc in modum, καὶ παρὰ γῆρας τίτωνος βυτὸν ἔφη. id est, Senescas Tithono profundi.

Nestorea senecta.

ITIDEM certe apud Latinos Nestoris anni in proverbium abierunt, cui tres etates attribuit Homerus in Odyssæo tertio:

Τρεῖς γὰρ δ' αὖτις φασὶν Ἀντίκ' εἶναι καὶ ἄδρην. id est,

Illum iam exegisse hominum tria secula fama est.

Idem affirmat in primo Iliados. Et Iuvenalis:

-Atque suos iam dextra computat annos.

Tertiam etatem indicans. Brevis proverbij faciem habebit, quidquid ab is sumetur, qui insigni vivacitate fuerunt. Ut phœnice vivacior, quem Hesiodus scribit, novem corvi etates vivere: & cerno vivacior: corvo vivacior: & Tiresia vivacior, quem tragœdia fingit sex etates hominum vixisse. Et Scribus vivacior, quos Grecis historiis proditum est, trecentos annos vivere. Quod genus exempla si quis desideret, legat Lucianum de Macrobiis, id est, longævis, & Plinij 7. libri caput quadragesimum octavum.

Ultra pensum vivit.

LEPIDVM est quod ait Lucianus in Philopseude: ὑπὲρ τοῦ ἀτελέατος ἂν εἴη βίος. id est, iam enim ultra fustum vivit: hoc est, vivit ultra fatalem diem. Allusum ad Parcarum fufos, quibus ænum mortalium evolvit fabulantur poetæ. Quin & Philosophi metam vitæ fatalem, periodum appellant, quam prætercurrere nulli fas sit.

Facile cum valemus, recta consilia egrotis damus.

IN Andria Terentiana ab adolescente non admodum cordato, cordatissima simul & elegatissima sententia profertur, Facile cum valemus recta consilia egrotis damus. Tu si hic sis, aliter sentias. Ea nata videtur ab oraculo Thaletis philosophi. Nam is, ut auctor est Laertius, interrogatus quidnam esset difficilimum, respondit γινώσκω σεαυτὸν, id est, nosse seipsum: quid facilimum, respondit ἀλλοῦ ὑποτίθεσθαι, id est, alteri consilium dare. Comicus autem translationis gratiam admisit. Euripides in Alceſtide:

Μὴ γὰρ ὑπερβαῖν, καὶ ἰσχυρίσθαι τι. id est,

Ne nimius hic dolor eslo, sed modice feras.

Verba sunt Herculis Admetum consolantis super uxoris morte. At ille,

Ἐὖν παραινῖν, ἢ παύσασθαι κατερῖν. id est,

Facilius est monere, quam sum in malis

Animo imperare.

Fertur & huic similis sententia proverbialis,

Ἀπαντες ἰσχυροὶ εἰς τὸ νεκρὸν σοφῶν,

Ἀλλ' οἱ δὲ ἰαμαρτάνοντες, δ' ἰνὸς σκοπέου. id est,

In admonendo sapimus omnes, verum ubi

Peccamus ipsi, non videmus propria.

Ducta est sententia a communibus hominum moribus. Omnes enim egrotantibus recte præcipiunt, quid fugiendum, quid agendum, & obiurgant nonnunquam, quod salutis causa non obtemperent bene monitionibus. Ipsi posteaquam in morbum inciderint, non succurrunt illa præclara monita, sed aliis item monitoribus & obiurgatoribus est opus. Porro cupiditas omnis animi morbus est, quo velut excecatus, aut non perspicit, aut si perspicit, sequi non vult ea quæ sunt ad salutem necessaria. Nā Phœdria Terentianus prudens & sciens in flammam manum mittit, & viuis, vidensque perit. Item Horatius fugienda sequitur, fugiensque profore credit. Perspicit avarus aliquando, quam prodigiosa res sit ambitio. Contra, ambitiosus avari morbum peruidet, & uterque alteri in alieno malo recte consulit, neuter in suo sapit.

Quæ supra nos, nihil ad nos.

Τὰ ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ δὲν πρὸς ἡμᾶς, id est, Quæ supra nos, nihil ad nos. Dictum Socraticum, deterrens a curiosa vestigatione rerum celestium & arcanorum naturæ. Refertur proverbij vice a Lactantio libro 3. capite 20. Ex his, inquit, unum eligam, quod ab omnibus sit probatum, celebre. Hoc proverbium Socrates habuit: Quod supra nos, nihil ad nos. Vertere licebit & in contrarium. Quæ infra nos, nihil ad nos. Vbi significamus res leviusculas, quam ut nobis curæ esse debeant.

Notum lippis ac tonsoribus.

QVÆ iam in ora vulgi abierunt, omnibus tonsoribus ac lippis nota dicuntur: propterea quod olim in conſtrinarum confessibus omnes rumores narrari consueverunt. Quod indicat Aristophanes in Pluto:

Καὶ τοὶ λόγος γ' ἔν, καὶ τὴν ἑρκλίαν πολλὴν

Ἐπὶ τοῖσι κουρῆοισι τῶν κατεμμένων,

Ὡς ἴσα πινυς ἀνὰ γένετα πλάσσει. id est,

Hercle profecto sermo erat videlicet,

In officinis desidentium frequens

Tonsoriis, hominem repente diuitem

Factum esse.

Et apud Terentium Antipho, in conſtrina de puella cognoscit. Item Horatius de conſtrina:

-Gaudet ubi vertice raso

Garrula securi narrare pericula naute.

Idem in Sermonibus,

-Opinor

Omnibus & lippis notum & tonsoribus esse.

Vbi proverbium explicuit, significans rem vulgo iactatam. Nam lippi in tonsorum officinis desident, expectantes remedium oculorum. De tonsorum garrulitate

M 2 complura

complura lectu digna recenset Plutarchus in libello, quem scripsit De futili loquacitate. Quorum unum illud referre non pigebit. Cum aliquando, inquit, in tonsrina sermo esset de Dionysio, dicereturq. tyrannidē illius adamantinam esse et inexpugnabilem, ridens tonsor, Hæcne, inquit, loqui vos de Dionysio, in cuius iugulo ego subinde teneo nouaculam? Quod dictum simul atq. Dionysius rescisset, tonsorem in crucem sustulit, atq. ita quod ait Plinius, voces per iugulum rediere in auctorem. Ut autem tonsorum genus usque adeo loquax sit, id existimat esse in causa, quod in eorum officinas loquacissimi quique conueniant, desideantq., quorum assiduus conuiuium garrulitatis morbo inficitur & ipsi. Quas ob res Theophrastus, ut idem testis est Plutarchus, τὰ κορυφαία αὐτῶν συμποσίων, id est, sine vino copulationes appellauit, quod illic loquacitate ceu temulentii reddantur homines. Simili infamia laborant balneatores, quod illic quoque, desideant otiosi, garrientes quidlibet. Quin hinc factum est, ut veteres ararias officinas λίχαε dixerint, ut indicauit Ioannes grammaticus, quod hybernis frigoribus huc sese turba tenuium teporis gratia conferre consueuerit, ibique, desides otiosis fabulis tempus fallere. Hæc loca velut ignauis apta Hesiodus inbet vitare agricolam,

Πᾶρ δ' ἰβίχα κλην ἐὼκα καὶ ἔπαλεα λίχῳ,
ὧρε χαμίζω. id est,
Mensibus hybernis valeat ferraria sedes,
Ac nugæ tepide.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

OPPIDO quam eleganter extulit Horatius:

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.
Vitium illud significans humanis ingeniis insitum, ut semper alienam sortem magis mirentur, suam contemnant ac fastidiant, optent in experta, experta damnet. Siquidem ephippia vocantur, quas vulgo sellas eque streas appellant, additas in hoc, ut commodius sedeat eques: Veteres bubus arabant, non equis. Videtur esse sumpta allegoria ex apologo quopiam. Citra metaphoram dixit Terentius: Nostri nosmet pœnitet.

Fertilior seges est alieno in aruo.

OVIDIUS mutauit metaphoram, eundem explicans sensum:

Fertilior seges est alieno semper in aruo.
Vicinumque pecus grandius uber habet.
Persius satyra sexta:

-Scurus & angulus ille
Vicini, quia pinguior.

In eandem sententiam celebratur & Mimius, unus, ex illis Publij ab Aulo Gellio laudatis:

Aliena nobis, nostra plus aliis placent.
Et Horatius:

Qui sit Mecænas, ut nemo quam sibi sortem,
Seu ratio dederit, seu fors obiecerit, illa
Contentus viuat, laudet diuersa sequentes?

Fecem bibat, qui uinum bibit.

HAVD dubium quin prouerbialiter dixerit Aristophanes in Pluto, fecem epotandam eidem, qui uinum prius ebiberit: id est, qui fructus sit optimis, eundem

boni consulere debere deteriora:

Ὅπως δ' ἐλθέτω καὶ τὸν οἶνον, εἶτα
Πίνετον ἐκ ποτῶν ἐστὶν τὸν τρυφᾶ. id est,

At ubi haud grauius bibere uinum es, sex item
Tibi nunc eidem est ebibenda scilicet.

Verba Chremyli de muliere, quæ quondam uernans ac florens etate placuerat, tū anus fastidiebatur a iuuenē.

Cræso, Crasso ditior.

AVD Cræcos opulentia Cræsi Lydorum regis in prouerbiū abiit, præsertim nobilitata dicto Solonis. Apud Romanos item M. Crassi, cui cognomentum etiam diuitis additum est. Hic negabat diuitem esse, nisi qui redditu annuo legionem tueri posset. In agris suis sestertium vicies mille possedit. Commemorantur & alij nonnulli apud Plinium lib. 33. cap. 10. & item 3. qui immodicas opes possederunt, atq. in his est Aristoteles, cuius heredes in auctione septuaginta patinas uenum produxisse leguntur. Verum non itidem in vulgi cessere sermonem. Proinde nihil attinet hoc loco referre. Fertilior erit adagij figura, si numerum etiam commutemus, ut diuus Hieronymus: Cræsos licet spires, & Darios, litteræ marsupium non sequuntur. Horatius & Arabum gratias dixit, pro cumulatis opibus, non sine specie prouerbiali, quemadmodum & Persicos apparatus, pro nimis exquisitis ac sumptuosus.

Paetoli opes.

Τὸν παετῶν πλεον, id est, Paetoli diuitias, pro summis opibus alicubi dixit Philostratus. Est autem Paetolus Lydiae fluius, ex monte Tmolus profluens, aureis scatens harenis, unde & χρυσόταε, a poetis cognominatus. Cuiusmodi narratur & Tagus in Hiberia, & Ganges in India, & Hebrus in Thracia. Plinius addit Padum in Italia, negatque ullum esse aurum absolutius, quam id quod in fluuiis reperitur, utpote cursu ipso trituque perpolitum. Heratius in Epodis:

Sis pecore & multa diues tellure licebit,
Tibi Paetolus fluat. Iuuenalis:

-Tanti tibi non sit opaci

Omnis harena Tagi, quodque in mare uoluit aurum. Has hyperbolas in varios usus accommodare licebit. Veluti si quis dicat, Hos tantos sumptus sustinere nemo queat, ne si Paetolus quidem illi domi fluat. Huius hominis cupiditatem ne Tagus quidem ipse possit explere. Nihil mediocre sperabat, sed totos Paetolos ac Tagos animo conceperat. Aut Paetolos pollicebatur, id est, diuitias effertissimas.

Iro, Codro pauperior.

CONTRA, Iri & Codri paupertas prouerbio locum fecit. Ouidius:

Irus erit subito, qui modo Cræsus erat.

De Codro Iuuenalis:

Tota domus Codri rheda componitur una.

De Iro mentionem facit Homerus Odyssæ 2. Scribitque eum publicum fuisse mendicum apud Ithacenses, corpore speciemque prægrandi, a matre dictum Arneum, a iuuenibus Irum fuisse nominatum, quod iret nunciis, quo iussus esset. Cū hoc commissus Ulysses, cū haberetur & ipse pro medico, eicit hominem. Quin & Hecale paupertate nobilis est, cuius meminit Plautus in Cistellaria:

Cistellaria: Si quidem eris ut volo, nunquam Hecale fies. Meminit & Ovidius:

Cur nemo est Hecalen, nulla est qua ceperit Irum.

Nempe quod alter egeus, altera pauper erat.

His formulis quot modis uti liceat, in operis ingressu satis ostendimus.

Myforum postremus.

Μυσοῦν ἰσχυρῶς, id est, Myforum extremus. Strabo Geographiae libro 12. refert Myforum populum usque adeo contemptum fuisse, ut proverbio locum fecerit. Id usurpat M. Tullius in oratione pro Lucio Flacco. Quid, inquit, porro in Graeco sermone tam tritum atq. celebratum est, quam si quis despicatur ducitur, ut Myforum ultimus esse dicatur? Idem ad Quintum fratrem: Nisi me forte Paconij nescio cuius hominis, ne Graeci quidem, at Mysi, aut Phrygis potius querelis moveri putas. nimirum gentis eius contemptum declarans. Summum itaq. despectum & infimam humilitatem hoc adagio significabimus.

Myforum ultimus nauigat.

Ἐκ τῶν μυσοῦν πλὴν, id est, Myforum postremus nauigare, proverbiali ioco dicebatur, qui frustra laboraret. Origo proverbij, sicuti sit in plerisque, non uno narratur modo. Quidam tradunt olim Graecis pestilentia laborantibus, oraculo responsum esse, ut ad ultimum Myforum nauigarent. Ac primum quid ambigebant, quid sibi vellet oraculum. Tandem diu circumacti reppererunt Aeolidem in extremis Myforum esse sitam, atq. eo demigrandum esse monuisse numen. Alii scribunt Telepho, post interceptos amicos, consulenti Pythium, quo gentium sibi demigrandum foret; nam antiquitus mos erat homicidis solum vertere: responsum, uti ad extremam Myforum regionem sese conserret: venisseque in Teuthraniam, quae Mysia extrema pars, atque eius loci principatum obtinuisse. Sunt qui dicant, hunc non ob eadem amiculorum fugisse, sed ut matrem quaereret, quam in Teuthrania tandem inuenerit. Proverbium autem diffinitum, ubi dura quaequam imperarentur, factumq. difficilia.

Tangere ulcus.

Κινῆσαι τὸ ἔλκος, id est, Mouere seu tangere ulcus, est mouere dolorem, eiusq. rei facere mentionem, quae nos magnopere urat. Terentius: Quid minus necesse fuit, quam hoc ulcus tangere? Quo loco Donatus admonet subesse proverbium. Octavius Augustus, ut augetur est Tranquillus, filiarum Iuliarum, & neptis infamem vitam, morte ipsa grauius tulit, nec eas aliter appellare consuevit, quam tres vomicas, aut tria carcinomata sua, nimirum quod earum non sine magno dolore suo recordaretur. Hanc Metaphoram M. Tullius oppido quam eleganter expressit in Clodium, qui populum fame iam exasperatum, concionibus insuper seditiosis in rabiem agebat. Ut tu, inquit, in hoc vlcere tanquam vnguis existeres. Plutarchus de adulatore: Κεντρὶς δὲ λόγῳ κινῆσαι τὸ ἔλκος. id est, Arcani sermonis cum mouisset ulcus.

Odorari, ac similes aliquot metaphora.

TRANSLATIONES quae ducuntur a corporis sensi-

bus, quoniam velut ad manum sunt, & quasi de proximo sumuntur, omnes ferme proverbiales sunt, quemadmodum admonuimus in operis huius initio. Velut odorari pro resciscere, & sagaciter deprehendere, atq. animaduersum cognoscere. Odor pro suspitione ac rumore. Cicero: Est nonnullus odor diffaturae. Olfacere apud Terentium in Adelphis pro deprehendere. Subolere apud eundem, pro suspectum esse. Obolere pro molestum esse, aut esse in suspitione. Vnde & nasuti dicuntur, & emunctae naris, & muccosi naribus. Denique nasus ipse in proverbium abiit pro iudicio. Horatius:

-Non quia nullus Illis nasus erat.

Et putent quae displicent. Huc pertinent & illa, Olet mendacium. Redolent Atticismum. Olent lucernam. Item gustum rei vocamus, veluti primam illam experientiam & degustationem, quasque specimen. Cicero ad Atticum: Hominem degustes. Idem ad eundem. Et Latinus ille tuus Atticismus ex intervallo regustandus. Vnde & saluam primam dicimus primum illum gustum, quem pueri tanquam a nycticibus imbibimus. Et palato satisfacere dicitur, quod animo placet. Et deuorare dicimus, cum re alioqui acerbam, veluti citra sensum perferimus, translatione sumpta ab his, qui amara catapotia, tanquam inito palato solent absorbere. Vnde aliquoties apud Ciceronem & Fabium, Deuorare tedium, absorbere molestiam. Affinia sunt illa, Sapientia arrogantiam. Resipiunt iuuenile quiddam. Concoquere item, pro vincere molestiam. Nauseare, cum tedio audire. Euomere, dicere quod dolor non sinebat reicere. Et expiere miseriam ex animo. Consputare, pro laceessere maledictis. Despuere, pro continere. Stomachari, pro indignari. A visu item multa ducuntur metaphora, ut oculis ferre, pro vehementer amare, curae habere. In oculis esse. Obseruari oculis, pro eo quod est recordari, & in memoria cogitationeque esse. Respicere, curam agere, & rationem habere. Prospicere, in posterum consulere. Despicere, fastidire. Susplicere, mirari. Coniungere pro data opera dissimulare. Cacutire, hallucinari, pro falli iudicio. Verum haec longius persequi, nec huius est instituti, et infiniti fuerit operis. Quare quauquam istiusmodi videntur ad proverbiorum cognitionem pertinere, tamen ea minutius exactiusque conquirere, non est sententia.

Mihi istuc nec feritur, nec metitur.

PLAUTVS in Epidico, sane quam elegans adagium usurpauit: Mihi, inquit, istuc nec feritur, nec metitur: id est, ista res nihil ad me pertinet, ut quae neque meo fiat periculo, neque emolumento. Metaphora notissima est. Etenim qui sementem facit, is suo impendio suoque periculo facit: qui metit, compendium accipit, & in tuto est. Diuersum est huic quod est apud Plautum in Mercatore: Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis.

Ab ipso lare.

Αὐτὸ ἵστικ' ἐξ ἑσ, id est, A lare incipe, hoc est, a domesticis ac familiaribus initium sumito. Recte dicitur in magistratus, & alienae vitae censors, quorum officium est, ut in primis suos, suorumque vitam corrigant. Nā ἱστικὸν Greci vocant, quem nos Larem ac Vestram vocamus. Aristophanes σφῆνιν, -Οὐκ ἄλλ' ἵστικ'.

Αὐτὸ ἵστικ' ἀρχόμενος ἰπὶ τῆς οὐκ ἵστικ' id est,

M 3 Non,

Non, verum ut aliquem exorsus a lare obieram. Ductum a vetusto ritu sacrorum, in quibus primitiæ laribus immolabatur. Aristocritus citante interprete, fabellam huiusmodi refert. Cui deuictis Titanibus Iupiter imperio potitus esset, Veste permisit optionem, ut quidquid vellet eligeret e regni partibus. Illa primum virginitatem poposcit: deinde sacrorum omnium, quæ diis immolarent homines, primitias. Inde abiisse in consuetudinem, ut in omni sacro primæ partes lari tribuerentur. Vetus est hoc adagio Plato in Euthyphrope: Βελομύμω ἄν' ω σοίρα τις, ἀλλ' ὁρῶδ' ὃ μὴ τὸν κατὰ τὸν ἄνθρωπον. Α πυχὼς γὰρ ἂν εἴη δόκει μοι ἀρχὴ καὶ κερταί. Α πυχὼς γὰρ ἂν εἴη δόκει μοι ἀρχὴ καὶ κερταί. id est, Equidē cupiam, verum vereor ne res in diuersum exeat. Nā mihi quidem lādēda Reipublica ab ipso lare facere videtur initium, cum te tentat ledere. Plutarchus in libello de Polyphilia: Ρεδ' τὸν μὲν ὁ δὲ πρὸς ἂν εἴη δόκει μοι ἀρχὴ καὶ κερταί. id est, Primum igitur velut a lare exorsi. Totidem ferme verbis utitur in commentario, Ραὶ τὸν μὲν ὁ δὲ πρὸς ἂν εἴη δόκει μοι ἀρχὴ καὶ κερταί. Vsurpat & in libello, quem scripsit aduersus Herodotum. Aristides in Pericle: Ο δὲ ἂν εἴη δόκει μοι ἀρχὴ καὶ κερταί. id est, At ille a suo ipsius exorsus lare, maluit æqualitatem sequi, quam reliquos antecellere. Interpres admonet dici solitum de iis, qui ab ipso statim initio, vel boni sunt, vel mali. Quasi dicas, ab ipsis incubulis, quod Lar statim nascentes excipiat.

Propria vineta cedere.

HVIC affine est illud Horatianum:

Vt vineta egomet cadam mea.

Id est, ut a me ipso incipiam, & poetæ ipse poeta carpat ac lacerem. Translatum videri potest vel ab amputantibus vineam, vel ab iis, qui per injuriam nouellas viues ledunt. Horatius in Epistulis, Multa quidem nobis facimus mala saepe poetæ, Vt vineta egomet cadam mea.

Aedibus in nostris quæ praua, aut recta geruntur.

AVLVs Gellius scribit hunc Homericum versiculum, qui est Odysseæ d. proverbij vice semper in ore fuisse:

Οἱ τοὶ ἐν μέγαροις κακὸν τ' ἀγαθὸν πύτυκται. i.

Aedibus in nostris quæ praua, aut recta gerantur. Quod alij tribuunt Socrati, Diocles ascribit Diogeni, ut refert Laertius. Socrates autem hoc dicto debortans a studio rerum naturalium ac supernaturalium, item a disciplinis mathematicis, reuocabat ad curam moralis philosophiæ, quod hæc tractat ea quæ proprie ad nos pertinent. Plutarchus in commentario De seruanda bona valetudine, proverbij vice vsurpauit: Εἰ μὲν γὰρ αὐτὸν οἶται προσήκοντα μετρίως ἢ διαλεκτικῶς καὶ μεσικῶς ὁρᾷδ' αὐτὸν μεταποιούμενον. ἢ τὴν καὶ μετρίως ἢ διαλεκτικῶς ὁρᾷδ' αὐτὸν μεταποιούμενον.

Οἱ τοὶ ἐν μέγαροις κακὸν τ' ἀγαθὸν πύτυκται. id est, Si magis officij sui putat esse, ut in geometriæ, dialecticæ, musicæq. studio versari videatur, quam ut inquirat, cupiatq. cognoscere,

Aedibus in propriis quæ praua aut recta gerantur. Quo versu monemur, ut ea potissimum, quæ ad nos ipsos pertinent curemus, externa atq. aliena ne inquiramus.

ramus. Quo vitio festiuiter Martialis Ollum quendam notat, qui malorum alienorum erat obseruator curiosissimus, & taxator acerrimus, cum ipse uxorem haberet adulteram, filiam viro maiuram, deberetq. etiamnum pro togula. Diogenes Cynicus, cui carmen hoc, ut modo diximus, semper in ore consuevit esse, grammaticos nimis ridicula facere aiebat, qui tanto studio Vlyssiam mala inquirerent, sua ignorarent. Huc referri potest & illud apud Homerum pene solenne: Habetur enim Illados. Odys. α. ε. & ρ.

Αλλ' εἰς δὲ κὼν ἰδύσῃ τὰ σαυτῆς ἱερὰ τύμβη. id est, Quin in tecta abiens, tua propria munia cura.

Plutarchus, πολὺν περὶ προσόντων definit, φιλομάχων ἀλλοτρίων κακῶν, id est, Curiositatem, studium aliena mala cognoscendi. Atq. id hominum genus lamiis similes ait, quæ domi oculos reconditos habent, foras egressi res reponunt. Atq. ita fit, ut domi cecutiant, foris sint oculatissimæ. In huiusmodi præposere oculatos eleganter torseris illud Sophoclis de senibus dictum:

Πρόσθε δὲ λόντα, ἐγγύθεν δὲ πάς, τυδός. id est,

Procul videns, sed cominus videns nihil.

Nam id senibus accidit, ut propius admota non cernant, longius semota videant, atque huius rei causam reddit Plutarchus Conuiuialium quaestionum prima decade.

Tecum habita.

PROXIMUM Homericum carmini videtur & illud eiusdem Persij:

Tecum habita, ut noris quam sit tibi curta supellex. Id est, domi tuæ viuio, ut intelligas, quam tenuis sit tua fortuna. Translatum ab iis, qui in principum familiis agunt, & ut vulgo fit, ex alienis opibus perinde quasi suis intumescunt, quibus si domi viuendum sit, vix salinum habeant quod apponant. Tecum igitur habita, id est, tuapte supellectile te metire, ac tuis ipsius malis bonisque te ipsum expende. Haud scimus an huc pertineat quod scribit M. Tullius in Catone maiore, Secum ut dicitur viuere.

Messe tenus propria viue.

IDEM diuersa explicuit metaphora Persius satyra 6.

Messe tenus propria viue.

Id est, Sumptum facito pro modo facultatum tuarum. Ab agricolis traductum, qui sumptus annuis agrorum prouentibus metiuntur. Neque enim res consistere potest, cum questum superat sumptus, quemadmodum ait Plautus. Ostentatorem diuitiarum elegante verbo Alexis apud Athenæum lib. 6. πωχάλαστον dixit, eodem verbo declarans fastum cum paupertate coniunctum.

Tuo te pede metire.

AD eandem sententiam pertinet illud Horatianum:

Metiri se quenq. suo modulo, ac pede, verum est.

Lucianus in libello, cui titulus, ὑπὲρ τὸν εἰκόνων: Αλλ' διακρίνεις καὶ παραμέτρεις τὸ οἰκίω μέτρον ἰκάτερον. id est, Verum diuidices dimetiariisq. propria utrunque mensura. Nimirum hoc est quod dixit Horatius, suo modulo, οἰκίω μέτρον, & tanquam interpres, sui adiecit, ac pedē. Pindarus item:

Χρὲ δὲ καὶ αὐτὸν αἰεὶ παντὸς ὄραν μέτρον. id est,

Oportet

Oportet autem iuxta suam quaque conditionem uniuscuiusque rei spectare modum. Et Aristophanes in *Auibis*,

Οὐκ ἀλλὰ τρέμει σκεπτόν ἀπὸν ἀλλὰ χῆν. id est,

Non ipse te remeties hinc loci

Alio profectus.

Monet adagium, ne quis se dilatat ultra conditionem suam, neue seipsum ex assentatorum laudibus, aut vulgi opinione, aut fortuna favore, verum propriis ac veris dotibus, animique virtutibus aestimet. Translationem ab iis, qui corporis humani modum, pedum numero aestimant. Porro iuxta cuiusque hominis mensura, septem ipsius pedibus constat, si quid pictoribus et statuariis credimus. Eodem pertinet illud Martialis:

Qui sua metitur pondera, ferre potest.

Non videmus manticae, quod
in tergo est.

CATULLVS in Scazonte:

Sed non videmus manticae, quod in tergo est.

Id est, Non videmus nostra ipsorum vitia, cum aliena curiosis oculis perspiciamus. Prouerbum natum est ex *Apologo* quopiam *Aesopico*, qui fertur huiusmodi apud *Stobaeum*: Αἰσώπης ἔφη δύο πῆρας ἔχοντων ἡμῶν φέρειν. τὴν μὴ ἰμπερὶ δυν, τὴν δ' ὑπὲρ δυν, καὶ ἐν ὧν τὴν ἰμπερὶ δυν ἀποτίβηται τὰ τῶν ἀλλοτρῴων ἀμαρτήματα, ἐν δ' τὴν ὑπὲρ δυν τὰ ἑαυτῶν. Quorum verborum haec ferme sententia, Finxit *Aesopus* singulos mortales binas habere manticas, hoc est, peras, alteram ante pectus, alteram a scapulis tergoque propendentem. Sed in priorem, inquit, aliena vitia immittimus, in posteriorem nostra. *Persius*:

Vt nemo in sese tentat descendere nemo,

Sed praecedenti spectatur mantica tergo.

Horatius:

Respicere ignoto discet pendentia tergo.

Diuus Hieronymus: Sed illa est vera inter amicos reprehensio, si nostra opera non videntes, aliorum, iuxta *Persium*, manticam consideremus.

Festucam ex alterius oculo eicere.

HANC humani ingenij cecam φιλαυτίαν poetarum litterae notarunt. *Horatius*.

Cum tua, inquiens, peruideas oculis mala lippus inunctis,

Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,

Quam aut aquila, aut serpens *Epidaurius*?

Idem alibi:

Qui ne tuberibus propriis offendat amicum

Postulat, ignoscat verrucas illius equum est.

Quod ipsum prouerbij speciem euidentem ante se gerit. Tuberia maiora vitia dixit, verrucas minora, quae alibi nauos appellauit.

Intra tuam pelliculam te contine.

INTRA tuam pelliculam te contine. *Porphyrion* prouerbum esse admonet, quo vetamur obliuii sortis nostrae, maiora conari, quam pro nostra facultate. Idque inde sumptum putat, quod olim duces in pellibus, hoc est, pelliceis tentoriis dormitarent. Sed videtur rectius referri ad asinum illum *Cumanum*, quem *Apologi* fabulantur adaptasse sibi leonis exuium, atque ita sese ad tempus pro leone gessisse: Verum eam rem illi

magno fuisse malo, cum agnitus, et magno omnium risu, aliena apposititiaque exutus pelle, fustibus ad necem caderetur. Neque absurde quis ad *Cleonem*. *Atheniensem* referat, qui ex *Byrsopola*, hoc est, coriario creatus exercitus duces, fortuna fauente victoriam reportauit, capta *Pylo*, suam ipsius ciuitatem furto spoliavit, atque ad eum modum ad summas opes euectus est: tandem per alium eiectus maleque acceptus, penas dedit, quod non in propria pelle quiescet. Hic inducitur in *Aristophanis* comedia, cui titulus *Equites*, neque non aliis locis subinde mordetur ab eodem poeta. Huc nimirum videtur allusisse *Plautus*, cum militem gloriosum et iactantissimum fingit elephantino corio circumtectum, non suo, siue quod stolidum significaret, siue quod maiora, quam pro facultate loquentem. *Horatius*:

Et merito, quoniam in propria non pelle quiessem. *Martialis* in sutorem quendam, qui *Cleonis* exemplo, prius ad summam euectus diuitias, ut venti erant, ita velum in altum sustulit: deinde ad pristinam rursus inopiam largitionibus suis redactus est, ut nihil iam esset nisi cerdo:

Lusisti, inquit, satis est: sed te, mihi crede, memento

Intra pelliculam cerdo tenere tuam.

Item *Seneca* in *Epistulis*: Sapientem vndique submouent, et intra ciuem suam cogunt. Id circa metaphoram sic extulit *Ouidius*:

Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, et intra

Fortunam debet quiescere suam.

Alludit huc et *Lucianus* in *Imaginibus*, ἐκ ἐπιμνήσκειν ἐπὶ τῇ ὑπερβολῇ. id est, Non iam manent in his quae adsunt: de his qui fortuna successibus elati, suae conditionis non satis meminerunt. Denique non absurdum videtur, si prouerbum referatur ad *Marsia* excoriati fabulam, qui quoniam parum memor suae conditionis, ausus est cum *Apolline* certare, sua pelle exutus est.

Pennas nido maiores extendere.

EST apud *Horatium* in *Epistulis*, non dubium quin prouerbialis metaphora, Pennas nido maiores extendere, pro eo quod est, rem, fortunamque, quam mediocrem aut tenuem a maioribus acceperis, auctiorem reddere. Quod quidem, si virtute fiat, summa laus est, tantum abest ut vitio dandum existimemus.

Me, inquit, libertino natum patre, et in tenui re,

Maiores pennas nido extendisse loqueris,

Vt quantum generi demas, virtutibus addas.

Translationem ab auium pullis, qui sic grandescunt, subnascensibus, plumis, ut materno nido capi non possint.

In tuum ipsius sinum inspuere.

HANC nostra tempore multis regionibus hoc circumfertur adagium. Iubent enim hominem aliena vitia taxantem, in suum ipsius sinum inspuere, tanquam admonentes, ut domesticorum malorum recordatione desinat arrogantius insectari vitam alienam. Idem antiquis fieri solere, colligi vixitque potest ex verbis *Plinianis*, qui lib. 28. cap. 4. scribit hunc in modum: Veniam quoque a deis, spei aliquis audacioris petimus, in sinum spuendo. Idem in eodem capite scribit ex auctoritate *Salpae*, torporem sedari quocumque membro insupen-

MI 4 te si

te, si quis in sinum expuat. Quorū vtrūq. non profus abhorret a nostro vulgato proverbio. Siquidē qui carpit alienā, spe quadam improba peccat, quasi speret sibi nihil simile a quoquam opprobriari posse, cum nemo sit, qui non aliquo vitio teneatur. Et qui propriū mali, quasi sui ipsius sensu caret, teu torpore quodam tenetur. Seneca libro De beneficiis septimo: Fortasse vitium de quo quereris, si te diligenter excusseris, in sinu inuenies. Lucianus in apologia De mercede seruientibus, καὶ ὅτι δὲ καὶ τὸν κόλπον πύσας· πρὸ γὰρ οὐκ εἴδες κατηγορεῖν. id est, Quodq. non prius in tuum ipsius sinum inspueris, quam accusare cōperis. Idem in Fortis, ὑπομαρῆς καὶ ὡς ἀδύνατος, καὶ τὸν κόλπον δὲ πύσας, δὲ εἰ δὲ ὅπως ὡν ναυκληρεῖς. Locatur quispiam in amicum, quod tanquam oblitus sui, opes immensas imaginaretur, neque in sinum spueret, ut agnosceret, quisnam esset. Idem indicat Theocritus Ecloga sexta. Nam Polyphemus cum paullo arrogantius suam formam extulisset:

Ὡς μὰ θεοὺς καὶ θεῶν δὲ, τρεῖς εἰς ἐμὸν ἐπὶ πόδα κόλπον.

Τὰ νῦν γὰρ ἄρχομαι καὶ τὸ πᾶσι εἰδιδάξαι.

Quorum carminum hæc ferme sententia est. Ne quid me lædat inuidia, neue noceat fascinatio, tē in meum inspu sinum. Nam id me Corytariis anus docuit. Scholiastes addit eum morem suæ etiam inuitate durasse mulierculis, ut abominantes inuidiam in sinum expuant. Refert & Callimachi versum,

Δαίμων, τί κόλπον σὺν ἐπὶ πόδα γυναικὶς. id est,

O fortuna, sinum mulier cur conspuis omnis.

Huc fortasse pertinet, quod ait Lucianus in Necymantia, Τρεῖς ἄν μὲ πρὸς τὸ πρὸς πόδα καὶ πρὸς σπῆκα. id est, Postea quam ter mihi despuisset in faciem. Nec alium hinc est, quod in secunda Satyra scripsit Persius:

Frontemq. atq. vda labello.

Infami digito, & lustralibus ante saluīs. Expiat.

E simili superstitione profectum est, quod indicat Athenæus libro primo, priscos ad depellenda mala solitos ter abstergeri. Refert versiculum hunc Cyrenæi,

Τρεῖς δ' ἀπομαρῆς εἰς τοὺς πόδας καὶ μὲν. id est,

Ter vero abstergis, melius bonā numina dohant.

Nosce teipsum.

Ad eam sententiam pertinent tria illa, inter omnia sapientum apophthegmata vel maxime celebrata; adeo ut, quemadmodum in Charmide testatur Plato, pro foribus templi Delphici ab Amphictyonibus inscripta, veluti digna deo viderentur. Quorū primum est γνῶθι σεαυτόν, Nosce teipsum. In quo modestia mediocritatisq. commendatio est, ne nobis vel maiora, vel et indigna sequamur. Nam hinc omnis xūa pestis oritur, quod sibi quisque blanditur, & quantum aliis præter æquum detrahit, tantum sibi philautia vitio præter meritum tribuit. M. Tullius ad Q. fratrem lib. 3. Et illud γνῶθι σεαυτόν, noli putare ad arrogantiam minuiendam solam esse dictum, verum etiam ut bona nostra norimus. Fertur hic quoque senarius inter sententias proverbiales:

Τὸ γνῶθι σεαυτόν· περὶ τοῦ καὶ τὸ γνῶθι σου. id est,

Vbiq. confert, ut teipsum noueris.

Citatur a Nonio Marcello Satyra quædam Varronis hoc titulo, γνῶθι σεαυτόν. Ouidius de Arte amandi:

-Fama celebrata per orbem

Littera cognosci quæ sibi quenq. iubet.

Iuuenalis:

Ex celo descendit, γνῶθι σεαυτόν.

Ouidius hanc sententiam ad Pythagoram auctorem refert. Platonius Socrates ab Apolline profectam arbitrat. Plato in Phædro, ἔδοντο μὲν πᾶσι τὸ κατὰ δέλεον ἐπὶ γὰρ καὶ γνῶθι σεαυτόν. id est, Nondum possum meipsum iuxta Delphicam inscriptionem cognoscere. Sunt quī ex Homero tanquam Oceano, hanc quoque mutuo sumptam existiment, apud quem Hector, cum in reliquos omnes impetum faceret, tamen Aiacei ut se præstantiorem declinauit. Sic enim ait poeta:

Αἶας τὸς δ' ἀλὲν μάλ' ὡς Πηλεΐωνα ἰδὼ. id est,

Congressum Aiacei fugit Thelamone creati.

Diogenes Thaleti tribuit. Apud hunc Antisthenes Themonas ascribit, ceterum Chilonem surpassasse. Thales autem rogatus: Τί ἐστὶ δύσκολον; ἐπεὶ, τὸ ἐαυτὸν γινώσκειν. id est, Quid est difficile respondit, seipsum nosse. Quid facile? alterum admodum. Macrobius primo in Scipionis somnium commentario tradit, cuidam Delphicam oraculum consulenti, quo nā itinere posset ad felicitatem peruenire, respondisse ad hunc modum: Si teipsum cognoueris. Id autem oraculum redditum fuit Cræso, ut auctor est Xenophō in Pædia Cyri. Citatur a Gnomologis Græcis hic ex Antiphane senarius:

Εἰ ὅντις ἐστὶ βέλτιστος, ὅντις καὶ ἐπὶ σφίσι. id est,

Præclare, se mortalis es, mortalia fac cogites.

Eandem sententiam sic extulit Pindarus, ἐπεὶ τὰ τε καὶ τὸς περὶ πᾶσι. id est, Mortalia mortales decent. Demonax interrogatus quando cœpisset philosophari; posteaquā, inquit, cœpi nosse meipsum. Socrates quod Apollinis oraculo solus esset sapiens iudicatus, cum Græcia tot haberet sophos, sic interpretatur, quod ceteros proficientes se scire quod nesciebant, hoc nomine ninceret, quod sciret se nihil scire, & hoc vnum se scire profitebatur. Ceterum hanc Socratis modestiam videt Anaxarchus, qui predicabat se ne id quidem scire, quod nihil sciret. Apud Menandrum Comicum quispiam corripit hoc omnibus laudatissimum dictum:

Κατὰ πολλὰ ἀνέστη, καὶ καλῶς ἐβλήμεν.

Τὸ γνῶθι σεαυτόν, καὶ σπουδαίως γὰρ ἐστὶν.

Τὸ γνῶθι τὰς ἀρετὰς. id est,

Multis modis dictum videtur perperam,

Cognosce teipsum, magis enim in rem fuerat hoc,

Cognosce ceteros.

Ne quid nimis.

ALTERUM diuersis verbis eandem ferme sententiam complectitur, καὶ δὲ τίς καὶ τίς, id est, Ne quid nimis: quam quidem tanquam vulgo celebratam, Terentius in Andria etiam Sosia libertini personæ tribuit. Diogenes Laertius Pythagoræ ascribit. Aristoteles tertio Rhetoricorum libro ad Biantem auctorem refert, tractans de inueniunt immoderatis affectibus, quos ait, ubiq. nimia vehementia peccare: nam & amare nimium, pariter & odire nimium. Senes non item, sed ut ipsius Aristotelis utar verbis, κατὰ τὴν βίαν τοῦ ὀρέσκειν καὶ τοῦ φιλεῖν ὡς μισοῦντες, καὶ μισοῦντες ὡς φιλοῦντες. id est, Iuxta Biantis admonitionem, & amant tanquam offendi, & oderunt tanquam amaturi. Sunt qui Thaleti tribuant

buant. Sunt qui Soloni, teste Laertio. Plato quodam loco ex Euripide citat. Neque defunt, qui ad Homerum veluti fontem referant: cuius hi versus sunt in Odyssæ O.

Νιμιασθῶμαι δὲ καὶ ἄλλω

Ανδρὶ ξυνοδόνω, ὅς κ' ἐφαίχῃ φίλῃ σιν

Εφαίχῃ δ' ἐχθαίρῃ σιν. αὐτὸν δ' ἄισιμα πέντα. id est,

Mihi nequaquam is placet hospes,

Qui valde preterq. modum simul odit, amatq.

Sed puto rectius esse ut sint mediocria cuncta.

Idem in Iliados K.

Τὸ δὲ ἴδω, μὴ γ' ἄρ' ἐμὲ καὶ ἄντι, μὴ γ' ἐπὶ νύκτι. id est,

Ne nimis aut laudes Tytida, aut vituperes me.

Ad Hesiodum quidem referre malimus. Cuius illud est in opere, cui titulus ἐργα καὶ ἡμέραι:

Μέτρεα φυλάσσειν, καὶ ὅς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος. id est,

Mensuram seruare, modus in re est optimus omni.

Euripides cum aliis aliquot locis, tum in Hippolyto coronato:

Οἶτω τὸ λίον γ' ἔσθ' ἐπαινω

Τὸ μὲν ἄρα. id est,

Sic equidem minus approbo, quidquid

Est vehemens, quam quod vulgus ait,

Ne quid nimium.

Pindarus apud Plutarchum, σοφοὶ δὲ καὶ τὸ μὲν ἄρα ἐπὶ σοφῶν περιεργάζονται. id est, Sapientes hoc verbum, ne quid nimis, præter modum laudant. Sophocles in Electra:

Μὴ δὲ ἐχθαίρῃς ὅπερ ἄχθῃς μὴ γ' ἐπὶ λ' ὅς. id est,

Ne nimium, præterq. modum te torqueat ille

Quem odisti, sed nec neglexeris immemor hostem.

Plautus in Pænulo: Modus omnibus in rebus soror est optimus. Eodem pertinet Homericum illud Iliados N.

Ἐν τῶν ῥ' ἄλλων ἐστὶ ὅππῃ καὶ φιλότιμος

Μολπὴς τὴν γλυκύναν καὶ ἀμύμονος ὀρχήμοιο. id est,

Cumularum rerum saties contingit, amorisq.

Et somni, & blandæ citharæ, choreæq. decentis.

Id imitatus videtur Pindarus in Nemeis,

Κόρον δ' ἔχει καὶ μέλι, καὶ τὰ τῶν ἄνθ' ἀφροδίσια.

Id est, Satietalem habet & mel & iucundi flores veneri. Plinius lib. 11. Perniciosissimum autem & in omni quidem vita, quod nimium. Horatius:

Est modus in rebus, sunt certi deniq. fines,

Quos ultra, citraque nequit consistere rectum.

Rursus idem:

Virtus est medium vitiorum utrinque redactum.

Phocilides:

Ἐν τῶν μέτρον ἄριστον. i. Omnium modus optimus.

Et Alphens in Epigrammate.

Τὸ μὲν ἄρα ἄρα μὴ τὸ πᾶν. id est,

Hoc ne quid nimium, nimis placet mi.

Quintilianus scripsit modum in pronuntiatione regnare, quemadmodum in ceteris omnibus. Deniq. Plutarchus in Camillo docet, pietatem esse mediam inter contemptum numinum & superstitionem, ἢ ὅτι ἀλάβη, καὶ τὸ μὲν ἄρα, ἄριστον. id est, Pietas autem, & quod aiumt, ne quid nimis, optimum est. Nihil autem est rerum omnium, in quo non peccari queat nimietate, præter amorem dei, quod aliis verbis fatetur & Aristoteles, pro deo supponens sapientiam. Huc pertinet quod ex poeta quopiam refert Athenæus libro primo de laudibus vini:

Πάσας δ' ἐκ κρατῆρος, ἀδία ἀδρόν λαπαίσει
Πινόμαρος κατὰ μέτρον ὑπὲρ μέτρον δὲ χερσὶν. id est,
At qui omnes hominum pellit de pectore curas.
Si modice biberis, sin absq. modo, nociturum est.

Sponde, noxa præsto est.

Εγγύα παρὰ δ' ἄτι, id est, Sponde, sed noxa præsto est.

Quæ quidem omnia Socrates apud Platonem putat ad eandem sententiam pertinere. Nam qui pro altero fideiubet, id pollicetur, quod non sit in ipso situm præstare, nempe fidem alienam. Sed primum illud Apollini tribuit, reliqua duo a mortalibus adiecta credit. Plin. lib. 7. cap. 32. cum ita pariter adscribit Chiloni, sed ita ut oraculorum vice fuerint habita. Rursus, inquit, mortales oraculorum societatem dedere Chiloni Lacedæmonio, tria præcepta eius Delphis consecrando aureis litteris, quæ sunt hæc: Nosse se quenque. Et nihil nimium cupere. Comitumq. æris alieni, atque litis esse miseriam. Explicuit Plinius, quid sit spondere. Fideiubemus enim pro eo cui creditur pecunia, & sæpe fit, ut fideiussor cogatur creditori numerare pecuniam. Fideiubemus & apud iudices, de sistendo reo, atq. illo fallente plectuntur vades. Et hoc dictum ad Homerum auctorcm referunt. Cuius hoc est carmen Odyss. 6.

Δηλὰ τοι δειλὸν καὶ ἐγγύα ἐγγύα δα

Chersias apud Plutarchum in conuiuio Platonis, refert ad fabulam Homericam de Atre, quæ quod adfuerit Iouis sponsioni, de natiuitate Herculis, ab eo præcipitata est in terram. Citantur, ac laudantur hæc tria apophthegmata a Plutarcho in libello de futili loquacitate.

Nouit quid album, quid nigrum.

Οἶδ' ἃ τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν. id est, Nouit quid album, quid nigrum. Duplicem in sententiam accipi potest: Aut nouit discrimen recti, prauiq.: aut nouit id, quod nemo vel indoctus ignorat. Nam euidentius est alibi nigriq. discrimen, quam ut quisquam non videat. Aristophanes in Equitibus:

Νῦν εἰργασθῶν γὰρ ἐδίδες ὅς τις ἐκ ἐπιστάται,

Ὅς ἢ τὸ λευκὸν οἶδεν, ἢ τὸν ἰσθὺν γόμον. id est,

Nunc Arignottum Iyriften nullus est qui nesciat,

Qui album nouerit, rectosue nouerit modos.

Interpres ostendit, exponitque prouerbium. Videtur esse tractum a priscis illis mortalibus, qui duos tantum naturales colores nouerant, album & nigrum, teste Pompeio.

Albus an ater sis, nescio.

ALBUS an ater sis, nescio. Solet dici de homine vehementer ignoto. Cicero Philippica secunda: Me nemo nisi anicus fecit heredem, ut cum illo cōmodo, si quod erat, animi quidam dolor iungretur. Te is, quem nunquam vidisti, L. Rubrius Cassinas fecit heredem. Et quidem vide quam te amarit is, qui albus, aterue fueris ignorans, fratris filium præterit. Quintilianus in vndecimo Oratoriarum institutionum lib. Negat, inquit, se magnificere aliquis poetarum, utrum Cæsar sit albus, an ater homo: Catullum, digito indicans, cuius in Cæsarem hoc extat carmen:

Nil nimium studeo Cæsar tibi velle placere,

Nec scire utrum sis albus, an ater homo.

Apuleius in apologia Magiæ: Etiam libenter te nuper usque,

usque, albus an ater esses, ignorabam, adhuc hercle nō satis noui. Diuus Hieronymus aduersus Heluidium: Quis te, oro, ante hanc blasphemiam nouerat? Quis dispositio supputabat? Consecutus es, quod volebas. Nobilis es factus in scelere. Ego ipse, qui contra te scribo, cum in eadem vrbe tecum consistam, qua balbutis & erubescis, albus, ut aiunt, an ater sis nescio. Horatius in extrema epistula:

-Vultu mutabilis albus & ater.

Quo loco Porphyryon admonet prouerbiali figura dictum, albus & ater, pro eo, quod est bonus & malus, & Horatium album, aut ad liberalem, aut letum reddidisse, atrum ad sordidum & erumnosum. Iluc festi-
mister allusit Mateon apud Athenensem libro quarto de Sepia loquens,

Ἡ μὲν ἰχθὺς ἐξ ὅσων τὸ λευκὸν καὶ μέλαν ὀφείλει id est,

Quæ cum sit piscis, sola album nouit & atrum.

Est enim Sepia colore albo, sed succum habet atrum, quem spargit in metu ne deprehendatur.

Non nouit natos.

SIMILIMA huic figura est, natum non noui, pro eo quod est, prorsus ac modis omnibus ignoro. M. Tull. lib. Familiarium epistularum nono ad Papyrium: Nā mihi scio iam a regibus ultimis allatas esse litteras, quibus mihi gratias agunt, quod se mea sententia reges appellauerim, quos ego non modo reges appellatos, sed omnino natos nesciebam. Similimum est illi, quod est apud Aristophanem in Vespis: ὅς ἐμ' ἔδ' ἐξ ἑστ' ἰδέν. id est, Qui me ne viuum quidem nouisset: id est, nullam omnino mei rationem habuisset. Item Theocritus in Pharmaceutria:

Οὐδ' ἔγωγ' ὅτι τὸν πέντακμοις ἢ ζοῖ' ἰμεία. id est,

Non enim illud verum sim viua, an mortua nouit.

In eandem sententiam usurpauit Plautus in Euclyone: Non magis me respicias, quam si natus nunquam sem.

Odi memorem compotorem.

Μισὼ μνήμων συμποτῶν, id est, Odi memorem comboto-
rem. In eos qui quæ inter amicos & inter pocula dicuntur liberius, foras eliminant. Lucianus in Lapithis, ex poeta quopiam citat. Martialis:

Μισὼ μνήμων συμποτῶν Procille.

Iocatur enim poeta in Procillum quempiam, qui inter pocula iussus postridie cœnatum venire, venit serio, perinde quasi quæ inter vina dicuntur, pondus habere debeant. Huius prouerby meminit Plutarchus in Sympotiacorum primo statim problemate, ubi quaerit, num conueniat in conuiuio philosophari. Putat autem dictum aduersus eos, qui præter modum instant et in vr-
gent conuiuio, ad bibendum impellentes, exigentesq. præscriptum poculi modum. Solent enim nonnulli, non admodum auidi bibendi sic effugere, ut interiectis sermonibus conuiuio in obliuionem auocent. Deinde si quis forte memor exigat, mentiuntur iam ebibisse sese. Doret autem in Sicilia ἐπιστάμενος, id est, conuiuio-
rum, seu mensurarum præfectos, Mnemonas appellat, quos Latini Modiperatores vocat, teste Nonio, quod bibendi modum imperent. Vnde prouerbiū quadrare videbitur in eos, qui modum in conuiuio præscriptum, nimium exacte requirant. Aliis magis videtur, ut prouerbiū admoneat ἐμνησίων, hoc est, obliuionem

omnium, quæ in conuiuio uel fiunt uel dicuntur. Id. n. testatur esse & maiorum fabulis, qui Baccho simul & ferulam & obliuionem consecrarint, nimirum hoc in-
nuentes, non oportere meminisse, si quid in conuiuio peccatum sit, aut certe lenem admodum ac puerilem reprehensionem sufficere. Nam ferula pueros cædi solitos, uel Iuuenalis indicat:

Et nos ergo manum ferula subduximus.

Idem Plutarchus alias eodem in opere narrat, Lacedæmoniū hunc fuisse morem, ut si quem amicum aut hospitem in domum acciperent, ostensis foribus dicerent, πύρρ' ἐκ ἐξέρχεται λίγος. id est, Hac non egreditur sermo. Damnat autem hanc consuetudinem, propterea quod sentiat, in conuiuio sermonibus utendum nō ineptis, sed eruditis ac frugiferis, quos efferrī sit honestū & conducibile. Resert idem in vita Lycurgi, ex cuius institutione qui nati maximus erat, stabat ad olium, & ad conuiuium ingredientibus dicebat, ostensis foribus, δὲ τὰ τῶν ἐξω λόγος ἐκ ἐκπρεΐεται. id est, Per hanc nullus sermo progreditur foras. Horatius hoc quoque inter iucundi conuiuij commoditates cōmemorat:

-Ne fidos inter amicos

Sit, qui dicta foras eliminat.

Huc pertinet ille Græcorum senarius:

Τὸν γὰρ γυναικὸς ὄρεον ἐκ δὲ τῶν γυναικῶν. id est,

Inscribo vmo si qua iurat femina.

Innuens irrita esse solere quæcumque in comptationibus effutuntur. Alluditur autem ad prouerbiū, quod alibi retulimus, ἐκ δὲ τῶν γυναικῶν, id est, In aqua scribo, de re euania. Huc adscribendum, quod quemadmodū in Sympotiacis testatur Plutarchus, veteres Bacchium obliuionis filium finxerant, idq. per iocum inuertit apud hunc quispiam, dicens patrem potius obliuionis appellandum fuisse quam filium, quod vinum præsertim immodicum, uel ante senectū adimat homini memoriā.

Duabus federe sellis.

D V A B V S federe sellis, est incertarum esse partium, & ancipiti fide, ambabus satisfacere velle. Quo verbo nonne composito, ἀμφὶ πόσων Homerus appellat Martem, id est, nunc his, nunc illis partibus fauentem. Macrobius in Saturnaliis cœnis: Laberius mimus in senatum a Cæsare lectus, cum a Cicerone ad consessum non reciperetur, dicente, Reciperem te nisi anguste sederemus: nimis mordaciter respondit, Atqui solebas duabus sellis federe: obiciens tanto viro lubricum fidei. Sed id quod Cicero dixit, nisi anguste sederemus, scommata erat in Cæsarem, qui in senatum passim tam multos admitteret, ut eos quattuordecim gradus capere non possent. Hactenus Macrobius. Est autem omniū consensus turpissimum, cum vtraq. parte colludere. At Solon legem tulit, qua punirentur hi, qui in ciuitatis tu multum neutri partium adhaesissent.

Duos parietes de eadem dealbare fidelia.

H V I C finitimum videtur illud, Duos parietes de eadem dealbare fidelia, pro eo quod est, eadem re duplicem inire gratiam, eademq. opera duos pariter demereri. Curius ad Ciceronem: Sed amice magne, noli hanc epistulam Attico ostendere. Sine eum errare, & putare me virum bonum esse, nec solere duos parietes de eadem

deum fidelia dealbare. Volebat enim Curius pariter & Attico & Ciceroni videri summus, ac de se vno fructum quidem Ciceronis, mancipium autem Attici facere. Tractum videtur ab his, qui parietibus opus albarium superinducunt. Legitur & huiusmodi Græcum adagium apud Suidā, δύο τειχεσς ἀντιστοιχέει, id est, Duos linis parietes.

Vnica filia duos parare generos.

HIS simile quiddam etiam nunc vulgo dicunt, dignum videlicet, quod vel vnum inter antiquitatis adagia connumeretur, Vnica filia geminos vis parare generos, ubi quis idem beneficium duobus simul pollicetur, aut pro eodem officio, quod alteri præstiterit, a duobus gratiam reposit.

Nescis quid serus vesper vehat.

NESCIS quid serus vesper vehat.

Ex Menippeis Varronis satyris citatur hic titulus, tū ab A. Gellio, tum a Macrobio, neq. dubitandum quin prouerbialis, sicut sunt & alij pleriq. Quo salubriter admonemur, ne presentium successuum prosperitate sublati, futuri curam abiiciamus. Neque vlla de re securi simus, prius quam exitum viderimus. Idem hodie quoq. vulgo dicunt, diem nondum ad vesperam decurrisse, cum significant diuersum exitum posse accidere. Apparet Maronem ad paræmiam alluisse, cum ait primo Georg. libro:

Deniq. quid serus vesper vehat.

Agens de prognosticis occasus. Potest referri & ad illam Solonis sententiam: ὅρα τίλος μακροῦ βίης. id est, Specta finem longæ vitæ. Tit. Liuius Decad. 5. lib. 5. In secundis rebus nihil in quenquam superbe ac violenter consulere decet, nec presenti cedere fortunæ, cum quid vesper ferat incertum sit. Huc alludit Philippus rex apud eundem Decad. 4. lib. 9. cum Thessalis respondens minacem clausulam adiecit, nōdum omnium dictum solem occidisse.

Πολλοὶ θυρσίγεροι, παῦροι δὲ τὴν βίαν. id est,

Plures thyrsigeros, paucos est cernere Bacchos.

Carmen hexametrum prouerbio Græcis celebratum, quo significatum est, compluribus mortalium adesse virtutis insignia, aut etiam samā, qui tamen vera virtute vacent. Non enim omnes poetæ, qui se eo titulo circumferunt. Non omnes generosi, qui torquem gestant auream. Neque πωγωνοφορεῖα, aut τριβωνοφορεῖα, quemadmodum loquitur Plutarchus, philosophum facit, hoc est, gestata barba, aut gestatum pallium. Translatum a ceremoniis Bacchanalium, in quibus thyrsos, id est, hastas quasdam viteas quatiebant afflati furore. Vsurpatur a Platone in Dialogo, cui titulus Phædon. Alludit huc eleganter Plutarchus in libello quem scripsit aduersus Colotam: Εἰς τῶν ἐταίρων ἀριστόδημος ὁ αἰγυῖς, οἱ δὲ τῶν ἀνδρῶν, τῶν ἐκ τῆς ἀκαδημίας, οὗ τερηκοφῶρον, ἀλλὰ ἐμμένοντες τῶν ἐργασίῳ πλάτωνος. id est, Quidam amicus Aristodemus Aegienensis: nam hominem nostri, Academicorum non thyrsigerum, sed ardentissimum mysten Platonis. τερηκοφῶρον appellat, nomine & cultu duntaxat Academicum, non re. Scitum est & illud Herodis Attici in palliatum, crinitum, barba ad pubem vsque porrecta: video barbam & pallium, philosophum non video.

Non omnes qui habent citharam, sunt citharædi.

M. VARRO libro De re rustica secundo, eandem sententiam extulit diuersa metaphora: Sed non omnes, inquit, qui habent citharam sunt citharædi. Huc adscribendum videtur, quod lepide scripsit Seneca, quendam personam malle, quam faciem. Faciem vocat, ubi quis talis videtur qualis est: personam, cum præ se fert aliquis quod non est. Potest & ad auaros torqueri, si neget eos diuites, qui possident opes, sed qui recte norint vti. Vti non est citharædus, quisquis tenet citharam, sed qui cithara recte nouerit vti.

Plures thriobolos, paucos est cernere vates.

Πολλοὶ θριόβολοι, παῦροι δὲ τὴν μάντιαν ἀνδρῶν. id est,

Plures thriobolos, paucos est cernere vates.

Simile carmen est superiori, eodem modo Græcis celebratum. Philochorus apud Zenodotū auctor est, olim tres nymphas Apollinis nutrices, Parnassum incoluisse, quæ Thria dicerentur, vnde postea receptum sit, ut calculi sortesque diuinorum Thria vocarentur. Vnde thrioboli, qui thrias in urnam diuinam iaciunt. Sunt qui affirmant rationem diuinandi per sortes a Minerva fuisse repperam, quæ cum magis floreret, quam oracula Delphica, mendax & vana reddita est, idq. opera Iouis, Apollini gratum facere cupiētis. Deinde ubi rursum mortales Delphica frequentarent oracula, Pythiam ad hunc modum dixisse,

Πολλοὶ θριόβολοι, παῦροι δὲ τὴν μάντιαν ἀνδρῶν.

Multi qui boues stimulent, pauci aratores.

CONSIMILEM habet sententiam & hic versus,

Πολλοὶ βεκύνται, παῦροι δὲ τὴν γῆν ἀροτῆραι. id est,

Qui taurum stimulent multi, sed rarus arator.

Multi præ se ferunt quod non sunt. Siquidem antiquitus arabant bubus, vt ante dictum est: eos extimulabant prælonga arundine, aut hastili cuspide quapiam acuminato. Qui mos & hodie durat apud Italos.

Simia in purpura.

Πέικκος ἐν πορφύρῃ, id est, Simia purpurata. In varios vsus potest adhiberi paræmia, nempe vel in hos, qui tametsi magnifico cultu sint ornati, tamen cuiusmodi sint, ex ipso vultu moribusq. cognoscitur: vel in hos quibus dignitas indecora additur: vel quotiens rei per se sædæ, ascititia peregrinaq. ornamenta indecenter admouentur. Quid enim tam ridiculum, quam simia vestita purpurea veste? Atq. id tamen non raro fieri videmus apud istos qui simias habent in deliciis, vt quam maxime possunt, ad humanum morem ornent ac vestiant, aliquotiens & purpura, quo parum attentos, aut imperitos fallant, proq. homine salutetur simia, aut si deprehensus fuerit fucus, res magis sit ridicula. Et Ammianus lib. 14. Antigonum quendam amictu tenuis philosophum appellat. De barbæ tenuis sapientibus antea nobis dictum est.

Simia simia est, etiā si aurea gestet insignia:

Πέικκος ὁ πέικκος, καὶν χιτῶνα ἔχῃ σὺμβολα, id est, Simia simia

mia fuerit, etiam si aurea gestet insignia. Superiori respondet, admonens fortunæ ornamenta non mutare hominis ingenium. Citatur adagium a Luciano in oratione contra ineruditum. Natum videtur a simiis illis Aegyptiis saltationem humanam imitantibus. Lucianus refert apologum in hunc modum: Rex quidam Aegyptius simias aliquot instituit, ut saltandi rationem perdiscerent. Ut enim nullum animal ad figuram hominis propius accedit, ita nec aliud æstus humanos aut melius aut libentius imitatur. Artem itaque saltandi protinus edoctæ saltare cœperunt, insignibus induta purpura, ac personata. Multoq. iam tempore maiorem in modum placebat spectaculum, donec e spectatori- bus facetus quispiam, nuces, quas clanculum in sinu gestabat, in medium abiecit. Ibi simiæ, simul atq. nuces vidissent, oblita choreæ, id esse cœperunt quod ante fuerant, ac repente e saltatricibus in simias redierunt. Contritisq. personis, dilaceratis vestibus, pro nu- cibus inter se depugnabant, non sine maximo specta- torum risu. Narratur apologus non absimilis de fe- le, quam Venus belle adornatam in pedissequarum or- dinem asciuerat, ac satis apte ἡ γυναικίς: donec mire e cauo quopiam in medium procurrente, declarauit sese nihil aliud esse quam selem.

Asinus apud Cumanos.

Οὐρανὸς περὶ κυμαίνε, id est, Asinus apud Cumanos. Compr- tit in eos, qui cum sint inepti ridiculiq., tamen apud ignotos ipsa nouitate habentur in precio. Aut in eos quibus honos aliquis præter meritum additus a fortuna, tumorem & insolentiam, ita ut fere fit, conciliat, id quod eleganter notat Demosthenes Olynthiacarum orationum prima: τὸ ὅτι περὶ πλεονεξίας τῶν ἀξίων, ἀπορροή τοῦ κακῶς φρονούντος ἀποδοτικὸς γινώσκει. id est, Fe- licitas enim & rerum successus, qui contigerit imme- renti, stultis vesania causam præbere solet. Cui con- gruit illud ex Aeschilo citatum:

Ἡ βαρὺ φόβον ἀνέρεος δούλην ἄφρονος. id est,

Graue pondus amens, rebus utens prosperis.

Narrauimus alibi fabulā de asino fugitino, qui apud Cumanos se gessit pro leone.

Ira omnium tardissime fenescit.

Οὐ μὲν ἔχρατον γινώσκει, id est, Ira postremum fenescit. Huic diuersum illud Aristotelis apophthegma, qui, au- ctore Laertio, rogatus quæ res quam ocysime conse- nesceret, respondit beneficium. M. Tullius utrunq. cō- plexus: Cui placet, inquit, obliuiscitur, cui dolet, memi- nit. Nam vulgo mortales iniuriæ tenacissime memini- se solent, benefactorum quam facillime obliuisci. Græ- cum adagium videtur ex Sophocle sumptum, cuius in Oedipo Coloneo hæc sunt verba:

Οὐ μὲν ὅτι γινώσκει γὰρ ἔτι πῶς ἄλλο, πᾶσι

Θενίον, θενίον τῶν ἑδν ἄλλος ἀπὸ τῶν. id est,

Senectæ nulla obstringit iracundiæ

Nisi mors, sepultos nullus attingit dolor.

Hoc idem innuit Homerus lepidissimo sane figmento de Liris & Ate. Hanc deam facit, quæ noxas ac tur- bas soleat immittere rebus mortalium, atq. ipsam qui dem acerbis oculis ac præuolocibus esse pedibus. Cete- rum post eam multo interuallo consequi Litas deas, quæ quod Ate turbauerit, sarcire moliantur. Has &

Strabis oculis fingit, & pedibus claudis, illud nimi- rum innuens, offensas esse citas, reconciliationes ef- se tardas, propterea quod iniuriæ diu meminisse so- lent homines. Carmen ipsum Homeri subscribamus ex Iliadis libro nono,

Καὶ ὅς τι λητὰί νῆσι δῖος κέραι μαγέλοιο.

Χαλὰν πῖρυσσά τι περὶ ἀβλῶπες τ' ἐφέλαμοι,

Αἰετὶ καὶ μετώπιδιν ἄγης ἀλὶ γαστρί κιδῶσαι,

Ἡδ' ἄττι θινὰρ ἢ τι, καὶ ἀρτίπρος, ὁμοίκα πάσας

Ρολλὸν ὑπὲρ κερταί, φέρονται ὅτι πᾶσαν ἐπ' αἶχην

Βλαπῶσ' ἀνθρώπους, αἱ δ' ἐξέκλινοντα ὀπίσθην.

Οὐ μὲν τ' ἀδύσεται κέραι δῖος ἄστυ ἰούσας,

Τὸν δὲ μέγ' ὠνήσαν, καὶ τ' ἐκλυον ἐνέχυροι.

Οὐδ' ἂν ἀνέκταται, καὶ τι σερπὼς ἀπὸ πῆλιν,

Αἰσθονταὶ δ' ἀραπαί με δῖα κρονοῖον καὶ ἔσσαι,

Τὰ δ' ἄττω καὶ ἐπιδῶνιν καὶ βλαπῶντες ἀποτίσῃ.

Quorum versuum non indolem neq. gratiam, sed sen- tentiam utcunq. reddemus Latinis auribus.

Nam Litas etiam genuit Saturnius ingens,

Rugosas pedibus claudis, ac lumine læsas,

Quæ Ates a tergo veniunt, medcantur ut illi.

Ipsa Ate, pedibusq. valens, & robore præstans,

Proinde gradu celeri longe præuertitur, omnes

Occupat, & terras prior aduenit illa per omnes,

Mortales lædens: verum hæc post terga sequuntur

Sarturæ quidquid commoverit illa malorum.

At vero natas Ioue qui reueretur, & audit,

Se simul ac adiere, huic commoda plurima gratæ

Conciliant, huiusq. vicissim vota receptant.

Reiicit at si quis præfractæ & pernegat illis,

Tunc adito Ioue patre, precantur, ut illicet Ate

Hæc adsit, pænasq. suo det deniq. damno.

Eiusdem Ates fit mentio Iliados τ. ubi Iuppiter impli- tans huic deæ, quod a Iunone deceptus esset, illam ca- pillis arreptam in terras præcipitem dedit, interdicēs ne vnquam rediret in calitum contubernium.

Si vultur es, cadauer expecta.

CAPTATORES testamentorum & hereditetæ, vul- gata metaphora vultures appellantur, quod senibus orbis seu cadaueribus inbient. Nam huic aui propriū, cadaueribus tantum viuere. Vnde & natura tantum illi sagacitatis addidit, auctore Plinio, ut biduo, aut tri- duo præuolet illuc, ubi cadauera sint futura: eoq., ut refert vere Magnus ille Basilius, ingenti agmine solet comitari castra militum. Hoc minus nocens, quam sint homines isti diuitum funcribus imminentes, quod neq. fruges attingit, neq. vllum animal, quantumuis imbel- le, occidit, aut insectatur: tantum cadauera, vel eorum quæ sponte interierunt, vel ab aliis relicta sunt, depa- scitur. In quibus tamen abstinet a sui generis, id est, auium cadaueribus. Quemadmodum & Plutarchus docet in problematis rerum antiquarum, ne quid inte- rim adferamus ex Aegyptiorum opinione, qui dicunt vultures omnes esse feminas, nec aliter ex euro concipi- pere, quam e zephyro grauidæ sunt arbores. Vnde mi- rum est, hanc aucti innocentissimam apud homines tā male audire. Proinde qui diuites audent aut accusare, aut veneno tollere e medio, milui vocantur: qui vero duntaxat obsequiis & adulationibus aucupantur, ut misceantur testamento, vultures proverbio dicuntur.

Seneca

Seneca libro Epistul. 15. epistula 96. Si vultur es, cada-
ner expecta. Martialis libro sexto,

Admisit pater vnicum Silanus.

Cessas mittere munera Oppiane?

Heu crudele nephas, malæq. Parca,

Cuius vulturis hoc erit cadaver?

Diogenianus in collectancis meminit huius adagij, sed
alia figura, ἀπὲρ γὰρ ἴς, id est, vulturum ritu. Admo-
net autem dictum de ijs, qui vel ob hereditatis, vel al-
terius alicuius emolumenti spem insidiantur cuiquam.

Coruum delusit hiantem.

H A V D dissimili figura dictum est ab Horatio in eum,
qui captatorem suum arte frustratus fuerat,

-Coruum delusit hiantem.

Nam hac quoq. avis cadaueribus imminet.

-Plerumq., inquit, recoctus

Scriba ex quinquero coruum delusit hiantem.

Loquitur de Corano, qui Nasicæ focero, spe testamenti
perdolum ostentata, moriens, nihil præter plorare re-
liquit. Videtur autem hoc adagium effictum, & imi-
tatum ad illud Græcorum, λύκος ἔχων, id est, Lupus
hiat. Vt itidem dicere liceat, lupum delusit hiantem,
& κύρξ ἔχων, id est, Coruus inhiabat.

Cornicari.

Q V I N & Græci proverbio κερῶν, dicunt, pro eo quod
est, inhiare præda, aut inepte garrere. Aristophan.
in Pluto:

Σὺ μὲν οἷ δ' ὁ κερῶν, ὡς ἐμὲ τὶ κεκοφῶτος

Ζωτῆς μεταλαβὼν. id est,

Quid crocites scio, nempe si quidquam rei

Furto inuolarim, ut hinc tibi partem seras.

Interpres admonet esse proverbium in eos, qui corni-
cium more frustra cornicantur. Sunt autem verba Chre-
myli senis, qui ait se non ignorare, quid sibi vellet
Blepsidemus, sursum ac deorsum vertens orationē, dū
studet furti confessionem elicere, nimirum ut conscius
in præda partem veniret. Persius satyra 5.

Nescio quid tecum graue cornicaris inepte.

Vsus est & diuus Hieronymus in epistula ad Rusticum
monachum.

In vino veritas.

Εν οἴνῳ ἀλήθεια, id est, In vino veritas, passim apud aucto-
res usurpatum adagium, significans ebrietatem animi
fucum tollere, & quidquid in pectore conditum est, in
apertum proferre. Plinius lib. 14. cap. 22. scripsit,
vinum usque adeo mentis arcana prodere, ut mortife-
ra etiam inter pocula loquantur homines, & ne per
iugulum quidem rediveras voces contineant: vulgoq.
inquit, veritas attributa vino est. Celebratur & Per-
se cuiusdam apophthegma, qui negavit tormentis o-
pus esse ad exquirendum verum, vino enim rectius eli-
ci: quod approbans Horatius in Odis,

Tu lene, inquit, tormentum ingenio admoues

Plerumq. duro, tu sapientium

Curas, & arcanum iocoso

Consilium retegis Lyæo.

Idem in arte poetica:

Reges dicuntur multis vrgere culullis,

Et torquere mero, quem perspexisse laborent,

An sit amicitia dignus.

Rursus alibi:

Quid non ebrietas designat? operta recludit.

Effertur & ad hunc modum apud Athenæum. li. 2. p. 1-
ræmia, οἷνος καὶ ἀλήθεια, id est, Vinum & veritas.
Quod largius poti non tantum effutunt sua arcana,
verum etiam audacius in alios loquuntur. Apud Plu-
tarchum in vita Artaxerxis, Sparamixas Mithrida-
ti, per vinum quiddam insolentius elocuto, φέρονος μὲν
ἐδ' οἷος ὁ μετρίδ' ἔστω, ἐπὶ δ' ἑφ' αἰσιν ἔθνηται, οἷον καὶ ἀλὴ-
θειαν εἶναι. id est, Nulla quidem invidia est o Mithri-
dates, ceterum quando Græci dicunt, vinum & veri-
tatem esse, &c. Celebratur a Græcis hæc quoq. senten-
tia proverbialis, τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ νύμφοντος, ἐπὶ τῇ
γλῶσσῃ τοῦ μεθύοντος. id est, Quod in corde sobrii, id in
lingua ebrii. Theognis,

Εν πυρὶ μὲν χρυσὸν τι, καὶ ἄργυρον ἰδριεὶ ἀνδρες

Γενέσκειτο, ἀνδρὸς δ' οἷνος ἐδέσσει νόον. id est,

Aurum aut argentum fabris dignoscitur igni,

Vinum hominis prodens arguit ingenium.

Athenæus hunc senarium citat ex Euripide:

Κέροπλον ὅθ' ἐδέσσει χαλκὸς ἰς, ἵππε δ' ἐνὸν. id est,

Forma ære lucet, vina produnt pectora.

Apud eundem Ephippus:

Οἷος σὶ πλῆθος ποτὶ ἀνὰ καὶ ἀλλοίον,

Οὐκοῦν μεθύοντες φασὶ τ' ἀληθὲ λέγειν. id est,

Vis multa vini, multa te cogit loqui,

Loqui proinde vera dicunt ebrios.

At idem lib. 10. refert Anacharsidis dictum, ὅτι
ἐν αἵματι δόξα τις μεθύσει γίγνεται. id est, quod falsæ
opinionēs accidunt temulentis: ac mox narrat quid-
dam haud infestum. Quidam ē cōiuiis dixerat Ana-
charsidi, Vxorē duxisti admodum deformem. At il-
le, Prosus, inquit, idem mihi videtur, sed heus puer,
porrige poculum meracius, ut illam faciam formosam.
Non solū igitur amanti, verū etiam ebrio τὸ μὴ καλὰ
καλὰ πείθεται, quemadmodum inquit Theocritus.
At qui verum qui potest dicere, qui labitur rerum iudi-
cio? Sed veritas non semper respondet mendacio, ve-
rum interdum simulationi. Potest autē fieri, ut ex ani-
mo loquatur, qui tamen falsum dicat, & verum dicat,
qui non vere loquatur. Postremo proverbium non sen-
tit de insana temulentia, quæ facit, ut quæ fixa sunt vi-
deantur ambulare, & quæ simplicia videantur multi-
plicia: sed de moderata, quæ dysopiam ac fucum excu-
tit. Alcibiades in Symposio Platonis: τὸ δ' ἐπὶ τοῦ
οἴκου ἂν μὲν ἀκούσας τι λέγοντο, εἰ μὴ πρῶτον μὲν τὸ λέγον-
μενον, ὅτις ἀνὴρ τι παύσθων, καὶ μετὰ μάλιστα, ἂν ἀληθὲς εἴ-
η. Quæ vero nunc sequuntur, non prius audietis, quam
proverbium illud recensamus: Vinum & cum pueri-
tia, & sine pueritia, veridicum est. Quibus ex verbis
liquet, idem de pueritia quod de vino, proverbio iacta-
tum fuisse. Durat & hodie vulgo tale proverbium, non
audiri verum, nisi a tribus hominum generibus, pue-
ris, ebrijs, & insanis. Huc adscribendum arbitramur
versiculum illum proverbialem:

Η γλῶσσ' ἀμαρτάνουσα τ' ἀληθὲ λέγει. id est,

Verum solet prolapsa lingua dicere.

Nam verum esse creditur, quod exciderit imprudenti,
quando quidē id demum vacat fictionis suspitione. Ex
huiusmodi lapsu colliguntur & omnia certioris fidei.

Sæpe Neoptolemi pro nomine nomen Orestis

Exit, & errorem vocis ut omen amo.

N. Deniq.

Deniq. M. Tullius in Topicis, inter ea quæ faciunt fidem, commemorat pueritiam, somnum, imprudẽtiam, vinolentiam, insaniam.

Bos in lingua.

Βὲς ἐν γλώτῃ, id est, Bos in lingua. In eos, qui non audent libere quod sentiant dicere. Translatum, uel a robore animantis, quasi linguam opprimens, non sinat eam eloqui. Vel hinc quod Atheniensium numisma quondam bonis obtinuit figuram. Item apud Romanos Seruius rex, ouium ac bouum effigie primus signauit æs, au-
tore Plinio, lib. 18. cap. 3. Idem testatur Plutarchus in Problematis rerum priscarum, quod priscis omnis fere possessio erat in gregibus & armentis. Unde & a pecoribus dicta pecunia uolunt. Itaq. qui multa pendendæ metu deterriti recitarent, aut qui pecunia corrupti loqui non auderent, bouem in lingua dicebantur habere. At Iulius Pollux nono de rerum uocabulis libro, prouerbiū hoc exponens, his ferme consentanea commemorat, addens ipsum numisma bouem uulgo uocari solere. Proinde in Deliacis spectaculis, si cui munus dandum erat, præconem pronunciare solitum, Tot boues illi dabuntur. Bouem autem ualuisse duabus drachmis Atticis, unde fuisse qui crederent hoc numisma Deliorum fuisse proprium, non Atheniense. Addit item in Draconis legibus extare mentionem, πᾶσι τὰ ἀποτίμην δακτύλιον, id est, De pendendis decem bubus, id est, nummis decem. Neque defuisse, qui senserint, Homerum quoque de numismate locutum, non de animante, cum ait:

Χρυσία χαλκίων ἐκατόμβι σὺν αἰβίαν.

Verum hanc opinionem alio in loco refellit Iulius Pollux, ostendens illam fuisse commutationem rerum circa nummos. Qui scripsit scholia in Homerum libro secundo, tradit bouem apud priscos in honore fuisse, cum multis de causis, tum præcipue quod Apollini sacrum sit animal. Itaque in altera parte numismatis insculpebant bouem, in altera faciem regiam. Adagium autem effert ad hunc modum, βὲς ἐπὶ γλώτῃ βιβνκεν, id est, Bos in lingua incedit, admonens id dici solitum, ubi quis pecuniæ causa taceret. Theognis:

Βὲς μοι ἐπὶ γλώτῃ. id est, In lingua mihi bos. Philostratus in uita Apollonii: γλῶττι πῶς πῶτος ἀνθρώπων σωίχε, βὲν ἐπὶ αὐτῇ σιωπῆς ἐνθὺν δόγμα. i. Linguam primus hominum coeruit, bouem in illa silentij inueniens decreti. De Pythagora loquitur, silentij auctore. Itē in Scopeliano sophista: καὶ οὐ χρεὶν ἐκρυπτεῖν εἰ πεπεδημένοι, τὴν γλῶττιν τινος καὶ βόυν ἀφάνισον ἐπ' αὐτῇ βιβνκόμενοι. id est, Neque mirandum est, si quidam linguam habentes uincentiam, boue silentij eam occupante. Extat apud Aeschylum in Agamemnone.

Τὰ δ' ἄλλα σιγῶν, βόυν ἐπὶ κλώτῃς μέγας

βιβνκεν.

id est,

Taceo cetera, linguā occupauit bos quidē. Ingens.

Argentanginam patitur.

Ἀργεργύχῳ πάσχει, id est, Argentanginam patitur. Superiori finitimu est, natu ex historia, quam refert Aulus Gellius in Noctibus Atticis, atq. itē Plutarchus in uita Demosthenis. Ea est huiusmodi. Cum aduersus Milesiorum legatos, qui auxilij petēdi causa Athenas venerant, acriter in concione dixisset Demosthenes, ob-

sisteretq. quominus impetraturi postulata uideretur, causa in diem posterum reiecta, legati Demosthenem ipsum adierunt, magna pecuniæ summa, ne contra se diceret, redemerunt. Postridie, cum res denno foret agenda, Demosthenes multa lana collo circumuoluto in concione prodit, fugiens sese σωγύχῳ, id est, anginam patiente, rem impedimento esse, quo minus ex more diceret. Tum e populo quissiam, cui simulatio sit bolchat, exclamabat, eum non σωγύχῳ, sed ἀργεργύχῳ pati. Est autem synanche morbi genus, quem uulguis medicorum deprauate squinantiam appellat. Hinc Aretæus Cappadox libro 1. commemorat inter morbos acutos, ostēdens bifariā appellari, uel σωγύχῳ, quod id mali canib⁹ sit familiare, uel σωγύχῳ, quod spiritum coartet ac præfocet.

Equus me portat, alit rex.

Ἰπποεμὶ φέρεται, βασιλεὺς μὲ τρέφεται.

id est,

Me rex alit, ac me portat equus.

Referitur inter Græcorum adagia, atque addunt hinc natum. Iuuenis quidam sub rege Philippo stipendia faciebat. Is cum admoneretur ut missionem peteret, seq. a militia abdicaret, negauit se facturum, his qui dem uerbis:

Ἰπποεμὶ φέρεται, βασιλεὺς μὲ τρέφεται.

id est,

Equus me portat, rex me alit.

significans se commodissime uiuere, ut qui & pedibus alienis ingrederetur, & aliena pecunia pasceretur. Huc alludit Horatius, cū in Epistulis sub Aristippi persona sic ait:

— Rectius hoc, &

Splēdidius multo est, equus ut me portet, alat rex. Quo quidem in loco Acron huius admonet prouerbij, cuius etiam meminit Diogenianus. Apparet e tragedia quapiam ascitum. Est enim carmen anapesticum dimetrum.

Etiam chorchorus inter olera.

Καὶ κορχορος ἐν λαχαναῖς, id est, Etiam corchorus inter olera. Dici solitum in homines nullius precij, qui tamen in numero aliquo studeant haberi. Nam κορχορος, oleris genus est uilissimi, quod Plinius lib. 21. in catalogo olerum recenset. Idem alibi commemorat inter herbas sponte nascentes. Scribit autem corchorum Alexandrini cibi herbam esse, conuolutis folijs, ad similitudinem mori, multis remedijs utilem. Meminit prouerbij Theophrastus, lib. De plantis 7. cap. 7. Corchorum referens inter olera, quæ uel cocta uel cruda possint edi, uerum ob amaritudinem prouerbio esse infamem. Suidas & Hesychius auctores sunt, nonnullis piscem existimari corchorum, contēptissimum, nulliusq. precij, qualis sit hippurus. Aristophanes in Vespijs: καὶ ἡ γὰρ μοι τοῦ κορχορος, id est, Deinde corchorum attingimus. Nec hic tacuit interpres de prouerbio.

Graculus inter musas.

CVI nōdissimile uidetur, κοροῖς ἐν ταῖς μουσαῖς. i. Graculus inter musas. Indoctus inter doctissimos: infantissimus inter eloquentissimos. Recte dicitur & in homines ostētatione falsæ doctrinæ sese iactantes, & uiris eruditis impudenter obstrepentes. Est enim Graculus auis minime canora, sed tamē odiose garrula atq. obstrepera.

ra. Confine est his quod in Bucolicis ait Vergilius:

-Sed argutos inter strepere anser olores.

Cygnos canoros esse sic omnium poetarum litteris est decantatum, ut nihil sit celebratius, etiam si nemini contigit hunc audire cantum. Nec desunt philosophi, qui huiusce rei rationem quoque reddere conentur. Aelianus addit, eos non canere, nisi flante Fauonio. Unde fertur etiam proverbiū, καὶ μὲν ἀσμεν, id est, Cygnea cantio. Contra, anseres molesto quodam strido dore obgannunt. Proinde cum indoctus inter eruditos garrat, in tempore usurpabitur adagium, Anser inter olores.

In lente unguentum.

Τὸ ἐν τῇ φακῇ μύρον, id est, In lenticula fabulam, subaudi, narras. Vbi quis mentionem inducit uilis cuiuspiam & nihili hominis, aliis de viris egregiis uerba facientibus. Ad hunc quidem modum legitur in omnibus vulgatis exemplaribus, apud A. Gellium lib. 13. cap. 27. Verum placet Hermolai castigationi subscribere, qui locum hunc ita restituit, ut legat, τὸ ἐν φακῇ μύρον, In lente unguentum. Quadrat autem in hominem, aut in rem quampiam, quæ neuiquam in tempore adhibeatur iis, quibus minime congruit. Veluti si philosophum iuuenem lasciuientium conuiuium misceas: aut inter pocula de rebus grauibz incipias disputare. Quæ admodum uidelicet lenticulæ uili legumini inepte quis admiscuerit unguentum. Siquidem auctore Dioscoride, & oculorum aciem hebetat, stomacho grauis, intestinis noxia, neruis, pulmōi, & capiti inimica, gignit turbulenta insomnia. Dicitur etiam ubi plura inter se dissimilia confunduntur. Verba Frontonis apud Gellium sunt hæc: Videte tamen, ne existimetis semper, atque in omni loco, mortales multos, pro multis hominibus esse dicendum: ne plane fiat Græcum illud de Varronis satyra prouerbiū, τὸ ἐν φακῇ μύρον, id est, In lente unguentum. Idem usurpauit M. Tullius libro ad Atticum primo: Legati, inquit, cum auctoritate mitterentur, qui adirent Galliæ ciuitates, darentq. operam ne ea cum Eluetiis se iungerent. Legati sunt, Q. Metellus Creticus, & L. Flaccus, τὸ ἐν τῇ φακῇ μύρον. Lentulus Clodii filius. Tamen hic quoque locus eodem mendo laborat, quo Gellianus ille. Citatur aut adagium ab Aristotele, in lib. De sensu & sensili. ἂν ἐν τῇ φακῇ μύρον, id est, Nam uerum est, quod ait Stratis Euripidem taxans, ubi lenticula coquitur, non oportere unguentum infundere. Quo sane loco, quæ portenta habeant nostri vulgati codices, nihil attinet hic commemorare. Citat et Athenæus lib. Dipnosoph. 4.

Γαζανίσσαι σφόδρην τι βέλους σοφόν,

Ὅταν φακῇ ἐν τῇ μὲν πικρὴν μύρον. id est,

Vos admonere callidum quiddam nolo,

Vbi lens coquitur, unguenta nequa infundite.

Ex Phœnissis Stratidis Comici poetæ. Citat & ex Sopatri Necyæ: ἵκαν ἐς ὀδυνητὸν τὸ ἐν τῇ φακῇ μύρον πᾶσι, ὅραται ἐν μὲν. id est, Ithacensis Vlysses in lente unguentum adest, aude anime. Adducit & Clearchum prouerbiorum collectorem, qui hoc quoque recensuerit prouerbij titulo, τὸ ἐν φακῇ μύρον. addens extare apud Varronem, compluresq. Latinorum vsos eo prouerbio, quibus incognitum tamen sit, unde Varro desum-

pserit eum iambicum. Huc nobis uidetur Aristophanes allussisse, cum ait ἐν τῇ φακῇ,

Κάπιδου τὸν σῶμα ἐρπύλλον ἀνδρῶν

Καὶ μύρον ἐν πικρῇ.

id est,

Præterea seres serpyllum sursum,

Et unguentum infundes.

Porro unguentum intelligimus oleū odoratū, ac velut unguentarium. Alioqui plebeium oleum admiscere lenti, nihil prodigiosum. Athenæus libro 2. citat hunc trimetrum ex Eupolide:

Ὁ τῶν παντῶν πολλοὺς παλῶς ἐρπύλλον.

id est,

Conditum opipare uile malumq. obsonium.

Est autem apud scriptores hoc legumen cum primis celebre, quæ admodum bulbus, cepe, & allium, nonnulli et encomiū lentis scripsere. Quædā p se pulchra sunt, quæ tamen sibi non congruunt. Elegantis igitur est, scire quid cui conueniat. Diocles philosophus habitus est ὁ τοῦ φακῶς. Hic cuidam interrogatū, uter piscis esset melior, congruus an labrax, nobis dictus lupus: alter, inquit, elixus, alter assius. Sic Flaccus de poeta: Bello malus, utilis urbi. Quoties minus delegatur minus accommo, apte dixeris, ἐν φακῇ μύρον. Adicietur & hoc: apud auctores dictionē hanc cōperimus uarie scriptā, nūc acute, φακῇ, nūc circūflexe, φακῇ, quod cū tā crebro occurrat, uix incertum casu factū uideri pot. Unde coniecimus φακῇ dictū ex contractione pro φακῇ. Nā φακῇ legimus apud Athenæū. Idē λαγνῇ dictū admonet, pro λαγνῇ. Hæc igitur quibus placet origo, malūt dicere φακῇ: quibus magis placet forma cōmunis, origine neglecta scripserunt φακῇ & φακῇ.

Anulus aureus in naribus suis.

Vbi res quæpiam per se præclara illic adhibetur, ubi minime addecet. Ut si stulto contingat opes, satius forma, genius ignauo, eloquentia uiro improbo uagistratus imperito. His n. rebus non modo non ornantur, ue ritetiam magis ridiculi fiunt. Olim aut anulis quibusdam aureis in auriculas insertis, ornari sese credebant, maxime barbari. Inferitur & suillis naribus anulus aureus, quo minus ne ceant agris rostri suffossione, quæ peculiaris est huic animanti, quapropter & agricultura monstraſſe creditur. Quod si anulum aureum rostro suillo inferas, res sit oppido quam ridenda. Celebratur apud Græcos Menandri uersiculus ab hac sententia non admodum abhorrens:

Μισὸν παντῶν, χρῆσον ὅταν ἐν τῇ λόγῳ. id est,

Odi improbum, qui uerba proloquitur proba.

Huc pertinet illud, quod memorat in Noctibus A. Gellius: cū quispiā improbat & famæ uir sententiā dixisset Reip. conducibilē, iusserunt eandē ab alio quopiā integro, bonoq. uiro pronunciari, atq. illius nomine decerni, quod absurdum existimarent, a malo uiro bonū cōsiliū, aut bonā sententiā proficisci. His adiungendum est illud Antiphonis apud Athenæum libro 6.

Σαπρὸν σίλῳρον ἀγνῶς πίναι ἐχθρῶν. id est,

Putrem Silurum quadra habens argentea.

Quidā Silurū existimant eum esse, quē nunc uulgo Sturionem dicimus, piscem multo omnīū laudatissimum.

In eburna uagina plumbeus gladius.

Hic cōfine est illud, ἐν ἐλεφαντίνῳ χαλκῷ τὸ μόλυβδον ἐξίφας, id est, In eburna uagina plūbeus gladius, natū

N

2

ex

ex Diogenis Cynici apophthegmata: e, Nam cum adoles-
cens quispian, insigni forma, sedum quiddam atque
obscenum dixisset: Ex eburna, inquit, uagina plum-
bicum gladium educis.

Omnia octo.

Ἀπὸ πέντε ὀκτώ, id est, Omnia octo. Cum nihil deesse significa-
mus, aut cum multa inter se similia uidentur. Paræ-
miam hinc natam existimant: Stesichorus poeta in op-
pido Catana splendide sepultus fertur, monumento di-
ligenti quadam ratione ex omnibus octonis constru-
cto, octo gradibus, angulis octo. Atque hinc prouer-
bium increbuisse ἀπὸ πέντε ὀκτώ. Meminit huius et Iulius
Pollux in nono, agens de lusu taxillorum, quem ait nu-
meris constare, in quibus sit unus qui Stesichorius ap-
pelleretur, nimirum octo, idq. cognominis sumptum esse
ab eius monumento. Sunt qui dicant eum, qui Corin-
thios in unam ciuitatem coegit, ciues uniuersos in octo
tribus distribuisse, atq. hinc ortum uulgi sermonē. Ne-
que defunt qui scribant, idq. Euandro, ut citant, aucto-
re, octo deos esse, qui rerum imperent summa, ignem,
aquam, terram, calum, lunam, solem, mithram, noctē.
Mithram autem Persæ, eundem cum sole existimant.
Rursum alij dicunt octo fuisse certaminū species in Olym-
piis, atq. inde ductum adagium, Omnia octo. Quod si
nobis quoq. conceditur in ænigmate diuinare, non ab-
surde natum uideri potest a fabula, quā narrat Plutar-
chus in cōmentario de Demonio Socratis. Delius ac ce-
teris Græcis oraculo responsū fuisse apud Aegyptios,
ita demū malorum finē fore, si aram, quæ in Delo erat
duplassent. Qui cum non intellexissent, quid sibi uellet
oraculum, ridicule duplatis singulis aræ lateribus, im-
prudentes solidum octuplum effecerunt, ob inscitiam
proportionis, quæ longitudine duplum reddit. Ceterū
hac in re consultus Plato, geometriæ cum primis peri-
tus, respondit deum Græcis imperitiā exprobrasse,
monere, ut geometriæ darent operam. Delectatum ap-
paret hoc prouerbio Heliogabali imperatorem, cui
morem hunc fuisse scribit Aelius Lampridius, ut si-
mul ad cœnam uocaret octo caluos, octo luscus, octo
podagrosos, octo surdos, octo nigros, octo prælongos,
et octo præpingues et obesos.

Omnia idem puluis.

Ἐκ τῶν μίαν κόνιν, id est, Omnia idem puluis. De indiscreta
similitudine. Lucianus ἀπὸ πέντε μίαν ἁμὴν κόνιν φα-
σι. id est, Quin nobis omnia idem, quod aiunt, puluis.
Alludens ad defunctorum cineres, inter quos nihil ap-
paret discriminis. Confine illi, quod alio demonstra-
bimus loco, Eiusdem farina. Siquidem antiqui farinam
pollinem uocabant.

Currus boues trahit.

Ἡ ἄμαξα τὸν βῆν ἐλαύνει, id est, Currus bouem ducit, de re
quæ præpostere geritur. Veluti si uxor præscribat ma-
rito, si discipulus reprehendat præceptorē, si populus
imperet principi, si ratio pareat affectui. Lucianus in
Terpsione: Νῦν δὲ τὸ ἡ παροιμία, ἡ ἄμαξα τὸν βῆν
παρακαλεῖται, id est, Nunc id euenit, quod uulgo di-
ci solet: Plaustrum septennero bouem ipsum aufert.
Translata metaphora a plaustris per decliue retro la-
bentibus, utaq. secum bouem auferentibus.

Ab equis ad asinos.

Ἀπὸ ἵππων εἰς ἄγρους, id est, Ab equis ad asinos. Vbi quis a
studiis honestioribus ad parum honesta defleuit, ueluti
si quis e philosopho cantor, e mercatore caupo, ex uico
nomo coquus, e fabro fieret histrio. Quadrabit itē, ubi
quis e conditione lauiore ad abiectiora deuenerit.
Procopius sophista in epist. quapiam: Τὸ δὲ λιγύμενον,
ἀπὸ ἵππων εἰς ἄγρους μεταβιβάζομεν, id est, Iuxta pro-
uerbium, ab equis ad asinos transiuimus.

Ab asinis ad boues transcendere.

Ἡνὶς διuersum est illud Plautinum, Ab asinis ad bo-
ues transcendere, pro eo quod est, ex humiliore condi-
tione ad ditiorum partes transire. Sic enim apud Plau-
tum in Aulularia, Euclio, cuius pauperculi diues qui-
dam expetebat affinitatem: Venit hoc mihi in men-
tem Megadore, te esse hominem diuitē, fastiosum, me
item esse hominem pauperum pauperimum. Nunc si
filiam locassem meam tibi, in mentem uenit, te bouem
esse, et me esse asellum. Vbi tecum coniunctus siem,
ubi onus nequeam portare pariter, iaceam ego asinus
in luto, tu me bos haud magis respicias, natus quam si
nunquam siem. Et te utar iniquiore, et meus me ordo
irrideat. neutrobi habeam stabile stabulum, si quid di-
uortij suat. Asini me mordicus scindunt, boues incur-
sunt cornibus. Hoc magnum periculum est, me ab asi-
nis ad boues transcendere. Haftenus Plautus. Vide-
tur allegoria ex apologo quopiam mutuo sumpta, qui
nobis in præsencia non succurrit.

Ab asino delapsus.

Ἀπὸ ὄντος κατὰ πᾶσιν, id est, Ab asino delapsus. In eos dic-
tur, qui inconsulte quippiam agunt, et imperite: aut in
eos, qui a præsentibus commodis, quibus ob inscitiam
uti nesciunt, excidunt. Est autem in Græcis uerbis fa-
ceta allusio ad finitimam orationem, mutato accentu,
ἀπὸ νῦν, id est, a mente delapsus, tanquam uicors et
mentis impotens. Vtitur hoc adagio Plato libro De le-
gibus 3. Δὲν φάντασμα ἐμοὶ γινώσκοντι τὸν λόγον ἐκεί-
νον ἀλαλαμμένην, καὶ μὴ κατέχον ἀχάριν ἐκτεμίνον
τὸ σῶμα, βία ὑπὸ τοῦ λόγου φερόμενον κατὰ τὴν παροι-
μίαν, ἀπὸ τινος ὄντος πᾶσιν, id est, Mihi sane uidetur ser-
mo uelut equus undiquaq. restringendus, ne tanquam
os habens effrane, impetu abreptus, iuxta prouerbiū,
ab asino tanquā a mente excidat. Vtitur item Plutar-
chus in Gryllo. Rursum Aristophanes in Nubibus:

Κακῶς γὰρ ὄντως ἔχουσιν, οἷς ἡμεῖς δουκεῖς.

Ἰππας γὰρ ἐλαύνον ἐξ ἵππων εἰς τοὺς βέτες.

Τὸ δὲ τὰ λυρεῖς, ὡς παρὰ πᾶσιν ὄντος ἐκπεσόν. id est,

Mali, ut uidetur, accidit tibi quippiam.

Ita per deos, equos agens, miser excidi.

Quid hæc ita, ut delapsus asino blatteras?

Primus uersus dicitur a Strepsiade Danistā irridēte,
quod pecuniā filio suo mutuo datam repetat. Alter est
Danistæ, iuuenē tacita illusione notātis, qui studio alen-
dorū equorū pecuniam eam absumperat. Tertius rur-
sum Strepsiadis, dicētis illū delirare, perinde quasi nō
ab equis, sed ab asino decidisset, hoc est, ἀπὸ νῦν, id est, a mē-
te. Quandoquidem et Latini mēte delapsi dicuntur,
qui mente exciderunt. Suetonius in Augusto: Recētorē
quoq. solitus apponere, etate paruis, aut mēte lapsis.
Quidam

Quidam huic quoque prouerbio huiusmodi affingit fabulam. Dico quidam, cum in desertis locis asinum quēpiam sorte fortuna nātū essent, contendere inter sese cēperunt, vter cum uti suum domum abduceret: nam utriq. pariter a fortuna videbatur obiectus. Hac interim de re illis inuicem altercantibus, asinus sese subduxit, ac neuter eo potitus est. Atque hinc prouerbiū natum autumant. Sed magis placet in adagio captatam fuisse allusionem, de qua diximus, maxime quod uidea uisus grammaticis id studio fuisse, ut omnibus adagij fabulam aliquam, aut historiam, uel commentitiā adiūgerent. Ut autem Suetonius dixit mente lapsos, ita Plinius titulo de magistratibus conueniendis, facultatibus lapsos dixit, qui redacti essent ad inopiam.

Telluris onus.

Τὸς βαρεῖς, id est, Terræ onus. De homine uehementer inutili, qui nihil aliud quam terram suo pondere grauet. Refertur inter adagia Græcica, natum ex Homero, apud quem Achilles Iliados Σ. hoc pacto loquitur, indigne ferens otium, & quod non ineat prælum cum reliquis copiis:

Ἀλλ' ἄνθρωπος περὶ γῆσιν ἰσχυρὸν ἔχων ἀρῶνας. id est, Nauibus assideo telluris inutile pondus.

Rursum in Odyssæa Υ.

Οἷόν μιν τινα γέγονεν ἰσχυρὸν ἐν ἡμέτερον ἀλάντῳ
Σίτῃ καὶ οἷς κεχερμένον, ἔστι τι ἔργον
Εμπῶν ἐπὶ θύλας, ἔμ' αὐτὸς ἄχθος ἄρ' ἔρας, id est,
Quem tandem nobis erronem adducis edacem,
Enectumq. fame, viniq. & panis egenum,
Artibus edoctum nullis, neque uiribus ullis
Pollentem, ac tantum telluris inutile pondus?

Vt ut eo Plato in Theæteto, διοῦτα ὅς τις ἀνὴρ, ὅτι δ' ἄνθρωπος ἰσχυρὸς ἀφ' ὧν ἔχεται. i. Existimant. n. se non haberi pro nugis et inutilibus terræ oneribus. Nec illepidum, nec prorsus, ni fallimur, ἀπερὶ ὁδὸν ἐστὶν, quod memorat Athenæus libro 8. Stratonicus quidam citharædus Corinthi peregrinabatur. Hunc cum auicula quedam fixis oculis inuiceretur, idq. diu, tandem, Quid, inquit, tibi per deos uis mater, aut quid me sic continenter intueris? Demior, inquit illa, si matris uterus te decem menses ferre potuit, cum ciuitas angatur, unum dumtaxat diem te portans. In tales quadraret epitaphiū, quod Timocreonis Rhodij poeta, ceteris uocatis ac bibacis sepulchro inscriptum indicat Athenæus lib. 10.

Πολλὰ πῖον καὶ πολλὰ πῖον, καὶ πολλὰ καὶ ἐπὶ ὧν
Ἀνθρώπος, καὶ μετὰ τιμωρίαν ἔδωκε. id est,
Multum edi, multumq. bibi, mala plurima dixi in
Mortales, iaceo hic Timocreon Rhodius.

Arabius tibicen.

Ἀράβιος ἀλάντης, id est, Arabius tibicen, aut ἀράβιος ἀγγελλός, id est, Arabius nuncius. In eos dici solitum, qui a semel ceptis nunquam desistunt. Quod uirij Flaccus cātoribus peculiare esse scripsit, ut iussi cantare, nunquā adducantur ut incipiant: si iniussi cēperint nunquam desinant. Citatur ex Menandro: ἀράβιον ἄρα ἐγὼ κινύμενα αὐλόν, Arabiam ego hercle tibiam excitauī. Meminit adagij Iul. Pollux, cap. de loquacibus, ad hunc modum: ἀράβιος αὐλός, id est, Arabia tibia. Citatur & Cantharus in Medea: Κίθαρες δὲν ἐγὼ μέγατο ἀράβιον, id est, Citharedum excitauit Arabium. Celebratur Græ-

tis & hic versiculus de tibicine Arabio:

Δραχμὰς μὲν αὐλῆς, τῆς τῶν ὀρχήστρων. id est, Drachma canit, sed quattuor compefitur.

Quod paullulo precio pronocaretur ad canendum, non nisi magna mercede desisteret. Adagiū hinc natū existimant, quod olim tibitis canendi artem non discabant ingenui, tanquam sordidā, sed hanc sola mācipia exercebant, quæ plerumq. ex Arabia producebantur. Deinde ingenius usq. adeo placere cēpit, ut indoctus haberetur, quisquis huius esset rudis, donec Alcibiades tibias abiiceret, oris deformitate conspecta ad speculum, Conueniet & in eos qui laborant morbo, quem Græci uocant ἀπερὶ τοῦ λόγου, id est, qui dicendi finem facere nesciunt. In quos extat illud Sophoclis,

Ἀνὴρ ὅς τις ὁρᾷ δὲ τὰ λέγοντα,
Διὰ μέγα αὐτὸν τοῦ εἰπεῖν ὄν ἔχοντα. id est,

Quicumq. gaudet continenter proloqui,
Is se grauem esse, quotquot adsum non uidet.

Artem que uis alit terra.

Τὸ τίχινον πᾶσα γαῖα τρεῖται, id est, artem que uis alit regio. Prouerbialis sententia, qua significatum est, certissimum uiaticum esse eruditionem aut artificium aliquod. Nam hæc neq. eripi possunt a latronibus, & quocunque terrarum abeas, te comitantur, nihil adferentia sarcinæ. Suetonius scribit, aliquando Neroni prædictum a mathematicis, fore ut imperio destitueretur: unde uocem illam Neronis celeberrimam extitisse, τὸν τίχινον πᾶσα γαῖα τρεῖται, quo maiore uenia meditaretur citharædicam artem, principi gratam, priuato necessariam. Itaque cum intelligeret sibi pereundum, illud identidem distabat, qualis artifex perco, uelut indignum esset, qui tantus esset musicus, ut ubiuis gentium uiuere posset, nunc fame ad mortem adigi. Nec enim assentimur hoc loco interpretum sententia, qui locum apud Suetonium hunc secus enarrant. Idem nullo conuicio magis offensus est, quā quod quidam illum malum citharædum appellasset. Idem euenit Dionysio Syracusano tyranno, qui imperio exutus Corinthi ludum aperuit, ac pueros literas & musicā docuit. Apparet autem senarium esse, quem citat Suetonius, sed paucarum syllabarum commutatione deprauatum: fortassis sic restituetur:

Τὸ τίχινον καὶ πᾶσα γαῖα ἐκ τρεῖται.

Fertur inter Græcorum sententias huiusmodi senarius, ab hoc prouerbio non admodum dissidens:

Λιμὴν ἂν τυχεῖας ἐστὶν ἀνθρώποις τίχινον. id est,

Ars ipsa inopia portus est mortalibus.

Hoc est, Vnicum confugium in egestate ars est. Vnde qui sapiunt, etiam si suppetat abunde res familiaris, tamen liberos suos opificium aliquod discere cogunt, quo si contingat, ut fortuna auferat opes, aut in exiliū ire iubeantur, sit quo sibi victum parent. At nunc pleriq., quibus domi nihil est, in diuitum familiis consenesunt: unde si pellantur, aut mendicandum sit, aut tollendum quod non posuerunt, contra Platonis legē. Qui scripsit Cornu copiarum Latinum, citat similitū huic prouerbiū, Sua cuiq. ars pro uiatico est. Honestissimum sane uiaticum, modo ars sit honesta.

Non eras in hoc albo.

NON ERAS in hoc albo, hoc est, Non eras in hoc albo.

Ν

3

nume-

numero. Translatum ab albata tabula, in qua quondam scribebantur nomina iudicum. Plinius in praefatione historiarum mundi: Cum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo: id est, non eras in eorum numero, quos haec lecturos credebam. Erat & album praetoris, in quo leges & formulae describebantur. Pandectarum lib. 1. tit. de Edendo, ex Ulpiano eum quoque edere Labeo ait, qui producat aduersarium suum ad album, & demonstret quid dictaturus sit. Atque hoc sane loco, aduersarium non declarat eum quicum lis est, sed tabulas ex tempore notatas memoriae gratia. In quem sensum M. Tullius usus est in oratione pro Roscio, idque non semel. Andreas Alcinius existimat legendum, Aduersaria, non aduersarium, libro. Dispunctionum tertio. Item secundo eiusdem operis lib. tit. 1. multa fit mentio de albo. Quintilianus lib. Institutionum 11. Quorum alij se ad album & rubricas trasterunt. uidelicet leguleios & formularios irridens, qui non ex libris Iurisprudentium, sed ex albo praetoris iuris scientiam discerent. T. Lilius Decadis prima lib. 9. Civile ius repositum in penetralibus pontificum euulgauit, castosque circa forum in albo proposuit, ut quando lege agi posset sciretur. Apuleius Metamorphoseos lib. 6. meminit albi. Siquidem Iouem adlocuturum deos, ita facit exordiri: Dei conscripti musarum albo. Quibus in verbis subesse videtur obscura quidam, sed faceta allusio scriptoris, ad deos a poetis confictos: quasi ij demum in deorum numero sint, quos illic Musae, quibus afflati scribunt poetae, constituerunt.

Oleo tranquillior.

OLEO tranquillior, Hyperbole prouerbialis, in homines minime iracundos, lenique ingenio praeditos, a liquoris natura sumpta, quo nihil magis tacitum magisque lenum. Plautus in Pænulo: Ita hanc canem faciam tibi oleo tranquilliorum. Est autem usque adeo tranquilla olei natura, ut mare quoque rem omnium scissimam tranqillet, atque ob id urinantes aiunt oleum ore spargere, quod mitiget elementinaturam asperam, lucemque deponat. Auctor est Plinius lib. 2. Idem confirmat Plutarchus, & cur ita fiat, rationem reddit in libello De causis naturalibus. Rursus in conuiualium quaestionum Decade sexta, causam adferens, cur Homerus inter tot liquores, oleum duntaxat appellarit ὕδρην, id est, humidum, siue liquidum, ostendit oleo nihil inesse asperum, se undique lenum esse, & ob id maxime reddere imagines more speculorum. Praeterea nec motum aut percussum strepit, quemadmodum humores reliqui, nec luctatur cum igni, sed tacite pascit. Denique non est alius liquor, qui tam late diffundatur, cum innungitur corpori, aut serius siccescat, aut aequae molliat ac leniat. Vtitur hoc adagio & Plato in Theaeteto de scientia, placida ingenia, quae leniter ac tranquilla ad disciplinas & disputationes accedunt, oleo molliiter fluenti comparans, ὅ δὲ ἔτι τοῦ λεώεως καὶ πλωέως καὶ αἰνῶν ἰσχυρῶς ἐπὶ τοῖς μαθήσεσσι καὶ ἡγεσίαις μετὰ πολλὰς τῆς πραότητος, διὸν ἰλαῶν ῥέει μὲν ἀφορμὴ ῥέοντος, ὥς εἰ βαυμάσαι τὸν πηλὸν ὄντα ἔτι τοῦτον διαπραΐναι. id est, At hic adeo leniter ac circumspecte, simulque expedite ingreditur ad disciplinas quaestionesque, multa cum mansuetudine, olei in morem, citra strepitum fluentis, ut admireris tantus cum sit, haec ad eum modum agere.

Auricula infima mollior.

HVC similitum, quod M. Tullius usurpat in epistula ad Q. fratrem lib. 2. Tu, inquit, quemadmodum me censens oportere esse in Rep. & in nostris inimiciis, ita & esse, & fore auricula infima scito molliorem. Ammianus lib. 19. In aliis nimium seuerus, in hoc titulo, ima, quod aiunt, auricula mollior. Translata metaphora ab ea auriculae parte, qua non est aliud in humano corpore mollius, aut flexibilius, lentiusque ut que nec esse rigeat, neque cartilagine dureseat, neque nervis intendatur.

Apio mollior, aut mitior.

ΑΠΙΣ ΠΕΠΛΑΤΕΡ, id est, Apio mitior. Simili figura dictum est a Theocrito,

Καὶ ἐν μὲν ἀπίοις πεπλάτερος.

id est,

Et iam certe apio mansuetior.

Est autem apius Graecis raphanius, aut pyri genus.

Spongia mollior.

ΕΙΣ ΔΕ ΜΕΣΤΕΡΟΝ ΕΣΤΙ ΓΕΝΟΥΣ, τῆς σπυγγῆς μαλακώτερος, id est, Spongia mollior. Sic enim assentator quispiam loquitur apud comicum quempiam, citante Plutarcho in commentario De discrimine adulatoris & amici,

Εμὲ νικῶ μαχέσθαι τὸν ἄλλο τὸν τῶν τέχων,

Ἀν μὴ ποίῃσιν πεπὼναι, μὲν ἔγωγε ὄλον,

Ἀν μὴ ποίῃσιν σπυγγῆς μαλακώτερον

Τὸ τῆς σπῆς.

id est,

Nicomache me isti militi opponas uelim,

Nisi pepona loris, quantus est, effecero,

Nisi spongia illi molliorem qualibet

Reddidero vulgum.

Ad eundem modum dicebant, pepona mollior. Theopompus apud Athenaeum lib. 2. Μαλακώτερον πεπὼναι καὶ σπυγγῆς ἔγωγε. id est, Molliora mihi pepona & cucumere facta sunt. Ad hanc formam pertinet, quod idem citat ex Epicharmo, Πραυτέρως ἔγωγε μαλακώτερος. id est, Mitior equidem matia, quod ea herba uim habeat leniendi Idem Cinedo mollior. Plautus in Aulularia, Ita sis sibi sum mollior magis, quam ullus cinedus. Nam prisci saltatores & pantomimos cinedos uocabant, quod cum gestulatione cauerent. Similiter Catullus,

Cinede Thalli mollior cuniculi capillis.

Felicibus sunt & trimestres liberi.

Τοῖς εὐτυχέσι καὶ τριμήνους παῖδες.

id est,

Felicibus sunt & trimestres liberi.

Senarius prouerbialis in principum ac diuitem felicitatem, quibus per adulationem omnia laudi uertuntur, quique sibi nihil non licere putant, adeo ut quod in homine plebeio perinde ut summum scelus damnatur, in illis uirtutis titulo celebretur. Unde nata sit paromia, Suetonius Tranquillus declarat, Claudij Caesaris uita his uerbis exordiens: Patrem Claudij Caesaris Drusum, olim Decimum, mox Neronem praenomine, Liuiam Augusto grauida nupsisset, intra mensem tertium peperit, fuitque suspicio ex uirrico per adulterij consuetudine procreatum. Statim certe vulgatus est uersus:

Τοῖς εὐτυχέσι καὶ τριμήνους παῖδες.

id est,

Potentibus sunt mensium & partus trium.

Nam mense septimo, decimo, & undecimo, legitimi sunt

sunt partus: quarto & octavo, neque uiales fere, & per quam rari: mense tertio, nulli partus edui leguntur. Auctor Plinius lib. 7. cap. 5.

Aurem uellere.

AUREM uellere, ueteres dicebant admonere: a prisco ritu sumpta figura, quo in ius ducturi quempiam aure uellicabant, antestantes eum, quæ quasi testem meminisse uolebāt. Inde Horatianum illud in Sermonibus:

-Et licet antestari, ego uero

Oppono auriculam.

Siquidem ut frons antiquitus erat sacra Genio, ueluti scribit in Maronis Silenum Seruius, ut digiti Minerva, genia Misericordia, ita auris Memoria dea, quam Græci *μνημόσυνη* uocant. Vergilius in Sileno,

Cum canerem reges, & praelia, Cynthus aurem

Vellit, & admonuit pastorem, Tityre pingues

Pascere oportet oues, diductum dicere carmen.

Quod imitatus Calphurnius in Bucolicis,

-Vellit nam sapius aurem

Inuida paupertas, & dicit uilia cura.

Non nihil decor s adiunxit prouerbio Calphurnius, quod ad rem transtulit. Quamquam potest paupertas hoc loco pro dea accipi. Seneca lib. De beneficiis 4.

Nec tanquam munus dabo, sed uerba mea redmam,

& aurem mihi peruellam, damno castigabo promittē-

tis temeritatem. Rursus libro 2. Loquar tecum & mi

hi aurem peruellam: hoc est, ero mihi ipsi monitor, ne

similiter peccem. Utitur in hunc modum & alius ali-

quot locis, ut in epistula quadam, Sit ergo aliquis cu-

stos, & aures subinde peruellat, abigatq. rumores &

reclamet populis laudantibus.

Alter Hercules.

PROVERBIALIS hyperbole, ἄλλος ἥρακλῆς, id est, Hic alter Hercules. De uiro prestrenuo ac labori tolerantissimo. Extat hoc titulo fabula quæpiam ex Menippeis Terentij Varronis, mirum in prouerbiali.

Aristoteles libro Moraliū Eudemiorum 7. Ο ἄλλος

ἥρακλῆς εἶναι, ὅτι οὐκ ἔστιν ἡρακλῆς, ἀλλ' ὅστις

ἄλλος οὕτως, id est, Nam amicus cupit esse, sicuti prouer-

bio dicitur, alter Hercules, alter hic. Plutarchus scri-

bit id cognominis uulgo Theseo attributum, quod mul-

ta fortiter patret exemplum Herculis. Laertius in ui-

tis philosophorum ostendit & Cleanthem philosophū

alterum Herculem uulgo dictum fuisse, quod esset om-

nium laborum patientissimus, adeo ut noctu laurien-

do e puteo aquam uictum diurnum pararet, unde &

φρασεολογία dictus pro Cleanthe, & nihilo tamen se-

gnius egregiam opcram interdum nauaret philosophiæ.

Clearchus apud Zenodotum aliam fabulam adfert, un-

de hoc sit natum adagium. At enim Briareum, qui et

ipse Hercules dictus est, profectum Delphos sublatis

inde thesauris aliquot ac monumentis, ex iis quæ eo

in loco seruabantur, iuxta veterem quandam consue-

tudinem, ad colimnas, quas Herculis cognominant,

se se contulisse, atque inde illis, quæ illic erant, fuisse

positum. Deinde Tyriam Herculem uenisse Delphos,

ut oraculum consuleret, deumq. respondisse, ὅτι οὐκ ἄλλος

ἥρακλῆς, id est, Hic alter Hercules, atque oraculum in

adagionem abiisse. Nec desunt qui huius dicti originē

referant ad Tiurorum quandam buſsequam, qui mul-

tis exemplis Milonem superarit. Is se profectus supe-

ratum, sublatis in celum manibus dixit, ὅς ἐστιν ὁ θεὸς

ἥρακλῆς, ὃν ἔνθα ἵσταται, O Iupiter, nam hinc nobis

Herculem alterum genuisti? Huc pertinet illud Theb-

criti in Pastoribus,

Φατ' ἰνὶν ἥρακλῆα βίβω καὶ καὶ πρὸς ἱρίδων. id est,

Viribus Alcide hinc certare & robore dicunt.

Subiicitq. pastor,

Κ' μ' ἴφ' ἔχ' ἀμάρτη πολλὰ δούκας ἦμος ἄμεινον. id est,

Me quoq. Pollucem mater praeclere dixit.

Erat enim hic excellens in pugilum certamine. Et Cre-

culus adulator apud Iuvenalem diuitem imbecillum

Herculi aequat, Anteaum procul a tellure tenenti. Ma-

crobius lib. Saturnalium 3. scribit in hunc modum: Sa-

lios autem Herculi propter ueritatem doctrinæ alio-

ris assignat, quia is deus et apud Pontifices idem qui

& Mars habetur. Et sane ita Menippea Varronis af-

firmat, quæ inscribitur, ἄλλος ἔστιν ἥρακλῆς, quia cum

de Hercule multa loqueretur, eundem esse cum Marte

probauit. Apud Latinos quoque Ruticello euidam pro-

digiosis uiribus, Herculis nomen attributum. Is nullū

suum tollebat, ut scribit M. Varro, citante Plinio libro

7. At Hippocrati medico, quod pestilentiam ab Illy-

riis uenientem prædixisset, dimissis ad auxiliandum

circa urbes discipulis, Græcia ob meritum eisdem de-

creuit honores quos Herculi, nam & is ἀλγίστακος ha-

bitus est. Auctor idem Plinius eodem libro. Quin no-

men hoc Herculis uidetur vulgari sermone ad omnes

uiros egregie fortes transferri solere, non aliter quam

Catonis ad graues & sapientes. Nam Varro quadra-

ginta tres Hercules enumerat, additq. hoc nomine ho-

noratos fuisse omnes, qui fortiter quippiam egissent.

Testatur & Macrobius in Saturnaliis, hoc nominis

compluribus fuisse commune, & ante Amphitryonis

prinigium. Sic & Achilles appellabantur insigni for-

titudine duces: quorum de numero fuit Lucius Sic-

cus Dentatus, ob ingentem fortitudinem Romanus

Achilles appellatus, quod centum & uiginti praeliis

cum hoste pugnasset, nec ullam haberet cicatricem

auerſam. Auctor A. Gellius lib. 2. cap. 11. Deniq. ratio-

nem aut argumentum Achilleum uocant, quod sit in-

superabile et insolubile.

Bipedum nequisimus.

BIPEDVM nequisimus, de homine uehementer impro-

bato, quicquid uel pecudes nequitia superet. Dictum est

in Regulam quendam oratorem, quem Plinius in epi-

stulis subinde suis pingit coloribus, ubi & adagiū hoc

refertur: sed ante hunc Cicero torſerat in Clodium in

oratione pro domo sua: Hoc tu proſcriptore, hoc confi-

liario, hoc ministro, omnium non bipedum solum, sed

etiam quadrupedum, impurissimo Remp. perdidisti.

Conſimili figura Alexander imperator apud Aelium

Lampridium: Nuper certe patres meministi, cum

ille omnium non solum bipedum, sed etiam quadrupe-

dum spurcissimus, Antonini nomen præſerret: Helio-

galum ſignificans, imperatorum unum omnium ef-

ſeminatiſſimum, & quem optimo iure Romanum Sar-

danapalim poſſis dicere. Addit autem in hoc ſermone

nominis generalitas gratam quandam & nouam iu-

φασιν, quemadmodum & nullum animal, pro nullo

homine uulgo dicimus.

N 4 Ada-

Adamantinus.

Αδαμαντίνος, id est, Adamantinus, pro eo quod est inexorabilis, aut infatigabilis. Huic proverbio incredibilis huius lapidis durities locum fecit: de qua Plinius lib. 37. scribit ad hunc modum: Incudibus adamantes deprehenduntur, ita respicientes ictum, ut ferrum utrinque dissiliet, incudesque etiam ipsae dissiliant. Quippe duritia inenarrabilis est, simulque ignium uelutrix natura, & nunquam incallescens. Unde & nomen indomitae, Graeca interpretatione accepit. Haftenus Plinius. Unde quidquid inuictum atque inexpugnabile, id adamantinum vocamus. Hesiodus,

Αδαμαντίνος χυλός ἐστ' ἀπὸ τοῦ ἀδάμαντος. id est, Durus atque his animis solido ex adamante creatus.

Theocritus in Amaryllide,

Καὶ κίμ' ἴσως ποτὶ ἰδρὶ, ἵπτι δ' ἀδαμαντίνῃ σὺν τῇ. i. Me quoque respiciet, neque enim est adamantina fors. Eodem pertinet quod Homerus Vulcanum fingit, adamantinis uinculis irretientem Venerem & Martem: quod Maro portas & columnas inferorum ex adamante fabricatus est. Socrates in Gorgia Platonis, rationes adamantinas uocat, id est, inexpugnabiles. Rursus libro de Rep. 10. ἀδαμαντίνως ἔχον dixit pro firmiter tenere, ἀδαμαντίνως δὲ δ' ἂν τῶν πάντων δόξα ἔχοντες, ὡς ἔδωκεν. id est, Oportet nimirum adamantinae sententiam hanc obinentem ad inferos proficisci. Plutarchus in vita Dionis, ἡ δὲ τῆς παρρησίας καὶ νηπιότητος κατὰ μικρὸν ἡ πόδι τῇ μετὰ τὴν αἰσῆς τῆς ἀδαμαντίνης διαμύς ἐκείνης, ἵνα πρὸς τὸν δόξοντος ἐκείνου ἀπολιπὼν τῶν μοναρχίαν, ἐξίτηται καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ. id est, Ex hoc autem progressa ac paulatim serpens circa adolescentem remissio, adamantina illa vincula, quibus senior Dionysius dixerat se relictum astrictam monarchiam, soluit ac perdidit, Horatius in Odis:

Quis Martem tunica telluris adamantina.

Item alibi:

-Siffigit adamantinos.

Summis uerticibus dura necessitas.

Clauos.

Item Augustinus aduersus Manicheum: Sed cum ostendere cæpero certas necessariasque rationes, quæ illas propositiones adamantinis, ut dicitur, catenis innexæ consequuntur. Denique scriptoribus aliquot propter infatigatam studij tolerantiam, adamantini cognomen inditum, ut Didymo grammatico, & Origeni Theologo. In consimilem sensum usurpat Pindarus in Isthmiis encomio quinto, laudans Lamponem quendam inter sortes fortissimum, qualis est Naxiacos inter reliquas.

Φάνος κίνιν αἰδρὸς ἐν ἑβλητοῖσιν ἱμῶν

Ναξίας πέτραις ἐν ἄλλω

Χαλακοδύμῳ τὰ χίονας.

id est,

Diceres sane eum uirum inter athletas esse Naxiam in ceteris saxis, ferriq. domitricem cotem. Plinius lib. 36. cap. 7. meminit Naxij marmoris, quod diu fuit in precio, & hinc cotes dictas naxias, quæ in insula Cypro nascerentur. Est autem Naxus una Cycladium haud procul a Paro, cuius marmora celebrantur ob candorem. Pindari interpres ponit Naxum hanc in Creta, quid secutus incertum. Plinius ponit Naxum

oppidum in Sicilia. Stephanus indicat hoc nomen, ut pleraque sunt, compluribus locis esse commune. Addit Creticam cotem appellatam Naxiam, quæ eadem dicta sit naxias. Subindicat autem, hoc proverbium magis pertinere ad diiudicandum & prodendum quod fallebat, quæ ad robur, quemadmodum ante de Lydio lapide diximus. Unde considerandum an in Plinio pro Cypro legendum sit Creta, aut Naxo.

Ferreus aheneus.

SIMILI figura, ferrea atque ahenea dicuntur, quæ soli da firmaque significamus. Vergilius,

Non mihi si centum linguae sint, oraque centum, Ferrea uox.

Quo quidem in loco uidetur expressisse illud Homericum ex secundo Iliados libro,

Οὐδ' ἔτι μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δ' ὄμματα ἴσα,

Φάνη δ' ἄρ' ἔμελλε, χαλαρὸν δὲ μοι ἄπορ' ἔνιαι. id est,

Non mihi si sint ora decem, totidem quoque linguae, Vox infracta, animusque mihi simul & reus adsit.

Horatius in prima epistula,

-Hic murus aheneus esto.

De decreto animi non conuellendo.

Homerus Iliados X.

Ἡ δὲ σοὶ καὶ σὶ δὲ ἑρῶσι δὲ δὲ ἑρῶσι. id est,

Ferrea nimirum tibi mentis in peccatore clausa est,

Idem Odyssea F. -Οὐδ' ἔτι μοι αἰὲς.

Θυμὸς δ' ἔτι ἐνδὲσσι σιδερεσὶ καὶ ἑλκυστοῖ. id est,

-Neque enim mihi scilicet ipse,

Ferreus est animus sub peccatore, sed miserescent.

Et Iliados 4. Σιδερεσὶ μύθος τὸ πύρεος. id est, Ferream incendij uim dixit.

-Εν δὲ πυρὶ μένος ἄκα σιδερεῖν. id est,

Ferrea uero ignis uenit in præcordia uirtus.

Paullo diuersius est, quod Cicero Attilium ferreum scriptorem uocat, pro duro atque imperito. Nam in aribus dura dicuntur, quæ parum sunt artificiosa: contra mollia, quæ summa arte perfecta. Verba M. Tullij lib. De finib. 1. sunt hæc: Electram tamen male conuersam Attilij mihi legendam putem. De quo Licinius, ferreum scriptorem.

Cornea fibra.

NEQUE dissimili figura dixit Persius,

-Neque enim mihi cornea fibra.

Nam cornua & durissima sunt, & sensu carent, quæ admodum & ungues. Quamquæ potest & a corno arbore corneum dici, cuius lignum durissimum esse constat. Persii carmen in prima satyra sic habet,

Non ego cum scribo, si forte quid aptius exit,

Quædo hæc rara auis est, si quid tam aptius, exit.

Laudari metum, neque enim mihi cornea fibra est.

Unde qui carent humanis affectibus, robur, adamantem, scilicet, ferrum, cornu in peccatore gestare dicuntur.

Aiacis risus.

Αἰατῆος ἄλως, id est, Aiaceus risus. In eos, qui temere ac recorditer ridet: Id quod apposite dicitur in bonines mortiferis uoluptatibus gaudentes, breui perituros: aut qui malefactis gaudet, mox penas daturi. Cuiusmodi risum eleganter describit Homerus in Odyssea X.

Μυυσιρεσι

Μυνησῖσι δὲ πάλλας ἀνὰ
 Ἀσβίαν γάλον ὄρεσι, παρὶ πλάγῃ ὃ νόημα.
 Οἱ δ' ἂν γναυμοῖσι καλοῖον ἀπατρίοισιν.
 Αἰμοφόρῳ τε δὲ κρεῖα ἡδίων, ὅστι δ' ἄρ' σφίθερ
 Δακρυόεντι πῖμα πλάσσω, γόνυ δ' οἷο το θυμός. id est.
 Deinde procis risum commouit diua Minerva
 Haud comescendum, mentemq. excussit, at illi
 Protinus attoniti malis risere alienis.

Mandunt interea tabentes sanguine carnes.

Lumina complentur lachrymis, mēs anxia mæret.
 Adagium natum est ex historia Aiæcis. Is adeo graui-
 ter tulisse legitur Vlysseni sibi prælatum in capessenda
 successione armorum Achilles, ut præ dolore in insa-
 niam uersus sit: itaq. gladio districto in gregem peco-
 rum insiliit, existimans sese Græcorum copias cade-
 re. Tunc duos quosdam maximos suos a trabe suspen-
 sos flagris cecidit, arbitrans hos esse Agamemnonem
 atque Vlysseni, quorum alteri ut iudici, alteri ut victo-
 ri potissimum erat iratus. His igitur suis plurimo
 cum risu insultauit, addens conuicia quæcunq. suggere
 bat splendida bilis. Deinde postea quam resipisset,
 partim pudore, partim metu, sibi mortē consciuit. Nec
 intempesti iure torquebitur in eos, quibus risus obori-
 tur nulla de causa, quem vulgo dicunt, aut insanæ, aut
 stultitiæ argumentum esse. Attestatur & senarius
 ille prouerbialis,

Γέλῳ δ' ὁ μὲν κ' ἀντὶ μὴ καλοῖεν ἢ. id est,
 Ridet fatuus, ut nulla risus causa sit.

Canis uindictam.

Κυνὸς δ' ἰκλῶ, id est, Canis uindictam. Macedonicum ada-
 gium, in eos, qui præter expectationem pœnas dant
 iis, quos aliquando læserunt. Natum ab Euripidis tra-
 gici poetæ interitu. In Macedonia uicinis quispiam est,
 qui Thracum dicitur, propterea quod olim a Thraci-
 bus sit inhabitatus. Hic cum canis quidam Archelai
 regis aberrasset, Thracæ de more suo mactatum sacri-
 ficarunt, ac deuorant. Quod ubi comperisset Ar-
 chelaus, talentum eis multam dicit. Verum cum illi
 soluendo non essent, Euripidem subornant, qui regē
 exoraret ut sibi multam remitteret, ita ut fecit. To-
 stea uero cum Euripides in sylua quadam solus esset,
 & Archelaus a uenatu reuenteretur, canes Euripide
 cinctum discerperunt, deuorantq. Existimatum est
 autem, eos canes ex eo prognatos fuisse cane, quem
 Thracæ sacrificarant. Hinc adagium apud Macedo-
 nas increbruit, Canis uindictam, subaudiendū passus
 est, aut aliud commodius. Valerius Maximus libro 9.
 capite de morte non vulgari, refert. Euripidem cum
 ab Archelao rege Macedonū cænæ adhibitus fuisset,
 domum a conuiuio repetentem, a canibus fuisse discer-
 ptum. Eos canes ab æmulo quopiam immisos fuisse,
 confirmat A. Gellius Noctium Atticarum lib. 15. cap.
 20. Suidas addit, hos æmulos fuisse Arrideum Mac-
 donem, & Cratenam Thessalum poetam, quos Euripi-
 dis gloria urebat. Hi finxerunt eum a regiis canibus
 dilaceratum fuisse. Sunt qui narrent, eum non a ca-
 nibus, sed a mulieribus fuisse dilaniatum, cum intem-
 pta nocte Craterum adolescentem peteret, Archelai
 anasium. Testatur enim & Gellius Euripidem μισογυν-
 νῆ, id est, mulierum osorem fuisse. Sed quod ad supe-
 riorem attinet opinionem, fabulam non usquequaque

diffimilem narrat Plutarchus in dialogo De comparatione
 terrestrium animantium & marinorum. Pyrr-
 thus, inquit, rex iter faciens canem reperit, corpus ho-
 minis interfecti seruantem: cumq. cognouisset cum
 tertium iam diem impastum manere, nec a cadauere
 diuelli, iussit extinctum sepeliri, canem secum adducen-
 dum curauit. Paucis post diebus militem delectus est
 actus, omnesq. regem sedentem præteribant. Aderat
 & canis, quietus interim, donec domini interfectores
 prætereuntes conficatus est: in hos protinus iratus, cū
 clamore irruit, ac sæpius allatrat, subinde respectās
 Pyrrhum, adeo ut non solum ipsi Pyrrho, sed & om-
 nibus qui aderant, suspicio nasceretur. Proinde cum
 & aliæ nonnullæ coniecturæ, ita ut sit, accerent aliū
 de, duo comprehensi sunt, & facinus confessi, supplicio
 sunt affecti. Addit & Hesiodi interfectores, ab ipsius
 cane proditos, supplicium dedisse. Subiicit his, quod
 sua memoria dicit accidisse. Quidam irrupit in Aescu-
 lapii templum, sublati aureis & argenteis aliquot
 monumentis, clam & ignotus, ut putabat, aufugit. At
 canis templi custos, cui nomen Capparus, nam indignus
 qui periret ἀνὴρ, cum uideret neminem adituorū
 sua uoce commoueri, fugientem sacrilegum est inse-
 cutus, ac primum quidem saxi petitus, haud tamē
 discedebat. Exorto die non accedebat propius, sed pro-
 cul oculis obseruans sequebatur, nec cibum obiectum
 capiebat. Rursus iuxta dormientem cubabat & ipse,
 & abeuntem ad consimilem modum insequabatur:
 quod si qui uiatores fuissent obuii, iis cauda adblandie-
 batur, in illum unum latrabat ac sauebat. Hæc cum ab
 aliis alij dedicissen, simulq. & canis & hominis figu-
 ram cognouissent, sacrilegum apprehenderunt, & ad
 supplicium duxerunt, cane præcedente hilariam ac
 gestiente, quod maleficum esset uenatus. Unde ei caui-
 de publico pastus decretus est, eiusq. rei cura sacerdo-
 tibus mandata. Verum ut ad prouerbiū redeamus,
 apparet apte dici posse & in hunc sensum, quotiens
 auctor illati mali dissimulatur. Veluti cum ueneno col-
 litur inimicus, & spargitur in vulgum rumor, illum se
 bri perisse: aut cum princeps immisus in ædes alicuius
 satellitibus omnia diripit, & fama dissipatur, a latro-
 nibus fuisse spoliatus: aut cum tyrannus subuerit
 eum, cui male uult, deinde facti inuidia confertur in
 magistratus, tanquā illo inscio fecerint. Videtur hinc
 fluxisse, quod hodie passim apud Germanos dicunt,
 ubi quid accidit incommodi certi, incerto auctore,
 quodq. nemini possis imputare, id canis accidisse mor-
 su.

In tuo regno.

Quod cuiusq. priuatum est, regnum eius dicitur. Inde
 & Melibæus Vergilianus,

Post aliquot mea regna uidens mirabor aristas.
 Scæuolæ apud Ciceronem in Oratore, Id nisi in tuo re-
 gno essemus, non tulissemus. id est, in tua uilla. Nam
 Crassus loquitur in Tusculano, quæ uilla tū erat Crassi.
 Quinetiam vulgo iactatur adagium, Sui quæq. do-
 mi regem esse: quod tamen ab ipsa usque antiquitate
 mansisse uidetur. Quandoquidem apud Homerum O-
 dyssæ A. uersiculus hic extat,

Ἀδὲρ ἐγὼν οἶκατο ἀδελφεὸς ἔμελλεν ὄναι. id est,
 Aedibus in nostris ego regem gesserō sane.

In tuo luco & fano est situm.

IN tuo luco & fano legitur apud Plautum, pro eo quod est in tua potestate, tuo arbitrio tua tutela, tua manus. Translatum a fanis & lucis, numinibus dicatis. Nōnihil diuersum est quod ait M. Tullius in oratione pro Aulo Cecinna: In meis castris praesidiisq. uersaris: id est, mecum facis, & pro me pugnant quae dicis.

Intra suas praesepes.

SIMILI figura dicit Plautus in Cassina, Scit, si id impetret, futurum quod amat intra praesepes suas: pro eo quod est, certum ac paratum. Nam quod intra septa nostra clausum sit, id tuto certoq. possidemus. Dictum est autem in senem dantem operam, ut ancilla, quam amabat, uillico suo nuberet, hoc quidem consilio, ut insciente uxore, cum liberet, ea ruri potiretur. Idem in Rudentibus: Ad herum arbitrum uocat me hic intra praesepes meas.

In aere meo est.

QUEM nobis officiis obstrictum significamus, ita ut id totus certoq. noster sit, eū in aere nostro dicimus esse. Nam antiquitus omnis pecunia aerea erat, auri usu nōdum reperto in feriendis nominatis, legitur apud Ciceronem libro Epistularum familiarium 13. Et mehercle semper sic in animo habui, te in aere meo esse, propter Lamiae nostri coniunctionem, & singularem necessitudinem. Item libro 15. Marcum Fabium quod mihi amicum tua commendatione das, nullum in eo facio questum. Multi enim anni sunt, cum ille in aere meo est, & a me diligitur.

A teneris unguiculis.

Απὸ τῶν ἀπαλῶν δούχων, id est, A teneris unguiculis, pro eo quod est, a prima pueritia. Translatum a catulis, quorum unguiculi nondum duruerunt. M. Tullius, A teneris, ut Graeci dicunt, unguiculis. Flaccus in Odis, -Et incestos amores

De tenero meditatatur ungui.

Plutarchus in libello De puerorum institutione, ὡς αἰσθόσων καὶ τὸ δὲ λεγόμενον ἐξ ἀνύχων ἀρχώπι τὰ πικρὰ. id est, Ut intrinsecus, & quod dicitur, ab unguiculis ament liberos, hoc est, a prima statim infanzia. De matribus loquitur quae suis uberibus lactant, fetus suos.

Ab incunabulis.

EVDDEM habet sensum, Ab incunabulis, id est, a primis uitae rudimentis. Plautus in Pseudolo, Sed hic feruus Carysto huc qui aduenit, quid sapit usque a cunabulis? Item Titus Liuius, Ab incunabulis imbutum odio tribunorum M. Tullius oratoris incunabula uocat primam illam a fundamentis institutionem. Et Vergilius,

-Gentis cunabula nostrae.

Aurelius libro Pandectarum primo, titulo de officio praefecti praetorio, His cunabulis praefectorum aucto. ritas iniuncta in tantum meruit augeri, ut appellari a praefecti praetorio non possit. Aristoteles in Ethicis libro 1. dicit, ἐκ νηπιῶν, ἐκ νύων. Quorum posterius citat ex Platone Est autem locus apud Platonem libro De legibus 10. καὶ ὅτι περὶ τῶν τοῖς μέντοι ὅς ἐκ νύων

καὶ δὲν ἐν τῷ ὅλῳ τῷ τρεφόμενῳ, τρεφόντι ἡμεῖς καὶ μὴ τρεφόντι, id est, Nunc uero credentes fabulis, quae a pueris cum adhuc lacte aleremur, a nutricibus ac matribus audiuius. Similiter & Crepundia pro prima aetate accipiuntur.

Cum lacte nutricis.

COGNATVM est his quae superius retulimus, ab incunabilis, a teneris unguiculis. Cicero Tuscul. quæst. lib. 3. Nunc autem simul atque editi in lucem & suscepti sumus, in omni continuo prauitate, & in summa opinionum peruersitate uersamur, ut pæne cum lacte nutricis errorem suxisse uideamur.

Ante victoriam encomium canis.

Ἐξ ἡ νίκης πρὶν ἐγκώμιον ἄδῃς, id est, Ante victoriam encomium canis. In eum, qui praepropere gloriatur, re nōdum confecta. Nam apud Graecos, qui rem strenue gessissent in bello, oratione quapiam aut carmine laudabantur: quae laudatio proprie encomium dicitur. Expat enim Theocriti carmen in laudem Ptolemæi, cui titulus, Encomium, & Luciani Demosthenis encomium. Apud Romanos, orationes, supplicationes, triumphi, premia uirtutis erant: unde liceat dicere, Antequam uiceris, triumphum paras. Plato in Lyside, Πρὶν νικῆσαι, ποιεῖς τι καὶ ἄδῃς ἐν ταύτῃ ἐγκώμιον. id est, Priusquam uiceris, & facis & canis de te ipso encomium. Non abluat hinc, quod ait Plato in Theaeteto, Φρονέμεθα ἀκνέες ἀλεκτρύονος δίκην πρὶν νενικηέναι, ἀποπνεύσαντες ἀπὸ τοῦ λόγου ἄδῃν. id est, Videbimur galli ignaui more priusquam uicerimus, a sermone desilientes canere: Siquidem hic mos animanti, cantu uictorem se testari. Huc pertinet illud quod alibi retulimus ex Solonis auctoritate, ὅρα τίλος μακροδύς. Tum illud Pindari in Isthmiis, ἴσιν δ' ἀφάνει τῷ ἄσπ' ἢ μαρμαίρων, πρὶν τίλος ἀκνέ' ἰκίδω. id est, Est autem incerta fortuna etiam pugnantium, priusquam ad summum finem perueniatur.

Omnes attrahens ut magnes lapis.

Πάντες γ' ὑφ' ἑλκῶν διὰ μαγνῆτις λίθος. id est, Cuncta attrahens haud aliter ac magnes lapis. Hoc carmen Suidæ citat ex Tifide. Videtur prouerbiale. Metaphora ducta a natura lapidis, ferrum ad se trahentis, & attractum tenentis, quem quidam eundem putant cum eo, quem Heracleum uocant, cuius alibi mentionem fecimus in prouerbio, Lydius lapis. Hoc miraculi Plinius uerbis attollit lib. 36. cap. 16. ad hunc modum, Quid lapidis rigore pigrius? Ecce sensus manusq. tribuit illi. Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit, & patitur mores, trahiturq. a Magnete lapide: domitrixq. illa rerum omnium materia, ad inane nescioquid currit, atque ut propius uenit afflitt, teneturq. & complexu hæret. Sideritem ob hoc alio nomine appellant: quidam Heracleon. Magnes appellatus est ab inuentore, ut auctor est Nicander, in India repertus. Haftenus Plinij uerba reddidimus. Inter multas Magnetis species, Aethiopicum commemorat, attractu usque adeo efficaci, ut non ferrum modo, uerum etiam alterum Magnetem ad se trahat. Eoq. tantus huius lapidis honos, ut argento expendi soleat. Commemorat & Hamatitem non perinde in attrahendo ferro uiolentum, sed alio insignem miraculo. Siquidem ut est

ut est colore sanguineo, nā hinc etiam uocabulum, ita si teratur sanguinem reddit. Huius igitur lapidis tamen prodigiosa uis prouerbio locum fecit. Citat Suidas Emripidem ex Oeneo,

—Ως τε μαγνητικός λίθος.

Τὸ δ' ὅτι καὶ ἄλλαι καὶ μετρίσιν παλιν. id est,

—Sic uti Magnes lapis

Mentem trahit, transfertq. rursus ac demouet.

Confinē est illi, quod alibi diximus,

Ἐφ' ἑαυτὸν ἔλκων, ὥς τε κακίαν νέφες. id est,

Ad se attrahens ut Cacias nubes trahit.

In syluam ligna ferre.

IN syluam ligna ferre, est aliquem iis rebus augere uelle, quibus ipse maxime abundet. Horatius in Sermionibus,

Atq. ego cum Græcos facerem natus mare citra

Vericulos, uetuit me tali uoce Quirinus

Post medianā noctem uisus, cum insomnia uera,

In syluam non ligna feras infanius, ac si

Græcorum malis magnas implere ceteruas.

Eadem ratione dicimus, In mare deferre aquam: quorum utrumque nos epigrammate quodā coniunximus,

Largiri numeros tibi Petre, hoc est,

Syluæ ligna, uago mari addere undas.

Utrumq. congruit cum eo, quod alio retulimus loco, Ululas Athenas.

Lumen soli mutuas.

Τὸ φῶς ἅλῳ δανίζει, id est, Lumen soli mutuum das. Cum docemus doctissimum, monemus uehementer prudentem: aut cum conamur exponere, quæ per se sunt clarissima: aut sermone celebrare, quæ sua sponte sat illustra sunt. Sol enim fons omnis luminis putatur, qui lucem mutuare solet, non mutuo accipere. Refertur in ijs collectaneis, quæ Plutarchi titulo, circumferuntur. Et simile quiddam apud Fabium de iis qui per se clara conantur illustrare, eos perinde facere, quasi si quis studeat clarissimo soli mortale lumen inferre.

Fontes ipsi sitiunt.

FONTES ipsi sitiunt, Ironia prouerbialis in eos, qui petunt ab aliis quod ipsi affatim abundet domi. Cicer. ad Q. frat. Tibi quod rogas, quoniam ipsi fontes iam sitiunt, si quid habeo spatii, scribam. Significat fratrem magis abundare uersibus, quos tamen a se petat, perinde quasi carminum indigens. Idem ad Attic. lib. 12. Non ad διττόως κρήνας, sed ad ἑρῖναι eum uenisse ut scribis, in tantis præsertim angustiis.

Ipsa olera olla legit.

IPSA olera olla legit, In eos quadrabit, qui suum ipsorum uitium in aliud quippiam reiciunt: aut qui sic ad scelus aliquod quasi facti, ut non possint non peccare. Catullus in Cæsarem:

Mentula mæchatur, mæchatur mentula certe.

Hoc est quod dicunt, ipsa olera olla legit.

Nam olla coquendis oleribus nata est: uel quod absurdissimum sit, si quis dicat ollam legere olera quæ non coquet, nisi si quis immiserit. Non igitur olla in causa est, sed qui iniicit mala olera. Non est admodum huic dissimile, quod ex Homero ceu prouerbiale citat Ter-

tullianus, Ipsum ferrum uirum attrahit. Id a nobis aliò dictum est loco, in prouerbio Tollenda mali occasio. Item Ipsa olla lenticulam attingit.

Oedipi imprecatio.

Οἱ δ' ἰπὸς ἀρᾶς, id est, Oedipi imprecatio. De tragicis & ingentibus malis. Qui Græca colligunt adagia, citant ex Aeschilo huiusmodi fabulam: Eteocles & Polynices, de more patri ex unoquoq. sacro partem anteriorem mittebant. Cum autem aliquando per imprudentiam atque incogitantiam, coxam, hoc est, posteriorem partem misissent, ille existimans id non obliuione, neque imprudentia, sed contumeliæ causa factum, imprecationibus diris eos est execratus. Alij narrant, Oedipum, simul atque cognouisset se parricidam esse, tum autem cum matre consuetudinem habuisse, suis ipsius manibus oculos sibi eruisse. Quæ res ubi eius loci incolis cognita est, Oedipum expulerunt urbe. Ille in exilium abiens, filios, quod patrem in calamitate non defenderent, execrationibus deuouit. Quæ quidem neutiquam irritæ fuerunt: nam iuuenes mutua cæde extincti sunt: Mater sibi mortem consciiuit: Oedipus ipse fulmine ictus interiit. Cuiusmodi autem fuerint huiusmodi imprecationes, Diogenes Cynicus apud Laertium propemodum indicat, qui per iocum dicere solitus erat, sibi τὰς τραγικὰς ἀρὰς, i. Tragicas execrationes occurrissse. Esse. n. sine domo sine ciuitate, priuatū patriā, pauperem, palantem, uitam in diem agentem. Sophocles in Tyranno, fingit Oedipum ignarium etiānum de quo Phæbus dixisset exigendo, tanquam qui ciuitatem suis sceleribus pollueret, multa dira in eum, hoc est, in se precantem. Euripes in Phœnissis,

Ἀρὰς ἀρᾶται πασὶν ἀνθρώποις. id est,

Dirissimas preces precatur liberis.

Verba Iocastæ de Oedipo. Idem in Oedipo Coloneo, sic Oedipum imprecantem facit Polynici, ut fraterna manu occideretur, uicissimq. occideret,

—Τὰς δὲ συγκαθὼν ἀρὰς

Λε σοὶ καλῆμαι, μή τι γῆς ἐμφυλὶς

Δορὶ κρατῆσαι, μή τι νόσῳται πατρί

Τὸ κεῖλον ἀργός, ἀλλὰ συγγινεὶ χεῖρι

Θαλίην, κατὰ γινεὶ ὕφ' ἑπὶ εἰρήνην αἰῶνα.

Τοιαύτ' ἀρῶμαι καὶ καλῶτε περὶ τὰς

Στογνὲ πατρώων εἰρήνας. & reliquæ quæ sequuntur. i.

Hæc te sequantur agmine imprecamina,

Tibi quæ imprecor, uti ne ue natali solo

Potiare bello, ne ue ad Argos postea

Redire liceat, immo fraterna manu

Perimaris, ac vicissim eum dedas neci

Qui te expulit, fratrem. Ista uobis imprecor,

Testorq. patrj triste numem tartari.

Horatius hoc genus imprecationis diras vocat in Odis,

Diris agam vos, dira deprecatio

Nulla expiatur uictima.

Huiusmodi autem parētum in liberos deuotiones esse formidandas, Homerus quoq. testatur Iliados 1. Cum Phœnix narrat se paternis execrationibus obnoxium fuisse, idq. contigisse quod illi fuerant imprecata. Carmen Homeri sic habet,

Μὴ ποτὶ γένεσιν δῖον ἐφ' ἑσσηὶ φίλον υἱόν

Ἐξ ἐμῆς κακῶτα, τοῖσι δ' ἐπ' ἄλκην ἀπαράσθ. id est,

Oras

Orat ne in genibus proles aliquando sederet
Ex me nata suis, diiq. audire precantem.

Efficimus pro nostris opibus mœnia.

EFFICIMVS pro nostris opibus mœnia. Quadrat in tenui fortuna, paruisq. facultatibus homines, qui tamen ipsi quoque pro rei modulo uiuunt laute. Plautus in Stichos: Quibus diuitiæ sunt domi, scaphis, & cantharis butrochis bibunt. Nos nostro Samiolo poterio, tamen uiuimus nos, tamen efficimus pro opibus nostra mœnia. Hactenus Plautus. Itidem vulgo dicitur hominibus, Pusilla auicula pusillos nidulos construunt.

Omnium rerum uicissitudo est.

TERENTIUS in Eunuchos, Omnium rerum uicissitudo est. Que sententia significat in rebus mortalium nihil esse perpetuum, nihil stabile, sed omnia uelut æstuario quodam fluxu refluxuq. decedere atque accedere. Atque his vicibus, ab aliis ad alios transferuntur imperia, opes, gloria, uoluptas, eruditio: deniq. quidquid est, aut commodorum aut incommodorum. Sophocles in Oedipo Coloneo has rerum humanarum uices eleganter describit.

-Μόνοις ἔργιγνεται

Οἷοισι γέρας, ἔδ' κατθανεῖν ποτι.

Τὰ δ' ἄλλα συγχέει πάντες ὁ παγκρατής χρόνος.

Φθίνει μὲν ἡλικία γῆς, φθίνει δὲ σῶμα πῶς.

Οἷοσιν ὅτι πῆσις, βλαστάνει δ' ἀπισία.

Καὶ πνέοντα τὰ πάντα, ἔστι ποτ' ἔτ' ἐν ἀδράσιν.

Φίλοις βίβνυται, ἔτι πρὸς πόλιν πόλεμος.

Τοῖς μὲν ὄψιν ἡδύνη, τοῖς δ' ἐν ὕστερον χρόνῳ.

Τὰ τέρπν' ἀπικρὰ γίγνεται, καὶ οἷος φίλος.

Quorum carminum sententiam utcunq. reddemus.

-Solis deis

Nunquam senecta molesta, nec mors accidit.

At reliqua miscet cuncta tempus impotens.

Terra per hoc uis atque robur interit,

Simulq. nostri corporis perit vigor.

Moritur fides, perfidia pullulat inuicem,

Nec animus idem, nec eadem flagrantia

Haud unquam amico durat erga amiculum,

Nec ciuitati in ciuitatem permanet,

Siquidem his statim, illis post pusillum temporis,

Iucunda quæ fuerant, amara ac tristitia, &

Ingrata dudum grata fiunt inuicem.

Homerus item Iliados Z.

Νῆκ' ἔτι παρ' ἐμὴν βίβνυται ἀδράσας.

id est,

Nunc his nunc illis contingit uincere.

Item Iliados Σ.

Ξωὸς ἀνάλιος καὶ τοὶ κτανύοντες κατὰ κτὰ id est,

Communis Mars, inq. vicem perimit perimentem.

Neque uero prætereundum hoc loco bellissimum eiusdem poeta figmētum de duobus doliis, ex quibus Iuppiter uarie miscet res mortalium. Carmē extat in Iliados ultimo libro, quod non ab re fuerit adscribere.

Δοιοὶ ὅτι πῆσις κατακτείνεται ἐν δὲ ἰδὲ

Δάφν' ὅτι δὲ δάφν' ἰδὲ, κακὸν, ἔτ' ὅτι δὲ ἰδὲ.

Ὡς μὲν καμμίξας δὲ ὅτι ζῆς τὸ πικρὸν αἶμα,

Ἀλλοτὶ μὲν κακὸν ὅτι κτείνεται, ἄλλοτὶ δ' ἰδὲ ἰδὲ.

Dolia nanq. Iouis duo stant in limine, plena

Muneribus quæ is donat, in hoc mala sūt, bona in illo.

Hinc miscens dispensat acuto fulmine gaudens,

Nunc mala distribuens ac tristia, nunc bona rursum. Tractum uidetur adagium ab Æsopi responso. Is enim rogatus, auctore Lactio, quid ageret Iuppiter, respondit, τὰ μὲν ὕψι καὶ τὰν πενίαν, τὰ δὲ τὰν πῆσιν ἰδὲ, id est, Deprimat excelsa, & tollit humilia. Euripides in Ione,

Τὰ ἕντα πάντα μεταβάλλει πόλλας ἔχει. id est,

Eiusmodi mortalium

Sunt res, ut in eodem nihil duret statu.

Euripides in Ictidibus,

Ὁ γὰρ εἶδος πάντων ἀδράσας μεταλλάττει. id est,

Fortuna cuncta uersat in contrarium.

Theognis in sententiis,

Ζῆς γὰρ τοὶ τὸ πᾶν τὸν ἐπὶ ῥέειν ἄλλοτὶ ἄλλοτὶ.

Ἀλλοτὶ μὲν πλεῖστον, ἄλλοτὶ δ' ἐλαττοτέρως. id est,

Nunc etenim huic librā inclinā, nunc Iuppiter illi,

Ut modo sis diues, nil modo possideas.

In quibus uersibus Theognis, ut illud obiter indicemus, alludit ad locum Homericum in Iliados ε. ubi Iuppiter aureis lancibus expendit Troianorum ac Græcorum fata. Fertur in eandem sententiam huiusmodi versiculus,

Τὰ ἕντα πάντα μεταβάλλει πόλλας ἔχει. id est,

Varias uices, res obtinent mortalium.

Celebratur & hoc dictum, κύκλος τὸ ἀδράσας, id est, Circulus res mortalium, ut subaudias, sunt, quod circumagantur, & uelut in orbem recurrat, fortuna uersante rotam. Item Pindarus in Therone,

-Ροῦ δ' ἄλλοτὶ ἄλλοτὶ.

Εὐδαιμονίᾳ τὴν μετὰ καὶ πόνον ἐς ἀδράσας ἔβαλε.

Quorum carminum sensus est, lucida ac tristitia, æstus in morem, uicissim accidere mortalibus. Homerus Iocis aliquot appellat ἱερὰ καὶ ἰδέα, id est, Victoriā alternatim nunc his nunc illis obtingentem.

Iucunda uicissitudo rerum.

Μεταβολὴ πάντων γλυκὺ, id est, Iucunda rerum omnium uicissitudo. Sententia prouerbialis, cum ab aliis passim auctoribus usurpata, tum uero ab Aristotele 1. Rhetoricarum præceptionum lib. Καὶ τὸ μὲν βέλγεον ἰδὲ, ὡς φύσιν ὅτι γίγνεται μεταβάλλειν. τὸ αὐτὸ αἰὶ ὅτι πῆσις ἢ καὶ ἐξ ὅσων ἰδέα. ἔστι ἰδέα, μεταβολὴ πάντων γλυκὺ. id est, Varietas quoque, uicissitudoq. iucunda. Fit enim iuxta naturam transmutatio. Quod autem semper idem statim perpetuiq. habitus, parit satietatem. Vnde illud dictum est, Uicissitudo rerum omnium iucunda. Usurpatur ab eodem libro Moralium Eudemiorum 7. Sumptum apparet ex Euripidis Oreste, Μεταβολὴ πάντων γλυκὺ. id est, Mutatio iucunda rerum est omnium. Eodem alludit Vergilius in Bucolicis,

Alternis dicetis, amant alterna camæna.

Fertur & Mimius quidam in hanc sententiam non illepidus,

Nil iucundum, nisi quod commendat uarietas.

Item alter huic consimilis,

Bonarum rerum consuetudo pessima est.

Ea rerum natura, eiusmodi sensus humani fastidium, ut nihil esse possit tam suaue, quod non abeat in nauseam, si paullo diutius utare, nihil tam egregium, quod idem diu placere possit. Vnde & illud Iuuenalis:

Voluptates commendat rarior usus.

Varietas autem tantam in omni re uim habet, ut commendatione

mendatione novitatis interdum & pessima pro optimis placeant.

Inuitis canibus uenari.

INVITIS canibus uenari. Hoc adagio significatum est, non sat feliciter succedere, quod a nolentibus extorquetur. Neque eorum officio utendum, qui non ex animo operam suam nobis commodant. Apud Plautum in Stichio Panegyris patri interminās, ne se, suāq. sororem inuitas viris collocet: Stultitia est, inquit, pater, venatum ducere inuitas canes. Additq. sententiam, qua metaphoram explicat: Hostis est vxor, inuita quæ ad virum nuptum datur.

Inuitos boues plauastro inducere.

SIMILE dictum etiam hodie perseverat vulgo celebratum, incommodum esse, bubus inuitis plaustrum ducere, aut inuitis equis plaustrum agere. Videtur autem ex Theognide sumptum:

Μὴν ἀκίοντα βίη κορυφῶν ἔφ' ἀμάρταν ἱλαυνεῖ. id est,
Inuitum ne me scutica, stimulisq. subactum
Vistudeas unquam ducendo inducere plauastro.

Velocem tardus assequitur.

ΚΙΧΑΙΜ τοὶ βραδύς οὐκ ἔν, id est, Assequitur celerem tardus. In eum competet, qui viribus imbecillior, arte atque ingenio vincit potentior. Natum adagium ex Odyssæa. Vbi lepidissima narratur fabula, quemadmodum Vulcanus claudus, cum suspectam haberet uxorem Venerem, quod furtim cum Marte congregeretur, nec iures suppetere, quibus adulterum deprehenderet, ad artes atque ingenium confugit. Lectum suū adamantinis atque inuisibilibus catenulis circumvinxit: quod ubi fecisset foras, bire se simulat. Deinde cum in arctissimis essent complexibus, Mars & Venus, vinculis illis hoc magis irretiti, quo magis se circumagerent, ecce tibi repente redit Vulcanus, & prodeunte sole, deos omnes adhibet, deprehensi adulterij testes. Quo loco Homerus:

-Κιχαίμ τοι βραδύς οὐκ ἔν,

Ὡς καὶ νῦν ἴφαιστος ἰὼν βραδύς ἔϊλεν ἄρμα

Ὡς καὶ νῦν πρὶ ἰόντα βεῖον, οἱ δ' αὖ μιν ἔχουσιν,

Χωλὸς ἰὼν τὴν χυμῶν, τὸ καὶ μοιχαλῶν ὁφείλει. id est,

Nonnunquam assequitur tardus, celeremq. citiusq.

Sic uti nunc Vulcanus, ut est vestigia tardus,

Mauortem caput, qui perniciosissimus vnus

Cunctorum quicumq. tenent supera astra deorum.

Et quāquā est claudus pede, rē tamē arte peregit.

Proinde etiam debet pœnas deprensus adulter.

Eodem pertinet apologus de vulpe & coruo, prædam eandem cursu petentibus, quam vulpes celeritate impar, ingenio sibi vindicauit. Item de cancro cursu cum vulpe certante. Item de corydo auicula, uolatu certante cum aquila. Accidit huiusmodi quiddam & in piscibus, ut qui tardissimi sint, arte capiant velocissimos. Quorum de numero est Raia, quæ abdens sese locis harenosis, aut limosis, capillamentis illis suis porrectis pisces allicit, allektosq. ad os usque pertrahit. Item torpedo abscondit sese in harena, limo ne: ac pisces sorte incidentes torpore afficit, atque ita depascitur. Quæ quidem arte uenatur etiam hominem. Occultat sese & passinacæ, Græcis trigonis dictæ, sed diuersa ratio-

ne. Atque ita fit, ut cum sint ipsæ segnes, tamen ali quando capiantur nungilem habentes in alio. Aut o' est Aristoteles libro de naturis animalium nono. Plinius autem libro nono testatur, mugilibus præcipuum esse velocitatem, ut aliorum piscium uim timentes, et a fersa nungia superiacent. Theognis adagium retulit ad hunc modum.

Καὶ βραδύς ἐὺ βέλους ἔϊλεν τὰ χυμῶν ἀδρυα δὴ κενεῖ.
Callidus ac tardus celere in insectando prehendit.

Aquilam testudo vincit.

AB hoc non discrepat illud quod refert Diogenes Laertius in uita Menedemii philosophi, ex Achæi poetæ satyra, cui titulus Omphale,

Ἡλισκίτ' ἄσπερ καὶ πρὸς ἀδινῶν τὰ χυμῶν

Καὶ πρὸς χιλῶν χιτὼς ἐν βραχὺν χρόνον. id est,

Capta est profecto celer ab imbecillibus,

Et aquila tempore in breui a testudine.

Hos senarios ait usurpare solitū Menedemū in eos, qui secū in ciuilibus honoribus contenderent. Accipi potest per ironiam, aut simpliciter, ubi quis potentiorē arte uincit, & quod uiribus nō potest, assiduitate cōficit.

Intēpestiua beneuolētia nihil similitate differt.

SENARIUS est Græcis prouerbij uice celebratus,

Ἀκαρὸς ἰσχυροὶ δὲν χερσὶ διαίρειν. id est,

Par odio importuna beneuolentia.

Suidas in dictione ἀκαρὸς narrat hoc uersu Hippolytum respondisse Phædræ nouerca, dicenti se illius amore captam esse. Quadrabit in eos, qui dum officiosi student esse, non habita temporis ratione, nocent, aut molesti sunt sedulitate. Veluti qui non apto tempore obuiurgant amicum: aut qui immodicis & intempestiuis laudibus conciliant homini inuidiam: aut qui pecuniā suppeditant adolescenti, qua fiat deterior. Fertur & alter huic consimilis,

Φίλος μὲ βλάπτειν ἔστιν ἐχθρὸς διαφέρειν. id est,

Cum nocet amicus, nihil ab hoste discrepat.

Huc respexit Horatius in epistulis.

Nil moror officium, quod me grauat.

Rursum alibi,

Sedulitas autem, quem stulte diligit, urget.

Idem Seneca libro de beneficiis 2. Sæpe, inquit, nihil interest inter amicorum munera, & hostium nota. Quidquid illi accidere optant, in id horum intempestiua indulgentia impellit atque instruit. Quid autem turpius, quam quod euenit frequentissime, ut nihil intersit inter odium & beneficium? In his Senecæ verbis, pro nota, quod nos ex uetustis exemplaribus reposuimus, vulgati codices habebant acta. Id admonendum erat, ne quis ignarus ut mendum tollat, quod in multis ante hac usu uenit. Prouerbio accedet nonnihil gratiæ, si paullo longius deflectatur: ueluti si dicas, nullos æque nocere bonis litteris, atque hos qui sedulo quidē at parum feliciter tractant eas. Aut neminem magis officere famæ, quam ineptum præconem. Aut secundam fortunam nocentiorē esse aduersa.

Nosce tempus.

Εὐδοκίαι καὶ ἐν. Noueris tēpus. Celebratur in primis inter septē sapientū apophthegmata: ac, ut alia pleraq. pluri b' auctorib' adscribitur a nullo nō usurpatū. Hesiodus,

Ὁ Μῆτερ

Μίτρεα φιλῶντι δα, καὶ ὅς δ' ἐπὶ πᾶσι τοῖς χρόνοις, id est,
Observato modum, nam rebus in omnibus illud
Optimum erit, si quis tempus spectaverit aptum.
Huc allusit Theocritus in Idillio:

Ἀλλὰ πᾶσι μὲν εἴρεται, καὶ δὲ γίγνεται ἐν χειμῶνι. id est,
Verum alia aestivo, atq. hyberno tempore fiunt.
Quin & Isocrates ad Demonicum scribit, iniucundum
in omni re esse, quidquid intempestivum sit. Adeo cun-
ctis in negotiis plurimum habet momenti, temporis
& opportunitatis observatio. Idem admonent Græco-
rum sententia,

Ὡς μὲν τὸ μικρὸν ἐστὶν ἐν καὶ ὅς δ' ἐστὶν. id est,
Vel maxima est pusilla res loco data.

Rursus alia,
Καλὸν τὸ καὶ ὅς ποτὶς εἶναι μὲν γὰρ. id est,
Res bella cum cunctis nosse temporis modum.

Præterea Pindarus in Pythiis,
Ὅς καὶ ὅς ποτὶς πάντες ἔχουσιν ἄνθρωποι. id est,
Tempus pariter in omni re fastigium obtinet.

Item illud Horatii,
Dulce est desipere in loco.
Tantam vim habet opportunitas, ut ex honesto inho-
nestum, ex damno lucrum, ex voluptate molestiam,
ex beneficio maleficium faciat, & contra, brevitert
rerum omnium naturam permutet. Hæc in aggredien-
do conficiendoq. negotio præcipuum habet momen-
tum: ut non sine causa veteres videantur eam divini-
tate donasse: tametsi apud Græcos mas est hic deus,
appellaturq. καὶ εἰς. Eius simulacrum ad hunc modum
fingebat antiquitas: Volubili rotæ pennatis insistent
pedibus, vertigine quam citatissima semet in orbem cir-
cumagit, priore capitis parte capillis hirsuta, postero-
re glabra, ut illa facile prehendi queat, hac nequaquã.
Vnde dictum est, occasionem arripere. Ad quod eru-
dite simul & eleganter allusit quisquis is fuit, qui ver-
siculum hunc conscripsit,

Fronte capillata, post hæc Occasio calua.
Sed libet & Posidippi super hac re carmen adscribe-
re, quod quamobrem Politianus omittendum existi-
marit admiramur. Est autem huiusmodi,

Τίς πόθεν ὁ πλάσας; σικυονίος, ὁμοίᾳ δὲ τίς,
Δύσιππος, ὃς τίς, καὶ ὅς ὁ πανδοχῆς.
Τίς δ' ἐπὶ πᾶσι χρόνοις, καὶ τὸν χρόνον, τίς ὁ ποιῶν;
Ποσειδῶν ἔχων διφύει, ἵππῳ ὑπὸ νημιῶν.
Χεῖρ δὲ δεξιὰ τὴν αἰεταῖαν ἔχει, ἀδέρχεται δ' αἰγῶν.
Ὡς ἀκμῆς πέρας ὁρᾷ πρὸς πλάττω.
Ἡ δὲ κόμη, τί κατ' ὄψιν, ὑπαυτίχῳ τὴν λαβίδω.
Νῦν δὲ τὸν ἑσπέρην πρὸς τὴν φλαγρὰν πέλει;
Τὸν ὅς ἀπαρτίζουσιν κρατερῆς αἰὲς ποσειδῶν.
Ὅστις ἰδὲ ἡμῶν δρᾷται ἑσπέρην.
Τοῖον ὁ πεχυνθὴς μὲν δὲ πλάσας ἐνέκῃ ὑμῶν
Ξῆνι καὶ ὅς πρὸς βύρην δὲ διδασκαλίᾳ.

Quos versus nos ita vertimus, non quo cum archety-
po Græco certaremus, sed crassiore, sicuti solemus, Mi-
nerua, planeq. ex tempore: videlicet ut intelligi dun-
taxat possint ab his qui Græce nesciunt.

Quæ patria artificis? sicyon. quo nomine? nomen
Lysippo dictum est. ipse quis es? loquere.
Illa ego cuncta domans Occasio. cur age pinnis
Insistis? uoluerq. ac rotor assidue.
Cur gemina in pedibus gestas talaria? dicam,
Huc illuc volucrem me levis aura rapit.

Quid dextra sibi vult inserta nouacula? signum hoc
Quod quavis acie sim mage acuta, docet.
Tectæ capillitio facies quidnam admonet? Illud,
Quisque uti me, quotiens offeror, arripiat.
Cur autem capitis pars posticaria caluet?
Quem semel alatis præterij pedibus,
Is quanquam volet inde cito me prendere cursu,
Haud liceat, simul ac verterio terga uiro.
Hæc itaq. idq. tua me finxit imagine causa
Hospes, sculptoris ingeniosa manus,
Spectandamq. domus hic prima in fronte locavit.
Scilicet ut cunctos & moneam & doceam.
Non ab re fuerit & Ausonianum epigramma subscri-
bere: quod, ut admonet Politianus, e Græco videtur
effictum, quanquam cum alijs nonnullis diuersum, tū
illo potissimum nomine, quod hic additur penitentia co-
mes. Carmen sic habet,

Cuius opus? Phidias, qui signum Pallados, eius
Quiq. Iouem fecit, tertia palma ego sum.
Sum dea, quæ rara, & paucis Occasio nota.
Quid rotula insistis? stare loco nequeo.
Quid talaria habes? volucris sum, Mercurius quæ
Fortunare solet, trado ego cum uolui.
Crine tegis faciem? cognosci nolo, sed heus tu
Occipiti caluo es? ne teneas fugiens.
Quæ tibi iuncta comes? dicat tibi. dic rogo, quæ sis?
Sum dea, cui nomen nec Cicero ipse dedit.
Sum dec, quæ facti, non factiq. exigo pœnas.
Nempe ut pœniteat, sic Metanæa uocor.
Tu modo dic quid agat tecum? si quando uolauī,
Hæc manet, hæc retinent quos ego præterij.
Tu quoq. dum rogitas, dum percontando moraris,
Elapsam dices me tibi de manibus.

Olet lucernam.

Τὸν λυχνὸν ὅς ἐστιν, id est, Lucernam olet. De re meditata, mul-
toq. studio elucubrata. Inde ductum quod studiosi ad
lucernā vigilantes soleāt elaborare, si quid accuratius
velint excudere. Iactatum olim in Demosthenē, illius
ἐξουμῆματα τὸν λυχνὸν ἀπ' ὅς ἐστιν, id est, Enthymemata lu-
cernæ olere, quod omnia de scripto diceret, ac præme-
ditatus domi. Vnde & illud de eodem celebratur elo-
gium: quod plus olei quam vini consumpserit. Erat. n.
abstemius, et ὑδρονόμος: atque extrema etiam senectæ
ad lucernulam illam suam exercebatur.

Aristophanis & Cleanthis lucerna.

ARISTOPHANIS & Cleanthis lucerna, propter
insignem studij diligentiam in proverbum abiit. Ve-
ris ad Aristophanis aut Cleanthis lucernam dicatur
lucubrare, qui summo studio exquisitaq. cura singu-
la pensitat. Varro libro De lingua Latina primo,
Quod nō solum ad Aristophanis lucernam, sed etiam
ad Cleanthis lucubrem, nolui præterire, qui poeta-
rum modo verba, ut significant, expediunt. Videtur
autem adagium sentire de Aristophane grammatico.
Neque fama caruit etiam Epicteti lucernula, quæ
post illius mortem magno ære redempta est. Ceterum
quod ait Iuuenalis,

Hæc ego non credam Venusina digna lucerna?
magis pertinet ad inuestigationem, quam ad lucubra-
tionem.

De

De plauastro loqui

LIBERTAS veteris comædiæ eousque progressa est, ut non solum ciuium primates, uerum etiam deos nominatim taxaret, id quod apparet ex Aristophane, qui in *Pluto* Iouem, Mercurium, Aesculapium, reliquosq. deos omnes contumeliose tractat. Bacchum item in *Ranis*, non admodum honorifice. Quoniam autem apud priscos illos huiusmodi fabulæ in plaustris agebantur a iuuenibus, ore sece collito ne possent agnosci, qui magna licentia in obuium quenque dicteria iaciebant, inde natum adagium, ὅς ἐξ ἐμάχης λαλῶν, id est, Tanquam e plauastro loqui, de his qui palam ac libere conuiciantur. Id notat Aristophanes in *Nebulis* dicens, Οὐ μοι σκώπης, εἰδὲ ποιήσεις ἄπορ οἱ τρυγὸ δαίμονες οὐ πῖ. id est, Non me ludes, nec mi facies ea quæ trygodæmones isti. Nisi malumus hæc referre ad consuetudinem, quæ posterioribus etiam seculis durauit apud Athenienses. Nam in seculo, quod Lenæum appellant, mos erat poetas inter se concertare scriptis carminibus, ad risum concitandum accommodatis, quæ sedentes in plaustris pronuntiabant, inuicem sibi conuicia dicentes. Sunt qui ad Eleusinia sacra, quæ Magna uocantur, referunt: in quibus mulieres curru uehebantur, atque interim diuin ueherentur, ex more mutuis conuiciis sese laceffebant. Lucianus in *Ioue tragædo*, Ὡς δαίμονων εἰδὼς φιλῶται, ἃ καὶ ἐξ ἐμάχης παρ' ἐξωτικῆς τῶν καὶ μαρτυρῶν ἐξέειπεν, ὅς τ' αἰτίας, ὅς τ' αἰτίας. Vt nulli deorum parcit, uerum e Plauastro libere loquitur, Corripit simul insonit, pariterq. nocet. Obicit et Demosthenes Aeschini, quod in se ueluti de plauastro dicenda et non dicenda protulisset. Vnde hoc ipsum, veteris comædiæ licentia, prouerbij quiddam sapit. Diuus Hieronymus ad Rusticum monachum, Ego enim neminem nominabo, nec veteris comædiæ licentia certas personas eligam atque perstringam. Allusit huc Aristophanes in *Equitibus*,

Ο. μοι σὺ δ' οὐδὲν ἐξ ἀμαξερῶν λέγεις. id est,
Heu mihi nihil tu loqueris e plaustrario.
Siquidem ἀμαξερῶν uocantur plaustrorum fabri.

Plaustra conuiciis onusta.

EODEM allusit Lucianus, cum ait in *Eunuchis* καὶ ὅλας ἀμαξὰς βαλὼν φημὶ δὲ καὶ πικρὰ δάσα, ἃ καὶ ὅλας id est, Et solida plaustra conuiciis onusta inter se effundebant. Loquitur de duobus philosophis inter sese contumeliose altercantibus. Significat autem, ὑπερβολικῶς tantum conuiciorum, quantum plauastro possit uehi. Quæ quidem ipsa figura ad prouerbij naturam pertinet, cū dicemus, plaustra promissis onusta, et naues pollicitis onustas, pro maximis amplissimisq. promissis. Nam et ἀμαξία, id est, plaustralia Græci uocant magnifica, fastuosaq., a plaustris ducto nomine. Alexus apud Athenæum libro nono, detorsit in bonā partem, παρὶς θὰ κὶ τὴν τρεῖς πῖσας, ἵνα παρὰ τὴν ἀρετὴν ἀμαξίαν. i. Appositamensa est, ac dein circumtulit rerū bonarum plaustra.

Tollat te, qui non nouit.

TOLLAT te, qui non nouit. Si cuius dolos iam non ignotos esse nobis significabimus, neque posthac posse ab illo falli, concinne dicemus, Tollat te, qui non nouit. Re-

fertur a Quintiliano libro sexto: Simile est, inquit, quod dicitur παρρησία, et prouerbia opportune aptata, ut de homine in aquam lapso, ut allenaretur roganti: Tollat te, qui non nouit. Hæc Fabij uerba alioqui subobscura, uelut interpretatur Horatius in *Epistulis*, agens de scurra Plano, qui sfonte sua sæpe cadens, tanquam crure fracto, miserandis uocibus prætereuntes implorabat, ut humo tolleretur. Peregrinus autem quispiam ac doli ignarus, si quando allenaturus accessisset, a scurra ludibrio habebatur. Verum ubi iam illius simulatio plerisque innotuisset, isq. aliquando crure vere fracto tolli precaretur: nemo subuenit, omnibus Planum solitos agere ludos arbitrantibus. Nimirum euenerat homini, quod Aristoclem dixisse ferret, qui rogatus quidnam lucri faceret mendaces, hoc, inquit, ut nec vera dicentibus habeatur fides. Versus Horatij sunt hi:

Nec semel irrisus triuuiis attollere curat.
Fracto crure Planum, licet illi plurima manet
Lachryma, per sanctum dicat iuratus Osirim
Credite, non ludo, crudeles tollite claudum.

Quæ peregrinum, uicinia tanca reclamation.

Porro uocem hanc Planus, A. Cellius libro 16. cap. 7. commemorat inter uerba inusitata, quibus usus sit Mimus Laberius, aitq. significare sycophantam. Quamquam eodem nomine usus est M. Tullius, eodem significatu, in oratione quæ dixit pro Cluentio. Est autem dictio Græca πλάνος, significatq. tū errone tū impostor. Poteest et hoc pacto efferri adagium, quære hospiti m, aut quære peregrinu n, quemadmodum extulit Flaccus. Conueniet et in eorū quibus aliquando sumus delusi, eaq. experientia facti cautiore, minusq. creduli. Simile est illud Iuuenalis,

Circuit et fatuos non inuenit.

Nam fatui facile decipiuntur. Nec abludit hinc Græcum illud, οὐκ αὐτὸς ἀλώμενος, id est, Non iterum uulpes, subaudi, decipitur.

Oppedere, & oppedere contra tonitrua.

OPPEDERE prouerbialiter pro reclamare et cōtēnere reperimus usurpatū. Horatius in *Sermonibus*, Vm tu curtis Iudæis oppedere? Aristophanes in *Pluto*, Καὶ τ' ἐνίκα ἀνταποπρδῖν.

Rursum in eadem alibi,

Καὶ τ' ἐνίκα ἀνταποπρδῖν. id est,

At paupertati oppedere tristi.

Quod iam diuites facti paupertatē negligere possent.

Idem in *Nubibus*.

Καὶ βούλομαι ἀνταποπρδῖν πρὸς τὰς βροντὰς. i.

Voloq. ipsum oppedere contra cæli tonitru.

Verba sunt Strepsiadis adorantis nubes, et cōtēnentis tonitrua Iouis. Interpres addit natum ex artificio quo dā in scena representari solito, lapillis ex amphora in uas quoddā æneū præcipitatis, atq. ita tonitruū strepi tū imitātibus, ut hoc sit uelut obstrepere tonitruis. Nos opinamur allusum ad ueterū poppyssandi consuetudinem. Antiquitus enim cū fulguraret, poppysmatibus obstrepabant, id remedio fore rati, ne quid læderet fulgur. Aristophanes in *Vespis*, Κἄν εἴς τ' ἄω, ποππύσσει. i. Quod si fulguraro, poppysant. Vnde quidā per iocum, ueluti perperā imitantes aliorū poppysmata, crepitum ventris edebant. Cyclops apud Euripidem in

O 2 eiusdem

eiusdem nominis tragædia, Iouis tonitrum contemnēs,
loquitur hoc pacto,

Εἰ τ' ἐκ πίων κ' ἀκτος ἀμφορέα, π' ἐπ' ἄν
Κεῖναι, διὸς βροντᾶσιν εἰς ἱερὸν κτυπὸν. id est,
Vbi lactiæ epotauero amphoram, peplum
Quatio, Iouis ex pari topitribus obstrepens.

In antro Trophonij vaticinatus est.

Εξ τρεφώνος μενίππου, id est, In Trophonij antro uatici-
natus est. De homine vehementer tristi, tetricoq. pro-
pterea quod olim creditum est eum, qui in Trophonij
specum descendisset, postea nunquam ridere. Aristophanes in Nubibus,

-Ὡς δ' εἰπὼν ἴσῳ
Εἶπ' ἀπαρβαλὼν ὅτι ἐξ τρεφώνος. id est,
-Vt uidelicet horruī

Haud aliter, ac subiens specum Trophonij.

Porro historia de Trophonio uarie narratur a Græcis. Quidam aiunt hunc Trophonium in secandis saxis summum artificem fuisse, sanumq. subterraneum extruxisse in Lebadiæ Bæotiæ regione, quod Trophonij vulgo cognominatum est, nimirum ab artifice. Dein qui sciscitarentur oracula, in aditu specus sedere solitos, nudos: atque inde flatu quodam abripi sub terram. Gestare autem secum placentas quasdam, quas lemuri-
bus & serpentibus occurrentibus obijcerent. Deinde percepto oraculo, rursus per alium hiatum in summam terram restitui. Alij narrant hoc pacto: Agamedes Stymphali, quæ est Arcadiæ pars, rex erat: is uxorem duxit Epicaſten, cuius filius erat Trophonius. Li eius tempeſtatis mortales omnes artificio superabant, ac Delphicum templum extruendum receperant, atque in Helide ararium quoddam condiderant Augea, ubi aurum suum reconderet: qui postea soluta lapidis cuiusdam commissura, quam in hoc ipsum reliquerant, noctu ingressi, pecuniam furari consueuerunt, socio Gercyone Agamedis germano, atque Epicaſtæ filio. Quæ res cum vehementer perplexum haberet Augeam, forte fortuna accidit, ut Dædalus Minoem fugiens ad eum diuerneret. Hunc exorauit Augeas, ut arte quam piam fures hos inuestigaret. At Dædalus laqueos quosdam summo artificio constituit, quibus Agamedes captus est. Id conspiciens Trophonius, non esse effugium, capite Agamedis amputato ne posset agnosci quis esset, una cum Gercyone Orchomenon aufugit. Hos cum Augeas, auctore Dædalo persequeretur, & illinc aufugerunt: alter nempe Gercyon Athenas, ut testatur Callimachus, in Arcadiam, alter uero in Lebadiam Bæotiæ regionem. Vbi parato sibi domicilio subterraneo per omnem uitam perseuerabat. Quo defuncto, vulgo creditum est, illic certa reddi oracula, ac Trophonio perinde ut deo sacrificari cæptum. Quidam aiunt Agamedem & Trophonium Dædali opera suffragatos aufugisse, & Trophonio fugienti terram hiatu ductam, uiuumq. absorbuisse circa Lebadiam. Aliquot post annis, cum Bæoti pestilentia laborarent, consultis oraculum respondit, Trophonij manibus honorem habendum esse. At illi cum essent ignari, ubi nam terrarum illius esset monumentum, apum indicio reppererunt. Nam ubi eis conspicerent, e cauo quodam subscaten-tes, coniecerunt cum esse locum. Quare visum est aliquem in id antrum demittere, qui rem exploraret.

Quidam igitur ingressus, duos dracones obuios habuit: quibus obiectis ossis mellitis, illæsus euasit. Inde & mos inoleuit, ut antrum Trophonij subituri placentas aliquot secum deferant. Prius quam autem subirent, certis diebus ceremoniis præscriptis lustrabantur, pure interim agentes: deinde stola sacra ornati descendebant, hastas manu gestantes, ut aiunt nonnulli, quo uim serpentium depellerent. M. Tullius Tusculanarum questionum libro primo tradit, Trophonium et Agamedem ex ædificato templo Apollini Delphico, venerantes deum laboris sui mercedem perisse; nihil quidem certi, sed quod esset optimum homini: quibus Apollo se id daturum ostendit, post diem ab illo tertium, qui ut illuxit, mortui sunt reperi. Recentiores ita tradunt, Trophonium virum quempiam fuisse supra modum gloriæ famelicum, Empedocliq. similem, extructoq. sibi subterraneo domicilio oracula reddidisse. deinde ubi ille fame interisset, genium quendam in id immigrasse, atque oracula reddere perrexisse: post superſtitione mortalium plures in id antrum demisisse sese, ac dies complures fuisse conuoratos. Plutarchus in commentario de demonio Socræis, narrat Timarchum quendam in Trophonij specum ingressum, posteaquam illinc redisset, prodigiosa dictu narrasse sibi uisa. Meminit & Cicero libro De natura deorum tertio, huius Trophonij. Meminit Herodotus in primo. Sed plurima de hoc nugamento nugatur apud Philostratum Apollonius, uir nostro iudicio dignus, qui non alia de re philosophari debuerit. Ridet locis aliquot Trophonium hunc Lucianus, adamantinus omnium superſtitionum insectator: per cuius antrum & Menippus se iocatur ab inferis redisse. Huius antri mentionem facit Euripides in Ione,

Τί τί π' ἐστὶν ἐκ τρεφώνος φέρεται, id est,
Quod ex Trophonij refert oraculum?

Item in eadem,
Σκεῖς δ' εἰς τρεφώνος. id est,
Templa adis Trophonij.

Quæ nos de Trophonij antro retulimus, partim ex Aristophanis interprete, partim ex Zenodoto similibus mutuati.

Excubiarum causa canens.

Φερεῖς ἄδων, id est, Excubiarum gratia canens, Dicebatur olim in hominem vigilantem ac diligentem, inde ductum, quod qui excubias agunt, canere consueuerunt, veluti uigiliarum tedium cantu solentur, vel ne interim obdormiscant. Sic ait Strepsiades in Nubibus Aristophanis, male acceptus in schola Socratis,

Φερεῖς τὰ χρέματα, φερεῖς χρεῖς,
Φερεῖς ψυχὴν, φερεῖς δ' ἐμὴν ψυχήν.
Καὶ πρὸς τοῦτο ἐστὶ τοῖσι κακίαις,
Φερεῖς ἄδων ὀλίγας φερεῖς καὶ χεῖναι. id est,
Cassi nummiq. cassusq. color.
Cassa est anima, cassæ solcæ.
Hisq. malis accedit & illud,
Dum canto uigil, pene interij.

Effertur autem bisariam, paramia, φερεῖς ἄδων, καὶ φερεῖς ἄδων. Alluditur ad hanc vocem φερεῖς, quæ significat cassum & inanem.

Sale emptum mancipium.

Ἀλώντων ἀδράπαδον, id est, Sale emptum mancipium. In barba-

la quadam ad Brutum: Hæc ex oraculo Apollinis Pythij edita tibi puta. Trāslatum a tripode, vel Delphica, uel Pythia. Nam hæc duo oracula quondam summam fidem apud mortales obtinuerunt. De Pythio testatur Strabo libro Geographiæ nono, fuisse quondam celebratissimum, idq. liquere thesauris ingētibz inibi constructis, in quos sacra conferrentur pecuniæ, tū operibus præstantissimorum artificum: deinde ludis Pythiis illic celebratis, deniq. innumerabilibus oraculis, quæ mādāta litteris extarent. Tripodem ita describit, Auctores, inquit, certi memorant, diuinum ipsum domicilium, profundum & curuam esse speluncam, non admodum lato patentem ore. Atque hinc auram reddi, sacro efflante numine. Excelsum autem ostio imminere tripodem, quem simul atque Pythia uates inscenderit, hausto diuinationis spiritu, responsa edere, partim metro, partim oratione libera. Comicus, Nō Apollinis magis verum atque hoc responsum est. Plauto lib. De legibus duodecimo: Ne si Pythius quidem affirmauerit. Quin illa quoque figura prouerbiū respiciunt: Quidquid dixerit, oraculū videri vult. Quidquid dixerit, legem esse uult. Stoicorum δόγμα τὸ, id est, decreta. Et quod apud Plinium de medicis ait Cato, Et hoc puta uatem dixisse id est, existima uerum fore quod dixi. Ipse Plinius alibi, Utināq. falsum hoc, & non a uate dictum, quam plurimi iudicent. Et Plutarchus in commentario De dignoscendo adulate ab amico: Εἰς τὸ ἀχέσασθαι ὅτι ἀνὴρ, χρῆσθαι δὲ τῷ φησὶ φησὶ, ὡς γὰρ μὴ ἀπὸ τῆς αἰτίας, id est, Cum is audito quidquid dictum fuerit ita discedit, ut existimet se oraculum accepisse, non sententiam. Ceterum ab his nonnihil diuersa sunt, quæ Athenæus secundo Dipnosophistarum libro commemorat, nempe in Bacchi certaminibus præmium fuisse tripodem, atque ob id qui uera dicerent, vulgo de tripode loqui dictos. Tripodem autem fuisse lebetem tribus sultum pedibus. Huius duo erant genera, alterum Apollinis, ob ueritatem oraculorum: alterum Bacchi, in quo uinum miscebatur, quod ebrii uera loquantur, quemadmodum dictum est in prouerbio, In uino ueritas. Simili figura dixit Galenus libro πρὸς τοὺς ἰατροὺς δὲ ἀρχαίους primo, uelut ex adyto: Ἀπὸ τῆς ἀδύτης, ὅς τις ὁ ἄνθρωπος ὁ ὡς πρὸς τὴν εὐεχίαν τινος χρῆσθαι ἀποφύγει, ὡς πρὸς τὴν εὐεχίαν τινος χρῆσθαι ἀποφύγει, id est, Pronunciabat enim lupus iste, perinde quasi ex adyto quopiam reddere oraculum, quod superfluum est ex nutrimento renum, id esse urinam.

Folium Sibyllæ.

FOLIUM Sybillæ apud Latinos eādem nūm obtinet. Iuuenalis,

Credite me uobis folium recitare Sibyllæ.

Id est, rem indubitātam. Aristophanes in Pace,

Ὁ μὲν γὰρ τοῦτο, ὅτι τὰς ἐν τῷ σίβυλλῳ, id est,

Haud equidē agnosco, neq. enim canit ista Sibylla.

Ductum adagium a Cumana Sibylla, cuius oracula cū primis celebrantur. Huic autem mos erat, ut testatur M. Varro, in palmarum foliis oracula scribere.

Quod secutus Vergilius in tertio Aeneidos,

Insanam uatem aspicias, quæ rupe sub ima

Fata canit, foliisq. notas & nomina mandat.

Quæcunque in foliis descripsit carmina uirgo,

Digerit in numerum, atque antro seclusa relinquit, Μία χελιδὼν ἐκ τοῦ ποτὶ, id est, Vnica hirundo non efficit.

Illā manent immota locis, neque ab ordine cedunt. Item in sexto,

- Folij ne tantum carmina manda,

Ne turbata uolent rapidis ludibria uentis.

Frater viro adfit.

Ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρῶν, id est, Frater uiro adfit. De fido auxilio dici solitum, propterea quod in rebus periculosis vix unquam frater solet fratri deesse. Apud Platonem secundo De republica libro, Adimantus Glauconis aduersus Socratem disputantis partes excipiens, Nondum, inquit, Socrates satis hac de re differtū. Cur ita? Nempe quia id nondum est dictum, quod maxime dictum oportuit. Tū Socrates, ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρῶν, id est, Igitur frater adesto uiro, ut habet prouerbiū: quare tu, si quid hic prætermisit, adiuua. Idem ex Homero sumptum adagium testatur in Protagora, ubi Socrates Prodicum aduocās, ut Simonidem eiusdem ciuitatis hominem a Protogora calumnia tueatur: Videor equidem, inquit, aduocare te, quemadmodum ait Homerus, Scamandrium ab Achille obsessum Simoentem aduocasse,

Φίλῳ κασιγνήτῳ, δῖος Ἀχιλλεύς ἀμείβεσθαι πορ

Σχόμῳ.

id est,

Frater amice, hominis pariter compefcere uires

Ambo huius studeamus.

Est autem is locus in Iliados: Rursus Iliados χ. si milititer Hector iam impar Achilli Deiphobum fratrem inuocat, uti ferat suppetias. Pallas enim illi apparuerat Deiphobi speculæ, &c. deceptus Hector, frustra in-

Διτὰ τὸν δὲ ἐκ τῆς λυκαωνίδας μακρὰν αὐτίκας. i.

Deiphobum fratrem intento clamore uocabat.

A quo cum destitueretur, diu fatalem adesse intellexit. Plutarchus in uita Cæsaris refert, Cæsam Cæsare retinente gladium, fratris auxilium ad hunc modum implorasse, idq. uerbis Græcis, ἀδελφὸς βοηθέη.

Ne temere Abydum.

Μὴ τὴν τὴν ἀβύδον, id est, Ne temere Abydum, subaudiendum, nauiges. Ne quod graue periculum suscipias sine causa idonea. Velut si quis admonet, ne se facile coniciat aliquis in aulam principis, quod ea res nō omnibus feliciter cedat: aut ne compositionibus temulentis admisceat sese, quod fere non contingat abiire sine malo: aut ne poetarum attingat litteras, quod animos complurium soleant corrumpere. Athenæus lib. 12. narrat Alcibiadem posteaquā a tutoribus accepisset suas facultates, Abydū Helleponti nauigasse, atque illic luxu deliciisq. fuisse corruptum, ut non dissimile sit illi, Non cuius homini contingit adire Corinthum. Male audiebat Abydena gens, quod calumnia trix esset, ut intelligas ea gratia non esse tutum illic versari. Meminit adagij Stephanus & Suidas. Stephanus sic effert adagium, ἰμὴ δὲ τὴν ἀβύδον παρῶν, id est, Si ne temere quidem Abydum calcare, id est, ne quis confidenter illam ingrediatur: indicat usurpari de temerariis, addens hoc iaci solitum in eos qui Abydum insulæ Mileti incolebant.

Vna hirundo non facit uer.

Μία χελιδὼν ἐκ τοῦ ποτὶ, id est, Vnica hirundo non efficit.

0 4 ver,

Ver, hoc est, unus dies non sit est ad parandum virtutem aut crudelitatem. Aut non unum aliquod beneficium benedictum sufficit ad hoc, ut viri boni, aut boni oratoris cognomen promerearis: plurimis enim viribus cures constat. Aut ut certum aliquid cognoscas, non satis est unica coniectura. Quod si permultas conueniant, tum denique probabilis fuerit coniectura. Siquidem fieri potest, ut una quæpiam hirundo cassimaturus appareat. Sumptum ab hirundinis natura, quæ veris est nuncia, nam hyeme deuolat. Vnde Horatius,

-Zephyris & hirundine prima.

de primo uere sentiens. Aristoteles libro Morallium primo, τὸ πρῶτον μὲν οὐδὲν μὴ χεῖρ ὅν ποιεῖ, ὅτι μὴ οὐδὲν id est, Ver enim nec una hirundo facit, nec unus dies. Et beatum eodem modo felicem nec unus dies, nec breue efficit tempus. Aristophanes in Auiibus,

Δύο δὲ οὐκ ἔστιν οὐδὲν χεῖρ ὅν ποιεῖ. id est,

Multa videtur opus habere hirundine.

Interpres indicat allusum ad prouerbum quod modo retulimus, μὴ χεῖρ ὅν ποιεῖ. Huc affine uidetur illud Sophocleon in Antigona,

Πόλις οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἄνθρωπος ἰδὲν. id est,

Namque unius quæ sit viri, haud est ciuitas.

Etenim quemadmodum una hirundo non facit uer, ita nec unus homo facit ciuitatem, nec unus nummus diuitem.

Da mihi mutuuum testimonium.

Δαμὶ μὲν μοι μαρτυρία, id est, Da mihi mutuuum testimonium, hoc est, Da mihi tuum testimonium, recepturus itidem meum, si quando desiderabis. In eos recte iaciendum, qui se mutua talione laudant ac prædicant: aut qui mutuo studio sibi inuicem suffragantur: aut qui ad gratiam testificantur, neglecta religione. M. Tull. pro L. Flacco, repudiens eleuansq. Græcorum testium fidem, Verumtanē, inquit, hoc dico de toto genere Græcorum. Tribuo uel litteras, do multarum artium disciplinam: non adimo sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam. Deinde si qua sibi alia sumunt non repugno. Testimoniorum religionem, & fidem nunquam ista natio coluit, totiusq. huiusce rei quæ sit vis, quæ auctoritas, quod pondus, ignorant. Vnde illud est, Da mihi testimonium mutuuum? Non Gallorum, non Hispanorum putatur. Totum istud Græcorum est, ut etiam qui Græce nesciunt, hoc quibus uerbis a Græcis dici soleat, sciant. Quibus ex uerbis M. Tullij satis liquet, adagium hoc ætate illa multo fuisse tritissimum.

Mutuuum muli scabunt.

ΜΥΤΥΜ ΜΥΛΙ ΣΚΑΒΟΥΤΙ. Vbi improbi atque illaudati se uicissim mirantur ac prædicant. Translatum a mulis, qui sicut reliqua iumenta, sese inuicem dentibus scabere solent. Citatur hic titulus, Mutuuum muli scabunt, a Nonio Marcello inter reliquos Menippearum titulos M. Varronis, mirum ni prouerbialis. Ausonius in altera præfatione monosyllaborum: Sed ut quod per adagionem cepimus, prouerbio finiamus: mutuuo muli scabunt. Meminit huius & Varro lib. de lingua Latina tertio. Symmachus in epistula quadam, Mutuui, inquit, scabere mulos, cui prouerbio ne uidear

esse confusus, præconium uirtutum tuarum, præfatio denique refringo. Non uidetur autem adagium recte accipi posse, nisi malam in partem: ueluti si indoctum indoctus, deformem deformis, improbum improbus uicissim laudaret. Cuiusmodi fabulam memorat Horatius de duobus fratribus, qui se mutuuum scabebant, ac mutuo officio alterum alter uicissim efferebant laudibus.

Frater, inquit, erat Roma, consulti rhetor, ut alter Alterius sermone meros audiret honores, Gracchus ut hic illi foret, hic ut Mutius illi, Idem poetas indoctos notans, qui tamen inuicem se recitantes audiebant, ac laudabant, Discedo Alcæus puncto illius, ille meo quis? Quis? nisi Callimachus?

Tradunt operas mutuas.

HVIC confine est Terentianum illud ex Phormione, Tradunt operas mutuas. De adolescentibus, qui se uicissim in peccatis defenderent. Translatum uidetur ab agricolis uicinis, qui mutuam inter sese operam commodare solent. Aut ab artificibus, qui mutua nonnumquam uiuntur opera: maxime fabri erarij.

Senes mutuuum fricant.

HVC pertinet & iocus ille in prouerbum uersus, de senibus mutuo se fricantibus. Narrat autem fabulam Aelius Spartianus in Adriani imperatoris uita. Is Adrianus in balneo ueteranum quempiam, seruuli penuria, sese marmoribus affricantem conspicatus, eum & seruulis aliquot & sumptibus donauit. Quod reliqui ueterani feliciter cessisse uidentes, cæperunt & ipsi complures sub oculis imperatoris sese marmoribus affricare, ut hoc modo principis elicerent benignitatem. At ille euocatis senibus, iussit ut alius alium uicissim defricarent, atque ita pueris nihil opus fore. Is iocus postea in vulgi fabulam cessit. Celebratur & Scipionis Aemiliani apophthegma, Iumenta quod manibus carent, alieno egere frictu. Quo significatum est, eos, qui res egregias gerere non possunt, egere præcone, quo famam sibi comparent.

Fricantem refrica.

Τὸν ξύρτον ἀντίξυρον. Scalpentem uicissim scalpe. Refertur in Diogeniani collectaneis. Par est, de merente bene, bene mereri, & officium officio pensare. Suidas ab asinis metaphoram translatam existimat inuicem morficantibus, & in utranque partem dici posse, qui se mutuis officiis adiuuant, aut qui se mutuis contumeliis afficiunt. In quam sententiam celebratur & Mimus ille non illepidus, Senecæ titulo, sed falso,

Ab altero expectes, alteri quod feceris.

Aristides in communi defensione quattuor oratorum, Τὸν ξύρτον τοῦ ἀντίξυρου καὶ τοῖς ἑσπερίαις ἀνὰ τὴν διδασκαλίαν δὲ καὶ τοῖς ἀνέτοις μαθηταῖς τοῖς ἐνέοις ἐλάττω φάσιν ἀνὸς ὁμοῖον. id est, Scalpentem inuicem scalpere, etiam asinis uidelicet tribuit prouerbiū Porro Periclem cum leonibus magis, quam cum asinis esse conferendum dixerint Homericæ. Huc pertinet illud, χεῖρ χεῖρ νίξαι, id est, Manus manum lauat. Quod citat in Axiocho Plato:

Διὰ πρὸς τὸν ἑλὸς ἐστὶν αὐτῷ φρενὴν τὸ ἐπιχαλμαίνον.

A δὲ

Α δὲ χεῖρ τῶν χειρῶν νῆμ, δὲς τὴν λαβίτη. id est,
Semper illi mos erat in animo uoluerit illud Epichar-
mi dictum,

Abluit manū manus, da aliquid, & aliquid accipe.
Et melius trochaicus tetrameter Græcus constabit, si
pro λαβίτη legas, λαμβάνει. Quod idem alio loco cita-
uimus, sed aliter, mendosum exemplar secuti, cum
Græcus Plato nondum esset ad manum, quem consule-
re possemus. Cuius rei uisum est commonescere le-
ctorem, ne quis hoc nomine nobis calumniam struat,
quod temere Platonis scripturam inuenterimus. Quā-
tum autem ad sententiam pertinet, nihil omnino re-
fert, νῆμ legas, an νῆμ, quandoquidem ut manus ma-
nuū mutui præstat officium lauando, itidem et scalpēdo.

Aequalem uxorem quære.

Τὴν κατὰ σαυτὸν ἴλα, id est, Aequalem tibi uxore duci-
to. Adagium admonet, ne quis cupiditate aut ambi-
tione allectus, se potentiorē ducat uxorem. Nam
eiusmodi ferme connubia inauspicato cedere. Plutar-
chus in libello de Liberis educandis parentes admonet
ut eiusmodi liberis suis uxores despondeant, quæ non
sint multo vel ditiores, uel potentiores. Prudenter. n.
dici prouerbio, Τὴν ἑστέαν uxorem ducito. Celebra-
tur & hoc inter sapientum apophthegmata, atque a
nonnullis Pittaco adscribitur, Ἐὰν ἐκ τοῦ ὁμοίου, id
est, Uxorem ducito ex equalibus. Nam si duxeris ex
potentioribus & progeneris, dominos tibi parabis, non
affines. Diogenes Laertius in vitis philosophorum hu-
iusmodi quiddam commemorat, quod quidem affirmat
& Callimacho non ineleganti epigrammate celebra-
tum esse. Adolescens quidam Atarnetes, Pittacon
consuluit utra sibi e duabus ducenda esset uxor. Nam
duæ offerebantur: altera par opibus ac genere: alte-
ra utroque superior. At ille sublato scipione quo nite-
batur, admonuit, uti pergeret ad triuia cinitatis quod
puerilius causa conueniunt, eos consuleret, & quod
illi dedissent consilij, id sequeretur. Pueri ex prouer-
biali cantione responderunt, Aequalem uxorem esse
ducendam. Itaque adolescens altera præterita, duxit
aequalem. Idem Dionī suadet Callimachus. Hæc au-
tem sententia hoc impensius placuit Pittaco, quod ipse
nobiliorem se duxerat Draconis sororem, cuius impe-
rium fastidiaq. molestissime legitur tulisse: ut hoc di-
ctum non in tempore, sed suo malo uideatur reperisse.
Extat autem epigramma, tametsi illic ἰών, non δῖον le-
gitur, mendose opinamur: id est huiusmodi,

Ξείνος ἀπαρμύτης τις ἀλῆρι το πῖπκον ἔστω,
Τὸν μιτυλλωαῖον πᾶσι δὲ τῷ ἑρῆα δῖα.
Αἴψα ἦρον, δόσις μὲ καλὴ γάμος, ἡ μῆα μὲ δ' ἡ,
Νύμφη, καὶ πλῆστον καὶ νύμφη κατ' ἐμὲ,
Ἡ δ' ἐστὼ, προβίβικε, τὴν λαίον, εἰ δ' ἄγε μοι σὺ
Βέλδων ποτὶ δῶλον εἰς ἡμῶν αἶγαν.
Εἴ περ, ὁ δὲ σκιπὼν καὶ ἡρατικὸν ὅπλον αἰεταῖ
Ἡ δ' ἐκείνοι σοι πᾶν ἐρίων ἐπὶ
Οἱ δ' ἄρ' ὑπὸ πλῆγῃσι δοῦν βίβικος, ἔχοντες
Ερεφον δρεῖν πᾶσι δὲ ἐν τριῶν
Κιόνων ἐρχο φησι μετ' ἰχθίνα. ἡ δ' ἐμὲ ἐπὶ
Πληστον, οἱ δ' ἔλεον, τὴν κατὰ σαυτὸν ἴλα.
Ταὺτ' αἰὼν ὁ ξείνος ἐφύλαττο μείζονος οἴκου
Δεξιέσθαι, πᾶσι δὲ κλῆθονι σαθίμους
Τὴν δ' ἄλγυν ὡς κείνος ἐξ οἴκου ἐπὶ τὸν νύμφην,

Οἱ τὴν κατὰ σαυτὸν ἴλα κατὰ σαυτὸν ἴλα.

Quos uersus, quoniam Ambrosius Camaldulensis,
Diogenis interpres, non omnino infeliciter Latinos se-
cit, haud grauabimur adscribere,

Hospes Attarnites rogauit Pittacon olim,
Sic Mitylenæor, Hyrradioq. satum,
Magne senex, gemina cupiunt mihi nubere, quarū
Et genere atque opibus conuenit una mihi:
Altera præcellit, quid præstat consule, dicq.
Utra ex his potius sit capienda mihi?
Hic baculum tollens, sic, tela senilia, dixit,
Consilium pueri, quod petis, expedient,
Quis celer in gyrum iactatus uerberare turbo
Assiduo, latis uertitur in triuiis.

I, sequere illorum monitus. sic satur, at ille
Scitatur, reserunt, tu tibi sime parem.

Quæ postquam audiuit, monitis puerilibus hærens,
A magnis hospes abstinuit thalamis.

Atque parem paruas lætus traduxit in ædes,

Sic Dion a qualcm si sapias ipse cape.

Est autem allegoria a turbine puerili, qui flagellis cir-
cumagitur. Agebat enim quisq. pro suis uiribus tur-
binem sibi congruentem. Deianira apud Ouidium ad
suum sexum transtulit prouerbiū:

Quam male inæquales ueniunt ad aratra iuueni,

Tam iuueni magno coniuge nupta minor.

Non honor est, sed onus species læsura ferentes:

Si qua uoles apte nubere, nube pari.

Plutarchus De liberis educandis, τὸ ὅτι τὴν κατὰ σαυ-
τὸν ἴλαν σοφὴν, id est. Sapientis est uxorem sibi parem
congruamq. ducere. Huc adscribendū putauimus car-
men illud ex Thesmophoriazusi Aristophanis titulo
inscripta,

Δέσποινα ὅτι ἡρῆντι νύμφῳ γυνῇ. id est,

Regina siquidem mulier est sponso seni.

Idem admonet uersus ille Euripideus in Rheso,

Οὐκ ἐξ ἐμᾶς τρεῖς ὄντες καμῖν ἐέλω. id est,

Nolim ex potentioribus me coniugem.

Neq. uero solum id spectari conueniet, ut par sit uxor
generis claritate, aut modo rei familiaris, uerum ut
etæ non admodum discrepet, ut forma, ut uitæ ge-
nus. Potest & longius trahi, nimirum ad negotium
suscipiendum, cui sis conficiendo par & idoneus. Item
ad uitæ genus aptum, & ad amicum tuis accommo-
dum moribus.

Ne my quidem facere audent.

Qui metu non audent hiscere, ἢ quondam negaban-
tur my facere audere. Refertur adagium a Varrone,
libro De lingua Latina 3. Putat enim ille mussare uer-
bum deductum a my litteræ vocabulo, quasi μῦς, pro-
pterea quod muti non amplius sonare queant, quam
my. Est enim ea littera maxime omnium muta, præser-
tim in fine, mire os contrahens & occludens. Verba
Varronis sunt hæc: A quo idem dicit, quod minimum
est, neque, ut aiunt, μῦ facere audent. Videtur esse car-
men Ennianum. Nam hunc paullo superius citauit.
Dicit, quod minimum est, neque, ut aiunt, my fa-
cere audent. Est autem Græcis μῦς, tum fugo, tum
naribus nocem reddo. Aristophanes, ὁ δὲ μωφορίζε-
σθαι,

Τὶ μῦς, πᾶσι τὰ πᾶσι καλῶς.

Cum

pellat, contemptissimum homuncionem. Idem:

Et Centum Græcos curto centuisse licetur.

Id est, minimo. Treffem autem dixit noue, quasi tribus assibus æstimandum. Assis autem erat ærei nummuli genus. Persianum carmē sic habet in quinta Satyra:

-Hec steriles ueri, quibus, una Quiritem

Vertigo facit. hic Dama est, non treffis agaso.

Confine Hieronymianum illud: Quis te dupondio supputabat? Iustinianus in præfatione Pandectarum, noluit adolescentes legum studiosos, veteri non minus ridiculo quam friuolo cognomine, nuncupari dupondios, sed Iustinianos nouo.

Dignus pilo.

Αἰσι τριχός, id est, Pilo digni, dicuntur Græcis, nulla bona re digni, quod pilo nihil contemptius. Aristophanes in Ranis:

Εἰ ποῦ ποτ' ἄλλω δούρ' ἐβέλω πένικ' ἔνα,

ἢ κλέψα τῶν σὸν ἄξιον τι καὶ τριχός.

id est,

Si quando ueni huc, emori sane uolo, aut

Si quid tuorum sustuli, dignum pilo.

Adagium commemoratur a Diogeniano.

Nec vno dignus.

Αἰς δὲ μὶν, καὶ ἄλλος ἓν, id est: Ne vno quidē dignus, & uno dignus, de uilissimo. Translata metaphora a iactu talorum, in quo μὶν, id est, unionis numerus infimus erat. Demum ubiq. in rationibus numerorum minimum quiddam est unio, ac ne numerus quidem, ut autumant philosophi. Ex aduerso, quem multi precij significant, hunc πολλὸς τινος ἄξιον, id est, multa re dignum, trita figura Græci dicunt, & τὸ παντός ἄξιον, id est, quauis re dignum, & e diuerso ὀλίγος ἄξιον, id est, paullo dignum, quem contemnuunt. Gregarium autem est ac plebeium, unius duntaxat hominis vice supputari. Proinde Homerus Iliados Δ. cum medici dignitatem explicare uult, ait:

Ἰντρος ὃς ἄλλος πολλῶν ἀτόξιος ἄλλω.

id est,

Vnus homo medicus multis equandus honore est.

Ad quod respexit Plato lib. De legibus quinto: Οὐδὲν ὃς, ὁ δὲ πολλῶν ἀτόξιος ἰσθίων, id est, Nam hic quidem pro uno, ille pro pluribus aliis æstimandus est. Ad hanc formam pertinent & illæ rethorum figuræ, cum aiunt, unum aliquem sibi pro theatro esse, & unius cuiuspiam iudicium pluris se facere, quam infinitæ multitudinis.

Dignus obelisco.

Αἰς ὀβελίσκος, id est, Dignus obelisco, dignus quouis honore. Summis enim uiris eiusmodi columnæ ac pyramides erigebantur, magnificis inscriptæ titulis, aut ingentes colossi, sic enim stupidi principes olim fingi gaudebant. Tametsi proverbium ancipitem habet sententiam, propterea quod Aristarchus obeliscis iugulare sit solitus, quæ parum probaret. Meminit huius præter alios Suidas.

Aureus in Olympia statuo.

Quem summo præmio dignum Græci significant, ei dicere solent: Aureus in Olympia statuere. Lucianus in Pseudologista, χρυσὸς φασὶν ἐν Ὀλυμπίᾳ σάβησι, id est, Aureus, ut aiunt, in Olympia statuo. Quod is bonos

id ætatis præcipuus haberetur, loco tam celebri, statuum inter illustres uiros habere. Huc allusit Vergilius, cum ait:

Si sætura gregem suppleuerit, aureus esto.

Plato in Phædro, Ὑπὸ χυτῶν χρυσῶν εἰκόνα ἱσταμένην τοῦ εἰς δελφούς ἀρχάστου, id est, Polliceor me statuam auream tibi equalem Delphis collocaturum. Ibidem paullo post, Περὶ τὸ κυψελιδῶν ἀείμα σφραγίστας ἐν Ὀλυμπίᾳ σάβησι, id est, Inter statuarum Cypselidarum monumenta, in Olympia fabrefactus statuo. Interpretes fortassis χρυσῶν, legit, aut certe somniauit, ut qui uerterit aureum. Porro reges Corinthi dicuntur Cypselidæ a Cypselo qui pulsus Bacchidis e Corintho, ibidem imperio est potitus, summasq. coegit diuitias, cuius rei argumentum, inquit Strabo, τὸ Ὀλυμπιάσιν ἀνέστη καὶ κυψέλα, σφραγίστας χρυσῶν ἀνδρῶν ἐν μνησίῳ. Allusit huc & Philostratus in Apollonij uita, καὶ σφραγίστας σὶ σὶ Ὀλυμπίᾳ, id est, & coronabunt te in Olympia. Nō dissimili figura dixit Persius, Satyra II.

Præcipui sunt, sitq. illis aurea barba.

Quibusdam enim signis aurea barba consuevit addi.

Quauis re dignus.

Αἰς τὸ παντός, id est, Quauis re dignus. Refertur ab omnibus Græcorum adagiorum collectoribus. Vititur Plato in Sophista, καὶ τὰς ὁ δὲ σὶν εἶναι τὸ μὲν τινος τιμῶν, τοῖς δὲ ἄλλοις τὸ παντός, id est: Aliis videntur nulla re digni, aliis rursus quantauis. Similiter dixit Terentius: Hominem quantiuis pretij. Quanquam huius adagionis modo est facta mentio.

Dignus Argiuo clypeo.

Αἰς ἐὶ τὸ ἀργεῖ ἀπίδες, id est, Dignus es Argiuo clypeo. De generoso ac maiorem in modum venerando: inde sumptum, quod olim apud Argiuos ex more pueri incorrupti puriq. clypeos quosdam gestantes, pompas agebant. Isq. honos erat illi ætati, prisco quodam instituto decretus.

Dignū propter quod uadimonium deferatur.

Vbi rem maximi momenti uolumus significare, quæq. vel quantonis dispendio debeat expeti, dignam esse dicemus, cuius gratia uadimonium deferatur. Nam qui uadati sunt, nō nisi summo suo periculo abesse possunt. Plinius secundus in præfatione Naturalis historiæ: Inscriptiones, inquit, propter quas uadimonium deferi possit, hoc est, quarum gratia omnia sint posthabenda, vel maxime seria. Seneca De beneficiis lib. 4. Uadimonium promittimus, tamen deseritur. Non in omnes datur actio. Deserentem uis maior excusat. Hæc Senecæ uerba declarant, uebementer urgens esse oportere, quod excuset uadimonij promissi desertorem. Horatius:

-Et casu iam respondere uadato Debebat.

Ridet improbum garrulum, qui maluerit periclitari de causa, quam a nugis discedere. Consimilis est forma quasi pro aris focusq. dimicare, cū de re chara seriæq. certamen est. Nec dissimili schemate dixit Celsus, libro Pand. sexto, titulo de rei uendicatione, Laribus sepulchrisq. auitis carere. Finge, inquit, pauperem, qui si reddere id cogatur, laribus sepulchrisq. auitis caendum habeat: sufficit tibi permitti tollere ex his rebus

ritus inuenerint solum, fertilioremue segetem, negatu-
ros Atticam esse, quod plusquam acceperit seminis red-
dat, quia hanc eius terrae fidem Menander eludit. Ex
his colligimus Atticam fidem dictam, quod nec de-
berent patris, nec adderent. Talis erat & soli fides non
admodum feracis, cum agrorum fides laudetur, si
cum seniore reddat quod creditum est.

Græca fide.

ΕΛΛΗΝΙΚΗ ΠΙΣΤΙΣ, id est, Græca fide, reperitur pro certa item
fide. Fortassis idem cum proximo: nisi malimus per
ironiam accipere. Ausonius ad Paulum:

Nobiscum iuuenies κατ' ἑνὴν πίστιν, si libet iuri.

Non Pæna, sed Græca fide.

Idem de Philone uillico suo:

Mutatur ad Græcam fidem.

Plautus Græcam fidem dixit ubi non uerbis, neque sti-
pulationibus, sed præsentæ pecunia res agitur. Sic enim
apud eum loquitur Clærea lena in Asinaria: Dicam,
aquam, solem, lunam, noctem, hæc argento non emo.
Cetera quæ uolumus uti, Græca mercamur fide, id est,
numerata pecunia. Euripides in Iphigenia Taurica:
πιστὶς ἑλπίς ἐστιν, id est, Græcia nequaquam nouit fi-
dem. Hoc sane nomine canatio pessime auditur omnium.

Punica fides.

POENORVM perfidia in proverbium abiit, quod ca-
gens peculiariter periurij uinitatisque notata sit, quem-
admodum abunde testatur T. Lilius. Cuius hæc uerba
sunt libro secundo de bello Punico: Quæ Punica belli
gione seruata est fides ab Hannibale. Idem belli Puni-
ci secundi lib. primo: Has tantas uiri uirtutes ingen-
tia uitia æquabant, inhumana crudelitas, perfidia plus
quam Punica, nihil ueri, nihil sancti, nullius dei metus
nullum insurandum, nulla religio. His coloribus de-
pingit Hannibalem. Subindicat idem Q. Curtius, in Ty-
rius Pænorum auxilio destitutus. Rursum Maximinus
apud Iulium Capitolinum: Afri, inquiens, fidem Puni-
cam præstiterunt: et quod modo citauimus ex Ausonio,
Pæna fide. Salustius in Iugurthino: Comperio Bocchum
magis Punica fide quam ob ea quæ prædicabat, simul
Romanos & Numidam spe pacis detinuisse. Plautus:
Nemo me Pænus Punior, adludens ad morum perfidi-
am. Pæni sædifragi semper habiti. Idem in Pænulo,
Et is omnes linguas scit, sed dissimulat sciens, se scire,
Pænus plane est, quid uerbis opus est.

Altera manu fert lapidem, altera
panem ostentat.

QUI coram blandiuntur, clam obtrecentes, palam ami-
cos agunt, clanculum nocent: aut qui hic prosunt, illic
ledunt, falsam beneficii speciem ostentant, ut nacti occa-
sionem funditus perdant, id dicuntur altera manu por-
tare lapidem, altera panem ostentare. Translatum
ab his, qui canes ostentato pane pelliciunt: deinde ac-
cedentibus saxum illidunt. Euclio Plautinus in Aulu.

Nunc petis cum pollicetur, aurum inhiat, ut deuoret.

Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera.

Diuus Hieronymus ad Rufinum: Hæc apud te amice
potius expostulare uolui, quam laceffitius publice dese-
nare, ut animaduertas me reconciliatis amicitias pu-
re colere, & non iuxta Plautinam sententiam, altera

manu lapidem tenere, panem offerre altera. Eodem
elegantè adlusit, scribens ad eundem Rufinum: An ti-
bi ideo panem non damus, quia hereticorum cerebro
lapidem illidimus? Simile quiddam habet Gregorius
Theologus in epistula ad Eusebium episcopum Cæsari-
ensem. ὅπως ἐὰν τις ἐνδὲς αὐτοῦ ὡς τὸ μὴ τῶν χερῶν καὶ τοῦ
χοιτῶν καὶ αὐτῶν, τὸ δὲ πᾶσι τῶν παρῶν, id est, Perim-
de quasi quis eiusdem uiri altera manu scabat caput,
altera malam feriat.

Ex eodem ore calidum, & frigidum efflare.

Εκ αὐτοῦ τὸ ἐξ ἑαυτοῦ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν ἐκέρχαι, id est,
Eodem ex ore calidum ac frigidum proferre. Bilingues
& qui eundem modo laudant, modo vituperant, ex eo-
dem ore calidum ac frigidum spirare dicuntur. Natum
ex Apologo quopiam Aniani fabulatoris. Satyrus
quidam cum vehementer algeret, hyberno gelu supra
modum frigente, a rustico quodam inductus est in ho-
spitium. Admiratus autem cur homo inflaret in ma-
nus ori admotas, rogauit cur ita faceret. is respondit,
ut frigidæ manus halitus tepore calefaceret. Deinde
ubi extructo foco, apposita mensa, in pulcem feruidam
rursum inflaret, magis etiam admiratus, sciscitatus
est, quid hoc sibi uellet: ut pulcem, inquit, nimium ser-
uientem halitu refrigerem. Tum Satyrus surgens a mē-
sa: Quid ego audio, inquit. Tum eodem ex ore pariter
& calidum & frigidum efflas? Valebis, neque enim
mihi ratio est, cum eiusmodi homine commune habere
hospitium. At huiusce rei, quam Satyrus admiraba-
tur, causam reddit Aristoteles in Problematis, Sección-
ne trigesima quarta, problemate septimo, idque ideo fie-
ri putat, quod qui vehementius efflat, is non moueat
uniuersum aerem, sed ore contractiore paululum uen-
ti expiret, ut calor ab ore profectus, a reliquo aere,
quem ob impetum plurimum mouet, continuo cuane-
scat, atque in frigus abeat. Id quod secus sit in eo, qui
faucibus apertis aerem exhalat. Ex eodem ore ema-
nat dulce & amarum. Huc adscribi poterit, quod re-
fert secundo libro Plinius, plus quam prodigiosum,
fontem esse quendam in Dodona, qui cum sit frigidissi-
mus, & facies si quis ardentes immergat, extinguit:
si extinguitur admoucantur, accendit. Quæ omnia torque-
re licebit in rhetores, qui eadem norunt laudare & ui-
tuperare, eleuare atque attollere. Item in Iureconsul-
tos, qui causam eandem nunc tuentur, nunc impu-
gnant. Ad eum sensum detorsit Plutarchus, quod
Circe eadem uirga mentem adimit, ac reddit: pecudes
facit, & homines. Extat apud Græcos hic senarius pro-
uerbialis,

Τὸν αὐτὸν ἀνὴρ καὶ φίλον καὶ ἐχθρὸν καλεῖ. id est,

Laudare eundem, carpereque uiri est mali.

Athenæus libro quarto docet esse fistulæ genus, a Græ-
cis dicitur μάραδις, siue πελαγομάραδις, quod idem &
grauem & acutam uocem reddit. Vnde uersum addu-
cit ex Alexandride,

Μάραδιν λαλῶν, μικρὸν αὖ καὶ μίαν. id est,

Grande ac pusillum Magade proloquar simul.

Id Græcis dicitur μάραδιον, sonare simul duas uoces,
grauē & acutā διὰ πασῶν, ut uocant musici. Arist.
secciónis decimanonæ, problemate iuxta Græcos codi-
ces decimo octauo, iuxta Theodori uersionē πνι. πτι-
τι

cur eo verbo μαγὰ δ' ἴεν, querens cur hæc sola harmonia quæ diximus sonetur magade. Rursus in problema te trigessimono iuxta Græcos codices, μαγὰ δ' ἴεν δ' ἐπὶ τῆς παλαιᾶς συμφωνίας, id est, Magadissant in concentum diapason.

Oculatę manus.

OCULATAS manus dixit Plautus, quæ promissa uelint exhiberi re, non oratione promitti. Nam oculos habere, quibus videant exhibita, aures non habere, quibus audiant pollicitationes. Ita lena quædam in *Asinaria* adulescenti montes aureos pollicenti, cum illa nihil comuneretur promissis: Semper, inquit, oculata nostrę sunt manus, credunt quod uident. In eadem erat sententia leno ille *Terentianus Sannio*: Nunquam, inquit, ego adeo astutus fui, quin, quidquid possem, mallem auferre in presentia potius. Huc *Adlusit Chærea* in *Æmulo*: Fac nunc promissa ut appareant.

Cæca dies, & oculata dies.

PLAUTVS item eandem diem & oculatam, pro die qua non numeratur præfens pecunia & qua numeratur. Sic enim leno quidam loquitur in *Tfscudolo*: Eme die cæca hercle oleum id uenditō oculata die, iam *Hercule* uel ducentis fieri possunt præfentes minæ. Hoc est, eme non præfente pecunia, sed in diem pacta, renuente pecunia præfente. Vocant & *Iuriconsulti* cæcam diem, & cæca testimonia, quæ scripto perhibentur absentibus. Nam cæca sunt non tantum quæ non vident, sed quæ non uidentur & absunt.

Lentiscum mandero.

ΣΧΙΝ ΔΙΑΤΡΟΨΗ, id est, Lentiscum mandere, uel arrodere, Græco prouerbio dicuntur ij, qui ultio comendi corporis suo sitio superfluunt: Nam ex lentisco dentifriciū fieri consuevit. Is est pulvisculus quidam candidandis dentibus comparatus. Fiebant & dentiscalpia ex lentisco, hoc est, cuspides quædam purgandis dentibus accommodæ. *Martialis* in *Apophoretis*,

Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis

Desuerit, dentes penna leuare potest.

Quin & *Dioscorides* libro primo indicat, lentisci succum ex aqua decoctę figere vacillantes dentes, si colluantur: tum & cuspides hinc factas si affricentur, utiles esse dentibus abstergendis. Huiusmodi igitur quibus dentiscalpium semper in ore est, lentiscum arrodere dicuntur, & *ΧΙΝ ΤΡΟΨΗ*, id est, Lentisci arrofores appellantur. Nam dentium cura, olim ut delicatis probro dabatur, & *Apuleio* inter reliqua crimina obiectum est, quod dentifricium parasset. Recte transferetur adagium & ad reliquum totius corporis cultum.

Vnico digitulo scalpit caput.

MOLLES atque effæminati uno digito caput scalpere dicuntur, nimirum solicii ne comam studiose compositam perturbent. Id primum dictum putant a *Calvo* poeta in *Pompeium*, hinc in omnes parum uiros translatum. *Iuuenalis* satyra nona:

Qui digito sca'punt uno caput.

Molles & impudicos ex gestu notans. Porro gestum eum antiquitus impudicitia habitum argumentū, te-

stat in epistulis *Seneca*: Rerum, inquit, omnium si obseruentur, indicia sunt. Et argumentum morum ex minimis quoque licet capere. Impudicum, & incessus ostendit, & manus nota, & unum interdum reponjum, & relatus ad caput digitus, & flexus oculorum. Improbum interdum risus, insanum vultus, habitusq. demonstrat.

Summo digito caput scalpere.

Τῷ ἀκρότατῳ τῷ κεφαλῇ γνῆναι, id est, Summo digito caput scalpere: Idem est cum proximo. *Lucianus* in *Rhetorum præceptore*, deliciis effæminatum hominem describit his uerbis, *Εν τῷ αὐτῷ δὲ πείσσει τινε, καὶ τὰ καλὰ ἀδία, δὲ αὖτε αὖτις τὸ βδέισμα, ἐπικελευσμένον τὸν αὐτὸν, καὶ αὖτις τὸ βλέμμα, μελὶ γνῆναι τὸ γένυ, μύρον αὖτε πρὸς τὸν κεφαλῇ ἀκρότατῳ γνῆναι, id est, Inter hæc autem uirgin quendam egregie sapientem, atque insigni forma, lubrico incessu, fracta ceruice, & ulchri aspectu, uoce mellita, olentem unguenta, caput summo digito scalpen-*

Phryx plagis emendatur.

ΠΗΡΥΧ ΠΛΑΓΙΣ ΕΜΕΝΔΑΤΑΙ. In barbaros seruilique ingenio homines dicitur, qui non pudore, neq. monitis, sed uerberibus redduntur meliores. Cum contra generosus animus, ut ait *Seneca*, rectius ducatur quam trahatur. *Cicero* pro *L. Flacco* in testes *Asiaticos*: Asia uestra constat ex *Phrygia*, *Lydia*, *Caria*, *Lydia*. *P*trū igitur nostrum, an uerum est hoc prouerbiū? *Phrygem* plagis fieri solere meliorem. Adagium ita refertur apud *Suidam* uersu trochaico,

Φέρει πλάγας ἀμείων καὶ δεινῶν ἄνδρ. id est,

Verberatus *Phryx* melior & obseques erit magis.

Ostendit *Athenæus*, & *Phrygia* mitti solere mancipia laudatissima,

Αὐτὰρ ὁδὸν ἴα φρυγίης, καὶ δὲ ἀρκάδιαν ἐπὶ δόξαϊ.

Mancipia ex *Phrygia*, sed ab *Arcadia* auxiliaret.

Nihil sacri es.

Οὐδὲν ἱερὸν ἐπέχει, id est, Nihil es sacri. Sermo contemptis prouerbialiter. Si uidem Græci quidquid præclarum ac uehementer conducibile uideri uellent, id sacrum appellabant, ut ἱερὸν βελλὸς Sacra res consilium, & ἱερὰ πόλιν, id est, Sacram ciuitatem, dixit *Aristides*, tanquam omnium tutatricem, & quod alio citauimus loco, ἱερὸν ἀγκυραῖ, id est, Sacram ancoram. *Plutarchus* in *uita Pelopide*, Sacri præsidij mentionem facit. *Theocritus* in *Hodeporis*,

Αὐτὸν αἰὶα λῆσιν ἔσθαι ἐμπεδιστὶ μὴ δέειν

ἱερὸν.

Hædum igitur, si uis, age iam deponito, quanquam

Nil sacri est.

Verba sunt contemptis pignora. Qui prouerbij tradunt originem, aiunt *Herculem* conspecta *Adonidis* imagine contempsisse his uerbis, *Οὐδὲν ἱερὸν ἐστίν*, id est, Nihil sacri. Seu quod existimaret, iis dumtaxat habendum esse diuinitatis honorem, qui de genere mortalium essent benemeriti: siue quod fures, qui in eius templum aufugissent, non essent in tuto, propter loci religionem, quemadmodum in aliorum deorum sacellis. Nunc accommodatur ad quauis re-

fficiatū

spicatu habuam: Ab hac interpretatione non discrepant quæ refert Theocriti scholiastes, huius commentii auctorem citans Cleandrum.

Nihil sanum.

SUMMA morum corruptionem, & nullum honesti respectum his verbis Græci significant, οὐδὲν ὑγιές, id est, Nihil sanum. Exempla passim in comædiis tragædiisq. Græcorum sunt obuia. Aristophanes in Pluto,

Ρα σὺ μοι εἰς χὸν μεταβάλλοντα τοὺς τρέπες,
Εἴνεαι πανούργην, ἀδικὸν, ὑγιὲς μὲν δὲ,
Ὡς τῷ βίῳ τοῦτ' αὐτὸ νομίσας εὐμαρῶς. id est,
Scitatum an expediret, ut in contrarium
Verso insituito pristinisq. moribus,
Iniquus esset, subdolos, sani nihil,
Ratus ista vitæ commodis conducere.

Andromache in sui nominis tragædia apud Euripidem ita describit Spartanorum mores:

Ὡς περὶ σὺν ἀέρεσσιν ἔχουσιν ἰβρὰ τῶν,
Σπάρτης ἱνοικοί, δόλια βυλὸν τήρῃ,
Υδὸν δ' ἀνὰ πτεῖ, μὴ χαλρὲς ἀοικακῶν,
Ελικτὰ, νοδὸν ὑγιές. id est,

Heus omnium mortalium inuisissimi,
Spartam incolentes, fraudulentum consili,
Mendaciorum principes, & opifices
Tecti malorum, tortiles, sani nihil.

Aristophanes, εἰς τὸ μαρτυροῦντας, si modo non fallit titulus: de senibus,

Τὰς αἰσὶν ὁτὶ δὲ, τὰς προδοτὶ δὲ, τὰς ἀλάς,
Τὰς οὐδὲν ὑγιές, πᾶς μὲν ἀνδρῶν κακόν.
Vini bibaces, proditricæ, garrulas,
Nihilq. sanum, maximum viris malum.

Vbi plane prouerbialiter dixit οὐδὲν ὑγιές, pro perditissimis. M. Tullius ad Atticum libro decimoquinto: Quid quæris? οὐδὲν ὑγιές. Id velut interpretans in epistula quæ præcessit ab hac tertia: Quid quæris? nihil sincere.

Dionis gry.

Τὸ δῖον γρὺν, id est: Dionis gry. Recte dicitur, aut ubi quempiam magno animo contemnimus, ac ne responso quidem dignum habemus: aut cum rem nihili significamus. Nam de gry alio diximus idem. Adagium ortum ex euentu. Dion Alexandrinus natione, præcipuam in philosophia laudē est consecutus. Huic erat frater luctator, nomine Topsius. Itaq. cum quidam ex eius concertatoribus Dionem probris incesset, fanda atq. infanda in eum euomēs, multa interim turba ad conuicium, ut sit, affluente, ipse ne verbo quidē respondit maledictis, videlicet philosophiæ dogmatum memor. Ceterum ubi iam intra ædium suarum vestibulum esset, nam conuiciator eo usque fuerat profectus, nihil iracundiæ præ se ferens, hoc tantum respondit, οὐδὲν γρὺν, id est: Ne gry quidem. Iulienus autem animi impotens, laqueo se præfocauit. Eares in vulgi fabulam abiit.

Cæcus cæco dux.

Τυφλὸς τυφλῷ ἰδοῦναι. Cæcus cæco dux. Vt licebit quotiēs indoctus indoctū docere, inconsultus imprudenti consilium dare conabitur. Allusit ad prouerbiū M. Tullius

lib. De finibus ultimo: Cæcæ autem Drusi domum compleri consultoribus solitam accepimus, cum quorum res esset, ipsi non uidebant, cæcum adhibebant ducē. Hæc Cicero. Drusus enim Iure consultissimus, aliis prospiciebat animo, cum corporis oculis nihil cerneret. Cui confine est Horatianum illud: Cæcus iter ostendit.

Horatius ad Scaurum:

Cæcus ut si monstraret iter, tamen aspice.

Quod quidem Porphyryon perinde dictum autumat, quasi dicas: Sus Minervam. Transfocare enim res geritur, cum cæcus videntibus iter comostare conatur. Apud Aristophanem in Pluto, Carion seruus stomachatur in herum quod ipse videns, Plutum oculis captum sequeretur,

Ὅς τις ἀκολούθει κατόπιν ἀνθρώπου τυφλῷ,
Τὸν ἀντὶ τὸν δὲ ὄν, ἢ προσὸν καὶ ὡς πρὸ ἑνός.

Οἷον βλεπόντες τοὺς τυφλοὺς ἡρώμεθα,

Ὅπως δ' ἀκολούθει καὶ μὴ προσώματι. id est,

Luminibus ut qui captum & orbem homunculum
Sequatur a tergo, hoc agens præpostere.

Nam qui videmus, ducimus cæcos: at hic
Sequitur, simulq. cogit eadem facere me.

Cæca speculatio.

Ἀλλοσμοπία, id est cæca speculatio, composita Græcis est dictio, ἀπὸ τοῦ λαίη, qd est videre, inde ἄλλος cæcus, & σμοπία, id est inspicere. Ita Suidas ex Homero citans. Etymologus addit alias coniecturas ex Methodio citans idem dictum. Suidas prouerbialem dictionem admonet, quotiens aut conuenient, quibus datum est negotium, aut ipsi nihil vident, quibus obseruandi partes sunt delegatæ. Translatum ab iis, qui e speculis sublimibus diligenter circumspectant undiq. & quod viderint, aliis renunciant. Homerus aliquotiens hoc habet, Ὅς δ' ἄλλοσμοπιῶν ἔστι, quod etymologus citat ex Methodio. Pro eo quod est, haud quaquam cæcutienter speculatus est. Vt conuenient, quotiens significabimus aliquē rē sagaciter odoratum, ac deprehēdisse.

Sine cortice nabis.

SINE cortice nare dicuntur, qui iam per ætatem non egent custode morum, aut qui eo doctrinæ processerunt, ut iam præceptorum opera non habeant opus. Horatius:

Simul ac durauerit ætas

Membra, animumq. tuum, nabis sine cortice.

Id est, Citra custodem ac pædagogum ipse te reges ac moderaberis. Acron prouerby admonet: putatq. metaphorā mutuo sumptam a iuuenibus, qui cum primitus natate discunt, corticibus aut suberibus uentri subligatis natant: deinde exercitiores citra huiusmodi admicula natate incipiunt. Plautus in Aulularia: Quasi pueris qui nare discunt scyrpea induitur ratis. Qui laborent minus, facilius ut nent, & moueant manus. Est autem Græcis φιδὸς siue φιδος, nā uariē scribunt, quod Latini uertunt suber, sic enim uertit Theod. rus: Cortex est arboris semper fluitans. & ob id apud nauibus præsertim ancoralibus: indicat. n. ancora locum, ut a nauis caueatur, & piscantiū irregularis, sustinet enim summōs retium funes: utilis et cadorū obturamentis, postremo & feminariū calceasui mēsis bybernīs, unde ioco prouerbiāli apud Græcos cortices

corrices arborum dicuntur. Meminit Plinius libro 16. cap. 8. Lucianus in Veris narrationibus narrat φιλί-
ποδρε, unde Græci φιλίαν dicunt supernatare. Et
φιλική loca quæ paululo terræ tegunt saxa.

Vt possumus, quando ut uolumus non licet.

Ζῶμεν ὅτι οὐ θέλομεν, ἀλλ' ὥς δυνάμεθα. id est,
Non vti libet, sed vti licet sic viuimus.

Senarius prouerbialis, quo monemur tempori ac neces-
sitati seruiendum esse. Terentiana Misis in Andria
rogata, quam Athenis vitam agerent, verecunde se-
ni meretricium quæstum confitens: vt quimus aiunt,
quando vt volumus non licet. Cæcilius in Plotio apud
Donatum. Viuas vt possis, quando non quis vt velis.
Item Plato in Hippiâ maiore: Τοιαῦτα ὡς ἴππια τὰ ἡμέ-
τερά ἐστιν ἔχ' ὅσα βούλει τις φασὶν ἀνέροισι ἐκείσοτε
παροιμιαζόμενοι, ἢ ὅσα δύνανται id est, Eiusmodi sunt
Hippiâ res nostræ, non quales quis optaret, sicuti pro-
uerbio dicitur usquequaq., sed quales esse possunt. Adlu-
sit eodem et in Cratylō. ὅπως ἂν δυνάμεθα προίπεντες,
id est, Præfati, vt cunq. potuerimus. Sic enim mode-
stie gratia præstantur, qui negotium aliquod suscipiunt.
Huc pertinent & illa Græcorum sententiæ:

Βελοµεθα πάντες, ἀλλ' ὃ δυνάμεθα. id est,
Omnes cupimus, at non licet ditescere. Et,

Πάντες καλῶς ζήν θέλουσιν, ἀλλ' ὃ δυνάμεθα. id est,
Bene viuere omnes uolumus, at non possumus.

Nemini sua fortuna satisfaciunt, & aliud votis destinant,
Vt erit, ubi significabimus nostra nobis parum pla-
cere, verum facultatem deesse, non animum: viden-
licet fortunam esse parum commodam, aut vitam nõ
satis integram, aut epistulam non satis eruditam.

Atheniensium inconsul- ta temeritas.

Ἡ δ' ἀλλωίων δυσβουλία, id est, Atheniensium inconsulta
temeritas. Quadrat in eos, quibus male consulta uer-
tunt bene. Nam id olim vulgo tributum est Atheniẽ-
sibus, quod ipsi quidem socorditer consultarent, pa-
rumq. prospicerent, verum Minerva ciuitatis præ-
ses, illorum male instituta, bene vertere consuevit. Si-
mile est huic, quod hodieq. vulgo dicunt: Est fortu-
natioꝝ prudentior, de quopiam non suapte indu-
stria, sed fortunæ commoditate successu rerum uten-
te. Eupolis apud Suidam & Athenæum libro decimo
in Atheniensium mores:

Οὐς δ' ἔκ' ἂν ἰλιθ' ὃ δ' ἂν οἰνόπιασ' πρὸ τῶ,
Νωὶ στρατηγούς λείσομεν, ὡς πόλις πόλις
ὡς ἰσχυρὴς εἰ μὲλλον ἢ καλῶς φρονίος. id est,

Quos ante hac nec præfici conuiuio
Quisquam tulisset, nunc uidemus scilicet
Belli duces. o ciuitas, o ciuitas

Fortuna vt es feliciore quam sapis.

Porro Atheniensium incogitantiam notat & Aristophanes hoc versu in Nubibus:

Φασὶ δ' δυσβουλίας τῆς πόλεως προσεῖναι. id est,
Leua consilia ferunt huic adesse ciuitati.

Quo loco interpres adscribit fabulam huiusmodi, Cum
Neptunus a Minerva victus, non posset Attica regio-
ne potiri, iratus remisit illis δυσβουλίας, id est, leua
stultaq. consilia: hoc deinde vitium Atheniensibus
ἐπιχρῶν, hoc est, vernaculum fuisse. Idq. Minervam

non mutasse, ceterum quod illi male statuisset, illa in
bonos exitus vertebat: Adlusit huc idem Aristophanes
in Vespis,

Γλαῦξ ὅτι ἡμῶν πρὶν μάχεσθαι τὸν στρατὸν διέπαιτο. i.

Vlula nostras ante pugnam peruolarat copias.

Eodem leuiter adlusisse videtur Demosthenes, cum ait
in Olynthiaca prima, in ipsa statim fronte: Ἀλλὰ καὶ ὁ
ἡμετέρος τύχη, ὑπὸ λαμπρῶν, πολλὰ ἔδωκεν ἐκ τῆς πε-
ρὶ χροῆμα συνέσεως ἐπὶ πολλῶν ἱππῶν. id est, Sed & uestra
fortuna arbitror, nonnullis ex tempore venire in men-
tem ut dicant ea quæ ad rem pertinent. Verum hoc iu-
tij manifestius exprobrat illis in alia quadam oratione
dicens, alios homines solere consultare prius ac dein-
de rem aggredi: contra Athenienses post rem factam
tum consultare. Theognis:

Ρῶλοι τοὶ χρῶνται δεξιᾷ φρεσὶ, δαίμονι δ' ἐξ ἄλλῃ

Οἷς τὸ κακὸν δοκίον γίγνεται εἰς ἄχθιν. id est,

Multis leua quidem mens est, sed numina dextra,

Quis bene uertit & id quod temere instituit.

Aristophanes in Concionatricibus:

Ἀγὼς τί τοι τις ἐστὶ γυναικῶν,

ὅς' ἂν ἀνδρῶν καὶ μωρῶν ἐξελδομένης

Ἀπειγ' ἐπὶ τὸ βέλτιστον ἡμῶν εὐμενέων. id est,

Est sermo quidam ductus a maioribus

Fatua licet statuamus ac uacordia

In melius attamen omnia nobis cedere.

Medium carmen Græcum carebit uitio, si tollatur co-
nunctio καὶ, quanquam editio Aldina habebat. Et
apud Liuium subinde nominatur fortuna Romana. Nec
abhorret hinc quod alibi retulimus, ὕδαντι κέρως ἀρεῇ,
id est, Dormienti recte tollit.

Vbi non sis qui fueris, non est cur uelis viuere.

CICERO in epistula quadam libro 7. Familiarium, sen-
tentiam huiusmodi veteris prouerbij citat. Vetus est,
inquiens, Vbi non sis qui fueris, non esse cur uelis vi-
uere. Sumptum est a communi mortalium affectu,
qui nihil minus tolerandum putant, quam vt inter eos
neglecti, aut etiam notati uiuant, apud quos aliquan-
do cum splendore atque auctoritate sint uersati. Adco
vt exilium ubiuis præoptent potius, aut etiā e vita de-
cedere, quam mutata fortunæ pudorē perpeti. Id quod
notauit Euripides in Hecuba, quam ita facit loquentē,
vt dicat, sibi pudorem in causa esse, quo minus obtineat
Polymnestorem. Pudere enim in tam calamitoso
rerum statu, conspici ab eo, cui aliquando visa sit flo-
rens. Idem in Alceste,

Τί μοι ζῆλος δ' ἄρα κύνειον φίλοι

Κακῶς κλονεῖ, καὶ κακῶς πεπεχυότι. id est,

Post hac amici, cur mihi sit uiuere

Cordi, male audienti, & affecto male.

Ad eadē facit sētiētῶν, quod apud Sophocle ait Ajax,

Αἰσχρὸν ὅτι ἀνδρῶν τὸ μέγιστον χρεῖν ἐστὶ

Κακοῖσιν ὅς τις μὲν ἐξ ἡμέτερας. id est,

Est turpe, uitam prorogare longius

Quisquis malis nil explicat sese suis.

Item paullo post in eadem tragædia,

Ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν, ἢ καλῶς πένειναι

Τὸν ἐμὸν χρόνον. id est,

Verum aut decore uiuere ingenium uirum

Decet, aut decore oppetere mortem.

Fertur hic quoque senarius,

Ἔν

Ζὴν αἰχρὸν οἷς ἔσιν ἐφθόνουσι ἡ τύχη. id est,
Fortuna quibus invidit aspera uiuere,
Hos indecorum ac turpe uelle uiuere.
Sed propius ad Ciceronis sententiam accedit locus il-
le apud Euripidem in Hecuba, ubi Polyxena ratio-
cinatur, sibi non esse causam cur optaret uiuere,
quod omnibus ornamentis pristinae fortunae iam esset
spoliata.

Τὶ γὰρ με δεῖ ζῆν, ἢ περὶ τῆς μὲν ἡν ἀνέξ
Φρυγῶν ἀπαύτων, τὲ το μὲν περὶ τῆς βίης.
Επεὶ τ' ἐρεῖ φθῶν ἐλπίδων καλῶν ὑπὸ
Βασιλευσιν νόμῳ.

id est,
Quae nanq. vitæ causa iam superest mihi?
Vt cui pater rex omnium fuerit Phrygum.
Etenim rudis mi lucis hoc initium.
Dein spes in amplas educabar, regibus Desponsa.
Et reliqua quæ sequuntur. Sunt enim longiora quam
ut hic putemus esse percensenda.

Premere pollicem, conuertere pollicem.

ANTIQUITYS in pollice fauoris erat studiū. signi-
ficatio. Qui faueret, pollicem premebat: qui minus fa-
ueret, pollicem conuertebat. Qui gestus in prouerbiū
abierunt, ut iam premere pollicem dicatur, qui quoquo
pacto fauet: conuertere, qui male vult. Plin. libro 27.
cap. 2. Pollices cum saucamus, premere etiam prouer-
bio iubemur. Iuue.

-Conuerso pollice vulgi,

Quemlibet occidunt populariter.

Horatius utroq. pollice dixit, pro summo favore,

-Consentire suis studiis qui crediderit te,

-Fautor utroq. tuum laudabit pollice ludum.

Porphyrion enarrat hunc ad modum: Utroq. pollice,
id est, utraq. manu, τῶν καὶ δ' ἄλλων. Synecdoche a parte
totum. An qui vehementius laudat, manus iungens,
iungit pollicem cum proximo. Acro hoc pacto, utroq.
pollice. σὺν καὶ δ' ἄλλων, manu utraq. sublataq. pariter
ac sapius mota. Hic enim gestus valde laudantium
est. Sane utrumque, sicut ex iis conici licet, prouer-
bij origo fugit.

Faciem perfricare, frontis perfricte.

FRONS habita est antiquitus pudori sacra. Et facies
item, id quod & prouerbio testatum est, quo dicunt, pu-
dorem esse in oculis. Inde frontem aut faciem prouer-
bio perfricuisse dicuntur, qui pudorem omnem dedid-
cerunt, velut absterfo manu a uultu pudore. Transla-
tum apparet a gestu quorundam, qui dicturi sacurine
quippiam apud ignotos, manu faciem perfricant, id quod
rusticani cuiusdam pudoris indicium est, quem con-
eris pervincere. Hunc gestum Quintilianus notat inter
vitia pronunciationis libro undecimo: Vitiosa enim,
inquiens, sunt illa, intueri lucunaria perfricare faciem,
& quasi improbam facere. Plutarchus scribit hunc
gestum peculiarem fuisse M. Tullio, ut dicturus, laua-
faciem demulceret. Alioqui non inficias it ipse Cice-
ro, initio dicendi trepidantior fuisse sese. Fabius li-
bro 9. citat hanc ex Caluo: Perfrica frontem, & dic te
dignorem, qui prator fieres, quam Catonem. Signifi-
cat id esse dictum uehementer improbum. Plinius in
præfatione naturæ historiarum: Perfricui faciem,
nec tamen profeci, quando alia via ingens occurris.

M. Tullius Tuscul. quæst. lib. 3. in eundem sensum dixit,
perfricare os: Quid tergiuersamur Epicure? nec fate-
mur eā nos dicere uoluptatē, quam tu idem cū os per-
fricuiisti, soles dicere? Seneca lib. 5. epistula 40. Perfri-
ces frontem oportet, & ipse te non audias. Huc perti-
nent etiam illa, quod effrontes appellamus inuerecun-
dos. Et, qua fronte audebis hæc facere? Quod enim
Horatius dixit,

-Clament perisse pudorem

Cuncti pæne patres. Id Persius imitatus

-Exclamet, inquit, Melicerta perisse

Frontem de rebus.

Item illa: Quo ore obiurgabis filium? Et Os impu-
dens, Os durum, Os ferreum, cum impudentiam indi-
camus, Ouidius:

Non tibi plus cordis, sed minus oris adest.

Non plus audes aut sapis, sed minus pudet. M. Tullius
in Verrem. Os hominis insignemq. impudentiam cognos-
cite. Idē in Philippica quinta, Sed illud os, illam impu-
ritatem. Idem pro C. Rabirio Posthumo, Quod habent
os, quam audaciam. Rursus in Oratore: Quod tamē
os est illius patroni, qui ad eas causas sine ulla scien-
tia iuris audet accedere. In Philippica undecima, Au-
disset furentis introitum Dolobellæ, vocem impuram,
atque os illud infame. Martialis lib. 9.

Santonica medicata dedit mihi pocula uirga,

Os hominis, mulsim me rogat Hippocrates.

Homericus Achilles Agamemnonem καὶ ὦπ' αὖν appel-
lat, id est, canino aspectu. & apud eundem:

Καὶ ἐκ τοῦ σπ' ἔσθ' ἄν, καὶ ἐκ τῶν δ' ἔσθ' αὖν. id est,

Canis habens oculos, cor cerui: impudentiam signifi-
cans cum timiditate coniunctam. Deniq. haud scimus
an huc pertineat, quod apud Atheniensem in Dipnoso-
phistis adducitur e Cyrenæo poeta:

Τεῖς δ' ἀπομαρτυροῦσι τοῖς δειδοῦσι ἀμύνειν. id est,

Porro ter absterfis diui donant meliora.

Subindicat, impudentius id postulare, ut quæ sint acta
in conuiuiis, narret.

Frontem exporrigere, frontem contrahere.

FRONTEM explicare cum hilarescimus, contrahere
cum ringimur, hoc est, ubi quid molestū est, dicimur.
Plinius in libro undecimo: Frons & alius, sed homini
tantū tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, seueritatis index.
Terentius: Exporge frontem. Horatius in Odis,
Sollicitam explicuere frontem. Idem alibi,
Deme supercilio nubem.

EXPORRECTA frōte, hilariter. Porro fiore frōte nec
loquaris oportet, apud Plaut. Obducta frōte, corruga-
ta frōte, contracta frōte, caperata frōte. Plaut. Caperat.
frōs seueritudine. Quod quidē a caprinis cornib' tran-
slatū voluit. Et nubila frōs, serena frōs, explicita frōs.

Attollere supercilium, ponere supercilium.

PLINIVS: Supercilia, inquit, homini, et pariter et alter-
ne mobilia. Et in his pars animi. Negamus, annuimus.
Hæc maxime indicant fastus. Supbia aliubi cōceptacu-
lū, sed hic sedem habet: in corde nascitur, huc subit, hic
pēdet. Nihil altius simul abruptiusq. inuenit in corpo-
re ubi solitaria esset. Haftenus ille. Inde prouerbio attol-
li supercilium dicimus, arrogantiā significantes: adduci super-
cilium fastidiū indicantes. Citat & Suidas, ἀσπερ τῆς
P 3 τῆς

ταῖς ἰγρῦς, καὶ ταῖς γυαλῶς φουδῶναι, id est, *Contrastis supercilii, inflatis buccis*. Quod Græci unico uerbo dicunt *καταφρεσῶναι*. Lucianus a persona ad rem transtulit, sermonem arrogantem ac superciliosum appellās *κατωφρεμίνης λόγος*. Ponit dicitur supercilium, cum a fastu receditur. Et fastuosos homines superciliosos nominamus. Denique simpliciter ipsum supercilium pro fastu atque arrogantia ponitur. Philosophorum supercilium quis seruat? Porro quod Plinius ait, supercilii annuere nos, atque renuere, Homerum secutus est, apud quem uersus hic aliquotiens legitur,

Ἡ καὶ κυανὴ ἰσπινὶ π' ὁ φρουρὶ νύστα κεννίβην. id est,

Sic ait, atque supercilii pater annuit atris.

Id emulatus Maro:

Sic ait, & totum nutu tremefecit Olympum.

Bibe elleborum.

ARISTOPHANES in *Vestis*, πῖδ' ἰμαθίων, id est, *Bibe elleborum*. Quo dicto significat insanire quempiam. πῖδ' vero dixit, non πιν, quod, ut admonet interpret, hoc ad simplicem potum referunt grammatici, illud ad potionem pharimacorum. Idem ostendit & uerbum hinc esse fictum, ἰμαθίων καὶ ἰμαθίον, pro insanire. Quiq. parū animo constant, ἰμαθίον τιθεσθαι, id est, Elleboro opus habere dicuntur. Atque iisdē apud Latinos etiam auctores elleborum edere, & elleboro sese purgare proverbio iubentur: propterea quod antiquitus plurimus usus fuerit huius herbae adleuanda mentis et capitis uitia. Plinius lib. Nat. historie 25. cap. 5. ellebori duo facit genera, sicut & Dioscorides libro quarto: Candidum, quod Italia ueratrum album appellat: & nigrum, quod alij vocant entomon, etiam sicut in Dioscoride atomon legimus. Alij polyrrhizon, plerique Melampodion vocant, ab inuentore Melampode nate, uel eiusdem nominis pastore, quod is animaduertisset eo purgari capras: deinde dato eorum lacte sanauit Prætidæ furentes. Sed Aulus Gellius Plinium secutus ait, coloris discerniculum non in semine, neque in virgultis sed in radice apparere. Candido vomitiones cientur, eoq. stomachum & ventrem superiorem purgat. Nigro alius inferior diluitur: utriusq. periculosa sumptio, sed albi ut præstantior, ita periculiosior. Quod ipsum tamen adeo uulgatum esse capit, ut pleriq. studiorum gratia, ad peruidenda acrius quæ commentabantur, sæpius sumptitauerint. Nominatim autem Carneades Academicus scripturus aduersum Stoici Zenonis libros, candido elleboro superiora corporis purgare solitus legitur, ne quid ex corruptis in stomacho humoribus, ad domicilia usque animi redundaret, & instantiam, uigoremq. mentis labefaceret. Nigri uero religiosum ēt usum fuisse testatur Plinius. Siquidem hoc & domos suffiebant, purgabantq., aspergentes & sese, & pecora. Tum solenni cum precatatione colligebatur & supersticiosius, ut meminist etiam Theophrastus. Primum enim gladio circumscribebatur: deinde qui succisurus erat, exortum solis spectabat, precabaturq. ut id sibi liceret diis cōcedentibus facere. Obseruabat & aquile uolatum, quæ si propius aduolasset, moriturum eo anno qui succiderat, augurium erat. Ex Plinio igitur colligere licet, utriusq. genus, tum candidum, tum nigrum, cum ad alia complura mala, tum aduersus melancholiam

remedium efficax habere. Unde & proverbium natum, quod tamen uarie effertur. Plaut. in *Menachmis*. Non potest hæc res trium ingrum elleboro obtinerier. Demosthenes *Acsebinē* in actione monet, ut sese purget elleboro. Lucianus in *Dialogo Menippi ac Tantalē* ἡ λυγρὴ ὁ πάντα λη, καὶ οὐκ ἄλλως πᾶσι δειδῶται δοκιμασμένη ἰμαθίον γὰρ ἰσθαι, id est, Desipis Tantalē, & ut uere dicam, elleboro potio tibi est opus, eoq. sane meraco. Et apud eundem *Rhadamanthius*, in secundo *Verarum narrationum* libro, ita pronunciat, ut *Aiax* traditum ab Hippocrate elleborum bibat, prius quam in heroum consortium recipiatur, alludens ad eius insaniam. Ibidem legitur non licuisse Chrysippo in beatorum insulam immigrare, nisi quartum iam sumpto elleboro. Nimirum illuc alluditur, quod ter in uita bibisse memoratur, ut testatur etiam *Petronius* in carmine quodam. Horatius,

Expulit elleboro morbum, bilemque meraco.

Ouidius in *epist. Ponticis* lib. 4.

I bibe dixissem purgantes pectora succos,

Quidquid et in tota nascitur Anticyra. Persius:

-Anticyras melior sorbere meracas.

Insanum significans. Ausonius ad Theonem:

Elleborumque bibas Samij Lucomonis acumen.

Nauiget Anticyras.

Πλόος ἐκ ἐκ τινέσας, id est, *Nauiget Anticyras*. Horatius eleganter nouauit adagij quasi faciem, cum ait in *Serm.*

Nauiget Anticyras.

Quibus uerbis Stoicum insanum significat, quiq. mentis morbo laboraret, essetq. sapientis indignus nomine, cum nemo sapiens nisi sanus. Dictum est autem eadem figura, qua Græci dicunt πλόος ἡσθαι ἐκ μακρῆς λίας, id est, *Nauiges Massyliam*. Strabo lib. Geographiæ nono, duas Anticyras commonstrat, & in altera, quæ sit post Crissam oppidum, elleborum nasci, in altera eiusdem nominis, quæ sit ad sinum Maliacum & Oetam montem, optime temperari. Atque in eamquam plurimis e regionibus adnauigari sanitatis gratia. Pausanias in ult. lib. scripsit, supra Anticyram montes esse magnopere periculosos, in his copiose prouenire elleborum, nigro purgari alium, albo uomitum cieri, ac superiora corporis purgari. Stephanus addit, Anticyrensem quempiam fuisse, qui Herculem elleboro dato liberarit insaniam. Horatius:

Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam

Tonfori Licino commiserit.

Tres Anticyras dixit pro uniuerso elleboro, significans deploratam & immedicabilem insaniam. Simili figura quos indicant esse parum integræ mentis, & hodie iubent deportari Gbelam. Ad hanc formam pertinent illa, Tonforis eget, aut curatore est opus. Horatius:

Nec tonfore putas nec curatoris egere.

Tutores enim dabantur pupillis, curatores mento captis. Sic & Columella lib. primo, capite tertio scribit, Catonem dicere solitum, eum qui agrum incoleret, nec salubri calo, nec fertilem, uelut commota mentis ad agnatos ac gentiles esse deducendum. Varro libro *De re rustica* 1. cap. 2. Qui salubrem locum negligit, mente captus est, atque ad agnatos & gentiles deducendus. Cic. libro 2. *De inuentione*: Si furiosus existet, agnatorum

agnatorum gentiliūq. in eo pecuniaq. eius potestas esto. Nam duodecim tabulæ furiosis ius adimunt administrandi res suas, & ad gentiles agnatosq. trāsferunt, quemadmodum legimus libro Institutionum primo, titulo de Curatoribus, & Pandectarum libro vigesimo septimo, titulo ultimo de curatore furiosi. Rursum eiusdem operis libro primo, titulo decimo octavo, de Officio præsidis. Et apud Ciceronem lib. 3. Tusculanarum quæst. Qui ita sit affectus, eum dominum esse rerum suarum, uetant xii. tabulæ. Verba xii. tabularum sunt hæc: Prodigio & furioso bonorum suorum administratio interdicta esto, & in curatione agnatorum sunt.

Strychnum bibit.

ΣΤΡΥΧΝΟΝ ΠΙΝΕΙ id est, Strychnum bibit, in insanos item competit, a Strychni herbe natura, quæ uel gustata, statim insaniam parit. Dioscorides in quarto, quattuor Strychni genera facit. E quibus postremum μανικόν uocat, id est, insanum. Plin. lib. 21. cap. 31. cum duo Strychni genera salutaria demonstrasset: Tertio, inquit, folia sunt ocymi, minime diligenter demonstranda. Remedia enim non uenena tractamus, quippe insaniam facit, paruo quoq. succo. Quanquam & Græci auctores in iocum vertere. Drachmæ enim pondere lufum pudoris gigni dixerunt, species uarias imaginesq. cōspicias obseruari demonstrantes. Duplicatum hunc modum legitimam insaniam facere: quidquid nero adiciatur ponderi, repræsentari mortem. Hoc est uenenum, quod innocentissimi auctores simpliciter Dorycniō appellauere ab eo, quod hoc cuspides in præliis ingerentur, passim nascēte. Dioscorides scribit, Strychni radicem cum uino potam, mensura < uisa quædā, ac ludibria non iniucunda parere: duplicato modo sumptam, stuporem triduanum inducere: quadruplicato potam, adinere uitam: remedio esse, si multum ac largiter biberis ac reuoluueris. Vnde magis uidetur congruere in φιλῶντες, & sibi placentes, & ut, Flaccus inquit, sibi pulchros. Nam Theophrastus tradit, qui Strychnum ederint, sibi uideri pulcherrimos. Cuiusmodi multos homines uidemus qui sibi nulla in re displicere possunt, perinde quasi Strychno uictitē. Est diuersum insanie genus, quo quidam sibi displicent in omnibus, sed alterū uulgatius est, & immedicabilius.

Ede nasturtium.

ΕΔΕ ΚΑΡΔΑΜΟΝ, id est, Ede nasturtium. In socordem, ignaum, hebetem, stupidum, olim dicebatur, propterea quod huic efficaciam inesse credant, erucæ cōtrariam: vim enim uigoremq. animi suscitare, Venerem coerre, cum illa e diuerso Venerem acuat, uim mentis hebetet, unde & nomen apud Græcos habere uidetur καρδάμον quasi cor domans. Plinius libro 19. cap. 8. Nasturtium, inquit, nomen accepit a narium tormento. Et inde uigoris significatio, prouerbio id uocabulum usurpauit, ueluti torporem excitantis. Græcis a corde nomen habet. Dioscorides tradit, nasturtio vim esse similem erucæ & sinapi, quod attinet ad acrimoniam in nares erumpentem. Ceterum quod ait, nasturtio stimulari Venerem, dissentit a Plinio. Aristophanes οὐδὲ μοι πορὶ τὸ στόμα, ἵχθινος καὶ καρδάμωνος, id est, Edi heri nasturtia. Quid nastur-

tiaris? Idem in Vespis:

Οὐδὲ μὲν καὶ θύκων καὶ βλεπόντων καὶ δαμά. i.

Acrium ac inslorū, et oculis qui exhibet nasturtia.

Porcum immola.

NE QVÆ prateri dū existimamus, quod Plautus in Menæchmis, porcum syncerum & sacrum immolare iubet eum, quem mente castum significat. Adolescens, quibus hic precis porci ueneunt sacres, synceri, munum unum en a me accipe. Iube te piari de mea pecunia: Nam ego quidem insanum esse te certo scio. Opinamur quod veterum usu, qui cuiuspiam irati numinis intemperis ageretur, hoc piaculo se soleat purgare. Idem paullo post in eadem fabula: Nam tu quidem hercle certo non sanus satis Menæchme, qui nunc ipsis maledicas tibi. Iube si sapias porculum afferri tibi. Horatius in sermonibus:

-Immolet aquis Hic porcum laribus.

Loquitur de eo, qui iā ab insanā relipuisse uideretur.

Multa Syrorum olera.

ΠΟΛΛὰ ΣΥΡΩΝ ΛΑΧΑΝΑ, id est, Multa Syrorum olera. Dicitur aut in magicæ artis peritos, & herbis maleficis eā exercentes, aut in eos qui rebus vilibus abundant. Fortassis recte dicitur & in eos, qui in rebus non multæ frugis, nimium insunt operæ, quippe non in agris exercendis, sed in hortis colendis occupati, quæ plus adferant uoluptatis quam emolumenti. Prouerbum refertur a Plinio libro vigesimo, capite quinto, ubi cōmemoratis uariis remediis, herbe Staphylini, quam eandem & pastinacam erraticam vocant, hæc subnequit: Syria in hortis operosissima. inde quoque prouerbum est Græcis: Multa Syrorum olera. Simillimam staphylino herbam ferit, quam alij gigidion uocant. Hactenus Plinius. Ut autem existimemus paræmiam in maleficos quadrare posse, illa nos coniectura commouet, quod paullo ante Orpheum citauerat auctore, staphylino amatorium inesse. Neque Syrorum mores vulgo nota caruisse, uel adagium illud testatur: σὺρῶν πρὸς τὸς φινίκεας, id est, Syri contra Phœnices. Atque in hoc prouerbio miseretur nostri Calius Rhodiginus, qui tam insigniter torqueamur, neque quidquam tamen ipse subleuat.

Melle litus gladius.

MELLE litus gladius. In perniciosam adulationem dici solitum. Plin. lib. 21. tradit, Heraclea in Ponto, ab eisdem apibus aliquando mella reddi perniciosissimi habentia uenenum. Quæ qui ederint, abiiciunt se humi, refrigerium querentes. Nam sudore diffuunt. Id cur fiat, pabulum in causa est. Ea est herba alba, quam egoletbron appellant. Allusum est autem ad morem barbaricum, qui solent tela uenenis tingere, quod uulnus esset immedicabile: præsentissimum mali erat oleum incendiarium, quod illitum telo, sicubi hæssisset in corpore, tenaciter cremabat, incendium aqua incicta iritabatur, solo puluere inperso consopiri poterat. Auctor Marcellinus libro 23.

Lectale mulsū.

ΟΛΕΤΑΙΟΝ ΜΕΛΙΧΡΟΝ, id est, Lectale mulsū. Eandem cum superiori habet sententiam. Diogenes, formosa scorta,

scorta, ταχίστην μάλιστα, id est, Letiferū mulsū, appellare consuevit, tametsi nihil vetabit, & in assentationem, in sœdis voluptates torquere, breuiter, quidquid ita iucundum est, ut idem sit perniciosum. Legimus & mellitum venenum apud Plinium, & idem Diogenes orationem ad gratiam comparatā, auriumq. pruritum, μελιτίνην ἀγχυσίνην, id est, Melleam præfoctionem appellabat, quod assentatione quidem deletaret, ceterum mendacio strangularet admittentem. Ad hanc formam attinet, quod refert Irenæus lib. 3. cap. 19. Lactē gypsum male misceri: præsens enim venenum habet gypsum, & additum lactis fallit.

Linum lino neſtis.

Λινὸν λινῷ σπῶσπῶς, id est, Linum lino connectis. Huius adagiū duplicem apud Græcos interpretes sensum inuenimus: Quorū alter est: Infirmis infirma copulas, friuola friuolis: alter, eadem non eisdem rationibus facis ut dicis. Ctesippus in Platonis Euthydemo: Haud tu quidē linum, uti prouerbio dicitur, lino connectis, si pater tuus, pater est omnium. Est autem ironia in sophistam, qui friuolis argutis id sibi collegisse videbatur. Aristoteles in tertio libro, τὸ φυσικὸν ἀκρίτως, disputans de infinito, ubi Parmenidis sententiā præfert sententiæ Melissi. Melissus enim ipsum infinitum totum dixerat. At Parmenides totum dixit esse finitum, a medio æque distans. Fieri enim, inquit, non potest, ut infinitum cum toto atq. vniuerso, perinde atq. cum lino linū neſtatur. Ipsa philosophi verba subscribamus, si quis forte requiret: διὰ βέλτιον οἰατὶν παραμυθῶμαι μάλιστα ἰσχυρίζομαι τὸ ἀπὸ πρὸν ὅλον φησὶν. ὁ δὲ τὸ ὅλον περὶ ὧν θάνατον, μισέειν ἴστω παλιν, & ὅτι λινὸν λινῷ ἐστὶ σπῶσπῶς, ὅτι ἀπὸ πρὸν καὶ ὅλον τὸ ἀπὸ πρὸν. Suidæ hoc adagium ex Stratis citat Politia. Proculus item in discutiendis questionibus, quæ exoriuntur ex dictis Platonis, quodam in loco sic utitur, ut videatur conuenire in eum, qui copulet inter se pugnantia, ostendens quemadmodum Plato de Homero diuersa pugnantiaq. dixerit: & ὅτι λινὸν λινῷ σπῶσπῶς ἐστὶ, τὸ πρὸν καὶ ἀπὸ πρὸν συμπλέκει, id est, An non enim linum lino connectere est, ista inter se copulare? Huic affine est quod apud Athenæū li. 6. ex Thebano poeta, Pindaro ni fallimur citatur: ποτικὸν ἄνθρωπον παραξέλω. id est, Adglutians ceu lignum ligno. Prior enim dixerat de parasitis: is qui hoc dicit, sermonem suscipit de adulatoribus superiori congruentem.

Senesco semper multa addiscens.

Γηράσκω δ' αὖτις πολλὰ διδασκόμενος. id est, Discenti assidue multa, senectū venit. Hic pœtameter ex elegijs Solonis in prouerbum abiit, significat autem usu vitæ multaq. rerum experientia parari prudentiam. Conuenit cum ea, quæ citatur apud Gellium, sententia: *Vsus me genuit, peperit mater memoria.* Citatur a Platone lib. de Repub. 7. Rursum in Dialogo De philosophia, quærens quispiam num philosophia sit πολυματία. Quid aliud, inquit, est philosophari, quam id facere, quod dixit Solon? Dixit autem: *Discenti assidue multa, senectū venit.* At nobis quidem videtur semper aliquid discendum

ei, qui in Philosophum sit euasurus, siue iunior sit, siue senior, ut quā plurima discat in vita. Citat & in Lacheæ, Seneca in epistula quadam ad Lucillum: Tam diu discendum est, quam diu nescias: & si prouerbio credimus, quam diu viuas. Citatur semel atq. iterū apud M. Tullium in Catone maiore. Quinetiam Terentianus ille Demea Solonis sententiam retulit, cum ait: Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit, quin res, ætas, usus semper aliquid adportet noui. Aliquid moneat, ut illa, quæ credas scire, nescias: & quæ tibi putaris prima, in experiendo repudies. Alludit huc cuiuscunq. est versiculus ille, neq. insciens, neq. inelegas Senecæ nomine celebratus. E Publicanis autem nimis vnum esse suspicamur, hac adducti coniectura, quod in hoc numero quosdā reperimus, qui nominatim ab Aulo Gellio sub Publy titulo referuntur. Scenarius autem hic est:

Discipulus est prioris posterior dies.

Vita doliaris.

Ζωὴ πίκρα, id est, Vita dolij, prouerbio dicitur vita frugalis, parca, & ab omni strepitu atq. ambitione semota. Breuiter talis, qualem Diogenes nobilis ille Cynicus Athenis egisse legitur, vnicō contentus pallio, baculo, quo canes abigeret, dolio de palo suspensio pro domicilio libenter utens, crudis herbis & aqua simplici vefitans, pane excavato pro catino, manu cana poculi vice solitus uti: idq. a puero quodam didicisse se prædicabat, quem forte ad eum modum aquam haurientem viderat. Porro ut in dolio habitaret, inde sibi dicebat in mentem venisse, quod cochleas contemplatus, nullum aliud æque cominodum domicilium indicasset, unde proriperet ad solem, & ubi se conderet a ventis atq. astu. Poterit torqueri & in eos, qui nimium sordide, nimisq. dure, atq. immunde viuunt. Hos ita depingit Eubulus comicus apud Athenæum libro secundo: Ἀντιπρόποδες χαμαὶ θανάδες, & ὀπίσθους, id est, Illotis pedibus, humi cubantes, in aere domicilium habentes. Idem libro quarto de Pythagoricis, ex Antiphane.

Ἐδὲν ὑπομῖναι μικρὸν, ἄσπιτον, ῥύπον, Ρίγος, σιὸν πλῆ, συγνῆτον, & λεσίκον. id est, Inedia, sordes sunt ferendæ paullulum, Silentium, tristitia, frigoris rigor, Simul ferendum, corpus expers balnei.

Ad hanc formam torqueri poterit Hamaxobiorum, ea gens est Sarmatiæ, appellatio, ut Hamaxobij dicantur qui dure sordideq. viuunt. Nomen hinc inditum genti, quod ijs plaustra ædium vice sint.

In diem viuere. Ex tempore viuere.

In diem viuere, est præsentibus rebus contentum viuere atq. ex parato, minime sollicitum de futuris. Quæ vitæ Græcis dicitur κατὰ μῆρας βίος. Et κατὰ μῆρας βίος, qui ad eū viuunt modum. Theocritus in Idyllio. N.

Οἱ θάνατοι πέλας ἴδω, τὸ δ' αἰῶνος ἐκ ἰσορρομίας. Mortales sumus, haud sunt nobis crassina cura. Aristophanes in Equitibus:

Κριθ' ἐπεὶ πορίσῃ, καὶ βίον καὶ ἡμῖν. id est, Ego affatim tibi suppeditaui ordeum & Vitæ diurnum. Homerus Odyss. Φ.

Ναίτοι ἀγροῖωται ἰσχυρῶς φρονίως. id est, Agrestes,

Agrestes, stolidi, tantumq. diurna sciētes. Persius:
- *Atque ex tempore uiuis.*

id est, citra sollicitudinem futurorum. Vnde & Ex tempore dicere, id est, citra præmeditationem. M. Tull. Philippica 5. simili forma dixit, In horam uiuere. Quæ non faciebat Hannibal, qui multa ad usum reſeruabat, hæc ij, qui in horam uiuerent, non modo de fortunis & de bonis ciuium, sed ne quidem de utilitate sua cogitauerunt. Nec abludit ab hac specie, quod scribit Horatius in Arte poetica: Et mutatur in horas, hoc est subinde.

Vita macerata.

Διὸς μεμαλγμένη, id est, Vita macerata, seu permollita. De molliter uiuentibus, quibus ex facili omnia suppetunt. Refertur a Diogeniano, Zenodoto, & Suida. Translatū arbitramur a leguminibus, aut falsamentis maceratis, iamq. ad esum accommodatioribus, aut a tritico iam molito pisto, ac subactō, Cui diuersum est, ἡ δὲ ἀκοντίου, id est, Vita spinosa.

Ipsa dies quandoq. parens, quandoq. nouerca.

VERSUS est Hesiodi in libro De obseruatione dierum auspicatorum atque inauspicatorum, qui deinde in pro uerbiū abiit, longo hominum æuo probatus, ut apud Gellium refert Phavorinus philosophus, is est huiusmodi:

Ἄλλοτε μὲν τὸν πᾶντα ἔχοντα, ἄλλοτε δὲ μήτηρ. id est, Ipsa dies quandoque parens, quandoq. nouerca est: Eo uersu significatum est, non omni die bene esse posse, sed isto bene atque alio male. unde translatus, quod matres bene uolunt liberis, nouerca oderunt priuignos. Proinde Plinius dubitare se dicit, utrum natura sapius nouerca sit, an mater, ut quæ tot uenena, tot item remedia progignat.

Nunc pluit, & claro nunc Iuppiter æthere fulget.

DIVERSA metaphora rem eandem explicuit Theocritus in Batto:

Ἄλλοτε δὲ ἡ ἄνθρωπος ὡς πᾶντα ἔχοντα, ἄλλοτε δὲ μήτηρ. id est, Nunc pluit, & claro nunc Iuppiter æthere lucet. Id est, Aliquando res aduersæ sunt, aliquando secunda, quemadmodum cælum nunc serenum est & placidum, nunc turbidum ac tempestuosum. Huic affinis est allegoria Pindarica, e Pythiis hymnis: Non semper eosdem flare uentos, sed nunc hos, nunc alios.

Ἄλλοτε δὲ ἡ ἄνθρωπος ὡς πᾶντα ἔχοντα, ἄλλοτε δὲ μήτηρ. id est, Alias alij status, sublimiter uolantium uentorum. Idem in Isthmiis hymno 4. Ἄλλοτε δὲ ἡ ἄνθρωπος ὡς πᾶντα ἔχοντα, ἄλλοτε δὲ μήτηρ. id est, sed alias alius uentus omnes adflans agit.

Plus aloes quam mellis habet.

PLUS aloes quam mellis habet. Prouerbialis metaphora, perinde declarans, ac si dicas, plus molestie quam uoluptatis. Nam aloë frutex quidam est, odore graui, gustu amarissimo, cuius meminit Dioscorides, lib. 3. Plautus in Amphitryone, Ita cuiq. comparatum est in ætate hominum, ita diu placitum, uoluptati ut maior comes consequatur. Quin incommodi plus

malique adfit, boni si obigit quid. Apud eundem alicubi legitur, vitam hominis plus aloes quam mellis habere. Et Iuuenalis de uxore:

Plus aloes, quam mellis habet.

Apuleius citra metaphoram sic extulit in Floridis: Sed uerum uerbum est profecto, quod aiunt, nihil quidquam tam prospere diuinitus hominibus datum, quin & tamen admixtum sit aliquid difficultatis. Has rerum humanarum uices, ac tristium letorumq. mixturam Homerus Iliados ultimo lib. perquam eleganter indicauit, figmento duorum doliorum, quæ scribit in Iouis limine sita esse, quorum alterum sit plenum tristibus, alterum lætis. Ex quibus ille mortalium fortunas temperans.

Ἄλλοτε μὲν πᾶν κακὸν οἷς κίρπει, ἄλλοτε δὲ ἔδωκεν.

Nunc lætis vitam miscet, nunc tristibus idem.

Quemadmodum & superius indicauimus. Verum admodum maligne temperat Iuppiter Homericus, nimio plus admiscens malorum, quam bonorum, ut si suam quisq. fortunam ad calculos uocet, minima sit futura ratio eorum, quæ nobis ex animi sententia euenerunt. Id quod eleganter dictum est a Tindaro in Pythiis hymnis: ὅς τ' ὅς παρ' ἑδρῶν πᾶντα σπείρει δαίνοντα βροτῶν ἀνθρώπων. id est, Ad unum enim bonum duo pariter incommoda distribuunt mortalibus immortales. Plinius lib. 27. sententiam inuertit, cum ait, nihil esse tam malum in rerum natura, cui non boni quippiam sit adiunctum. Quandoquidem compertum est, etiam aconito, quo non aliud uenenum nocentius, inesse remedium, cum ad alia, tum ad oculorum uitia. Ad eundem modum Euripides citante Plutarcho:

Ὅτι ἐν ὕμνῳ χεῖρε ἔδωκε καὶ κακά,

ἄλλ' ἐστὶν ἐὺ καὶ κακά.

id est,

Bona separare non licet malis, sed est Mixtura quadam.

Naues onustæ conuiciis.

ADSIMILI figura dixit Homerus Iliados 7. conuicia, quorum onus, nauis centiremīs non queat portare, cuiusmodi Lucianus dixerat, ἄλλοτε δὲ ἡ ἄνθρωπος ὡς πᾶντα ἔχοντα, ἄλλοτε δὲ μήτηρ. id est, ut ante dictum est. Carmen Homeri sic habet:

Ἐστὶν ὅς τ' ὅς παρ' ἑδρῶν πᾶντα σπείρει δαίνοντα βροτῶν ἀνθρώπων.

Ἄλλοτε μὲν πᾶν κακὸν οἷς κίρπει, ἄλλοτε δὲ ἔδωκεν.

Probrorum superest ambobus copia summa,

Quorum onus haud portet cētum ratis incita remis.

Affine & illi, quod alio dicitur loco,

Ἐστὶν ὅς τ' ὅς παρ' ἑδρῶν πᾶντα σπείρει δαίνοντα βροτῶν ἀνθρώπων. id est,

Quos tollere nec centum queant Aegyptij.

Hernippus apud Athenæum lib. 1. describens, quid a quaque regione soleat importari, versiculum hunc ioco admiscet,

Καὶ παρὰ πρὸς θύκας ἔδωκεν, γυνυσὶν πέντε πηλῶς. i.

Atq; a Perdica ratibus mendacia multis.

Notans, Lyciorum mores. Nam Perdica pars est ac portus Lyciæ. Lycias sortes notat & Vergilius Aeneidos quarto ueluti uanas.

Tollere cornua.

TOLLERE cornua, pro eo quod est, animo efferri, nunc quoq; vulgo tristissimum est. Horatius de Baccho:

Et addis cornua pauperi.

Quidius item de ebrietate:

Tunc

Tunc ueniunt risis, tunc pauper cornua sumit.
Translatum a pecoribus, quæ cornibus oppositis mi-
nantur. Horatius in Epodis:
Nanque in malos acerrimus,
Parata tollo cornua.

Tollere cristas.

Tollere cristas, Diuersa metaphora, sensus idem. Iuue-
nalis:

Quid apertius? & tamen illi

Surgebant cristæ. id est, Sibi placebat. Tran-
slatum ab auibus cristatis, in quibus cristæ erectiores
alacritatis, atque animorum indicia sunt: nisi ad mi-
litum cristas referre malimus, quo sane hominum ge-
nere nihil nec insolentius, nec stolidius. In hanc sen-
tentiam Aristophanes in Pace dixit, detrabere cri-
stas, ἢ πορνοῦντες ἢ λυγροὶ ἐπὶ πάλῃ, id est, quæ nobis
cristas detraxit. Videlicet reddita pace. Contra, Sub-
mittere fasces dicuntur, qui de iure suo concedunt, ac
legitimam potestatem ultro ad priuam mediocritate-
tem demittunt. Plinius lib. 7. cap. 30. Cn. Pompeius
confecto Mithridatico bello intraturus Posidonij pro-
fessione sapientia clari domum, fores percuti de more
a lixtore uctuit, & fasces lixtorios ianua submisit, is
cui se oriens occidensq. submisserat. M. Tullius in Bru-
to, cum enim in maximis causis uersatus esses, & cum
tibi atas nostra iam cederet, fascesq. submitteret. Et
apud T. Livium in secundo ab urbe condita: Publicola
submissis fascibus in concionem ascen-
dit.

Animus in pedes decedit.

Quia vehementer consternantur atque expauescunt, iis
animus in pedes decidere dicitur. Quin hodie vulgo
audimus: Totus animus mihi erat in genibus, pro co
quod est, uehementer eram exanimatus. Homerus
Iliados 9.

Τὰρβησας, πᾶσιν δὲ περὶ πρὸς καπνέσι, ἐν μὲν, ἰ.

Pauor ingruit ingens

Omnibus, inq. pedes animus mox decedit imos.

Vespa cicadæ obstrepens.

Σφίγεται βαμβῶν τὴν γὰρ οὐρανὸν, id est,

Scilicet obstrepitans argute uespa cicadæ.

Apud Theocritum est in Hodæporis. Nam his uer-
bis contemnit quidam pastor pastorem, a quo prono-
catur. Quadrabit in cum, qui certat longe impar cum
superiore. Aut qui negotium facessit longe se præ-
stantioribus, Quod genus est illud: Catulus leonem ad-
latrans.

Pica cum lusciniæ certat.

Epopa cum cygnis.

CONSIMILEM habent sententiā, quæ leguntur apud
eundem in eadem Ecloga:

Ὁ δὲ μὲν τὸν ἀλᾶν πρὸς ἑὸν κίονα δρισδὲν,

Ὁ δὲ τὴν ἐπὶ πρὸς κύκλῳ,

id est,

Haud fas est Lacō, philomenā, ut prouocet unquā

Pica, nec argutis epopa obstrepat improba cygnis.

Pilos pro lana.

Τρίχας ἀντ' ἐρίων, id est, Pilos pro lana. Prouerbi-
ter apparent dicta etiam illa, apud eundem poetam in

Hodæporis, de re uehementer inæquali, aut de negotio
supra modum absurdo.

Τὴν τρίχας ἀντ' ἐρίων ἐπὶ κίονα, τὴν δὲ πρὸς πρὸς

Αἰγὴς πρὸς τοῦ κίονα καὶ ἀντ' ἐρίων ἀντ' ἐρίων,

Quis vice lanarum setas detondeat unquam?

Quis capra pro primipara uilem uelit amens

Emulgere canem?

Capra pilos habet potius quam lanam, ouis lanigera
est. Hæc dicuntur in pastorem, qui certaturus hædum
opponerebat agno.

Tibiam tubæ comparas.

Αὐλὴν σὺ λυγρὴν συγκρίνεις, id est, Tibiam tubæ comparas.

Refertur a Diogeniano: Conuenit in res supra modum
impares, propterea quod exilem uocem edat fistula,
tuba prægrandem.

Cicadæ apem comparas.

Τὴν γὰρ τὴν μὲν λυγρὴν συγκρίνεις, id est, Cicadæ comparas
apem. Nam cicada cum maior, tunc canora, cum apes
sit non modo minuto corpusculo, uerum etiam pæne
muta. Iulianus in Rhetorum doctore, prouerbium
utrinq. attingit: τὸ πρὸς τὴν ὁρμήν, ὡς ἂν ἀνὰ πρὸς τὴν ὁρμήν, ὡς ἂν
σὺν ἡ σὺν λυγρὴν τὸν ἀνὰ πρὸς τὴν ὁρμήν, id
est, Inuenies tanto uoce superiorem, quanto tuba supe-
rat tibias, apes cicadæ.

Testudinem pegaso comparas.

Χελώνην πηγάσῳ συγκρίνεις, id est, Testudinem pegaso com-
paras. De rebus nequaquam inter sese conferen-
dis. Pegasus equus erat uolucer, si fabulis credimus:
testudine nihil tardius. Vergilius in Tityro aliquot
dissimilitudinis formulas conegit:

Sic canibus catulos, similes sic matribus hædos

Noram, sic paruis componere magna solebam.

Verum hæc tantū alias inter caput extulit urbes,

Quantum lenta solent inter iuiburna cupressi.

Aliter catuli longe olent, aliter fues.

Αἰνὸς Plautum legitur in Epidico sordidior quidem
metaphora, sed tamen ad rem significandam apta: Ali-
ter catuli longe olent, aliter fues. Quo dicto significa-
tum est, non ueste dignosci hominem ab homine, uerū
inesse natium quiddam, genuinum ac proprium in
unoquoq. quod in ipso nulli oculisq. eluceat, quo libe-
rum a seruo, generosum a rustico, probum ab improbo
facile discernas. Atque hic est hominis ueluti pecu-
liaris quidam odor, quo deprehenditur, si quis modo
sit sagaci nare. Huc alludit Martialis lib. 6.

Cum bene se tutam per fraudes mille putauit.

Omnia cum fecit, Thaidæ Thais olet.

Huc pertinet etiam illud, cuiusdam apud Fabium: Ne
faciem quidem liberi hominis habet. Quod cum a quo-
dam esset dictum de formi specie, retorfit aduersarius,
adfirmans recte dictum, cum non esse liberum, cui non
sit facies liberalis.

Ve fementem feceris, ita & metes.

ELEGANTISSIMA metaphora dixit Cicero: Ve fe-
mentem feceris, ita & metes, id est, repositis præmi-
iis factis dignum. Plautus in Epidico: Sed ut acer-
bum est, pro benefactis cum malam messem metes, id
est,

est, cum pro beneficio maleficio reportes. Et apud Platonem: Quam hic messem facturum est? Haud sane bonam.

Huc respicit illud Euripidis in Hecuba:

Τῆς δὲ ἰχθὺς οὐσίᾳ τῆς βαλδύμου. id est,

Habeatis at vos instituto congrua.

Deniq. illud pene solenne est apud Græcos poetas, κακὸς κακῶν. Aristophanes in Equitibus:

Οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι

Ἐλὼν γε χαμᾶτον, καὶ παύτω μὴ κακῶς κακῶ. id est,

Neque musicam doctus scio,

Sed litteras tantum, atque eas malas male.

Illud item frequens, ἀπὸς ὅλων κακῶς κακῶν, id est, Te malum perdam male. Interpres admonet figuræ pro- uerbialis, quæ de re dictum est in huius operis vestibulo. Rursum Euripides in Hecuba:

Τὴν μὴ κακῶν

Κακὸν τι πείλῃ, τὸ δὲ χρυσὸν ἐντυχέω. id est,

Bonis bene euenire, sed malis male.

Idem in eadem fabula:

— Ἀλλ' ἐπὶ τὰ μὴ καλὰ

Πράττειν ἐτόλμας, τλάει καὶ τὰ μὲ φίλα. id est,

Quin ubi quæ non decent

Haud ueritus es patrare, ser quæ non libent.

Perquam festiuum est, quod de Diogene refert Laertius, Super cenam quidam illi obiciebant ossa, ueluti cani, quod Cynicus esset. eam contumeliam ille sic per- iauit. Accessit propius, & iuxta illos stans mungebat vicissim illis canem agens. Sed propius huc perimet, quod idem refert in Zenone, qui seruum in furto depre- hensum cadebat. Seruus interim clamabat, in satis fuisse ut suraretur. At Zeno, illud etiam ut caderetis. Seruus quoniam audierat herum disputantem de necessitate factorum, eam prætexit suo commissio: sed scite retorfit philosophus.

Carica musa.

Καρικὴ μῦσα, id est, Carica musa καρικὰ ἀλῆματα, id est, Carica cantiones. De lugubri, aut rustica, atque inodo- eta, seu molesta cantione dici solitum. Quadrabit in poetam aut oratorem inodetum. Antiquitus de tristi stridulaq. & inamena cantione dicebatur, propterea quod, ut tradit Athenæus libro Dipnosophiston 1111. Cares itidem ut Phænices in luctu tibiis uti solent ma- gitudine palmi, lugubre quiddam & stridulum sonā- tibus. Eas autem tibiis Phænicum lingua, gringos vocari, quod iis in Adonidis luctu soleant uti. Porro Adonidem γείγγων, id est, Gringen appellant. Hinc eisdem verbum γίγγων. His confinia tradit Iulius Pollux li. 4. nisi quod ibi γίγγων inuenimus scriptū.

Caricam musicam notat Aristoph. in Ranis:

Σκολιῶν μέλι τε καὶ καρικὸν ἀλῆματόν. id est,

Obliqua Meliti, & Caricorum carminæ,

Modosq. tiliarum.

Eadem καρικὰ ἀλῆματα veteres σκολιὰ, id est, obliqua vocabant: vel a tiliarum specie, vel ab obliquo in cō- uitiis canendi ordine, de quo meminimus in prouer- bio: Ad Myrtum canere. Meminit & Plato apud Athenæum in Laconibus:

— Αὐλὴς δ' ἰχθυσά τις καρίσκα καρικὸν μέλος

Μελίσσαι.

Calamos habens puella, Caricum melos

id est,

Modulabitur.

Plato quoq. philosophus libro De legibus septimo, mē- tionem facit Carica musæ, quam interpretatur λαι- δία ὠδή, id est, Lugubrem cantionem. Hesychius indicat inde ductum quod ad pompas funebres condu- ci solcant e Caria sœminæ, quæ lamentantium perso- nam agerent. Itaq. orationem inodetam & inamē- nam recte dixeris καρικὴν ὠδόν. In quam conuenit illud Sopatri apud Athenæum libro quarto:

Γαυρὴ δὲ μῦσος γαυρὸν δὲ καὶ ὠδὸν. id est,

Pectis camana iactans se barbara.

Pectis autem organi genus est, duabus chordis instrū- ctum. Idem Athenæus dubitat an Caria sit eadem di- cta Phænice. Nam Phænices fistulas sine calamos γί- γες appellant, uocabulo, ut uidetur, a stridore soni effi- cto. Cum his consentiunt quæ Plato scribit lib. De le- gib. quem modo citabamus si primo: καὶ ἐπὶ τῶν ἀπὸ τοῦτον οὐκ ἔστι γίγγων τὸς παλαιοὺς ἐν καὶ, ἐπὶ τῶν ἰμῶν μὴ κατὰ αὐτὴν, ἀλλ' ἀπερὶ αὐτὴν ὡς, τὸ ἦν δὲ ὡς ἐν μᾶλλον χρεὶς τινὰς ἐξελίξαι μαιδομίνος ὠδόν, εἰς, πρὸς τὰς παλαιοῦς μετὰ μὲν καρικὰς μῦσας, προπύμπουσι τὸς παλαιοῦς τας. & cetera, id est, Et si quando oportet cines istiusmodi lugubrium audi- tores fieri, cum dies fuerint non puri, sed nefasti, tum magis conueniet venire choros aliquos musicos aliun- de conductos, quemadmodum hi qui ad funera condu- ci solent, Carica quædam musa, deducunt uita defun- ctos. Carum barbariem in dicendo taxat Homerus 2. Iliados lib.

Νῆσος αὖ καρὴν ἐν ἴσχατο βαρβαρὸν ὦν. id est,

Nastes dncebat Cares quæis barbara uox est.

Vnde & populari dicto Græcis καρβαί, siue καρβαί- ζει aut καρβαίζει, dicuntur, quibus barbarus est & agrestis sermo. Et M. Tullius apud Quintil. in capite de pronuntiatione dicit, illos ex Lycia & Caria orato- res in epilogis bene canere, nimirum reprehendens il- lorum pronuntiationem. Strabo libro Geographiæ 1111. ostendit Cares occasione frequenter fuisse mixtos Græcis, & tamen barbare crasseq. sonuisse lin- guam Græcorum, quod idem euenit Græcis in lingua Romana, & nobis in lingua Britannica. Hoc uitium Strabo παχυεμίαι: αὐτοῖς, & βαρβαρὸς οὐκ ἔστι no- cat. De Cantionibus Carum & Phrygium meminit & Marcus Tullius in Bruto. Erat & saltationis genus tumultuosum ac militare, unde nonnunquam saucij discedebant, nam ab armatis peragebatur, quod Iulius Pollux libro quarto, καρικὴν appellat.

Attica musa.

Ἄδικα μῦσα, id est, Attica musa, pro ue- nusta, lepidaq. oratione. Nam inter dicendi genera lau- datur in primis Atticum. Diogenes Laertius, & Pla- tarchus in vita Platonis scribit id cognominis vulgo tributum fuisse Xenophonti, ut Attica musa vocare- tur, propter admirabilem quandam hominis in dicen- do venustatem. Vnde & Atticam eloquentiam, & Atticum leporem appellant, quemadmodum indicaui- mus alibi. Sed ad hominem accommodatum, erit ue- nustius, præsertim si accedat ironia, ueluti, si inelegan- tem aliquem, & ab omnibus litteris & gratiis alic- nissimum, Atticam musam uoces. Nam anusi uocan- tur omnes huiusmodi.

Eadem

Eodem bibere poculo.

ΕΟΔΕΜ bibere poculo, est eisdem affici incommodis, malisq. communibus obnoxium esse. Plautus in *Casina*: *Ut senex eodem hoc poculo quo bibi biberet. Translatum vel a bibendi certaminibus, uel ab iis, qui metunt venena. Idem hodieq. nostrati vulgo tristissimum manet. Etenim si quando minantur, se parem gratiam relatuuros, aiunt se de eodē porrecturos poculo. Taxat Martialis quendam, qui conuiuii vinum dilutum & acerbum apponebat, cum ipse de exquisitissimo biberet, qui mos & hodie plerisq. diuitibus, atque hinc prouerbiū natum uideri potest. Fit autem inter dum ut qui imprudentes poculum acerbum gustarint, studeant & alios illicere, ut ex eodem bibant.*

Οὐ πότε ἴκ' τ' ὠτρύνει μὲν αὐτὸν πικρὰ ποτήρια. id est, Ille nobiscum haud eodem potat unquam poculo. Taxat fellitorem.

In planiciem equum.

ΕΝ ΠΕΔΙΩ τὸν ἵππον, id est, In planiciem equum. Quotiens quis ad id prouocatur, in quo plurimum valet, quoq. vel maxime gaudet. Equus in campo, tanquam in sua est harena. Apud Lucianum in *Captiuo*, cum ipse iudices postularer, Pluto respondet, τὸν ἵππον εἰς πεδίον τὴν περ, id est, Hoc ipsum, quod dici solet: equum in planiciem, uidelicet hominem Rhetoricum significans, & in agendis causis exercitatum. Plato in *Theaeteto*, ἱππεύς τις πεδίων προαχθεῖς, πῶς ἔτι οὐκ ἔστι λόγος, id est Equites in planiciem prouocatis, Socratem ad disputandum. Tamen si quidam codices ἵππον habent hoc loco, non ἵππον. Synesius in epistula quadam: Ἐπ' ὧν δὴ τὸ ποτ' ἀνέχεται, ἵππον εἰς πεδίον, τὸ ποτ' δὴ τὸ τὸ λόγος προτρέψει ἡ γοῦνός, id est, ad hoc ipsum certe prouoco, equum in planiciem, iuxta id quod dicitur ad horum me putans. Translatum videtur a militia. Nam quotiens res est pediti cum equite, pedes fugit campestris, seffaturq. loca impeditiora.

Acanthida vincit cornix.

ΑΚΑΝΘΙΔΕΜ superat cornix. Calphurnius Bucolicus poeta, ecloga 6.

Astyle credibile est, si uincat acanthida cornix.

Vocalem superet si turpis aedona bubo.

Acanthis enim uocalis est avis, & in primis canora. Cornix obstrepera quidem, sed minime canora. Acanthidem Theodorus nunc spinum uertit, nunc ligurini, quin & aedona Græce dixit. Sic autem pronuncian- dum, ut æ faciant duas syllabas. Nam Græcis ἀδὼς lusciniam significat. Plinius Græca uoce dixit acanthidem, quasi dicas spinulam, eo quod in spinis uiuat, eoq. asinos habet inuisos, quod hoc animal spinæ florē deuoret. Est autem auis minima, tantæ facultatis, ut pariat duodena. Auctor Plinius libro decimo, capitibus sexagesimo tertio, & septuagesimo quarto.

Prius testudo leporem præuerterit.

Πρὶν τὸν χελόνην παρὰ δὲ χελόνην δαούποδα, id est, Prius testudo leporem cursu præterierit. De re neuitquam verisimili. Testudine nihil tardius. Vnde & testudineum incessum dicimus, & apud Ciceronem in *libris de Diuinatione*, quispiam testudinem, tardigradam, &

domoportam vocat. Lepus autem celeritate præcellit. Meminit huius adagij Diogenianus. Huius generis sunt illa apud Theocritum in *Thyrside*:

Νῦν ἴα μὴ φέροις τι βῆται, φέροις τι δ' ἄκαρβον,

Αἰ καλὰ νάρκισσος ἐπ' ἀφ' οὐραίου κομάσαι,

Ράστα δ' ἐν αἶμα κένουτο, καὶ κπὶ τὸς οὐρανὸς ἐνέικαι

Δάφνις ἐπεὶ θανάσκει, καὶ τὸς κύνες ὠλεῖται ἔλκε,

Καὶ ἐρείδῃ τοὶ σκῆπτρ' ἀνδρῶν κρείσσαντο. id est,

Nunc uiolas proferte rubi, producite spinæ,

Iuniperusq. comete narcissi flore decenti,

Omnia uertantur, portet pyramida pinus

Postquam obiit Daphnis, et abas & iam cerua mol-
lossos,

Montibus in summis philomenæ noctua canet.

Cancros lepori comparas.

Καρκίνος δὲ σὺ ποδὶ συγκρίνῃ, id est, Cancros lepori comparas, de supra modum dissimilibus. Etenim ut leporum celeritas, ita & cancrorum tarditas nota est. Simillimum est illi, quod proxime retulimus. Refertur & hoc apud eundem. Suidas addit καρκίνος λαγὸς ἄρα, id est, Cancer leporem capiet: de absurdis, quæq. fieri nullo modo possunt.

Terræ filius.

ΟΛΙΜ homines obscuro ignotoq. genere procreati, terræ filij dicebantur, propterea quod terra sit omnium communis parens. Vel quod iuxta quorundam etiam historias, primitus mortales e terra nascebantur. Tertullianus in apologetico aduersus gentes: Nam & terræ filius vulgus vocat, quorum genus incertū est. Apud Athenæum libro decimo legitur γέννηται ἄνθρωπος, id est, e terra genitus homo. M. Tullius ad Atticum libro primo, & huic terræ filio, nescio cui, committere epistolam tantis de rebus non audebam. Idē ad Trabatium lib. Familiarium epistularum septimo: Gn. Octavius tuus familiaris summo genere natus, terræ filius. Persius:

Præsto est mihi Manius hæres,

Progenies terræ, quæ ex me quis mihi quartus

Sit pater, aut propte, d. cam tamē adde etiam unum,

Vnum etiam, terræ est iam filius. Iuuenalis:

Vnde fit, ut malim fraterculus esse gigantum.

Ad prouerbiū palam alludens Nam gigantes e terra progenitos poetæ fabulantur. Huc pertinet, quod apud Euripidem Ion Xuthum percontatur:

Γὰρ ἐκ τῆς γῆς οὐκ ἔμμεγες, id est,

Nam satis tellure matre? Atque ille respondet:

Οὐκ ἐδὸν τίκτεται γένος. id est,

Non parit natos solum.

Apud Pausaniam, Strabonem, atque alios id genus au-
tiores, legimus populos quosdam ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ appellatos, qui non alio referant originem suam, quemadmodum plerique faciunt, verum ex ipso solo nati uideri velint, quorum de numero sunt Athenienses. Qui si-
bi nobilitatem virtute peperissent, nullis maiorum imaginibus illustres, noui homines dicebantur. Porro igno-
ti, & subito apparentes, incertum qua regione profecti, Cæli filij vocabantur, quasi e cælo demissi. Neque si-
militer ratione ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, id est, de cælo lapsi dicebā-
tur. Iuuenalis:

Tertius e cælo cecidit Cato.

Quam-

Quamquam hoc magis conuenit in homines eximia virtute. Plutarchus in inuestiua, quam scripsit aduersus Herodotum, de nauis quadam, unde subito vox est edita Adimanto: ὁ δὲ κέλευς οὐτος ἦν ὡς εἰκελὺς οὐραροπέτης, id est, Nauis autē illa erat, vt videtur, e cælo delapsa. Atque hic sermonis color sumptus est e tragædiis, in quibus machinis quibusdam sic repente ostendebantur personæ populo, vt e cælo venisse videri uel lent. Apud Romanos noui homines dicebantur, qui maioribus obscuris nati suis virtutibus innotuissent, quod M. Tullius ab inimicis probro obiectum, ipse gloria sibi uertit.

Ex quercubus ac faxis nati.

HVIC finitimum est illud Homericum: E quercu, et faxis prognatus, quod quadrabit, vel in hominem obscuro genere, vel in eum, qui sit agresti atque effero ingenio, moribusq. immanibus. Inde ductum adagium, quod antiquitus in cauis quercubus, tectorum uice uisitarent homines, atque hinc e quercubus nati fingebantur. Inde illud:

-Et duro robore natos.

Præterea creditum est, ex faxis a Deucalione Pyrrhaq. proiectis, mortalium genus absumptū diluuiū, instauratum fuisse. Homerus in Odyss. T.

Οὐδ' ἄνδ' ἀπὸ δρυὸς ἐστὶ παλαιφάτης, οὐδ' ἀπὸ πέτρης.

Nam neque fatidica quercu satius es, neque saxo.

Id imitatus Tallada in epigrammate:

Οὐδ' ἄνδ' ἀπὸ δρυὸς ἐστὶ οὐδ' ἀπὸ πέτρης φασίν. id est,

Neque te quod aiunt quercus aut lapis ædicit.

Adlusit adidestiuiter Plato libro de Republica 8.

ὅτι ἐκ δρυὸς πόδες, ἢ ἐκ πέτρας τὰς πολιτείας γίνονται, αἱ δ' οὐχὶ ἐκ τῶν ἀνδρῶν τῶν πόλεων, id est, An existimas e quercu quacumq. aut rupe respublicas nasci, ac non potius ex moribus eorū, qui in republica versantur? In crudeles & immites conuenit illud Theocriticum in Aepolo de Cupidine:

-ἢ ῥα λαιώνας

μασθὼν ἐλάττει, δρυὶ μὲν τίμιν' ἱερὶ φε μύτης. id est,

-Scilicet ille læna

Vbera suxit, & in nemore hūc genitrix fera pauit.

Deorum cibus.

Θεῶν τρεφῆ, id est, Deorum cibus. De prælatis epulis dicebatur, propterea quod Homerus fingit deos necitare atque ambrosia uisitare, nec ob id unquam senescere. Tranquillus in Nerone: Parricidia, inquit, & cædes a Claudio exorsus est. Cuius necis etsi non auctor, at conscius fuit: Neque dissimulauit, vt qui boletos, in quo cibi genere venenum is acceperat, quasi deorum cibum, prouerbio Græco collaudare sit solitus. Horatius in epistulis:

-O noctes, cæneq. deum.

Aristophanes in Ranis ἐς μακρὰν ἐναχίαν, Regum aulica conuiuia significans.

Tertius Cato.

TERTIVS Cato prouerbialis est ironia. In uiros impendio terricos, atque aliena uita censors. Nam duorum Catonum, senioris, cui nomen Censorio, & minoris, cui nomen Vticensi, grauitas pariter atq. integritas, vulgo celebratissima quondam fuit, Adeo vt e

cælo demissi dicerentur, vt bellum cum uitij gere-
rent. Iuuenalis:

-Habeat iam Roma pudorem,

Tertius e cælo cecidit Cato.

Sapientum octauus.

HVIC per omnia simillimum est illud Horatianum in Sermonibus: Sapientū octauus. In eū, qui sibi multū tribuat in sapientia. Numerantur. n. apud Græcos septem sapientes, eorūq. apophthegmata oraculorum uice celebrantur, etiā si de nominibus magna inter scriptores uarietas est. De numero certe constat inter omnes: unde per ironiam sapientum octauum dicebant, dignum qui septem illis adderetur. Horatius:

Hæc mihi Stertinius sapientum octauus.

Item Ausonius.

Sapiensq. supra Græciæ septem uiros

Octauus accessit sophos.

Bis dat, qui cito dat.

MEMINIMVS autem apud Senecam alicubi legere, Bis dat, qui cito dat. Idem libro De beneficiis secundo, Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis hæsit. Quæ sententia monet, haud cunctanter, haud grauatim opitulandum amicis, cum opus est, sed ultro non expectatis precibus deferendum officium, Inter epigrammata Græca fertur & hoc distichon, nomi ne tituloq. Luciani,

Ὡκίστα χάρις γλυκερότεραι, ἢ βραδύνη,

Ῥᾶσθ' χάρις κινεῖ, μὴ δὲ λήθοιτο χάρις.

Id carmen Latine non potest commode uerti. propterea quod lepos & argutia epigrammatis sita sit in hac voce χάρις, quæ Græcis aliquando beneficium significat, aliquando gratiam, qua commendatur aliquid, aliquando deam ipsam. Citatur similis apud Auson. sententia Græca:

Ἀχάρις ἢ βραδύπας, ἢ χάρις χάρις.

Est autem initium carminis Heroici, ex Epigrammate quopiam, Tardum beneficium, ingratum est. Eam ille sic uertit,

Gratia quæ tarda est, ingrata est: gratia nanq.

Cum fieri properat, gratia grata magis.

Rursumq. aliter uertit idem.

Si bene quid facias, facias cito, nam cito factum

Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.

Vnde & Hæctor apud Euripidem in Rheso contemnit ac damnat auxilium sero delatum amicis:

Μισὼν τ' ἰλοισιν ὕστερον βοήθημαίην. id est,

Odi equidem amicis serius succurrere.

Extat & Mimius nō inueniendus in hac eandē sententiā:

Bis est gratum, quod opus est, ultro si offeras.

Item alter huic adsimilis,

Beneficium inopi bis dat, qui dat celeriter.

Honos alit artes.

Id quod est apud Marcium Tullium, Honos alit artes, videtur esse sumptum ex Aristophanis Pluto:

Οὐκ ἔστι μὴδὲς εἰδὲν ἵστ' οὐδ' ἄπ' ἡχῆν. id est,

Neq. præmium ullum est, ars nec ipsa item uiget. Colligit. n. nō esse cōsentaneū, Athenis ullos esse bonos medicos, cū medicis nulla sint p̄mia. Diogenianus autē hoc intra adagia cōmemorat. Hūc adlusit Mart. cū ait,

Q Sine

Sint Mæcenates, non deerunt Flacce Marones,
Vergiliumq. tibi vel tua rura dabunt.
Et Aristoteles scribit honorem esse præmium virtutis.
At prisorum leges, non solum comminabantur pænâ
maleficis, sed & præmiis & honoribus inuitabant ad
recte agendum. Pindarus in Isthmiis, hymno nono,
tanquam vulgo celebrem sententiam citat, "σι δὲ τις λό-
γος ἀνθρώπων πικρὸν μὲν ἐστὶν μὴ χαρὰ σιγᾷ ἀκλύ-
τῳ, id est, Est autem dictum quoddam inter homines
celebre, Bonum peractum non esse in terra occultan-
dum silentio. In hoc autem predicanda sunt recte fa-
cta virorum illustrium, ut ceteris præluceant ad ca-
pessendam virtutem.

Multis ictibus deiicitur quercus.

Πολλοῖσι πληροῖς δυνεὶ σιγᾷ δαμάσσεται.

Multis rigida quercus domatur ictibus.

Senarius hic extat in Diogeniani collectaneis, de re fa-
ctu quidem ardua, quæ tamen assidua industria perui-
nctur. Huic non dissimile videtur Hesiodium illud,

Εἰ γὰρ κεν τὸ σμικρὸν ἐπὶ σμικρὸν κατὰ βίην,

Καὶ ἑκάτ' ἐξ ἑσθλῶν, ταχέως μέγα καὶ γινώσκει:

Si paulum paulo adicies, faciesq. ita crebro,

Mox magnum quiddam tibi conficietur & ingens.

Id quod non tantum ad lucri naturam pertinet, quod
ex minutissimis sepe maximum conflatur, verum et ad
industriam assiduam quæ si vehemens non sit, tamē
si perpetua atque indefatigata fuerit, res difficillimas
quoque facile conficit. Quemadmodum vnicus ictus
nihil adferre momenti videtur ad deiiciendum molem
quærni roboris, verum ea crebris ictibus facile pro-
sternitur.

Caudæ pilos equinæ paullatim vellere.

CAVDAE pilos equinæ paullatim vellit, qui quod niri-
bus atque impetu fieri nequit, id tempore atque assidui-
tate conficit. Heratius in Epistulis,

Vtior permissio, caudæq. pilos ut equinæ

Paullatim vello, demo unum, demo etiam unum,

Dum cadat elusus ratione ruentis acerni,

Qui redit ad fastos, & virtutem æstimat annis.

Natum e factio quodam ducis Sertorij, cuius rei me-
minit Plutarchus in eius Vita. Hic enim cum suis co-
piis, ex barbara turba conflatis, rationibus persuade-
re non posset, in re militari plus habere momenti con-
siliū, quam vires temerarias, postea quam illi pa-
rum feliciter pugnasent, duos proponit equos, alte-
rum macilentum atque invalidum, alterum vegetum,
caudā pilosa. Atque invalido illi iuvenem adhibet
prægrandi corpore, & admirandis viribus. Contra,
vegeto illi pusillum & imbecillum admouet homi-
nionem. Hic singulos pilos paullatim vellens, breui spa-
cio totam depilauit caudam. Iuuenis e diverso cau-
dam omnem simul manibus utrisque comprehensam,
vi atque impetu conatur reuellere. Quicum frustra
fudaret, risui fuit circumstantibus. Sub hac adsurgens
Sertorius, cuius consilio iussuq. hæc fuerant acta, Vi-
desis, inquit, commilitones, quāto plus possit ingenium,
quam vires.

Virum improbum vel mus mordeat.

Καὶ μὲν δάκει ἀνδρᾶ πονηρὸν.

id est,

Scelerosum mordeat & mus.

Hemistichum heroicum. Quo significatum est, qua-
cunque ratione vindictam non deesse malis, sed eos ali-
quo pacto meritis dare pœnas. Copetit et in eos, qui
de re quantumvis friuola rixā mouent, seq. læsos que-
runtur, & offensos simulant, ne quid dent. Refertur
adagium inter Græca epigrammata:

Φοί παρομιχάει, καὶ μὲν δάκει ἀνδρᾶ πονηρὸν. ἰ.

Vulgo aiunt, uel murem etiam mordere scelestum.

At is quisquis est, nam incertus auctor, inuertit pro-
uerbium dicens, Bonos viros uel a mure morderi, ma-
lis ne draconem quidem audere dentes admoliri: hoc
est, in fontibus passim noceri, propterea quod i. impune
lædi posse uideantur, utpote non relaturi iniuriam.

Vel capra mordeat nocentem.

Καὶν αἰεὶ δάκει ἀνδρᾶ πονηρὸν.

id est,

Mordebit vel capra nocentem.

Ita reperitur in collectaneis Diogeniani. Sensus n. hil
discrepat a proximo. Nam capra minime alioqui mor-
dax est, nisi quod improbis omnia sunt infesta. Suidas
indicat orthographiā: cum enim ad corpus refertur, hoc
est, cū significat hominem afflictū ac miserū, vult bri-
mam acui, πόνος unde & πονηρὸς, & dicuntur, qui
bus res sunt aduersæ: & Aristophanes in P. uro,

Πόνος γὰρ εἰς πᾶσι καὶ πόνος καὶ πόνος.

id est,

Auxilia nobis misera sane prædicas.

Cum ad animum, ultimā acui. πονηρὸς, id est, improbus,
& πονηρὸς improbe. Nam cum dicimus πονηρὸς καὶ
ματρε. καὶ πονηρὸς ὁδός, quod hominis est, ad rem irani-
mam transferimus, quemadmodum frigus sceleratū,
& fallaces diuitias dicimus.

Litem mouebit, si uel asinus ca-
nem momorderit.

CELEBRATUR Græcis et hic senarius prouerbialis.

Δίκην δίκην ἐτίκει, καὶ βλάβην βλάβη.

id est,

Litem mouebit, si uel asinus mordeat canem.

Quadrabit in eos, qui de re quantumvis exigua litem
suscitant. Natum videtur ab euentu quopiam. Extat
autem apud Iureconsultos ætio ex lege, si quadrupes
damnum dederit. Refertur a Zenodoto & Suida, quā-
dam apud utriusq. scriptum est, καὶ ὁ πρὸ μιᾶς,
quorum hoc nobis videtur sensus exposcere.

Litem parit lis, noxa item noxam parit.

Δίκην δίκην ἐτίκει, καὶ βλάβην βλάβη.

id est,

Litem parit lis, noxa item noxam parit.

Senarius in rixosos & litium audios dici solitus, qui-
bus lis ex lite, alia ex alia nascitur: negotiū feritur ex
negotio, iniuria propagat iniuriā. Extat apud Suidam.

Bonus dux bonum reddit comitem.

Ο καλὸς ἀγὼν, ἰμπερὶ τὸ καλὸς ἰμπερὶ. Qui bonū ducem
præstat, is bonū reddit comitē. In principe situm est, ut
sit bene morata ciuitas. Prudens & incorruptus ma-
gistratus, & probos & integros reddit ciues. Bonus pa-
terfamilias domum efficit bene institutam. Doctus ac
diligens præceptor eruditum reddit discipulum. Frugi
maritus uxorem in suos trahit mores. Vnde quisquis
præfatus est negotio, debet in primis operam dare,
ut ipse suo fungatur officio, prius quam ab aliis officiū
exigat.

exigat. Sumpta est metaphora a militia, in qua fere qualiscunque fuerit dux, eiusmodi solet esse miles. Refertur in Græcorum collectaneis, sed ἀποστον. Extat autem apud Plutarchum auctorem minime vulgarem in vita Lycurgi, ἡ δὲ ἀποστολή μὴ ἐστὶν ἀρχὴν, ἀλλὰ καὶ ἀποστολή, id est, ut populus dicto sit audiens, hoc discit a principe. Nā qui boni præbet ducem, is facit, ut alij bene sequantur.

Amyclas perdidit silentium.

Τὸς ἀμύκλας ἐπέλατο σιωπῇ, id est, Amyclas perdidit silentium. Quibusdam eruditis, in quibus est auctor operis haud quaquam aspernandi, quod inscribitur copiae cornu, placet hoc ad prouerbiorum ordinem pertinere, neque nos ab illorum sententia magnopere diffidemus. Consentaneum enim est, rem vulgari ioco suis se iactatam. Innuat autem adagium Vergil. Aeneid. lib. decimo, cum ait:

-Fuluumq. Camerem,

Magnanimo Volscente satum, ditissimus agri

Qui fuit Ausonidū, & tacitis regnavit Amyclis.

Videlicet epitheto notum eius euentum indicans. Eum Seruius interpres enarrat hunc in modum. Cum apud Amycleos subinde nunciaretur hostium aduentus, idq. falso, & ob eam rem ciuitas frequenter inani terrore quassaretur, lata lege cautum est, ne quis unquam hostis nunciaret aduentum. Atqui post euenit, ut vere iam aduenirent hostes. Quod cum nemo nunciaret, propter legis interdictum, ciuitas de improviso capta est. Qui casus, ut apparet, populari ioco dedit occasionem, ut dicerent, Amyclas silentio periisse, si cui sua taciturnitas fuisset incommodo. Citat idem Lucillum: Mihi necesse est loqui. Nam scio Amyclas tacendo periisse. Accipienda sunt autem hoc loco Amycla, non ut sit vna e centum illis urbibus Laconiae, quam Lacedaemonis filius condidit, sed oppidum quoddam situm inter Caletam & Tarracinam, conditum ab iis Laconibus, qui comites Castoris & Pollucis fuerunt, eiq. nomen indidit, quo Laconicas illas Amyclas refert. Seruius existimat Laconas Pythagorica disciplina fuisse sequaces. Quoniam autem interdixisse creditus est Pythagoras σφαγεῖν, hoc commento, quod diceret humanas animas in animalium corpora demigrare, & ob eam rem prohibuisse ne quod animal occideretur, quemadmodum attestatur & Iuuenalis: A cunctis animalibus abstinent qui tanquam homine: nefas esse ducebant serpentes, qui ex vicinis paludibus nascebantur, occidere. Quorum tanta increuit multitudo, ut ciuitatem eam deleuerint, teste etiam Plinio. Potest igitur & hinc ortum videri vulgare dictum, Amyclas silentio periisse, quod Pythagorici dogmatis observatio perniciem illis attulerit, quorum primum est, ἐχινία, id est, silentium, quod in quinquennium indicebat iis, qui suae philosophiae vellent initiari, sicuti declarat Aulus Gellius. Porro quod ait Seruius, Lacones Pythagorica fuisse factionis, non recordamur apud alium auctorem legisse, nisi quod Plutarchus in Sympoticis tradit, Tyrrenos huius philosophi decretis usque adeo fuisse addictos, ut etiam ea quae ille symbolis illis praecepit, ridicula superstitione soliti sint obseruare. Aut igitur ex his erant Amyclei, aut eiusdem institui se-

ctatores. Meminit de Amyclarum silentio Silius Italicus:

-Quasq. euertere silentia Amyclae.

Meminit & Catullus, nisi fallit inscriptio carminis de Vere, quod nuper nobis Aldus Manutius noster exhibuit, in antiquissima quadam Galliae bibliotheca reperi-

tum. Sic Amyclas dum tacebant perdidit silentium.

Proverbium ad varios usus accommodare licebit, veluti si ubi quis pecuniam creditam perdidisset, quod non appellasset delictorem, aut iure praescriptionis, ut vocant, excidisset a possessione, Amyclarum silentium appellet: aut si quis audacius agens causam suam, iussusq. tacere, respondeat, τὰς ἀμύκλας ἔσται ἀπολαύσει. Hoc inutile silentium Graeci vocant δυνάμει, atque huic diuersum vitium ἀδυναμία. De utroque extant Plutarchi praecepta.

Timidior es prospiciente.

Διότις ἐστὶ τὸ παρὰ λόγον, id est, Formidolosior es eo qui prospicit. Dicitur in hominem supra modum paridum. Id ortum aiunt ex huiusmodi fabula. Quidam natura timidus, audita Herculis fama abdiderat se praemetu in specum quendam: deinde cum aliquando prospiceret, & Herculem forte fortuna praetereuntem vidisset, immodico metuxanimatus est, ac protinus dirigit in saxum versus, quod adhuc visum specie viri, velut a specu prospicientis. Unde τὸν παρὰ λόγον, saxum illud vocant. Suidas auctor, meminit & Zenodotus, quemadmodum & mox sequentis.

Timidior Pisandro.

Διότις ἐστὶ παρὰ λόγον, id est, Timidior Pisandro. Dicitur enim & hoc in immodice formidolosos. Aiunt autem Pisandrum fuisse quempiam prodigiosa timideitate, adeo ut anxius esset, ne suam ipsius animam alicubi videret, quae se vitium reliquisset. Idem videtur esse cum illo Ciceronis, vitium suum metuere.

Diomedea necessitas.

Διὸ μὴ δεῖ αἰχμήν, id est, Diomedea necessitas. De iis, qui uiuacissimi, non sstont quid faciunt. Vsurpatur a Platone libro de Repub. 6. Διὸ μὴ δεῖ αἰχμήν, id est, Diomedea, ut dicitur, necessitas est, facere omnia quaecunque isti probarint. Quidam originem adagi referunt ad Thracium illum Diomedem, qui solitus fertur hostes suos compellere, ut cum filiabus suis deformissimis rem haberent: quo facto, eosdem interimebat. Unde fabula spargit, Diomedis equas homines pabuli uice esitare solitas, videlicet filias a viris agitas, equas appellans. Et sane in hunc sensum interpretatur Aristophanes enarrator in Concionatricibus, ubi versus hic habetur,

Καὶ τὰ τ' αἰχμήν μὲν Διομῆδ' αἰχμήν,

Quarit adulescens, num qua sit necessitas sibi sectari an. Respondet illa esse, & quidē Diomedeam. Alij referunt ad Diomedem ducem Graecorum, huiusmodi communi adferentes: cū Diomedes & Ulysses communi opera sublato Palladio, redirent noctu, Ulysses quo facti gloriam in se unam trāsferret, destinabat occidere

2 2 Diomede-

Diomedem præcedentem, ac Palladium secum portan-
tem, Itaq. cum enssem in caput illius a tergo iibrasset,
Diomedes, animaduersi ad lumen lunæ gladij umbra
subtraxit se plagæ, correptioneq. Vlysssem, vinclis ma-
nibus præcedere compulit, gladio luto subinde cædens
illius tergum. Hinc Diomedea necessitas. Huiusmodi
fere Suidas ac Zenodotus.

Ad pristina præsepia.

Ἰς ἀρχαῖος πρῆτασ, id est, Ad pristina præsepia. In eos
dicebatur, qui e vita quæpiam luctu re excussi, ad pri-
stinam tenuitatem rediguntur. Aut contra de iis, qui
restituuntur in pristinam fortunam inde exciderant:
aut qui ad solitum contubernium sese recipiunt. Trā-
statum ab animantibus, quibus nota familiariaq. præ-
sepia gratissima solent esse. Vsurpauit & Plautus in
Curculione, Tormento non retineri potuit ferreo, quin
reciperet se huc esum ad præsepim suam.

Alia vita, alia diæta.

Ἄλλος βίος ἄλλη διαίτα, id est, Alia vita, alia viuendi ra-
tio. In eos quadrabit, qui commutata in melius fortu-
na pariter & vitæ rationem moresq. commutant.
Translatum ab iis, qui lautius incipiunt viuere, ubi
res lautior obtingit. Huc adlusit Aristophanes in Plu-
to, cum ait,

Επειτα πλεῖν, ἢ εἶ ἡδὲ ταῖς φαρμακίαις.

Πρὸ τῆς δ' ὑπὸ τῆς πείνης ἀπαύτου πατὴρ δίκου. id est,

Dein diuitem factum, nihil iam lens iuuat.

At pauper antehac deuorabat qualibet.

De iuvene iam anum amicam fastidiente, postea quam
desisset egere. Adlusit huc Horatius,

Non eadem est ætas, non mens.

Per medium anulum traharis oportet.

Διὰ δακτυλῆς διὰ σὲ ἰλκυθῆναι, id est, Per anulum trahē-
dus es. In eum quadrabit, qui sit vehementer exte-
nuato graciliq. corpore, seu morbo, seu cura seu, studio
seu qua alia re. Aristophanes in Pluto:

Διὰ δακτυλῆς ὡς ὅν τι μὲν, ἂν δεικνύσας. id est,

Itaque profecto per anulum me traxeris.

Verba sunt anus uolentis se uideri usque adeo mace-
ratam atq. exhaustam dolore, ut per anulum trahi
posset. Opinamur aut adagium esse sumptum a lusu,
quo ouum aceto maceratum per anulum trahitur. Cu-
ius rei meminit Plinius lib. 10. cap. 60. Magicū erat,
aliquid per anulum traicere. Nam cerebrum capræ
per anulum aureum traiectum, prius quam lac dare-
tur infantibus, instillabatur contra comitiales, cete-
rosq. infantium morbos, veluti testatur idem libro vi-
gesimo octauo, capite decimo.

Anus bacchatur.

Γεχὺς βακχεῖται, id est, Anus bacchatur. In eos dici soli-
tum, qui præter ætatem indecore lasciuunt. Nam
Bacchanalium licentia iuuenulis utcumq. permitti-
tur, aniculis certe scdissima est. Quandoquidem insa-
niæ species est, aut vetulam amare, aut potare, aut cho-
ros ducere, aut reliquis puellaribus lufibus indul-
gere.

Anus hircissans.

Γεχὺς καπρῶται, id est, Anus hircissans. De anu adhuc

intempestiua libidine prurienti, & ut ait Plautus, ca-
tulliente. Aristophanes in Pluto. - Ἀλ' ἡπιστατο

Γεχὺς καπρῶται καὶ τὰ πόδια καπρῶται. id est,

- Verum non erat

Anus caprissantis vorare viatica.

De iuvene, cui anus libidiosa omnia suppedibat, quo
vicissim ab illo voluptatem auferret. Nota est hircō-
rum libido, odorq. qui & subantes consequitur.

Flere ad nouercæ tumulum.

Πρὸς τὸν μητρὸς τὰ φον δακρυῖν, id est, Ad nouercæ tumu-
lum lachrymari, est simulare gestu dolorem, cum re
gaudeas. Neque enim consentaneum est, priuignum
molestè ferrè nouercæ mortem, nihilo secius tamen of-
ficij causa nonnumquam ad tumulum illachrymat.
Quod idem de diuitis heredibus non inconcinne dice-
tur, in quos extat Publianus ille mimus, cum primis
elegans,

Hæredis fletus, sub persona risus est.

Celerius elephanti pariunt.

SUNT quibus hoc quoque inter adagia videtur adnume-
randum, quod scriptum est apud Plinium Secundum
in præfatione historiae mundi. Nam de grammaticis,
inquit, semper expectaui parturiri aduersus libellos
meos, quos de grammatica adidi: & subinde abortus
seccre iam decem annis, cum celerius etiam elephan-
ti pariant. Hactenus Plinius. Itaq. cunctationem im-
modicā, & quorundā nimis lenta molimina, his verbis
licebit significare. Porro de elephantorum partu Plau-
tus in Stichō, Auditis sæpe hoc vulgo dici, solere ele-
phantum grauidam perpetuo decem esse annos. Huic
adstipulatur Plinius libro octauo, Decē annis gestare
vtero, uulguis existimat. Etiam si Aristoteles biennio
parere putat, nec sæpius quam semel singulos gignere.
Theophrastus refert, arborem quandam Indicam non
ferre ante centum annos. Latinis parturire dicuntur,
qui moluntur, animoq. destinant aliquid. Proinde li-
cebit adagium etiam in hanc vertere formam. Quan-
do tandem paries, obsecro, quod tot iam annos partu-
ris, ut nec elephanti diutius?

A mortuo tributum exigere.

Ἀπὸ νεκρῶ φορολογεῖν, id est, A mortuo tributum exigere,
dicebantur, qui per fas nefasq. diuitias undecunq.
congerunt. Citat Aristoteles libro Rhetoricorum sc-
cundo, καὶ ἀπὸ νεκρῶ φορεῖται, id est, Vel a defuncto uecti-
gal aufert, ostendens dici solitum in eos, qui turpiter
vndeunque lucrum aucuparentur e rebus minutis ac
sordidis, veluti Vespasianus e lotio: aut e turpibus, ue-
lut e lenocinio, quæstusq. corporis: aut cum a quibus li-
bet extorquetur, ab amicis, a tenuibus, a mendicis, po-
stremo vel a mortuis. Probro datū est Romanis prin-
cipibus quod suffossis Corinthiorum monumentis, æra
Corinthia sustulerunt, ipso etiā vocabulo rei turpitudi-
nē exprobrante. Nā ad eum sublata modum, νεκρολο-
γία dicta sunt. Attici φορεῖν vocant emolumentū, siue
vectigal, quod ex re quapiā fertur, ēt pecuniariū. Qui
prædas huiusmodi colligunt, φορολόγες appellāt, inui-
sum omnibus hominū genus, & optimo iure iniustum.
Deductū est aut φορεῖν a uerbo φορεῖν, quod est ferre, a
quo Latinis quoq. dictum sænus, qua uoce veteres nō
utabantur

utebantur, nisi de prouentu terra, quæ veluti gratissima debitor, pro singulis granis aliquoties cetera redidit. Siquidem præter naturam est, quemadmodum in Politicis scripsit Aristoteles, ut pecunia pecuniam pariat. Opinamur hoc proverbum, aut idem aut certe uehementer cognatum esse illi, quod alibi retulimus:

Αἱ τῆς καὶ τοῦς ἀδελφοῖς τὰς ἀλφίτας. id est,

Ipsæ farinas poscunt a statuis quoque.

Per iocum enim pro vestigali farinas posuit, quod ad cibum referantur omnia, & defunctis signa ponebantur, memoriæ causa. Proinde qui vestigal hinc quoque corradi, is a mortuis extorquere uidetur. Apud veteres autem magna fuit sepulture religio, & sepulchrorum immunitas.

Larus parturit.

Κεφαλὴς ὠδίνης, id est, Cephphus parturit. Antiquitus dicebatur in eos, qui pollicerentur ingentia, nihil dignum promissis exhiberent. Aiunt Cephphum, siue Cemphum auiculam esse stupido ingenio, unde & in proverbum stoliditatis abiit, quam nonnulli larum appellant: alij, quorum est Theodorus Gaza, sulicam vertunt: cum viuere spuma marina, plumis ac pennis esse copiosis, corpore pusillo: cum parturit, vociferari. Hinc natum proverbum, Larus parturit, ubi quis magna præ se fert, pusilla præstiturus. Hæc ferme scribit interpres Aristophanis, in comædiam Pacem. Hesychius tradit, esse auem leuissimam circa mare versantem, quæ facile vento moueatur, eoque hominem inconstantem ac leuem, cepphion dici. Plinius libro octauo, capit. decimonono, meminit cephi quadrupedis, quod Pompeius ex Aegypto deportatum Romanis ostenderit, cuius pedes posteriores humanis pedibus, priores manibus erant similes. Id negat postea Romæ visum. Verum id quidem nihil ad proverbum.

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

Ὁ δὲ νῦν οὐδὲν, ἵνα μὴ ἀπὲς πικρῶς. id est,

Mons parturibat, deinde murem prodidit.

Senarius proverbialis, dici solitus in homines gloriosos & ostentatores, qui magnificis promissis, tum vultus uestitusque auctoritate miram de se mouent expectationem: verum ubi ad rem ventum est, meras nugas adferunt. Vititur hoc adagio Lucianus in libello, cui titulus, Quemadmodum oporteat historias conscribere: dicit enim sic reclamari a vulgo in Cupidinem, Herculis aut Titanis personam assumentem ὁ δὲ νῦν οὐδὲν. Athenæus in Dipnosophistis libro decimoquarto, refert, quod Tachas rex Aegyptiorum huiusmodi scommate tetigerit. Agesilaum Lacedæmoniorum regem, cum ad eum uenisset, suppetias illi latitrus in bello: ὁ δὲ νῦν οὐδὲν, ἵνα μὴ ἀπὲς πικρῶς, id est, Parturit mons, Iuppiter autem metuit, at ille peperit murem. Erat autem Agesilaus pusillo corpore. Porro dicto offensus, respondit φανέσμεναι σοι πικρῶς καὶ λείων, id est, Atqui aliquando tibi uidebor leo. Post euenit, ut exorta seditione apud Aegyptios, cum Agesilaus non adesset regi, coactus sit ad Persas fugere. Porro Græcis uidetur esse carmen anapesticum. Vititur & Horatius in Arte poetica,

Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?

Parturient montes, nascetur ridiculus mus.

Porphyrion ex Aesopi apologo quopiam natum existimat, is fertur eiusmodi. Cum olim quidam rudes atque agrestes homines uiderent in monte terram intumescere moueri, concurrunt undique ad tam horrendum spectaculum, expectantes ut terra nouum aliquod ac magnum portentum ederet, monte nimirum parturiente, foreque ut titanes rursus erumperent, bellum cum diis redintegraturi. Tandem ubi multum diuque suspensis attonitisque animis expectassent, mus prorepit e terra, moxque risus omnium ingens exortus.

Aureos montes polliceri.

Χρυσὸν ὄρεα ὑπὲρ χρυσοῦ, id est, Aureos polliceri montes. Pro uerbialis hyperbole de iis, qui immensa promittunt, spesque amplissimas ostentant. A Persarum arrogantia ducta, qui propter auri uenas, montes aureos iactabant. Tlantis in Stichis: Neque ille sibi mereat Persarum montes, qui esse aurei perhibetur. Atque idem in Milite, in eandem sententiam dixit argenti montes: Tum argenti montes, non massas habet. Terentius in Phormione, Is senem per epistolam pellexit, modo non montes auri pollicens, quo quidem loco illud obiter admonendum, quod vulgus interpretum arbitratur latere, modo non dictum pro eo quod est apud Græcos χρυσὸν ὄρεα, id est, tantum non, id perinde valet quasi dicas, prope modum. Nam tantum non Græcanico more reperies, tum apud Liuium, tum apud Suetonium, neque semel apud Valerium Maximum. Apuleius in prima actione Apologiae suæ: Qui si est auaritia egenus, & ad omne lucrum inexplebilis, nec montibus auri satiabitur. Diuus Hieronymus in Rufinum, Ut cum montes auri pollicitus fueris, ne scortum quidem nummum de thesauris tuis proferas. Aristophanes, ὁ δὲ νῦν οὐδὲν, id est,

Καχέζεις ὁ καὶ τοὶ μὲν καὶ ἐπὶ χρυσῶν ὄρεων. id est,

Menses & octo cacauit in auri montibus.

Cacauit, dixit pro defecit, lasciuia comædiæ veteris. Phœnix Colophonius apud Athenæum libro 12. de Nino rege prædiuite loquens, ex monte fecit mare. ait, ὅς τις ἐπὶ χρυσῶν πύργων, id est, mare possidens auri. Paulo diuersius dixit Sallustius in Catilinario, Maria montesque polliceri cepit. Ad eundem modum Persius.

Magnos promittere montes.

Ut hyperbole magnitudinis sit non in auris, sed simpliciter in ipsis montibus.

Ambabus manibus haurire.

Ἀντὶν ἀμφότερας, id est, Haurire ambabus, subaudi, manibus. De iis dici consuevit, qui summo conatu quippiam agunt. Itidem Aristophanes in Equitibus,

Καμφοῖν χρυσὸν μυστράται ἑ δμητῶν. id est,

Utraque manu bona dispergens publica fugit.

Huic confine est illud Homericum ex Iliados H.

Ὅς δ' ἐπὶ δεξιᾷ, δεξιᾷ π' ἀριστερᾷ ἰσχυρῶς βῶν. id est,

Novi equidem illeum. dextra, lauaque mouere.

Inuenitur et illud ἀμφὸν δακτύλους, i. Ambabus manibus largiens. i. affatim & prodige, aut etiam per benignè. Plato in Sophista, καὶ τὸ λείχεσθαι οὐ πῶς λαμβάνειν, οὐκ ὄντι ἀμφὸν χεῖρ, id est, Et quod dici solet, nequaquam

Q 3 quaquam

quaquam altera prendendum manu, quin magis ambabus. Nonnihil ab hac forma recedere uidetur, quod scriptum est apud Aristidem in Cimone, qui citat hunc locum ex hymno poeta cuiuspiam: μέλα δ' ἰσιναι ἄσπερον αὐτὸ πλανίον ἀμφοτέρωθεν χερσὶ, κράτεσι πολέως, id est, Grauius autem genuit Asia, ab illis percussa ambabus manibus, robore belli. Vicinius illud quod est apud eundem in oratione Panathenaica, ὁ δὲ Ζεὺς ὁρᾷ τὴν χερσὶ παρῶν, ἄσπερον τὸν μέγαν τ' ἀπὸ τῆς ἑλίας ἰσιναι, id est, At ille utraq. aderat manu, duces usq. ad Atticā Græcos simul ac barbaros. Quāquā hoc loco potest etiam circa figuram dictum accipi, ut intelligamus uel de terrestribus pariter ac maritimis copiis, uel de barbaris ac Græcis. Quandoquidem et militum manum dicimus, ut apud Vergiliū,

-Iuuenium manus emicat ardens.

De plena manu dictum est alias, quod Græci dicunt ἐκ πλῆρης χειρὸς, quasi dicis, diuite manu, unde et Cereus ὁ πῦρ cognominant, quem idmodū nos aliam, quod affatim aliat, et ὁ πῦρ ὡς, quod copiose nutriat.

Aquilam nocturæ comparas.

Αἰτὼν γλαυκὴ συγκρίνεις, id est, Aquilam nocturæ cōparas.

Martialis in Scazonte,

Aquilasq. similes facere nocturnis quaris.

Aquila visus acerrimi, adeo, ut ἀκαρῶτα μὲν τῶν, id est, non conuiuens aduersus solē intueatur. Et sunt qui tradant hanc auem hoc experimento probare, de genere ne sint pulli, an genuini. Contra noctua, solis lumen modis omnibus refugit. Pindarus quodam loco graculos cum aquila confert.

Congregare cum leonibus uulpes.

CONGREGARE cum leonibus uulpes, est res impares dissimilesq. permiscere. Martialis:

Quid congregare cum leonibus uulpes?

Vulpes dolis nititur, leo uiribus fidit. Quāquā utrūq. coniunxit Pindarus, indicans uirum fortem leonem oportere præstare in exhauriendis certaminum laboribus, vulpem in consiliis. Sic enim in Isthmiis scribit, Τόλμα γὰρ εἰσὶν αἱ δυνάμεις ἐν ἱσθμῶν, ὅντων δὲ πόντος, μὴ τινὲς ἀλώμεναι, id est, animo similis frementibus leonibus inferendis laboribus, consilio uero uulpes.

Aquila in nubibus.

Αἰτὼς ἐν νεφέλαις, id est, Aquila in nubibus, pleriq. interpretantur de re magna quidem illa, sed quam non facile assequaris: alij de iis, qui longe reliquis præcellunt.

Aristophanes in Equitibus: -Ωπὸρ ἰσοδομος.

Ὡς ἐν νεφέλῃσιν αἰτὼς κινῆσθαι. id est,

-Gaudeo istoc nomine,

Quod aquila fiam in nubibus uidelicet.

Verba sunt populi Atheniensis promittentis sibi futurum, ut orbi uniuerso imperet. Et paullo inferius in eadem comædia, tanquam oraculum pronuntiatur,

Αἰτὼς ὅς γινεῖται πάσης γῆς βασιλεύς. id est,

Quippe aquila es, terræq. omnē dominaris in orbē.

Dicuntur et hæc de populo Atheniensis, nisi forte placeat adlusio ad spes huius principatus inanes. Rursum in Auiibus, αἰτὼς ἐν νεφέλῃσιν γινώσκω, id est, Aquila in nubibus fies. Interpres admonet, adludere poetam ad

oraculum, quondam Atheniensibus redditum, quo prædicabatur futurum, ut Athenienses tanto intervallo reliquas urbes superarent, quanto aquila in nubibus reliquis auibus esset sublimior. Pindarus item in Nemeis, quem locum modo attigimus, se uocat aquilam, Bacchylidem amulum graculum, uidelicet quod illis immenso vinceret intervallo,

Αἰτὼς ἐκ τῶν πεταυγῶν

ὅς ἐλαβετ' αὐτὰ πηλὸν μετὰ μανίαν.

Δαφνὸν ἄγρεται πρὶ,

Κρατὶ τοῦ δὲ κολαίου τοῦ περὶ νύκτωρ.

Quorum carminum hæc est sententia: Aquila pernix inter uolucres, quæ repente aduolans eminens, corripuit cruentam prædam: Loquaces autem graculi humi pascuntur.

Volantia sectari.

H V I C affine est, quod usurpat Aristoteles tertio τῶν περὶ φυσικῶν, libro, τὰ πετομένα διακίει, id est, Volantia sectari. loquitur autem de vehementer obscuris, et quæ difficilissimum sit peruestigare. Cui non dissimile est illud,

Est aliquid quo tendis, et in quod dirigis arcum?

An passim cornos sequeris testaq. lutoq?

De iis, qui nullum certum vitæ scopum sibi proponunt, sed ex tempore uiuunt, ad quamuis occasionem mutabiles.

Ibyci grues.

Αἰ ἰβύκες γράντο, id est, Ibyci grues. Græcis in prouerbiū abierunt, quod dici consuevit, quotiens sceleribus nouo quodam et improviso casu proditis, scelesti penas dant iis, quos leserunt. Id ex huiusmodi quodam euentu natum memorant. Ibycus poeta quidam, cum in latrones incidisset iam occidendus, grues forte superuolantes obtestatus est. Aliquanto post tempore, cum iidem latrones in foro sederent, rursumq. grues superuolarent, per iocum inter se susurrabant in aurem, Αἰ ἰβύκες ἐκ δίκαις πάρεσιν, id est, Adsunt Ibyci ultores: cū sermonem assidentes in suspicionem rapuerunt, maxime desiderato iam pridem Ibyco. Rogati quidnam sibi uellet ea oratio, hesitanter atque inconstanter responderunt, subiecti tormentis facinus confessi sunt. Atq. ita uelut gruum indicio penas Ibyco dederunt, ac potius suo ipsorum indicio, ut dicitur, perierunt. Huiusmodi ferme Plutarchus in commentario De futili loquacitate. Meminit huius adagij Ausonius in monosyllabis:

Ibycus ut periit, uindex fuit altiuolans grus.

Extat super hac re Græcum epigramma, titulo Antiipatri, quod non grauabimur adscribere:

Ιβύκε ληίσω σε κατὰ κτανόν, ἐκ ποτὶ νόσθ

Βασιλεὺς ἀντιπᾶν ἀσπίδων ἰόντα,

Πολλὰ ἐπιβάσας αἰσιν γυαλίων ἡ φος αὐτοῖς ἔκαστο

Μαρτυρεῖς, ἀλγίστην ὀδυμένην ἔκαστον.

Οὐδὲ μάλιστα ἐχέμεν ἐπὶ ποινῇ τῇ ὀνείδῃ

Τὸν δὲ δίκαιον γὰρ τὸ σὺ φόνον

Σισυφίην κατὰ γάλα, τὸ φιλικὸν δὲ φύλα

Ληίσαν, τὴν δὲ ἐπὶ τῇ φόνῳ χόλον,

Οὐδὲ γὰρ ὁ πρὸς τῇ κτανόν αὐτῶν ἀνδρῶν

Οὐ μὲν μελαμπέπων ἐκφυγῶν θύμῳ δ' ἀν.

Quon-

Quondam ad desertum venientes Ibyce litus,
 Vitam prædones eripere tibi,
 Sæpe gruum nubem imploranti, quæ tibi testes
 Aduenere necis cum morerere tuæ.
 Attamen haud frustra, siquidem clangore volucrum
 Sisyphio cadem est Eumenis ultia solo.
 Latronum genus heu cupidum lucri, atq. rapina,
 Cur uos nequaquam terruit ira deum?
 Quando nec Aegisthus, vatem qui occiderat olim,
 Attarum occursum fugerat Eumenidum,
 Meminit huius poetæ Mar. Tullius libro Tusculana-
 rum questionum 4. cuius poema maxime lascivum
 fuisse testatur.

Veriora iis, quæ apud Sagram acciderunt.

ΑΛΥΙΣΤΟΡΑ ΤΙ ΠΙ ΣΑΓΡΑ, id est, Veriora iis, quæ apud Sa-
 gram acciderunt. Dictum olim in incredulos, quique
 non nisi magno malo docti credunt. Refertur a Stra-
 bone lib. Geographiæ sexto, Post Locros, inquit, Sagra
 fluvius labitur, in cuius ripa Castoris & Pollucis ara
 sita sunt, ad quas decem Locrorum milia, una cum
 Rheginis, adversus Crotoniatas numero centies ac tri-
 cies mille, Marte collato victoriam reportarunt. Ex
 quo euentu natum est in incredulos adagium, ΑΛΥΙ-
 ΣΤΟΡΑ ΤΙ ΠΙ ΣΑΓΡΑ, id est, Veriora iis, quæ apud Sagram
 acciderunt. Addidit plerique quo die certamen initu
 est, iis qui in Olympiis erant, eum belli euentum nun-
 tium fuisse: tanta celeritate nuntiata pugna veri-
 tas comperta est. Meminit huius pugnae Iustinus lib.
 20. tamen de numero occisorum a Strabone dissen-
 tit. Meminit & Eustathius in Bæotia Homeri, ad-
 ditque dici solitum de rebus, verissimis quidem illis, at
 non creditis. Postremo meminit & M. Tullius De na-
 tura deorum 2. Nam de Sagra, inquit, Græcorum
 etiam est vulgare proverbum, qui quæ affirmant, cer-
 tiora esse dicunt, quàm illa quæ apud Sagram.

Rudem accipere. Rude donare.

R V D E M accipere, pro dimitti a munere. Rude donare,
 pro dimittere, crebriter apud idoneos auctores obvia
 sunt. Inde ducta metaphora, quod antiquitus gladiato-
 res, quibus permissum erat a gladiatorio munere cessa-
 re, rude donati dicebantur. Ea cessatio dabatur magna,
 quam rudem appellabant, unde hoc modo dimissi, ru-
 diarii vocantur. Proinde quicumque a munere quovis
 in otium restituitur, vel ob statum, vel ob imbecillitatem,
 rude accepisse dicuntur. Horatius in prima epistula,
 Spectatum satis & donatum iam rude, quæris
 Mecenas, iterum me antiquo includere ludo.

Item Iuvenalis,

Ergo sibi dabit ipse rudem, si nostra movebunt
 Consilia. Ovidius,

Sic igitur tarda vires adimente senecta,

Me quoque donari iam rude tempus erat.

M. Tullius Philippicarum secundo, Tam bonus gla-
 diator rudem tam cito accepisti? Lepidior erit meta-
 phora, si longule traducatur, vel si quis adhortetur
 quempiam ut a studiorum laboribus abstineat, sibi-
 que rudem impartiat: aut qui vitam aulicam reliquerit, eum
 aulicæ vitæ rudiarium appellemus. Huic ferme con-
 trarium videtur, quod ait Fabius, acuta eloquentiæ
 candidatus: quanquàm equidem hoc loco legendum esset,

acuta, pro acuta: & bonarum litterarum candidatus. Nam
 candidati proprie dicuntur, qui magistratum ambiunt.
 Quod si transferatur alio, trāsibit in proverbi speciem.

Mali corui malum ovum.

ΚΑΚΟ ΚΟΡΑΚΟΣ ΚΑΚΟΝ ΩΟΝ, id est, Mali corui malum ovum.
 Aptè usurpabitur, quotiens a malo præceptore disci-
 pulus malus proficiscitur: ex improbo patre filius im-
 probus: ex patria illaudata uir illaudatus: denique faci-
 nus scelus ab homine scelerato. Metaphoram alij
 referunt ad naturam animantis, quæ nec ipsa est ido-
 nea cibis humanis, nec ovum parit ad quidquam utile.
 Sunt qui dicant fieri, ut corvorum pulli parentes ipsos
 deuorent, si forte non pascant illos ad satietatem, &
 hinc ductum adagium. alij malunt ad huiusmodi fabu-
 lam referre: Corax quidam primus Syracusis, post
 mortem Hieronis, insituit artem rhetoricen mercede
 profiteri. Cum hoc adulescens quidam Tisias hac lege
 pactus esset, ut tum demum mercedem persolveret, ubi
 iam artem perdidicisset. Dein ubi iam arte cognita,
 præmium reddere cunctaretur, Corax in ius discipu-
 lum vocat. Ibi iuuenis huiusmodi dilemma proponit.
 Percontanti quis esset artis finis, ubi Corax respondit
 set, persuadere cicendo. Age, inquit, si persuadeo iudi-
 cibus, me nihil deber, non reddam, quia vici causam;
 si minus persuadeo, non reddam, quia non perdidici
 artem. At Corax Tisias dilemma tanquam vitiosum
 & τρισεπτορ, in discipulum retorfit ad hunc modum,
 Immo, inquit, si persuades, dabis, quia tenes artem, &
 debes ex pacto: si minus, dabis, quia sententiis iudi-
 cum damnatus: Quod commentum tam uasum, tamq.
 callidum ubi iudices audissent, admirati uersutiā adu-
 lescentis, succlamarunt, ΚΑΚΟ ΚΟΡΑΚΟΣ ΚΑΚΟΝ ΩΟΝ. Sunt
 qui narrent hoc succlamatum a corona circumstantiū,
 cum alter alteri litem intenderet. Huiusmodi ferme
 legitur in Prolegomenis in Hermogenis reth. Ex hac
 fabula, ni fallimur, efficta est ea, quam narrat A.
 Gellius in noctibus Atticis libro quinto, capite deci-
 mo, de Protagora sophista, et huius discipulo Euathlo:
 quæ tametsi longiuscula est, & in promptu sita, tamē
 quod omnium lepidissima uideatur, non pigebit adscri-
 bere. Gellius igitur ostenso vitioso dilemmate, quod
 Antistropheon uocant, propterea quod totidem uerbis
 possit in aduersarium retorqueri: Quale est, inquit,
 promulgatum illud, quo Protagoram sophistarum acer-
 rimum usum esse ferunt aduersus Euathlum discipu-
 lum suum. Lis nanque inter eos, & controuersia su-
 per pacta mercede hæc fuit. Euathlus adulescens di-
 ues, eloquentiæ discenda, causarumq. orandi cupiens
 fuit, is in discipulum Protagoræ sese dedit, daturūq.
 promisit mercedem, grandem pecuniam, quātam Pro-
 tagoras petiuerat: dimidiumq. eius dedit iam tunc
 statim prius quam disceret, pepigitq. ut reliquum di-
 midium daret, quo primum die causam apud iudices
 orasset & uicisset. Postea cum diuile auditor asse-
 ctatorq. Protagoræ fuisset, & in studio quidem sacun-
 dia abunde promouisset, causas tamen non reciperet,
 tempusq. iam longum transcurreret, & facere id ui-
 deretur, ne reliquum mercedis daret: capit consilium
 Protagoras, ut tum existimabat, astutum, petere insi-
 tuit ex pacto mercedem, litem cum Euathlo contesta-
 tur. Et cum ad iudices conicienda consistendæq. cau-

Q + sa

se gratia venisset, tū Protagoras sic exorsus est: Disce, inquit, stultissime adulescens, utroq. id modo fore, uti reddas quod peto, siue contra te pronunciatū erit, siue pro te. Nam si contra te lis data crit, merces mihi ex sententia debetur, quia ego vicerō: sin vero secundum te iudicatum erit, merces mihi ex pacto debetur, quia tu uiceris: Ad ea respondit Euathlus: Potui, inquit, huic tuæ tam ancipiti captioni isse obuiam, si verba ipse non facerem, atq. alio patrono vterer. Sed maius mihi in ista victoria pro ludium est, cum te non causa tantum, sed etiam in argumento vinco. Disce igitur tu quoque magister sapientissime, utroq. modo fieri, uti non reddam quod petis, siue contra me pronunciatum fuerit, siue pro me. Nā si iudices pro mea causa senserint, nihil tibi ex sententia debetur, quia ego vicerō: sin contra me pronunciauerint, nihil tibi ex pacto debeo, quia ego non uicerō. Tum iudices dubiosum hoc inexplicabileq. esse, quod utrinque dicebatur rati, ne sententia sua utramcūq. in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet, rē in iudicatam reliquerunt, causam in diem longissimum distulerunt. Hactenus Gellius. Quid autem? an non optimo iure iudices hoc saltem sententiæ vice pronunciare debuerint, καὶ δὲ κέρκεος καὶ ἐν ὧν? Narrat eandem fabulam L. Apuleius in Floridorū libris, non dicamus copiosius: neque enim potest copiosius referri, quam a Gellio denarrata est, sed tamē florulētius, & ut ita dixerimus, picturatus. Meminit Euathli Aristophanes in Fucis, atque item in Acharnensibus.

Ab impiis egressa est iniquitas.

SIGNIFICAT ab impiis semper mali quippiam exoriri a bonis nihil malorum proficisci.

Idem propemodum dicitur apud Græcos uersu prouerbiali:

Γυμνὸς ὁ δὲ δαλὴς ἐρεκερὶ γίγνεται. id est,

Probris ab animis facta promanant proba.

Lemnium malum.

Λήμιον κακόν, id est, Lemnium malum, de malis immensis ac miserandis. Historia, unde natum adagium, varie narratur, neque magni refert cam anxie persequi. Herodotus in Eratone, & prouerbij & historiæ meminit, in hanc ferme sententiam: Pelasgi ex Attica per vim expulsi, Lemnon incolebant. Huius iniuriæ cum pænas de Atticis sumere uiperent, probeq. cognitos haberent dies festos, ac ceremonias illorum, collocatis insidiis, uxorēs Atheniensium abduxerunt, cum Minervæ sacra facerent in Braurone: hisq. in Lemnum nauigio adportatis, concubinarum vice sunt abusi. Ceterum mulieres cum plurimos liberos parerent, omnes & Atticis moribus instituerunt, & Attice loqui docuerunt: ita factum est, ut nec miscere coniugia cū puelis Pelasgicis uellent, & si quando Pelasgius quēpiam pulsare conaretur, omnes conglobati Attici, huic suppetias ferrent. Breuiter adeo inualescebat pubes Attica, ut plerisque in rebus priores tenere uideretur, quare visum est Pelasgis, ut filios ex Atticis mulieribus susceptos trucidarent. Idq. perfecerunt, occisis una & matribus: deinde sterilitate, orbitate, pestilentia, reliquisq. plurimis adactis malis, Delphicum oraculum consuluerunt, qua via calamitatibus lenari

possent. Hinc igitur ait per omnem Graciam increbuisse prouerbium, ut ingentia, miserandaq. mala, Lemnia dicerentur. Partim igitur hunc natum adagium putat, partim illinc, quod aliquando Lemnia mulieres graueolentia maritorum offensæ, eos uniuersos sustulerunt, auxilio Thoantis. Cuius rei meminit & Euripides in Hecuba,

Καὶ λήμιον ἀπὸ τῶν ἀρτίων ἐώκισα. id est,

Maresq. Lemno sustulere scēminæ

Funditus. Item Seneca in Agamemnone:

Et scelere Lemnon nobilem.

Cicadam ala corripuisti.

Τίληρα πτερὸς σμῆληφας, id est, Cicadam ala corripuisti.

Dicitur in eos, qui quempiam prouocant minime ex usu suo. Lucianus in Pseudologista, scribit Archilochum poetam iambographum, & ad male dicendum egregie instructum, ad hunc modum respondisse cuidam, a quo fuerat conuicio prouocatus, Τὴν τίληρα πτερὸς σμῆληφας. Est autem huius insecti mira quidam & prodigiosa loquacitas, maxime efferuescente sole. Plinius negat iis vocem esse, sed stridorē cum tractu: eumq. sonum emittit non alis, quemadmodum muscæ, apes, culicēs, nam iis stridor simul cum uolatu desinit, at ciceradæ si presseris alas, vehementius etiam perspirepit: sed in pectore subesse ait duos specus, attrituq. membranæ, mobili accedente spiritu, per hos e uisceribus sonum adi. Ergo quemadmodum si cicadam natura garrulam ala prehēdas, clarius obstrepat, ita si poeti co homini præbeas occisionem simultatis, non modo non tacebit, sed clarius obstrepet, & omnem bilem chartis illinet atris. Proinde Platonem aiunt admonuisse, ne quis hominem potius sibi faceret inimicum: Et Horatius, Genus irritabile uatum, dixit.

Tenedia bipennis.

Τενιδίος πέλεκυς, id est, Tenedia securis. Conueniet aut in eos, qui nimium seuerē iudicant ac puniunt: aut qui celeriter expediunt controuersias, & litium ambiguitates. Inde translatus, quod olim rex Tenedi securim gestans, lites audire consuevit, causaq. iudicata, protinus eum qui fecisset iniuriam, securi percutere: aut quod Tenedius quidam rex legem tulit in adulteros, ut utriusque corpus securi concideretur, eiusq. legis exemplum etiā in filium edidit. proinde in nimisimate iussisse insculpi, altera ex parte securim, altera duos uultus ex eadem ceruice prominentes. Cuius rei meminit & Stephanus in urbium catalogo. Plutarchus in commentario de Pythiis oraculis, ostendit securim typum atque insigne fuisse Tenediorum, idq. propter cancrōs qui sunt apud illos in loco qui dicitur Asterium. Verba Plutarchi, si quis forte requirer, sunt hæc: Ωπερ ἀμύλη σελινοῦντι οἱ ποτὶ χρυσὸν σελινόν ἀνέλεῖναι λέγεται, καὶ τινέδισι τὸν πέλεκυν, ἃ καὶ κερκίφω τὴν γινώσκον πρὸς τὸ καλοῦμαι ἀστέρων παρὰ τοὺς μῶνοι: ὅς ὡς εἰσὶν ἐν τῷ χελανίῳ τὸ πον πελίκου χερσὶς. Lucianus in Philopseude: Τοῦτ' ἐκείνο, ἡμεῖς γὰρ μοι ποιεῖσας, πέλεκυν τινὰ κατὰ φασμάτων. id est, Ratus enim iuxta illud, quod vulgo dici consuevit, securim quandam mihi uenisse ad incidenda mendacia. Videtur aduulsum ad Alexandri Magni factum, qui nodum insolubilem in Mida plasbro in se dissequit, quemadmodum ostendimus.

ostendimus alibi. Meminit & Pausanias in Phocidis, sed originem adagionis ad aliam fabulam refert. Scribit autem securim inter anathemata fuisse, monumentum Periclyti, cuius pater Euthymachius Tenedius, qua de re vetusta fertur fabula. Cycnō filium fuisse Neptuni, ac regnasse in Colonis. Porro Colonie erant in terra Troiana, cōtra insulā cui nomen Leucophrys. Porro cum Cycnus haberet filiam nomine Hemitheā, ac filium nomine Tennen ex Proclea, ea fuerat Clyti filia, soror Caletoris, quem Homerus in Iliados tradit interfectum ab Aiace, quod is Caletor in Protefilai nauium ignem inieciisset. Hæc igitur cum esset defuncta huic successit Philonome Craugasi filia: quæ cum adamaret Tennen, ac reiecta fuisset, mentitur apud maritum, quod ipsa nolens ab eo fuerit de stupro sollicitata. Cycnus uxoris mendacio persuasus, Tennen, vna cum sorore cistâ inclusum abiicit in mare. Ceterum incolumes adpulsi sunt in insulam Leucophryn, cui postea Tennen nomen versum sit Tenedos. Cycnus tandē ubi comperisset se deceptum, nauigat ad filium, simul & agnitus errorem suum, & veniam deprecaturus. Cū autem adpulset Cycnus, & nauim ab arbore quapiā aut saxo religisset, Tennes præ iracundia securi funes incidit. Unde prouerbiū dici cæptum de iis, qui pertinaciter negarent aliquid: Hic est qui Tenedia securi hoc aut illud incidere posset. Huic non dissimilis historia refertur in prouerbio: Tenedius homo.

Thēsauros carbones erant.

Ἀνέρακις ὁ θαυρὸς πύρρον· id est, Carbones thēsauros erant. In eos competit, qui spe sua frustantur, quiq. magnificis rebus expectatis, meras nugas reperiunt. Ex euentu quopiam natum videtur, quo quispiam thesauri spe fodiens, carbones defossos inuenit. Ea res in risum, vulgiq. sermonem abiit. Nam antiquitus carbones in terra defodi solent, ad indicandos agrorum terminos, propterea quod, ut testatur in opere De ciuitate Dei diuus Augustinus, nulla res magis durabilior, magisq. ppetua, quā carbones sub terra defossi. Lucianus in Zcuxide: Τὸ δὲ κατὰ τὴν παροιμίαν ἀνέρακις ἡμῶν θαυρὸς πύρρον, id est, Verum iuxta prouerbiū, thēsauros noster carbones erant. Rursum in Philopseude: Τὸ γὰρ τὸ λόγῳ ἐκείνῳ, ἀνέρακις ἡμῶν ὁ θαυρὸς πύρρον, id est, Proinde iuxta id quod dici solet: tu nobis qui thēsauros credebaris, carbones extitisti. Idem in Timone de auro inuento: Διότι γὰρ μὴ ἀνέρακις εἶναι ἀνέρεός μιν, id est, Vereor itaq. ne expergefactus carbones reperiam. Rursum in Votis: Καὶ ἀνέρακις σοὶ ὁ θαυρὸς ἵσται, id est, Ac thēsaurus tibi carbones fuerint. Alciphron in epistula quadam: Οὐ πᾶσι τοῖς θαυροῖς γινώσκω, id est, Non omnes thēsauri mihi cini erunt?

Satius est recurrere, quam currere male.

Ἐλπίθ' ἀρμύσαι μάλλον, ἢ δραμεῖν κακῶς id est,

Satius recurrere, atque uti curras male.

Senarius prouerbio celebratus, cuius hic est sensus: Præstat mutare consilium in melius, quam in male institutis pergere. Lucianus asinus sententiam hanc secum uoluebat, non admodum asiniam: Εκεῖνα τὸ δὴ τὸ τῶ λόγῳ,

Ἐλπίθ' ἀρμύσαι μάλλον, ἢ δραμεῖν κακῶς id est,

Visum est tandem, iuxta vulgi sermonem:

Potius recurrere, atque currere perperam.

Quin & hoc seculo vulgo didicant, nō prorsus aberrare eum, qui medio e cursu recurrat: significantes probandos eos, qui mature respiciunt ab stultitia.

Solus currens uicit.

Μόνος ὢν ἐπέτα, id est, Solus currens uicit. De iis qui vincunt nemine contra certante. Translatum a stadiis. Nihil autem est negotij vincere, si nemo tecum certet. Concinne dicitur in eos, qui sibi placent, quasi pulchre causam suam probarint, cum nullus adsit, qui contra disputet. Lucianus in imaginibus: Πᾶσαν δὲ διμῶν τὴν ἐστὶ καὶ τὴν παροιμίαν, μόνον ὢντα κερταίν. id est, Haud est difficile, iuxta prouerbiū, cum solus curras, vincere. Adfine illi, quod alias recensuimus. Ἐρημῶν νικᾷ, id est, Desertam causam vincere. Nec alium ab illo, ἄλλοι τι νικᾷ, id est, Citra puluerem vincere. Et ἀνδρὶ νικᾷ, id est, Citra sudorem vincere, quorum alibi meminimus.

Leonem ex unguibus æstimare.

Ἐκ τῶν ὀνύχων λέοντος γινώσκων, id est, Ex unguibus æstimare leonem, est ex vna quapiam coniectura negotium uniuersum perpendere, ex paucis multa, ex minimis maxima conicere. Natum videtur adagiū a Phidia statuario, qui, sicut narrat Lucianus in Hæresibus, inspecto leonis duntaxat ungui, quantum esset totus leo perpendit, totūq. ex indicio unguis effinxit. Plutarchus in commentario De defectis oraculis, videtur ad Alexum referre. Sic enim scribit: Οὐ κατὰ ἀλλήλων ἐξ ὀνύχων τὴν λέοντος γράφοντες. id est, Non Alcæi more leonem ex unguibus depingentes, hoc est, ex re minima, maxima colligentes. Philostratus in uita Apollonii: Οἷον ἐξ ὀνύχου ἰδεῖν ἄνθρωπον, id est, Qualem ex ungui iam esse uideo. Basilus magnus ad maximum Philosophum: εἰκότως ὡς τὸ ψυχρὸν εἶναι οἱ λέοντες καὶ μάλιστα οὐκ οὐδὲ τὸ γράμματις, ὅσον φασὶν ἐξ ὀνύχων τὴν λέοντος, id est, animi imago re vera est oratio: Proinde cognouimus te ex litteris, non aliter quā leonem, ut aiunt, ex unguibus. Fit autem hoc mathematica ratione, sicut docet Vitruuius libro tertio, ut ex mēbro uel minimo, totius corporis modus colligatur. Quemadmodum Pythagoras Herculanī corporis mēsuram, ex Pisano stadio, quod Hercules suis pedibus fuerat metatus, racionatus est. Sic ex unius arteriæ pulsū, medici de tota hominis valetudine iudicant, sic ex vnica epistula doctrinam omnem æstimamus: ex vnico resposito, totā hominis sapientiam perpendimus.

Cauda de vulpe testatur.

Ἡ ὄψις τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς, id est, Cauda de vulpe testificatur. In eos dici solitum, qui pusilla in re cuiusmodi sint declarant. Est autem vulpi cauda pro corpore maior ac pilosior, ut non sit facile celare. Alioqui cānis uideri possit. Vnde quadrabit de exitu declarante cuiusmodi fuerint reliqua. Quidam primo aggressi agni, in euentu vulpes comperiuntur.

E fimbria de texto iudico.

Ἐκ τοῦ κερπίδος τὸ ὕψος γινώσκω, id est, E fimbria textum omne cognosco, hoc est, ex vno aliquo pusillo reliquorum

quorum facimus coniecturam. Translatum a negotiatoribus, qui inspecta texti margine, facile de uniuerso cuiusmodi sit iudicant.

De gustu cognosco.

Ἐκ γινώσκου γινώσκω, id est, Ex degustatione iudico, hoc est, ex minima experientia. Ductum item a negotiatoribus, qui gustato duntaxat uino aut oleo, de reliquo mox pronunciant. Est enim cuiusque arboris sapor sui quidam sapor & indoles, & forma quoque peculiaris: quæ quoties mutaretur in diuersum, pro ostento habitum fuit, ut eleganter Theophrastus in historia plantarum libro secundo, capite quarto. Vnde Plinius: Ad eum, inquit, gustum tibi reliqua promitto. Seneca: Et gustum tibi dare uolui. Et degustationem huiusmodi experientiam uocamus. Haud alienum fuerit huc adscribere, quod Irenæus refert puerbii nomine, ut discas mare falsum esse, nihil opus totum ebibere. Siquidem e paucis guttis deprehendere licet, qualem sit uniuersum mare.

Aethiopem ex vultu iudico.

Ἐκ αὐτῆς ἰδέσθαι ἢ ὁμοίαν γινώσκω, id est, Aethiopem ex ipso vultu cognosco. Præfert quisque aliquo signo, cuiusmodi sit moribus. Præ se fert enim Aethiops, nigror: vultus, intortis capillis, labris tumentibus, dentium candore patriam suam. Nam vestem mutare potest Aethiops, faciem non potest.

De fructu arborem cognosco.

Ἐκ τῆς καρπῶν τοῦ ἄνδρος γινώσκω, id est, E factu cognosco arborem: e factis hominem iudico. Nam simulatio nec diuturna potest esse, nec fieri potest, quin alicunde cedens natura, prodatur animi morbum.

In tenebris saltare.

Ἐν τοῖς σκοτίοις ὁρᾶσθαι, id est, In tenebris saltare. Est rem gerere clanculum, nullo teste, nulloque iudice. Translatum ab iis, qui choros ducunt, quos in tenebris nemo queat diiudicare, recte ne, an secus moueat pedes. Lucianus in Scythiis, Ἐν σκοτίοις φέρειν ὁρᾶσθαι, id est, In tenebris, ut aiunt, saltaremus. Quibus ex verbis videtur adagium dici posse etiam in illos qui temere, nulloque iudicio, nulla certa ratione rem agunt. Sentit enim Lucianus, nos philosophia destitutos, tanquam in tenebris saltaturos, ut quidquid in manus venerit, id esse credamus quod querebatur. Apparet huc tacite adluisse Platonem libro de Republica octauo. Ἰνα μὴ σκοτεινὸς διαλογισμὸς πρῶτον ὁρισθῇ, id est, Ne tenebrose differamus, prius definiamus. Nam qui confuse disputat, velut in tenebris saltat.

Areopagita.

Ἀρεοπαγίτης, id est, Areopagita. De tristi seueroque dicebatur, aut etiam de iudice vehementer incorrupto. Inuenitur & Σκυλαπίτης ἀρεοπαγίτης, id est, Tristior Areopagita. Athenis summa erat Areopagitarum auctoritas: hierant iudices qui de capitalibus causis pronunciabant, tanta integritate, ut noctu atque in tenebris, non interdiu, neque luci causas cognoscerent, quo non dicentes, sed duntaxat quæ dicerentur spectarent. Id ita esse testatur Lucianus in Scythiis. Adluisse ad proverbium Cicero ad Atticum libro 1. Senatua

ἀρεοπαγίτης, nihil constantius, nil seuerius, nil fortius. Idem eiusdem operis libro quarto: Ex quo intellectum tres τοὺς ἀρεοπαγίτας, ambitum, comitia, interregnum, maiestatem, totam denique Rempublicam sibi non facere.

Atticus aspectus.

Ἀττικὸς βλεψικός, id est, Atticus aspectus, perinde est quasi dicas, os impudens. In eos dicebatur, qui vultu ipso præ se ferebant impudentiam, dicendique confidentiam. Nam hoc vitio notati sunt Atticorum mores. Aristophanes in Nubibus:

Ἐπὶ τῷ προσώπῳ τῷ ἄττικόν βλεψικός. id est,

Ac vultu in ipso aspectus Atticus eminet.

Sic enim loquitur Strepsiades de filio socratica et schola redeunte, quem ex ipsa fronte conicit, malam causam agere posse, quod nescimus quid Atticus astutiae simulatque impudentiae præferret. Quin & Achilles, apud Homerum Agamemnonem appellat κωβιδίῳ, ob impudentiam. tales & κωβιδόπαιδες dici admonet Hesychius.

Lari sacrificant.

Ἐσὶα βέναν, id est, Lari sacrificant. In tenaces dicitur, qui de suis nemini quidquam impartiunt: aut in conuiuias edaces, qui nihil appositis epulis mittunt amicis, neque quidquam faciunt reliquum. Quia antiquis religiosum erat, ex iis quæ laribus immolabantur, aliquid foras efferre. Huc adluisse Aristophanes in Pluto, apud quem Carion Mercurio obsecranti, ut aliquid sibi de sacrificio quod intus agebatur impertiant: καὶ inquit, καὶ ἐν βέναν, id est, Efferre nequaquam licet. Item in eadem fabula mulieri volenti pro foribus spargere bellaria:

Εὐδὸν καὶ παρὰ τῷ ἑσέει, ὅπως νόμος.

Οὐδὲν ἐν τῷ ἐσέει παρὰ τῷ ἐσέει καὶ ἐν τῷ ἐσέει. id est,

Intus profecto, ut moris est, apud Larum,

Nā nefas efferre quidquam, inferre sed decet magis. Apud Romanos, auctore Plutarcho, nefas erat mensam prorsus inanem tolli: uel quod inuenerent semper aliquid reseruandum in tempus posterum: uel ut adsuerent temperare cupiditati, a presentibus abstinentes: uel ut hoc pacto seruorum animos sibi conciliaret, cum quibus mensam aliquo pacto communem habere viderentur: uel quod religiosum haberetur in sacris quidquam vacuum conspici. Porro mensa sacra quædā res est. Cato libro De re rustica monet, ut villicæ certis diebus Lari sacrificet pro copia, addita foco corona. Huic diuersum adagium fingi poterit, τῷ ἑσέει ἑσέει, id est, Hecate sacrum facere. Siquidem in huius deæ sacris, ij qui cenam inferebant, ipsi nihil inde gustabant, neque quidquam auferebant præter tumultum & fumum, ut inquit in Sympliciis Plutarchus. Idem fieri consuevit, si quid inferebatur reliquis diis, quos ἀποτρεπτικὰ appellant. Torquebatur in eos, qui aliis consulunt, non sibi: aliis parant opes, ipsi non fruuntur.

Proteruiam fecit.

Ἐρ. Α. Τ. hoc religiosum in nonnullis etiam aliis hostiis, ne quid ex sacris epulis relinqueretur: aut si quid reliquum esset, id igni absumeretur. Porro id genus sacrificij, Romani proteruiam appellant. Vnde celebra-

tur

sur illud Catonis festiuitate dictum in Albidium quen-
dā, qui patrimonium vniuersum luxu absumpserat,
vni exceptis ædibus, quæ incendio conflagrarunt:
Proteruiam, inquit, fecit: propterea quod ea quæ co-
missem non potuerit, quasi combussisset. Auctor Macro-
bii libro Saturnalium secundo. Ad hoc facit quod
apud Athenæum libro octauo, Theocritus Chius Dio-
cliti Gurgiti, qui deuorato pisce calido, dixit se calum
exulsiſſe: Vnum, inquit, illud tibi superest, vt mare
ebbas, atque ita tres res omnium maximas confeci-
ris, terram, mare, calum. At quoties sumptus supe-
rat quæstum, nec morbus decedit iam in naturam ver-
sus, quid superest, nisi vt ad malas artes vertant sese,
quo luxui semper gliscenti suppeditet pecunia? Si le-
gum seueritas coherceret talium iuuenum intemperā-
tiam, non essent tam multi quibus supplicia vel inflige-
re cogentur, vel condonare. Per alcem enim, char-
tas, scorta, computationes, & otium venit ad es
alienum, mox ad rapinas & sycophantas. Curritur
in militiam, redeunt cum præda non ab hostibus parta.
His rudimentis exercitati, nullum horrent facinus.
Apud veteres erant leges sumptuariæ, atque adeo Co-
rinthi, quæ ciuitas erat ceteris corruptior, tamen lex
erat opposita, sumptuosius quam pro rei familiaris
modo viuientibus. Eam apud Athenæum libro sexto
Diphilus refert hisce versibus:

Τὸ πρῶτον νόμιμον ἐστὶ βέλτισ' ἐλέγξ.
Κερυβείας, ἐν ἀντιπ' ὁ νόμος ἔσται

Λαμπρὸς οὐδ' ὀρεῖται, τὸ δὲ πρῶτον ἀνταρτίων πῶτος

Ζῆλος τὴν πόλιν, καὶ μὴ δόξα ἔχῃ

Ἡ δὲ πρόσταξις αἰσὶν τὸν ἀλλότῳ

Εἰς ἀπολαύσιν τὸ πρῶτον ἔσται

Εἰς δ' ὅτι τὸ πρῶτον ἔσται δαπανῶν τὸ πρῶτον

Ἀπείπον αὐτὸν τὸ πρῶτον μὴ ποιεῖν ἐστὶ

Ὅς δ' ἂν δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Εἰς δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Τὸ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ὅς δ' ἂν δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Τὸ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Ἡ δὲ μὴ δὴ μὴ πείθῃτ' ἐπὶ βέλτερον ζήμια

Hic funis nihil attraxit.

Αὐτὸν μὲν μὲν ἔστιν ἡ ἀσπίς, id est, Funis quidem iste pi-
scium attraxit nihil. Senarius prouerbialis, quo signi-
ficabant operam frustra sumptam, neque ex sententia
euenisse, quod quis conabatur. Translatum ab hama-
to funiculo piscantibus; qui sepe hamum retrahunt in-
nem. Natum uidetur ex fabula Aristophanis, cui titu-
lus, ἐπιστοφῶν, ubi legitur hic Senarius. Ad ada-
gium adlusit idem in Vespis: Αἴψα ἐκ τῶν κλέων, id est,
Atqui non attraxit. De eo qui tetenderat patri lu-
quem, ne quo exiret.

Semper tibi pendeat hamus.

AD SIMILI metaphora dixit Ouidius in Amoribus,
Cassus ubiq. valet, semper tibi pendeat hamus,
Quo minime credis gurgite piscis erit.
Semper experienda fortuna, & omnis tentanda occa-
sio, Simile illi, Omnem mouere lapidem.

Diues aut iniquus est, aut iniqui hæres.

DI V S Hieronymus ad Hedibiam scribit in hunc mo-
dum: Vnde & illa vulgata sententia nobis videtur esse
verissima: Diues aut iniquus, aut iniqui hæres. Quod
si verum est illud Hesiodum, non omnino temere esse,
quidquid vulgo dicunt mortales, prouerbum hoc haud
obscure expendendum est, is, qui suis opibus stul-
te se iactant. Neq. enim fere parantur ingentes opes
sine fraude. Et aut ipse possessor eas per suis nefasq.
concessit, aut certe successit ei, qui has ea parauit uia.
Plato libro de Legibus v. ὅτι πλοῦτος ἄνθρωπος οὐκ
ἐστὶν οἱ παμπότιστοι ἀνθρώποι, id est, Ita verum est,
quod vulgo dicimus, admodum diuites non esse bonos.
Circumfertur apud Græcos & hic versiculus ex Me-
nandri comædiis:

Οὐδὲν ἐστὶν πλοῦτος ταχέως δίκαιος ἄνθρωπος, id est,

Nunquam uir æquus, diues euasit cito.

Huc respexit ille, qui Silla iactanti sese, dixisse legitur:
Quomodo vir bonus esse potes, qui tantas possideas
opes, cum a patre nihil tibi sit relictum? Refert Plu-
tarchus in illius vita.

Herculanus nodus.

Ἡρῆ κλέων ἄρμα, id est, Hercules nodus, pro vinculo ar-
tificio atque indissolubili legitur apud eruditos. Sene-
ca ad Lucillum: Vnus tibi nodus, sed Hercules re-
stat. Sic enim vocat syllogismum, qui uix dissolui pos-
set. Quod in eos quadrabit, qui sunt artificissima neces-
situdine copulati. Idq. vnde sit natus, Plutarchus
propemodum indicat in Alexandri vita. Scribit enim
Alexandrum Magnum, subactis oppido Gordio, Mi-
dæ regia, visere uoluisse plaustrum illud celebre, mi-
rando artificio ex cornu libro connexum. De quo talis
fama apud barbaros increbuerat, vt quisquis eius no-
dos explicuisset, ei totius orbis imperium portendi sa-
tis. Alexander ense diffecit. Aristobulus scribit
eum facillime dissoluisse; nempe adempto clauo, quo te-
moni iugum annectitur. Adlusit huc Auson. scribens
Paulino suo, Na tu Alexandri Macedonis peruicaciā
supergressus es, qui fatalis iugi lora cum soluere non
posset, abscedit, & Pythiæ specu quod nefas erat pate-
re, penetravit. Rursus ad eundem in carmine,

Ocyus

Ocyus illa iugi fatalis solvere lora
 Pellæum potuisse ducem reor, abdita opertis
 Principiis, & utroq. caput celantia nodo.

Nodum autem eum, quem ostendit Hercules, religio-
 sum ac sacrum apud priscos fuisse, satis liquet, ex iis
 Plinij verbis, quæ sunt in historia mundi, libro 28. ca.
 6. Ac vulnera nodo Herculis præligare, mirum quæ-
 zium ocyor medicina est. Atque etiam quotidiani cin-
 ctus tali nodo, vim quandam utilem habere dicuntur.
 Festus Pompeius ostendit antiquitus fuisse morem, ut
 noua nupta laneo cingulo præingeretur, vinclo nodo
 Herculis: quem uir omnis gratia soluebat in lecto, ut
 & ipse felix esset in liberis suscipiendis: nam Hercu-
 les septuaginta liberos reliquit. Athenæus libro 11.
 tradit Heracleotas Bæotæ gentem hoc insigni a cete-
 ris distingui, uti ἐπεὶ ἐπὶ τῶν αὐτῶν ὁ λάρυμνος κη-
 κλωδες δεσµός, id est, quod super aures gestent vincula,
 quod Herculanum dicitur. In consimilem sensum
 Marcus Tullius usurpauit, Trabali clauo, actione in
 Verrem 7. Et ut hoc beneficium, quemadmodum dici-
 tur, trabali clauo figeret, cum consilio causam Mam-
 rinorum cognoscit. Meminit & Horatius clauorum
 Trabaliū.

Fuere quondam strenui Milesij.

Πάλα πὸτ' ἦσαν ἄλκιμοι μιλῆσιοι.

id est,

Fuere quondam strenui Milesij.

Hoc senario notabant eos, qui a pristina fortuna deflu-
 xissent, aut a maiorum moribus degenerassent. Breui-
 ter in omnes quadrabit, qui desierunt esse quod erant,
 facti deteriores. In senem, in pauperem factum e diui-
 te: in priuatum, qui quandoq. regnarit: in obscurum
 qui aliquando floruerit. Origo prouerbij varie narra-
 tur a Græcis. Quidam aiunt Milesios olim belli gloria
 præter ceteros floruisse, adeo, ut quoscunq. bello la-
 cesserent, eos superarent. Troinde Polycrate Samio-
 rum tyrannus, bellum quoddam gesturus, cum in ani-
 mo haberet Milesios socios ad eam rem accersere, ora-
 culum super eo negotio consuluit. Deus respondit:
 Quondam fuere strenui Milesij. Alij diuersam adse-
 runt fabulam. Cum Cares bellum aduersus quosdam
 molirentur, statuisse q. eius gentis auxiliis uti, qua-
 tum esset inter finitimos pollentissima; quidam Mile-
 sios accersendos censuerunt, alij cum Persis res com-
 ponendas. Itaque consultus hac de re Apollo, respon-
 dit modo dictum senarium. Dissipato per omnē Asiam
 oraculo, Milesij propemodum omnes in prælio cum
 Persis collocato, cæsi sunt. Itaque oraculum cum risu
 in prouerbiū abiit. Rursum alij scribunt: Cares cum
 Dario belligerantes, iuxta vetus quoddam oraculū,
 quo monebantur, ut fortissimos auxilio aduocarent,
 in Branchidas fuisse profectos: atque eius loci deum
 consuluisse, num Milesiorum auxiliis oporteret uti,
 atque eum respondisse: Quondam fortes fuisse Mile-
 sios: significantem videlicet, eos iam imbelles esse, &
 deliciis effæminatos. Verum hoc commentum ex ipsa
 temporis ratione coarguit Zenodotus. Siquidem hunc
 senarium legimus apud Anacreontē, qui floruit ætate
 Cyri Persarum regis, a quo Darius fuerit tertius. An-
 gelus itaq. Politianus maluit ad Milesiorum mores in
 molliciem verfos referre: quemadmodum facit &
 Athenæus lib. Dipnos. 12. Usurpat hoc adagiū semel

atque iterum Aristophanes in Pluto:

Καὶ πρὸς ἐπὶ τοῖς ἡπείροις ἀποπέμπων, ὅτι
 Πάλα πὸτ' ἦσαν ἄλκιμοι μιλῆσιοι.

id est,

Ac præter hæc renuncianit hoc quoque,

Fuisse quondam strenui Milesios.

Dicitur autem sub persona adolescentis, qui reuocatus
 ab ann. quam pauper aliquando diuitem molumentis
 gratia coluerat, tunc diues effectus, eandem exhaustā
 fastidit. Adhuc eodem in Vespis, iocans in senes,

Ὡς πάλαι πὸτ' ὄντες ἡμῖς ἄλκιμοι μὴ ἐχέροις,

Ἀλκιμοὶ δ' ἐμὰ μάχασιν,

Καὶ κατ' αὐτὸ δὴ τὸ πρὸς μόνον, αἰδρεῖς μαχίμωτατοι,

Πρὶν πὸτ' ἢν πρὶν ταῦτα, ὦν

Δ' οἵχεται καὶ, κύκλῳ πολλοῖς τοῖς δὴ.

id est,

O qui quondam fortes fuistis in choreis, fortes in pu-
 gnis: & secundum hoc deniq. tantum viri pugnacissi-
 mi: prius olim fuerunt, prius ista: nunc uero perierūt,
 cygno magis cani iam. Aristophanes in Ranis notat
 μιλῆσις ἐρόματα, id est, stragulis Milesias, ut deli-
 cias effæminatorum. Usurpatur & a Synesio in epi-
 stula quadam ad Philosophon mulierem, significans se
 se a pristina felicitate reductum ad calamitatem.

Fuimus Troes.

Ἡμεῖς τρῶες, id est, Fuimus Troes. Hic loquendi color in
 Græcicis tragædiis adeo passim obuius est, ut tan-
 quam in adagium abierit, ubi peruisse quempiam signi-
 ficant. Euripides in Hecuba: Καὶ γὰρ ἦν παρ' ἐμῶν, id est,
 Et quondam ego fui. Sophocles in Electra:

Ἀλλ' ὁλόμην δ' ὅστις εἶδεν ἐμὴν ἱετήν.

Miserandæ perij, nulla sum posthac ego.

Id imitatus Vergilius secundo Aeneidos libro:

-Fuimus Troes, fuit Ilium & ingens

Gloria Teucrorum.

Rursum alibi:

Et campos ubi Troia fuit, extinctam significans.

Eandem sententiam diuersa metaphora extulit Ouid.
 lib. De tristibus.

Nos quoq. floruius, sed flos fuit ille caducus.

Flammaq. de stipula nostra, breuisq. fuit.

Ad eandem figuram pertinet & illud ex Terentiana
 fabula, cui titulus, ἰαυτὸν τιμωρούμενος. Immo habui
 Chreme, tanquam periisse significans. Item illud ex
 Rudentibus Plauti: Miserum isthuc verbum, & pessi-
 mum est habuisse. Præterea nobilis illa uox M. Tullij
 de coniuratis supplicio affectis: Vixerunt, cum occi-
 sos significaret. Hanc sermonis figuram ex antiquissi-
 ma illa Lacedæmonij chori cantilena putant increbuisse.
 Eius chori mentionem facit Plutarchus in libello,
 cui titulus: Quo pacto laudare se quispiam citra inui-
 diam possit. Meminit & Diogenianus in Græcorum
 adagiorum collectaneis. Constat autem is chorus
 triplici serie atque orbe, senum, puerorum, iuuenum.
 Senum hæc erat cantio,

Ἀμεις ἀὐτ' ἡμεῖς ἄλκιμοι νεώτεροι.

id est,

Nos fuimus olim strenui iuuenuli.

Deinde puerorum hæc erat:

Ἀμεις δ' ἔσόμεθα ποτὶ κατέροντες,

id est,

Præstantiores nos futuri olim sumus.

Postremo iuuenum hæc erat:

Ἀμεις δ' ἔσμεν, αἱ δὲ λῆξ αὐτῶν δεῖ.

id est,

At nos sumus, uel experire, si velis.

Hunc chorū, quem τριχόριον vocant, instituit apud
 Lacedæmonios.

Lacedæmonios Tyrtaus iuxta triplex ætatum discrimen. Nam pueritia ingressus est vite, virilis ætas progressus, senectû exiuns.

Pyrausta interitus.

PYRAUSTAE *μυρσάει*, id est, *Pyraustae interitus*. In eos dicebatur, qui sibiipfis exitium accersunt. Ait enim Zenodotus, *Pyraustam infectum esse*, quod lucernis aduolet, atque ita exustis alis concidat, percatq. Citat autem hunc ex *Aeschylō senarium*:

Δίδωκα μωρὸν κάρτε πνεύμα μωρὸν. *id est,*

Magnopere stultum metuo pyrausta exitium.
Tradit eadem de Pyrausta Aelianus De natura ani-
mantium libro 12. citans eundem ex Aeschylo locū.
Meminit de Pyrausta & Plinius lib. 11. cap. 36. Gi-
gnit, inquit, aliqua & contrarium natura elemen-
tum, siquidem in Cypri erariis fornacibus ex medio
igni maioris muscæ magnitudine, uolat pennatam qua
drupes, appellatur Pyralis, a quibusdam Pyrausta,
aut, ut nonnulli codices habent, pyrotus. Quamdiu
est in igne, vivit: cum euasit longiore paullo uolatu,
tunc moritur. Cuiusmodi ferme tradidit Aristoteles
tertio libro De animalibus e niue uetustiore vermem
nasci, qui niue exemptus non uiuat. Eum nos uidi-
mus in Alpibus. Quod si placet ad hoc referre ada-
gium, conueniet & in eos, qui exoptati sunt, id est,
qui celestium intereant. Nec inuenisse desisteretur
in eos, qui nusquam uiuere possunt, nisi in propria pa-
tria: si contingat agere peregris, rebus omnibus offen-
duntur.

Post festum venisti.

Κατὸ πινυ ἰσθρ' ἤκει, id est, Post festum venisti. Refertur a Diogeniano. Dicitur in eos qui negotio cupiam egregio non interfuerunt: propterea quod serius, iam perpetrata, accesserint. Socrates in Gorgia Platonis: ἔκ' ἐν τῷ ληρμένῳ κατὸ πινυ ἰσθρ' ἤκει, καὶ ὅς ἐδωκε, id est, Nunc, inquit, post festum, quemadmodum dicitur coeuenit, venimus ac serius? Legitur et hoc pacto: ἀπὸ πάντων κατὸ πινυ, id est, Post Panathenaea Item πυθίαν ὅς ἐδωκεν ἤκει, id est, Post Pythia venisti.

Merx vltronea pūtet.

MERCES vltro nea putem, id est, ingrata sunt, quæ vltro non petentibus offeruntur. Translatum videtur a negotiatoribus, qui merces a uenditore vltro oblatas, suspectas habere solent, quasi studeant eas extrudere. Adagium refertur a diuo Hieronymo in questionibus Hebræicis: Tritum, inquit, prouerbium est, vltro neas putere merces, Unde & nos de industria dicenda recitemus, ut audius velis audire, quæ tacita sunt. Vsurpat idem in epistula ad Demetriadem virginem. Ab hac sententia non abindit illud Ovidianum:

Quod venit ex facili, facile segnesq. tenemus.

Quod spe, quodq. metu torset, habere iuvat.

Quin vulgo etiam num in ore est, vltro delatum obsequium plerunque ingratum esse. Cui tamen refragatur Minus ille non insulsus.

Bis est gratum, quod opus est, ultro si offeras.

Illon's pedibus ingredi.

Αὐτοῖς περὶ ἀναβαίνειν, id est, Illotis pedibus ingredi. Est

confidenter atque imperite rem egregiam aggredi, tā-
quam profanè & irreuerenter. Translatum a sacro-
rum ceremoniis, in quibus omnia pura loq. iubeban-
tur exhiberi. Lucianus in Demonastis uita: Οὐ μὲν
ἀνιπτοῖς γε πρὸς τὸ τοῦ λόγου, πρὸς τοὺς ἱεροῦς, i. Haud
quaquam illotis, ut aiunt, pedibus ad ista venerat.
hoc est, neuiquam inexcercitatus, neque rudis. Idem
in Rhetorum preceptore notat eos, qui ἀνιπτοῖς πρὸς
id est, nullis bonis disciplinis instructi, ad rhetoricum
munus accedunt. Aeneas Sophista in epistula quadā:
Οἱ μὲν παλαιὸν δὴ λεγόμενοι ἀνιπτοῖς πρὸς ἐπιπρόδοι
τοῖς ἱεροῖς, id est, Pleriq. quidem illotis, quod aiunt, pedi-
bus irrumpunt ad sacra. A. Gellius in Noctibus, Illotis
quod aiunt, pedibus & verbis, reprehendit. doctissimi
hominiis orationem. Macrobius Saturnal. lib. 1. Illotis
pedibus prateriunt. De litteratoribus loquitur, qui
reconditam illā in Vergiliano poemate doctrinam, ne-
gligunt. Pliniusmodi Galenus libro De virtute simpli-
cium remedium 7. ἀμύητα vocat καὶ βεβήλες. καὶ
οὐδὲν, inquit, ἵστα ἐκωπασέν, ἵτη, καὶ μυστηρίαν, φιβάζε ἱ-
τολμῶσαι ἵναι ἱ. ἀμύητων ἀνὰ, ἵνα σκοπεῖται, οὐδ' ἐκινῶσαι
ἐρεχταὶ οἱ γὰρ ἵστα πρὸς τοῖς βεβήλοις, οὐδ' ἐχωρῶντες τοῖς
μὴ πρὸς τὰ πρόβατα γυμνασμεῖσθαι, id est, Ac fortas-
sis haud quaquam mirum est, si et uisiliorum libros
quidam sacris non iniuncti sunt ausi legere. At eos li-
bros nec illi qui scripserunt prophetis, nec ego hac
scribo iis, qui nondum in primis rudimentis sunt exer-
citati. In genere sermonem omnem parum uerecun-
dum, nimisq. procacem ac petulantem, illorum pro-
aerbio vocant.

Illicitis manibus.

Ανίστασθαι, id est, illorum manibus. A Diogeniano re-
fertur, pro eo quod est, irreverenter atque imparate:
Translatum item a sacrorum puritate. Hesiodus in ope-
ris & diebus vetat, ne quis mane Ionia liber vinum
χρησάμενος, id est, manibus illorum.

Μηδὲ ποτ' ἐξ' ἡδύος θύῃ λείβῃν ὠδῶν τε δίναν

Χριστὸν ἀνέπισιν μὲν ἁ Μακ ἀνέχεται· ἰδ εἶ.

Ne vnquam mane foui vinum libaveris ardens

Illotis manibus, neque diuini præterea ulli.

Ac ne vel anirem quissiam ingrediaturs; aut fontem
 χαρῶς ἀντιπῶς, idem vetat, id est, manibus illotis. Vnde
 ἡερῖος apud Homerum crebra mentio. Ea vox, perin-
 de sonat, quasi dicat manuum lotionem, a qua rem di-
 uinam antiquitus auspicabantur, atque etiam coniun-
 utpote rem sacram. Gregorius cognomento theolo-
 gus in apologia De fuga sua in Pontum, coniungit v-
 trumq; ἀντιπῶς χαρῶς ὁ δὲ λέγεται; καὶ ὁ μὲν τοῖς πο-
 τῶς ἀποπῶς τοῖς αὐτοῦς, ἢ ἴσα γὰρ, id est, illotis, vt di-
 ci solet, manibus, ac prophanis pedibus, semet rebus sa-
 cratissimis ingerunt. Cuius lib. pandect. 1. Titulo de
 Origene iuris: Si in foro, inquit, causas. dicentibus ne-
 fas, vt ita dixerim, videtur esse, nulla prefatione facta
 iudici rem exponere, quanto magis interpretationem
 promittentibus inconueniens erit, omiſſis initiis, atque
 origine non repetita, atque illotis, vt ita dixerim, ma-
 nibus, protinus materiam interpretationis trahere?
 Vtrumq; prouerbium recte vsurpatur in eos, qui
 vel audacius, vel parum instructi rebus his, quibus
 oportuit, negotium inuadunt: veluti si quis principis

in ius capebat, nulla neque virtute, neque sapientia, neque rerum usu praeclatus.

Aquilæ senectæ.

Αἰτὺ γῆρας, id est, Aquilæ senectæ. In senes dicebatur bibaces magis quam edaces. Nam Plinius lib. 10. cap. 3. refert, aquilas neque senio, neque ægritudine oppetere, sed fame: in tantum superiore accrescente rostro, ut aperiri non queat. Eoq. aquilam tantum in senectæ bibere, aut de præda sanguinem sugere, cum nullæ fere aves ad iuncis unguibus utantur potu, præter immunculum, & miluum: quanquam hi quoque perquam raro bibant. Auctor Aristoteles libro De natura animalium octavo. Sed idem libro nono narrans de aquilæ rostro eadem ferme quæ Plinius: addit huic rei datam fabulam, quæ significat hoc ideo accidere aquilæ, quod olim, cum homo esset, hospiti fecit iniuriam. Terentius in Heautontimorumenos: Visa vero est, quod dici solet, Aquilæ senectus. Verba sunt Syri adulæ hero, quod pridie strenue bibisset in conuiuio. Est autem veluti peculiaris senibus bibacitas. Sive quod natura frigida ætatis, vini calore pensare desiderat: sive quod vini hilaritas minuit senectutis molestiam. Vnde Plato quoque cum iuuenibus in totum interdixit usum vini, viris moderatum permiserit, senibus largiores copulationes concedit. Tum cur senectus si uinosior, causam reddit etiam Alexander Aphrodisiensis in problemate quarto ab ultimo, quod ætas ingrauescens minuit calorem, vinum autem humectet simul & calefaciat. Vnde & vulgo lac senis dicitur. Fertur & præci Catonis sepe mero caluisse virtutem, ut inquit Flaccus.

Aquilæ senectæ, Corydi iuuenta.

Αἰτὺ γῆρας, νεότης, id est, Aquilæ senectæ, Corydi iuuenta. De uirida uiridiq. senectæ, quæ præstantior sit aliquorum iuuenta. Nam anus aquila præstat Corydo auicula, etiam ætate integra. Citra allegoriam exulit Euripides in Andromache:

Πολλὸν νέων ἔσθ' ἐκ νεῶν ἐνυψυχὲς
Κρείσσων.

id est,

Multis enim iuuenibus, antestat senex:
Cui mens adest generosa.

Camelus vel scabiosa complurium asinorum gestat onera.

Κάμηλος ἢ ψωρίδης, πολλὸν ὀνύχ' ἐκτίβειται φρενί, id est, Camelus etiam scabiosa, complurium asinorum tollit onera. De iis, qui usque adeo præcellunt quosdam, ut etiam senes, aut alioquin egroti, præstantiores tamen sint illis integris. Aut de his, qui rebus parum prosperis, tamen plus valent ob pristina fortuna reliquias, quam alij rebus integris. Vfus est Synesius.

Palinodiam canere.

Ἐπὶ παλιν, id est, Palinodiam canere, est diuersum ab his, quæ prius dixeris, dicere, atq. in contrarium vertere sententiam. Translatum est a Sthesichori Lyrici poetæ sæculo: cuius meminit Plato in Phædro. Is cum Helenam carmine uituperasset, oculis orbatus est. Intelligens autem Achille, sicut scribit Pausanias in Laconicis, Helenæ iussu nunciare, cecitatis suæ causam, protinus palinodiam cecinit: Helenamq. prius vituperatam laudauit, itaq. visum recepit. Hinc Socrates

iocatur sese velle imitari, & amoris vituperati prius canere palinodiam, quam orbetur oculis. Sonat autem Græce παλινῳδία, quasi dicat recitationem. Quo quidem verbo Flaccus usus est in Odys, promittens palinodiam amicæ quam contumelioso carmine promocarat:

-Dum mihi

Fias recantatis amica

Opprobrijs, animamq. reddas.

M. Tull. ad Atticum: Exspecta palinodiam diuinam. Vsurpauit hoc adagium nominatim prouerbij vite Iodænes Chrysostomus. Item Plato in epistola ad Dionysium tertia.

Vertere vela. Funem reducere.

Ἐκτρέβει vela, est in diuersum mutare sententiam, vitæq. institutum. Horatius in Odys:

-Nunc retrorsum

Vela dare, atque iterare cursus

Cogor relictos.

Translata metaphora a nauigantibus, qui cursus errorem versis velis corrigunt. Hanc Persius in quinta Satyra. nonnihil nouans: Funem reducere dixit, pro eo quod est, institutum mutare in diuersum:

-Quæ dederam supra, repeto, funemq. reduco.

Venia primum experienti.

Συγχωρῶν πρῶτον τὸ πῆμα, id est, Venia primum experienti. Refertur a Diogeniano. Ignoscendum his, qui rudet homo quopiam in negotio incipit versari, si quid per imperitiam peccarint. Chrysostomus sententiam ex tulit in homilia quadam καὶ ὡς εἰς ἀρχὴν περὶ τῆς συγχωροῦσας ἀπαντὶς διὰ τὴν ἀπειρίαν, id est, & ei qui lapsus est in initio, veniam damus omnes, ob imperitiam. Fertur & hoc, Συγχωρῶν τὸ πρῶτον ἀμαρτανῶν, id est, Venia primum delinquenti. Pindarus in Hymnis, τὰς θύλας ἀμαρτανῶν φερεῖν dixit, quod iteratim facinus, non oporteat impunitum esse. Alibi retulimus ad πρῶτον ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων. Celsus libro pandectarum. Tit. de legibus & senat. Nam ad ea potius debet aptari, quæ & frequenter fiunt & facile, quam ad ea quæ per raro eueniunt: quia quæ semel aut bis, & ait Theophrastus, accidunt, contemnit leges. Theophrasti Græca sic habent: τὰ ὅσα ἀπὸ τῆς δις παρὰ τὴν ἑσὶ νόμος ἐστὶν.

Euripus homo.

Εὐρίππος ὁ ἄνθρωπος, id est, Euripus homo. In inconstantes, ac moribus inequalibus homines dicitur. Quadrabit & in fortuna vices: quæ res mortalium, velut æstu quodam sursum ac deorsum iactat: ut recte dixerit Plautus in Captiui duo: Dūnos, quasi pilas homines habent. A maris Euripi prodigiosa quadam reciprocani celeritate ducta metaphora. Est autem Euripus, maris pars inter Aulidem Bæotia portum, & Eubæam insulam: cuius meminit Strabo lib. 9. Pli. lib. 2. Et quorundam tamen, inquit, priuata natura est, velut Taurominitani Euripi sapius, & in Eubæa septies die ac nocte reciprocantis, tam rapida conuersione, ut quemadmodum auctor est Pomponius Mela, ventos ac etiam plena ventis nauigia secum portet. Neq. diu huius tam stupendæ rei causa satis idonea peruestigata est a scriptoribus. Etiam si T. Livius, secundi belli Punici

nam hoc verbo vititur: et quā Aristoteles vocat βελμιας, Theodorus vertit famem caninam. Mos erat olim apud Græcos, fāmen virgis ex adibus eicere, dicentes, ἐξω βελμιας, ἔσω πλὴν καὶ ὀχλίας, id est, Foras fāmen, intro diuitias & sanitatem.

Famis campus.

Αἰμὲ πεδῖον, id est, Famis campus. In ciuitates dicitur, ingenti fame pressis. Est autem locus quispiam hoc nomine. Addunt, cum aliquando illic summa fame laboraretur, apud Athenienses oraculum admonuisse, ut famem, loco designato, certis piaculis placarent: illi designarunt campum, qui est post ararium. Atque hinc eum locum, famis campum appellant.

Elephantum ex musca facis.

Ελεφαντα ἐκ μύας ποιεῖς, id est, Elephantum ex musca facis, id est, res exiguis uerbis attollis atq. amplificas. Lucianus in Muscæ encomio: ἡ μὲν δ' ἐστὶ ἐχονὴν αἰνῶν, κατὰ πᾶσι τοῖς λόγοις, μὴ καὶ δὲ οὐκ ἀπὸ τῶν παρρησιαστικῶν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐκ μύας ποιῶν, id est, Multa adhuc cōmemorare possem, sed finē dicēdi faciā, ne videar et ipse iuxta triū prouerbii ex musca elephantū facere. Sūptū videri potest ex Homero, qui inter prælia deorum & heroum, muscā improbitatem describit, cum hac inuictū & acrem bellatorem conferens Menelaū Iliad. Quin & D. Augustinus libro contra Manichæos de duabus animabus, non dubitat muscā conferre ac præferre soli, velut animal inanimi.

Elephantus non capit murem.

Ελεφας μὴ δύναται ἀλίσκει, id est, Elephantus non capit murem. Generosus & excelsus animus negligit prædæ viles, ac lucella minuta. Vir egregie doctus non infestatur minutulos istos litteratorū simios. Homo præpotens non offenditur iniuriolis tenuium.

Aquila thripas aspiciens.

Αἰτὴς ἐρίπας ἑρῶν, id est, Aquila thripas aspiciens. De magnis, qui pusilla negligunt. Est ἑρίπαι auicula quæpiā minutissima, quam aquila cum videat, ut est oculatissima, haud tamen dignatur persequi, ut pote prædā in quibus suis parum dignam. Ad hunc quidem modum inuenitur in commentariis Græcorum, uerum haud scimus an mendose: nam thripas vermiculi genus est.

De pilo pendet. De filo pendet.

Εκ τριχὸς κρεμάτω, id est, De pilo pendet. De re vehementer periculosa. Videtur natum ab historia illa Dionysij tyranni, propter gladium de pilo in caput impendētem. Ad quod adlusit Persius Satyra tertia:

Et magis auratis pendens laquearibus ensis

Turpureas subter ceruices terruit.

Citatur hic versiculus apud Macrobiū lib. Saturnaliū 1. ex Ennianorum annaliū lib. 3.

Hac noctu filo pendebit Etruria tota.

Id est, versabitur in summo discrimine. Hoc dicto non est aliud hodie vulgo tritius. Synesius in epistula quadam ἀπὸ λιπιδὸς φασὶ μίτην τὸ ζῆν ἑρτῶσθαι, id est, Aiunt vitam de tenui pendere filo. Eodem pertinet dictum illud Laconicum, cuius meminit Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis. Nam cum quispiam Lampen Acginitan efferret, tanquam longe ditissimum,

propterea quod multa possideret nauigia, Lacon quidam, ἐπεὶ πολλὰ καὶ τὰ ἐνδομυρῶν ἐκ χειρὸς ἑρτῶσθαι, id est, Nihil, inquit, minoror felicitatem de funiculis pendentem. Nimirum innuens, nauticas opes incertas esse, ac fortuna ludibriis obnoxias.

Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.

Es. τ. versus prouerbialis apud Horatium in Epistulis, dicendus in eos, qui ad insaniam usque impudentes, non verentur & confessi negare, & in manifesto falsa pro certis affirmare: deniq. quidvis dicere, ne vili in disputando videantur. Quatenus Plato inducit sophistam Euthydenum, qui canem aiebat suum patrem esse, & eundem patrem omnium, & omnes omnia scire, atque id genus portenta pertinaciter, ne coargueretur, asseuerabat. Carmen Horatianum est huiusmodi,

Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.

Nimirum inter sanos conuenit, & nucem corticē habere durum, & baccam oleæ, lapillum intus durum. Proinde ludat operam, quisquis cum id genus hominibus disceptat, qui dicunt lucem tenebras, & tenebras lucem. Simile est quod adfert Galen. De virtute simplicium remediorum lib. 2. quosdam Anaxagoram aut Eforem citasse, qui pronunciaisset niuem non esse albā. Verba Galeni sic habent. καὶ τινες ἐξ αὐτῶν καὶ Ἀναξαγόραν ἐπὶ πικρὰν τὰ μακρὰ τὴν πόλιν ἀποφάντασθαι ὅτι οὐκ εἴη λευκὴ. Atque istorum nonnulli, etiam Anaxagoram testem adducunt, qui de niue pronunciarit, quod non sit alba.

Iupiter orbis.

Ζεὺς ὅρανος, id est, Iuppiter orbis. Vbi quis palam falsa asseuerat. Constat enim Ioni quam plurimos esse liberos, utpote deo lege mulierisissimo salacissimoque: qui non una tantum corporis parte gignat, sed e seniore Bacchum, e cerebro Palladem produxerit.

In mari aquam quæris.

Εν θαλάσσῃ ζητεῖς ὕδωρ, id est, In mari quæris aquam. Ibi quæris, perinde quasi difficile inuentu, ubi nihil aliud occurrat: veluti si quis in tioribus scelestissimi hominis unum aut alterum admissum resliger, cum tota uita sit contaminata: aut si quis in scriptoribus indoctis pauca capteret quæ reprehendat, cum nil illi occurrat non reprehendendū. Martialis, si meminimus: per mare, inquit, quæris aquam. Item Propertius Elegiarum libro primo:

-Nunc tu

Insanus medio flumine quæris aquam.

Fluuius cum mari certas.

Ροταμὸς ἐκλάπῃ ἐρίχης, id est, Fluuius cum mari certas, ubi minimi cum maximis certamen suscipiunt. Est autem locus quispiam, ut auctor est Suidas in Leontide, cui nomen πεταμοί, id est, fluuij. Huius incolæ ποταμοί, quasi fluuiales dicuntur. Hi notati sunt, quod quamplurimos in suam ciuitatem adscriberent, quos ea non satis commode caperet. Atque hinc prouerbij iocus, quod cum fluuius esset, id est, locus non admodum amplius, mare videretur amulari, cum omnes undecunq. in sese reciperet.

Balbus

Balbus balbum rectius intelligit.

BALBUS balbum rectius intelligit, id est, Barbarus barbari orationem. Ita enim natura comparatum est, ut qui balbutit, hoc est, parum expedite loquitur, melius intelligat sermonem illius, qui & ipse consimili modo balbutiat, quam qui integre & articulate loquatur. Concinne dicitur in eos quibus indoctis indocta magis & nota sunt, & placent. D. Hieronymus hoc adagio cuiusdam stultitiam tangit. Et idcirco, inquit, se eruditum putat, quia Iovinianum solus intelligit. Est quippe proverbiū, Balbum melius balbi verba cognoscere. Hec ille. Porro Ioviniani stylum, ut portentuosum & vehementer obscurum, idem Hieronymus miris salibus deridet in præfatione librorum quibus illius coarguit errores.

Herbam dare.

HERBAM dare, pro eo quod est, victorem agnoscere, ac se victum fateri, passim obuium est apud doctos. Inde sumptum, quod ut est actor Festus Pompeius, id erat pastoralis vitæ indicium, propterea quod antiquitus cursu, ut alio quopiam certamine superati, herbam ex eodem statim loco decerpant, aduersario porrigebāt, victoris agnitæ symbolum. Plinius libro 22. cap. 4. loquens de corona obsidionali graminea: Dabatur, inquit, viridi e gramine, decepto inde, ubi obsessos seruasset aliquis. Namq. summum apud antiquos signum victoriæ erat, herbam porrigere victos, hoc est, terra & altrice humo, & humatione etiam cedere. Quem morem, inquit, etiam nunc durare apud Germanos scio. Idem lib. 8. cap. 5. de elephāte: Mirus namq. pudor est, victusq. nocem fugit victoris, terram ac verbenas porrigit. Festinus autem erit adagium, si ad litterariam victoriam transferatur.

Vt canis e Nilo.

Qui leuiter ac velut obiter artem quāpiam, aut auctore degustant, hi ceu canis e Nilo degustare dicuntur. Id adagii natū est ex apophthegmate quodam, cuius meminit Macrobius Saturnalium libro secundo. Id est huiusmodi: Post fugam Mutinensem, querentibus quid ageret Antonius, quidam familiaris eius respondit: Quod canis in Aegypto, bibit & fugit. Nam in illis regionibus constat canes rapti Crocodilorum exterritos, bibere & fugere. Solinus ait, eos non nisi currentes lambitare, ne deprehendantur.

Hastam abiicere.

HASTAM abiicere, dixit M. Tullius in oratione pro Murena, pro eo quod est, causæ diffidere & contentione relinquere: Translatū a militia. Desperat. n. quisquis arma in bello abiicit: et aut fugā spectat, aut mortē exspectat. Græci simplici uocabulo ἐκτάσσειν uocāt timidos & in bello fugitiuos, nimirū ab clipei iactu. Id cognominis Demosthenes in φιλίο quodā emendit: tā ignauus in bello, quam in concionibus inuictus, Cleonymus apud Aristophanem in Fucis, ἀποδιδόναι appellatur. Plato libro de legibus duodecimo declarat ἐκτάσσειν nomen multo probrosissimum esse.

Harena cedere.

CONFINI est his, Harena cedere, pro desistere a cer-

tamine, & victoriam ultro concedere. Translatum a pugna gladiatoria. Sic & Horatius, Iam Scythæ laxo meditantur arcu Cedere campis.

In harenam descendere.

IN harenam descendere, pro eo quod est, certamen iniire. A gladiatoria item harena translaturum, de qua Flaccus,

Ne populum extrema totiens exoret harena. Quæ si ad rem animi transferantur, metaphoram habebunt proverbialem. In exemplis referendis, quoniā passim obuia sunt, non arbitrati sumus, uel immorandum nobis, uel remorandum lectorem. Mecum harenam dixit Plinius in epistulis, pro mea functione. Ita enim scribit Fabato, Itaque Bético Prisco, quantum plurimum potuero præstabo, præsertim in harena mea, hoc est apud censumuiros.

Austrum perculi.

AUSTRUM perculi, id est, Operam lusi: est apud Plautū in Epidico. Aer enim verberantis ictum, cedēs eludit. Sumptum videri potest vel ab his, qui exercentur ad artem gladiatoriam, ense per aera ventilantes. Vel ab historia, cuius meminit Aulus Gellius de gente quadam, quæ cum hoc vento bellum gessit.

Ne umbram quidem eius nouit.

SIMILIMUM est huic illud, quod usurpat Marcus Tullius in epistula ad Atticum libro octauo, O hominem amentem & miserum, qui ne umbram quidem totius rei viderit. Plutarchus τὸν πάλαι φησὶν: Menandrum citat, qui beatum dixerit eum, qui vel σκιά φησιν, id est, amici umbram habeat. Et apud Athenæum, parasitus quissiam, panes rancidos & atros in conuiuium illatos, ἀπὸ σκιάς appellauit: quasi manes panium, non panes. Quanquam adagium magis videtur ductum ab antiqua pictura, quæ rem duntaxat umbris ruditer representabat. Et nota est specus Platonica, in qua qui desident, rerum umbris oblectantur.

Prima facie, Prima fronte notus.

SAPIUNT & hæc quoq. proverbium, maxime cum ad res incorporeas referuntur: Prima facie, prima fronte, pro eo quod est, primo obitu, & priusquam pressius ac diligentius cōsideres. Fallit enim plerumq. primus ille aspectus, neq. raro caligant oculi pudore quodam. Deinde iterum atq. iterum contemplati perspicimus quedam, quæ nos antea sefellerant, & primum illud oculorum iudicium quasi recantamus: Huius adagii frequens est usus apud scriptores Latinos, nominatim apud Quintilianum lib. 12. Papinianus lib. 12. tit. de Conditione sine causa, Cessare conditio prima facie videtur. Item lib. 16. tit. ad Senatuscon. Velleianum, Cum prima facie quidem alienam, re vera autem suā obligationem suscipiat, & alijs item aliquot locis. Celsus lib. 22. tit. de Probationibus, capite quingentesimo: Prima fronte æquius videtur, ut petitor probet quod intendit &c.

Intus & in cute notus.

INTVS & in cute notus, est modis omnibus cognitus.

R 3 perinde

perinde quasi dicas, foris atq. intus notus. Persius:
Ad populi phaleras, ego te intus & in cute novi.
Id est, aliis fucum facito, mihi plane notus es, neque
potes imposturam facere. Et summam cutem primam
illam rei quasi frontem, ac speciem vocamus. Auso-
nius in translatione in periocha Homeri: Hæc eius lbe

eo quod est leuiter attingere, quod modo ita demum
adagium videbitur, si metaphora accesserit. M. Tullius
in eo loco, quæ modo citauimus, Equidẽ multos & vidi
in hac ciuitate, & audiui, non modo qui primoribus la-
biis gustassent genus hoc vite & extremis, vt dicitur,
digitis attriissent sed qui totam adolescentiam unu

perinde quasi dicas, foris atq. intus notus. Persius:
Ad populi phaleras, ego te intus & in cute novi.
Id est, aliis fucum facito, mihi plane notus es, neque
potes imposturam facere. Et summam cutem primam

eo quod est leuiter attingere, quod modo ita demum
adagium videbitur, si metaphora accesserit. M. Tullius
in eo loco, quæ modo citauimus, Equidẽ multos & vidi
in hac ciuitate, & audiui, non modo qui primoribus la-

sam in hunc modum :

Ἡ δὲ μὲν ὅσῳ κλέρον ἰδοῦσά μιν, ἅλα τι πολλὰ
 Ἀρπαζόντων ἐχέοντο μὲν βασιλῶν βασιλῆας
 Δωροφάγους, οἳ τὴν δὲ δίκην ἐδίδοσαν δικασταί,
 Νῆπιοι, οὐδ' ἴσασιν, ὅσῳ πλεονέμωσαν πάντες,
 Οὐδ' ὅσον ἐμαλαχίῃ τι καὶ ἀσφαδάλῳ μίγ' ἔνθα.
 Quos versus utcumq. vertimus ad hunc modum :
 Iamq. patris nobis erat herciscunda facultas,
 At tu ultra sortem rapiebas plurima, reges
 Doniuoros tibi concilians, qui soluere litem hanc
 Affeclant, verum stulti nescire videntur
 Dimidium quam sit toto praestantius, & quam
 Magna sit utilitas malae, asphodeliq. virentis,

Quid autem sit asphodelus, videtur olim parum inter
 eruditos constituisse. Quandoquidē Gellius lib. 18. hanc
 questionem in studioforum conuiuio propositam fuisse
 praedicat tanquam de re paucis cognita. Theodorus
 alicubi vertit albucum. Quod autem ad huius adagij
 pertinet enarrationem, ex multis Luciani locis colligere
 licet, asphodelum herbam esse plebeiam ac vile :
 atq. hac victitare manes, apud quos nullus luxus, nulla
 sit ambitio. Quinetiā apud Theocritum Idyllio septimo,
 asphodelus inter rusticanas herbas commemoratur :

Κύνεα τ' ἀσφαδάλῳ τι πλυνγνὰ μῆν τι σιλίνῳ.

Proinde Poeta, region ac locupletum immoderatos
 luxus taxat, illorum fastibus, popularium mediocritatem
 anteponens. Plutarchus item in conuiuio septem
 sapientum, locum hunc Hesiodum putat ad frugalitatis
 admonitionem esse referendum. Suidas ex euen-
 tu natam paræmiam existimat, huiusmodi quandam
 adferens fabulam. Duo fratres erant, quorum alter
 moriens, fratri testamento mandauit, & filij quem pu-
 pillum relinquebat tutelam, & facultatum illius pro-
 curationem. At is cum esset eiusmodi, cuiusmodi
 vulgo sunt homines : nimirum ut plus apud eum vale-
 ret lucrum, quam pietas : pueri res occupare conatur,
 idq. dum molitur, etiam sua perdidit. Deinde postulā-
 ti, ut sui ratio haberetur, quo posset in locum melio-
 rem restituere, responsum est ad hunc modum :

Νῆπιος οὐκ ἐνέωσαν ὅσῳ πλεονέμωσαν πάντες. id est,
 Dimidium, quam sit toto praestantius, istud

Haud nouit stultus.

Suidas citat ex Marino quodam : μέντοι δὲ ἡ ἀρχὴ, & ἡ
 ἀρχὴ μόνον, οὐδὲ καὶ τῶν περὶ αὐτὴν, ἡ μὲν τοῦ πάντος,
 αὐτὸ δὲ ὅλον τὸ πᾶν, id est, Contigit autem nobis princi-
 patus, non principatus tantum, neque (iuxta prouer-
 bium) dimidium totius, sed ipsum totum vniuersum.
 Regum igitur est, dimidium totius, totum auferre, ty-
 rannicum. Itaque prouerbiū trifariam licebit vsur-
 pare : primum cum mediocritatem illam vere auream
 efferemus, citra quam nihil est in rebus humanis, nec
 honestum, nec iucundum, nec laudatum : mediocritatē
 autem opportunitate metimur, quemadmodum Hesio-
 dum imitatus ait Pindarus :

Ἐπεὶ τὰ δ' ἐπὶ κίχας μίτρον, νόησαι δὲ καὶ ὅς ἀριστος, i.
 Adest unicuique rei modus, ad eum cognoscendum opti-
 ma oportunitas. Etenim pro loco quod alias nimium
 est, alias erit parum. Idem in Nemeis hymno ultimo :

Κίχας δὲ χρὴ μίτρον λαβεῖν,

Ἀπὸ τοῦ δ' ἐλάττω ὀφείτω μανίαι. id est,

In lucris autem oportet modum sectari.

Nam immensarum rerum cupiditates vehementiores
 habent insanias. Alter utenditatio fuerit, cum aequa-
 litatem antefereamus, quam Pythagoras dixit amici-
 tia tum parentem, tum altricem : contra inaequalitatē,
 discordiarum bellorumq. matrem, id quod eleganter
 extulit Euripides in Phoenissis :

Κῆνος καὶ λίαν τίκων,
 Ἰσότης τιμῶν, ἢ φέμεν ἀτὶ φίλοις
 Φόβος τι πόλεσι, ξυμμάχους τι ξυμμάχοις
 Σωδὲν τὸ ὅσον, νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ.
 Τὸ πλεονὲ δ' αὐτὴ πόλεμιν καλέσεται
 Τούλασσαν, ἐχέρας δ' ἐμείρας κατὰ χεῖρας.
 Καὶ ὅς μιν ἐξ ἀνθρώπων καὶ μὲν σάβανον
 Ἰσότης ἵσταται, κατὰ μὲν δ' ἰούρις,
 Νεκρὸς τ' ἀφ' ἡμέρας φέρεται, ἢ λίαν τι φέρεται
 Ἰσον βαδίζον τὸν ἐπὶ αὐτῶν κύκλον,
 Κούδ' ἔστιν αὐτοῖν φέρον ἐχέειν νόμον,
 Εἰ δ' ἀλὸς μὲν, ὅς τι δαδὸς βροτοῖς. id est,

-Illud nate fuerit pulchrius,

Aequalitatem amplecti, amicos hanc enim

Cluimat amicis semper, vrbes vrbibus,

Sociosq. socijs nequit, etenim aequalitas

Cum legibus respondet atq. concinit.

At quod minus sit, cum hoc quod est plus, praelium

Vsq. habet, & hinc discordiarum exordia.

Siquidem modos cunctorum, & equilibria

Aequalitas mortalibus praescripsit, &

Præfinit numeros, & atrae noctis, ac

Lucis diurnae secuit hanc discrimina,

Vt annum equis vicibus exigant simul

Orbem, nec altera alteri unquam inuiderit

Superata, deinde noxq. solq. seruiunt

Mortalibus. & reliqua.

Tertia utendi ratio, si quando deterrebimus ab in-
 ferenda iniuria, suadebimusq. satius esse, iuxta Plato-
 nis sententiam iniuriam in se admittere, quam infer-
 re alteri. Nam id sibi velle prouerbium hoc, demon-
 strat Plutarchus in commentario De audiendis poe-
 tis. Huc pertinet quod de Dario refert Plutarchus.
 Cum enim Praefectos prouinciarum ad sese accer-
 sitos percontatus esset, num grauius essent tributa, atq.
 illi respondissent, esse mediocria, iussit de singulis dimi-
 dium pendere, iudicans esse satius dimidium accipere cū
 beneuolentia prouincialium, quā totum cum odio suo-
 rum. Nostra sententia nō semper aspernandum illud co-
 mici Syri consilium : Potiusquam venias in pericu-
 lum, serues ne an perdas totum, dimidium, siue ut
 legunt alij, diuiduum face.

Serpentis oculus.

Οφίως ὄμμα, id est, Serpentis oculus. De his dici consue-
 uit, qui acerbis et intentis intuerentur oculis. Ab ani-
 mante sumpta metaphora. Sunt enim huic animanti
 oculi duriores ac perspicaces. Vnde Flaccus :

Cur in amicorum vitij tam cernis acutum
 Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius?

Ne moueto lineam.

Μὴ κίη γραμμὴν, id est, Ne moue lineam. Pindaricorum
 hymnorum enarrator exponens eum locum Οὕτω δ'
 ἐδίδας λίβους ἀρμόζων κόρα νυμφίον ἀδρῆα, ποτὶ γραμμῇ
 μὴ αὐτῶν ἔστι, Loquitur autem de Antæo, qui iuueni-

R iiij bus

Uns desponsam filiam extrema statuerit linea, ut qui primus ad eam cursu peruenisset, is uxorem abduceret domum. Recenset huiusmodi prouerbium: Μὴ κίνη γερμῶν, id est, Ne moueris lineam. Idq. translatum existimat a more veterum, qui metam ducta linea signabant, in qua primum propositum erat, quod auferret victor. Ducebatur autem & altera linea pro carceribus, quemadmodum alibi diximus: unde cursus erat initium. Igitur utraq. linea prouerbij ministravit occasionem α' πό γε γερμῶν, id est, ab ipso initio, & β' κίνη γερμῶν, id est, Ne moueas metam. Significat autem non esse mutandas leges, neque prateriundos fines rerū præsriptos. Huc peculiariter pertinet Theocriticum illud α' βωκολιχάου:

Καὶ τ' α' πό γε γερμῶν κίνη λίσσιν. id est,

Atq. e lincola lapidem mouet.

Adludit ad flumen Galatæ, saxum aliquod ab extrema ripa secum auferens. Est & sacra linea in tessera-rum lusu: de qua dictum est alias.

Eandem tundere incudem.

EANDEM incudem assidue tundere, est indefatigabili assiduitate in operis alicuius studio perseuerare. Metaphora ducta a fabris, crebris ictibus incudem ferientibus: atque ita tandem aliquando ferri rigorem perpetuo labore vincentibus. Marcus Tullius libro De oratore secundo: Ego autem si quem nunc plane rudem institui ad dicendum velim, iis potius tradam assiduus, uno opere eandem incudem, die noctuq. tundentibus. Conveniet in grammaticis ac litteratores, quibus sine fine eadem sunt inculcanda pueris, ut hæcant aliquando.

Cicada vocalior.

Τίτλις α' φωνιτῆρ, id est, Cicada vocalior. Dicebatur in hominem impendio garrulum aut admodum musicum, propterea quod hoc insectum rore duntaxat viuens: canu potissimum delectatur. Et quosdam ita musicæ deditos, ut neglecto cibo perituri fuerint inedia, in cicadas a diis mutatos, narrat apud Platonem Socrates in Phædro. Et Theocritus in Daphnide:

-Τίτλις ἐπὶ τῷ φεγγεῖ α' δει. id est,

-Quippe canis melius quacunq. cicada.

Apud Diogenem Laertium refertur Timonis carmen in Platonis eloquentiam,

Τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατύς τε, α' α' α' γερμῶν
Ἡδὲ πῶς τίτλις ἰσχυρὰ φρεσὶ δὴ ἐκ δ' ἡμῶν
Δοιδίεα ἰδὲ ζυμοῖσι δ' παρὰ ληροῖσιν ἰῖσι. id est,

Cunctos anteibat latissimus ille, suauis

Orator, cuius non cedunt scripta cicadis,

Quæ super arboribus resident lucis in opacis,

Ac mittunt vocem modulato gutture amœnam.

Est autē adlusio, quam latinus interpres nō potest reddere, in πλατύς ad Platonem, & in ἐκ δ' ἡμῶν ad Ilium Academicum. Adlusum item ad carmen Homeri Iliados γ. de senibus, qui ἰ παρὰ ληροῖσιν ἰῖσι, i. Vocem floridam emittunt. Apud Athenæum libro sexto, parafitus quispiam seipsum depingens; λαλῶν, inquit, τίτλις, i. garrulitate cicada sum. Et apud eundem libro undecimo, Theopompus τίτλις κελεύει, id est, Cicada stridet, quod tamen illic videtur boni ominis causâ dici.

ΑΥΤΙΠΛΑΡΓΩΝ.

ΑΥΤΙΠΛΑΡΓΩΝ apud Græcos est mutuam officij vicem rependere, maxime nutricandi, fouendi. eos, a quibus aliquando fueris enutritus, aut institutus: ut si liberi parentes atate fessos vicissim alant foueantq.: aut si discipulus præceptorem inuicem erudiat. A ciconiæ natura sumptum, quæ Græce pelargus dicitur. Ea inter aues una pietatis symbolum obtinet. Extat autem lex pietatis magistra, quæ edicit, ut liberi parentes alant, aut vinciatur. Ad id respexisse videtur Homerus Iliados Δ cum ait:

Οὐδὲ τὸ κῆδος.

Θεὶ πῃ φίλοις α' πῇ δόκει, μινωθεῖσιν δὲ οἱ αὐτοὶ.

Nec nutricandi officium genitoribus vnquam Persoluit charis, breue at illi contigit æuum.

Eodem adlusit Euripides in Oreste:

Καὶ μὴν τίνοι γ' α' τῇ περὶ νύα τρεῖσιν. id est,

Atqui rependet mortuæ alturæ vicem.

Hanc itaq. legem, quam pleriq. etiam mortales negligunt, sola ciconia inter omnia animantium genera exprimit. Siquidem reliqua tantisper amant, agnoscuntq. parentes, dum egent illorum ad nutritionē opera: Vna ciconia parentes senectâ defectors, vicissim alit, & uolandi impotentes humeris gestat. Quorum posterius laudatur in Acnea, cui inde Τηγ cognomen: alterum miris laudibus fertur in puella, quæ matrem captiuâ complures dies suis vberibus aluit. Hanc ob causam, ut auctor est Suidas, antiquitus in regū summo sceptrū ciconiæ figura ponebatur, in imo hippopotamus: ut ipso gestamine admonerentur, pietatem plurimi facere oportere, violentia cohibere. Nam hippopotamus animal efferrum est ac violentum: atq. adeo impium, quippe quod interfecto patre matrem init, teste Plutarcho in commentario, cui titulus: Vtra animantia sint prudentiora, terrestria, an aquatilia. Laborant infamia in pietatis & viperæ, quod perfracta matris alio nascitur. Item scorpiones & aranei, qui post incubatus officium a suis sctibus interimuntur. Testis Arist. lib. De natura animal. γ. De ciconiarū pietate Plin. li. 10. cap. 23. testatur his verbis, Ciconiæ nidos eosdem repetit. Genitricum senectam inuicem educant. Quin & diuus Basilii ciconiarum nobis pietatis erga parentes exemplum proponit. Eodem adlusit Crates Cynicus scribens Hipparchiæ uxori de filio nato, cum pollicetur sibi iure futurum, ut illum matri ciconiam pro cane remittat in senectâ. Canes enim vocantur Cynicæ sectæ philosophi. Significat igitur puerum fore pium, qui parentem iam decrepitam mutuo foueat. De ciconiarū pietate meminit & Aristophanes in Auibis:

Αἰὲν ἡμῖν τοῖσι θνητοῖσι νόμος

Ραλαῖος οἱ τοῖς τῶν πελαργῶν κύρβισιν.

Ἐπὶ δ' οὗ πατρὸς ὁ πελαργὸς ἐκ παλαιῶν

Ἐάντας ποιῶν τὰς πελαργιδῆς τρεῖσιν,

Δεῖ τὰς νεοτῆρας τὸν πατὸρ α' παλιν τρεῖσιν. id est,

Nobis quidem auibus peruersa lex viget,

Ciconiarum inscripta tabulis, ut simul

Ciconia parens educauerit suos

Ciconiadas, & iam volucres euaserint,

Pulli vicissim nutrant patrem suum.

Vtitur eodem Plato in Alcibiade primo. Sed nemo profecto venustius, nemo felicius, quam Angelus Politianus in quodam epigrammate,

Κίντυ

Κούτι καὶ δαῖμα

Εἰν νῖοι τῶν γρηῶν ἀντιπελαρχόμενοι. id est,
Si nos Latini olim Græcorū litteris educati, nunc Græ-
ciam velut animi atq. effectam, vicissim suas doceam-
us litteras. Porro huiusmodi officium, quod liberi vi-
cissim in parentes collocant, Græci unico verbo dicūt,
γρηθοσκίειν, seu γρηθοροῦν ἢ γρηθοκομῆν; Exstat in hac
sententiam huiusmodi senarius:

Ἰκανὸς βιωσέας γρηθοροῦν τὰς γονεῖς. id est,
Viua exis, senes parentes consonens.

In quadrum redigere.

In quadrum redigere dixit M. Tullius in eodem libro,
pro eo quod est, in ordinem aptamq. structuram con-
cinnare. Sumptum ab iis, qui arbores aut lapides ma-
thematicis gnomonibus exæquant, ut vndequa. cō-
gruant inter sese: proinde quod convenit, quadrare
dicimus. Vergilius Georgicon libro tertio:

Indulge ordinibus, nec secius omnis in vnguem
Arboribus positis, secto via limite quadret.

De fece haurire.

M. TULLIUS in catalogo illustrium oratorum, figu-
ra mirum ni proverbiali dixit, de fece haurire, pro eo
quod est, sordida quæpiam ac plebeia, nimisq. humilia
persequi. Vsurpat hoc proverbium Atticus eo quo di-
ximus libro in Ciceronē, qui tēpus tereret in cōmemo-
randis oratoribus quibusdam obscuris, ac nullius pene
nominis. Mutuo sumptum a sordidis istis, qui vinū una
cum ipsa fece hauriunt, ne quid omnino reliquum fa-
ciant in dolio, vnde ἢ plebis infimam fecem dicimus.

In laqueum inducere.

In laqueum inducere, ἢ In casses inducere, est arte sic
concludere quempiam, ut iam nullum sit effugiū. Qui
mos fuit Socrati Platónico, suis illis rogatiunculis eo
depellere sophistas, ut negarent, quæ prius affirmaue-
rant: quæ negauerant, affirmarent: deniq. nihil non di-
cerent. Quintilianus libro Institutionum quinto: Tur-
bātur enim, ἢ a patronis diuersæ partis in laqueum
inducuntur. Græci qui iam capti teneantur, ἐμπερίχες
vocat. Ouidius:

Decidit in casses præda petita meos.

Euripides in Hyppolito coronato:

Κεῖμασις ἢ βρόχοις ἐρπημῖν. id est,
Pensilibus irretita cassibus.

Ibidem paullo post:

Λύσαι τ' ἀχαιῶν ἐξ ἐπιπασῶν βρόχων. id est,
Heram e tenacibus expedire cassibus.

Bæotica sus.

Η βαιωτική, i. Bæotica sus. Vetusissimum adagium, olim
in stolidum ἢ indoctum hominem iaci solitum, vsur-
patur a Pindaro in Olympiacis:

Ἐπεί τ' ἀρχαῖον ὄνειδος ἄλλα-
βίσι λόγοις φέρομεν βαιωτικῶν ὄν.

Admonet Aeneam Chorodidasalum, ita curet canen-
dum hymnum, ut vetus illud probrum veris rationi-
bus liceat effugere, quod in amicos dici consueverit,
βαιωτικῶν. Interpres originem proverbij refert ad hūc
modum. Qui priscis temporibus Bæotiam regionē inco-
lebant, ὡς τις appellabantur, gens barbara ἢ agre-

stis: proinde quidam depravata voce, pro ὡς τις ὤντες,
id est, sues appellabant. Idq. scōmma cessit in prouer-
bium, ut primum in Bæotos diceretur: ab his in quosuis
indoctos, inconditos, moribusq. rusticis homines tor-
queretur, βαιωτικῶν. Interpres citat eundem Pinda-
rum ex Dithyrambis:

Ἡ δὲ πύσις το βαιωτικῶν ἔστι ἐλπίς. id est,

Erat cum Bæoticam gentem sues vocarent.

Citat ἢ ex Cratino: Ἀλλοὶ δὲ τῶν βαιωτικῶν πύσις φέρον
ἄνους αὐτοῦ. id est, Isti sunt Sybæoticum pedestre ge-
nus virorum, dictione ridicula composita ex sue ἢ bo-
ue. In cōmentariis Græcorum invenitur, βαιωτικῶν ὄντες.
id est, Bæoticus animus, pro stupido brutoq. Plutar-
chus in cōmentario περὶ τῶν σακκαρχαίων indicat At-
ticos stupidi, bardi, insulsi, deniq. ἢ suis cognomen in-
didisse Bæotis, potissimum ob edacitatem. Cui ad stipu-
latur Athenæus libro decimo referens hos uersus ex
Eubulo:

Πάνην μὲν ἄμμις καὶ φάγειν μὲν αὐτοῦ ἔχον,

Καὶ καρτάρησαι, τοῖς δ' ἀδελφοῖς λέγειν.

Καὶ μικρὰ φάμεν, τοῖ δὲ βαβάζει μίαν, id est,

Sumus ad bibendum atq. ad vorandum strenui,

In his valemus. Athenienses dicere

Prompti, edere pauca, multa Thebani solent.

In Græcis versibus apparet ποτὶν scriptum pro πίνον
aut πινῶν, ἢ ἢ prius pro ποτὶ ἢ τῶν προτῶν. Idem Eu-
bulus in Europa:

Κτίξαι βαιωτικῶν πίνον

Αὐτοῦ ὡν ἀφίενον ἰδίαν δὲ ἡμέραν.

id est,

Urbem paravit ille Bæotis viris,

Diem per omnem in gurgitare strenuus.

Rursus ex Eubuli altera fabula:

Οὐτὶς ποτὶς ἔστι τὰς τρεῖς βαιωτικῶν. id est,

Vsq. adeo mores obtinet Bæoticos.

Idem approba: multis multorum auctorū testimoniis.
Sunt autem inter se cognata vitia πολυφαγία, ἢ stoli-
ditas. Atq. hinc Herculem Thebanum edacem faciūt,
sed eundem a litteris alienissimum, adeo ut præceptorē
suum trucidarit. Fuit autem ἢ hic Bæotus, nimirum
Thebis natus. Rursus Plutarchus De demonio Socra-
tis: Ἀνακρίων τὸ κατὰ βαιῶν ἀρχαῖον εἰς μισολογίαν ἐνε-
δωκεν. id est, Refricare vetus illud aduersus Bæotios de lit-
terarum odio probrum. Quanquam ipse Plutarchus
Bæotus fuit, homo quiduis citius, quā stupidus. Deniq.
quoniam constat vel ob Romanum imperium latissime
propagatum, vel ob commercia negotiatorum, voces
Germanicæ, Gallicæ, Britanicæq. linguae fuisse mixtas,
suspiciamus a Græcis ad nos dimanasse, quod hominem
stupidum ac nullo mētis acuminis prædium vulgo di-
cimus bot, pro bæoto. proprium enim huic linguae, vo-
ces quamvis multarum syllabarum in vnam syllabam
contrahere.

Cribro diuinare.

Κοσκίνῳ μαρτυρεῖται, id est, Cribro diuinare, est coniectu-
ra sagaci rem deprehendere. Aut stulte de rebus oc-
cultis diuinare. Lucianus in Pseudomante, κοσκίνῳ τὸ
τὸ λογεῖν μαρτυροῦμεν, id est, Cribro, quod aiunt, vati-
cinans. Meminit ἢ Theocritus in Idyllio tertio:

Ἐπεὶ καὶ ἀγροῖόν τ' ἀλαβία κοσκινῶμας τις. id est,

Cribro vaticinans, verum mihi dixit Agræo.

Porro genus hoc diuinandi suspensio cribro, in hodiernis
ἡμεῖς

nun usq. tempus durat apud quosdam supersticiosos .
Apud veteres vaticinia peragebantur , cribro, lauro,
& tripode .

Hydræ fecas.

Τὸ δὲ πῦρ, i. Hydræ fecas. Est apud Platonē lib. De
republica. 4. ἀγνοῖν, inquit, ὅτι τὸ πῦρ οὐκ ἔστιν ὅτι πῦρ, id est, Ignari se reuera tanquam hydræ fecare. Est au-
tem hydræ incidere, ita unum aliquod incommodum
tollere, ut in eius locum alia plura recipias. Adagium
natum a fabula hydræ Lerneæ, quam alij centum suis
se caput aiumt, alij octo, e quibus unum erat immor-
tale. Cum hoc monstro multum diuq. conflictatus est
Hercules, propterea quod uno reciso capite, plura re-
nascerentur. Plutarch. in commentario De fortuna Ale-
xandri, ὁ δὲ πῦρ τὸ πῦρ πάλαι ποτὶ ἀνδραγαθὸν ἔσται,
id est, Hydræ fecans semper aliquibus bellis repullu-
lantem. De Alexandro loquitur, cui uno bello cōsefio,
subinde aliud atq. aliud exoriebatur. Cyne. is cognita
Romanorū multitudinem identidem post acceptam cla-
dem copias instaurantium dixit, Pyrrhum sibi videri
aduersus Lerneam hydræ pugnare. Hinc Horatius
in Odis.

Non hydræ secō corpore firmior

Vinci dolentem circuit in Herculem.

Accommodari poterit ad eos, qui litibus inuoluuntur
nunquam finiendis. Lis enim litem parit, & sepe uene-
ro pro una ene. Ita tres subnascuntur. Seneca quodam
in loco scribit, negotia sordida, quæ nos auocant a stu-
dio sapientiæ, abrumpi posse, explicari non posse, quod
negotium ex negotio seratur, & occupationi occupa-
tio, velut vnda succedat undæ.

Ne ramenta quidem. Ne festuca quidem.

Ne ramenta quidem ditior, hyperbole prouerbialis, cū
alias aliquoties apud Plautum, tum in Rudentibus:
Nūquam Hercle hinc hodie ramenta fies fortunator,
perinde quasi dic. is stupa ditior, ita ut vulgo loquun-
tur. Simili figura dixit Aristophanes in Lysistrata:

Αἰπὸς αὖ μὴδὲν οὐδ' ἔτι, κινεῖται μὴδ' ἀπὸ τοῦ. id est,

Nihil hic cum reliquerit, mouerit ne festucā quidē.

Idem in Vespiis:

Υπὸ δ' ὄρα τῆς νυκτὸς δὲ παρ' ἑλίου. id est,

Noctu haud videt somni ne Paspalam quidem.

Interpres ait, παρ' ἑλίου significare minutissimum quid-
piam. Quibusdam ea vox magnetē lapidem declarat.

Subnectit eodem in loco consimilem figuram:

Ὡς δ' ἐν καταμύσει κἄν ἀχύνω. id est,

Quod si vel achnen flexerit somno caput.

ἀχύνω uero significat minutissimum ac leuissimum illud,
quod e spicis excussis euolat. Qua uoce usus est & Ho-
merus Iliados:

Ὡς δ' ἀνέμους ἀχύνει φέροντες ἰδὲ αὖ κατ' ἀλῶναι. id est,

Vt vento tenues sacra area iactitat achnæ.

Hebraicarij periti litterarij affirmāt quā uocem
Hieronymus uertit puluerē, secutus septuaginta, qui
trāstulerūt χυμῶν, idē Hebræis sonare qđ Grecis ἀχύν.

Sacrum sine fumo.

Ἀκαπνὸς θυσία, id est, Sacrificium absq. fumo, de nimium
renui conuiuium, & in quibus nihil cocti obsonij apponi-
tur. Translatum a pauperculorum sacris, molis, thu-
sculum, lac, aut corollas offerentium, cum dij nidorem

illum expectēt, una cum fumo subuolātem, iuxta Ho-
merum. Lucianus in Amoribus, Βεφαχὸς μὲν ὁ δαίμων
ὁ λυκίνε, καὶ τῶν ἀκαπνῶν οἱ πασι τ' ἐν τῷδ' ἡλίῳ τὸ πῦρ
μολος, id est, Sane perquā edax deus est Luciane, quiq.
sumi expertibus sacris haud quaquam gaudeat. In eū
sensum usus est & Athenæus, ἀκαπνα ὅς τις αἰνέσει
ἐν οὐρανῷ, id est, Nam poetæ semper sacra sine fumo sacri-
ficamus.

Non est curæ Hippoclidī.

Ὁ δὲ φροντίζει ἰπποκλίδης, id est, Non est Hippoclidī curæ. Si
ue ut carmē reddam, Nō curat Hippoclidēs. Est enim
versus iambicus dimeter catalecticus. Hoc adagio si-
gnificabant se quippiam negligere, neq. magnopere la-
borare. Natum autem est ex historia quam pluribus
verbis narrat Herodotus in Eratone. Ut autem in pau-
ca cōseram, hic Hippoclidēs erat Tisandri filius, qui
cum multis aliis inuenibus Clisibenis Sicyonij filij am-
biebat. Verum cum Clisibenes procos toto anno proba-
ret, & Hippoclidēs in conuiuiis indecoram quandam
saltationem edidisset, sublati in altum pedibus, pater
offensus inbeneslo iuuenis lusu, ait, Ὁ παῖς τὸν ἑαυτοῦ
ἀπορῶν καὶ μὴν τὸν ἀντιπάλῳ. Fili Tisandri, a nuptijs tua
saltatione excidisti. At ille protinus respondit, Ὁ δὲ φρον-
τίζει ἰπποκλίδης, id est, Haud curat Hippoclidēs. Ea uox, ut
testatur Herodotus, in prouerbiū abiit. Id dictum in
ipsum retorquet Herodotum Plutarch. in libello, quē
aduersus eum scripsit, Δοκίμιον καὶ ἐπὶ τῷ ἰπποκλίδῃ,
ὁ τοῖς σκίλεσι χερσὶν ἔπαιζε τρεπόμενος, ἵππῳ δ' ἐξ ὀφ-
θαλμοῦ τὸν ἀντιπάλῳ, ὁ δὲ φροντίζει ἰπποκλίδης, id est, Mi-
detur mihi uelut Hippoclidēs curibus manuum uiae
in mensa gesticulans postquam a ueritate desultauit
dicere, nō est curæ Hippoclidī. Lucianus in apologia,
Ἰκαρον ἀνέμῳ τοῦ δὲ φροντίζει ἰπποκλίδης, i. Mihi suffe-
cerit illud quod dicitur, haud curat Hippoclidēs. Idem
in Hercule, καὶ ὁ ἰπποκλίδης οὐ φροντίζει, id est, Neq.
laborabit Hippoclidēs. Mentionē huius adagij facit &
Eustathius in Iliados Homericæ primum librum scri-
bens. Adhuc huc Aristophanes in Vespiis, sapius re-
pentes illud, ολίγον μοι μέλει, i. Leniter mihi curæ est.

Canis in præsepi.

Ὁ κύων ἐν τῷ πρᾶσепι, id est, Canis in præsepi. In eos dici-
tur, qui nec ipsi fruuntur re quapiam, neq. reliquos itē
sinunt uti: ueluti si quis egregios codices inclusos dili-
genter adseruet, quos nec ipse unquam euoluat, nec
alijs euoluendi faciat copiam. Quemadmodum canis in
præsepi nec ipse uescitur hordeo, & equum uetat ue-
sci. Lucianus aduersus indoctū, Ἀλλὰ τὸ τὸ κύων ποιῆς,
τὸ τὸ φάτην κατακείμενος, ἢ οὐτ' αὐτῷ τῶν κρεῖων ἔστιν,
οὐτ' ἂν ἰππῷ δ' αὖ μὴν φαγεῖν ἐπιτρέπῃ, i. Verum haud
aliter facis, quam canis ille in stabulo cubans, qui cum
ipse non edat hordeum, tamen haud finit equum qui
posset edere, id facere. Utitur eodem in Timone. Cita-
tur apud Suidam in prouerbio, οὐδὲν πρὸς τὴν δ' ἰόνυσον,
sed tacito auctoris nomine, τὸ φάτην προσάγει τὸ κύων,
καὶ πρὸς τὴν δ' ἰόνυσον ἀγείρεται, id est, Ad præsepe du-
cis canem, nihil autem adducis ab Baccho: hoc est,
adfers quæ ad rem nihil attinent, ex his uero quæ per-
timebant ad causam propositā nihil adfers. Simile quid-
dam refert Athenæus lib. 6. de gente quadam Gala-
tarum, qui dicuntur Cordistæ: abominantur aurum,
nec

nec important in suam regionem, nibilo secius tamen alios non desinunt cospoliare. Aiunt eam gentem esse reliquias Calatarum, qui sub duce Brenno spoliarunt craculū Delphicum, quos insecutus Bathanas dux, inclementer tractavit. Hinc aurīdium, cuius gratia tantum passi sint malorum, quod tamen aliis inuidēt.

Captantes capti sumus.

Αἰσχροῦ καὶ κακοῦ. i. Captantes capti sumus. Cum res praeposterē euenit, ut ipsi circumueniamur ab iis, quibus conabamur imponere. Id quod non raro solet usu venire, ut in eas incidamus pedicas, quas aliis struxeramus. Sape fit, ut qui simulat amorem, quo puellam in amorem pelliciat, ipse vere incipiat amare. Et qui dat operam, ut inuitatiunculis alium conetur efficere temulentum, ipse reddatur ebrius: & qui finitimum molitur imperio depellere, ipse suum amittat imperium. Sic & Horatius.

Gracia capta serum victorem cepit.

Videtur eodem alluisse Plato, cum ita scribit in Theaeteto, Δοκί μοι ὁ Σωκράτης μάλιστ' ἀλίσκωται ὁ λόγος. αἰσχροῦ κακοῦ. i. Mihi videtur o Socrates maxime captiatio quae captabat. Sophocles in Oedipo Coloneo.

Γινώσκω δὲ τίς ἐστι καὶ τίς, καὶ ὅς τις ἄλλος ὁ καὶ ὁ καὶ ὁ. Scito quod tenens teneris, teq. captantem, inuicem Fortuna cepit. Plautus in Epidico, Iam cantor ipse captus est. Lucianus in meretriciis dialogis, Καὶ ἐκείνος καὶ ὁ καὶ ὁ καὶ ὁ. Et cepi miser, & simul ab illa captus sum. Translatum aut a bello, aut piscatione, seu venatu.

In uenatu perit.

Περὶ τῆς ἀφ' ἧς λέγεται, id est, Et ipsa venatu perijt, hoc est, dum adolescentem venatur, studetq. irretire, & ipsa sese perdidit. Quinetiam illa ipsa venari laudem, aucupari famā, prouerbiales sunt metaphorae, velut, Expiscari, pro sciscitari atq. exquirere.

In laqueos lupus.

Εἰς παγὰς ὁ λύκος, id est, In laqueos lupus. Cum improbus quispiam tandem in extremum adducitur discrimen. Etenim cum lupus animal sit insidiosissimum, applauditur ab omnibus, si quando contingat illum irretiri, ac protinus acclamant omnes, εἰς παγὰς ὁ λύκος. Refertur a Zenodoto.

Annosa vulpes haud capitur laqueo.

Γέρων ἀλώπηξ οὐ γίγνεται πύρρον, id est, Vulpes anus laqueis capi haud ullis potest. Senarius prouerbialis dicendus in eum, qui longa aetate multaq. rerum experientia callidior est, quam ut arte dolisq. capiqueat.

Vulpes haud corrumpitur muneribus.

Ἀλώπηξ οὐ δωρεῶνται, id est, Vulpes non corrumpitur muneribus. Suidas huius adagij Cratinum citat auctorem. De callidis ac versutis, quos haud facile sit obesse munusculo, aut assentatiuncula, pollicitis, ve fallere. Larus enim, & alia quaedam aues esca capiuntur, vulpes non item. Verbum autem δωρεῶνται, sumptum est a concionibus aut iudiciis, in quibus nonnulli pecunia corrupti dicunt sententiam.

Atticus in portum.

Ἀττικὸς εἰς λιμένα, id est, Atticus in portum. In eos dicebatur, qui illic virtutem ostentare solent, ubi tantum est atq. ubi nihil opus. A nautis Atticis sumptum, qui portum ingressuri ostentandi sui gratia magnifice seferebant, in ipsa re, hoc est, in praelio nauali, non perinde strenui.

Capra Scyria.

Ἀἰσχροῦ, id est, Capra Scyria. Zenodotus huius prouerbij Chrysippum citat, tum auctorem, tum interpretem. Cōuenit in eos qui beneficium maleficia corrumpunt, aut qui virtutes adiunctis vitiis contaminant atq. obscurant, qui ne recte instituta non recte finiunt. Veluti capra Scyria, quod fera sit, mulctrum quod lacte impleuerat, ipsa rursus euerit, atq. hoc modo beneficium quod dederat, eadem perdidit. Alij putant dici in eos unde plurimum emolumenti capitur, propterea quod eius regionis capra maximam lactis vim reddere dicantur. Id quod affirmat & Ailienus Philosophistarum lib. primo, citans hoc Pandari carmen,

Σκυρία δ' ἐστὶ καὶ λείαν μάλα κατὰ νόμον ἐφοῦται, Scyria vero ad emulgēdū lac capra praeclarissima.

Suspendio deligenda arbor.

Ἰν' ἡν ὑπερμεντεῖς ἰδύναται, neq. vilo pacto toleranda, veteres arborem suspendio deligendam esse dicebant. Inde natum, quod olim in Theophrastii philosophum praeceptum meretricula quaedam nomine Leontium ausa sit scribere. Tilius Secundus in praefatione historiae naturae. Ceu vero ne sciam aduersus Theophrastum, hominum in eloquentia tantum, ut nomen diuinum inde inuenerit, scripsisse etiam senanem, & prouerbiū inde natum, suspendio arborem eligendā. Haecenus Plinius: Imminuit huic est illud apud Euripidem in Alceste,

Ἀγία καὶ σφραγὶς τοῦ θεοῦ
καὶ πάλιν, ὁ θεὸς οὐδὲν
ὀφραῖν πελάσσει. id est,

Heus ista cede digna sunt,

Vel potius, ut laqueo gulam.

Trasfocet aliquis pendulo.

Plautus in Curculione, Mea praeda illa est, Proin tu te in laqueum duas. Iuuenalis,

Ferre potes dominam, saluis tot restitutus vllam.

Et apud Plautum, qui vitæ tedio tenebatur optat nūmum quo restitui emat. Nec enim sentes sibi deligunt arborem, sed aguntur in crucem. Ceterum qui cogitat de consciscenda nece, solent alij aliud suffendij genus eligere, ut appareat illos hoc agere non impotentia mentis, sed certo destinatoq. consilio.

Minervae selem.

Ἀδύνατον ἀλλ' ἀλλ' ἔστιν, id est, Minervae selem, subaudiendum, cōparat. Cum multo inferiora cum prestantioribus comparatur, quod leuicula quapiam in re cōueniant. Quid enim habet Minerva dea cum sele commune, praeter glaucorum oculorum? Nam is oculorum color Minervae tribuitur, qui & nocturnis adest & felibus. Vnde apud Homerum etiam epitheton, γλαυκῶπις Ἀθήνη. Est & hoc felibus commune cum nocturnis, quod & nocturni cernunt, & pariter insidiantur muribus. Refertur apud

apud Zenodotum & Suidam. Etymologus indicat dis-
crimen orthographiæ, quo ἄλγος progente, est enim
Scythia a paludibus dicta, scribitur π. pro animæ,
per diphthongum, ἄλγος, quasi dicas Torquicandam,
aut Trahicandam, quod tamen apud auctores negligi-
tur,

Animam debet.

Τὸ ψυχὴν δεῖται, id est, Animam debet. Donatus prouer-
bium esse admonet, de eo qui immodico arc alieno te-
neatur, ut plus quam omnes facultates debeat, ac de-
niq. seipsum debeat. Terentius in Phormione, Quid si
animam debet. Erat enim antiquitus lex, ut qui soluen-
do non esset, is nexu addiceretur creditori, luiturus
corpore, id est, opera, quod arē non posset. Extat apud
Gellium lex duodecim tabularum, quæ iubebat dissecari
corpus eius, qui multis creditoribus deberet, nec esset
soluenda rei.

Summum ius, summa iniuria.

ΣΥΜΜΥΜ ἰος, summa iniuria, hoc est, Tum maxime
disceditur ab æquitate, cum maxime superstitione haere-
tur legum litteris. Id enim summum ius appellant, cū
de verbis iuris contenditur, neq. spectatur quid sen-
serit is qui scripsit. Nam voces ac litteræ, quasi legum
summa cutis est. Eam ineptiam quorundam supersti-
tiosorum iuris interpretum, copiose simul & eleganter
illudit M. Tull. in actione pro Murena. Terentius, Ve-
rum illud Chreme dicunt, ius summum, sepe summa
malitia est. M. Tul. Officio lib. 1. Ex quo illud, summum
ius, summa iniuria, factum est iam tritum sermone pro-
uerbium. Columella primo rei rusticæ libro, Nec sane
est vindicandum nobis, quidquid licet. Nam summum
ius antiqui summam putabant crucem. Citatur &
Celsus adolescens libro Pandect. 45. titulo De uerborū
obligatione, Cap. Si seruum Stichum: qui scripserit quæ-
stionem esse de bono & æquo, in uno genere plerū-
que sub auctoritate iuris scientiæ periculose erratur.
Idem Paulus lib. 50. titulo, De regulis iuris: In
omnibus quidem, maxime tamen in iure equitas spe-
ctanda est. Simili figura Seneca libro De ira primo
dixit, summo animo. Si intelligis non ex alto veni-
re nequitiam, sed summo, quod aiunt, animo inhe-
rere.

Ne ignifer quidem reliquus est factus.

Οὐκ ἔστιν ἰγνίφης ἑλπίδα, id est, Ne ignifer quidem superstit,
ubi significamus, omnes ad unum interfuisse adeo, ut
ne ei quidem sit paritum, qui ignem præferat exerci-
tū. Nam priscis mos erat ut vates aciem præcede-
ret, lauro coronatus, ac facem gestans. Ab hoc belli
vim abstinebant viring, quod nefas ducerent, in virū
sacrum ferrum stringere. Proinde si crudelem aliquā
stragem significare voluissent, ne ignifero quidem par-
citum aiebant. Meminit huius adagii Sostathius Iliad-
os μ. enarrans hos Homeri versus;

Οὐκ ἔστιν ἰγνίφης ἑλπίδα ἄγγιλον ἐπὶ πόλιν

Ἀχαιοῖσιν ποτὶ ἄστυ,

Haud equidem fore credo, ut sit vedeturus ad urbē

Hinc posthac aliquis vel nuntius;

Admonet hoc quoq. figuram habere prouerbialē,
οὐδὲν ἄγγιλον ἐπὶ πόλιν, id est, Ne nuntius quidem re-

lictus est, quoties significamus ad unum omnes extin-
ctos, ut ne vnus quidem effugerit qui rem gestam re-
nunciaret. Nam is vel dedita opera relinqui solet ab
hoste.

Thracium commentum.

Θρακικὸν πρᾶγμα, id est, Thracium commentum, siue in-
uentum. Apud Zenodotum legitur, torquendum in eos,
qui pacta eludunt callido viroq. aliquo commento.
Porro vnde in prouerbium natum fuerit, indicat Stra-
bo libro Geographiæ nono, ex Sphoro auctore. Thracæ
pactis cum Bæotijs, aliquot dierum induciis, nihil se-
gnius incursiones agebant nocturno tempore. Hos cū
propulsissent Bæotij atq. expostularent, quod violas-
sent inducias, responderunt Thracæ, se nihil præter
pacta fecisse: pactos enim esse de diebus, noctibus in-
cursasse. His serme similia refert Zenodotus, nempe
Thracæ constitutis decem dierum induciis, noctū im-
pressionem fecisse in Bæotios, iam negligentius agen-
tes induciarum fiducia, atq. ex his nonnullos trucidasse,
aliquot viros abduxisse: deinde expostulantibus
de violatis pactis Bæotijs, respondisse, dies, non noctes,
pactis contineri. Ea res prouerbio locum fecit, Θρακικὸν
πρᾶγμα, id est, Thracium inuentum. Est enim pro-
prie πρᾶγμα, excogitata cavillatio, qua pactum elu-
dimus; quas Plautus futeles vocat. Et Terentius, Ne
quid suo assuat capiti. Addunt enim extra pactio-
nem cominanti quippiam, quo rem omnem subuer-
tunt.

Romanus sedendo vincit.

ROMANVS sedendo vincit. Vetus prouerbium in
eos, qui tranquilli atq. otiosi, tamen quæ volunt effi-
ciunt, aut qui non viribus, sed arte rem gerunt. Mar-
cus Varro lib. De re rustica primo, capite secundo, Vt
tis igitur interea vetus prouerbium, quod est, Romā-
nus sedendo vincit, usurpeus dum iste venit. Ex hi-
storia Fabij cunctatoris natis arbitramur, qui Hanniba-
lem inueniliter exultantem sui patientia fregit, de
quo extat versus ille Ennianus:

Vnus qui nobis cunctando restituit rem.

Citatur apud Ciceronem in Catone maiore. Usurpatus
est diuinitus a Marone lib. 6. Quamquā Linius libro de
bello Macedonico primo refert. simile quiddam de Sul-
picio consule. Quibus, inquit, si uendiq. circumuentus
copiis foret, sedentem Romanum debellaturum credi
potuerit.

Scopum attingere.

Τὸν σκοπὸν τὰ σκοπεῖν, id est, Scopum attingere. Est uoti
compositum fieri, aut coniectura rem ipsam assequi. Lu-
cianus in Icaromenippo, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ σκοπὸς ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν, ἰ.
Tu atq. coniectura haud procul abest a scopo. & ἡ πο-
τὸν σκοπεῖν τὸ σκοπεῖν, id est, Non attingere scopum. &
ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν τὸ σκοπεῖν, id est, Aberrare a scopo, atq. id
genus alię figurę omnes prouerbium sapiunt. Hoc ada-
gio festiuiter usus est Diogenes in puerum saxa in cru-
cem iaculantem. Euge, inquit, cōtinges tandem aliquā
do scopum. Pindarus in Nemeis hymno nono, ἀπὸ τοῦ
σκοπεῖν τὸ σκοπεῖν, id est, Proximo intolans
ad scopum musarū. Idem hymno sexto, ἐκ τοῦ σκοπεῖν
τὸ σκοπεῖν, id est, Spero quod magna
pollicitus

pollicitus scopum attingam. Dicitur & ἔφα σκοπὲ
ἄλλω, hoc est, extra scopum iaculari, ubi quis loqui-
tur aliena ab eo quod agitur. Vetus est Gregorius Na-
zianzenus in Monodia.

Simia non capitur laqueo.

Ο πίθηκος ἔχ' ἀλίσκῃται βρόχῳ, id est, Simia non capitur
laqueo. In callidos tergiversatores dici solitum, qui
coargui non queunt. Id olim dictum est in Heraclide,
qui per imprudentiam perperam citarat ex Dionysio,
quod erat apud Sophoclem. Missum est exemplar, ut
ibi conspecto carmine agnosceret suum errorem. Hic
quoque tergiversanti, nec lapsus agnoscenti, dicen-
tiq. casu fieri posse, ut in diuersis poetis versus con-
sentiant, scripsit quispiam, simiam haud capi la-
queo. Auctor Diogenes Laertius. Carmen Gra-
cum sic habet,

Γέρων πίθηκος ἔχ' ἀλίσκῃται βρόχῳ,
Ἀλίσκῃται μὲν, μετὰ χρόνον δ' ἀλίσκῃται. id est,
Laqueo utriusque simius non prenditur,
Capitur quidem ille, capitur autem serius.

Largitio non habet fundum.

M. TULLIUS lib. Offic. 2. Omnino, inquit, meminisse debe-
mus, id quod a nostris hominibus sapissime usurpatum,
iam in prouerbijs consuetudinem venit, largitionē fun-
dum non habere. Quo dicto significabant, stulta libe-
ralitate quantaslibet opes exhauriri, vel effluere po-
tius. Translatum videtur a pertuso dolio Danaidum
apud inferos. Quae fundo carent, Graeci vocant ἀνύ-
μετα. Unde Parthenius apud Athenaeum libro 11.
ἐν ἀνύμετῳ φάλαγγα dixit.

Inexplebile dolium.

Ἀπλήσις πίθος, id est, Inexplebile dolium. Varius est hu-
ius adagionis usus. Quadrat enim primum uti-
tudo, id est, Inglutones, edacesq. congruentius
autem in istos bibacitate inexplebili, qui quo plus bibe-
runt, hoc plus sitiunt, quemadmodum olim dictum est
de Parthis. Sic enim Festus sensisse videtur; nam lo-
cus mutilus est, qui dolium pertusum dixerit, cum vē-
trem significaret, quanquam natura quoque vēter in-
explebilis est, quod quidquid per os infuderis, id alijs
uijs excernitur. Quadrabit & in obliuiofum, cui si
quid eruditionis infundas, protinus effluit, quiq. prius
obliuiscatur, quam perdidicerit, cuiusmodi Srepstia-
dem facit Aristophanes in Nebulis,

Ος τις σκαλαδυσματί' ἄττι μικρὰ μακροτέρων,
Ταῦτ' ἐπιλήσῃται πρὶν μάλιστα. id est,

Huiusmodi minutulus qui argutias

Prius atque didicit dedidicerit immemor.

Sic propemodum usus est Plautus in Pseudulo, In per-
tusum ingerimus dolium, operam ludimus. Competet
etiam in homines prater modum profusos, quemadmo-
dum indicauit Aristoteles lib. Oeconomicorū primo,
καὶ ὅτ' ὁ κτήνεται δ' ἀπὸ τῶν χρημάτων καὶ φυλάττει, οὐδὲ μὴ,
ἔστιν ὁ φίλος τῶν χρημάτων. τῷ ὅτ' ὁ νόμος ἀγγαίη τῶν ἰσίων,
ὁ λιγυρότερος πῶς περ μάλιστα. id est, Siquidem oportet
eiusmodi esse, qui norit & parare, & parata tueri.
Alioqui nihil profuerit parasse, propterea quod hoc
sit cribro haurire, quodq. prowerbio dicunt, pertusum
dolum. Cognitum item in auaros, quorum cupiditatis

nihil est satis, uerum quo magis impleantur opibus,
hoc magis inanes esse videntur. Quod eleganter illo
Solonis carmine testatum est apud Plutarchum in li-
bello περὶ φιλοπλεπίας,

Ράτε δ' ἔστιν τὸ μὲν περὶ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, id est,

Non est fixus opum finis mortalibus ullus.

Zenodotus & tartarum ipsum recte accipi inexplēbi-
le dolium putat, quod tot millibus defunctorum nun-
quam expleatur. Quadrabit & in eos, qui male ab
alijs rapiunt, quae male item profundant in alios. Usur-
patur & de frustra laborantibus, quemadmodum alio
demonstratum est loco, velut apud Catullum,

Dolia virgineis idem illere pleucrit urnis.

Adagium natum a notissima fabula puellarum Dana-
idum, quae ob sponfos necatos has penas apud inferos
dare dicuntur, ut siculis persillantibus aquam hau-
riant, atque in dolium item pertusum infundant, graui
nimirum, sed inuiti labore. Cuius fabula mentionem
facit Horat. in Odis;

Et inane lymphæ

Dolium fundo percuntis imo.

Item Tibullus,

Et Danaï proles Veneris quæ numina laest.

In cana lethæas dolia portat aquis.

Meminit huius Lucianus in Timone. Et Aristoteles
lib. Politicorum 6. Rursus Lucianus in Hermotimo,
Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν παλαιάν το πρῶτον ἔφατο γὰρ
ὅτι, ὡς τὸ ἐμπέλει, ὡς δὲ δαναίδων πότις, id est, Affluit
enim dum exhauritur negotium laborq. & contra fit
atque in Danaidum dolio. Usurpauit & Plato, cum
alijs aliquot locis, tum in Gorgia.

Cum adsit ursus, vestigia quaeris.

Ἀεὶ τὰ παρὸντος τὰ ἔχοντα ἵταί, id est, Vrsi praesentis ve-
stigia quaeris. De his dicitur; qui timiditate praesens
negotium declinant, atque ad alias nugae dilabuntur.
Translatum a formidolosissimis venatoribus, qui se dissimu-
lant sensisse uisum, & vestigia persequi fingunt, quo
absint a periculo. Hoc genus homines Plato de Repu-
blic. lib. 5. scripsit similes esse πικρῶν καὶ ἀνδρῶν, ἔστι δὲ καὶ
δῶναι, ὡς καὶ τῶν ἀνδρῶν, id est, Catulis, qui la-
pides mordent, cum eos qui iecerint non autem attin-
gere. Ab hoc non est alienum quod scribit Plutarchus
in vita Luculli. Nam illum cum hortaretur Arche-
laus, ut relicto hoste in Pontum traiceret, sic enim fa-
re, ut protinus omnium rerum potiretur. Οὐκ ἐφ' ἧς
ἔστιν ὁ φόβος καὶ κακῶν, ὥς τὰ ἐπὶ τὰ παρὸντος ἵταί, id est,
ἀπὸ τῶν φόβων ὡς καὶ τῶν ἀνδρῶν, id est, Negauit se timidiorem
esse venatoribus, ut praeferitis feris, ad inania illarum
lustra uellet ire.

Boni ad bonorum conuiuia ultro accedunt.

Ἀπὸ μακρῶν δ' ἀρχαῖς ἀρχῶν ἐπὶ δ' αὖτε ἵταί. id est,

Sponte bonis mos est conuiuia adire bonorum.

Hexameter puerbialis, tū usurpatus, ubi vir bonus,
fiducia virtutis & amicitiae, quae generalis inter om-
nes pios intercedit, ad sui simile accedit, non expecta-
tis vulgaribus istis inuitatiunculis. Quidā natū putant
ab Hercule, qui cū Ceti Trachenij domū invocatus in-
uiseret, hunc versiculum primus dixerit. Fertur et tri-
meter Iambicus in eandem sententiam.

Ἀλλὰ τοὶ καὶ μάλιστα εἰς φίλους φίλοι.

id est,
Conuiuijs

Coniuiua amico amicus ultro etiam venit.
Tacite notauit adagium Homerus in secundo Iliados;
Αἰὶοῦ μ' ἔστι δὲ οἱ καὶ ὁμοῖον ἀπὸ τοῦ ἀντιθέτου. id est,
illi uocalis Menelaus venerat ultro.
Scholiaſtes indicat, hoc verbo fuiſſe ſignificatam Me-
nelai fortitudinem in bello. Exilis enim vox formidolo-
ſum arguit, & ὅτι apud Græcos interdum bellum de-
clarat, quemadmodum & hodie apud Germanos.
Zenodotus in colleſtaneis diuerſa ſententia citat hoc
adagium ex Eupolidis comædia, cui titulus Chryſo-
genes,

Αἰὶοῦ μ' ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ ἀντιθέτου ὁμοῖον. id est,
Ultro adeunt hominis timidi coniuiua ſortes.
Idem ſerme ſignificat Plato in Sympoſio, ἡ καὶ τὴν
παροιμίαν διὰ τῆς ἐξουσίας μεταβαλόντες, ὡς καὶ καὶ ἀν-
τιθέτου ἔστιν αὐτῶν καὶ ἀπὸ τοῦ ἀντιθέτου. id est, Vt & pro-
uerbium perdamus, hunc ad modum inuertentes: Bo-
ni ad bonorum coniuiua ultro ueniunt. Sentire vide-
tur Plato, Homerum ſeciſſe Menelaum deteriore ad
praſtantioris acceſſiſſe coniuiuium, quod Agamemnon
bello ualuerit, Menelaus fuerit imbellis. Citatur hic
locus & ab Athenæo lib. quarto. Tametſi non hanc
opinamur Homeri mentem fuiſſe, cum virtutis addat
elogium,

Βοῦν ἀπὸ τοῦ ἀντιθέτου.

id est,

Voce bonis Menelaus.

Et cum aliquot locis illum fortiffime rem gerentem in-
ducit, alibi etiam ἀπὸ τοῦ ἀντιθέτου cognomento honellet.
Apud Athenæum lib. i. ex Cilatino; quidam qui inuo-
catus ad coniuiuium acceſſerat, ita loquitur, Ἀπὸ τοῦ ἀν-
τιθέτου ἀπὸ τοῦ ἀντιθέτου ἵſτιασθ' ὡς καὶ ἡμεῖς, καὶ οὐκ ἔστι
φίλοι. id est, Bonus enim ad bonos viros conuiuiaturus
venit. Nam res amicorum communes.

In puteo cum canibus pugnare.

Εν τῷ πύτῳ κύνων μάχεσθαι, id est, In puteo cum canibus pu-
gnare. Dici ſolitum ubi cuiſpiam negotium incidit cum
homine rixoso & contentioſo, a quo ſe nequeat exeri-
care. Effertur etiam hoc paſſo, ἐν φεῖατι κνωμαχίῳ,
voce compoſita.

Mihiſi balneum miniſtrabo.

Εἰ μὴ μοῖ βαλνεῖσθαι, id est, Ipſe mihi balneator ero, ubi
quis ſuis ipſius inferuit commodis. Aut ubi quis non
expectato alieno officio, ipſe ſuum agit negotium. Ari-
ſtophanes in Pace,

Αἰὶοῦ μ' ἔστι δὲ οἱ καὶ ὁμοῖον ἀπὸ τοῦ ἀντιθέτου. id est,

Balneum & ipſe mihi, ſi hæc vobis grata, pararo.

Interpres admonet trāſlatū a balneis, in quibus ceſſā-
te balneatore, ipſi qui lauant, aquā hauriunt, neq. in-
fundant. Zenodotus putat & ad eos referri poſſe, qui
glandes in ignē iniectas coquunt. Fortaſſis haud abſur-
de referetur ad gladium excuſſores. Nam Græcis βά-
λνιον, balnearium cauponem ſignificat, βάλνιον glan-
dem atque hinc anceps prouerby interpretatio,

Vir fugiens haud moratur lyræ ſtrepitum.

Ἀνὴρ δὲ φεύγων δὲ μὴν λυρᾶς κτυπὸν. id est,

Hunc qui fugit ſtrepitus lyræ haud remorabitur.

Senarius prouerbialis in eos, qui in rebus periculoſis
ac ſeriis, properandi ſtudio negligunt leniora. Nā qui
fugit in bello, non putat ſibi liberū ac vacuum, vt cato

re aliquem auſcultet. Idq. ad complures res accommo-
dari pot. Veluti ſi dicas non eſſe rebus ſriuolis ac no-
luptariis nugandū, cū hæc vita tot periculis ſit obno-
xia. In hanc ſententiā elegāter Seneca in epistoſa qua
dā ad Luciliū. Tranſcurramus, inquit, ſolertiſſimas ni-
gas, & ad illa, quæ nobis aliqua opem ſunt latura, pro-
peremus. Nemo qui obſetricem parturienti filia ſo-
licitus accerſit, edictum, & ludorū ordinem perlegit.
Nemo qui ad incendiū domus ſuæ currit, tabulā latrū-
culariam perſpicit, vt ſciat quomodo alligatus exeat
calculus. At mehercle undiq. tibi omnia nunciantur,
& incendiū domus, & periculum liberorum, & ob-
ſidium patriæ, & bonorum direptio. Adice his nauſra-
gium, motusq. terrarum, & quidquid aliud timeri po-
teſt. Inter iſta diſtriſctis, rebus nihil aliud quam ani-
mum oblectantibus uacas. Plutarchus in libello quē
ſcripſit de « Delphico.

Οἱ καὶ τὸν ἀντιθέτου ὁμοῖον. id est,

Ingrata nauſbla, ingrata lugenti lyræ.

Caninum prandium.

CANINVM prandium prouerbio dicebatur abſtemiū,
& in quo nullum vinum biberetur: propterea quod pe-
culiari n. turæ proprietate, canes a uino abhorrent. Id
adagij refertur ab A. Gellio libro Noctium Atticarū
decimotertio, capite ultimo, his quidē verbis. Eius autē
loci in quo id prouerbiū eſt, verba hæc ſunt, nimirū ex
M. Varronis Satyrarū libro, qui ἐν τῷ κτηνῷ. id est, A-
quā rigens inſcribitur. Non vides apud Mneſteū ſcri-
bi, tria genera eſſe vini, nigrum, album, mediū, quod
vocant, καὶ γὰρ ἡ γῆλυον, nouum, vetus, medium. Et eſſi-
cere nigrum, uirus: album, urinam, medium, πέναν, i. cō-
coctionē. Nouū refrigerare, uetus caleſcere, medium
vero eſſe prandiū caninum. Quid ſignificet, inquit Gel-
lius, prandium caninum, rem leuiculam diu, & anxie,
quaſiimus. Prandium autem abſtemiū, in quo ni-
hil vini potatur, caninum dicitur, quoniam canis vinū
caret. Cum igitur medium vinum appellaret, quod
neque nouum, neque vetus eſſet, & plerumque homi-
nes ita loquantur, vt omne vinum aut nouum eſſe di-
cant, aut vetus, nullam vim habere ſignificauit, neq.
nouū, neque veteris, quod medium eſſet. idcirco pro vi-
no non habendum, quia neque refrigeraret, neque cale-
ſaceret. Haſtenus Gellius. Plutarchus in Sympoſia-
cis ſcribit, Theophrāſtum ioco vocare ſolitum, καὶ οὐκ
συμπόσια τὰ κτηνῶν, quemadmodum alias admonu-
mus.

Vir fugiens, & denuo pugnabit.

Ἀνὴρ δὲ φεύγων καὶ πάλιν μάχεσθαι,

Qui fugerit, rursus ille praeliabitur.

Senarius prouerbialis; quo monemur non protinus
abiltcere animum, ſiquid parum feliciter ſucceſſerit.
Nam victos poſſe vincere. Proinde Homerus ἐν τῷ
κτὶνῷ vocat, id est, miciffim, nunt apud hos, nimirū
apud illos pollentem. Apud eundem Iliados Θ. Ale-
xander ſic loquitur Heſtori.

νικῶν δὲ ἐπαμβίβεται ἀνδράσιν. id est,

Alterna viris victoriā cedit.

Idem alibi Iliados γ.

Ναὺ μὲν γὰρ μετὰ δαδὲς ἐνὶ κλισίῳ ἐν ἀτάλῃ,

Κεῖνον δὲ ἀντιθέτου ὁμοῖον. id est,

Talladis

Palladis auxilio nunc victor abijt Menelaus.

Illum ego sed posthac pugna superaro vicissim.

Demostheni probro datum est ab inimicis, quod in eo praelio, quo Philippus Macedonum rex Athenienses apud Cheroneam vicit, clipeo abiecto fugisset, eaq. gratia ἰσχυρῶς ignominioso cognomine vocatus. Verum id probri Demosthenes, homo non admodum verecundus, proverbiali, notissimoq. versiculo legitur eludere solitus,

Ἀνὴρ ὁ φύγων καὶ πάλιν μαχόμενος.

Huic confine est illud Davi Terentiani, Hac non successit, alia aggrediendum est via. Vsurpat adagium Tertullianus in libro De fuga in persecutione. Sed omittis, inquit, quidam diuinis exhortationibus, illum magis Græcum versiculum secularis sententia sibi adhibent: Qui fugiebat, rursus praeliabitur, ut & rursus forsitan fugiat. Et quando vincet, qui cum fugerit victus est?

Ex stipula cognoscere.

Ἐκ τῆς καλῆς γνώσεως, id est, Ex stipula iudicare, dicimus, quoties e vestigiis quibusdam in senectâ reliquis, coniecturam facimus, cuiusmodi quis fuerit in adolescentia, translata metaphora ab segetibus. Homerus in ἑ. Odyssæ,

Ἀλλ' ἴμπερ καλῶν γε σ' οἶμαί εἰς ῥόωνται

Γινώσκεις.

id est,

Attamen inspecta stipula te suspicor illud Coniicere.

Vititur hoc adagio Lucianus in Pseudomante, quem nos olim Latinum fecimus. Aristoteles in Rhetoricis καλῶν, senectâ interpretatur. Οὐ γὰρ ἴστω καλῶν ἐπὶ τῇ σελήνῃ καὶ τῇ τῆς ἡμέρας, ἀμφὶ τῇ ἀπὸ τῆς σελήνης, id est, Etenim cum senectâ dixit cultum, senem ostendit, ac representavit. Nam vtrique deflormerunt. Aristophanes in Vespiis non dissimili figura usus est,

Ἀλλὰ ἔκ τ' ἀνὴρ ἔστιν

Διὶ τοῖνδ' ἑὸν μὲν νεκρὸν ἔχον.

id est,

Verum e reliquiis robur horum colligi

Iuvenile oportet.

Dicimus item, ex fragmentis, ex ruina rem cuiusmodi fuerit coniectare.

Eodem cubito.

Ἀπὸ πῆχυν, id est, Eodem cubito, hoc est, eadem regula, eadem mensura. Vititur hoc aliquoties Lucianus, cum alias, tum in libello De ratione conscribenda historia, καὶ ὅλος πῆχυς ἐστὶ καὶ μέτρον ἀκριβὲς, id est, In summa cubitus vnus, atque exacta regula. Aristophanes in Ranis,

Καὶ ὅτ' ἀπὸ τῆς μετρικῆς περὶ μέτρον.

Καὶ κανὼν ἐξ ἴσου καὶ πῆχυς ἐπὶ πῶν.

id est,

In lance enim librabitur poetica,

Promentq. regulas, cubitosq. carminum.

Non dissimili figura dixit Cornelius Tacitus libro De oratoribus in præfatione, cum ait, se quæ a præstantissimis viris acceperat, iisdem numeris, iisdemq. rationibus persequi velle. Plin. Epist. lib. 8. dixit, pari libra. Illud fortasse παρεργάσθαι, at non inutile fuerit admonere, plerasq. metaphoras a mensuris ductas esse proverbiales, ut pensulare rem, pensitare factum, repende-

re beneficium, remetiri gratiam, librare negotium, ex pēdere causam, renumerare beneficium, æquilibrium officij, retaliare conuicium, atque id genus alias.

Ne altero quidem pede.

Μὴ δὲ τὸν ἑνὲς πῶδός, id est, Ne alterum quidem pedem discedere. Lucianus in Harmonide. Idem in Seltis, Οὐδὲ πῶ ποτε ἐξ Αἰθιοπίας τὸν ἑνὲς πῶδός περὶ λέων, id est, Qui ex Aethiopia nunquam vel alterum promouerit pedem. Annumerandum illis, quæ retulimus alibi, latum digitum, & latum pedem, latum vnguē, quibus vel consensus opinionū, vel studij assiduitas significatur, velut illo, nocte dieq.: quod aliter extulit T. Linius belli Maced. 1. Alij in castris sine stationibus per somnum vinumq. diem noctibus æquabant.

Ex Diametro opposita. Diametro distant.

Ἐκ διαμέτρων, id est, Ex Diametro. De uehementer inter se pugnantibus olim dicebatur, simpra Metaphora a Geometris, apud quos perfectissima oppositio ex diametro est. Lucianus in Tyranno, ἐκ διαμέτρων ὅτι οἱ βίον φασίν, id est, Nostra enim & illorum vita, ex diametro, quemadmodum aiunt, inter se distant. Athanasius in libro quodam de synodo Nicæna, οἱ κατὰ διαμέτρων εἰς ἑκαστὸν ἑαυτοῦ ἀντικείμενοι, τῇ σαβηλλίᾳ γνώμῃ, id est, Qui iuxta diametrum, ut ita loquamur, aduersantur Sabellij sententiæ. Basilius in epistola quadam ad Athanasium, κατὰ διαμέτρων dixit. Diametrus enim est recta linea, figuram, qua longissime patet, ex æquo secans: velut diametrus orbis est, quæ sic a summo ad summum tenditur circulum, ut per centrum eat, definitore Macrobio in Somnium Scipionis libro secundo. Nec ab hoc dissentit Euclidis diffinitio. Latini lineam hanc, dimetientem vocant. Nam Græcis διαμέτρων παρὰ τὸ διαμετρέειν, id est, a dimetiendo. Nominis causam reddit Aristoteles in Problematis, Sectione 15. problem. 2. Cognotum est illi, quod alio recensuimus loco, δις διὰ πρὸς ἑν.

Audi quæ ex animo dicuntur.

Ἀκούει τ' ἀπὸ καρδίας, id est, Audi quæ dicuntur ex animo. Nam seria, quæq. citra dissimulationem dicuntur, ex animo dici dicuntur, eaq. ex corde proficisci vulgus ait. Lucianus in Ioue Tragædo, Οὐδὲν ἀπὸ τῆς καρδίας, τὰ καὶ ἀπὸ καρδίας φασίν, id est, Itaque audite dij nimirum ex animo dicenda, sicuti proverbio dicitur. Nam adulatorum & simulantium oratio in faucibus nascitur, non in corde. Plutarchus in commentario quem inscripsit, quo pacto quis possit assentatorem ab amico dignoscere, refert hos senarios,

Εμοὶ ὅτ' εἰς πῶντος, εἰ δὲ βόλεται

Ἐτοχὲ καὶ ἴσθις ὅστις ἀνὴρ ἐμὸς

Φόβον περιλὼν τ' ἀπὸ καρδίας ὁρᾷ.

id est,

Mendicus utinam sit mihi, vel si libet

Mendicum & infra, qui mihi volens bene

Timore posito, possit ex animo loqui.

Ad hanc figuram pertinet illud Plautinum, corde amare. item illud, persequi corde, animo, & viribus, vtrinq. est in Captiui duo. Contrarium est huic, A summis labris, pro eo quod est, non ex animo. Seneca in Epistola ad Lucilium, Non a summis labris ista veniunt.

Aut bibat aut abeat.

ΑΥΤ bibat, aut abeat. Quo quidem adagio monemur, ut aut tempore locoq. nos accommodemus, aut ab hominum consuetudine nos subducamus. Quemadmodum Cato fecisse legitur, qui cum non posset sumere vultum Floraliū licentiæ convenientem, discessit e theatro. Natum est a priscis illis Græcorum simposijs, hoc est, comperationibus, in quibus mos erat, talis sortiri quæpiam, qui conuiuiū quasi præfideret, ac decreta conuiuialia præscriberet, quæ ὑμῶν, id est, leges appellabāt. De hisce legibus Valerius Valentinus iocoso carmine conscripsit, cui titulum fecit Tapulla, teste Festo Pompeio. Porro præfectum βασιλιά, hoc est, regem nominabant. Plutarchus συμποσίτερον vocat. Varro apud Nonium, Modiperatorem a Latinis vocatum scribit, quasi modum imperantem, ne quis aut plus satis biberet, aut parū. Athenæus libro 10. ex Eupolidis aucto-ritate docet, huic præfectos rei οὐκ ἔχοντες dictos, ab aliis ἰπρέλαμους. Huius consuetudinis meminit & Horatius in Odis,

Nec regna vini fortiter talis.

Ex legibus iocosis hæc una fertur, aut bibat, aut abeat. Commemoratum a Cicerone, libro Tusculanarum quaestionum 5. Mihi quidem, inquit, in vita seruanda videtur illa lex, quæ in Græcorum conuiuiis obtinet. Aut bibat, inquit, aut abeat. Et recte. Aut enim fruatur aliquis pariter cum aliis voluptate potandi, ne sobrius in violentiam vinolentorum incidat, aut discadat. Sic iniurias fortuna, quas ferre nequeas, de fugiendo relinquas. Hactenus ille. Quidā sic efferunt, ἢ πῆτι, ἢ ἀπὸ πῆτι, id est, aut bibe, aut abi. Quanto ciuilius hæc lex, quam ea quam Empedocli in conuiuiū præscripsit cōμῆν præfectus, ut aut biberet, aut vinum in caput illius effunderetur. Eam rem tam indigne tulit Empedocles, ut postmodum coactō concilio, & inuitatorem, cuius opera id erat factum, & symposiarcham reum percgerit, dammandosq. curarit. Refert Diogenes Laërtius.

Domi habet, domi nascitur.

ΑΔ eandem pertinet metaphoram: Domi habere. Nam id domi dicimus habere, quod in nobis situm est, nec necesse est ab aliis mutuo sumere. Translatum apparet ab ea consuetudine foris rogandæ suppellectilis, quā domi desideres. Terentius in Adelphis, Thy, domi habet, unde discat. M. Tullius ad Varronē, Sed quid ego nunc hæc ad te, cui domi talia nascuntur? Idem Academicarum quaestionum libro secundo, Desine quæso cōmunibus locis, domi nobis ista nascuntur, id est, hæc oratorum sunt propria. Proinde dixeris eleganter, Quid in rebus istis felicitatem venaris? domi habes, unde beatus esse queas. Regum est domi consilium habere, non ab aliena pendere sententia.

Confringere tesseram.

ΑΡΥΔ Plautum in Cistellaria confregisse tesseram dicitur qui sibi reditum in domum aliquam præclusit. Siquidem cum amans dixisset se iureiurando a Stricliū, ut lenæ filiam duceret, orans ne se periurum fieri pateretur, illa respondens, Abi, inquit, querere, ubi tuo iurando satis sit subsidij. Hic apud nos iam Al-

cesimarche, confregisti tesseram. Est autem tessera symbolum hospitale, quo prolato cognoscebantur hospites, si quando redissent.

Frigidam aquam suffundere.

FRIGIDAM aquam suffundere, Plautus in Cistellaria videtur usurpasse pro eo quod est, instigare clanculum. Sic enim in ea fabula meretrix queritur de matronis maritos suos in meretricum odium quod posunt inflammantibus. Ita nostro ordini palam blandiuntur, clam si occasio usquam est, aquam frigidam subdole suffundunt. Viris cum suis prædicant nos solere, suas pellices esse aiunt. Translatum apparet ab iis, qui certaminibus equestribus aquam equis aspergebant, quo resocillati currerent acrius, atque hoc pacto ad cursum instigabant. Cuius ministerij meminerunt etiam Tandeſta iuris Casarei libro tertio, titulo de iis, qui infamia notant. ex Vlpia. his quidem verbis: Et generaliter ita omnes opinantur, & utile videtur, ut neque Thynelici, neque Xystici, nec agitatores, nec qui aquam equis spargunt, ceteraq. eorum ministeria, qui certaminibus sacris deseruiunt, ignominiosi habeantur. Hactenus Vlpia. Id fiebat, opinamur, in Olympicis, aut similibus certaminibus, nonnunquam et ob hanc causam, ne rotæ agitatione ferrescentes, flammam conciperent. Nisi si cui magis probatur, ut traductum putetur ab iis, qui ioci ludicri ne causa, clanculum aquam infundunt in conuiuii lacum: aut ab his qui ludibrii causa, aqua conſpergunt aliquem, qui balnearum iocus est. Unde & Iulius Pollux libro septimo docet πλῆθὺν interdum usurpari pro conuiuii. Sic Aristophanes in Pluto, πλῆθὺν μὲν ποιοῦν ὁ ποσὶ τοῖς ἀδελφαῖς. Queritur quispiam quod contumeliæ causa conspersus sit aqua multis presentibus. Sed probabilius est translatum ab officinis ærariis, ubi fabri subinde frigidam in ignem aspergunt, quo ignis sit vehementior.

In senem ne quod collocaris beneficium.

Εἰς ὅτι μὴ ποτὶ μὲν ἄνδρῶν ποιεῖν, id est, Ne quid unquam beneficii collocaris in senem. Refertur nominatim prouerbij vice, ab Aristotele, lib. Rhetoricorum 2. ὅς τις συμβαλεῖται ποιεῖν φίλῳ γέροντι τούτῳ μεστὺρῃ ἢ παροιμίᾳ, μὴ ποτὶ ἐγὼ γέροντα, id est, Qui consulit, ne quis cum sene ineat amicitiam, huic testimonij loco est prouerbium, ne quando bene merearis de sene. Dicitur hodieq. vulgo, Neque in senem, neque in puerum collocandum esse beneficium, propterea quod alter non refert, alter non meminit. Extat & huiusmodi quoddam apud Diogenianum adagium, Μὴ ποτὶ ἐγὼ γέροντα, μὴ δὲ γυναικῶν μὴ δὲ παιδῶν μὴ δὲ κύνεσσιν, unde ἄλλοι κοπιᾶσθαι, id est, Ne quid beneficii colles, neque in senes, neque in mulierem, neque in puerum, neque in canem cuiuspiam, neque in garrulum remigem: propterea quod perire uideatur, quod in eiusmodi genus hominum insumitur. Seneca de beneficiis tertio: Sic fit, ut præceptores eorumq. beneficia interdicant, quia totam pueritiam relinquitur: sic fit, ut in adolescentiam nostram collata pereant, quia ipsa nunquam retractatur.

Stultus

Stultus, qui patre caeso liberis pepercit.

SVPERIORI protinus illud subtexuit, & quidē pro-
uerbii nomine, κὶ τὰς ὧς ἀπαρτίζοντες τὰς πατήρας.

Νῆπιος, ὅς πατὸρ καὶ τὸν πατέρα καὶ τοὺς πατέρας.

Et qui suadeat occidere liberos, quorum patrem occi-
deris, huic attestatur hoc prouerbiū, Stultus qui pa-
tre occiso liberos relinquit. Refert idem postea inter
sententias: Fatuus qui occiso patre liberis pepercit.

Est autem uersus prouerbialis:

Νῆπιος ὅς πατὸρ καὶ τὸν πατέρα ὃς ὑπολείπει. id est,

Est fatuus, qui patre perempto pignora linquit.

Vsus est & Herodotus in Clione, ὁμοίως ὅς μοι νῦν φά-
νομαι περὶ νεκρῶν, ὅς ἐστις πατὸρ ἀποκτείνων τὸν πα-
τέρα αὐτοῦ φασί, id est, Nam mihi nunc perinde fe-
cisse videor, ac si quis occiso patre, liberis illius par-
cat. Hoc adagium usurpasse scribitur Philippus Ma-
cedo, cum liberos etiam e medio tolleret, quorum pa-
rentes occiderat. Fertur uox militum, qui Maximinum
Imperatorem trucidarunt una cum filio, ex pessimo ge-
nere, ne catulum quidem esse relinquendum. Huc perti-
net Homericum illud ex Odyssæ γ.

Ὡς ἀρχὸν καὶ πατέρα καταφθιμένον λιπέω.

Αὐδῶς.

id est,

Vt bene habet caeso prolem superesse parenti.

Χεῖραλόχοι.

Χεῖραλόχοι dicebantur, atque hodie quoque vulgo dicun-
tur, qui probe loquuntur, & improbe faciunt. Dictum
autem peculiariter in Pertinacem imperatorem, quē-
admodum in huius vita testatur Iulius Capitolinus.

Figuli opes.

Κεραυνοὶ παύροις, id est, Filiales diuitiæ. De rebus incertis,
fragilibus, ac neutiquam duraturis. Quomodo modum
figulorum vasa facile comminuuntur quolibet casu.
Refertur adagium a Diogeniano.

Lepus dormiens.

Λεπὸς καὶ δόρυ, id est, Lepus dormiens. Quadrat in eum
q̄ quod nō facit, id facere sese adsimulat, aut q̄ facit,
id se facere dissimulat. Qualē quidā arbitrantur fuisse
Ulyssis formi, cū a Phæacibus in Ithacā in insulam ex-
poneretur, auctore Plutarcho. Nam leporem patenti-
bus genis dormire, cum alij permulti tradunt aucto-
res, tum Plinius libro vndecimo, capite trigesimo septi-
mo, id quod etiam hominibus nonnullis ait accidere,
quos Græci κορυβαῖτις appellant. Neque perperam,
dicetur & in timidos. Adagium a multis auctori-
bus refertur.

Sero Iupiter diphtheram inspexit.

Ὡς κατὰ τὴν χροίαν ἐπὶ τὰς δὲ φέρεται, id est, Inspexit, etsi
sero, pellem Iupiter. Senarius prouerbialis in eos,
qui sero quidem, sed aliquando tamen pro malefactis
dant pœnas. Antiquitas enim credidit Iouem omnia
in sua diphthera, hoc est, pelle caprina scribere: ac
multa quidem pro tempore dissimulare, verum ali-
quando de improbis pœnas sumere. Belle quadrabit
& in principes, qui diu dissimulata maleficia tandem
puniunt.

Ὡς κατὰ τὴν χροίαν ἐπὶ τὰς δὲ φέρεται.

Aut mortuus est, aut docet litteras.

Ἡ τοὶ τίθηκεν, ἢ διδάσκει γράμματα.

id est,

Aut periit, aut profecto litteras docet.

Senarius prouerbialis, quo significabant olim, cuiuspiam
omnino male esse, tametsi parum liqueret, quid rerum
ageret. Is autem hac occasione venit in vulgi sermo-
nem, auctore Zenodoto. Athenienses duce Nicia pa-
rium feliciter aliquando pugnaverunt aduersus Sien-
los, permultis occisis, plerisque captiuis in Siciliam ab-
ductis, qui Siculorum filios litteras docere coacti sunt.
Proinde pauci qui fuga elapsi redierant Athenas, ro-
gati quid hic aut ille faceret in Sicilia, modo memora-
to versiculo respondebant, Aut periit, aut docet lit-
teras.

Oportet testudinis carnes aut ede-
re, aut non edere.

Ἡ δὲ χελώνης κρέα φάγειν, ἢ μὴ φάγειν.

id est,

Testudinis carnem aut edas, aut non edas.

Trimeter prouerbialis, in eos, qui negotium susceptum
frigide ducunt, neque explicantes, neque relinquen-
tes. Sunt qui putent hoc dictum ab auctore Terpsio-
ne profectum esse: quorum est Athenæus libro octa-
uo, declarans hunc primum præcepisse de gastronomia
editis regulis per quas liqueret a quibus esset abstine-
dum, quibus contra vescendum: inter quas erat et hæc
de testudine ἢ φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν. Addunt testudinis
carnem si modice edatur, ventris tormina facere: rur-
sum si copiose, lenire. Cuiusmodi quiddam & de lactu-
cis refert Plin. Perinde quasi dicas: aut bellandū est,
aut non bellandum: aut studendum, aut non studendū.
Nam pleræque res sunt, quas si facias acriter, plurimā
conducunt: si ignauiter, officium. Velut ea quæ me-
diocritatem non recipiunt, quod genus est musica, poe-
ticaq. Sicut rursus quedam, quæ degustasse sit satis.
Quo de genere putauit esse philosophiæ studium Emilia-
nus ille Neoptolemus, & Callicles Platonius.

Bonæ leges ex malis moribus procreantur.

MACROBIUS Saturnalium libro tertio, Vetus ver-
bum est, inquit, Leges bonæ ex malis moribus procreā-
tur. Nam sicuti medicorum pharmacis nihil opus fo-
ret, nisi morbis laboraretur: ita legibus ferendis nihil
opus esset, nisi perperam videretur. Unde apud Aegine-
tas olim pecuniaria pœna multabatur is, qui legis
instituendæ dedisset occasionem. Auctor Aristoteles
lib. Rhetoricorum 2. Cornelius Tacitus lib. 13. Vsu pro-
batum est, leges egregias exempla honesta apud bo-
nos ex delictis aliorum gigni. Huc pertinet quod So-
lon ἐφ' ὧς εἶπε, διὰ τὴν κατὰ πάτεραιον νόμον ἵεσθαι, διὰ
τὸ ἀπὸ πλίσσασθαι, id est, Rogatus quam ob causam non
tulisset legem in parricidas, respondit, quod non speras-
set futurum parricidam.

Bos alienus subinde foras prospectat.

Βόες ἀλλοτρίους πρὸς πόρᾳ ἐξω βλέπει. i. Bos alienus subinde
foras prospectat. De iis, qui apud alienos nō satis ex ani-
mi sententiā tractantur, eoq. sapius suos desiderat. Vni-
cuiq. domi, ac velut in suis præsepibus iucundissima vi-
ta, perēgre permulta sunt quæ ledant plurima desunt.
Adiuvare videtur ad hoc p̄verbiū Plutarchus in Sym-

S 3 positiis

posiacis decadeoſtaua, problemate ſecundo. ὅπως δὲ
ἐαυτῶν μὴ κατὰ φρονίμην, μὴ δ' ἐξω βλάπτει πάντας περὶ
id eſt, Verum ne ipſos contemnat, ne ue foras pro-
ſpiciatis, i Ne aliunde petatis, quod ab ipſis Platonis
interpretibus ſumi poteſt. Proinde recte dicitur, ἐξω
βλάπτει, qui non contentus ſuis aliunde pendet. Uſur-
pat, & in libello, πῶς τῆς ἀρετῆς καὶ κακίας.

Septimus bos.

Εβδομος βῆς, id eſt, Septimus bos. Olim in ſtupidos bru-
tosq. dicebatur, unde celebratus ſenarius,

πέντε ἑβδομον βῆν ἢ σοφὴν περὶ μιᾶς. id eſt,

Venuſtum adagium ſeptimum narrat bouem.

Id hinc ortum eſſe tradunt, quod antiquitus poſt ſextā
lunam bouis imaginem e farina pinſere conſueuerint,
qui ſeptimam lunam cornibus reſerret. Sunt qui ma-
lint hinc natum, quod cum apud veteres ſex animan-
tium genera maſtari dijs ſoleant, ouis, ſus, capra, bos,
gallina, anſer: pauperes non habentes viuum animal
quod immolarent, bouis ſimulachrum e farina fingere
conſueuerunt. is quoniam ſenſu vitāq. careret, in ſtoli-
ditatis abiit prouerbiū. Citatur apud Suidam Euri-
pides in Erechtheo, & Achēus in Iride, qui prouer-
bium hoc uſurpauerint, tametſi verſus illorum non re-
fert.

Indus elephantus haud curat culicem.

IN epiftulis, quæ Phalaridis nomine ſcruntur, extat
huiusmodi quoddam adagium, κόωνες ἐλάσσονες ἰδὲς
οὐκ ἀλίγουν, id eſt, Culicem haud curat elephantus In-
dicus. Diſtum eſt autem ob ſingularem duritiem cutis
elephantina, qua fertur etiam iacula excutere, tantū
abeſt vt culicis morſu poſſit offendi. Adhiberi poterit,
quoties ſignificabimus excelsis animis leues et vulga-
res iniurias eſſe negligendas.

Lutum luto purgare.

Πλὴν πλὴν καθαίρειται, id eſt, Luto luto purgari, dicitur,
vbires ſordida ſordibus tollitur, hoc eſt, cum ſordes nō
tolluntur, ſed aut mutantur, aut augentur etiā. Apol-
lonius in epiftola quadam, ἀλλ' οὐδ' ἐκ τῶν ἐφορίζε-
ται, μὴ πλὴν πλὴν καθαίρειται, Loquitur de ſacerdo-
tibus, qui deorum aras ſanguine polluerent, eamq. ex-
piationem eſſe ducerent. Huc pertinet Diogenis diſtū.
Is ingreſſus balneum ſordidum, qui hic, inquit, lauant,
ubi lauant? indicans talibus balneis conſpurcari cor-
pora potius quam purgari. Idem accidit Alexandri-
nis qui in urbibus alunt vim ibidum in hunc uſum,
quod ſerpentes ac macellorum ſordes deuorent, verū
ſuis immundicijs omnia rursus conſpurcant.

Cyclopica vita.

Κυκλώπης βίος, i. Cyclopica vita, pro vita vehementer ef-
ſera ac barbara, quæ neque legibus, neq. diſciplina ci-
uili conſtet, neq. religione deorum gubernetur. Qualē
deſcribit Homerus Odyſſeæ libro nono ſub perſona Po-
lyphemi:

Νῆπιος τις ὦ ξεῖν' ἢ πλοῦτος ἐὶν ἡλίκας,

Ος με θεὸς κίλεται ἢ δαιμόνων, ἢ ἀλικάτω.

Οὐδ' οὐκ ἐκ τῶν δαίμων ἀγέλας ἀλίγουν.

Οὐδ' οὐκ ἐκ τῶν μακάρων.

id eſt,

Deſipis, aut certe longinquis hoſtes ab oris

Hic ades, vt qui me iubeas cura ue moueri,
Siue timore Deum, neq. enim cyclopica turba
Curamus ſummum ue Iouem diuos ue beatos.

Eodem in libro:

Τῶν δ' ἀδελφῶν περὶ σῶμα, οἳ τινὲς εἰσιν,

Ἡ οἱ γ' ὑβρίζαι περὶ ἀγροὶ οὐδ' ἀδικαί,

Ἡ φιλόφρονες καὶ σφιν νόος ἐστὶ βίος δ' ἄρ', id eſt,

Quod genus hoc hominum experiar id, ſint ne ſeroces,

Agreſtes, æquiq. rudes, an & hoſpitij ius

Obſeruent, animo reuerentes numina diuum.

Homerum æmulatus Euripides Cyclopem hoc pacto
loquentem facit:

Ζῆτες δ' ἐγὼ κεραυνῶν οὐ φρίττω ξένι,

Οὐδ' ὅδ' ὅτι ξένος ἐστὶ μὲν κραίων θεός. id eſt,

Atqui hoſtes ego fulmen Iouis non horreo,

Neq. me Iouem præſtantiorem habeo Deum.

Strabo lib. Geographiæ 11. ſcribit, hoc vulgo diſtum in
Albanorum gentem, quod Cyclopi agerent vitam,
vitæ neque cultura ſtudioſi, & ad omnem vitæ cul-
turam inertes & rudes.

Similes habent labra lactucas.

SIMILES habent labra lactucas. Vbi ſimilia ſimili-
bus contingunt, veluti præceptorum parum docto diſci-
pulus indocilis: improbo populo magiſtratus impro-
bus: contumelioſo patrono contumelioſus actor: vxori
morofæ maritus moroſus: breuiter quoties mala ma-
lis, digna dignis eueniunt. Natum adagium ab aſino
carduos paſcente. Eſt autem lactuca herba mollis ac
tenera, quæ tamen non admodum ſit diſſimilis carduo,
præſertim ſylueſtri. Itaq. quemadmodum carduus ſpī-
noſus eſt, atq. maiorem in modum aſperis folijs & cau-
le, deniq. ipſo etiam flore, itidem & aſini labris nihil
durius ac petricofius, vt illis non alia lactuca magis
apta videatur. Porro carduos lactucarum vice etiam
in conuiuijs a nonnullis apponi ſolere, teſtis eſt Iulius
Capitolinus in vita Pertinacis Imperatoris. Plinius
item libro decimonono, de carduis in hunc modum: Po-
terant videri diſta omnia, quæ in precio ſunt, niſi reſta-
ret res maximi queſtus, non ſine pudore dicenda. Cer-
tum eſt quippe carduos apud Carthaginem magnam,
Cordubamq. præcipue, ſextertium ſena millia e paruis
his reddere, quoniam portenta quoq. terrarum in ga-
neam vertimus, etiam ea quæ refugiunt quadrupedes
conſciæ. Uſurpat, ſimulq. interpretatur prouerbiū
diuus Hieronymus, ſcribens ad Chromatium in hunc
modum: Secundum illud quoq. de quo ſemel in vita
Cræſſum ait riſiſſe Lucilius: Similem habent labra la-
ctucam, aſino carduos comedente: videlicet vt perfora-
tam nauim debilis gubernator regat, & cæcus ducat
in foueam, & talis ſit rector, quales illi qui reguntur.
Haſtenus ille. Fuit autem hic Cræſſus auus eius Cræſſi,
qui pugnans aduerſus Parthos interiit, cuius ſigna po-
ſtea retulit Auguſtus. Numeratur is inter eos, qui nū-
quam in vita riſiſſe feruntur, eaque gratia ἀλάστοι, i.
irriſibiles cognominati. Marcus Tullius in ætioneibus,
Cræſſum Licinium, auctore Lucilio, ſemel duntaxat in
vita riſiſſe teſtatur. Plinius libro Naturalis hiſtorie
ſeptimo, capite decimonono: Ferunt, inquit, Cræſſum
auum Cræſſi in Parthis interempti, nūquam riſiſſe, ob
id Agelaſtum vocatū, ſicuti nec fleſſe multos. Diuus
Hieronymus contra Ruſinum: Ego certe vt homini ſe-
meriſſimo

mortalium ingenia, tum præcipue valet oratio, quæ quidē ex arcanis illis animi penetralibus deprompta, geminam quandam & occultam vim, atq. ut Græce dicamus melius, ἐνέργειαν secum adfert, eamq. in auditoris animum, in quem illabitur, transfundit, præsentaneum venenura, si pestilens fuerit: remedium efficax, si salutaris. Iam vero quod de colloquio dictū est, idem oportet & de studiis accipere. Qui vitam omnem in Ethnicis conterunt litteris, gentiles euadunt. Qui præter obsecros auctores nil euoluunt, moribus obsecris. Etenim lectio colloquium quoddam esse videtur.

Annus clibanum.

Ἀννὸς κριθῶν, id est, Annus clibanum. In eos olim dicebatur, qui noua quippiam rei reperissent. Nam Annus quidam Aegyptius clibanorum usus, in quibus panes coquerent, fertur excogitasse. Siquidem prisca pulte polentaq. victitabant, cocti panis usum nescientes. De ratione coquendi panis in furnis, permulta Plinius libro 18. cap. 11. & hinc rei vocabulum etiam inditum. Nam Plautus in Aulularia artoptesiam vocat. Seneca in epistola quadam ad Lucilium ostendit, antiquitus parcm manuū tractatione subactum, seruenti cinere testaq. percoqui solere: deinde paulatim repositos furnos & alia genera, quorum seruator seruiret arbutio. Hic panis dicebatur κριθῶν. Meminit huius adagij tum Suidas, tum Aristophanis interpres ἐλάττωσι. Quamquam exemplaria pleraq. ἀνθρώπος habent, in vno dīntaxat locu xiv. scriptum reperitur, quod quidem magis aridct, ut vocabulum sit proprium.

Magistratus virum indicat.

Ἀρχὴ τῶν ἀνδρῶν δεικνύται, id est, Imperia demonstrant virum. Dimeter iambicus prouerbio celebratus. Quidam Pitaci Mitylenæi putant apophthegma. Sunt qui Soloni tribuant, quorum de numero Sophocles est, ut ferunt. Aristoteles quinto Moralium libro, Biantis nomine citauit. Item Theophrastus in prouerbijs, quamquam ea non extant, Bianti adscribit. Hoc adiiciendū putauim⁹, ne quis cauilletur, sententiā esse, non prouerbium. Quamquam & Plutarchus in vita Ciceronis ostendit fuisse prouerbio celebratum dictum, loquens hunc in modum: ὁ δὲ δοκῶ μάλιστα καὶ λίγῃ τῇ λόγῳ ἀνδρῶς ἐπιδεδειγμένον καὶ βραχυτάτης, ἡγεσίας καὶ ἀρχὴν πάντων πόλεως κινῆσαι, καὶ πόσας ἀποκαλύπτειν κακίας, δημοδύειν μὴ δὲ ὑπερῆσαι. id est, Quod autem videtur ac dicitur, maxime mores hominis ostendere, atq. explorare, nimirum potestas ac magistratus, omnem mouens affectum, & omnem aperiens malitiam, id Demostheni quidem non adfuit. Sophocles in Antigone:

Ἀρχαίων δὲ πέντε ἀνδρῶς ἐκμαθεῖν

ἔνθα καὶ φρονίμους, καὶ γνοῦμεν, πρὶν ἂν

Ἀρχαίᾳ καὶ νόμοισιν ἐρεῖβῃς φρονί.

id est,

Fieri haud potest, cuiuspiam ut pernoueris

Animum atq. mentem siue sensum, ni prius

Imperia nactus gesserit ciuilia.

Sensus est, in vita priuata vix satis perspicere mores & ingenium hominis. Verum si committas imperium, ut quod libeat, idem liceat, tum demum apparete quo sit animo. Eleganter inuertit Epaminondas, cui cum Thebani per contumeliam magistratum quempij

sordidum & contemptum mandassent, non contempsit, sed ea cura gessit, ut muneri prius contemptissimo dignitas & auctoritas accederet, dicens: ὁ μόνον ἡ ἀρχὴ τῶν ἀνδρῶν δεικνύται, καὶ καὶ ἀρχὴν ἀνέρε. Nō solum magistratus virum ostendit, sed magistratum vir. Meminit Plutarchus in præceptis ciuilibus.

Idem Accij, quod Titij.

EXTABAT olim adagium apud M. Varronem in satyra, cui titulus, Testamentum, referturq. apud A. Gellium in Noctibus Atticis, Idem Accij quod Titij. Quod si quis, inquit, undecim⁹ mense κατ' ἀρίστην natus est, Accio idem quod Titio ius esto. Nimirum significans eodem sibi iure futurum, filium decimo mense natum, quo eum qui natus sit undecimo. Sumptum videtur a Iurisconsultorum consuetudine, Titij & Accij vocabulum pro quibuslibet duobus subinde usurpantium.

Caput sine lingua.

AB hoc non admodum abluat ille Laberianus trimeter, Caput sine lingua pedaria est sententia. Competit in eos, qui in consultationibus aut disceptationibus ipsi quidem nihil habent quod dicant, verum aliorum sententijs annuunt. Nam pedarii senatores dicebantur ii, qui in senatu quidem sedebant, verum sententiam non rogabantur, sed in aliorum sententijs pedibus discedebant. Vnde referente Festo Pompeio in dictione Pedarius, a Lucilio dicti sunt Agipedes, quod pedum discessione dicerent sententiam. Refertur a Gellio Noctium Atticarum libro 3. capite 18. Habet & Crocodilus caput sine lingua, sed dentibus armatum.

Corpus sine pectore.

PROVERBIALI figura dixit Horatius in Epistulis ad Albium:

Non tu corpus eras sine pectore, dii tibi formam,
Dy tibi diuitias dederant, artemq. fruendi.

Item Ouidius in Heroinis:

Huncine tu speras hominem sine pectore, dotes
Posse satis formæ Tyndari nosse tuæ?

Perinde vero dictum est corpus sine pectore, quasi dicas, sine mente. Nam sapientiam & ingenium in pectore atq. in corde constituunt. Vnde & cordatos appellamus prudentes. Et Iuuenalis tardum ac stolidum significans:

-Cum leua in parte mamillæ

Nil salit Arcadico iuueni.

Cerite cera dignus.

OLIM notari dignos atq. improbos & nequam homines, Cerite cera dignos, prouerbio vocabant, nimirum Ceritem ceram insignem ignominiam appellantes. Horatius:

Quid deceat, quid non obliui, Cerite Cera.

Digni, remigium vitiosum Ithacensis Ulyssis.

Acron & Porphyryon huiusmodi tradunt originem adagij. Romani Ceritibus bello subactis eam dixere conditionem, ne suffragij ius haberent, ne leges ullas aut ederent, aut haberent. Eamq. ignominiam in adagij abuisse: Meminit de tabulis Ceritibus & Aulus Gellius lib. 16. capite 13. Primos autem municipes, inquit,

quit, sine suffragij iure Cerites esse factos accipimus. Concessumque illis, ut civitatis Romanæ honorē quidē caperent, sed negotijs tamen atque oneribus vacarent, pro sacris bello Gallico receptis custoditisque. Hinc tabula Cerites appellatur versa vice, in quas censores referri inebant, quos nota causa suffragijs priuabant. Con fine videtur illi, quod alibi diximus, Sutorium atramentum.

Dij laneos habent pedes.

MACROBIUS libro Saturnalium primo, capite 6. scribit in hunc modum: Cur autem Saturnus ipse in cō pedibus, visatur, Verrius Flaccus causam se ignorare dicit. Verū Apollodori lectio suggerit: Saturnū Apollodorus alligari ait per annum laneo vinculo, & solui ad diem sibi festum, id est, mense hoc decembri. Atque inde prouerbiū dictum, Deos laneos pedes habere: significari vero decimo mense semen in utero animatum in vitam grandescere, quod donec erumpat in lucem, mollibus naturæ vinculis detinetur. Hactenus Macrobius. Lucianus item in Cronosolone, Saturnum in cō pedibus fingi solere significat. Atque huius figmenti rationem reddit in libro de Astrologia, nempe quod orbis Saturni longissime a nobis semotus sit, ob hoc in tarara coniectum finxere, ex aeris profunditate sumpta occasione. Deinde quod motus sit omnium tardissimi, ut quasi stare videatur, compedibus alligatum finxerunt. Plutarchus in problematis scribit, Tyrus fuisse morem, ut decorum statuis vincula iniicerent. Aenigma prouerbij indicat, deos ad scelerum ultionem lere quidem procedere, sed tamen aliquando de malefactoris pœnam sumere vel inopinato. Sic interpretatur Porphyrio, demonstrans quod scribit Horatius libro Odarum tertio, oda secunda,

Raro antecedentem scelestum

Deferuit pede pœna claudo:

affine esse prouerbio, quod dicitur, deos iratos, pedes lanatos habere, quia nonnunquam tarde veniunt nocentibus.

Zenone moderatior.

Ζήνωνος ἐν γὰρ τῆς ἐξουσίας, id est, Zenone temperatior. Testatur & Laertius in Zenonis vita philosophum hunc tum in victu, tum in voluptatibus Veneris usque adeo patiens ac parcum fuisse, ut crudis duntaxat vesceretur, ac pallio pretenui tegetetur. Unde & Philemon in comœdia taxat hominem, qui post panem obsonij loco caricis vteretur, aquam vini loco biberet, ac discipulos esurientem doceret. Hinc & in vulgi sermonem abiit, Zenone temperantior. Philemonis versus apud Diogenem ex fabula, cui titulus Philosophi, sunt huiusmodi.

Εἰς ἀρτον ὄψον ἰχθυόεντα, ἐμπιπὺν ὕδωρ,

Φιλοσοφία καὶ νῦν ὅς τις φιλοσοφῶν,

Πιπὺν διδύσκει καὶ μαθεύει λαμβάνει.

id est,

Post panis esum, cariceumque obsonium

Aquam bibens perdurat inde simplicem.

Nouum enim philosophia celebrat hic genus.

Docet esurire, ac discipulos ita illicet.

Quamquam sunt qui versus hos Posidippo tribuant, nō Philemoni, velut idem admonet Laertius.

Sylofontis chlamys.

Συλοφώντος χλαμύς, i. Sylofontis chlamys. Refertur a

Diogeniano, dici solitum in hos, qui se cultu vestitu iactant: ac venditant. Videtur haud absurde dici posse & in eos, quibus munus exiguum in tempore, magno cum senore redijt. Historia, quæ prouerbij dedecit occasionem, meminit Herodotus in Thalia, quæquæ apud hunc χλαμύς legitur, non χλαμύς. χλαμύς autem vestis militaris. Meminit & Strabo Geographiæ libro 14. Historia sic habet: Syloson quidam cum sensisset Darium Hystaspis filium, cum adhuc priuatus ageret, chlamyde quadam sua admodum bella impensius fuisse delectatum, eam ultro dono misit. Cuius tam tempestiua liberalitatis memor Darius cum iam rebus esset praefectus, totam & urbem & insulam Samiorum Sylofonti in manus tradidit, vnius vestis munus tam opulento regno compensans. Mentionem facit huius rei Valerius quoque Maximus, libro Memorabilium quinto, titulo de gratitudine. Porro quod alij chlamydē, seu chlanidem vocant, hic amiculum appellat, id est palij genus.

Opera Sylofontis ampla regio.

Εὐκλείης συλοφόντος ἐν γὰρ τῆς ἐξουσίας, id est,

Per Sylofontem regio facta est amplior.

Senarius in prouerbiū versus, quem refert Strabo libro Geographiæ 14. Nam Syloson munificentiā Darii, mortuo Poliarce, Samiorum adeptus tyrannidē, cum acerbius exerceret imperium, ita ut fere solent ij, qui ab humili fortuna repente ad res amplas prouehuntur, & ob hanc causam insula deferretur ab incolis, prouerbio dici coeptum:

Εὐκλείης συλοφόντος ἐν γὰρ τῆς ἐξουσίας, id est,

Spatiosa regio est Sylofontis gratia.

Conuenit in acerbe gerentem magistratum, aut in principem malum, cuius vitio deferatur ab incolis regio. Venustius reddetur longiore deflexu, veluti si in hominem πλεονέκτης, qui domum aliquam cōpilarit dicatur: aut in profusum ac prodigum, cuius luxu loculi facti sunt inanes.

Phalaridis imperium.

Φαλαρίδης ἐν γὰρ τῆς ἐξουσίας, id est, Phalaridis principatus. Refertur inter Græcas παραμύσεις. Recte dicitur in eos, qui crudelius exercent imperium, aut potestatem sibi delegatam. Ortum adagiū a Phalaride Agrigētinorum tyranno, quem sua crudelitas nobilitauit. Inter multa autem crudelitatis exēpla celebratur in primis genus ille taurus Perilli, siue Perilai, nam sic appellat Lucianus, inueniunt, quo subiecto igni mortales viuī sic exurebantur, ut pro eiulatu humano mugitum ederēt morientes. Eum taurum, exusto primum in eodem artifice, Delphos misisse legitur, ut Phæbo dicatus, in eius templo reponeretur, monumentum futurum, simul & artis exquisitissime, & inuenti crudelissimi, & pœna merito in auctore retortæ. Verū Delphi minus, ut a tyranno missum, repudiarunt. Hæc ferme leguntur apud Lucianum. Simili figura dictum legimus παραμύσειν, pro immāni crudelitate. Cicero ad Atticum lib. 7. Nā istum quidem, cuius παραμύσειν τίνες, omnia teterime facturum puto. Idem in actione contra Pisonem: Quoniam, inquit, Phalaris grammaticum habemus: id est, qui perperam scripta etiam capite punit.

Com-

Complurium thriorum ego
strepitum audiui.

Πολλῶν ἰγὼ θρίων τόπος ἤκουε.

id est,

Thriorum ego strepitum audiui complurium.

Senarius est proverbialis, quo minas & inanem clamorem nos contemnere significamus. Quemadmodum Thais illa Terentiana scuas & gloriosas Thraſonis minas pro nihilo ducit, magnum nebulonem appellas.

Aristophanes in Vespiis :

Ὡς ἰγὼ πολλῶν ἰγὼ θρίων τὸν θρίων id est,

Thria noui quid strepant, ut sapius qui audierim.

Porro thria a Græcis dicuntur ficulna folia, quæ cum incenduntur, minacem quandam edunt strepitum, & formidandum iis quibus, ante non sit auditus, alioquin inanem & contemnendum. Nisi mauis legere θρίων, sic enim Græci vocant calculos, quos in urnam mittunt sortilegæ, cum diuinant, quemadmodum admonimus alibi. Solent huiusmodi diuinatrices aliquando e sortibus dira prædicere, quo stultos ac credulos terrent, cum sæpenumero nihil cucinat eorum quæ minantur.

Ne inter apia quidem sunt.

Ὁς ἐν ἀπῷ οὐδὲν ἴδεν id est, Ne in apio quidem sunt, pro eo quod est, ne ingressum quidem aut initium rei attingunt. Sumpta metaphora ab iis, qui hortos ingrediuntur. Nam antiquitus extremus ille hortorum ambitus, apio conferebatur, quem qui nondum præterissent, velut in hori limine adhuc esse videbantur. Aristophanes in Vespiis :

Ὁς ἐν ἀπῷ οὐδὲν ἴδεν π' οὐδὲν ἴδεν π' οὐδὲν ἴδεν.

In apio nodum est vel ipso, sed nec in rutis adhuc. Hoc est, nec initium habet eorum, quæ sunt futura. Interpres & aliam quandam hoc loco refert sententiã, volens adagium ad gymnicum agonem pertinere, ad quod qui præpararent infantes, statim ut essent nati, in apio collocare consueverunt. Itaq. perinde dictum videtur, Ne in apio quidem: quasi dicas, ne in primis quidem rudimentis. Rutam autem comicus addidit risus causa, quod apia prælocutus fuerat. Porro morem apio coronandi putant iam olim ab Hercule inductum, post interfectum Nemeæ leonem, quod & Pindarus indicare videtur alicubi. Nā in Nemeis hymno quarto dicit: ἵνα δὲ ἄλκιμονος ἔργα, τὸ πρῶτον ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ κοινὰ. Vbi in certamine tumultuosi floruit Corinthiacis apia. Significat quendam in certamine Neptuni Isthmico coronatum fuisse a Corinthiis.

Podex lotionem vincit.

Πόδεσσι λουτρὸν περιγίγναι, id est, Podex lotionē vincis. Callistratus apud Aristophanis interpretem adagiū hoc retulit ad eos, qui sese in malum aliquod adigunt, propterea quod ea corporis pars, etiam si lauetur, semet rursus inquinat, ita ut ipsa sit in causa, quo minus lauari possit. Quadrabit etiam ubi quid frustra fieri significabimus, veluti si quis nocentem e carcere redimat, atq. ille mox iterato commissio semet eodem præcipitet. Aut si quos reconcilies, mox in pristinam relapsuros similitudinem, aut castiget incorrigibile ingenium, quod genus est mulierum. Conueniet & in illos, qui suo ipsius vincunt malo. Veluti si quis morum instabilitate obineat, ne posthac obiurgetur a præ-

ceptore. Putant adagium videri sumptum ab iis possissimum, qui cita sunt alio, quos Nonius foriolos appellat. Aristophanes in Vespiis : Πόδεσσι λουτρὸν περιγίγναι. id est, Podex peruincens lotionem. Itidem & morlus dicitur vincere artem, curam ve medici, cum est immedicabilis. Ex veterum monumentis deprehendes, fuisse morem publicum, ut post exoneratam aluum adhiberetur eius partis lotio, quæ tamē subinde erat repetenda. Martialis inter Iſſæ Catellæ laudes commemorat, quod post depositum ventris enus rogaret lauari. Legimus & barbarum quendam seruitutis impatientem, ligno, cui spongia erat addita tergendo podici, in gulam adactis sibi consciuisse necesse.

Conscientia mille testes.

QVINTILIANVS Oratoriarum institutionum libro 5. hæc sententiam ut proverbialem citat, Conscientia mille testes. Sensus interprete non eget. Quis enim nescit, conscientiam rem esse vnam omnium efficacissimam: adeo ut nulla tormenta melius prodant maleficium, quam conscientia, nullus carnifex seuerius puniat, quam hæc? Vnde & illud:

Heu quam difficile est crimen non prodere vultu. Extat & Græcica sententia, οὐκ ἔστιν ὅστις πλάττει τὸν ἑαυτοῦ. id est, Conscientia verberat animum. Iuuenalis item:

-Et surdo verberare cedit.

Hanc sensere poete, cum de diris & vlticibus furis fabulantur.

Myforum præda.

Μυσοῦν λεία, id est, Myforum præda. In eos olim dicebatur, qui inipune a quibuslibet læduntur ac diripiuntur. Ortum adagium a Mysis, quos aiunt quondam finitiorum incursionibus male vexatos fuisse, quo tempore Telephus rex peregre agebat. Vtitur hoc adagio Aristoteles libro Rhetoricorum primo, tractans de locis coniecturalibus, καὶ τὰς ὑπὸ πολλῶν ἐξ ἑκατέρωθεν, καὶ μὴ ἐπελεπόντας, ὥς ὅτι καὶ τὰ περιμύσας μυσοῦν λεία. id est, Eos item, inquit, qui a compluribus affligi iniuria, non curant de vlciscendo. Nam ut trito dicitur proverbio, Myforum hi præda sunt. Hoc est, passim ab omnibus incessuntur, propterea quod veterem ferendo iniuriam, inuitant nouam. Vfus est Demosthenes aduersus Aeschinem. Quo quidē in loco scioli deprauarunt pro Myforum, miserorum, in translatione Leonardi Arretini. Citatur & ex Stratidis Medea, & Iambis Simonidis.

Ultra septa transilire.

Υπὲρ τὰ ἑκατμύνη πηδῆν, id est, Septa transilire. Congruit vel in eos, qui rem quampiam nouam & incredibilem designant, longeque supra vulgarium hominum facultatem. Vel in hos, qui a re proposita digrediantur. Vel in illos, qui præscriptos sibi terminos, & potestatis mandata modum transeunt. Natum adagium a Phayllo quodam pentathlo Opuntio, ut quibusdam placet, Crotoniata, qui tum saltu, tum discō mirum in modum nauis legitur. Hæc ferme Suidas. Extat & inscriptio statuae illius huiusmodi:

Εἵντ' ἰὼν πηδῆν καὶ πόδεσσι πηδῆσαι φάμεθα.

Δισκοῦ δ' ἑκατμύνην, πέντ' ἀπὸ λατομίας. id est,

Quinq.

Quinque supra quinquaginta pedes salit Phayllus. Disci autem iacit centum exceptis quinque. Meminit huius adagij Plato in Cratilo, καὶ ὑπὸ τοῦ ἰσκαμμένου ἀλίστου. id est, Et ultra septa psallire. Refert & Iulius Pollux libro De rerum vocabulis tertio. Lucianus in Somnio ὑπὸ τοῦ ἰσκαμμένου ἡδονῆς, id est, Ultra septa iam transilit. De somnio cuius finis cum sit somnus, iam etiam vigilantia duraret. Cicero de oratore lib. 1. Et quasi certarum artium forensibus cancellis circumscriptionem scientiam. Idem in actionibus: Ab his cancellis, quibus me circumscripsi, declinauero. Locutus enim is, in quo celebrabantur ludi forenses, fossis cancellis, aut aliis id genus septis erat circumscriptionis.

Psyricae facta.

PSYRA, insula quæpiam est, haud procul a Chio, cuius meminit et Homerus lib. Odysseæ 3. Psyriam appellans:

Ἡ καὶ ὑπὸ τοῦ Χίου τοῖς μέγεθος παλαιά ἐστι.

Νῆος ἐπὶ ψυρίαι, αὐτὴ δὲ ἐπὶ τῇ ψυρίαι. id est.

Certe supra Chium redibamus asperam, iuxta insulam Psyram, ipsam Chium a sinistris habentes. Strabo Psyra pronunciat pluratiue, & neutrali genere. Meminit huius & Plinius lib. mundana historia 5. Ea insula quoniam esset, & perpusilla & ignobilis, in contemptus ac utilitatis prouerbiū abiit, ut quæ sordide, parumque magnifice fierent, Psyricae facta diceretur. Hæc ferme Stephanus. idem citat Cratinum:

Ἦν ἄρα τὸν δ' ἰοῦσαν ἀγορίαι.

id est,

In Psyra Bacchum ducentes.

Eundem rursus in Nemesa:

Ἦν ἄρα τὴν πάλιν αὐτὴν ἀγορίαι.

id est,

In Psyra spartam ducis.

Bos Cyprius.

Κύπριος βόης, id est, Cyprius bos. In brutum ac stolidum iaci solitum, propterea quod Cyprii boues magis bruti ferantur, quippe qui stercore humano pascantur. Refertur a Suida ac Diogeniano. Interpres Aristophanis in Plutum, scribit Ecotios boues κακὰ φάγεσθαι, id est, oletum edentes. Hoc autem nomine Aristophanes medicos appellat, quod in curandis ægrotis sordida quædam tractent, lotium aut ventris excrementa contemplant. Sed de Cyprii bubus consentit Plinius libro 28. capite ultimo, narrans Cyprios boues hominum excrementa appetere, non passus causa, sed ut hoc remedio torminibus medcantur.

Cyprio boui merendam.

FESTVS Pompeius versum hunc Sotadicum citat ex Ennio:

Cyprio boui merendam.

Ostenditque conuenire, quoties conuiuia sordida & insipida sordida atque insipida accipitur conuiuio. Originem adagij refert eandem, quam nos modo commemorauimus. Festiuius erit, si ad res animi deflectatur, ut si quis apud spurcos spurce loquatur, apud indoctos indocte.

Equum habet Seianum.

EQVIVM habere Seianum, olim prouerbio dicebatur in calamitosum, & ad extremam inopiam redactum.

Allegoria sumpta est ab equo quodam fatali, cui a Cn. Scio domino nomen inditum est Seiano. is ex Diomedis equis prognatus fuisse creditus est. Fuit insigni quidem specie, verum eiusmodi quodam fato, ut quisquis eius equi possessor esset, is cum omni domo ad intericionem usque deperiret. Id quod Cn. Scius ipse capitis damnatus, ac miscrando affectus supplicio: deinde & Dolabella bello interfectus: post hunc Cassius ab hostibus occisus: deinceps Antonius detestabili exitio perditus, probauit. Hunc equum C. Bassus Argis vidisse refert, haud credibili pulchritudine, vigoreque & colore exuperantissimo, nempe puniceo. Hoc adagium & refert, & copiosius explicat Aulus Gellius, libro Noctium Atticarum tertio, capite 9. Fieri potest, ut hæc de equo superstitio manarit ab equo illo durateo, cuius Odyssea. meminit Homerus, qui fatale interitum attulit Troianis. Ad quod alludens Maro,

-Scandit, inquit, fatalis machina muros.

E diuerso quædam fataliter esse felicia credidit veterum superstitio. Nam auctor est Trebellius Pollio in libro de triginta tyrannis, vulgo persuasum fuisse, res iis feliciter cedere, qui Alexandri magni imaginem, auro argento ve expressam gestarent. Nec hodie desunt, qui gladios in bello fortunatos, & huiusmodi quædam nugæ pollicentur principibus. At magis mirandum, esse qui istiusmodi impostoribus credant.

Aurum habet Tolossanum.

HVC simillimum est illud, Aurum habet Tolossanum. In eum qui magnis ac fatalibus afficitur malis, nouoque ac miscrando exitio perit. Refertur ab A. Gellio eodem loco, quem modo citauimus, ad hunc modum: Eadem sententia est illius quoque veteris prouerbij, quod ita dictum accipimus: Aurum habet Tolossanum. Nam cum oppidum Tolossanum in terra Gallia, Q. Cepio consul diripisset, multamque auri in eius oppidi templis fuisset, quisquis ex ea direptione aurum attigit, misero, cruciabilique exitu perijt. In plerisque codicibus Gellianis hætenus legebatur in terra Italia, sed mendose, cum Strabo & Iustinus Tolossam ponant in Gallia. Meminit auri Tolossani M. Tullius lib. De natura deorum tertio: Cognosce, inquit, alias quæstiones auri Tolossani, coniurationis Iugurthinæ. Strabo lib. Geographiæ quarto, admonet hanc pecuniam Tolossanam Delphicæ pecuniæ partem fuisse. Brennus enim Præfusus natione, Telesagis auxiliantibus Delphos incur-saucrat, deinde quemadmodum refert Iustinus lib. 22. cum Telesagis se in antiquam patriam Tolossam recepissent, pestilentia laborare cæperunt, a qua non prius sunt liberati, quam aruspicum responsis moniti, aurum, argentumque sacrilegio quasitum, in Tolossensem lacum mergerent: quod omne magno post tempore Cepio Romanus consul abstulit. Quod quidem sacrilegium exitum attulit tum ipsi Cepioni, tum illius copiis. Erant autem auri pondo 110. milia: argenti pondo quinquies decies centum milia. Scribit enim Strabo, Tolossanos ex priuatis fortunis auxisse sacram pecuniam, ut magis deum sibi reconciliarent. Narrantur & alia quædam hoc loco a Strabone de auro Tolossano ex Posidonio: verum quoniam ad adagionis enarrationem non magnopere pertinere videbantur, sat habuimus locum indicasse.

Polypi

Polypi caput.

Polύποδος κεφαλή, id est, Polypi caput. In hominem na-
 rium, & in qua pariter & vitia quædam & virtutes
 inueniatis, cuiusmodi Catilinam describit Sallustius. Cõ-
 petit & in rem ex qua non parum commoditatis cape-
 re queas, sed quæ eadem nonnullis incõmodis noceat.
 Allegoria ducta est ab eius piscis capite, quod sicuti
 testatur Plutarchus in libello, cui titulus, quomodo
 sint adolescentibus audiendi poetæ, esu quidem suauis-
 simum & esculentum, ceterum somnia parit tristia ac
 prodigiosa. Vnde huius esum interdicebant iis, qui cu-
 perent ex insomnijs præscire futura, quemadmodum
 & sibiurum, vt testis est idem Plutarchus in Sympo-
 siacis. Proinde poeticen, Polypi caput vocat, in qua
 sicuti sunt permulta cognitum, tum incunda, tum frugi-
 fera, ita sunt nonnulla, nisi caueas, pestilentia. Porro
 ex huiusmodi rebus id quod inest commoditatis, con-
 ueniet excerptare, quod noxium vitare. Iuxta Simo-
 nidis doctrinam apiculus imitari, quæ præteritis reli-
 quis, ad ea duntaxat aduolant, vnde possint aliquid
 ad mellificium idoneum excerptare, nec aliud colligunt,
 quam quod sit vsui futurum. Proverbium integre re-
 fertur apud Plutarchum hoc pacto:

Παύλος καὶ χαλὶ ἐνὶ αὐτῷ καὶ οὐκ ἐστὶ καὶ ἑλόν. i.

*In polypi capite inest quidem malū, inest & bonū.
Itidem Theognis in sententiis de vino prædicat :*

Edacae rei maxime laudis est. Bonum ac malum es.
Posset ad hanc formam torqueri fabula de hasta Achil-
lis . quæ vulneris auxilium tulit , eadem quæ vulnus
infixerat .

Aestate penulam deteris.

Et ὁ δὲ τὴν χαλῶν κατὰ τὴν βίβλιν, id est, Aestate penulam
 deteris. Refertur a Zenodoro, Diogeniano, Suida. Re-
 fte dicitur in eum, qui res necessariis temere, nec in
 tempore profundit, aliquando futuris vsuis seruen-
 tur. Id quod vulgo faciunt adolescentes, qui facul-
 tates patrias stulte prodigunt in inuenta, quibus susti-
 nenda fuerat imbecillitas senectæ. Neq. male qua-
 drabit in eos, qui corporis vires in voluptatibus fru-
 stra consumunt, quis in obeuntis negotiis seriis po-
 stea sunt desideraturi. Nam χαλῶν summa vestis est,
 quæ pro tempore sumitur ad ventos, pluviam, frigus
 ve depellendum, quasi Latine dicis penulam. Iu-
 venalis :

-Et multo stillaret penula nimbo.

Quoniam & Latini lenae vocabulo utuntur, pro eo quod Græci χαλάρω appellanti. Nonius indicat genus vestis militaris, quæ sit omnium extima, veluti chlamys, pallium, & penula. Apud Diogenem Laertium tale quiddam obicit Philemon comicus in Cratetem, quod æstate gereret pallium crassum, hyeme laceram tunicam, videlicet quo disceret temperantiam ac tolerantiam.

Festinalente.

Ση δὲ βραδέως, id est, Festina lente. Proverbium hoc nō inuenustam ænigmatis speciem præ se fert, propterea quod constat ex verbis inter sese pugnantibus. Ideoq. referendum est ad eam formam, quā in operis huius initio demonstrauimus, nimirū eorū, quæ πρὸς τὸν

id est, contrarietatem efferuntur. Quod genus est illud, *δυστυχία* id est, *ματυρία*, id est, infelix felicitas. Nec absurde coniectasse videtur, si quis effectum existimet ex eo, quod est apud Aristophanem in Equitibus, *ἡ δὲ ματυρία*, id est, *Προπέρη* propterea, ut allusor quisquis is fuit, *τὴν ἀντιπαρὼν ἐκείνην* commutavit. Ad hunc autem figuræ colorem, atque ad hanc allusionis facetiam, non mediocrem gratiam adiungit tam commoda, tamque absoluta brevitatis, quæ & ipsa velut in gemmis, iisdem & in adagiis, peculiariter decere videtur, & ad pretij miraculū facere. Etenim si vim ac sententiam æstimes, quam hæc tam circumscripta vocum brevitatis in se complectitur, quam sit sæculi, quam gravis, quam salutaris, quam ad omnem vitæ rationem late patens, profecto facile discefferis in hanc sententiam, ut in tanto proverborum numero non arbitreris ullum aliud esse perinde dignū, quod omnibus incidatur columnis: quod pro templorum omnium foribus describatur, & quidem aureis notis: quod in principaliū aularum ualiis depingatur: quod primitium insculpatur anulis: quod regis in sceptris exprimitur: denique quod omnibus ubique monumentis repræsentetur, propagetur, celebretur, ut quod tantopere expediat semper cuiusque obuersari animo, quo nusquam non occurrat oculis, nulli quidem mortalium non maximo futurum usui, præcipue tamen principibus, & iis, quibus, ut verbis dicamus Homericis,

Λοιπὸν ὡς πρὸς τὸν ἄνθρωπον καὶ τὸ πνεῦμα μένει. *id est,*

Commissi populi, ac tam multa negotia curę.
Quandoquidem a plebe, & fortis hominibus, si quid for-
tesit vel prætermissum socordia, vel admissum temeri-
tate, quemadmodum iactura lenior, ita & incommo-
dum, quod acceptum est, faciliore remedio sarcitur. At
vero principis vel unica cessatio, semel ne præcipita-
tum consilium, deum immortalē, quas tempestates nonnunquam
excitat, quantas rerum humanarum ruinas secum
trahit? Rursus si adsit, ut ait in hęc Rex, hoc est, ma-
iustas quædam ac moderatio simul ex vigilantia le-
nitudineq. temperata. vneq. per temeritatem quid-
quam faciat pœnitendum, neq. per socordiam quidquam
prætereat, quod ad Reipub. commodum pertinere vi-
deatur, quid esse potest hoc imperio felicius, firmitus,
stabiliusq. ? quanquam hæc felicitas haudquaquam
ipsis imperij terminis circūscribitur, quin vndiq. lon-
ge lateq. ad finitimos populos dimanat, nec vsquam
æque locum habet Hesiodium illud :

Γῆμα κακὸς γίγται, ὅταν τ' ἀχλὺς μίγ' ὄνητος.

Proinde existimemus, prouerbiū hoc, si quod aliud, op-
tīmo iure, βασιλικόν, i. regium appellari debere, non tā-
tum ob eam quāmodo diximus causam, verum etiā
quod duobus his vitijs ingenia principum fere pecu-
liariter videantur esse confinia. Homerus Aga-
memmoni vitiosam quandam animi molliciem, hoc est,
τὸ βασιλικόν affinxisse videtur: ut eius nullum egre-
gium facinus adseratur, aut animosum, nisi cum ob-
ereptam Chryseidem stomachatur, & Achillem
sua spoliat Bryseide. Rursū Achilli parum mo-
deratos impetus, hoc est, τὸ ποικίλον, attribuit:
nisi si cui tum ποικίλον βασιλικόν videtur, cum in con-
silio districto gladio regem impetiturus, a Pallade
coercetur, admonitus ut intra conuicia dimittat
indignetur. Atqui hoc ipsum erat impotentis an-
mi,

mi, in frequenti principum confesso, tot probris, tam manifestis conuicijs in eum debacchari, penes quæ rerum erat summa. Achillem imitatus videtur Alexander ille magnus, ac plane vicit: quippe quem eousq. præcipitem egerit impetus animi, ut in amicissimos et ferrum destrinxerit. Agamemnonem Sardanapalus est æmulatus, sed ita æmulatus, ut longo præcesserit interuallo. Per paucos autem reperias, qui proverbia hoc secuti, tempestiuam celeritatem cum prudenti tarditate recte miscuerint: nisi quod pro multis vnus sufficit Fabius ille Maximus, cui cognomen etiam additum Cunctator: qui cum sibi laudem peperit immortalem, tum Romano imperio cunctando restituit rem, aliorum ducum inauspicata celeritate iam ad extrema redacta. Itaque non sine causa est factum, ut hoc $\alpha\lambda\epsilon\gamma\alpha\sigma$ tantum adriserit duobus imperatoribus Romanis, omnium facile laudatissimis, Octauio Augusto, & Tito Vespasiano, quorum virique singularis quedam adebat animi magnitudo, cum incredibili quadam lenitate, facilitateq. coniuncta: ut cum amabili morum populartate, omnium animos sibi deuinxissent, nihilo secius tamen pari diligentia, si quando res virum postulare, celeriter res maximas cõfecerint. Octavius igitur hoc dicto tam impense delectatus est, quemadmodum in Noctibus Atticis lib. 10. cap. 11. narrat Aul. Gellius, & hunc secutus Macrobius Satur. lib. 6. ut non in sermonibus modo cottidianis crebrius usurparet, verum etiam epistulis suis frequenter infereret, admonens bis duabus vocibus, ut ad rem agendam adhiberetur simul & industriæ celeritas, & diligentia tarditas. Quod quidem Gellius Latinis existimat vnico verbo dici, *matura*. Nam maturari, quod neque præpropere fiat, neq. serius quam oporteat, sed ipso in tempore. In hunc sensum vsurpasse Maronem, cum ait *Aeneidos* lib. 1. *Maturate fugam*. Quamquam omnino vox hæc apud auctores significat idem quod festinare, sed ita festinare, ne tempus legitimum antecueras. Si quidem festinata recte dixeris etiam præpropere, maturata non dixeris. Neq. dissident ab his quæ Suetonius tradit in huius vita: Nihil, inquit, minus in duce perfecto, quam festinationem, temeritatemq. conuenire arbitrabatur. Crebro itaq. illa iactabat. $\Sigma\pi\upsilon\delta\epsilon\beta\epsilon\alpha\lambda\alpha\sigma$, $\alpha\sigma\phi\alpha\lambda\alpha\varsigma\beta\epsilon\alpha\lambda\alpha\sigma$ $\alpha\sigma\phi\alpha\lambda\alpha\varsigma\beta\epsilon\alpha\lambda\alpha\sigma$ $\alpha\sigma\phi\alpha\lambda\alpha\varsigma\beta\epsilon\alpha\lambda\alpha\sigma$. Hæc ferme Suetonius. Est autem versus trochaicus tetrameter catalecticis ex poeta quopiam, decerptus, cui Caesar de suo subiecit $\sigma\epsilon\pi\tau\eta\rho\epsilon$. Cuius hæc est sententia, *Festina lente*. Nam qui tuto citraque lapsum rem gerit, melior est, quam audax & confidens. Tutiora sunt enim, quæ lentis consilijs prouidentur, quæ quæ calidis consilijs properantur. Iam vero dictum idem Tito Vespasiano placuisse, ex antiquissimis illius numismatis facile colligitur: quorum vnum Aldus Manutius, vir de omni antiquitate præclare meritis, speculandum exhibuit argenteum, veteris planeq. Romanæ sculpturæ, quod sibi dono missum aiebat a Petro Bæbo patritio Veneto, iuvene cum inter primos erudito, tum omnis litterariæ antiquitatis diligentissimo peruestigatore. Numismatis character erat huiusmodi: altera ex parte faciem Titi Vespasiani cum inscriptione præfert, ex altera ancoram, cuius medium ceu temonem Delphin obuolutus complectitur. Id autem symboli nihil aliud sibi velle, quam illud Augusti Caesaris

dictum, $\alpha\lambda\epsilon\gamma\alpha\sigma$, indicio sunt monumenta litterarum hieroglyphicarum. Sic enim vocantur enigmatica sculpturæ, quarum priscis seculis multus fuit usus, potissimum apud Aegyptios: qui nefas esse ducebant, sapientiæ mysteria litteris communibus vulgo prophano prodere, sed si quid cognitu dignum indicassent, id animantium rerumq. variarum expressis figuris ita representabant, ut non cuius statim promptum esset conicere: verum si cui singularum rerum proprietates, si peculiaris cuiusq. animantis vis ac natura cognita, penitusq. perspecta fuisset, is demum collatis eorum symbolorum coniecturis, enigma sententiæ deprehendebat. Veluti cum Aegyptii Osirim suum, quem eundem solem esse putant, significare volunt, insculpunt sceptrum, in quo speciem exprimunt oculi, nimium innuentes hunc deum esse, regaliq. potestate sublimem, cuius despicere, quia solem, Iouis oculum appellat antiquitas. Huiusmodi ferme refert Macrobius libro Saturnalium 1. Item annum hoc modo demonstrabant. Effingebant serpentem ita circumuolutum, ut caudam ore teneret inserta, innuentes annum semper iisdem vicibus temporum reciprocantibus in sese recurrere. Unde Seruius autumat apud Græcos $\epsilon\iota\kappa\alpha\tau\epsilon$ vocabulum attributum anno, atq. huc respexisse Maronem, cum ait:

Atq. in se sua per vestigia voluitur annus.

Etiamsi Horus Aegyptius, cuius extant duo super huiusmodi symbolis libri. serpentis sculptura non annum, sed æuum representari tradit: annum autem tum Isidis, tum Phœnicis imagine. Scripsit his de rebus Plutarchus in commentario de Osiride, & Chæremone apud Græcos testimonio Suidæ, cuius ex libris excerpta sunt ea, quæ nos nuper conspeximus huius generis monumenta: in quibus etiam hæc inerat pictura: Primo loco circulus: deinde ancora, quam mediam Delphinus obtorto corpore circumplectitur. Circulus ut indicabat interpretamentum adscriptum, quoniam nullo finitur termino, sempiternum innuit tempus. Ancora, quoniam nauim renouatur & alligat, si sitq. tarditatem indicat. Delphinus, quod hoc nullum aliud animal celerius, aut impetu perniciores, velocitatē exprimit: quæ si scite connectas, efficiunt huiusmodi sententiam: $\alpha\lambda\epsilon\gamma\alpha\sigma$ $\beta\epsilon\alpha\lambda\alpha\sigma$, id est, *Semper festina lente*. Porro hoc scripturæ genus non solum dignitatis plurimum habet, verum etiam voluptatis non parum: si quis modo rerum, proprietates penitus perspectas habuerit: id quod partim contingit solerti contemplatione rerum causarumq. naturalium, parim liberalium cognitione disciplinarum. Veluti si quis ex Aristotelicis libris, quos de naturali auditu inscripsit, probe teneret analogiam quandam esse, & similitudinem inter magnitudinem, motum, ac tempus: nam horum trium vnumquodq. pariter in eodem existunt. Si quidem ut tempus adhæret motui, ita motus adhæret magnitudini. Quod in magnitudine punctum, hoc momentum in tempore, impetus in motu (liceat enim interim sic appellare, quod in motu minimum est, atq. indiuisibile) Neq. enim de vocibus laborandum, si de re conueniat. Iam igitur si in recta linea magnitudinem consideres, duo puncta reperies, quorum alterum sit initium duntaxat, alterum finis tantum, hoc est, unde quasi fluit longitudo, & in quod definit. In eadem

T dem

dem si motum constituas, duos itē reperies impetus, alterum vnde motus oritur, alterum in quem desinit. Horum ex ratio est, ut qui initium est, tantū eius motus initium sit: qui finis, tantummodo finis. Motum tēpus necessario comitatur. Est enim huius veluti regula, cuius naturam si separationē contemplare, duo vides momenta (liceat enim ita loqui) alterum temporis illius initium, alterum finem. Rursum autem, si in eadē linea consideraris, puncta magnitudinis impetus motus, momenta temporis, quæ media intercedunt inter initium et finem, vides horum vniuscuiusque velut ancipitem esse naturam. Etenim ad initium relata, fines sūt: ad finem, initia. Proinde vbi finita erit magnitudo, ibi simul & finitus motus, & tempus finitum sit oportet. Finita est autem ea magnitudo, in quam tale competit initium, ut idem finis esse non possit: talis inquam finis, ut in eundem non cadat ratio principij, id quod euenit in omnibus figuris, excepta circulari seu spherica. Nam ut in hac nullum certum est pūctum, quod proprie dici queat initium, nidlum item quod ita sit finis ut tantum eam recipiat appellationē, ita nec momentum huiusmodi vllum est, nec impetus. Vnde cōsequitur, ut ibi neq. finita sit magnitudo, neq. motus finitus, neq. finitum tempus. Rursum vbi quodlibet magnitudinis punctum, simul & initium & finis esse potest, ibi magnitudinem infinitam esse necesse est. Ad eandem rationem, vbi quilibet impetus vel principij motus esse potest, vel finis, illic motus videtur infinitus. Demum vbi quoduis momentum, simul vel initium temporis esse potest, vel finis, ibi tempus infinitum oportet esse. Sed infinitum tempus, æternum vocamus, quod quidem æterno respondet motui. Motus æternus magnitudinē item æternam requirit. Hæc non possunt competere, nisi in spherica, aut circulari magnitudinem. Vnde philosophi quidam æternitatem mundi collegerunt, quod animaduertent celi vniuersi, syderumq. & sphericam esse figurā, & motum item esse sphericū. Porro non solum in huiusmodi magnitudinem, circuli ratio quadrat, verum etiam motus huius adherens, circulus est quidam. Item tempus eum dimetiens motum, non respuit appellationem circuli, quemadmodū testatur etiam Aristoteles quarto philosophici ἀποκρίσεως libro. Hæc igitur atq. id genus alia qui ex philosophorum disciplinis perdidicerit, is facile coniectabit, quam ob rem Aegyptij circulo sempiternum tempus exprimere voluerint. Iam vero Delphini vim, naturamq. paucis inspicimus. Tradunt auctores hunc incredibili velocitate, & admirabili impetu reliquum animatum genus longo intervallo post se relinquere. Proinde Oppianus libro De naturis piscium secundo, Delphinos nō cum quibuslibet auiibus, sed cum aquilis confert:

Οὐδὲν γὰρ κοῦφοισι μὲν τ' αἰετοῖσιν ἀνακτις,
Αἰετοί, ἢ θήρῃσι μετ' ὀμιχρῇσι λίοντες,
Οὐδὲν ἀριστέουσιν ἐν ἱερυσσῇσι δράκοντες,
Τόσσον καὶ δειλότεροι ἐν ἰχθύσιν ἡγεμόνεις. id est,
Quippe citas quantum inter aues, insignis honore
Regali, reliquas aquila præuertitur omnes,
Inq. feris leo crudioris, seuq. dracones
Serpētū in genere exsuperāt, tantū impete Delphin
Eximius vincit regnantes æquore pisces.

Confert & iaculo,

-Δία γὰρ βίλος ὥς ἐπαλασσέ
ἱππάρται. id est,

-Nanq. per æquora lata sagittæ
More volant.

Deniq. confert etiam vento, vel turbini potius, ac procellæ ventorum.

Αἰὲν μὲν ἰσχυρὸν καὶ δεινὸν διὰ τρεῖς καὶ πέντε λαλάει. id est,

-Atas aliquando per vndas

Turbinis in morem discurret.

Plinius libro historiæ mundi nono, cap. octauo, Aristotelis secutus sententiam, haudquaqu. ab his discrepantia refert, videlicet Delphinum omnium animalium perniciosissimum esse: neq. id solum inter maritimi generis, verumetiā volucrum quavis ocycorem, quouis acriori telo. Singularem autem huius velocitatem hoc porissimum argumento colligi, quod cum os habeat longo dissitum intervallo a rostro, nempe medio pæne ventre, quæ res in confectandis piscibus non mediocrem illi moram adferat necesse est, neq. enim nisi resupinus atq. conuersus corripit, tamen vix vllus est piscium, qui illius effugiat celeritatem. Nec ignorat ipse hanc naturæ dotem, sed veluti laudis, animi ve causâ certat aliquotiens cum nauigij, plenis velis euntibus. Est enim præcipue φιλάρετος Delphin, quin & παρὰ τὴν αἰὲν αἰὲν nonnulli, & ob id capitalis est hostis Crocodili, quo non aliud animal insensius homini. Itaq. non pauescit hominem ut alienum, verū obuiam nauigij venit: adluit exultans, certat etiam & quamuis plena præterit vela. Quin etiam in mugilum venatu apud stagnum Laternam magnifice declarat, quantum valeat celeritate, quantum polleat ingenio, quantum deniq. bene velit homini. Iam vero quid dicetur de impetu vix credibili? Siquidem vbi fame concitatus, fugientem in vada ima persecutus piscem, diutius spiritum continuit, non aliter quam arcu emissus ad respirandum emicat, tantaq. vi exilit, uti plerumq. vento turgentia vela nauium saltu transuolet. Quod igitur symbolum magis conueniebat ad exprimendum acrem illum & indomitum animi impetum, quam Delphini? Porro ad significandam tarditatem, cunctationemq., non male quadrabat ἰχθυίς piscis, quem Latini Remoram vocant: verum quoniam huius figura parum cognobilis videbatur (nam præterquam quod admodum pusillus est, nec vlla insigni nota discernitur) magis ad id placuit ancoræ symbolum, quæ si quando periculose nauigatur ob uentos nimium secundos, ibi cursum immoderatum nauis figit ac retinet. Itaque dictum hoc πῶς βραδείας, ex ipsis vsque prisce philosophiæ mysterijs, profectis apparet, vnde adscitum est a duobus omnium laudatissimis imperatoribus, ita ut alteri adagionis esset loco, alteri insignium vice, vtriusq. moribus ingenioq. mire quadrans. Nunc vero in Aldum Manutium Romanum, seu tertium heredem, deuenit,

Haud equidem sine mente reor, sine numine diuū. Nam huius eadem, quæ quondam Tito Vespasiano placuerunt, celebrantur insignia, non notissima modo, verumetiā gratissima quibuscunque vbiuis terrarum bonæ litteræ vel notæ sunt vel caræ. Neque vero symbolum hoc tum illustrius fuisse crediderimus, cū in sculptum imperatorio vniuersum, negotiatorum manibus terendum circumferretur, quam nunc,

nunc, cum ubiq. gentium, vel ultra Christiani imperij terminos, una cum omnigenis utriusque lingue voluminibus propagatur, agnoscitur, tenetur, celebratur ab omnibus, qui liberalium studiorum colunt sacra: praesertim iis, qui ad veram atque antiquam aspirant eruditionem, ad quam restituendam vir is quasi natus, et ab ipsis, ut ita dixerimus, satis factus, sculptusq. videtur: tam ardentibus votis unum hoc optat, tam infatigabili molitur studio, usque adeo nullum refugit laborem, ut litteraria suppellex & integra, & sincera, puraq. bonis ingeniis restituatur. Quam quidem ad rem quantum iam attulerit momenti, res ipsa nimirum indicat. Quod si pulcherrimis planeq. regis Aldi nostri votis deus aliquis bonis literis amicus adspiraverit, & si quem numina leua sinant, intra paucos annos illud futurum pollicemur studiosis, ut quidquid est bonorum auctorum in quattuor linguis, Latina, Graeca, Hebraica, Caldaica, tum autem in omni genere disciplinarum, id unius huius opera, & plenum habeant & emendatum, nullamq. iam litterarum suppellectilis partem quisquam desideret. Cuius rei si cui libebit, velut ex degustatione coniecturam facere, Plinianae epistulas, quae propediem ex Aldina officina prodibunt in lucem, cum vulgatis exemplaribus conferat, quodq. ibi deprehenderit, idem in aliis expectet auctoribus. Herculaneum mehercule facinus, ac regio quodam animo dignum, rem tam divinam, quae si funditus collapsam, orbi restituere, latentia pervestigare, eruere reclusa, reuocare extincta, sarcire mutila, emendare tot modis depravata, praecipue vulgarium istorum excussorum vitio, quibus unius etiam auctori lucellum antiquius est, quam vel universa res litteraria. Adde iis, quod quantumlibet exaggeres eorum laudem, qui republicas sua virtute vel tuentur, vel etiam augent, in re certe prophana, tum angustis circumscripta spatiis versantur. At qui litteras collapsas vindicat, nam id pene difficilius quam genuisse, primum rem sacram molitur & immortalcm, tum non unius alicuius provinciae, sed omnium ubique gentium, omnium seculorum negotium agit. Postremo quondam principum hoc munus erat, inter quos praecipua Ptolemaei gloria. Quamquam huius bibliotheca domesticis & angustis parietibus continebatur. Aldus bibliothecam molitur, cuius non alia septa sint quam ipsius orbis. In hanc digressuunculam non abs re expatiati sumus, nempe quo studiosi hoc impensius his insignis et faueant, & deleantur, postea quam cognoverint a tam inclytis auctoribus fluxisse: praeterea quid sibi velint, intellexerint. Deniq. cum meminerint quantum bonae rei Delphinus ille polliceatur, si quis modo deus pulcherrimis conatibus dexter adfuerit. Sed digressionum iam modus esto, nunc ad adagionis enarrationem nostra sese referat oratio. Trifariam rei licebit proverbio: primum si quando admonemus, diutius deliberandum, prius quam aggrediare negotium: postea quam statueris, tum velociter peragendum, ut ad consultandi moram pertineat ancora, ad conficiendi celeritatem Delphinus. Huc pertinet Sallustianum illud: Antequam incipias, consulto: ubi consuleris, mature facto opus est. Quam sententiam Aristoteles recenset sexto Morali libro, tamquam vulgo iactatam: Ait, inquit, de quibus iam deliberaris ea celeriter esse

peragenda, cunctanter autem consultandum. Cuius aetate florem Biantem fuisse testatur Laertius, qui solitus sit admonere: βραδύως ἔρχεσθαι τοῖς πράγμασιν, ὅτι ἂν ἔλθῃ, βέλτερος μέντοι διαμείνῃ. id est, Cunctanter aggrediendum negotium, verum in suscepto cunctanter perseverandum: Nec admodum abluat hinc Minus ille, Publianus opinamur: Diu apparandum est bellum, ut vincas celerius. Item ille: Deliberare vitia, moratissima est. Adde iis proverbium illud: ἐν νύκτι βέλτε, id est, In nocte consilium. Praeterea Sophocleum illud in Oedipo tyranno:

Φρονέειν ὅσοι τὰ χεῖρα, καὶ ὁσὸν φρονέει. id est,

Periculosa est praepropera prudentia, Addendum his illud Platonis, quod alibi citauimus: Qui plus satis festinat initio, serius ad finem peruenit. Paulo diuersius est, sed tamen ad hanc rescendum formam, quod ait Quintilianus: Praecox illud ingeniorum genus non temere peruenire ad frugem. Et quod vulgo dicunt, qui pueri adhuc, & velut ante tempus sapiunt, eos in senectute stultos euadere. Quod Aetius approbare videtur, qui apud Gellium ait, sibi iniuuenilibus ingeniis itidem ut in pomis immaturis placere acerbiter: nam haec dum maturescere. Porro maturitas tempestiuam adfert suauitatem, reliqua ante tempus putrescere. Alter usurpandi modus fuerit, cui admonemus adfectus animi, rationis velut habentis reprimendos esse. Siquidem Plato animum hominis in tres partitius partes, rationem, iracundiam, concupiscentiam, in hoc philosophiae summam sitam esse putat, si affectus pareant rationi, non aliter quam regi, cui quidem ob id ipsam sedem in cerebro, velut in arce datam existimat. Per patetici, quorum signifer Aristoteles, affectus qui sunt animorum impetus quidam, ceu stimulos quosdam a natura datos existimant, quibus ad virtutis usum excitemur, quamquam reclamantibus Stoicis, & nominatim Seneca in libris quos ad Neronem scripsit, de ira. Putant enim affectus huiusmodi non modo nihil conducere ad virtutem, verum etiam officere: quia ne isti quidem infestis sunt, in animo sapientis illius, quem imaginantur, relinqui primos impetus, auertere solitos rationi, quos funditus extirpare non queas: Verum ut, ne consequatur adfensio, protinus a ratione reijciuntur. Hoc innuit Homerus, cum Iliados primo, Pallas a tergo adstat Achilli, iamque manum admoventem gladio, coercet. Igitur violentos illos animi motus, Delphinum recte dixeris: ancoram moderatricem sapientiam. Seneca scripsit, nulli rei prodesse moram, nisi iracundiam. Immo quidquid impense cupimus, aut odimus, ibi salutaris est mora. Plutarchus in Apophthegmatis Romanorum narrat Athenodorum philosophum, cum ob senium impetrasset ab Octauio Augusto veniam redeundi domum, admonuisse illum, ut ne quid iratus diceret, faceret ve, prius quam viginti quattuor Graecorum litteras apud se nominatim recensuisset. Quo audito respondit, sibi illo adhuc opus esse, quo disceret & tacendi artem, atque hoc praetextu totum annum hominem apud se detinuit. Huc spectat etiam Terentianum illud: Vide ne nimium calidum hoc sis modo. Sunt autem quadam ingenia, quibus calcaribus est opus: sunt quibus freno. Proinde recte veteres illi a Delphino ancoram complecti voluerunt, quod oportet

T 2 teat

teat alterum altero temperari, & utrumque cum altero coniungi, quo videlicet eiusmodi quidam animi habitus existat, qualem Plato conflare putat ex musica, gymnasticaq., si pariter exerceantur. Tertia vti ratio fuerit, cum admonemus in omni negotio vitādam precipitem celeritatem, quod utiq. quibusdā ingeniis peculiariter insitum est, ut illis in omni re quantulacumq. mora longa videatur. Huiusmodi festinationis comites esse solent, error, & penitentia, iuxta versiculum illum apud Græcos celebrem:

Πρὸς ἑκάστην πρὸς ἑκάστην κακὸν. id est,

Multis malorum est causa precipitantia.

His occinendum nobile illud Catonis dictum: Sat cito, si sat bene. cuius mentionem fecit diuus Hieronymus, scribens ad Pammachium in hæc verba: Scitum est illud quoq. Catonis: Sat cito, si sat bene: quod nos quondam adulescentuli, cum a perfecto oratore in præfatiuncula diceretur, risimus. Meminisse te puto erroris mutui, cum omne Athenæum scholasticorum vocibus consonabat: Sat cito, si sat bene. Hætenus Hieronymus. Quadrabit & in illos qui prepropere famā affectant, maluntq. paratam ac magnam, quam solidam & perpetuam. Solent enim præcocia subito flaccescere. Quod autem paulatim adcrevit durabile est. Horatius.

Crescit occulto velut arbor ævo

Fama Marcelli.

Et Pindarus in Nemeis hymno 8. Ἀέττα δ' ἄριτὰ, ἡλαρῶς ἱέσσω· ὅς δ' ἐπὶ δινδύων αἰνῶν, σφαιρὶ ἀνδρῶν αἰετῆσα ἐνδι· καὶ οἷς πρὸς ὕψος ἀδύρεα, ἰ. Augescit autē virtus, veluti cū arbor virētī rore surgit, sapiētes inter viros sublata iustosq. ad liquidum æthera. In summa, quicumque vel fœcordia peccant, vel immoderato impetu, is illud Octauij Cæsaris, πρὸς δὲ βραχὺ ὥς, simul symbolum illud olim Titi Vespasiani, nunc Aldinum, oportebit in memoriam reuocare, ut Delphini atq. ancoræ meminerint.

Placide bos.

Ἀτρίμας βῆς, id est, Lente bos, subaudiendum, incedit, aut simile quidpiam. Congruet in illos, qui placide ac paulatim, citraq. tumultum, sed tamen assiduitate re conficiunt. Equorum laus est velocitas. Boves non valent celeritate, sed viribus & assiduitate pollent, non impetu. Proinde in pugna stataria, vel leonibus formidandum animal, & ad exhauriendos ingentes labores adpositum. Eodem pertinet illud: Bos lassus fortius figit pedem. In sacris precibus, tradit Plutarchus in commentario de Osiride & Iside, mulieres Helæas publicis ac sollemnibus votis ad hunc modum solitas Bacchum inuocare, ut accederet βοίῳ ποδὶ, id est, Bubulo pede, siue quod huic animanti, cum sit viribus immensis prædum, deinde tanta corporis mole, tamē peculiare videatur molliter, quasiq. pedetentim ingredi, nulloq. strepitu: vel quod bouis pedes arua calcatu reddunt meliora, cum reliquorum animalium noceant.

Tacito pede.

ΗΥΙC simillimum est, quod indicauit, quisquis is fuit, certe haud quaquam indiligens scriptor, qui Rhetoricam Aristotelis exponit, ἰσὺχῳ ποδὶ, id est, Tacito

pede, seu lento pede, cum cautim ac pedetentim ad re accedimus. Apud Latinos aliquando secius usurpatur tacito pede, pro surtim ac clanculum, ut apud Ouidiū: Tempora labuntur, tacitisq. senescimus annis.

Id imitatus Columella in carmine:

- Tacito nam tempora gressu

Diffugiunt, nulloq. sono conuertitur annus.

Cumini sector.

IMPENDIO parcus ac sordidus, olim prouerbio κυμινος, id est, Cumini sector dicebatur. Testis & Aristoteles lib. Moralium quarto: Τὸν γὰρ δὲ καὶ οὐκ ὑμινος, id est, Ex hoc genere est Cumini sector, & quisquis eiusmodi. Meminit & Theocritus Idyllio K.

Κύμιον δ' ἐπιμελὴτὰ φιλάργυροι τῶς φρεσὶς ἔχουσιν

Μα' παρ' ἡμῶν τῶν χεῖρ' ἀκαταπρίον τὸ κύμιον. id est,

Lenticulam coquere, pastor tibi præstat auare,

Ne sodias dignos, cupiens secuisse cuminum.

Scholiasles non dissimulat vulgo sic dici solitos, homines præter modum frugales ac parcos. Item Alexis in Philocalo apud Athenæum libro octauo:

- Ἀλλ' ἴδ' οἱ δ' ὅτι

Κυμινος ὁ τρεπὸς ἐστὶς πάλαι. id est,

Ceterum noui probe,

Cymino prista olim esse iam mores tibi.

Est autem cuminum per se quidem exilis herba, tum præcipue genus Acthiopicum, quod Hippocrates, auctore Plinio, regium appellat, quod olim serebatur a male precantibus, auctore Plutarcho, atq. ita felicius prouenire creditum est. Quo magis quadrat in hos huiusmodi cōnicium, qui ob parsimoniā male audiunt. Idem Plutarchus conuivialium questionum decade secundā, significat hominem vehementer parcum, cuminum appellari solere. Siquidem loquens de iis dicturijs, quæ citra dolorem dici possunt, Velut, inquit, si quis hominem splendidum ac benignum, cimbicon appellet, aut cuminum. Est autem κύμβικον Græcis apicula, seu parsimonia, Suida interprete. Hesychius legit cimbion, addens dici solitum in parcos: κύμβικον αὐτὲ dici fundū ollæ fictilis. Aristoteles libro quē modo citauimus, ait, homines perparcos κύμβικας vulgo dici solitos: Iulius Pollux βεμβικας, opinamur qd per domū obambulent semper murmurantes. Nam βεμβεῖ trochus est quo ludunt pueri. Apud eundem mulier impendio sordida ὀβλοσάτις, vir ὀβλοσάτης dicitur, quasi minutissima quæque ad stateram expendens, unde & ὀβλοσάτις. Eustatius autem indicat eosdem & λιμοκύμβικας & κυμινκύμβικας dici, putatq. vocem dictā ab auro adulterino. Hesychius addit eosdem vocari καρθαμολύφας, quod aliquid desculpant e nasturtio ob parsimoniā. Nec desunt qui eosdem κνίφας & κνίπας siue κνίφας (nā vtrumque scriptū reperimus) vocant. est autem cnips animalculum culici non dissimile.

Ficos diuidere.

ΗΥΙC affine est quod refert Martialis lib. Epigram. 5. σὺκαμερίζειν, id est, Ficos diuidere: vnde licebit & cognomen fingere συκαργίς. Martialis carmen est huiusmodi.

Qua-

Quadringenta secant, qui dicit *σύνταξις*.
Sordidum ac parcum significans, etiam si ditissimum. Ca-
ptatus autem est iocus ex vocis amphibologia selectus.

Myconius caluus.

Μυκωνίος φαλακρός, id est, Myconius caluus. Strabo lib.
Geographiae decimo, refert vulgo Myconios caluos di-
ci solitos, quod in ea insula vitium hoc quasi gentilitium
sit, atque omnibus ferme commune. Idem affirmat Pli-
nius lib. 11. cap. 37. Meminit et Stephanus. Est autem
Myconius una Cycladum insularum. Quamquam He-
rodotus in quarto scribit, in Scythia quoque gentem esse
ab ipso natali caluam. Admonet et Donatus gram-
maticus, Hecyram interpretans Terentianam, prouer-
bio dictum Caluus Myconius, citatque Lucilij testimo-
nium: Myconi omnis calua iuuentus. Tuetur autem Te-
rentium qui a nonnullis hoc loco inperitiae nomine re-
prehenderetur, quod cum Apollodorus caluū dixerit,
ipse crispum misauerit: putatque poetam non inscitia,
sed facetus etiam per ironiam dixisse crispum, quam-
vis caluū dixisset. Quod quidem etiam ipsum prouer-
bium respicit de raris inuentu: veluti si quis Scytham
dicat eruditum, aut Pænum fidum. Erit autem elegan-
tius adagiū, si caluos homines, raroque capillitio simpli-
citer Myconios appellemus, perinde ut si quis fastuo-
sum Sybaritam nominet, negotiatorem phœnicem. No-
tati sunt olim et alio nomine Myconij, quod ob te-
nuitatem alienis cœnis captarent: proinde qui inuo-
cati ad conuiuium venirent, Myconij more venire di-
cebantur. Inuebitur enim in Periclem Archilochus
apud Athenæum in primi libri fragmentis, *ὡς καλῶν
ἐπεὶ πικρὸν τὰς πρὸς συμπόσι μυκωνίων δίκαια*, velut qui
inuocatus ingereret se ad conuiuium Myconiorum mo-
re.

Cum aqua fauces strangulet.

ARISTOTELES Moralium libro septimo, citat huiusmo-
di quoddam adagium, *ὅ δὲ ἀνθρώπος ἐν τῷ περὶ τοῦ
ὕδατος, ὅταν τὸ ὕδωρ τὴν φάρυγγα πνίγῃ, τὴν αἰσθη-
σίνην*: id est, Intemperans autem obnoxius est prouer-
bio, quo dicimus, Cum aqua fauces strangulet, quid ei
opus est bibere? Refert idem in eundem vsu lib. Mo-
ralium Eudemiorum sexto, disputans de eo, qui prudēs
intemperantiæ vitio noxia sequitur, haud quaquā igno-
rans, quid sit optimum: hunc autem longe insanabilio-
rē esse eo, qui falsus opinione non expetenda expetit.
Vsurpauit et Galenus alicubi: *ὅταν τὸ ὕδωρ πνίγῃ τὴν
ἐπιείκελσιν*; id est, Cum aqua prafocat, quid in-
super sorbebitur? Fortassis Galenus scripserat, *τὴν ἐπι-
είκελσιν*. Quadrat in eos, qui in absurdissima senten-
tia pertinaciter manent, vel manifesta negantes, qui-
buscum frustra disceptes. Constat enim faucibus siti-
arentibus aquam esse remedio, ac soluere prafocatio-
nem. Confine illi, quod alibi diximus:

Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.

Dimidio uitæ nihil differunt felices ab infelicibus.

ARISTOTELES Moralium libro primo: *ὅ δὲ ἀγαθὸς
καὶ κακὸς ἕκαστος διὰ δόλου καὶ ὕπνου, ὅθεν φασι
οὐδὲν διαφέρειν τὸ ἥμισυ τῆς βίης τῶν εὐδαίμονων τῶν ἀλάνων*.
id est, Porro probus atque improbus nequaquam in

somno dignoscuntur. Vnde natum est ut dicant, fe-
lices nihil a reliquis distare dimidio uitæ. Idem refert
libro Eudemiorum 2. reddens hanc causam, quod dor-
mientes nihil agant. Ex actionibus autem nascitur fe-
licitas, aut infelicitas hominis. Proinde non inscite
dixit Ariston apud Plutarchum in commentario de
contentione ignis et aquæ: *Ὀλίγη χρόνος τῆς βίης τοῖς ἀν-
θρώποις διδομένη, ὅταν δὲ οὐκ ἀπολείπῃ τὸ ἥμισυ ἀφαιρού-
μεν*. id est, cum exiguum uitæ tempus datum sit ho-
minibus, somnus velut publicanus dimidium eius au-
fert. Plato lib. De legibus septimo. *ἡ ἀδύναμις ὅτι οὐδὲν
εὐδαιμονίας ἀφαιρῶν μὲν ἂν τὸ μὴ ζῆναι*. id est, Nullus enim
dormiens alicuius est precij, nihilo magis quam is,
qui viuus non est. Prouerbum consolatur parum for-
tunatos. Somnus enim adimit nobis nostri sensum,
unde fit, ut neque miseris molesta sit sua calamitas,
neque fortunatis iucunda felicitas. Præterea felici-
tas, iuxta philosophos, sita est in actu rationis per ha-
bitum virtutis: somnus autem quies est animi, bonis
pariter ac malis communis.

In eadem es naui.

M. Tullius Epistolarum familiarium libro secundo ad
Curionem: Et si ubicunque es, ut scripsi ad te antea, in
eadem es naui, tamen quod abes gratulor. In eadem
es naui dixit, pro eo quod est, in communi periculo. Si-
quidem ad eos qui eodem vehuntur nauigio, periculū
naufragij communiter pertinet: neque magnopere re-
fert in prora sint, an in puppi, an carina, cum nihilo
magis absint a discrimine. Idem alibi: Hoc miror enim,
querorque, quoniam hominem ita possundare alterum
velle, ut etiam nauim perforat, in qua ipse nauiget:
hoc est, ut rempublica euertat, cum qua sit etiā ipsi pere-
undum. Aristophanes in Vespiis:

Περὶ τὴ πόλιν ὅτι ἐστὶ τῆς σκαφῆς ἰσὺς, id est,

De ciuitate est, naue de tota puta.

Est autem familiare poetis a nauibus ad rempublicā
similitudinem mutuari.

Qui arat oliuetum.

COLVMELLA de Rustica libro sexto, paræmiā
huiusmodi refert: Quin etiam, inquit, compluribus in-
terpositis annis oliuetum putandum est. Nam vete-
ris prouerbij meminisse conuenit: Eum qui arat oliue-
tum rogare fructum, qui stercoret exorare, qui ca-
dat cogere. Adlusit huc Vergilius primo Georgi-
con.

Exercetque frequens tellurem, atque imperat aruis.
Huic adagio locus fuerit, ubi significabimus fieri non
posse, quin voto potiatur is, qui curam extremam im-
penderit. Vulgaris enim diligentia quasi rogat, me-
diocri impetrat, extrema cogit. Adlusio fit ad eos,
qui a principibus improbo studio officioque sic impe-
trant, ut non precibus, sed vi videantur impetrasse.

Difficilia quæ pulchra.

Δυσκόλα τὰ καλὰ, id est, Ardua quæ pulchra. Extat
apud Platonem in Hippia maiore in calce dialogi,
τὴν ὅτι παροιμίαν ὅτι ποιεῖ λίγη πρὸς χαλεπὰ τὰ κα-
λὰ, δοκῶσι μὲν εἶδέναι. id est, Nam quod ait prouer-
bium, difficilia esse quæ pulchra sunt, videor mihi
intelligere. Et in Cratylo, circa initium, πα-

T 3 λείπ



tos esse delictorum expensores. Meminit huius paræmiæ & M. Tullius in sermone de amicitia: Verum illud est quod vulgo dicitur, Multos modios salis simul edendos esse, ut amicitia minus expletum sit. Huc pertinet illud quoque Sophoclis in Oedipo:

Χρόνος δίκαιον ἀδ' ὄφρα δίκαιον μόνος,
Κακὸν δὲ καὶ ὁδὸν ἡμεῖς γυνίκε μίση.

id est,

Mora temporis probum arguit tantum virum,
At improbum vel unico agnoscis die.

Huc pertinet etiam ille senarius proverbialis:

Ἡμεῖς δὲ βλάπτειν ἑσθ' ὁδὸν πρὸς χρόνον.

id est,

Nota morum & index tempus est mortalibus.

Idem admonet illud Epicharmi:

Νῆφε καὶ μίμνησθαι ἀπὸ πάντων.

id est,

Sobrius sis, ac memineris nemini confidere.

Versus integer refertur apud Cic. lib. epist. ad Atticum primo: Atque ita tamen novis amicitias implicati sumus, ut crebro mihi vaser ille Siculus insisurret Epicharmi cantilenam illam suam,

Νῆφε καὶ μίμνησθαι ἀπὸ πάντων, τὰ κατὰ νῆφιν τὰ πρὸς χρόνον.

Sic enim carmen Trochaicum e vestigiis codicum restitimus, ne quis temere depraverit. Nam quod vixi dixit pro νῆφε, & μίμνησθαι pro μίμνησθαι, διαλέκτου proprietatis est. Cicero in libello de petitione consulatus, Quamobrem Epicharmion illud teneto, nervos atque artus esse sapientiae, non temere credere. Item illud Euripidis in Helena:

Σοφὸς ἄνθρωπος ἀπὸ πάντων.

Ὁδὸν ἑσθ' ὁδὸν κατὰ νῆφιν βροτῶν.

id est,

Prudente diffidentia

Haud alia res utilior est mortalibus.

Inuenimus citatum mutilatum ad hunc modum:

Ἀπὸν μίμνησθαι ἀπὸ πάντων.

id est,

Modium salis postquam ederis.

Quo quidem licebit uti, si dicas: Vide quid agas, qui tua arcana credas isti, nondum καὶ μίμνησθαι ἀπὸ πάντων. Aut sic: Tam demum isti fidem καὶ μίμνησθαι ἀπὸ πάντων. Est autem iambicus dimeter, ex poeta quopiam sumptus.

Leporem non edit.

ANTIQUITYS superstitiose creditum est, esu leporinae pulpa conciliari formam. Unde extat iocus Martialis in Gelliam lib. 5. quæ misso lepore addebat ex vulgata opinione ad muneris commendationem,

Formosus septem Marce diebus eris.

Id poeta in ipsam torquens, quæ deformis esset,

Si me non fallis, inquit, si verum lux mea dicis,

Edisti nunquam Gellia tu leporem.

Plinius lib. 28. cap. 9. scribit leporem in cibis sumptum gratiam corporis in septem dies conservare. Lamprius scribit poetam quendam in Alexandrum Severum, quod quotidie vesceretur leporina, ita lussisse,

Pulchrum quod vides esse nostrum regem,

Quem Syrum sua detulit propago,

Venatus facit & lepus comesus,

Ex quo continuum capit leporem.

Primum carmen initiatum est. Hos uersus cum quidam ex amicis ad Alexandrum detulisset, respondisse ferunt in hanc sententiam.

Pulchrum quod putas esse vestrum regem

Vulgari miserrande de sabella,

Si verum putas esse, non irascor.

Tantum tu comedas velim lepusculos,

Ut sis animi malis repulsis

Pulcher, ne invidias linore mentis.

Si vides lector parum observatis metri leges, memineris Imperatorem scripsisse, cuius est prescribere leges, non parere. Est autem & piscis lepus appellatus qui venenum habet immedicabile, si quis imprudens ederit. In Indico mari etiam contactu necat hominem auctore Plinio: lenta tunc consumit. Malum hac deprehenditur nota, quod piscem olent, qui ederint. Huic homo vicissim periculosus est, cuius contactu protinus emoritur. Hoc cibis admixto, multos sustulit Domitianus, eodem Titium fratrem sustulisse creditur, ut auctor est Philostratus in Apollonij vita. Proinde in hos qui contabescunt, nec ulla medicorum ope possunt restitui, dici poterit: Edit leporem marinum.

Plena manu.

PLENA manu, pro eo quod est, ampliter, copiose, proflixè, minimeque maligne. Translatum ab iis, qui non minime & parce, sed plena manu largiuntur. Cicero ad Atticum libro 2. At hercle alter familiaris tuus Horatius, quam plena manu, quam ornate nostras laudes in astra sustulit. Seneca in Declamationibus: Liberaliter hodie, & plena manu faciam. Idem in ludicro quod scripsit in Claudium Casarem: At Lachesis, quæ & ipsa homini formosissimo saueret, fecit illud plenam manu, & Neroni multos annos donat. Fit lepidius, quo magis ad animi res transferuntur.

Sine rivali diligere.

SINE rivali diligere dicuntur, qui stulte mirantur, quod nemo aliis concupiscat. Veluti somnia catulos suos & miratur, & amplectitur: & indocti poetæ suas nugæ soli diligunt. Sumpta est allegoria ab amantibus, quibus est amica deformis, & quam alius nemo velit. Exstat adagium in Epistulis Ausonianis. M. Tullius ad Atticum lib. sexto. Huius nebulonis oratione si Brutus moveri potest, licebit cum solus ames, me amulum non habebis. Item libro ad Qu. fratrem tertio: O dii, quam ineptus, quam se ipse amans, sine rivali. Horatius in Arte poetica:

Nullum ultra verbum aut operam sumebat inanè,

Quin sine rivali teq. & tua solus amares.

Barbarus ex triuio.

Βαρβαρικὸς ἐκ τριῶν, id est, Barbarus ex triuio. In hominē dicebatur extreme humilitatis, ac prorsus nullius precij, perinde quasi dicis, extremum ac vilem servulum alicunde e triuii emptum, non dono datum, aut dominatum. Lucianus in eum, a quo fuerat Prometheus appellatus, ὅστις ἐκ τριῶν βαρβαρικὸς τις παρὰ μισθόν, id est, Qualis pene barbarus quispiam e triuio. Quanquā quidam hoc loco legunt non barbarus, sed βαρβαρικὸς ἐκ τριῶν, id est, Canium e triuio, quæ lectio sola probanda est, propterea quod eo loco de luto fiat mentio, non de barbaro quopiam. Item Plato libro de Repub. septimo, καὶ τὰ ἐν τῷ βαρβαρικῷ βαρβαρικῶ τινι, id est, Ac reuera in cæno quopiam barbarico. Loquitur de anima demersa tenebris ignorantiae.

Rara avis.

RARA avis, proverbio dicebatur res quavis nova, & inuentu perrara, Persius.

T 4 Si

-Si forte quid aptius exit,
Quando hæc rara avis est.

Iuuenalis:

Rara avis in terris, nigroq. simillima cycno.

Idem,

-Coruo quoque rarior albo.

Quin & Phœnicis raritas in proverbum abiit. Ducta allegoria ab avibus peregrinis & inusitatis, quæ nonnunquam casu in nostram regionem deuolant, vel miraculi gratia deportantur. Vnde illud sæpius iteratum apud Aristophanem:

Τίς ἐστιν ὄρνις ὡς ἐγώ, id est,
Quæ est hæc avis? De hospite & ignoto.

Compressis manibus.

COMPRESSIS sedere manibus, dicitur in otiosos, & nihil aliud quam sua fata deplorantes. Titus Livius ab urbe condita lib. 7. Cur veteranus dux fortissimus bello, compressis, quod aiunt, manibus sedens.

Ioca seriaq.

QUOTIES omnia nostra cum aliquo communicamus, cum eo ioca seriaq. conferre dicimur. M. Tullius libro De finibus bonorum secundo: At quicum ioca seriaq. ut dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia? Tecum optime, deinde etiam cum mediocri amico. Donatus in Adelpbos, huiusmodi ferme figuras omnes quæ constant ex contrariis, proverbiales existimat. Quod genus sunt: Funda infunda: quo iure quaq. iniuria: facti atque infecti: digna atq. indigna: fasq. nefasq.: claq. palamq.: terraq. mariq.: noctesq. diesq.: iuvenesq. senesq.: neque in minimo neq. in maximo: neq. deos neq. homines veretur: vocatus atq. inuocatus: re salva & perdita: atq. alia huius generis innumerabilia, de quibus meminimus & in initio operis.

Ea tela texitur.

PROVERBIALIS allegoria, Ea tela texitur, pro eo quod est eiusmodi negotium in manibus est, & res inceptantur tales. Translatio sumpta a textoribus telam instituentibus. M. Tullius in extremo de Oratore lib. Quæquam ea tela texitur, & ea incitatur in ciuitate ratio viuendi, ac posteritati ostenditur, ut eorum ciuium, quos nostri patres non tulerunt, similes habere cupiamus. Plautus dixit exordiri telam, pro incipere negotium: Exorsa est hæc tela non omnino pessime mihi. Affine est illi quod alibi dicemus, exordiri telam.

Multas amicitias silentium diremit.

Πολλὰς φιλίας ἀπερρηγοῖα διέλυσεν, id est, Multas amicitias silentium diremit. Admonet adagium, assiduo conuiuio, ac frequentibus alloquijs necessitudines ali, intermissione & absentia dissolui. Meminit huius Aristoteles libro Moralium octauo: Εὖν δὲ χρόνος ἢ ἀπὸ τῶν γίνεσθαι, καὶ τῆς φιλίας ἀρκυῖν ἢ ἀπὸ τῆς ἀλλοτρίου ἐξουσίας. Πολλὰς δὲ φιλίας ἀπερρηγοῖα διέλυσεν. Quod si diuturna fuerit absentia, videtur & necessitudinis obliuionem adferre: vnde dictum est illud, multas amicitias silentium diremit. Versus ut refertur in collectaneis, diminutus est una syllaba. Ab Aristotele citatur integer Heroicus:

Pluram amicitias soluere silentia ruptis.

Apud Athenæum libro quinto, citatur ex Anonymo poeta uerius hi:

Ὁ δὲ χρόνος ἀπὸ τῆς φιλίας ἀπὸ τῆς ἀλλοτρίου ἐξουσίας.

Διελύκει δὲ πολλὰς φιλίας ἀπὸ τῆς ἀλλοτρίου ἐξουσίας. id est,

Non diu amicorum mensis decet abstinuisse,

Quippe animi memoris res hæc renouatio bella est. Figuratiue, atque ob id ipsum elegantius est illud Alphij seneratoris dictum apud Columellam: Bona nomina nonnunquam mala fieri, si nunquam interpelles. Ille nomina, iureconsultorum more, debitores vocat, et interpellare, subinde creditum reponere. Vox autem Græca, ἀπερρηγοῖα, non ita commode reddi latine potest: neque enim simpliciter significat silentium, sed illud silentium, cum quis non appellat ac salutatur amicum.

Eiusdem musæ æmulus.

EIVSDEM artis aut disciplinæ studiosi, eiusdem musæ æmuli dicuntur. Vsurpatur apud A. Gellium pro uerbij vice. Græci ἰσοπύχως appellant eiusdem artis opifices.

Lolio uiscitant:

ÆNIGMATE proverbiali lolio uiscitare dicitur lusciosis & cæcipientes, quos Græci, teste Nonio, Myopes vocant. Plautus in Milite: Mirum est lolio uiscitare, tam vili tritico. Quid iam? Quia lusciosus. Verbero, ædepol tu quidem cæcus, haud lusciosus. Lolium autem Plinius inter frugum pestes commemorat, una cum carduis ac tribulis. Vergilius in Bucolicis:

Infelix lolium & steriles dominantur auenæ.

Item Georgicon libro 1.

Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos

Effet rubigo, segnisq. horreret in aruis

Carduus, intereunt segetes, subit aspera sylua

Lappæq. tribulique interq. nitentia culta

Infelix lolium & steriles dominantur auenæ.

Inest autem lolio peculiare quoddam malum, ut oculis caliginem inducat, id quod indicat Ouidius libro Fastorum primo, cum ait:

Et careant lolij oculos vitiantibus agri.

Hinc nimirum iocus proverbialis.

Intus canere. Aspendius citharædus.

QUI priuati commodi impendio studiosi essent, ac fere quidquid rerum agerent, id omne ad domesticam referrent utilitatem, ij proverbio intus canere, id est apud Græcos ἀσπενδίου κίθαρις, id est, Aspendij citharistæ dicebantur. M. Tull. in Verrem actione 3. Atq. etiam Aspendium citharistam, de quo sæpe audistis, id quod est Græcis in proverbio, quem omnia intus canere dicebant, sustulit, & in intimis adibus suis posuit, ut etiam illum ipsum artificio suo superasse videatur. Facetissime taxauit Cicero Verris rapacitatem, qui intus canentem in intimis adibus collocarit: hoc est, plus quàm intus cecinerit. Idem in Rullum aduersus legem agrariam: Atq. hoc carmen hic tribunus plebis, non vobis, sed sibi intus canit. Nam ostendit Tullius in ea oratione, legem, tametsi popularis videretur, haud tamen populi, sed decemuirum utilitati repertam. Porro de Aspendio citharædo Asconius Pedianus ad hanc ferme sententiam enarrat: Vulgares citharædi cum canunt, utriusq. manus funguntur officio, ita ut dextra plectrum

plectrum teneant id quod foris canere appellant: sinistra digitis chordas carpant, quod quidem intus canere vocant. Difficile autem visum est, quod Aspendius citharædus faciebat, qui nequaquam utraque uteretur manu, sed omnia, id est, totam cantionem intus, & sinistra tantum manu complecteretur: atque ita tacita leniq. modulatione sinistra contactis chordis, cantilena peragebatur, ut vox ad citharædum dūtaxat, aut proxime assistentem perveniret. Hinc fluxisse proverbium, ut furaces homines Aspendij citharistæ Græcis vulgo dicerentur, quod ut hic carminis, ita illi furto- rum essent occultatores. Fatetur Asconius adagionē etiam in illos apte dici, qui multum intestinis suis com- modis consulunt præter honestatem. Neq. discrepat interpretamentum, quod adfert Zenodotus ex Zenone Myndio in adagiorum collectaneis. Porro Aspendus Pamphylia civitas est, auctore Stephano: unde aspen- dij dicebantur, apud quos Citharædi hoc artificio præ- celluisse videtur. Ad hoc proverbium apparet adlufis- se Plinium libro vigesimo octavo, capite quinto, cum ait, Verum id remediis cecinit, non epulis.

Equi senectæ.

Ἰππὺς γῆρας, id est, Equi senectæ. Proverbium in eos dici solitum, qui præclaris rebus gestis in iuventa, pos- sea quam consenuerint, ad sordidas curas semet abij- ciunt. Allegoria sumpta a generosis equis, qui senio facti segnes, in pistrinum, aut carrum, aut aliud id ge- nus opus detruduntur olim in precio habiti, dum vi- ribus integris essent. Plutarchus in libello, cui titulus, An seni sit administranda Respub. Οὐ πάντῃ πασι δὲ ξητῶτο δὲ τὸ καλὸν, ἵππὺς γῆρας ἵππῳ δὲ μὴ γῆρας ἔχοντι: id est, At non plane videbitur equi se- nectam, quemadmodum vulgo vocant, accersere, ne- mine compellente? Cum hoc convenit Enniam illud, quod refertur a Cicrone in Catone Maiore:

Sicut fortis equus spatio qui sorte supremo
Vicit Olympia, nunc senio confectus quiescit.

Si tibi amicum, nec mihi inimicum.

PLATO in Theateto: Ἀλλ' εἰς τὴν αὐτὴν οὐσίαν φίλον, εἰς δὲ ἑμὶ ἐχθρόν φασιν οἱ περὶ μιμησόμενοι. id est, Si istud tibi amicum Theodore, nec mihi est inimicum: quem- admodum proverbio dicunt. Hoc est, si tibi res placet mihi non displicet. Captata est autem in figura no- cum pugnantia: deinde τὸ ἀμφίβολον φίλος καὶ ἐχθρὸς, quorum utrunque e personis ad res detorquetur: quā- quam ad personas relata sunt vsitatoria. Vsus erit quotiens alienæ obsequimur voluntati.

Rana Gyrina sapienior.

PLATO in Theateto: Ὅτι ἡμῖς μὲν αὐτὴν ὡς πρὶν θῶν ἰθαυμάζομεν τῇ σοφίᾳ, ὃ δ' ἄρ' αὖ ἐτύχασεν ὢν ἐς φρον- σιν εἰδὺς βελτίων βατρεῖος γυρίνα. id est, Nos illum tan- quam deum ob sapientiam admirabamur. At ille mihi- lo magis antecellebat prudentia, quam rana Gyrina. Simptum est adagium ab informi partu ranarum, quem Græci γυρίνα vocant, a figura corporis in gyrū orbiculati, quod fit ut mira celeritate se quo velint vo- lunt, versentq.: quemadmodum testatur quisquis is fuit, qui scripsit Etymologicon Græcarum dictionum. Attenit gyrinorū & Hefychius. Suidas etiam Ari-

stophanis adducit testimonium:

Ὅτιον πατρίδας βαδισί γυρίνων.

id est,

Quemadmodum patres clamant gyrinorum.

Nec ab his abhorrent, quæ tradit Plinius libro 9. cap. 51. Rana, inquit, superueniunt prioribus pedibus alas fæminæ mare apprehendente posterioribus clunes. Pa- riunt minimas carnes nigras, quas gyrinos vocant, oculis tantum & cauda insignes: mox pedes figuran- tur, cauda findente se in posteriores. Mirumq. seme- stri vita resolvuntur in limum nullo cernente, & rur- sus vernis aquis renascuntur, quæ fuere nata, perinde occulta ratione, cum omnibus annis id eueniat. Hæc Plinii verba recensuimus. Meminit & Aratus, αὐτὸς ἐξ ὕδατος πατρίδας βαδισί γυρίνων. id est, Inde gyrinorum clamant per stagna parentes. Porro cum rana tribuitur loquacitas, quæ stoliditatis solet esse co- mes, minimum mentis inesse oportet gyrinis, quos vix deprehendas animal esse, nisi mouerentur.

In puteo constrictus.

PLATO in Theateto, Τὶ γὰρ χρεὶν ἀφ' οὗ τῷ ἐρωτῶμα- τι, τὸ λεγόμενον, ὅτι φρεῖται τὸ χρεὶν. id est, Cur enim vtaris inexplicabili quæstione, in puteo, quemadmodū aiunt, constrictus? Quadrabit in eos, qui in angustiis eas redacti sunt, ut extricare sese nullo modo possint. Non admodum abluat ab illo: ὅτι φρεῖται κωμικὸν χρεὶν, id est, In puteo cum cane pugnare. Item illo, Cante- rium in fossa.

In easdem anfas venisti.

PLATO in Phædro: Περὶ τὰς μὲν ὡς φιλεῖ εἰς τὰς αὐτὰς ἀσ- λαβὰς ἀλλυμένω. id est, Quantum ad istam rem per- tinet, amice, in easdem anfas venisti. id est, nihilomi- nus teneris, nec potes effugere quin dicas. Item Ari- stides in communi quattuor oratorum defensione: Ὡς ἐχρεώσατο πάλιν οὐ κακῶς εἰς αὐτὰς ἀσβὰς ἐπαρθεῖν, id est, Itaque Callicli erat in easdem anfas recidendū. Quadrat in eum qui sic irretitus est, ut quocunque se vertat, teneatur: nec explicare sese possit. Huic simil- limum est, quod scribit Lucianus in Hermotimo: Οἷ- μος γὰρ ἐκ πεφύκηναι, εἰς πέν αὐτὸν κύριον ἡμπετῶκα. id est, Nam arbitratus effugisse te in eandē nassam inci- disti. Item illud quod alibi dicitur, ὡς κλέω περιέλαυν.

Qui possim ab hoc epulo abesse?

PLATO in Phædro: Πῶς γὰρ οἷος πῶς αὐτὸς αἰνῶς ἀπεχέσθαι; id est, Qui possim ab hoc epulo abstinere? De re vehementer suavi atque expetenda, quod genus est festum aliquod convivium. Adlufum est, ad eam fabulam, qua tradunt Dianam iracunde tulisse, quod cum reliqui dii adhibiti essent ab Oeneo ad sacrum epu- lum, sola fuisset præterita, solaq. domi sederit, secum stomachans, quod nihil ex illo nidore sentiret. Qua- de re meminit Lucianus in Lapihis. Item in libello De sacrificiis.

Dulcis cubitus.

Γλυκύς ἀγκών, id est, Dulcis cubitus. Abominantis est sermo, aut cum, aliud dicimus, aliud sentientes. Plato in Phædro: Γλυκύς ἀγκών ὡς φησὶν ἡλίαν σὲ ὅτι ἀπὸ τῆς μακροῦ ἀγκῶνος τοῦ κατὰ τὸν νότον ἐκλήθη, καὶ πρὸς ἀγκῶνι λατρεῖται σὲ, ὅτι οἱ μέγιστον φρονῶντες τῶν πολι- τῶν,

κόν, μέλιντα ἐρῶσι λογογράφος καὶ καταλείψας συγ-
γραμμάτων. id est, Num Phædre sugerat te, quod dul-
cis cubitus a longo illo, qui in Nilo est, cubito dictus
esset. Quin etiam præter cubitum illud fugit te, quod
qui rerum civilium sunt peritissimi, conscribendarum
orationum, ac posteris relinquendarum sunt cupientissi-
mi. Hactenus Plato. Ancon autem Nili pars est, in
qua nauigantes plurimum & sudant et periclitantur.
Vnde proverbio dicebant κατ' ἐν φημισμὸν γλυκὺς ἀγ-
κὼν. id est, Dulcis cubitus, quasi deprecantes eius loci
discrimina. Id autem perinde valet, quasi dicas: ἀφ' ἡ-
μῶν φωνῶν. id est, Bona verba, aut bene ominata loque-
re. Sunt qui e Comico Platone natum existiment. is in
fabula, cui titulus, Phaon, senem facit amantem tibi-
cinam, atque hæc loquentem: Ὁ χρυσὸν ἀδάμαξα, ὃ τοῖ-
σιν ἐμοῖσι τρυφερίαις τρέποισι οἱ γλυκὺς ἀγκῶν. id est, O au-
reum amiculum: o meis deliciosis moribus gratus cu-
bitus, Sittidas scribit Anconem Carthaginensibus vo-
cari domicilium obscurum ac profundum, in quod con-
ijci solent, si quibus indignaretur tyrannus. Præterea
summa montium iuga, Ancones vocari. Denique præ-
ter alia gurgitem ac tumorem fluminis circa ripas,
propter anfractum & annis reperiendum, Anconem
dici: a cubiti figura, ni fallimur, ducta similitudine:
quod quibusdam locis ripa excurrat, promineatq. spe-
cie cubitali. Vnde & oppidis ac locis aliquot Anco-
nis inditum est vocabulum, ut Anconi Picentinorum
civitati teste Stephano. Item Ouid. libro Transform.
ultimo: -Et ipsi litoris Ancon. ut quidam
legunt Valerius Argonauticon lib. quarto:
Quid memoræ quas Iris aquas, quas torqueat Anco.
Vnde non absurde, κατ' ἀντίφρασιν quis acceperit, sicut
placet Zenodoto. Nam alij putant per exclamationem
dictum. Athenæus libro Dipnosophistarum 12. osten-
dit Anconem locum quempiam fuisse Sardis, volupta-
tum ministeriis paratum: in quo popina, scorta, atque
aliæ id genus deliciae. Dulcis igitur Ancon, ob blandi-
menta voluptatum, sed in eo complures naufragium
faciebant. Idem indicat, Polycratem apud Samios
mulieres aliquot voluptatū architectrices instituisse,
ad exemplum Anconis ducis Sardorum, eumq. locū
Laura dictum fuisse, siue Samiorum flores. Idem addit
Omphalen eius gentis reginam, per uim virgines do-
minorum cum eorum seruis inclusisse ad stuprum, ne
sola haberetur impudica. Lydos autem eum locum,
in quo sœminæ constuprabantur, γλυκὺν ἀγκῶνα δι-
xisse, sceleris atrocitatem verbo mitigantes. Vocem
autem dictam putat ab eo quod illic gerebatur. Etymo-
logus indicat ἀγκῶνα, dici locum ossibus durum, παρὰ
τὸ ἰσχυρῶς τὴν χεῖρα, id est, ab adducenda manu, ve-
lut ἀγκῶνα, id est, frangendo: siue ab ἀγκῶν, id est, a
presocando. Hesychius adiecit & murorum flexus
ἀγκῶνας vocari. Breuiter quidquid in cubiti speciem
inflectitur, ἀγκῶν dicitur, quemadmodum sunt & ci-
tharæ Ancones.

Bos ad præsepe.

Βὸς ὑπὸ φάτιν, id est, Bos ad præsepe. In emeritos dici cō-
suevit. quia iam ob ætatem otio, viæq. molliori indul-
gent. Effertur & ad hunc modum, Βὸς καὶ αὐλίας, id
est, Bos in stabulo. Congruit & in eos, qui nullis hone-
stis negotiis exercentur, sed turpi otio atque abdomi-

ni seruiunt. Philostratus in Cassandra, Αἰὲ καὶ μετὰ
κίους καὶ γυναικῶν ὑπὸ φάτιν, id est, Verum inter adu-
lescentulos ac mulieres, bos ad præsepe. De Agamē-
none loquitur, voluptariam agente vitam. Effertur itē
ad hunc modum, Βὸς ὑπὸ αὐλίας κίους, id est, Bos in stabu-
lo senex. Rursum hoc modo, Βὸς καὶ αὐλίας καὶ κίους, id
est, Bos in stabulo desides. De iis qui molliter et in otio
viuunt. Athenæus lib. 8. refert quiddam non illepidū,
nec alienum ab hoc proverbio. Cantor quidam impe-
ritus, cum Stratoniciū excepisset conuiuio, inter po-
cula ostentabat illi artem. Cum autem esset splendidum
ac magnificum conuiuium, ac Stratoricus eo frustra-
retur, non habens alterum quicum sermocinaretur,
confregit poculum ac poposcit manus, multosq. cya-
thos cum accepisset, soliq. calicem ostendisset, assatim
bibens obdormiit, cetera fortuna committens. cum au-
tem forte cornessabundi quidam superuenissent canto-
ri, ex notis, Stratonicus ilico factus est sobrius. Ei cum
audissent, quod semper multum vini bibens fuisset inc-
briatus, compendio respondit, Insidiator enim & sceler-
atus ille cantor, tanquam bouem ad præsepe, data cœ-
na occidit. Quod in Athenæi verbis legimus καὶ αὐ-
λίας, opinamur legendum σφαλερῶς. Congruet &
in illos, qui in suum aluntur exitium, quemadmodum
ij qui se uoluptatibus mundi expleant, orco quid aliud
quam victima nutriuntur, veluti bos ad præsepe?

Ne genu quidem flexo.

Ὁδὲ γόνυ καμψάσθαι, id est, Ne genu quidem flexo. Philo-
stratus in Anteo: καὶ δὲ γόνυ φασὶ καμψάσθαι ἀποδυνάμει
πρὸς τὸν αὐτῶν id est, Ac ne genu quidem curuato ad-
uersus Antæum exiuit. Idem in Herode: Ἐνταῦτα
ἰφὺ γόνυ καμψάσθαι, id est, Hic, inquit, genu flectamus.
Dictum est autem ὑποβόλικός, pro eo quod est, ne tan-
tulum quidem. Stenim qui iam incipit ad quietem cō-
ponere sese, primum genu flectit. Itaque perinde va-
let, ὁδὲ γόνυ καμψάσθαι, quasi dicas, citra respirationem,
sine omni intermissione. Sumptis apparet ex Aeschyl-
li Prometheus, ubi Vulcanus sic loquitur,
Αὐτὸν δὲ πρὸς πῦρ πῦρ δὲ πρὸς πέτρας
Ὁρῶσθαι δὲ αὐτὸν, ὃ καμψάσθαι γόνυ. id est,
Ideo petram seruabis hanc inamabilem,
Insomnis astans, nec genu unquam flexeris.
Nisi mauis esse mutuatam ex Homericæ Iliados κούβη-
τι de Heclore sic loquitur Menelaus.
Φυμὴ μιν ἀποσείας γόνυ καμψάσθαι, αἰεὶ φημισσι
Διὸς ἐκ πολέμοιο, id est,
Ille lubens genua flectet, puto, si modo tristiti
Fugerit e bello.

Quo properas, num ad Ephebum?

PHILOSTRATVS in vita Appollonij: Ὅτι κίλικος
λόγος, ποὶ τρεῖς, ἢ ὑπὸ τὴν ἐπὶ θύρην, ἢ ἐκ τῆς πύλης, καὶ
παρομιῶν τιμῶν ἔχει. id est, Ac Cilicibus celebra-
tum dictum, quo curris, num ad Ephebum? de illo quo-
que ferebatur, adagium. vim obtinebat. Parum liquet,
quid sibi voluerit Cilicum illud adagium, nisi forte sum-
ptum est ab Apollinis oraculo, ad quod undiq. festina-
batur: fingebatur autem imberbis Apollo, quemad-
modum & Bacchus.

Et puero perspicuum est.

Καὶ παῖδα δὲ ἀλλὰ, id est, Et puero perspicuum. De re supra
modum

modum perspicua, confessaq. Vtitur & Plato quodam in loco, quem ante commonstrauimus : & Philostratus in vita Apollonij. Est in epistolis Basilij, τὸ καὶ παιδὶ γινώσκουσιν, id est, Hoc & puero notum. Finitimū illi, quod alibi retulimus, καὶ τῷ τυφλῷ δ' ἄλλον, id est, Vel ceco perspicuum.

Ne in Melampyrum incidas.

Μὴ τῷ μελαμπύρῳ ποριτύχῳ, id est, Ne in Melampyrum incidas, in lasciuos & iniuriosos homines quadrat. Est autem comminantis, ne quando incidant in eum, qui malefactorum pœnas de eis sumat. Vtitur hoc adagio Philostratus in Apollonij vita, libro 2. Καὶ τοῦτο ἰσχυρὸν τὸ μελαμπύρῳ τυχεῖν, id est, Et hoc fortassis erat in Melampyrum incidere. Aristophanes in Lystrata :

Καὶ μερῶν δὲ ὅτ' ἦν τεραχὺς ἐπ' αὐτῷ,

Μελαμπύρῳ τὶ τοῖς ἐχέροις ἀπειν. id est,

Et Myronides enim erat hirsutus illinc, Melampyrgusq. hostibus omnibus. Melampyrum dixit quasi uindictam, ultoremq. Porro Melampyrgus Græcis significat eum, qui nigro sit podice : quo quidem cognomento notatus est Hercules, quod eam corporis partem, non Lydorum more vulsam, neque candidam, quemadmodum effæminati solent, sed nigris pilis hirsutam ac syluosā haberet. Nam Græci quemadmodum molles & imbelles, fractosq. deliciis πυνάγες καὶ λυκοπύγες appellunt, itidē e diuerso sortes ac strenuos μελαμπύγες vocare consueverunt, ut auctor est Lycophronis interpres. Idem ostendit paræmiam ad hunc quoque modū efferi : Οὐ πῶ μελαμπύρῳ πτύχκας, id est, Nondū in Melampyrum incidisti. Prouerbiū ex huiusmodi quadam historia natum existimant, quam partim ex Suida. partim ex Gregorij Nazianzeni enarrationibus adscribemus. Olim duo quidam fratres erant, omni genere malefactorum passim in omnes debacchâtes, unde & ex morum atrocitate nomina reppererunt. Nā alter Passalus dictus est, alter Achemon : siue, ut alicubi legitur, Achmon. Hos mater nomine Sennonis, ubi videret atrociam facinora passim patrantes, iussit cauere, ne quando in Melampyrum inciderent. Euenit deinde, ut Hercules aliquando sub arbore quadā dormiret, armis in eandem reclinatis. Acceperunt Cercopes siue Perperi fratres, utrumq. enim scriptum inuenitur, & Herculem dormientem ipsius armis aggredi tentarunt. Ille protinus sensit insidias, & correptos ac vinctos de claua a tergo suspendit leporum ritu, atque ad eum modum gestabat. Illi pendentes capitibus deorsum demissis, cum Herculis posticum nigris pilis horridum atque hispidum viderent, materni moniti memores, super hac re inter sese confabulantur. Quod simul ac audisset Hercules, hoc cognomine delectatus, & in risum effusus, eos vinculis solutos dimisit. Notat hanc historiam Plutarchus in libello De discriminine amici & adulatoris, cum ait Herculem Cercopibus fuisse delectatum. Meminit & Herodotus in 7. de loco, dicto lapide Melampygo, & Cercopium sede. Quo sane loco lapsus est insigniter Laurentius Valla: quod fabulam hanc aut nesciret, aut certe non meminerit. Plutarchus in libello De puerorum educatione refert & hoc inter Pythagorica anagramma : Μὴ γινώσκων τῶν μελαμπύρων, id est, Non gustanda

quæ nigra sunt cauda. Atque hunc in modum interpretatur, abstinentium a conuiuiu mortalium atroxum & improborum : quamquam hoc a prouerbio diuersum.

Noctuinum ouum.

Γλαυκίδων ὄν, id est, Noctuinum ouum. Refertur a Nicolo Perotto in Copie cornu, prouerbiū loco, nec explicatur tamen. Fortassis antiquitus abstemium, & a uino abhorrentem hoc adagio significabant. Philostratus enim in vita Apollonij, libro 3. de ouo noctuæ rem opido quam prodigiosam refert. Itaque satius est ipsius referre verba : Τὴν γλαυκίαν, inquit, ἤρην ἐπιφυλάττειν οὐδ' νιοῦσιν, καὶ τὰ ὠκ' ἀπ' ὅσων τα δύνανται μαστ' ὅταν τῷ φέρι-φρῇ, συμμέτρως ἴταται. καὶ ὅτ' ἐβρώσι τὰ ἴ τούτων βρεῖν ὄντα γινώσκοντες, μῖσος πρὸς τὸν ὄντα αὐτῷ ἐμφύεται, καὶ τὸ φρονέειν τα διὰ κείσιν. τα, id est. Obseruandum ubi loci niduletur noctua : deinde oua subducere oportebit, eaq. mediocriter cocta infanti mandenda dare. Quod si quid ex his ederit, prius quam degustarit vinum, inferetur illi vini odium, adeo ut in omnem vitam quam maxime sobrius sit futurus. Aelianus libro de naturis animantium primo, fabulam refert paullo magis etiam quam hæc est, anilem. Eam quoque præstiterit ipsius auctoris recensere uerbis : Οἱ πελαργὶ λυμῶν-μινος αὐτῶν τὰ ὠκ' νυκτερίδας ἀμύνονται πάντων σοφῶν, αὐτῶν πρὸς αὐτὰς αὐτῶν ἀνιμῶν ἐργάζονται καὶ ἀγῶνα αὐτῶν, οὐκ οὖν τὸ ἰὼν τούτοις φέρμακον, ἐκείνῳ ἴσι. Πλατὼν γὰρ φύλλα ἐπιφέρει τῶν κελιάς, καὶ δὲ νυκτερίδας ὅτ' αὐτῶν γινώσκοντες, νυκτερίδας καὶ γίνονται λυμῶν ἀδύνατοι. id est, Ciconiæ nocturnis oua sua perdere solitas arcent miro ingenio. Nam hæc contactu reddunt ea subuentanea steriliaq. Remedium igitur aduersus hæc illud adhibent. Platani frondes in nidum conuehunt, quæ noctuæ postea quam contigerint torpescunt, ita ut iam nocere non queant. Hactenus Aelianus. Sunt qui negent noctuinum ouum inueniri. Prouerbiū itaque quadrabit vel in hominem nihili, nulliusq. frugis, iuxta fabulamentum Aeliani : vel in rem raram inuentu, iuxta horum sententiam.

Amazonum cantilena.

Ἀμυζόνων ἄσµα, id est, Amazonum cantilena, in delicatos ac lasciuos & parum viros. Philostratus in Apollonij vita, libro 4. Μεραχίδων ἢ ἀβρῶν ὁππότες ἀσπλῆες νομίζονται, ὡς γινώσκοντες ποτὶ καὶ τῶν ἀμυζόνων ἄσµα. id est, Adulescens de numero mollium usque adeo lasciuus habitus, ut aliquando Amazonum quoque fuerit cantio. Quid autem sibi uelit Amazonum cantio, nondum satis compertum est apud idoneos auctores. Nisi si cui placet, ut accipiamus, Amazones ludibrii causā in molles uiros cātilenas solere celebrare. Quod si fas sit mutare scripturam, nequaquam displiceat, ut pro ἀμυζόνων μαζόνων legamus. Sic enim appellant lancis genus prægrande, quo cibi inferuntur in conuiuium. Mos autem erat antiquitus, ut epulæ lautiores tibicine præcedente inferrentur : ut accipenser. Horatius in extrema Satyra.

Μαζονομοῦ πueri magno discerta ferentes

Membra gruīs.

Verum hoc interim esto somnium, donec ab eruditius certius aliquid proferetur. Quod sane desperandum non

non est, in dies in lucem emergentibus nouis auctori-
bus.

Tantali horti.

Ταντάλος κήποι, id est, Tanti horti. De bonis, quibus ta-
men frui non liceat: aut de iis, quæ videantur aliquid
esse, cum nihil sint. Philostratus in vita Apollonii, li-
bro 4. Τους ταντάλους ἐφη κήπους εἶναι τοὺς ὄντας οὐκ εἶναι. id
est, Tanti horti videtis, inquit, esse, cum non sint.
Nota est fabula de Tantalo apud inferos ad aquam
stante, deq. pomis in caput imminuentibus, cum sitiens
interim atque esuriens neutra possit contingere. De his
nonnulla retulimus prius in proverbio Adonidis horti.

Res sacra consultor.

Συμβελος ἱερὸν χρῆμα, id est, Consultor res sacra. Zenodo-
tus ex Epicharmo refert. Sensus est adagionis, pluri-
mum utilitatis adferre bene consulentem: aut religio-
se pureq. dandum consilium iis, quibus est opus. Plato
in Theage: Ἀλλ' ἤδη οἱ δὴ μὴ δὴ καὶ λέγει τῷ συμ-
βελον ἱερὸν χρῆμα εἶναι. id est, Quia illud etiam dicitur
Demodoce, consultor esse res esse sacram. Idem in epistula
ad Perdiccam, δ' ἰκαίος δὲ νῦν καὶ ξενικὴν καὶ ἱερὰν ξυμβολήν
ἀν' ἀνθρώπων ξυμβάλλειν. id est, Aequum est autem, ut
& hospitale & sacrum ut dicitur consilium imperi-
tiam. Suidas indicat dictum ubi deliberatur de rebus
periculosus, ut simile videatur illi, Sacram ancoram ia-
cere. Effertur & ad hunc modum: ἱερὸν ἐστὶ συμβελλόν. id
est, Res sacra consilium. Extat inter Græcas senten-
tias hic senarius.

Ἱερὸν ἀλυσὶς ἐστὶν ἡ συμβολή.

id est,

Res est profecto sacra consultatio.

Ante mysteria discedere.

Ἀπίνειν πρὸ τῶν μυστηρίων, id est, Ante mysteria discede-
re, est re non dum absoluta subducere sese. Sumpta me-
taphora a sacris, in quibus prophani iuebantur abi-
re, cum iam essent peragenda mysteria, initiati mane-
bant, nec fas erat nisi peractis ritibus abire. Plato in
Menone: Εἰ μὴ ὡς πρὸς χεῖρας ἐλθὼς, ἀπαγκάων σοι ἀπεί-
ναι πρὸ τῶν μυστηρίων, ἀλλ' εἰ περιμένῃς τε καὶ μνησθῇς. id
est, Nisi quemadmodum heri dicebas, tibi fuerat ante
mysteria discedendum: verum si & permanecas, &
mysteriorum particeps fias, & cetera quæ sequuntur.

Ex vno multa facere.

Ἐξ ἑνὸς πολλὰ ποιεῖν, id est, Ex vno multa facere, prouer-
bio dicebantur, qui rem quampiam minutim secabant.
Quadrabit in eos, qui idem aliis atque aliis modis ua-
riant: ut non iam vnum, sed plura videantur. Plato
in Menone: Καὶ πάντις πολλὰ ποιεῖν ἐκ τῆς ἑνός, ὅπου φα-
σι τὰς σωτηρίωντας τι ἐκείσοι οἱ σκώπτουσι. id est, Ac
parce ex vno plura facere, quo dicto taxant eos, qui
rem quampiam undecunque comminuunt. Narratur
apud Titum Liuium belli Macedonici libro 5. non ille-
pida fabula de caupone quodam, qui suis vnus carnes
tam vario coctis apparatu proponebat, ut dux Roma-
nus admiratus, rogaret, unde nā media bruma suppe-
teret tanta venatus copia. Tum arridens caupo, con-
fessus est, eas omnes ciborum species ex vno sue do-
mestico confectas fuisse. Neque secus isti faciunt, in-
quit, qui commemorandis variis & horrendis nomi-

nibus nos territant, cum hæc omnia una gens sit.

Iouis Corinthus.

Ο δὲ Κόρινθος, id est, Iouis filius Corinthus. In eos dici so-
litum, qui semper eadem aut dicunt aut faciunt. Pin-
darus, in Nemeis hymno 7. ταῦτα δὲ τρεῖς πύραυλοι
ἀπολλέον ἀπορία πάλιν τίκουσιν ἅτι μὴ φυλάκας δίδε
κόρινθος. Negat se velle iterum atque iterum eadem ite-
rare: perinde quasi pueris nugæ narraret dίδε κόρινθος
Nam μὴ φυλάκας eum significat, qui frustra nugæ ef-
fuit. Interpres hoc loco fabulam adfert, ad prouer-
bium non multum pertinentem, tamen adscribetur.
Aletes, inquit, consuluit Dodonæum oraculum, quod
tum Iouis erat, num Corinthiorum imperio potiri posset.
Responsum est, tum illum potiturum, cum quispiam illi
glebam daret, aut ruder, idq. die multarum coronarum:
nam id addit. Itaq. Corinthum profectus panem ab
rustico quopiam petiit, is glebam porrexit. Sensit ille
iam perfectum oraculum, animumq. ad capeffendum
imperium adiecit. Parentabatur eo die manibus, eadē
ob causam, cum pleraq. ciuitas in monumētis abesset,
accedens, reperit Creontis filias iam paciscentes de im-
perio. Harum natu minimæ persuadet, si uelit adiuta-
re, se simul atque principatum esset consecutus, illam
duciurum uxorem. illa imperij cupiditate prodit ciui-
tatem, ac portis apertis Aletem admittit. Is itaque
victor, Iouis Corinthum eam appellat, quod ex Iouis
oraculo contigisset: Deinde subtextit aliam fabulam,
cum aliorum interpretamento fere conuenientem. Ea
est huiusmodi: Olim Megarenenses Corinthiis erant ue-
tigales. Ceterum cum illorum imperium insolentius
grauatim ferrent ac defectionem pararent, missus est
legatus Corinthiorum nomine, qui apud plebem Mega-
rensem cum alia multa ferociter dixit, tum illud indi-
gnabundus ac uociferans intonuit Οὐκ ἀξίεταί ὁ δίδε
κόρινθος. id est, Non feret Iouis filius Corinthus: id ubi
sepius iteraret, concitatus populus, succlamare cœpit,
seri seri Iouis Corinthum, simulq. legatum expulerunt.
Erat autem Corinthus hic Corinthiorum rex, Ioue pro-
gnatus: tametsi Pausanias in Corinthiacis negat se
apud auctores serios reperisse, Corinthum Iouis fuisse
filium: sed vulgus dumtaxat Corinthiorum ita prædi-
care. Usurpat adagium Plutarchus in commentario,
quæ inscripsit aduersus Stoicos: Πολλὸς ἐν ὁ δίδε Κόρινθος
ἐπὶ τὸν λόγον αὐτὸ ἀφίεται, τὴν ἡδὴ ὑπὲρ πορτεροπίνην
μὴ σκώπτειν δοκῆς ἕκαστος, id est, Multus igitur Iouis Corin-
thus ad orationem illorum admittitur. Nam pistilli
circumvolutionem, ne mordere videaris, omitte. Ari-
stophanes in Ranis.

-Τετὶ τί ἦν πράγμα

Ἀλλ' ἡ δὲ Κόρινθος ἐν τοῖς σπράμασι,

id est,

-Quid aliud hæc erat res,

Νῦν Iouis Corinthus in ipsis stragulis?

Verba sunt ministri, Bacchi ταυτολογία notantis, qui
dixerat,

Αἰροῖς ἀν' αὐτῆς αὐγῆς πάλιν σπράματα.

id est,

Hæc rursus iterum, tolle minister stromata.

Idem in Concionatricibus:

Οτι δὴ ἀποσκοπεμένας ἐφάπτετο

Ο δὲ Κόρινθος.

id est,

Vbi denique considerantibus, Iouis

Apparuit Corinthus.

Philo-

Philostratus in Antipatro Sophista. Ωδόντων δὲ αὐτὸν τῶν σοφιστῶν τὸν λόγον, καὶ διὸς κέρειν ἡγμένον τὸν αὐτίπατρον. id est, Impellentibus autem illum cognatis ad nuptias, & Iouis Corinthum existimantibus Antipatrum. Quamquam hic Iouis Corinthum usurpasse videtur pro homine magnopere felici. Usurpat hoc adagium & Socrates apud Platonem in Euthydemio: Αἰὲν ἄτυχός, τὸ λεγόμενον διὸς κέρειος γίγνεται. id est, Sed prorsus id quod dici solet, Iouis Corinthus fit. Conuenit cum illo, quod alibi retulimus, διὸς κέρει. Bis crambe. Neq. solum vti licebit, cum eadē iterum atq. iterū dicuntur: verū etiā cum in eodem negotio nimium adfidue persistitur. Veluti si quis cibū semper eundem adponat: aut si quis semper studiis literariis incumbat, aut adfidue uenietur, ut hinc iam oboriatur ex adfuiditate satietas, recte dicemus, διὸς κέρειος. Molestū est enim, quidquid perpetuū, uel Pindaro teste in Nemeis, Αἰὲν ἄτυχός, ὅς περ ἴσχυρ' ἀφ' ἑσθ' ἔργων κέρει δὲ ἔχει καὶ μέλι καὶ τὰ τεσσάρ' ἀβ' ἀφ' ὁδοῖσιν. id est, Verum enim vero intermissio in omni negotio iucunda. Accipiunt autem satietatē & cantilenæ & amoeni flosculi Veneri. In nonnullis exemplaribus pro μέλι scriptum erat μέλι. Sic in epigrammate:

Πάν το περιπὸν ἀκάρειν, ἔπει λήρος ἐστὶ πελαγός
Ὡς καὶ τὸ μέλιτος τὸ πλὴν ἐστὶ χολή. id est,
Insuauē est, quidquid nimium est. Nā dicitur olim,
Mel quoq. si ommodica est copia, bilis erit.

Illud admonitū non inutile est, prouerbiū bifariam accipi posse. Nam & hoc ostendit interpretēs Pindari, uel cum eadem iterantur sapius, uel cum ij, qui initio magnifice loquuntur, minanturq. ferociter, postea timidi fugiunt: id quod euenit legatis Corinthiorum, qui cum sapius illud intonauissent in oratione: Δικαίως σιναίει ὁ διὸς κέρειος, εἰ μὴ λαίβον δίκας παρ' ὑμῶν. id est, Merito suspirabit Iouis Corinthus, nisi pœnas sumperit de vobis: postea cum ad manus esset uentum, ignauiter aufugerunt. Nec illud pratercundum, aduersionem accommodari posse, tam ad rem, tum ad personam. Ad rem hoc pacto: iam millics audiui, non possum diutius ferre τὸν διὸς κέρειον. Ad personas: ut si quis hominem eadem semper inculcantem τὸν διὸς κέρειον appellet. Indicat & hoc interpretēs Pindari.

Testulæ transmutatio.

Ὁσέως περιστροφῆ, id est, Testulæ conuersio. De rebus repente in diuersum commutatis. Lucianus in Apologia, πῶς τῶν ὑπὸ μισθῷ σωζόντων: Ἐπειτα πέντων ἑκάτομχος ὁ σέως φασὶ μεταπεσόντες, ἐκ τῶν ἑαυτῶν φέρων εἰς δαλνίαν τῶν πορίσων καὶ πορίσων ἑνὸς: id est, Deinde oblitus omnium, testula, ut aiunt, transmutata, uolens ipse semet in seruitutem usque adeo manifestariam & insignem coniecit. Incertum utrum sumpta sit metaphora a ludi genere quodam, quem ostracinda Græci uocant. Hunc innuit Plato in amatoriis, nempe in Phædro: Φυλάς δ' ἡ, inquit, γίγνεται ἐκ τῶν, καὶ ἀποστρεφόμενος ὑπ' ἀνάγκης ὁ πρὶν ἑκτός, ὁ σέως μεταπεσόντες ἵπται φύγῃ μεταβλεπόν. ὁ δὲ ἀναγκάζεται διώκειν ἀθανάτων καὶ ἐπιβέβηκεν. id est, Tandem profusus fit ab his: & dum necessario priuatus est is qui prius erat amator, testula in diuersum uersa, fuga se proripit immutatus. At ille cogitur insequi, indignas, deosq. obsecrans. An ab Ostracismo suffragiorum ge-

nere quodam, quod per calculos ac fabas ferebatur: in hoc repositum, ut per id ciues, qui uel opibus immodicis, uel nobilitate, uel gloria, uel alia quauis insigni uirtute multitudinis inuidiam in se prouocassent, in exilium decenne relegarentur. Hoc pacto fuit eiectus & Aristides: non aliam ob causam, nisi quod molestum esset populo, iusti cognomen illi uulgo tributum. Ferebatur autem ostracismus ad hunc modum. Ostraci, id est, testulæ uiritim in comitiis dabantur. In eis, quem quisque uellet urbe cedere, litteris inscriptis indicabat: hos deinde omnes in fori locum quendam cancellis circumscriptum, deportabant. Porro magistratus, quibus hoc datum erat negotij, primū uniuersos recensabant: qui nisi plures sex millibus fuissent, nihil consiciebatur. Deinde semotis uniuscuiusque calculis, is qui pluribus calculis damnatus erat, ad decennium in exilium ire iubebatur: ita tamen, ut illi liberum interim esset fructus suos accipere. Erat itaque ostracismus non improbitatis castigatio, sed uulgaribus animis insitæ inuidiæ placatio. Antiquatus est autem hic ostracismus, eiecto per hunc Hyperbolo quopiam homine contempto atque humili. Huiusmodi ferme referuntur a Plutarcho in uita Aristidis. Ab hoc igitur ostracismo, quoniam magna uulgi licentia ac temeritate peragebatur, ac repente præstantissimi cuiusq. ciuis fortunam commutabat, non absurde uideri potest duellum adagium. De lusu ostracorum Iulius Pollux in hunc fere modum tradit. Pueri ducti in medio linea, duas in partes sese distribuunt: quarum altera intr. ostracum, altera extra dicebatur. Deinde mittente quopiam ad lineam testam, utrius partis superior extitisset aliquis, hunc insequuntur, qui illi adhererāt, reliquis in fugā conuersis. Ceterum e fugientibus qui cōprehensus esset, is cōsidebat, asinus dictus, testaq. proiecta dicebat, nox dies. Nā interior testæ pars pice sublitera erat, quæ nocti respondebat. Hoc aut lusus genus appellabatur ὁσέως περιστροφῆ. i. Testæ conuersio. Platonē lib. de Repub. 7. uidetur ad lusus genus referre, cū ita loquitur, Τὸ δ' ἡ δὲ ἐν αὐτῷ ὁσέως καὶ ἀνέμῳ περιστροφῆς, ἡ δὲ φύχης περιστροφῆς, ἡ δὲ νεκρῶν τινος ἡμῶν εἰς ἀλλήλων τὸ ὄντες ἔσονται περὶ τὸν αὐτόν. id est, Isti huc sane, ut uidetur, non fuerit testæ conuersio, sed mentis circūductio, ex nocturno quodam die ad eius quod uere est ascensum euntis. Agit de philosophia, quæ a falsis bonorum simulacris educit animum ad uerorum bonorum cognitionem.

Alterum pedem in cymba Charontis habere.

EX T R E M A E, decrepitæq. senectæ homines, etiam hodie uulgo dicuntur alterum pedem in sepulchro habere. Nec hinc abhorrent, quæ scribit Lucianus in Apologia: Πρὸς αὐτὸν δὲ ἡδὴ τὸ αἰκνὸν γινόμενον, καὶ μόνον. καὶ τὸν ἑπὶ τὸν πόδα ἐπὶ τῷ πορτέμῳ ἔχοντα. id est, Qui iam sit Aeaco ipsi uicinus, quiq. iam tantum non alterum pedem in cymba Charontis habeat. Idem in Senectis, καὶ τὸν ἑπὶ τὸν πόδα φαίνεται τῷ σαρῶ ἔχοντα. i. Et alterum pedem, ut aiunt, in tumulo habens. Pōponius lib. Pandectarum 40. titulo de fideicommissi libert. cap. Apud Iulianum, dixit his uerbis: Ego discendi cupiditate, quam solam uiuendi rationem optimam, in octauum & septuagesimū annum ætatis duxi, memor sum

V huius

huius sententia, quam dixisse fertur Iulianus, Et si alterum pedem in sepulchro haberem, adhuc addiscere quædā uellem. Haud scimus an huc pertineat quod Lucianus scribit in *Votis*: ὅς τε δὲ ἐπὶ τῇ ναυί ἔπλεον πίδακι ἔχει. id est, Qui quidem iam alterum pedem habeat in naui. Plutarchus in commentariolo De puerorum institutione, notat, senes vulgato conuicio uocari solere. κρονολόγος καὶ σαρδανιόνας. Quod iam etate desiperet, & fossa confines essent, magisq. buſtuaria larua, quā homines. Plautus Acherontium senem dixit. Tercenſius Silicerniū Et capularem dixit nescio quis. Græci τυμβωχέρι τας uocant, auctoribus Hefychio & Suida, ἀσπυπέλας, extremæ etatis homines, illos quod tumulo sint proximi, hoc quod breui mittendi sint ad inferos, παρὰ τὸ πέμπειν, quod est mittere, & ἰλος: palus quod qui moriuntur crederentur per Stygiam paludem transmitti ad inferos.

Cauam Arabiam serere.

Τὴν κοιλίαν ἀρὰ βίβιν σπέρειν, id est, Cauam Arabiam serere. Pro frustra sudare, aut in re perdifficili, nec admodum frugifera operari sumere. Lucianus in *Apoloſia*: ὅς τε τὴν κοιλίαν ἀρὰ βίβιν σπέρειν, ἰπὶ χερσίν. id est, Ut cauam Arabiam serere aggrediatur. Significat autem palustrem Arabiæ partem, neutiquam idoneam sementi. Plutarchus ποτὶ τῆς ἀδελφείας, τῶν μὲν ὅτι πρὸς τὰς ἀσπίδας ἰσχυρὰ φέρων ἄρονον ἰνῶα τὸ σπέρμα λίσσονται, τῶν δὲ ἀδελφῶν ὁ λόγος ἀπλῆς καὶ ἀκαρπίας ἐστίν. id est, Aiumt enim sterilem esse sationem humilium Asiæ regionum, at loquaculorum ipsa oratio inutilis est atq. infrugifera.

Lynceo perspicacior.

LYNCEI perspicacitas in proverbium abiit. Plinius *natural. histor. lib. 2. cap. 17.* Nouissimam, inquit, lunā, primamq. eadem die vel nocte, nullo alio in signo, quā in arietis conspici: id quod paucis mortalium cōtingit. Et inde fabula cernendi Lynceo. Sunt qui tradunt, Lynceum primum reperisse fodinas metallorum, aris, argenti, auri. Et hinc vulgo natam fabulam, quod ea quoque videret, quæ sub terra forent. Testis Lycophronis interpret. Meminit huius & Plato in epistula quadam. Aristophanes in *Pluto*:

Βλέπειν τ' ἀποδείξω σ' ὀφύτρων τὴν λυγκείαν. id est,

Faxo ut videas vel Lynceo ipso acutius.

Lucianus in *Hermotimo*. Σὺ δὲ ἐπὶ τὴν λυγκίαν ὑμῖν δίδωκεαι, καὶ ἔρας τὰς εἰδὸν ὅς εἰσι καὶ διὰ τὴν εἰρήνην. id est, Tu vero nobis ipso etiam Lynceo perspicacior es: qui, sicuti videtur, per pectus ipsum, quæ sunt intus cernis. Idem in *Icarome nippo*: ὅς νῦν κατὰ πόρ λυγκίαν τις ἀφ' οὗ γινέμεται ὁ ἀπὸ τῆς διαγινώσκουσας, id est, Qui nūc repente quasi Lynceus quidam effectus, cuncta discernis? Horatius in prima epistula ad Mecenatē:

Non possis oculo quantum contendere Lynceus,

Non tamen idcirco contemnas lippus inungi.

Marcus Tullius M. Varro: Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendant, nusquam incurrat? Appollonius in *Argonauticis* scribit hunc Lynceum usque adeo fuisse perspicacem, ut etiam terram ipsam oculorum acie penetraret, quæq. apud inferos fierent, peruideret.

Λυγκίης δὲ καὶ ὀφύτρων τῶν ἐκείνων

Ομμοσιν, ἰὶ ἰπὲν γε πέλας κλειὸς ἀδέρει κῶνον
Ραὶ δ' ἴσως καὶ νίβει κατὰ χεῖρας αὐτοῦ ἰδῶν. id est,
At miro visus pollebat acumine Lynceus,
Si modo vera est fama, virum quæ prædicat illum,
Perfacile inspexisse sub altis condita terris.

Plutarchus in commentario, quem scripsit aduersus Stoicos, testatur, famam fuisse de Lynceo, quod saxa quoque & arbores oculorum acie penetraret. Pausanias in *Corinthiacis* tradit Lynceum Danao vita defuncto, regni successionem suscepisse. Tindarus in *Nemeis* hymno decimo, meminit Lyncei qui ex Taygeto monte viderit Castorem & Pollucem sub quercus trico laitantem, & horum alterum iaculo vulnerasse. Pindari interpret citat historiam rerum Cypriarum, Aristarchum & Didymum.

Quod in animo sobrij, id
est in lingua ebrij.

Τὸ ἐπὶ τῇ καρδίᾳ τοῦν ἀνθρώπου, ὡς τῆς γλώττης ἐπὶ τοῦ μέθης, id est, Quod in corde sobrij, id est in lingua ebrij. Prouerbialis sententia, quam refert in collectaneis Diogenianus. Vsurpat Plutarchus, idq. prouerbij nomine in libello, cui titulus ποτὶ τὸν ἀδελφίαν. Nec pretereundum illud Herodotum: Οἶνος κατὰ τὸν οἶνον, ἰπὶ πλοῦσιν ἰπὶ περ. id est, Subsidente vino, supernatant verba. Nam sobrios aut metus aut pudor cohibet, quo minus effutiant ea quæ satius putarint suppressisse. At vinū & pudorem discit, & timorem abigit. Vnde fit, ut temulenti sæpenumero non contineant voces per iugulum redituras. Pindarus in *Nemeis*, βαρυσσάδ' ἑκ παρὰ κρητῆρος φωνὰ γίνετα. id est, Andax iuxta craterem vox fit: siue quod vinum adfert confidentiam, siue quod in conuiuio tutū est magnifice loqui, siue quod qui vicit merito citraq. periculum laudatur.

Virgultea scaphula Aegæum transmittere.

Ἐπὶ ῥίπῃς ἢ ἀγῶνι διαπλοῦσαι, id est, Virgulto Aegæum transmittere. In eos dicitur, qui rem supra modum arduam leui opera conficere tentant. Lucianus in *Sectis*, Ἐπὶ ῥίπῃς οἷς ἢ παρρησία φασὶν τὸν ἀγῶνα ἢ ἰόνιον διαπλοῦσαι ἐπὶ λόντος. id est, Virgulto, quemadmodum prouerbio dicitur, Aegæum aut Ionium mare transmittere cupientes. Citatur hic senarius a Suida. Extat autem apud Aristophanem in *Pace*,

Κεῖρδες ἢ κρητὶ καὶ ἐπὶ ῥίπῃς πλοῖσι. id est,

Causa lucelli nauiget & in uimine.

Taxat Simonidem, tanquam lucri cupidiorē, quod ad quæstum scripturarit carmina. Porro ῥίπῃς uimen est flexibile, aut ramus salignus παρὰ τὸ ῥίπῃς, videlicet quod inflectatur ob lentitudinem. Citatur & hic,

Σὺν τῷ ἐκφῶ πλοῦν, καὶ ἐπὶ ῥίπῃς πλοῖσι. id est,

Quisquis secundo nauigarit numine,

Is vel saligno nauigarit uimine.

Extat & hic inter sententias prouerbiales, citatus item ab Aristophanis interprete:

Θεοῦ δὲ λόντος καὶ ἐπὶ ῥίπῃς πλοῖσι. id est,

Deo fauente nauiges uel uimine.

Phœnice uiuacior.

LYCIANVS in *Sectis*, Ἦν μὲν φοίνικας ἐπὶ βίῳ, id est, Nī

Ni phœnicis annos uixeris. De phœnicis iuacitate diximus alibi. Cuius etiam raritas proverbio fecit locū. Phœnice rarior: quale est illud, Coruo quoque rarior albo. Negant enim phœnicem esse nisi unicam, siqua fides scriptoribus.

Cum plurimum laborauerimus,
codem in statu sumus.

LUCIANVS in Sectis, καὶ κατὰ τοὺς παροιμιαζομένους πολλὰ μοχθῶσιν οἱ ὁμοίως ἰσμεν. i. Ac iuxta proverbium cum multum laborauerimus, itidem ut antea fuimus. De frustra laborantibus. Quod euenit iis, qui post diuturnum studium nihilo reperiuntur eruditiores. post longam negotiationem nihilo ditiores.

Aquam in mortario tundere.

Ἐδωρ ὑπὲρ πλῆθους, id est, Aquam pistillo tundere. Lucianus in Sectis: Ὡς ὁ ἴτις ἐς ὄλεθρον ὑδὼρ ἐγχέει ὑπὲρ σιδερω πλῆθους, id est, Tanquam si quis aquam in mortarium insusam ferreo pistillo tundat. Quadrat in eos, qui laborant inaniter: siquidem aquam si quis vel atatem contundat, nihil aliud erit quam aqua. Lucianus in eodem opere: Οὐκ ἴδως, ὅτι αὐτὸς ἀποβάλλῃ φασὶ τοὺς ὅμους πλῆθους ὑδὼρ ὁμοίως τὸ ὑδωρ μένει. id est, Ignarus, quod etiam si humeros, ut aiunt, uerberando decutias, tamen aqua manet aqua. Suidas ad hunc effert modum: Ἀναπολείς τοὺς ὅμους ὑδὼρ πῖσων, ὁμοίως ὑδὼρ μένει. id est, Versas scapulas aquam pinsens, aqua tamen aque aqua manet. Quantumuis doceas ὄνον λυγρὸν, quantumlibet admoneas stupidum, sui similibis esse pergit.

Gnomon & regula.

Quod est in re quapiam præcipuum, & ad quod unū reliqua omnia conferuntur, regulam & gnomonem proverbio vocabant. Lucianus in Harmonide: Ὅτι τὸ κεφάλαιον ἀρίστης ἀπάτης, ὁ νόμος φασὶ καὶ ὁ δὲ ὁ καὶ γὰρ τῶν πεινῶν. id est, Quod est caput omnis uirtutis, gnomon, ut aiunt, & recta regula. Idem in Scythas: Οὗτος σοὶ ἑλληνικὸς κανὼν. id est, Hic tibi Græcica regula. Item in Sectis: Τὰ πνι κανὼνα καὶ τὰ ἐκ μὲν ἀκριβῆς τοῦ πνι. id est, Hanc regulam & amissum certissimā rerum eiusmodi. Porro ad regulam exæquant fabri structuram. Idem utuntur & gnomonibus. Constat autem gnomon e duabus lineis rectis, quas utrinque dimetiens dissecto quadrangulo constituit.

Ne in tonstrinis quidem.

LUCIANVS in libello, cui titulus, 'quomodo conscribenda sit historia, Οὗτι τὸ λεγόμενον δὲ τὸ πρὸς καὶ τὸν τοιαύτην μυθολογούντων ἀκούσας. id est, Qui nec in tonstrinis, quod dici solet, talia fabulantes audierit. Quod in tonstrorum officinis fere otiosi desideant, & suam quisque fabulam adferat in mediū, unde Flaccus,

-Gaudent ubi uertice raro

Garrula securi narrare pericula nautæ,

Item alibi,

-Opinor

Omnibus & lippis notum & tonforibus esse.

Cuius alibi meminimus.

In foribus urceum.

Ἐπὶ θύραις τὸ ὑδρίαις, id est, In foribus aqualem: Nam hoc verbo usus est Plantus. Aristoteles libro Rhetori-

corum primo, τὸ δὲ τέλος ἀγαθὸν, ὅσον ταῦτα εἶρηται. καὶ δὲ δὲ καὶ ὑδρίαις περιάμεν, καὶ ἀλλοτρίων τῶν δὲ τὸ μὲν. καὶ ἡ παροιμία δὲ τὸ πρὸς τὸ ὑδρίαις. Id est, Finis autem bonus: unde illa dicta sunt, Et laudem Priamo. Præterea, Turpe diu mansisse. Iam uero proverbium etiam illud, Urceum iuxta fores. Interpres quispiam, nam librum αἰώνιον suppeditarat uir eruditissimus Baptista Egnatius, ait significari rem contemptam ac vilem. Negliguntur enim quæ passim sunt obuia, quæq. facile quibuslibet contingunt. Itaque urceum in foribus positum nemo studet tollere, proclive enim. Verum vñ ones in scriniis reconditos magis expetunt. Plutarchus πρὸς πολυτελείαν, ait, urceum vltro hærentem negligi ac præteriri, vineam oleasq. expeti, recensens hanc sententiam, Οὐ γὰρ αἰρετὴν πέναν τὸ εἶς δίδως χλίσκος μόνον. id est, Non est tollendum quod admodum facile consequi licet. Item in Epistulis Seneca, Multi aperta transeunt, condita & abscondita rimantur. Furem signata sollicitant. Vile videtur, quid quid patet, aperta effractarius præterit. Hos mores habet populus, hos impertissimus quisque, in secreta irrumpere cupit. Porro proverbium imperfectum ac mutilum videtur. Quandoquidem Aristoteles ad eum modum pleraque refert, tanquam alioqui per se satis nota. Apparet esse hemistichium iambici trimetri a comico quopiam mutuo sumptum.

Haudquaquam difficile Atheniensem Athenis laudare.

ARISTOTELES libro Rhetoricorū primo. Ὡς ποτὶ γὰρ ὁ Σακράτης ἐλεγε, ὁ χαλεπὸν εἶναι αὐτὸν εἰπεῖν. i. Quemadmodū enim dixit Socrates, haud difficile est. Athenienses Athenis laudare. Citat idem, eodem in opere de proæmiis agens, Haudquaquam esse difficile, Athenienses laudare apud Athenienses, verum apud Lacedæmonios id fore difficile. Extat autem in Menexeno Platonis, idq. in adagionis locum celsis. Difficilium est autem, & propter encomia, orationesq. panegyricas, quæ Athenis ex more exhibebantur iis, qui fortiter oppetiissent in bello, in quibus quoniam plurima dicebantur in laudem populi Atheniensis, pronis auribus audiebantur, propterea quod suis quisque laudibus fauet.

Exigua res est ipsa iustitia.

ARISTOTELES libro Rhetorices primo, Διὸ καὶ τὴν δικαιοσύνην φασὶ, μικρὴν εἶναι. id est, Vnde etiam aiunt, ipsam iustitiam, exiguum quiddam esse. Quo proverbio significabant, non multum adferre momenti, si probus sis, nisi talis etiam habearis; & opinionem longepius ualere, quam rem ipsam. At quanto melius Aeschylus in tragædia, cui titulus, ἐπὶ αὐτῶν θάλασσας, de Amphiarao.

Οὐ γὰρ δοκῶν ἀριστὸς ἀλλ' εἶναι θείας,

Βασιλεὺς ἀλλὰ καὶ διὰ φρενὸς καὶ πνεύματος. id est,

Neque enim videri, at esse vir cupit optimus,

Mentis profunda segete perfruens bona.

Rectius Socrates admonens, ut talis quisque sit, qualis haberi velit. Modestius Euripides in Oreste probans opinionem, ubi res ipsa non adest, tanquam optimo proximam,

Κεῖσθαι δὲ τὸ δοκῆν καὶ ἀλαβείας φησὶ. id est,

Res

lud, Conciliari homines malis, quoties idem utrisq. no-
xium fuerit De syncretismo diximus alibi. Quin huc
quoque potest deflecti prouerbiū, ut dicamus, indo-
ctum fauere indocto, infantem infanti, nepotem nepo-
ti. Neque enim bonarum modo rerum similitudo con-
glutinat necessitudinem, verum etiam ex malis com-
munibus saepenumcro mutua nascitur beneuolentia.
Amant fere inter se, qui simul fecere naufragium, qui
militarunt una, qui simul capti fuerunt ab hoste, de-
nique qui corporis aut animi morbis iisdem laborant.

Ama tanquam osurus, oderis
tanquam amaturus.

Δὲ φίλῳ ὥστε μισῶντα, μιστὶν δὲ ὥστε φιλοῦντα, id est,
Sic amandum tanquam sis osurus, sic oportet odisse
tanquam sis amaturus. Hanc Biantis sententiam Ari-
stoteles in libris Rhetoricorū satis indicat in puerbiū
abiisse, cum ita scribit, ὅτι δὲ φίλῳ φασὶ φίλῳ, ὥς
μισῶντα, ἀλλὰ μᾶλλον μιστὶν, ὥς φιλοῦντα, id est, Non
est amandum quasi sis osurus, quemadmodum aiunt,
sed ita exercendum odium, tanquam sis aliquando ama-
turus. Ac paullo inferius, δὲ φίλῳ, ὥς ὥστε φασιν,
ἀλλ' ὥς αὐτὸν φιλοῦντα, id est, Oportet amare non quem-
admodum aiunt, sed tanquam semper amaturum. Co-
monstrat enim illic philosophus, quo pacto refellenda
corrigendaq. sint sententiae vulgo receptae, atque in-
culcatae. M. Tullius in sermone De amicitia scribit, Sci-
pioni usque adeo non placuisse dictum hoc Biantis nomi-
ne celebratum, ut negaret ullam uocem inimiciorem
amicitiā reperiri potuisse, quam eius qui dixisset, ita
amare oportere, ut si aliquando esset osurus: nec vero
se adduci posse, ut hoc, quemadmodum putaretur, a
Biante dictum esse crederet. qui sapiens habitus esset
vni e septem: sed impuri cuiusdam, aut ambitiosi, aut
omnia ad suam potentiam reuocantis esse sententiam.
Quo nam enim modo, inquit, quisquam amicus eius es-
se poterit, cuius se putabit inimicum esse posse? quin
etiam necesse erit cupere & optare, ut quam saepissime
peccet amicus, quo plures det sibi tanquam ansas ad
reprehendendum. Rursum autem recte factis, com-
modisq. amicorum necesse erit angere, dolere, inuidere.
Quare hoc quidem praeceptum, cuiuscunq. est, ad tol-
lendam amicitiam valet. Illud potius praecipendum
fuit, ut eam diligentiam adhiberemus in amicitia pa-
randis, ut ne quando amare inciperemus eum, quem
aliquando odisse possemus. Haetenus Cicero. Refer-
tur ab eodem Aristotele paullo superius, ac repetitur
libro Moralium Eudemiorum septimo hic senarius:

Οὐδὲς ἐφ' ἑστέ, ὥς τις ἐκ αὐτοῦ φίλος. id est,

Non est amicus hic, qui amare desinit.

Qui emolumentum causa amat, potius eo quod concupi-
scebat, amare desinit. At bonorum amicitia, quoniam
virtutis iunctura, immortalis est. Extat autem hic uer-
sus apud Euripidem in Troadibus. Diogenes Laertius
mutilum adagium refert, ἐφ' ἑστέ φίλος ὥς μισῶντας,
τοὺς δὲ πλείους εἶναι κακούς, id est, Iubeat amare tan-
quam osuros, plurimos enim esse malos. Huc adscribē-
dus Mimius ille Publilianus, qui est apud Aulum Gel-
lium.

Ita amicum habeas, posse ut fieri inimicum putes.
Et alius eiusdem, sed Senecae titulo, ☿
Ita crede amico, ne sit inimico locus.

Sophocles item in Aiaxe Mastigophorō,

Εγὼ δ' ἐπίσταμαι ὅδ' ἀρτίως, ὅτι
Ὅτ' ἐχέρος ἡμῶν, ἐς τὸν δ' ἐχέρος τις
Ὡς καὶ φίλων αὐτῆς, ἐς τὸν φίλον
Τὸ δ' ὅτι ἐργάζετο φίλῳ βέλῳ, μά-
λα αἰγρὸς μετ' ἑνὶ τῷ παλαιῷ, id est,

At ipse didici nuper, ut si quando sim
Inimicus ulli, hunc oderim haetenus, velut
Aliquando amicum habiturus: erga amicum item
Officia sic exerceam, ut qui non fiet
Semper futurus amicus: etenim plurimis
Sodalitatis portus est tutus parum.

Atticus aduena.

Ἀττικὸς πάροικος, id est, Atticus aduena. In uiolentos &
feroces uicinos dicebatur. Duryis apud Zenodotum ait
ex Atticorum moribus natum, quod olim finitimos e
sedibus suis exigere consueuerint. Craterus inde ma-
nasse putat, quod Athenienses, qui Samum missi fue-
rant, indigenas expulerint. Notatur adagium ab
Aristotele lib. Rhetoricorum 3. 1. inquit, εἰναί τ' πα-
ροικῶν καὶ γένεσθαι εἰς ἑνὸς μαρτυρίαν, Ἀττικὸς πάροικος.
id est, Ad haec nulla prouerbia sunt & sententiae,
tanquam testimonia, ut Atticus aduena. Proinde pro-
prie quadrabit in eos, qui ita nuper in minus aliquid
adsciti sunt, ut superiores cūciant.

Purpura iuxta purpuram dijudicanda.

Ἡ πορφύρα παρὰ τὴν πορφύραν διακρίνεται, id est, Purpura
ad purpuram dijudicanda est. Cerrissimū iudiciū ex col-
latione nascitur. Unde emptores mercaturi purpurā,
ne fallantur, alteram adhibent purpuram. Licebit uti,
quotiens negabimus infantiam, aut inscitiam indocto-
rum plene deprehendi, nisi cum eloquentium & eru-
ditorum scriptis conferantur. Etenim si vel Sallustium
conferas cum Cicerone, iam velut obmutescit ille alio
qui per se disertissimus. Refertur adagium a Phabam-
mone sophista in commentario De figuris rhetoricis.
Meminit & Isocrates in oratione Panathenica, Ἀλλ'
ὥστε τὴν πορφύραν καὶ τὸν χρυσὸν ἐκείνους καὶ δοκι-
μαίμεν ἐν τῷ παλαιῷ νόμῳ. Sed quemadmodū pur-
purā & aurum consideramus, ac probamus, purpurā
cum purpura conferentes. Haud arbitramur prorsus
ἐπεὶ δὲ δυνάσθωμεν, si de conferenda purpura locū huc
adscripserimus ex Aureliano Flauio Vopiscio: Memini
stis, inquit, fuisse in templo Iouis Opt. Max. Capitolini
palliū breue purpureū, laneū stre: ad quod cū matronae
atq. ipse Aurelianus iungeret purpuras suas, cineris
specie decolorari videbantur ceterae, diuini cōparatio-
ne fulgoris. Hoc munus rex Persarum ab Indis inte-
rioribus sūptū, Aureliano dedisse perhibetur, scribēs:
Sūme purpuram qualis apud nos est. Nam postea di-
ligentissime & Aurelianus & Probus & proxime
Diocletianus missis diligentissimis confectoribus, re-
quisiuerunt tale genus purpurae, nec tamen inueni-
te potuerunt. Dicitur enim sandix Indica talem
purpuram facere, si curetur. Adlusit huc Quin-
tilianus libro 12. capite De generibus dicendi, agens
de dictione qua, quod mediocris est, per se habet ad-
miratōnē, sed ad motus ius quae sunt eximia, desinit ef-
V 3 se

se admirationi. Habet, inquit, admirationem, neque immerito, nam ne illud quidem facile est, sed exanescunt hæc, atque moriuntur comparatione meliorum: ut lana in fæco, citra purpuræ placet: at si contineris, etiam lacernæ conspectu melioris obruatur, ut Ovidius ait.

Saturniæ lemae.

Κροινὴν λέμα, id est, Saturniæ lemae. In cæcutientes ac lippidos dicitur: proferunt in eos, qui ætatis vitio desipiscunt. Est enim lema humor in oculis concretus, unde lippitudo nascitur. Derivatur autem ἀπὸ τῆς λέμας, id est, video & ἡ negatiua particula: quod eiusmodi lacrymæ crasse oculos occupantes insui officiant. Aristophanes in Pluto,

Αἶψ' οἱ κροινῶν γινώσκεις ὅντως λιμῶντις τοὺς φρενας
ἔμψω: id est,

Saturninis animis vere, lippitis sensibus ambo.

Gnomus dixit pro lema, unde λέμα Græcis lippio, cæcutioq. significat. Porro Saturniæ dicuntur quasi seniles ac veteres: propterea quod κροινός, id est, Saturnus podagrosus, ac senex a poetis fingitur, & temporum deus: quasi κροινός, ἔμψω uero, id est, prisca & antiqua Græci nonnunquam stulta vocant. Plato in Euthydemo, ἔχων φλυαρίαις, καὶ ἀρ' αὐτὸς ὅτι τὸ δόνητος, id est, Nugaris, ac stultior es quam decet. Et κροινώ-
τορας, μαρὸς ὅτι. & κροινός, μαρὸς, ac deliramenta. Timotheus apud Athenæum lib. 3. Νέος δ' ὅς τις ἐκτελέσῃ, τὸ παλαιὸν δ' ἢν κροινός, ἔμψω, id est, Iuuenis regnat Iupiter. Olim autem principatum tenebat Saturnus.

Aristophanes in Vespiis:

Καὶ τοὺς τραγῳδοὺς φησὶν ἀπαθ' ἔμψω κροινός
Τὸν νόμω. id est,

Sese tragædos mente Saturnos ait

Mox redditurum. Idem in Nubibus,

Καὶ πῶς ὁ μὲν σὺ καὶ κροινὸν ὅς τις καὶ βραχυσίλινος.
Id est,

Et quomodo ostulte, & Saturnalia olēs, et lunaris.

Dionysodorus in Euthydemo Platōnis, Socratem Saturnum vocat, bardum ac stupidum sentiens, & τῶς, inquit, ἔμψω, id est, Adco es Saturnus. Adlusit huc Lucianus in Timone, Λιμῶν καὶ ἔμψω, οὐκ ἔστιν ὁ γινώσκων, id est, Cæcutis ac lippis ad ea quæ patitur. Atque inibi paullo inferius, καὶ κατ' ὀλίγον κροινὸν σὶ ὁ δίδων μιν αὐτῷ, πρὸς τὰς τιμὰς, id est, Et paulatim Saturnum te o deorum præclarissime reddunt, depellentes ab honore. Plutarchus ætate desipientes ostendit vulgo κροινώδεις appellatos fuisse, id est, Saturni more delirantes, videlicet propter aniles fabulas, quæ de hoc deo feruntur. Eas refert idem Plutarchus in commentario de facie apparenti in orbe lunæ: Saturnum in insula quapiam fortunata, profundo in antro dormire, fixa complexum aurea. Ceterum hunc somnum illi accidere ex vinculis in eum usū arte confectis a Ioue. Aues autem quæ in scopuli cacumine versantur, adferre illi ambrosiam, uniuersamq. insulam mira fragrantia compleri, e rupe, velut e fonte scatente: adesse demones, qui Saturnum obseruent & inseruiant. Hos olim cum illo amicitia coniunctos fuisse, cum diis atque hominibus imperaret: multa, de futuris rerum euentibus ex se prædicere. Sed maxima, maximisq. de rebus sic efferunt, ut Saturni

somnia videantur. Nam quicquid cogitarit Iupiter in animo, id somniare Saturnum. Huiusmodi quædā nugamenta da Saturno commemorantur in hoc libello. Iam illud eruditi lectoris iudicio relinquitur, nunquid ad hoc adagium pertineat, quod Pythagorici συμβολικῶς mare, Saturni lacrymam appellant, ut testatur idem auctor, commentario de Iside & Osiride. Si quidem est aqua marina non falsa solum & amara, sed crassior item & impurior reliquis.

Cucurbitas lippis:

Κολοκύντας λιμῶν, id est, Lippire cucurbitas. Ad superiorem adagii formam pertinet. Aristophanes in Nubibus. Νῶ γ' οἱ ἦδ' οὐ κατὰ τὸν νόμον, εἰ μὴ λιμῶν κολοκύντας.
Id est,

At nunc ipsas plane cernis nisi fors lippis Colocyntis. κολοκύντας Græci vocant quæ sunt nunc cucurbitas. Verba sunt Socratis ostendentis nubes. hoc est, nisi plane nihil vides, & tantas habes in oculis lemas, quantæ sunt cucurbitæ.

Ollas lippire.

Ὅτι τρεῖς λιμῶν, Ollas lippire. Prouerbialis hyperbole, proximè simillima. Lucianus aduersus ineredendum, & multos coementem libros, ὅτι τρεῖς, inquit, λιμῶντες, id est, Ollas lippientes. Lacrymis indicans ollis æquales. Hoc adagium utrunq. quoties ad animum refertur, fit elegantius & iucundius: veluti si quis hominem crassi iudicii, ac uehementer cæcutientis, & turpiter errantis dicat lippire non lemis, sed ollis.

Odium agreste.

Μίσος ἀγρίον, id est, Odium agreste, Atrox odium veteres sic appellabant, propterea quod rustici plerumque μιστὰν τρώποι sunt, et acerbius atque implacabilius odierunt. Lucianus contra indoctum, Μίσος δ' ἀγρίον φησὶν παρὰ πάντων ἔχειν, ὡς καὶ βέλους, id est, Laboras autem agresti, sicuti dicitur, omnium olio, propter insolentiam. Unde & ciuitatem appellamus morum comitatem, humanitatemq. Et apud Iureconsultos ciuilibis ætio discernitur a criminali. Deniq. Græci quidquid barbarum, immane, aut crudele volunt intelligi, id ἀγρίον vocant.

Megarenses neque tertij, neq. quarti.

Μεγαρεῖς δ' οἱ τρίτοι καὶ οἱ τέταρτοι, id est, Megarenses neque tertij, neque quarti. Dicebatur olim in homines supra modum ignauos & contemptos, nulloq. honore dignos. Natum adagium ex oraculo quodam. Id quidam, inter quos Stephanus Mneas & Ion, Aeginensibus, alij Megarensibus redditum existimant. Narrat itaque Mneas, cum Aeginenses in Achaia debellassent Aetolos, ac decimam pentecontorum cepissent, ea est nauis remigum quinquaginta hanc Apollini Pythio victoriæ monumentum dedicarunt. Rogabantq. deū, qui nam essent Græcorum præstantissimi, arbitantes futurum, ut ob eam victoriam ipsis prima laus ab Apolline tribueretur. Oraculum hunc ad modum respondit,

Ἰππὸν θεοαλικὸν, λαοκταμονίῳ πρῶτον,
Ἀνδρῶν δ' οἱ πίνοντες ὕδωρ καλῆς ἀρ' ἀδούσης.
Αἶψ' ἔτι καὶ τῶν δ' ἐστὶν ἔμψωντες, οἱ μὲν γὰρ
Τίτῳθεν γούνασι καὶ ἀρ' ἀδούσης πολυμήλεις

Αρχαὶ λινδορκικαὶ κέντρα πάλαισι.
 Υμῖς δ' αὖτις, οὐτ' ἐν τριτοῖς οὐτ' ἐν τεταρτοῖς,
 Οὐδ' ἐν δυνάμει, οὐτ' ἐν λόγῳ οὐτ' ἐν ἀρετῇ.
 Thessala equa praestat reliquis, mulierq. Lacena.
 Porro viri potant qui pulchra fluente Arcthusae.
 Hos quoq. praeterea, media gens incola vincit
 Tirynthi, Arcadiaeq. bidentibus inclite albis,
 Argivi stimuli bellorum, armisq. potentes.
 At vos Aegini, neq. tertius accipit ordo,
 Nec quartus, neq. bisseus, neq. deniq. vestri
 Villa usquā ratio est, nisi quā numerus ve, locus ue.
 Qui scripsit commentariolos in Theocritum, refert hoc
 epigramma paullo diuersius, nimirum ad hunc mo-
 dum,

Γάμος μὲν πόσις τὸ πλεονεχὲν ἀργὸς ἀμείνων,
 Ἰπποὶ ἐνέικται, λακεδαίμονιά τε γυναικίς
 Ἀνδρὶ δ' οἱ πέντε σὺν ὁδῷ καλῶς ἀρεῶντες.
 Ἀλλ' ἔτι καὶ τοῖς δ' ἐστὶν ἀμείνων, οἷσι μετὰ
 Τίρυνθι καὶ στίμῳ, καὶ ἀρκάδιν πάλαισι,
 Ἀργαῖοι λινδορκικαὶ κέντρα πάλαισι,
 Υμῖς δ' ὅμως αἰεὶ οὐτ' ἐν τριτοῖς, οὐτ' ἐν τεταρτοῖς,
 Οὐτ' ἐν δυνάμει, οὐτ' ἐν λόγῳ, οὐτ' ἐν ἀρετῇ.
 Callimachus item in epigrammatis ad Megarenses re-
 tulit proverbiū :

—Τὴν δὲ τελευτὴν
 Νύμφης οὐκ ἐμμελὲς, ὁ λόγος, ὅς ἐστιν ἀρετῆς id est,
 Sed veluti Megarensis accidit olim,
 Nympha infelicitis, non locus, aut ratio.

Item Theocritus in Catellae amore,
 Ἀμμις δ' οὐτ' ἐν λόγῳ τινὲς ἀρετῆς, ὅς ἐστιν ἀρετῆς id est,
 Δύσχερος μετὰ τῇ, ἐπὶ τῇ αἰνῇ, ἐνὶ μέτρῳ. id est,
 Nostri nec ratio est, numero neq. ponitur ullo,
 Extreme fortis veluti quondam Megarenses.
 Est & inter amantes ordo, cum hic primus est apud
 amicam, ille secundus, alius tertius aut quartus. Quē
 admodum & in testamentis est primus, secundus et
 tertius haeres. Effertur etiam hac forma proverbium,
 τὴν μετὰ τῇ ἀρετῇ, id est, Megarensem par-
 te, seu loco digni. Huc spectat & Homericum illud
 Iliados β.

Οὐτ' ἐν πλεονεχίᾳ ἐν ἀρετῇ, οὐτ' ἐν βελίᾳ.
 Nusquam in consiliis, nusquā numeratur in armis,
 Refertur ex Euripide :

Δειλὸς ὁ ἀνδρὶς ἐν ἡρώεσσιν ἐν μάχῃ
 Ἀρετῆς, ὅς ἐστιν ἀπὸ τοῦ πλεονεχίᾳ. id est,
 Formidolosi nullum habent in praelio
 Numerum, sed absunt, licet ibi adsint maximus.

Hanc figuram et Latini videntur exprimere. M. Tull.
 Neminem esse puto, qui modo in aliquo numero sit.
 hoc est, qui sit alicuius momenti, alicuius precij. Idem
 Philip. 3. Bomabalius quidam pater, homo nullo nume-
 ro, nihil illo contemptius. Plutarchus in Sympoticis,
 τῶν δ' ἐμῶν πολλοὶ τῶν οὐκ ἐμῶν μετὰ τῇ ἀρετῇ, id est,
 Atqui meorum civium, veluti Megarensum nulla ra-
 tio. Idem alius in eodem opere, τῶν δ' ἐμῶν μετὰ τῇ ἀρετῇ
 ὅς ἐστιν ἀπὸ τοῦ πλεονεχίᾳ, ὅς ἐστιν ἀπὸ τοῦ πλεονεχίᾳ, ὅς ἐστιν ἀπὸ τοῦ πλεονεχίᾳ,
 perinde ut Megarensum aut Aeginensium, nullus nu-
 merus, neq. respectus. Arbitramur enim & Aristophanem
 huc leuiter aduississe cum scribit in Acharnē
 sibi,

ὅς ἐστιν ἀπὸ τοῦ πλεονεχίᾳ, ὅς ἐστιν ἀπὸ τοῦ πλεονεχίᾳ, ὅς ἐστιν ἀπὸ τοῦ πλεονεχίᾳ.

Μὰ τ' ἐν δυνάμει, ὅς ἐστιν ἀπὸ τοῦ πλεονεχίᾳ.
 Megarensis nefas manere esset neq.
 In terra alicubi, nec foro, nec in mari,
 Neq. continente.

Siquidem excludens Megarenses quattuor locis, nimi-
 rum ad illud respexit, οὐτ' ἐν δυνάμει. Quia quā in ver-
 sibus opinamur, non abesse mendam, videlicet in uer-
 sibus, nisi forte quarto loco sibi permittit spondeum,
 quemadmodum permittit anapestum. Nobis subolet
 huc & M. Tullium aduississe, cum in Bruto suo sic loqui-
 tur, Duobus igitur summis Crasso & Antonio, L. Phi-
 lippus proxime accedebat, sed longo intervallo, tamē
 proximus. Itaq. eum, etsi nemo intercedebat, qui se
 illi anteferreret, neq. secundum tamen neq. tertium di-
 xerim. Nec enim in quadrigis eum secundum nume-
 rauerim, aut tertium, qui vix e carceribus exierit, cū
 palmam iam primus acceperit: nec in oratoribus, qui
 tantum absit a primo, vix ut eodem curriculo esse vi-
 deatur. Simili forma M. Tull. in Academicis lib. 2. di-
 xit quintae classis Democritum: Quis, inquit, hunc phi-
 losophū non anteponat Cleāthi, Chryippo, reliquisq.
 inferioris ætatis, qui mihi cum illo comparati, quintae
 classis videntur? id est, postremi ordinis. E diverso pri-
 mae classis dicuntur, qui ceteris praeferruntur, & nul-
 la classe, qui prorsus contempti. Translatum a classi-
 bus, in quibus Seruius Tullius rex diuisit populum Ro-
 manum pro census modo. Florus epitome 49. dixit vl-
 timae fortis hominem vehementer obscurum. Andri-
 scus, inquit ultimae fortis homo, Persei regis se filium
 ferens, &c. Item epitome 19. C. Glaucium dixit, vl-
 timae fortis hominem. Hoc fiet lepidius si transferatur
 ad animi res, veluti si dicis, ultimae fortis ingenium:
 aut orationem cum aliorum scriptis vix conferendā,
 extremae classis orationem. Ad hanc pertinet formā,
 cum dicunt hominem primae notae, postremae notae. &
 M. Tullius, salutem appellat de meliore nota, saluta-
 tionem adcuratam. Ad personam accommodauit Ca-
 tullus,

—Et quisquis de meliore nota.
 Id translatum videtur a negotiatoribus, qui vino aut
 panno notam adfigunt indicantem mercis precium.

Lepus pro carnibus.

Ἀγλὸς τῶν κρεῶν, id est, Lepus de carnibus, subaudi pe-
 riclitatur. In eos dicitur, qui ob aliquam sui utilitatē
 in discrimen vocantur. Nam leporem nō insectamur,
 quod noceat, sed quod pulcrum habeat. Est enim
 animal & esculentum & timidum, atq. inerme, ut na-
 tura hominum escis leporem genuisse videatur. Rhe-
 ginenses autem vulgo lepores dicti sunt, utpote pau-
 di ac formidolosi. Effertur etiam ad hunc modum ada-
 gium, ὁ λαγὼς τῶν κρεῶν τρεῖς, id est, Lepus pro car-
 nibus currit. De iis, qui magno suo periculo, aut capi-
 tis etiam discrimine, atq. ob id acriter decertant. Trā-
 slata metaphora a venatu, in quo lepus quoniam in-
 telligit sese ad necē peti, pnicissimo cursu fugit, adeo,
 ut non raro deficiat, medioq. in cursu exanimetur.
 Qua de re Plutarchus in commentario De terrestriū
 & marinorum animantium prudentia, narrat quiddā
 haudquaquam indignum quod hoc inferatur loco: Οἱ
 δὲ τοὺς δασύποδας διώκοντες, ἐν μὲν αὐτοῖς κτείνουσι,
 ὅθεν τὰ δασύποδα τὸ αἶμα μετακίεσι πρὸς ὅπως, ἐν

δι' ἀπεργίας ἰαυτῶν ὁ λαχόντες, ὁ γίνονται τὸν ἄλκιον, ὅταν ἔχῃ
 νικητὰς, ἐν αὐτοῖς τὴν δὲ δόξαν ἐκλήπτω, κερὶν κα-
 νὶ λαχόντες, ὁ γὰρ ἀπὸ τῶν πρὸς τὸν, ἀνίσταται, τὸς
 ἀλκινοὺς τῶν, ὁ δὲ οὐ κερὶν, χερὶν, ἀλλ' ἐν ἑαυτοῖς καὶ ἀλκινο-
 κίαν ἀγνοοῦνται, id est, Porro canes cum leporem in-
 sequuntur, si quidem occiderint ipsi, gaudent dilace-
 rare atq. alacres sanguine sese contaminant, obliuuntq.
 Quod si lepus desperans de sese, quema: modum acci-
 du se penumero, quidquid habet halitus, id omne quā
 intentissimo cursu consumpsit, atq. ita defecerit, ca-
 nes ex animam repertum omnino non attingunt, verū
 consiliunt mouentes caudam, perinde, quasi non car-
 nium gratia decertarint, sed magis de victoria conten-
 derint. Charon apud Aristophanem in Ranis:

- Δούλον ὡς ἄλκιον

Ei μὴ νικῶν μάχῃ τὴν ἑαυτοῦ κερὶν. id est,

Seruum haud veho, nauale ni peregerit

Certamen, ac pro carnibus pugnaverit.

Adscribit hoc loco Aristophanis interpres, apud Ar-
 ginusam, seruos non pro pecunia, aut alio quouis præ-
 mio, sed pro vita dimicare so. cre. Idem in Vespis.

Ροῖσθι δ' ἀλκιον τὴν κερὶν

Καὶ τὸν ἑαυτοῦ ψυχῆς δόξαν Δραμῶν. id est,

Effecero, ut cor mordeas, cursumq. curras pro capi-
 te ac vita. Idem in eadem fabula,

Ηλαχόν, λάμπει καὶ δόξαν; id est,

Leporem cucurrissi, an ne lampadem magis? Plutar-
 chus in Dialogo, quem scripsit aduersus Epicurum.

Παραίτητοι ἐργασίαι γὰρ αὐτοῦ, εἰς τὴν γαστέρα ποιεῖν
 ἀπὸ τῶν ἐν ἑαυτοῖς ἐνέχυρα, καὶ τὴν ἑαυτοῦ κερὶν ἐπὶ τῶν
 id est, Pape, inquam ridens, in ventre n ipsum viris
 insultum salutaris videris, & ad cursum qui pro car-
 nibus dicitur, ada: turus. Significat autem eum Epicu-
 reos in summum discrimen aditu: turum, quod aduer-
 sus voluptatis assertores proposuisset, nec iucunde vi-
 ui posse secū: tum Epicurū. Adlusum est ad priscas hi-
 storias, quæ referunt aliquoties bellum natū inter po-
 pulos ob directas & sacrificiis carnes. Ita Pindarus
 in Nemeis,

Ἰνα κερὶν νικῶν ὑπὲρ ἀλκῆς ἴλασιν. id est,

Vbi pro carnibus pugnas gessit.

Carpathius leporem.

Ὁ καρχαρία τὸν λαχόν, id est, Carpathius leporem. Diceba-
 tur in eos, qui sibi rem noxiam arcefferent. Hinc de-
 ductum adagium, quod cum in Carpathiorum insula
 lepores non essent, illi curarunt importandos alicun-
 de. Verum ubi eius animantis magna vis increuisset,
 ut est mira secunditas, fruges insula populari cæpe-
 runt. Refert & interpretatur paræmiam Iulius Pol-
 lux, quinto de rerum vocabulis libro. Addit nec in
 Ithacensium insula nasci lepores, nec in Sicilia fuisse,
 priusquam Anaxilas Rheginensis eos importasset, un-
 de victor in Olympiis, Rheginensium numismati
 currum insculpsit & leporem. Refert item & inter-
 pretatur Aristoteles libro Rhetoricorum tertio.

Γρύλλων.

Γρύλλων, prouerbio dicunt hircere seu mutire. Sunt qui pu-
 tent, γρύλλων esse vocem suillam edere, deductū ἀπὸ τῶν
 γρύλλων, de quo meminimus alibi. Vnde & Grylli nomen
 effictum apud Plutarchum, & Grunij Corocotta por-

ceus, cuius meminit diuus Hieronymus. Aristophanes
 in Pluto,

Γρύλλων δὲ καὶ τοῦ λαχόντος ὁ κατ' ἐμπερι: id est,

Audetis & mutire sceleratissimi?

Idem in eadem fabula,

Ἀλλὰ φέρεται καὶ μὴ γρύλλων. id est,

Immo pereas, ne ve quid hircas.

Simili figura Terentius dixit in Adelphis, Quid gan-
 nis? Et in Phormione, Quod illi ad aurem obgan-
 niat.

Nullum animal, quod animal.

PROVERBIALIS videtur & illa figura, Nullum animal,
 & quod animal. Aristoph. in Pluto,

Εἰναί τ' ὅς ἐστιν ὁ πόντος, ὡς ἐδ' ἀμύδων

Ὅδ' ἐν πύφκῃ γόνυ ἐχέουσιν. id est,

Inopia nanq. est neumiser, qua scilicet

Haud aliud vsquam est animal exitiusius

Idem in eadem fabula,

Τοῦτο δ' ἐστὶν ὁ πόντος τὸ κερὶν; id est,

Vsura at ipsa quæso, quæ nam bellua est?

M. Tullius ad Atticum, Terentij vestigium nullum
 agnoui, Metagenes certe perijt. Fecit iter per posses-
 sionem, in qua animal reliquum nullum est. Nec ab-
 ludit ab hac figura Plinianum illud, Regulus bipedum
 nequissimus.

Ne musca quidem.

HYPERBOLICA affinis est & illa prouerbialis hyperbole, Ne mu-
 sca quidem, qua maximam hominum solitudinem si-
 gnificauimus. Plautus in Truculentio: Quas tu mulie-
 res mihi narras? Vbi musca nulla scæmina est in edi-
 bus. Huc adlusit Vibius Crispus orator delectationi
 natus, ut ait Fabius:

Cuius erant mores, qualis sacundia.

Quemadmodum scripsit Iuuenalis, cū rogatus ecquis
 esset cum Caspore in conclaui; respondit, Ne muscam
 quidem intus esse. Ancipiti ioco Domitiani consuetu-
 dinem notans, cui mos erat cotidie sibi secretum ho-
 rariū captare, nec interim aliud fere agebat, nisi quod
 muscas captas stylo configeret.

Communis Mercurius.

Κοινὸς ὁ ἑρμῆς, id est, Communis Mercurius. Lucianus
 in Vois, Οὐκ ἐν τῷ πρὸς ἑρμῆα τὸν τῶν κοινῶν ἑρμῆος φε-
 σί, καὶ ἐς μέσον κατὰ τὴν φέρων τὸν πλάστον. id est, Ita-
 que quod passim in ore est omnibus, communis, ut aiunt,
 Mercurius, opesq. in medium allatas depone. Plutar-
 chus in libello, cui titulus, ὅτι μάλιστα τοῖς ἀγαπῶσι δὲ
 τὸν φιλόσοφον διαλέγεσθαι: ἢ ἀμουσία καὶ ἀπαρακαλία
 τὸν κοινὸν ἑρμῆα ἐμπελάων καὶ ἐμμελῶν γινέσθαι. id est,
 Sed imperitia et inelegantia communem Mercurium,
 cauponatorem et quæstuosum factum esse. Quidā hinc
 natam paræmiam arbitrantur, quod Mercurius, ut est
 furtorum auctor ac repertor, primus ostendit, quæ fur-
 to parta sint, ea in medium communiter oportere de-
 ponere. Alij malunt huc referre, quod Mercurius sit,
 orationis auctor, per quam inter homines omne com-
 mercij genus constat: unde & medius inter superos
 atq. inferos a poetis fingitur, pariter superis deorum
 gratus & imis quod sermo animi interpres, summos
 cum infimis, reges cum plebe conciliat. Extat super
 hac

hac re fabella non illepidam Aristidis in 2. lib. quem adversus Platonem conscripsit, in defensionem Rhetorices. Eam hoc magis libuit adscribere, quod is auctor haudquaquam adhuc vulgo notus est. Νικησι γὰρ αἰετὸν γένος ὄντων καὶ τῶν ἄλλων, θύρου βας πολλὰς ἔχοντες καὶ τὴν γλῶσσαν ταρσχοῦν. οὐ γὰρ αὐτοῖς σφιν εἶχον, ὅτι χερσὶν οὐδὲ γὰρ ἔχοντες τὸ συνάγειν, ἀλλ' οἱ μὲν τοὺς ἐλαττοτέρους ἔχον. οὐ γὰρ τοῖς ἄλλοις ἐλάττω ἔχον αὐτοὺς περικεῖν. πάνσι γὰρ πάντων ἀπελείποντο, ἄλλοι τῶν ἄλλων. τὰ χεῖρ μὲν τῶν πικρῶν ἀπέκριναν, ὅπως οὐδὲ μὲν εἶναι τοὺς πυγμαίους περικεῖν ὑπὸ τῶν ῥαγίων, πάνσι τοῖς τότε ὑπὸ πάντων σφαίρειναι τῶν ἀλλομένων ἐγγύθεν, κατ' ἐχέον αὐτοὺς καὶ τὸ λείοντων, καὶ τὸ κέρειον, καὶ πολλῶν ἄλλων ἡσυχῇ, ὅστις ἀπόλλυτο σιγῇ. καὶ μὴ τῶν κατὰ σκεῖν τῶν σώματος, ὁ μόνον τὸ κορυφαῖον ἄλλ' οὐ τῶν κορυφαίων ἀπελείποντο, ὅτι αὐτῶν ὑπὸ ἀρχῶν αὐτοῦ περικεῖν. φέρουμένους δὲ οὕτως τῶν γένους καὶ κατὰ μικρὸν ὑπὸ ῥαγίων, κατὰ τὸν ὁ περιμένους αὐτοὺς ὡς φιλανθρώπων ἀνέχεται περισβολῆς ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων, οὐ γὰρ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων περικεῖν, οὐδὲ γὰρ περισβολῆς ἢ πόνου εἶδεναι, ἀλλ' αὐτοὺς ἀπ' ἐαυτῶν. ὁ δὲ γένος τῶν περιμένους ἀνθρώπων δίκαια κλίσιντος, καὶ ἄμα καὶ αὐτῶν ἐλαττοτέρους λαμβάνοντες τῶν πύγματων, τὸ αὐτὸ πᾶσι δὲ ἐκείνῳ κλίσιν ἐντορικῶν ἔχοντες ἐλαττοτέρους ἀνθρώπων. ὁ μὲν οὖν περιμένους κατὰ τὸν πόνου ἔπεισι τὰς περικεῖν καὶ τῶν ἄλλων μὴ τῶν σώματος, οὐ γὰρ οὕτως ἐκείνους, ὅσπερ ἐντορικῶν διὰ τὸν σιγῇ, ἢ καὶ πάντες ἐντορικῶν ἐφίξιναι μετὰ χεῖρας, ὅσπερ ὁ φθαλμῶν, χερῶν καὶ ποδῶν, ἀλλ' ἐπὶ ἐλαττοτέρους ἀνθρώπων καὶ γενναίους τὰς καὶ τὰς φθίνουσας ἐγγύθεν ἔχοντες τούτοις ἐγγύθεν τὸ δὲ ῥαγίων, ἢ καὶ ὅμοι σφας περικεῖν καὶ τοὺς ἄλλους σφας ἔχοντες. Αἰφρομένους δὲ τῶν ἐντορικῶν ἐκ ἀνθρώπων, οὕτως ἐκ ἐκείνων ὁ δὲ ἡσυχῇ μὲν οἱ ἀνθρώποι τῶν μετὰ τῶν θυρίων διακρίνουν χαλεπῶν ἐκφυγίαν, ἐπὶ αὐτοῦ δὲ ἐχέοντες πάντες ὅντες ἀλλομένους ἐν κυκλῷ, κοινῶν δὲ ἐκείνους ἀρχῶν. κατὰ βάντες ὁ δὲ τῶν ἄλλων κατὰ τῶν ἄλλων μὲν τῶν οἰκισμένων ἐπὶ σιγῇ, τῶν περικεῖν ὑπὸ ῥαγίων, μετὰ τῶν δὲ τῶν ὁ δὲ λόγος νικησάντων, πᾶσι περικεῖν κατὰ τὸν σιγῇ καὶ διακρίνουν, οὐ γὰρ ὁ δὲ πρῶτον ὅς ἐστιν, ἀλλ' ἐκ τῶν σιγῇ κοινῶν, καὶ τοὺς πόλιν ἢ μόνον νόμους ἔχοντες, καὶ ἀρχοντας καὶ πολιτικῶν ἐν ἡσυχῇ, καὶ οἱ δὲ χαριστήρια ἀνθρώπων πρῶτος ἀπὸ ἀρχῆς ποισάμενοι τὰς ἀπὸ τῶν λόγων, αἰετὶ καὶ ἡμῶν χάριν μάλιστα τῶν διὰ λόγους αἰετὶ, ὅτι καὶ γνωρίσται πρῶτον αὐτοῖς τῶν διὰ ὑπὸ ῥαγίων, ὁ δὲ τῶν ἀνθρώπων πρῶτος μὲν καὶ ἐκείνους καὶ σφας κατὰ ἀρχῆς, καὶ πρῶτος κατὰ φρονήσεως, ὁ δὲ τῶν πρῶτων, κυρίως ἐκείνους ἐκείνους τοῖς τῶν γλῶσσαν τῶν τῶν βούλειται χρῆσται, πρῶτον μὲν ποισάμενοι ἀπὸ τῶν ἀλλομένων φουλακτηρίων τῶν λόγων. καὶ ὁ δὲ μὲν ὅς ἢ μὴ πάντων ἔχεται τῶν πλουτῶν. Quasi quis Latine malit, sensum utcunq. reddemus. In initio cum recens essent homines nati, magnus inter hos ac reliqua animantia tumultus erat, perturbatioq. super terram, propterea quod non possent inuicem uti sese. Nec enim ulla res intercedebat, quae illos conciliaret: verum qui potentiores erant, opprimebant inferiores. Neq. satis erant idonei, ut reliquis animantibus resisterent. Omnibus enim illis omni ex parte inferiores erant, aliaq. in re ab aliis vincebantur. Veluti ab uniuerso genere volucrum celeritate. Unde factum est, ut quod ait Homerus Pygmaeis accidere a gruibus, id tum temporis passim a robustioribus anibus paterentur mortales. Rursum quantum ad vires attingebat, longe superabantur, & a leonibus, & ab apris, & alijs item compluribus. Atq. hunc in modum silentio peribant. Iam vero

quo ad munitionem ornatumq. corporis, non coruis modo, verum etiam cochleis cedebant, neque cuiquam ex ipso suppetebat, quod ad tuendam vitam erat opus. Itaq. cum ad eum modum interiret hominum genus, ac paulatim dilaberetur, Prometheus, ut semper est hominum studiosus, orator ascendit in caelum, mortali nomine: non ille quidem missus ab eis, neq. enim dum id temporis legatos ullos erat cernere, sed ipse ultro neus abiit. At Iupiter partim in gratiam Promethei, maxime qui iusta postulare videretur: partim negotio apud sese considerato, filium suum Mercurium iubet ad homines descendere, Rhetoricen secum adducen-tem. Edixit autem ut eam mortalibus impertiret, non quemadmodum Prometheus omnibus ex aequo, sensus, reliquaq. corporis membra, perinde quasi theatralem pecuniam dispartiens, ut omnes ex equo Rhetorices essent participes, non aliter, quam oculorum, manuum ac pedis: sed ut praestantissimos quoq., ingenioq. generosissimo & indole pollentissima praeditos diligeret, atq. his demum munus hoc impertiret, ut pariter & suam ipsorum & aliorum incolumitatem tueri possent. Porro postea quam Rhetorica iam ad mortales peruenisset, cum negotium, quod habebat cum belluis molestissimum, licetbat effugere, tum uero desierunt inter deosq. inter sese simultatem exercere, reperto commercio initio. Digressiq. de montibus, alij in aliam orbis partem iungebantur, principio quidem sub dio viuentes: post autem ubi verbis inter se communicassent, & ciuitatem condiderunt, ac distributi sunt: non quemadmodum antea, temere, verum in ordines plebis ac belli duces, sanctisq. legibus, tum principes, tum Reipub. statum instituerunt. Dijs munera ceperunt offerre, primitias auspicantes ab oratione. Quibus nunc quoq. vel maxime gaudere deos consentaneum est, Quandoquidem hac contigit, ut primum esse deos cognosceremus. Hinc deinceps ita creuit homo, ut qui initio debilis fuerat atq. inualidus, postea in altum tolleretur: quia, antea pro nihilo habitus, ac despectus erat, deinceps factus est omnium quae sunt in terra, dominus, cui quibus uti liberet, ius esset, non alio propugnaculo sibi parato quam oratione. Atq. hic nobis sit fabulae finis. Haecenus Aristides. Extat si satis comeminimus, fabella non dissimilis apud Platonem in Pratagora.

Alc luporum catulos.

THEOCRITVS in Hodæporis.

Εἴτε καὶ λυκιδίαι, εἴτε καὶ κύνες οἱς τὸ φέρντι. I.

Pasce canes qui te lanient catulosq. luporum.

Proverbium est, teste interprete, in eos, qui leduntur ab iis, de quibus bene meriti sint, aut in ingratos. Addit ille dictum Socratis, κακὸς ποιοῦν εὖ, εἴτε καὶ λύκος. Malis faciens bene, nutri lupos. Nam plerumq. solet id usu venire illis, qui catulos luporum enutriunt. Extat super hac re non inelegans Epigramma, quanquam incerto auctore, de oue lupi catulum alente suis vberibus:

Τὸν λύκον ἐξ ἰδίων μαζῶν τρέφω, καὶ ἐδίδωσα,

Ἀλλὰ μὲν ἀλαχκῆς ποισάμενος ἀφροσύνην.

Ἀνέστις δ' ὑπὸ ἐμῷ κατ' ἐμῶν πάλι δάριον ἔσται.

Ηχᾶς ἀλλὰ τῶν φύσιν ἔδυνάτω. id est,

Laeto lupum vberibus proprijs nō sponte, sed horribili

Me demens adigit pastor, ut id faciam

IB

In me rursus erit fera postquam creuerit ex me.

Natura haud vnquam vertitur officijs.

De canibus autem sumptum est ex Aetæonis fabula, a suis ipsius canibus dilacerati. Nam & hoc indicant enarratores Theocriti. Ex quibus facile liquet, quod nam sit illud prouerbum antiquum, cuius meminit M. Varro in libris De re rustica, tractans de canibus alendis. Diligenter, inquit, ut habeant cibaria providendum. Fames enim hos ad querendum cibum ducit, si non dabitur, & a pecore abducat, si non præbeatur. Nisi, ut quidam putant, & illuc peruenerint, ut prouerbiū attollant antiquum, vel etiam ut aperiant de Aetæone, atq. in dominum adferant dentes. Idem in Phæbo, citante Nonio. Crede mihi, plures dominos comedere serui, quam canes. Quasi id Aetæon occupasset, & ipse prius suos comedisset, &c. Huc vsq. Varro nis relata. Ceterum legimus & leones & dracones nutritijs suis gratiam officij retulisse. Verum nulla est fera tam ingrata, quæ sit cum hominibus ingratitudine conferenda.

E dolio hauris.

Εκ πίτῃς ἀτλῆναι. E dolio haurire, dicebatur olim qui abundaret rebus optatis. Est enim dolium uas vinariū ingens, unde largiter haurire licet neq. facile sentitur detrimentum, videlicet in tanta copia. Theocritus

Εκ πίτῃς ἀτλῆναι δῆλον, ἔγω δ' ἔχω ἔχ' ἄλκιον ὄρεα.

Dolia plena fluunt tibi, sed mihi vix sat acetū est. Scholiastes admonet prouerbiū dici solitū de iis, quibus adesset benigna rerum copia. Diuitum est habere dolia, pauperes vappam bibunt e lagenis. Nā ubi vis quo copiosior est, hoc suauior esse consuevit: ubi paululum est liquoris, celerius vappescit. Admonet & Hesiodus, dimidiato dolio parcendum esse, quod fera sit in fundo parsimonia. Huic simillimum est, quod subinde occurrit apud Chrysostomum, ἐκ πηδῶν, id est, fontibus, quoties uberem paratamq. rerum copiam significat. M. Tullius in Bruto, dicit eos e dolio potare, qui vinum adhuc feruens bibunt: quod vinum expressum primum dolijs excipitur, ubi deferbuerit aliquantulum conditur in vasa. Ipsius verba præstat adscribere: Vt si quis inquit, phalerno vino delectetur, sed eo nec ita nouo, ut proximis consulibus natum velit, nec rursus ita uetere, ut Opimium aut Anicium consulem querat. Atqui ex nota sunt optima. Credo, sed nimia vetustas non habet eam quam querimus suauitatem, nec est iam sane tolerabilis. Num igitur qui hoc sentiat, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet? Minime, sed quandam sequatur ætatem. Sic ego istis censuerim, & nouam quasi de musto & lacu feruida orationem fugiendam, nec illam præclaram Thucydidis nimis veterem tanquam Anicianam notam persequendam. Hactenus M. Tullius. Nec est alienū ab hac forma, quod Athenæus lib. 11. ex Hipponacte citat, ἐκ πίτῃς πίνων, id est, e mulstro bibere. Scæzontes Hipponactei sic habent,

Εκ πίτῃς πίνοντες, οὐδ' ἔν αὐτοῖς

Κύλις, ὃ πᾶσι πῖσι, κατ' ἑρξεί. id est,

Mulstro bibentes, nam calix eis dærat,

Quippe hunc minifler forte fregerat lapsus.

Vna cum ipso canistro.

Αὐτὸ καὶ, id est, Vna cum ipso canistro. Quadrat in eos qui rem intemperatè profundunt, deuorantq. & obliuiscunt. Mos enim erat antiquis, ut testatur Didymus, ut cænæ canistris inferrentur. Citatur apud Zenodotum, Plato,

Αὐτὸ καὶ καὶ περὶ πάντων αὐτῶ καὶ. id est, Ipso canistro cuncta rapuisti simul.

Prius locusta bouem pariet.

PRIVS locusta bouem pariet, πρὶ τῆς ἀδωάτης. M. Varro de lingua Latina libro 3. refert ex Ennio versum hunc.

Atq. prius pariet locusta lucam.

Nam Lucas antiqui boues appellabant ob magnitudinem.

Per tenebras, quæ apud quercum.

Τὸ περὶ τῆς σκότητος, id est, Per tenebras, quæ apud quercum: de ingenti ac fatali calamitate dicebatur. Zenodotus Aristotelē citat auctorem, in politia Samiorū, Trienensium plurimos a Milesiis occisos fuisse iuxta locum, cui nomen quercus. Unde receptum, ut Priensium mulieres, eius calamitatis memores, per tenebras, quæ circa quercum essent, iurarent. Huius historie simul & adagiū meminit & Plutarchus in Problematibus, ad hanc ferme sententiam: Cum bellū esset inter Prienses et Samios, initio mediocribus damnis iniucem sese afficiebant: deinde iusto prælio commissio, mille Samii a Priensibus occisi sunt. Septimo post anno congressi cum Milesiis, primos quosq. ciuium, ac nobilissimos simul uno prælio amiserunt. Quo tempore Bias ille sapiens Samum a Priensibus orator missus, egregiam laudem adeptus est. Post eam itaq. calamitatem atrocem ac miserandam, Priensium semina per tenebras, quæ circa quercum erant, obtestari ac deierare cæperunt, quod liberos, parentes, maritos, carissima quæq. pignora eo loco perdidissent.

Concupiuit assam farinam.

Ἡετο δὲ πῶς ἀλάτῳ, id est, Concupiuit assam farinam. In eum dicebatur, qui domesticam tenuitatem pertæsus, apud alios lautiores vitam quæsisset. Dictum est autē in Platonem qui relictis Athenis, ter in Siciliam ad Dionysium nauigauit, quo fortunam suam redderet lautiores, quemadmodum interpretantur æmuli. Nā hanc professionem probro illi datam fuisse, testatur et Aristides in oratione, qua tuetur oratores quattuor, aduersus Platonis calumniam. Et Diogenes, auctore Laertio, cum animaduertisset Platonē in opiparo quodam conuiuio, a reliquis temperantem cibis, & oleis duntaxat utentem, taxauit hominis ambitiosam abstinentiam: Τὶ δὲ σὸς εἰς σικελίαν πλῆσας τῶν τετραπύλων τοῦτον χάριν, ἢν περὶ καὶ μὲν ἔκ αὐτοῦ, ἢ. Quid homo sapiens, cum ob huiusmodi mensas in Siciliam nauigaris, nunc adpositis non frueris? Ad quod ita Platonem respondisse narrat: Νὺν τοὺς θεοὺς διόχων καὶ καὶ τὰ πολλὰ ἡρώς ἐλάσας καὶ τὰ τοιαῦτα ἐγνώμην. id est, Per deos Diogenes, illic plerumq. oleis, atq. id genus cibis utebar. Ad quod rursum Diogenes, τί οὐκ ἴδον πλὴν εἰς συρρακούσας; τότε ἀπὸ οὐκ ἐφίρειν ἐλάσας; Quorsum igitur attinebat Syracusas nauigare? Nunc id

id temporis Atticanon ferebat oleas? Theocritus in Cyniscis :

Ἡρα το μὲν καὶ τῶνος ἐμὴν δοκῶ, ὁ πῶς ἀλδὲρ. id est,

Nam puto & hic assae correptus amore farinae.

Torro farinam assam nouam & lautiozem viētus rationem vocat, propterea quod priscos illos pulte duntaxat viētuisse legimus, videlicet elibano coquēdi panis vsu nondum reperto. Vnde & Annus ille Aegyptius qui primus panarium clibanum excogitauit, in prouerbiij iocum abiit, tanquam qui rem nouam esset commentus, quemadmodum alibi retulimus. De delicijs coquendi panis, multa recenset Plinius lib. 18. cap. 11.

Batti Silphium.

Βάττι σιλφίον, id est, Batti Silphium, Graeci nouum & rarum quempiam honorem prouerbio vocant. Aristophanes in Pluto,

-Οὐδ' ἄν μὲν εἰ δόσεις μέμοι

Τὸν πλεστον αὐτὸν, καὶ τὸ βάττι σιλφίον. id est,

-Nec si mihi donaueris,

Ipsūq. Plutum, ipsūq. Batti Silphium.

Negat se sycophanta quieturum, etiam si praemij quā tuius magnū detur. Idem in Equitibus,

-Τὸν καὶ λὼν οἱ σὺ δὲ κείνῳ

Τὲ σιλφίον τ' ἔστιν ἐν νόμοις : οἱ δ' αὖ μὲν τοι. id est,

-Nosti ne stipitem illum

Qui dignus habitu Silphio est? notus quidem est mihi ille.

Interpres diuersam originem adagionis adscribit. Batus a Thera iuxta Cretam insula, profectus, oraculo monitus Apollinis, vel, ut alij tradunt, domestica pulsus seditione, Cyrenen condidit. Cui cum Afri beneficij memores summum honorem habere studerent, donarunt illi Silphium herbam apud illos omniū pulcherrimam: simulq. numisma ferientes, in cuius altera parte regia facies erat insculpta, altera Silphium, quo fuerat a ciuitate donatus. Cuius rei meminit & Aristoteles in Republica Cyreneorum. Sed fusius narrat Herodotus in Melpone, addens, apud Libyas regem Battū appellari, & hoc nomine compellatum ab oraculo, significante fore regem. Sunt qui dicunt imaginem fuisse datā: sunt rursus, qui anulum, in quo ciuitas erat expressa, regi Silphium deferens. Porro Silphij inter herbas primā gloriā obinet, cui & folia, & fructus, & caulis, & succus pretiosissimus sit. Vnde Ampeliotæ, ea gens quaedam est Africae, Delphis Silphij caulem consecratum suspenderunt, ut auctor est Alexandrides. Hæc ferme adfert in Plutum, nec dissident quæ Suidas memorat. At idem in Equites scribit, silphij fruticem esse inamæni odoris, rursus iuxta alios amæni, & ad medicamenta utilem, cuius vsus primus inuenisse creditur Aristæus Apollinis & Cyrenæ filius, qui & mellis inuenisse traditur. Illud quid sibi velit, nescim: Aristophanis interpres ait, in altera nomismatis parte insculptam βασιλειαν, id est, regnum seu regiā si transferas tonum: pro eo Zenodotus legit Ammonē. sic enim habet, καὶ τὰ νομίσματα, ἐπὶ μὲν βασιλεῖ ἀμμόνα, ἐπὶ δὲ ἐατὶρς σιλφίον ἐπὶ πώσσας. i. Nomismatis altera parte Ammonem, in altera silphium expresserant. Ammonē, ut arbitramur, sentiens Iouem regnum largitorem, si quidem Homero credimus. Huius

Batti meminit & Pindarus in Pythijs: Χρῆσται οἰκιστῆρα βάττον, καὶ ἐποτρὺς λιβύας. id est, Respondit habitatori Batto frugiferae Africae. Eruditi quidam putant Silphium laserpitij genus esse.

Ne malorum memineris.

Μὴ μνησικακέσῃς, id est, Ne malorum memoriam refices Thrasylbulus, ubi ciuitatem Atheniensium triginta tyrannorum scuitia liberasset, plebiscitum interposuit, ne qua præteritarum rerum mentio fieret. Quam malorum obliuionem Athenienses ἀμνησία vocant. auctor Valerius Maximus libro 4. Rerum memorabilium, titulo de animi moderatione. Meminit & M. Tullius in prima Philippica, his quidem verbis: In quo templo quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis, Atheniensiumq. reuocaui vetus exemplum. Græcum etiam verbum vsurpauit, quod tum in sedandis discordijs vsurpauerat ciuitas illa, atq. omnem memoriam discordiarum, obliuione sempiterna delendam censui. Aristophanes in Pluto:

Μὴ μνησικακέσῃς εἰ σὺ φυλιῶ καὶ τήλαβας. id est,

Mala ne acta refices, Phylas: si capta est tibi.

Interpres inter alia tale quoddam commentum adscribit. Thrasylbulus occupato loco quodam cui nomē Phylas, triginta tyrannos sustulit: post ubi arrogatius quiddam dixisset, audisse μὴ μνησικακέσῃς, id est, Ne malorum memoriam reuoces, idq. dictum in prouerbio abuisse. Probus Acilius refert, post exactos tyrannos Thrasylbulum hanc tulisse legem, ne quis de præteritis actis accusaretur aut mulcetur. ea lex dicta est obliuionis. Idem socios volentes contra legem scuire in eos, cum quibus reditum erat in gratiam, publice cohibuit, & legem latam confirmauit. Huic pro tantis meritis præmij loco data est corona ex duabus virgulis oleaginis, & hoc ciuili honore vir prudens contentus fuit. Admonet adagium, non esse reficendam cōmemoratione præteritorum malorum memoriam. Sæpe autem apud Aristophanem verba Mercurij ad Carionem scriptum. Plato lib. De legibus 4. Φράσω ὅς, οὐτὶ μνησικακίῃν βλάμεις οὐ μὲν. id est, Dicam certe, non autem quod velim præteritorum malorum memoriam vobis reficere. Sumptum videtur ex Homero, apud quem aliquoties hic versus, nempe Iliados 2. 0. T.

Ἀλλὰ τὸ μὲν προπτόχῃαι ἐχόμενος ἀχύνεσθαι πορ. i.

Præter hæc acta quidem, mæsti licet ire sinamus.

Hunc tanquam prouerbialem subinde vsurpat Tullius ad Atticum scribens. Eodem spectat & illud eiusdē Odysseæ 0.

-Επὶ δ' ἐν περὶ βίβηκεται

Διὸν, ἄλλ' αὖ τὸ φίλον αὐτὸν πείρασσε ἀνδρα. id est,

-Si dictum est verbum durius vllum,

Id procul abripiant venti per inane procellæ.

Plutarchus πῶς τὸ φιλαλληλίασ : διὸ δὲ ἀμνησία τὴν ἡμῶν ἐκείνῳ τίθεται. id est, Oportet eum diem obliuioni tradere. Erit hic vsus prouerbiij, si iuxta vulpinum illud consilium, admonebimus aliquem, ne præteritorum malorum memoria semet affligat, quandoquidem quod factum est, infectum fieri non potest: Lucianus in Cauaso: Εὐ δὲ τὸ αὐριον ταμινύσας τὸ μίσος καὶ μνησικακίῃν καὶ ἑωλόν τινα μνήμην διαφυλάττειν, ἅπαντα οὐτὶ τίς τις πρίων οὐτὶ ἄλλως βασιλικόν. id est, Ceterum in posterum diem reponere odium & malorum

rum meminisse, ac pridianam quandam memoriam referuare, apage, neq. dijs dignum, neq. alioqui regale.

Mentam belli tempore neque serito, neque edito.

Μέντω οὐ πολέμῳ, μήτ' ἔθνη μὴτι φέδω. id est,

Mentam nec comedas, nec plantes tempore belli. Aristoteles problematum sectione vigesima, statim initio refert hoc adagium, causam vestigans unde dictum hoc in ora vulgi peruenerit. Arbitratur autem esse causam, quod menta corpori frigus adducat: eius rei argumentum esse, quod semen genitale minuat: frigus autem aduersari fortitudini atq. audacia: sicut ostendit sectionis decimaquarta ultimo problemate, cum ait eos, qui natura sint frigida, formidolosiores esse, contra qui calida audaces. Poteest & in eum sensum deflecti paræmia, ut admoneat, ne quid alieno tempore fiat quod officiat, quemadmodum menta bellum initurus est inutilis.

Ad coruos.

Βάχ' ἐς κόρυκας, id est, Abi ad coruos, perinde ualet quasi dicas, abi in malam rem, atq. in exitium. Aristophanes οὐ φιλάω,

Βάχ' ἐς κόρυκας, τίς ἐσθ' ὁ κόρυκας τὴν ἐξέρχεται; id est, Apage ad coruos, quis est qui pepulit osium?

Rursus in Pluto:

Ὀκίς κόρυκας; id est,

An non ad coruos?

Iterum in eadem fabula:

Ἐρξ' ἐς κόρυκας ἐξέρχων ἄρ' ἡμῶν. id est,

Ocyus hinc ad coruos abeas.

Reperitur apud hunc poetam & aliis plerisque locis. Plutarchus in commentario, quem scripsit aduersus Herodotum, taxat eum quod Isagoram ad Cures, velut ad coruos relegarit, id est, quod eum Carē fecerit. Eleganter dictum est a Diogene Cynico: Κεῖν' ὄντιναι ἐς κόρυκας ἀπελθεῖν ἢ ἐς κόρυκας. id est, Satius est ad coruos deuenire, quam ad adulatores, quod hi & viuos et bonos etiā viros deuoraret. Zenodotus scribit, in Thesalia locum esse quendam, cui nomen inditum Coruis, in quem nocentes precipites dabantur: atq. huius adagij Menandrum etiam meminisse. Quosdam autem originem adagionis ad huiusmodi quandam historiam referre. Bæotiis quondam Arnam incolentibus oraculo prædictum est, futurum, ut e finibus expellerentur, simul atq. corui albi apparuissent. Euenit deinde, ut adolescentes aliquot per lasciuia ac temulentiā coruos, quos ceperant, gypso oblitos, rursus emitterent. Quos ubi vidissent volantes Bæotij, recordantes oraculum, arbitrabantur adesse tempus, quo forent suis e sedibus eiiciendi, summopere perturbati sunt. Ceerum adolescentes territi & ipsi tumultu, profugerunt, ac locum quendam sibi mercati sunt, cui nomen Coracon, id est, coruorum. Contigit aliquanto post, ut Aeoles eiectis Bæotiis Arnam occuparent. Apud quos hic deinde mos receptus, ut maleficos relegarent in eum locum, cui nomen erat Corui. Aristophanis interpres paullo diuersius hanc recenset historiam: nempe Bæotiis aliquando a Thracibus subuersis ac profligatis respondisse deum, ut ibi sedem figerent, ubi cor-

uos albos conspexissent, conspexisse autem in Thessalia iuxta sinum Pagæaticum circumuolantes coruos quosdā soli sacros, quos pueri per lusum gypsatos dimiserāt. Bæotij vero rati iam perfectum oraculi symbolum, inibi sedem constituerunt. Sunt qui paræmiam ad coruorum volatum referant, quod in desertis fere locis volitare consueuerint. Ut proucrbium conueniat cum illo, In extremas solitudines publicitus deportandum. Euripides in Hecuba:

-Ὀὐχ' ὄσον τὰ κοῦς

Νῆσδ' ὅν δ' ἡμῶν αἰπὺν ἐκ βαλὺτ' ἴππῳ. id est,

-Non huncce solitarias

Quantum potest aliquo auferetis in insulas.

Stratonicus citharædus apud Athenæum libro 8. detorquet in cantorem quendam. Is cum ei nescio quid molestus esset, βάχ', inquit, ἐς κόρυκας. deprauata per iocum voce βάχ' pro βαχ'.

Mitte in aquam.

Βάχ' ἐς ὕδαρ, id est, Mitte in aquam, hoc est, aufer e meo. Dicitur vel in hominem, vel in rem exitio dignam. Tractum a supplicio quorundam, qui in profluentem aut mare precipitabantur. Quæ pœna peculiaris erat parricidis apud Romanos. Unde philosophus in Timone iubet aurum abiici in mare, quod aliquando fecisse legitur Crates ille Thebanus. Horatius:

Vel nox in mare proximum

Gemmas & lapides, aurum & inutile

Summi materiam mali

Mittamus, scelerum si bene pœnitet.

Sed non absurdum videtur, si referatur ad aquam clepsydrarum dispensandam, ut intelligas in ius trahendum: & ad prouerbiū quod alio diximus loco, ἐὰν ὁ δ' ὅρ' ὁ πονηρὸς, id est, sub aquam malus. Effertur adagium etiam hoc pacto, βάχ' ἐς ὕδαρ, id est, abi in perniciem.

In beatam.

Βάχ' ἐς μακαρίαν, id est, Aufer te in beatam. Quibusdam placet dictum, κατ' ἐπιθυμίαν, pro eo quod est, in rem malam. Fingunt enim apud inferos locum esse quendam, cui nomen μακαρία. Aristophanes in Equitibus:

Ἀπαγ' ἐς μακαρίαν ἐκ ποδῶν.

Aufer te hinc procul in Macariam.

Ad cōsimilem ferme modum Athenæus Dipnosophistarum libro 1. ἐς μακαρίαν τὸ λεγέιν. id est, In beatam balneum. Deuouet enim balneum, unde male fuerat affectus. Plato in Hippia maiore, βάχ' ἐς μακαρίαν τὸν ἀγέροντα. id est, Aufer in beatam hominem. Alij fabulam huiusmodi allegant. Narrant Macariam Herculis filiam fuisse, de qua prædictum erat oraculo, ut se vltimo morti obiceret: sic. n. Athenas fore liberā ab incursione Eurysthei, si quis Heraclidarum se sponte offerret ad necem. Itaq. Herculem defuncto, cū Eurystheus illius liberos insecraretur, atq. illi ad Misericordiæ aram confugissent. Athenienses recusantes eos in hostiū manus tradere, cū Eurystheo bellum susceperunt. Porro edito oraculo, futurū ut Athenienses ab Eurysthei incurfatione liberaretur, si quis e liberis Herculis semet inferis deuoueret, Macaria sese spontanea morti obtulit. Quo facto congressi cū hostibus Athe-

Athenienses victoriam reportarunt, cum alijs quam plurimis interfectis, tum Eurystheo ipso, ab Hylo, siue Iolao Herculis filio perempto, cuius caput amputatū ad Alcmenam detulit. Illa desuncti oculos effodit. Ceterum Athenienses Macaria tumulum floribus & coronis decorantes, dicebant, Βῆμα μάκαρος, id est, Mitte in Macariam. Hinc igitur ortum adagium. Primum de his ferebatur, qui sese per virtutem in periculum sponte dmitterent: deinde de quouis piaculo dictum. Pausanias refert, Macariam esse paludem in Marathone, in qua magna vis Persarum perierit ignoratione viarum in ipsam prolapsa, qua ex re natū videri potest proverbum. Huc adlusit Stratonicus citharædus apud Athenæum lib. 8. qui iratus discipulo Macedoni, quod nihil recte faceret, ἐς μάκαριν, inquit, ex Macaria faciens Macedoniam, simul adludens ad illud proverbum, Domi non hic Milesia.

Alabanda fortunatissima.

Ἀλαβανδὰ καρὼν ἐν τῷ χισάτῳ, id est, Alabanda Carū fortunatissima. Stephanus in commentario de urbibus, tradit Alabandam Cariæ civitatem esse conditam a Care, a cuius filio nomen sortita sit. Siquidem is postquam in equestri prælio strenue nauasset operam, Alabandus est dictus. Cares enim sua lingua Ala vocant equum, Banda victoriam. Eamque vocem ait Romanis etiam in usu fuisse, ut bandam victoriam dicerent. E quidem opinamur hinc Germanis durare vocem eam, qua præpotentem & antiquæ nobilitatis principem, Banderum vocant, ut qui victor olim hoc honoris virtute bellica sibi pepererit. Addit ex Philoxeni in Odysseam Homeri commentarijs, solæcismi genus esse, quod Alabandiacum vocetur: veluti si quis µ pro ο ponat, aut apud nos non pro ne, aut quod pro vt. Quādo quidem Homerus quoque Caras βαρεβαρδωνες appellat. Iuuenalis in tertia Satyra. Alabandam recenset inter urbes barbaricis delicijs ac luxu perditas:

Hic alta Sicyone, ast hic Amidone relicta.

Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus aut Alabādīs. Stephanus admonet, olim Alabandam inter Cariæ civitates opulentissimam ac florentissimam fuisse, ut pro verbio quoque locū fecerit, quod modo retulimus. Quædrabit igitur, ubi volumus intelligi fortunam amplā, & vitæ genus voluptarium, quamquam a litteris & virtutis studio alienum. Veluti si dicat aulicus aut negotiator quispiam: Alij se in litteris macerant, alij cū paupertate philosophantur, ἀλαβανδὰ καρὼν ἐν τῷ χισάτῳ. Itaque confine fuerit illi, quod alio dictum est loco, ἰσθαµὼν ὁ κορινθός, id est, Felix Corinthus. Poterit & per irrisiōnem vsurpari, veluti si iocaris in quæpiam parum egregium, qui tamen in gente vehementer barbara crassaque præcellere videatur, ἀλαβανδὰ καρὼν, &c.

Rubo arefacto præfractor.

Ἀγανηπτότης βάτης αἰός, id est, Rigidissimus rubus aridus. Αἰὸς ἀγανηπτότης βάτης αἰός, id est, Rigidior arido rubo. Prouerbialis est cōparatio, in difficilem atque inexorabilem, ac præfractum, & suorum, ut vulgo vocant, morum hominem. Quod genus homines Græci vocant αἰθιάσας, id est, Suo quodam instituto viventes,

expertesque sensus communis. Refertur adagium a Suida simul & a Zenodoto. Ductum admonet a rubo, qui simulatque exaruit, rumpi potest, inflecti nequaquam. Vnde & in senes accommodatius dicitur, ætatis vitio difficiliore.

Tristis scytale.

Ἀχρυσὶν σκυτάλη, id est, Tristis scytale. De re tristis ferriac. dicebatur, aut de nuntio, qui dolorem adferret. Meminit huius Aristophanes in *Lysistrata*. Refertur a Diogeniano. Quam Aristophanes grammaticus librum conscripsit περὶ τῆς σκυτάλης ἀχρυσίνης, citaturque ab Athenæo libro *Dipsosophistarum* tertio. Plutarchus in conuiuio septem sapientum, τῶν τε αἰσίωνος ὠπταίων, ὅδῃ οἷτις ἀλλο, πλὴν ἀχρυσίνῳ σκυτάλῳ περὶ σπηλῆ. Aethiopis mādātū istud, quid aliud appelles quam scytalem tristē? M. Tullius ad Atticum: Habes scytalam Laconicam. Quod quidem videtur non absurde, vel ad epistolam perbreuem, vel ad obscurā & arcanis de rebus conscriptam, vel ad sollicitam ac tristitia nuntiantem ac mandantem accommodari posse. Quid sit autem Scytale Laconica, docet Aulus Gellius *Noctium Atticarum* lib. 17. cap. 9. Sed ipsius verba præstiterit adscribere: Lacedæmonij autem, inquit, veteres, cum dissimulare & occultare litteras, publice ad imperatores suos missas volebant, ne si ab hostibus exceptæ forent, consilia sua noscerentur, epistolas id genus factas mittebant. Surculi duo erant teretes, oblongi pari crassamento, eiusdemque longitudinis, derafi atque ornati consimiliter. Unus imperatori in bellum proficiscenti dabatur. Alterum domi magistratus cum iure, atque cum signo habebant. Quando usus venerat litterarum secretiorum, circum eum surculum lorum modicæ tenuitatis, longum autem quantum rei satis erat complicabant, volumine rotundo, ac simplici, ita ut ora adiuncta vndique & coherentes lori quod plicabatur coirent. Litteras deinde in eo loro per transversas iuncturarum oras, versibus ab imo ad summum proficiscentibus, inscribebant. Id lorum litteris ita perscriptis reuolutum ex surculo, imperatori commenti illius conscio mittebant. Reuolutio autem lori litteras truncas atque mutilas reddebat, membraque earum & apices in partes diuersissimas spargebat. Propterea si id lorum in manibus hostium incidere, nihil quidquam coniectari ex eo loro quibat. Sed ubi ille, ad quem erat missum acceperat, surculo compari, quem habebat, capto, ad finem perinde ut debere fieri sciebat, circumplicabat, atque litteræ per ambitum eundem surculi coalescentes, rursum coibant, integramque & incorruptam epistolam et facilem legi præstabant. Hoc genus epistola Lacedæmonij σκυτάλη, id est, loricatum surculum appellat. Hætenus A. Gellius. Meminit huiusce rei Plutarchus in *Lysandro*: cui Pharnabazus rex supposititia scytala imposuit. Suidas eadem ferme refert, quæ Gellius de scytalâ. Strab. *Geographiæ* lib. 1. hyperbolam hanc quoque commemorat, Ager angustior est, quam scytala Laconica.

Hirundinum musca.

Χιλιόθων µαστίχα, id est, Hirundinum musca. Aristophanes in *Ranis*.

X EPI-

Εμφυλίδης παύτ' ἐστὶ καὶ σαμύλαμα
Χελιδόνος μυσθία, λωβήτοις τίχνης, id est,
Sunt ista folia, & stulta blateramina,
Mysca hirundinum, artis ac subuersio,

Interpres admonet, prouerbiū esse in impendio loquaces, & obstreperos. Hirundines enim inepto garritu plus iadij auditoribus adferre, quam voluptatis. Est enim hac auis minime canora sed molesto quodam stridore, unde apud Pythagoricos loquacitatis symbolū esse meruit, cum vetant ne quis hirundinem sub eodē habeat tecto. Aptē dicitur in poetis indoctos, oratores loquaces magis quam eloquentes, aut in ceterum hominum inepte loquacium.

Luscinia nugis insidentes,

Ἀδ' οὐκ ἐλάχως ἐγκατέμειναι, id est, Luscinia nugis insidentes. Proximum illud ad imperitos & tamen garrulos conuenit, hoc ad cruditos, qui tamen immodice suo studio delectentur. Quod genus sunt poeta potissimum. Plaut. in Bacchid. ad puellam transfuit, Metuo, inquit, ne luscinia defuerit cantio. Quamquam in Græco prouerbio iocosa deprauatio videtur inesse, ut pro ἐλάχως dictum sit ἐλάχως. Sumptum est autem ab incredibili canendi tum studio, tum arte, quæ huic aui cula tribuitur. Siquidem, ut narrat Plin. lib. 10. cap. 29. diebus ac noctibus quindecim continuis citra intermissionem canit, densante se frondium germine. Multis nominibus admiratione digna auis. Primum tāta vox in tam paruo corpusculo, tam pertinax spiritus, deinde in vna perfecta musica scientia modulatus editur sonus: & nunc continuo spiritu trahitur in longū, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto, promittitur, reuocatur, infuscatur ex inopinato, interdum & secum ipsa murmurat, plenus, grauis, acutus, creber, extenuus, ubi visum est, vibrans, summus, medius, imus. Breuiter, omnia tam paruulis in faucibus, quæ tot exquisitis tibiæ tormentis ars hominum excogitauit. Ac nequis dubitet artis esse, plures singulis sunt cantus & non idem omnibus sed suis cuiq. Certant inter se, palamq. animosa contentio est. Victa morte finit sæpe vitam, spiritu prius deficiente quam cantu. Meditantur aliæ iuniores, versuq. quos imitentur accipiunt. Audit discipula intentione magna & reddit, vicibusq. reticent. Intelligitur emendatæ correctio, & in docente quædam reprehensio. Hæc & alia nonnulla de lusciniarum cantu refert Plinius, quo diximus loco.

Asinus portans mysteria.

Ὅρος ἄγων μυστήρια, id est, Asinus portans mysteria. In eū dicebatur, qui præter dignitatem in munere quopiam versabatur. Veluti, si quis ignarus litterarum, bibliotheca præfectus esset. Aristophanes in Ranis,

Να τὴν δὲ ἐγὼ γ' οὐκ ὄρος ἄγων μυστήρια.

Ἀ πῶς ἐκείνῳ ταῦτα τὸν πλὴν χρόνον, id est,
Ita per Iouem sum asinus vehens mysteria.

Verum ista non iam sustinebo diutius.

Interpres affirmat inde natum adagiū, quod olim quibus ad peragenda sacra Eleusinia opus erat, asino imposita deportabantur. Quadrabit & in eos, quorū opera alijs duntaxat est vsui, cum ad ipsos præter molestiam nihil interim redeat. Veluti si quis cibos alijs ge-

stet, quibus ipsi non liceat vesci. Huc adlusisse videtur Apuleius, cum se fingit asinum Cererem deam circumferentem. Suidas adscribit Demonem ad lapidem molam referre quem Græci οὐν appellāt, propterea quod in sacris, molis frumentariis coronas imponere cōsueuerint. Itaq. torquetur eleganter in eos, quibus immerentibus honos habetur. Veluti cum indoctis doctoris titulum, pileum & anulus, aliaq. id genus insignia tribuuntur.

Iterum tranquillitatem video.

Ἀὖτις αὖ καλὴν ἑρῶ, id est, rursum denuo tranquillitatem aspicio. Aristophanis interpres prouerbiū esse scribit, quo nos significamus e malis emergere, fortuna in melius commutata. A nauigantibus ducta metaphora, quibus conquiescente procella, grata solet esse tranquillitas. Aristophanes in Ranis,

Ἐγὼ δ' ὥσπερ ἡ γὰρ ἡσυχία μὲν λέγεται,

Ἐκ κυμάτων ὅτ' αὖτις αὖ καλὴν ἑρῶ. id est,

Ut Hegelochus nobis item fas dicere,

Tranquillum ab undis, rursum iterum conspicio.

Hegelochus erat histrio quispian tragædiarū, ne quæ vox ignota remoretur. Notat autem obiter Aristophanes Euripidis τὰυτὸ λογιέσθαι, apud quem hic versus est in Orestæ,

Ἀὖτις αὖ καλὴν ἑρῶ.

Quam eandem irrigit etiam Stratis. Quamquam videtur & adlusio subesse in Græcanicis uerbis καλὴν ἑρῶ, id est, selem video, & καλὴν ἑρῶ, id est, tranquilla video. Atqui iucissim Euripides apud eū comicū Aeschylum taxat, qui bis idem dixerit, in hisce versibus,

Δὲς τὰυτὸν ἡ μὲν εἶπεν ὁ σοφὸς ἀρχύλος,

Ἡκὼ ὅτ' ἐγὼ γὰρ φησι, καὶ κατ' ἄρχομαι.

Να τὴν δὲ, ὥσπερ εἰ τις εἴποι κείτονι,

Χρῆστον σὺ μάκρως, εἰ δὲ βούλει κάκιστα. id est,

Sapiens bis idem est nobis locutus Aeschylus.

Ad terram enim, inquit, venio & accedo. velut

Si per Iouem, vicino ita quis dicat suo:

Μακτράμ aut canistrum, si libet, mihi commoda.

Pindarus in Isthmijs,

Ἀλλὰ νῦν μοι γαῖος ἑρῶ, ὅτ' ἔπαυσα ἐκ χαμῶδους.

Id est,

Sed nunc Neptunus mihi tranquillitatem præbuit ex tempestate.

Septennis cum sit, nondum edidit dentes.

Ἐπὶ ἑπτὰς αὖν ὁδόντας δὲ ἐφύσσετο, id est, Cum sit septem natus annos, nondum tamen dentes produxit. Aristophanis interpres admonet prouerbio dici solena. Quadraginta videtur in eum, qui natu grandis, tamen adhuc quasi puerum agit. Aut qui diu commoratus alicubi, nihil adhuc auctoritatis, aut honoris sit affectus. Metaphora mutuo sumpta videtur ab infantibus, quibus circiter annum ætatis septimum, omnes dentes soleant enasci. Aristophanes in Ranis,

Ἐλάφωμεν δὲ χιδήμον,

Ὅς ἐπὶ ἑπτὰς αὖν, ἐκ ἐφύσσετο φρένας. id est,

Taxemus Archidemum,

Septennis hic nondum tribules edidit.

Vbi poeta captans iocandi occasione, pro ὁδόντας, φρένας

περὶ, mutauit. Taxat enim obiter Archidemum quē
pīam, qui morem Atheniensium neglexerat, apud quos
hospes septem annos in ea versatus ciuitate, in ciuium
numerum adscriptus, iam velut in cognationē ac ins
illorum adscisciebatur.

De pulchro ligno vel strangulare.

Απὸ καλῆς ξύλης καὶ ἀπαγγέλλω, id est, De pulchro ligno et
strangulari conuenit. Admonet parēmia, calamitatē
tolerabiliorem esse, si cum honestate fuerit coniuncta,
et dedecore vacauerit. Aristophanes in Ranis ad pro
uerbium adludens,

Εἴς ἐξ ἐγὼ τὴν ξύλην

Ὡς τι καὶ πείρω, πείρω τοὺς σὺ ποιεῖς δακτύλους. id est,

-Digno si quid e ligno rei

Perferetis, ferre cordatis videbimini viris.

Quasi minus miserum sit suspendium, si ex arbore
pendeat insigni. Circumfertur huic simillimum prouer
bium etiam hodie apud nostrates: Si demergendus sim,
in aqua pura me demergam: hoc est, si pericundum est,
honestā morte perire satius: Potest referri et ad eos,
qui vincuntur quidem, sed a victore tam insigni, ut ho
nestius et optabilius videatur sic vinci, quā alios quos
dam vicisse. Vnde est Vergilianum illud:

Aeneae magni dextra cadis.

Et apud Ouidium, Ajax pudendum sibi putat cum Vlyse
se vel certasse, etiam si victor discesserit:

-Mecum, inquit, certasse feretur.

Item apud Homerum Iliades p. ad hunc modum loqui
tur Achilles,

Ὡς μὲν ὀφείλω κτείναι, ὅς ἐνέξῃς τί τε καὶ ἄριστος

Τῶν καὶ πόδες μὲν ἐπὶ τῇ ἀρετῇ δέ τινι ἐξ ἐνδοξοῦ

Νῦν δὲ με λυγροτέρῳ θανάτῳ ἢ μέρτεσσι ἀλόναι. id est,

O si me necet, huc qui egit fortissimus Hector,

Tum gnauus gnauū uictus virtute perirem.

Nunc me fata volunt obscura morte perire.

Pindarus in Pythiis hymno tertio, non dissimili sensu
dixit. καλὸν πῆμα, id est, pulchra noxa: de Ixione loqui
tur, qui deceptus imagine Iunonis sibi parauit exitiū.

Non Chius, sed Cius.

DIDYMVS prouerbiū subesse putat in his Aristopha
nis verbis, ὁ χῖος ἀλλὰ χῖος: id est, Nō Chius, sed Cius,
propter uulgato scommate notatam gentis inconsan
tiam ac volubilitatem, pro temporis ratione commu
tantis institutum, ac idem ad fortunae commoditatem
accommodatis. Aristophanis carmina e Ranis sunt haec,
in Theramenem:

Εὐλόησεν ἐξ ὧν κακῶν, ὃν χῖος ἀλλὰ χῖος. id est,

Euolauit e malis, haud Chius, sed Cius.

Quāquam hoc loco Aristarchus Cōus legit, non Cius.
Theramenes enim Cōus fuisse dicitur. Fortassis adlusu
ad id, quod is Theramenes fuerit Prodicī Cōi discipu
lus. Huius mentionem facit et Lucianus in Amoribus,
ὡς ἐγὼ καὶ ἐν ἐξέμῳ, ἐπὶ τῷ δὲ θῶματι, καὶ ἐν τῷ θῶματι
ἐπεμύνη καὶ ἐκείνος ὁ κάτοικος. id est, Itaq. et ipse quoq., si fie
ri possit, optarim Theramenes fieri ille cothurnus. Nisi
forte adlusu est ad vocum affinitatē, cum res longe
discrepet. Nam Chij male audiebant ob mores effemi
natos, cum Cij nec tibicinas, nec meretrices reciperēt
in ciuitatē, ut indicat Athenaeus lib. 13. Itaq. qui paul
lo ante nugator, mox veluti alius sumat vultum te

tricum, in hunc recte dicitur: ὃν χῖος ἀλλὰ χῖος.
Aristarchus qui legit Cōus, videtur ad taxillorum
lusum spectasse, in quo iactus qui Cōus dicitur,
habebat sex, Chius unum duntaxat: Itaq. Cōus felicior
erat iactus. Quo dicto indicat Theramenem nunquam
infelicitē cōsuluisse. Eupolis qui legit Cius, putat The
ramenem adscitum in Ciorum ciuitatem, cum natus es
set. Cōus Didymus tamen effert prouerbiū ὃν χῖος
ἀλλὰ χῖος, ut mutatio nominis indicet hominis versatili
ingenium ac temporis seruiens, semper ad potiorem
partem sese accommodantis. Huiusmodi ferme refe
runtur in Commentariis eius fabulæ. Porro de cothur
no diximus alibi.

Extra oleas.

Ἐκτὸς τῶν ἱλαίων φέρεται. id est, Extra oleas fertur, ubi
quis terminos praescriptos transgreditur, aut aliena,
nec ad rem pertinentia facit, dicit ve. Aristophanes in
Ranis:

Μὰ σὶ ὁ θυμὸς ἐρπύσσῃ

Ἐκτὸς οἷσεν τῶν ἱλαίων. id est,

Ira ne te concitum rapiat extra oliuas.

Interpres adagium hinc natum ait: Stadia in quibus
currendi certamina peragebantur, oleis per seriem po
sitis, utrinque sepiebantur, quas praeterire non licebat:
proinde qui praeterisset oleas, extra stadium currere
videbatur.

Coronam quidem gestans, ceterum
siti perditus.

Σὴν ἀνὴρ μὲν ἔχων, δὲ τῇ δ' ἀπολώλει, id est, Coronam qui
dem gestans, ceterum siti perditus. In temulentum et
lurconem apte torquetur, quiq. obligurita re reda
ctus sit ad inopiam. Aristophanes in Equitibus:

Ὡς δὲ κοινὰς, εἰς φανὸν μὲν ἔχων αἶνον, δὲ τῇ δ' ἀπολώλει.

Id est, Quemadmodum Connas coronam quidem ge
stans aridam, verum siti perditus. Taxat autem Cra
tinum comicum tanquam ebriosum ac delirantem. Ef
fertur adagium et ad hunc modum apud Diogenianū,

Διὰ τὸς αἶνες εἰς φανὸν μὲν ἔχων, δὲ τῇ δ' ἀπολώλει.

Vir Delphus cum portet fers, siti exanimatur.

Natum est a moribus Connæ cuiusdam. Is primū erat
tibicen vinosus, atq. in conuiuiis assidue coronatus po
tabat. Nam priscis mos erat in comotationibus coro
nas gestare. Deinde e tibicine factus est Olympionices,
atque in Olympijs saepe uictor coronam tulit, unde Cra
tinus eum πολυσιφανὸν vocat. Alioqui pauperrimus,
neq. tantillo ditior factus suis victorijs. Nihil enim
habuisse fertur, praeter oleastrum.

Aphya in ignem.

Ἀφύα ἐς πῦρ, id est, Aphya ad ignem. Prouerbiū in
ea, quae celeriter intereunt, aut absuntur, siue
quae facile ac statim conficiuntur. Nam Aphya pi
scis genus candidum, molle ac tenerum, quod admo
tum igni protinus decoquitur. Vnde meretrices ali
quot aphyas dictas indicat Athenaeus lib. 13. quod ef
sent candidae, graciles, et oculis prae grandibus. Ta
lis enim apua. Frigitur autem in oleo feruenti: unde
fertur et illud apud Graecos, ἀφύαν τιμὴν ἱλαίων, id est,
Aphyarum honor oleum: ac protinus ut contige
runt oleum feruens, iam decocta sunt, adeo ut illico cum

X 2 oleo

oleo stridat, statimq. percoctæ tollantur e patella. Hunc piscem Suidas scribit etiam ατρός, id est, spumam appellari, propter candorem, & ἰγχεωλιν, complura commemorans eius genera. Athenæus lib. 7. quibusdam & ατρός dici, nimirum a spuma, & ob id Veneri sacrum, quod eam poetarum fabulæ gignant e spuma maris. Idem eorum quæ supra diximus Clearchum adducit auctorem, addens & ad hunc modum efferrî paræmiam, id est, πῖρ & ατρός, id est, Aphya vidit ignem. Quasi vidisse modo sufficiat ad decoctionem. Itaq. si puella in nubilis statim sponso viso incalescat, conveniet id πῖρ & ατρός. Nō dissimile ei quod alibi recensuimus, τὸν ἰππὸν ἵς πιδόν, id est, Equum in planiciem.

Boliti pœnam.

Βολίτης δίκην, id est, Boliti pœnam; dicunt, ubi quis defriuola nibiliq. plectitur. Bolitus autem Græcis significat stercus quodvis, sed proprie bubulum. Porro Solon legem tulit, quæ pœnam minabatur etiam iis, qui bubulum stercus furto sustulissent. Huc adlusit Aristophanes in Equitibus,

Τοις βολίτοις ἡθίμενος.

id est,

Bubulis stercoribus vietus.

Hesychius putat Græcis idem βολίτην & βόλιτον, nisi quod prius illud Ionum sit peculiare, idem indicat etymologus. Sic autem appellari bouis excrementa, quod liquidiora sint quam ceterorum animantium: citat autem & Hipponactem, qui βολίτη κασιγνήτω dixerit sœminam opinamur extreme contemptâ. Et βολίτην velut e bubulo stercore conflatu. Cynulcus apud Athenæum lib. 13. ἀλλὰ βολίτην ἔχων δάκτυλον σκέλος, id est, Sed e bubulo stercore conflatum habens alterum crus. In Phrysiarum agris videre est domos bolitinis parietibus, in aliis bubulum stercus ad ignis materiam siccari. Quin & hodie nostrates, quæ insigniter cōtemnūt, βολίτην appellant.

Haud unquam arcet ostium.

Οὐκ ἔστιν ἄρξαι ἐν εἰσόδῳ, id est, Haud unquam arcet ostium. Interpres Aristophanis paræmiā admonet esse de iis, qui impendio sunt hospitales, quorum fores semper patentes neminem excludunt. Sumptum ait ex Eupolidis comædia, cui titulus φίλοι. Eleganter accommodabitur vel ad credulum, qui quodvis mendacium admittat auribus, vel in mulierem nulli negantem.

Semper aliquis in Cydonis domo.

Αἰετὶς ἐν κύδωνος, id est, Sæper aliquis in Cydonis domo. Cydon Corinthius quispiam erat, adeo insignis hospitalitate, ut etiam proverbio locū fecerit. Refertur a Suida pariter & a Zenodoto, neq. non ab Aristophanis interprete. Hæc cum non careant gratia, quotiens simpliciter accommodantur ad homines φιλοφρονεῖς, tamen plusculum hebebunt Veneris, si ad animum deflestantur: veluti si quis admoneat pium hominem, ne sinat animum suum quibuslibet cogitationibus patere.

Summis vnguibus ingredi.

Ἐπ' ἀκροῦ ὀνύχων, id est, Summis vnguibus. Metaphora proverbialis in eos qui audius auscultant. Nam ὄνυχα solent semet in summos pedes erigere. Καὶ ἐπ' ἀκροῦ ὀνύχων βαδίζων, id est, Summis ingrediens pedum vnguibus,

in fastuosos. Refertur adagium ab Aristophanis interpretis ἐπ' ἀκροῦ ὀνύχων, putatq. huc adlusisse poetam, cum ait,

Εὐδὲ δὲ τὴν φάνησιν ἄκρον τῶν πυγιδίων ἰκάνει. id est,

Summis natib. mox residetis, animos addēte corona. Id est, Efferimini, vobisq. placetis.

Haud impune vindemiam facies.

Οὐκ ἐρίμασ τεργύκοις, id est, Haud impune vindemiam facies. In eos competet, qui nullo servante, impune decerpunt uvas. Aristophanes in Vespis: Ἀλλ' οὐκ ἐρίμασ ὡς οὐτὸν ῥ' ἀδ' ὡς τεργύκοις. id est, At ne existimetis nos adeo facile atq. impune vindemiam facturos. Νὰ ἐρίμασ Græci fieri dicunt, quod sit nullo prohibēte, nulloq. obsistente. Cōfine est illi, quod alio referemus loco:

Γλυκὶ ὁπωρεὰ φύλακος ἐκλειμένη πότος. id est,

Est dulce pomum, verum ubi custos abest.

Solent enim vitibus & pomarijs adhiberi custodes, præsertim autumnis, cum iam maturi sœtus furem inducant. Idem dicunt, ἐρίμω καταχερῖν, καὶ ἐρίμω δίκην γράφειν, & ἐρίμω νικῶν, & ἐρίμω κρήνην ἢ κατακρήνην, quemadmodum indicavimus alibi.

Mens est in tergoribus.

Οὐδὲ ἐστὶν ἐν τοῖς σκύπτειν, i. Animus est in tergoribus, de sollicitis diffitari solitum, quicquid malum aliquod imminens timere videntur. Aristophanes in comædia, cui titulus Pax,

Ἡ μάστιγι τοῦτ', ἃ καὶ συγγνώμην ἔχει.

Οὐδὲ γὰρ ἡμῶν ἔν τ' ἐστὶ τὸς σκύπτειν. id est,

Peccavimus quidem ista, sed veniam dabis,

Tum nanq. nos ter animus in coriis erat.

Metaphora sumpta est, vel a loris, quibus caduntur servi. Nam hæc e bubulis tergoribus secantur. Vnde Plautinum enigma: Vbi viuos homines mortui iucursant boues: vel a clipeis, qui bubulo corio solent obduci. Proinde congruet vel in eos, qui flagra metunt: vel in hos, quos belli impendentis metus habet sollicitos. Non dissimile Terentianum illud ex Eunuchis: Iamdudum animus est in patinis. Item illud Aristophanicū in Vespis de homine litium audio,

Οὐδὲ πῶς ταπεινὸν κατὰ πόδι τῶν καλεψύδρων. id est,

At volat animos nocte circa clepsydram.

Breviter quacūq. in re sumus intēti, in ea dicimur esse.

Σκύτη βλεπῶ.

Σκύτη βλεπῶ, id est, Vt verbo verbum reddatur. Tergora tuetur. Confine proximo, quo significabant quempiam præ se ferentem vultu, quod mali quippiam instare suspicaretur, idq. coniecturis aliquibus colligeret: veluti si quis conspēctis boum tergoribus, bellum futurum colligeret, quod his integantur clipei. Citatur Adagiū ex Eupolidis fabula, cui titulus Chrysogenes:

Ἀπὸ γὰρ μὲν οὖν τὸ λεγόμενον σκύτη βλεπῶ. id est,

Plane quod aiunt obtuetur tergora.

Fortasse nec illud absurdum fuerit, hinc natum proverbium dicere, quod in clipeis barbaricæ quæpiā & horrenda facies depingi, sculpi ve solēt barbarorū, aut Cy clopū, aut beluarū etiā, ut eam ob causam, qui truculēto essent vultu, σκύτη βλεπῶν dicerētur. Athenæus lib. 11.

tredecimo: Οὐ πολλὰ σὲ σφραγίσαντος καὶ διδάξαντος
σκέπη βλήπην. id est, Qui nihilo te fecit emendatorem,
tantumq. docuit torum obtueri. Sentit enim, discipu-
lum a philosopho nil aliud didicisse, quam supercilium
et vultus truculentiam. Quamquam hoc adagium in
sua duntaxat lingua gratiam habere potest. Aristophanes in Vespis,

Εγὼ σὲ τῆμῳ βλήπην σκέπη ποιῶ. id est,
Ego hoc quidem saxo die, te tergora obtueri.

Cochleare crescet.

Δοιδνε αἶψα. id est, Cochleare crescet. Chrysippus apud
Zenodotum et Aristophanis interpretem ait, hanc pa-
ræmiam dici solere in pusillos homunciones per iro-
niam, Nam cochleare et pusillum est et contortum:
Aristophanes in Equitibus,

Σκεδὸν δὺς χρυσίμῳ δοιδνε αἶψα τὸρῡνα. id est,

Duo vitilia vasa, cochleare et toryna.

Est autem toryna, qua mouetur olla.

Conna calculus.

Κόννα τὰ φρε. id est, Conna calculus, in hominem, aut rem
nibili, nulliusq. momenti. Prouerbiū manauit a Con-
na quopiam citharædo, siue, ut quidam volunt, lyrista
ex eorum numero, qui citra vocem organo canebant.
Sunt qui dicunt, Connam fuisse quendam extremæ for-
tis hominem, qui deuorato patrimonio pauperrimus
fuerit. Callistratus apud Aristophanis interpretem ad
hunc modum effert paræmiam, Κόννα τριών, id est, Con-
na ficulnū folium, quod eo lusitare sit solitus Ari-
stophanes in Eucis,

Σὲ μὲν ἄγῳν τὰ κόννα τὰ φρε. id est,

Te quidem Conna suffragium existimant: hoc est, nubi-
li ducunt.

Vnicum arbutum haud alit duos
erithacos.

Μία λόχμη δ' εἰς τρεῖς δὺς ἐριθάκας. id est, Idem arbutum
non alit duos erithacos. Zenodotus auctor est, hoc ada-
gio notatos illos, qui ex rebus minutis festinant dite-
scere. Sed videtur non intempestiuer dici posse
in eos, quibus parum conuenit, nec in eodem munere
concorditer versari querunt. Est autem Erithacus,
avis quædam solitaria, ut eodem in saltu non temere
nisi vnā inuenias. Hanc Theodorus Gaza nunc Syl-
uiam, nunc rubeculam interpretatur. Thomas magi-
ster ait a quibusdam ἐριθὰ vocari, ab aliis ἐριθῶλον, a
plerisq. ἐριθᾶκον. Aristophanes eleganter ad hoc adu-
sit adagium in Vespis,

Οὐ γὰρ ἀποτ

Τρεῖς φρε δύναιτ' αἰ μία λόχμη κλιπὲ δὺς. id est,

-Non enim fieri potest

Fures ut vnquam saltus alat vnus duos.

Non omnino dissimile est huic quod dixisse fertur Ale-
xander Magnus: Mundum non capere duos soles.

Pedibus ingredior, natæ enim non didici.

Πεζὸν βαδίζω, πῶν γὰρ ἐκ ἐπιστάμαι. id est,

Ambulo pedes, nandi imperitus scilicet.

Prouerbialis senarius, in eum qui maiorum rerū im-
peritus minoribus negotiis sese exercet. Aut qui
propter imperitiā priuatus et humilis viuit: aut qui
se se necessario confert ad aliud genus, quandoquidē

ad illud aut illud nequaquam est idoneus: veluti si quis
negotiator fiat, ad litteras indocilis. Refertur huic
ad similes versus:

Πεζὸν βαδίζων, ἐκ ἐπιστάμαι πεζὸν, id est,

Fodere imperitus pedibus ambulo meis.

Apud Aristophanem in Auiibus sycophanta similiter
excusat suam professionem: τί γὰρ τῶτο, σκᾶπην ἐκ
ἐπιστάμαι, id est, Quid quæso facerem, quando fodere
nescio. σκᾶπην δὲ δύναιμαι. Fossionem enim pro quauis
opera mercennaria posuit. Aristophanes in Vespis,

Σύγγραδ' κτερέων γὰρ ἐκ ἐπιστάται. id est,

Ignosce, neq. enim canere doctus est cheli.

Nimirum adludens ad vulgatum adagium, perinde
quasi dicat: Reliquarum imperitus artium, furto tan-
tum rem parat. Item in Equitibus:

Οὐκ ἔμοιχ' ἐπιστάμαι. id est,

Ne musicam quidem scio.

Vna domus non alit duos canes.

Εἰς οἶκον δ' ὀνυχταί τε τρεῖς δὺς κύνες, id est, Ea dem do-
mus nō bene canes alit duos. Prouerbio iactatus sena-
rius in eos, inter quos parū cōuenit propter idē lucrū,
quod communiter expectant. Sic idem minus, non fert
duos ambitiosos, quorū vterq. conetur tenere primas.
Refertur ab Aristophanis interprete.

Vallus vitem decepit.

Η χάρις τῷ ἀμπελὸν ἐπατάσκει, id est, Vallus vitem de-
cepit. Vbi quispiam ab eo fallitur aut leditur a quo pē-
debat, cuiusq. fidei nitbatur. Traductū a Vallis, qui-
bus alligatæ fulciuntur vites. Fit autem interdum, ut
illi radicibus actis, ramis ac frondibus suis vitem strā-
gulent, aut prostrati palmitem secum trahant. Ari-
stophanes in Vespis,

Εἰ ταύτ' ἐπατάσκει ἡ χάρις τῷ ἀμπελὸν, id est,
Ita ne circumuenit ipse vineam palus suam?

Trepidat in morem galli cuiuspiam.

Τρέπεται ὡς τις ἀλέττωρ, id est, Trepidat tanquam gallus
gallinaceus. In male affectum et commotum, aut etiā
pauitatem: opportune dicetur. πῆλαι enim Græcis
fugitare significat, atq. expanse, peculiariter autē
de auiibus dicitur. Aristophanes in Vespis,

Τρέπεται φρονιχὸς ὡς τις ἀλέττωρ. id est,

Calli in morem Phrynichus horret.

Fuit hic Phrynichus Melanthæ filius, Atheniēsis tra-
gædiarū scriptor, quē Atheniēses mille drachmis mul-
tarunt, quod Milesiorū exscidiū tragædia complexus
esset. Quod quidem non adscripturi eramus inter ada-
gia, nisi cōmentarius Aristophanis hoc nominatim pro-
uerbij loco retulisset. Meminit huius et Plutarchus in
Alcibiade, qui cū antea fuisset serox et insolens ex So-
cratis familiaritate, cuius singularem integritatem su-
spiciebat, cœpit esse mansuetus ac modestus. Citat autē
hunc senarium e poeta quopiam.

Επὶ δ' ἀλκίτωρ ᾤε, κλίνας πτόν.

Pauidus refugit, more gallinacei,

Cum victus alas ille summittit suas.

Meminit huius et in vita Pelopidæ. Certamē autē gal-
lū apud veteres solenniter ac publicitus exhibebatur.
Ceterū, quæquā animal natura pugnax est, tamē gal-
lus ubi se sentit imparem in conflictu, mire deiectus ac
supplex profugit, risum præbens spectatoribus.

X 3 Non

Non magis parcemus quam lupis.

Οὐ φεισόμεθα μᾶλλον ἢ λύκων, id est, Haud magis parcemus ac lupis. Aristophanis interpres prouerbialem figuram esse admonet, inde natam, quod antiquitus lex ad artificiosos lupos citiā premio inuitabat apud Atticos. Etenim qui lupi catulum interemisset, huic talentum: qui adultum occidisset, duo talenta dabantur. Vnde et Apollineus, λύκων καὶ λυκαρκόνων cognominarūt. Aristoph. in Auihus:

Φεισόμεθα ὅτι τὶ ὃ μᾶλλον ἢ λύκων; id est, Quid enim his magis parcemus, atq. ipsis lupis?

Nisi si qua vidit auis.

Ἐλὼν εἴ τις ἢ δεῦ ὄρνις, id est, Nisi si qua vidit auis. Hyperbole prouerbialis de re vehementer occulta. Aristophanes in Auihus:

Οὐδὲν εἰ δὲ τὸ ἐκρυπτόν τ' ἐμὸν, πᾶν ἄτις ἂν ὄρνις. i. Nemo meum vidit thesaurū, nisi forsā si qua auis vsquam.

Suidas etiā hunc versiculum citat ex Aristophane, Οὐδὲν με βίβρι πᾶν ὃ περικυπόμενος ὄρνις, Nemo me contuetur, nisi prateruolans auis.

Perdicis crura.

Περδικὸς σκέλος i. Perdicis tibia. Perdix caupo quispiam erat claudus, ab Aristophane locis aliquot notatus, vnde & in prouerbium abiit. Cuius mentionē fecit Aristophanes grāmaticus in prouerbiis orationis solutae. Dicebatur in crura gracilia distorta. Refertur a Suida, περδικὸς πὲς, i. Perdicis pes. In loripedes quadrat. Citatur hoc carmen apud Athenaeum in 1. libri fragmentis.

Εὐχαριστῶ μοι καὶ τὸ περδικὸς σκέλος.

Ἀμίδε δὲ τὸ τῆς, ἢ πλάκοντα τῆς δέ τῳ, id est, Infunde bibere, & crura perdicis mihi.

Matulam det aliquis, aut placentam porrigat.

Vcrū haud videtur hoc ad prouerbiū admodū facere.

Tolle calcar.

Αἶρε πλῆκτρον ἀμωπύριον, id est, Tolle calcar vltoriū. Exat adagium in Aristophanis Auihus:

- Αἶρε πλῆκτρον εἰ μάχη.

- Tolle calcar si pugnas.

In eum dici solitum, qui iam vltionem parat. Mutuo sumpta metaphora a gallis pugna inuitur, quibus ferrei stimuli quidam alligari solent, quo se tueantur inter certandum; quanquam auctore Aristotele libro De animalibus secundo, cap. 12. natura calcar addidit ex auium genere iis, quae ob corporis molem sint ad uolatum minus idoneae. Cuiusmodi sunt galli. Id confirmat Plinius libro decimo: Et regnum, inquit, in quacumq. sunt domo exercent: dimicatione paritur, hoc quoq. inter ipsos, velut ideo tela adnata cruribus suis intelligentes: nec finis, sepe commorientibus.

Minus habet mentis, quam Dithyramborum poetae.

Διθυραμβοποιῶν νῦν ἰχθὺς ἐλάπων, id est,

Minus sapientia scriptoribus Dithyrambicis.

In Stupidos ac furiosos torquetur. Adagium annotatur ab Aristophanis interprete in Auihus. Sumptum a

poetis Dithyrambicis, qui Baccho afflati furebant, vnde & Horatius,

Aut insanit homo, aut versis facit.

In Odis, Pindari grandiloquentiam attollens, Seu, inquit, per audaces noua dithyrambos verba deuoluit, numerisq. fertur lege solutis. Philostratus in Sophistis immoderatam in dicendo uehementiam ac graditatem aliquoties appellat τὸ διθυραμβώδης, eosq. dicit ἐκβαλλόμενους καὶ ὑπερβαλλόμενους.

Cercyræa scutica.

Κερκυραία μάστιξ, id est, Cercyræam flagrum. De re superuacaneo cultu exornata. Quadrabit & in ea, quibus ornatus additur neutiquā decorus aut congruus. Cercyræis quoniam crebris seditionibus agitabantur, mos erat gestare flagra ingentia, ansis eburncis exornata. Quidam aiunt, ea duplicia fuisse. Itaq. in prouerbium abierunt. Auctor interpres Aristophanis in Aues. Lycurgus rhetor cum ob immodicam linguæ libertatem cōcione eū cretetur, exclamauit, οὐ κερκυραία μάστιξ ὡς πολλὸν τοῦ λανθόντος ἀξία ἐστίν, id est, o Cercyræa scutica, quam multa ualis talenta. Notans populum inutilem, magno tamen alendum. Refert Plutarchus in uita decem rhetorum.

Larus.

Κέρως λάρως, id est, Cepphus larus. In garrulum ac vecordem dicebatur, præcipue qui cuiusvis rei cupiditate deceptus capitur: ab auis ingenio ductum, quam spuma marina gaudere tradunt. Capitur autem ad hunc modum, Obicitur si una primū longiore interuallo. Dein de propius propiusq. Postremo manibus gestantes exhibent. Larus itaq. cibi auaritia captus cōprehenditur. Aristoph. utitur in Pluto, Interpres admonet cognomen esse prouerbiale. Rursum in Nebulis Cleonem Larum vocat, quod furtis ac rapinis inbiaret. Lucianus in libello De mercede seruientibus σκῆπτρον ὃ παρακαλεῖται σκῆπτρον, ἐπιχρίσθαι τῇ ἀρχῇ ἐλάττω, καὶ ἀπὸ τοῦ λάρως ὅλον ἰσχυρῶν τὸ δέλεαρ, id est, Sumpta uero fiducia, uenatum aggredere, si uidetur, Lari in morem, totam escam ore deuorans. Athenaeus lib. Dipnosophistarum 10. indicat autem hanc Herculi attributam a priscis, quod & ille fuerit ἀδελφάρε, atq. iidem, βαράρυ esse vocatam. Olim præcipuus gurgitum luxus erat in piscibus, id quod omnium libri testantur, quicumq. vel apud Græcos, vel apud Latinos scripserunt de hoc genere. Proinde congruet & in obsonatores, quod Larus auis piscium sit appetens.

Cephus parturit.

Κέρως ὠδίνει, id est, Lurus parturit. Dicebatur in eos, qui pollicerentur ingentia, deinde nihil promissis dignum præstarent. Est enim Larus auis, multa plumarum copia circumiecta, ceterum carnis exiguis: pariens autem vociferatur. Recensetur adagium ab Aristophanis interprete, in comædia cui titulus, Pax. Confinē est illi:

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

Canis festinans cæcos parit catulos.

Ἡκνὸν ὠδίνει τυφλὰ τέκνῃ, i. Canis festinans cæcos parit catulos. In eos iaciebatur, qui nimio festinandi studio rem parum absolutā adiunt, ut si quis operis parū elimati

maxi præcipit aditionem. Hinc natum, quod canis quia celerius pariat, catulos cæcos velut adhuc immaturos edit. Aristoteles libro De generatione animalium quarto demonstrat, id potissimum euenire in animantibus, quæ multifidis sunt pedibus, et numerosum alunt sætum, ut vulpes, vrsa, leæna, canis, lupa. Nam hæc omnia cæcos pariunt catulos, quædā etiam informes adhuc edunt. In causâ putat quod cum corporis humor non sufficiat alendo tam numerofo sætui, natura partum imperfectum potius educit. Galenus item libro quem conscripsit de semine, τὰς δὲ κύνας ἄδω πα καὶ τὸ πρῶτον φασὶν τυφλὰ τίκτεν ὑπὸ πρῶτης, id est, Canes uero etiam prouerbio iactatum est, ob festinationem cæca parere: quamquam canum catulos Galenus manu imperfectos dici quam cæcos, cum talpæ proprie cæcæ dicantur. Animantia quæ sætus edunt cæcos, ἀλατόκτα uocantur Græcis, quasi Latine dicas cæcipara. Adludit ad paræmiam Aristophanes in Pace:

Η καὶ δὴν ἀκάλανθις ἐπὶ πηγῶν τὴν τυφλὰ τίκτει. i.

Cæca parit properato Acalanthis tinnula nixu. Et interim Græci grammatici dubitant quid sit Acalanthis: alij putant nomen insignis canis, deductum παρὰ τὸ ἀκάλαν βῆν, id est, quod placide ciurat. Sunt rursus qui suspicentur auem esse. καὶ δὴν autem tintinabulum est, quo in adibus magnatum, & hodie in collegiis, cōuocantur familiares ad officium. Alij suspicantur dictum παρὰ τὸ ἀκαλῆν, id est, a blandiendo, quod notis blandiens canis, allatrat hospites. Sic diuinant Aristophanis interpres, Etymologus, & Suidas.

In canis podicem inspicere.

Aristophanes ἐν ἐκκλησιαστικῇ,

Τέτοιο μὲν ἵππον ἐκ καὶ πικρὸν ὄρεν. id est,

Canis quidem hunc inspicere iussi podicem.

Interpres admonet vulgo dici solere in cacutientes, adscribens & hunc trochaicum:

Εκ καὶ δὲ πυλὼν ὄρεσθαι καὶ τριῶν ἀλὼν πικρὸν. id est,

In canis despicere podicem, triumq. vulpium.

Adludit eodem & in Acharnensibus. Ταῖς ὀσίνους αὐτῶν πὺν πρὸς τὸν κωδὸς, i. Obscenus est, quā ut uertere libeat. Has profecto nugæ pigeret adscribere, ni propositum esset operi suscepto per omnia satisfacere, καὶ ἀνιμαχὸν παρὰ τὴν κοσμῆν.

Tentantes ad Troiam peruenerunt Græci.

THEOCRITVS in Syracusiis, tentando atque experiendo quantumlibet etiam ardua perfici, figura proverbiali significans,

Ες τροίην, inquit, πρὸς ὁμοῖοι ἡλέον ἀχαιοί,

Καὶ πρὸς τὸν πύργον πύργου πάντες πλείτοι. id est,

Tentando ad Troiam uenere Pelasgi.

Cuncta, puellarum pulcherrima, perficit vsus.

Deum sequere.

PLUTARCHVS in libello De audiendo, refert hoc adagium, quod & inter septem Græciæ sapientum oracula celebratur, ἐπὶ θεῷ, id est, Sequere deum. Putat hunc esse sensum: Obtempera rationi. Quasi cuiq. de beat oraculum esse, quidquid in pectore dictauerit ratio. Vnde & Vergil. dixit,

-An cuiq. deus sua dira cupido.

Cui uersus ille Græciæ celebratus adspulatur,

Οὐδὲ γὰρ ἴμιν ἐστὶν ἐκαστὸς θεός.

id est,

Inest enim suis cuiq. animus, deus.

Et Menander apud Plutarchum,

Οὐδὲ γὰρ ἴμιν ὁ θεός.

id est,

Nam noster animus numen est.

Et consimilia quædam apud Lucanum dicit Cato Picensis. Sumptum uidetur ex Homericæ Iliadis libro 1. ubi Achilles Palladi obtemperans hæc dicit:

Ὅσκι θεὸς ἐπιπέσῃται, μάμχτ' ἐκλυὲν αὐτὸς. id est,

Qui diis paruerit, proni huius vota receptant.

Apud eundem est hoc hemistichium non uno loco positum, καὶ τις εἶδος ἡγέμενον, id est, Quin & diuum aliquis ductor fuit. Plato in Critone, ἐὰν ποινὴν ὦ κρείττων καὶ πρᾶττομεν ταύτην, ἐπειδὴ ταύτῃ θεὸς φησὶν ἵπται, id est, Sine igitur Crito & hoc pacto agamus, quandoquidem hæc nos ducit deus. Cicero libro De finibus tertio commemorat inter præcepta ueterum sapientum, quæ constat prouerbiorum vice celebrata. Quæq. sunt inquit, uetera præcepta sapientum, qui iubent tempore parere, et sequi deum, & se noscere, & nihil nimis.

Lingua quo uadis?

Γλώσσα ποῖ πορεύῃ, πόλιν ἀρῆμισσας καὶ πάλιν ἀνακρίψασα, id est, Lingua quo uadis? Ereclum ciuitatem, eandem denuo subuersura. Refertur a Suida, Zenodoro, Diogeniano. Docet linguam plurimum utilitatis adferre mortalibus, & eandem rursus plurimam adferre perniciem, tametsi membrum corporis sit perquam exiguum. Bias, referente Plutarcho in libello De audiendo, rursus in alio De loquacitate, Amasidi Aegyptiorum tyranno iubenti, ut sibi quod esset in uictima, quoniam ad illum miserat, carnibus & optatum & pessimum mitteret, linguam refectam misit, innuens huius usum esse præcipuum, siue prodesse cupias, siue nocere.

Ollas ostentare.

Χύτρας ἐπιδείκνυσθαι, id est, Ollas ostentare, est rem per se ridiculam ac sordidam, perinde ut maximam efferre. Plutarchus in libello De auscultando, taxans sophistas, quibus mos erat ἀδῆσθαι, id est, infames materias uerborum sucis exornare, cum uomitum, febrem, Busiridem, atque id genus alia laudant, καὶ νὰ δῖα, inquit, χύτρας ἐπιδείκνυσθαι, id est, Ac per Iouem ollas ostentantes. Non quod prorsus improbandum sit, si quis uel exercendi uel laxandi ingenij gratia ludat nonnumquam in huiusmodi argumentis, modo iocus sit eruditus, & cum uoluptate misceat nonnihil utilitatis. Quandoquidem ridentem dicere uerum, quid uetat? Immo sit, ut citra offensam & gratius irrepit in animos mortalium ueritas huiusmodi lenociniis commendata: adeo, ut Aulus Gellius non dubitet ridiculas Aesopi fabellas tetricis illis & e celo delapsis Stoicorum dogmatis antepone. Lusst & ipse Plutarchus in Gryllo, festiuiter sane, sed ita tamē, ut philosophum iocari, non scurrām, possis, agnoscere. Ergo prouerbiū affine fuerit illi, quod alibi dictum est, χύτραν πικρὴν ἵμας, id est, Ollam uariegas.

Puer glaciem.

Ὁ πᾶς κρύσταλλος, id est, Puer glaciem. Dicebatur in eos, qui cum retinere quippiam non possint, nolunt tamen amittere. Veluti si quis magistratum recuset deponere,

X 4 re, cui

ingredi dicuntur, qui extremo dissident odio, adeo ut non solum mensi, testoue communi non sustineant uti, sed ne via quidem communi velint ambulare. Vnde et vulgata dicunt ironia: usque adeo illum amat, ut si forte fortuna fuerit obuius, in aliam deflectat viam. Plutarchus in commentario πρὸς φιλαλληλίαν, τῷ δὲ ἀδελφῷ μὲν τὴν αὐτὴν ὁδὸν ὁ δὲ ὁμοῦ δὲν βυδίζον, id est, Cum fratre vero ne via quidem eadem sibi putans ingrediendum esse. Huic congruit proverbialis ille uersiculus:

Κακῶς σὺν ἀδελφῷ μὲν ὁ ἄλλος ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ. id est,
Viro scelesto ne via fueris comes.

Extra cantionem.

Παρὰ τὸ μέλος, id est, Extra cantū agi, dicine dicunt, quod ad rem non pertinet. Etiam si proverbio in alienā trās fuso linguam peris genuina illa gratia. Siquidē τὰς μέλας perinde sonat, quasi dicas, parum modulate, parum concinne, parum apte, parum decore. Nam quod in musica est, μέλος, id in vita decorum. Lucianus in Eunuchō, καὶ ἐφ' ὃν αἵτις ἀδελφὸν παρὰ μέλος τὴν φειγέμενος, id est, Et apud quos vereretur aliquis prater cāzum quippiam dicere, id est, quod a re esset alienius. Imitatus est hanc figuram ex Platone, qui libro De legibus 3. scribit ad hunc modum: παρὰ μέλος ἐμοίγε ἀνδοκῆς φέρεται, id est, Prater cantilenam mihi dictum fuisse uideris. Et in Critia: Παρὰ μέλος δὲ ἔστι τῶν αὐτῶν ἀνομιῶν, δίκην τὴν πρὸς αὐτὴν ἐπιτίθενται. id est, Quod si quid extra cantionem imprudentes de ipsis sumus locuti, congruam pœnam exiget. Aristoph. in Concionatricibus, eleganter unico verbo dixit, παρὰ χερδὲν, pro eo quod est absona, nec ad rem facientia loqui,

- πρὸς τὴν ὁδὸν
Μὴ δὲν παρὰ χερδὲν ὡς δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ. id est,
- Attente cauens

Ut ne quid alienum loquere & absolum
Ab his tibi quæ sunt probanda.

Aristoteles lib. Rhetoricorum 3. notat a poetis quibusdam dictum, ἄχρον καὶ ἀλυσον μέλος, cantionem dissonam, nec fidibus respondentem. Aptè torquetur in eos, qui secus viuunt quam docent. Finitimū est huic, quod alibi retulimus, δὲν πρὸς ἐπὶ ποίεσιν, nihil ad uerbum seu nihil ad carmen. Quo quidem Aristoph. ἐν ἑκκλῆσις δόσας, nouetur pro temere.

Ὁ δὲ τὸ ἐμὸν ἰδρωτὶ καὶ φειδωλίαν
Ὁ δὲν πρὸς ἐπὶ ποίεσιν ἐκ βαλῶν. id est,
Neque enim meo sudore quod parauerim
Meaq. parsimonia, temere ac nihil
Ad rem profudero.

δὲν πρὸς ἐπὶ ποίεσιν, Scholia exponunt, ὡς ἐτυχὲς, ἔνεκα μὴδὲν, id est, temere & absque causa. Posterior versus Græcus non constat suis pedibus. Restituetur si legamus, δὲν πρὸς ἐπὶ ποίεσιν καὶ ὡς ἐκ βαλῶν. Quod carmen quidē duximus satius, uel alieniore citare loco, quā eo studiosum fraudare lectorem. Natum ut uidetur ab apophthegmate Themistoclis, qui Simonidi poetæ petenti quiddam a se parum æquum, respondit ad hunc modum: Neque tu bonus esses poeta, si prater cantum caneres, neque es bonus princeps, si prater leges iudicem. Sumptum est ab antiquis cantoribus, qui uocem ad lyram accommodabant. Aut certe a concen-

tu vocalium musicorum, ubi si quis dissonat ab harmonia, grauitèr offendit aures. Lucianus ἐξαγώνια, uocat, quæ ad causam non pertinent. M. Tullius, ὁ δὲ παρὰ τοῦ, quæ aliena a re proposita.

Ignis, mare, mulier, tria mala.

CIRCUMFERTUR apud Græcos & hic trimeter proverbialis:

Ἴσθ' καὶ θάλασσαν καὶ γυναικὰ τρεῖς. id est,
Ignis, fretumq. & mulier, hæc mala tria.

Nam incendio nihil formidabilius, mare item periculosissimum est. Vnde & Aeschylus in Persis:

Ἀτὰρ χὼν κύμα βαλῶσιν. id est,
Maris haud vincitur unda.

His autem simillimum quiddam esse mulierem sentie paræmia. Porro mulierem omnem esse malam, perquam uenuste significauit Lacon quidam, qui cum uxorem duxisset perpusillam, dicebat e malis, quod minimum esset, eligendum, Fatetur & apud Euripideis Medea, fœminarum genus esse malum.

Ἀλλ' ἐστὶν μὲν δὲ ὁ δὲ σὺν ἐκ τοῦ κακῶν
γυναικῶν. id est,

Sumus quidem quales sumus nos fœminæ,

Neque enim malæ ausim dicere.

Euripides apud Planudem in uita Aesopi, inter omnia mala principatum tribuit mulieri:

Ἐμὰ μὲν ὅρα κυμάτων βαλῶσιν,
Ἐμὰ δὲ ποταμῶν, καὶ πυρὸς ὁρμαίνοντα.
Λιγὸν δὲ πονία, ὅτι δὲ ἄλλα μὲν,
Ἐμὰ δὲ τὸ δὲν, ὡς γυναικῶν. id est,

Furore multo scuit iratum mare,
Promiq. flumiq. & ignis acris impetus,
Inopia acerba, acerba alia quam plurima,
Sed nil ita acerbum & noxium, ut mulier mala.

Falces postulabam.

Ἀμαρ ἀπὸ τῶν, id est, Falces postulabam. In eos, qui respondent id, quod ad rem nihil attinet. Plutarchus in commentario, πρὸς ἀδελφίαν, admonet, ut qui uelit accurate respondere, mentem rogantis diligenter perdiscat, ne illud fiat, quod puerbio dici consuevit, ἀμαρ ἀπὸ τῶν. Est autem senarius proverbialis apud Suidam & Zenodotum:

Ἀμαρ ἀπὸ τῶν, οἷδ' ἀπὸ τῶν σκαφῶν. id est,
Falces petebam, at hi ligones denegant.

Uidetur hinc natum, quod agricolæ cuiquam a vicino falcem commodato petenti, negauerit ille sibi ligonem esse domi. Theocriti scholiastes in Pastoribus annotauit, Atticis ἀμῶν dici quod communis Græcorum lingua uocat δίκην, sine σκαπείν, id est, ligonem. quod si σκαφῶν, idem significat quod σκαπείν, ridiculum erit in responso, perinde ac si quis petenti gladiū, neget se habere ensē. Sunt qui sentiant σκαφῶν esse poculi genus, aut uasis canī.

Alba auis.

Ἀλκὸς ὄρνις id est, Alba auis, pro re noua atque auspiciata dixit M. Tullius in Epist. familiaribus libro septimo. Cum enim salutationi nos dedimus amicorum, quæ sit hoc etiam frequentius, quam solebat, quod quasi albam auem uidentur, bene sentientem ciuem uidere, abdo me in bibliothecam. Quadrabit & in rem admodum

dum raram & inusitatam, quod aues perpaucæ sint hoc colore. Ita Iuuenalis:

Coruo quoque rarior albo.

De albæ gallinæ filio, dictum est alibi.

In alieno choro pedem ponere.

Εν ἄλλοις χοροῖς ποδὶς τίθειν, id est, In alieno choro pedem ponere, est sese miscere negotiis alienis, & aliorum sibi uendicare partes. Plutarchus in commentario, quem inscripsit: Quo pacto seipsum aliquis citra inuidiam laudare possit, τὸν μὲν γὰρ οἱ ἄλλοις χοροῖς ποδὶς τίθειν πεισθέν ὅτι κριμὴ καὶ καλὸν ἀποδίδιναι, id est, Sum quidem qui alieno choro pedem imponit, curiosum ac ridiculum esse, prouerbum declarat. Idem in Sympotiacis, ἔγωγε καὶ ἐπεὶ ἐν ἄλλοις χοροῖς ποδὶς τίθειν ἔπειν, id est, Ego vero tametsi pedem in alienum inferens chorum dicebam, hoc est, respondens de re, quæ ad philosophi professionem non pertinebat. Affinis est huic adagio metaphora perquam elegans, neque discrepans a specie prouerbiali, qua usus est Aristides in Miltiade, μιλτιάδην δὲ τὸν μακρόν, πρὸς τοῖς χοροῖς, id est, Porro Miltiadem, qui est apud Marathonem, qua chori parte collocabimus? Interpretes addit metaphoram sumptam a choris Dionysiacis. Certe constat mutuo sumptum a choreis ac saltationibus. Quibus si quis ignotus admisceat sese, derideatur, atque exhibetur illico. Plato in Euthydemo τὸν δὲ σπινθὴν πρὸς τοῖς χοροῖς, id est, Hanc sapientiam in quo choro statuemus, inter bonam, aut quid censes?

Ne magna loquaris.

Μὴ μέγα λέγειν, id est, Ne grandia loquaris, refertur a Diogeniano, admonet temperandum esse a magniloquentia, iactantiaque, qua nihil omnium intolerabilius. Dictum est autem propter Nemesin deam, quæ grandiloquentiam huiusmodi non finit impunitam. M. Tullius Epistolarum ad Atticum libro quarto, epistola octaua:

Μὴ ποτε μέγ' ἔπης πρὶν τίλας ἀτιάσας. id est, Ne quando iactes, ni prius perfeceris.

Aristophanes in Ranis:

Ὁ δὲ μὲν οὐδὲν μὴ μέγα λέγειν λέγει. id est, Mirande vir, ne magna nimium dixeris.

His verbis Bacchus reprimit Euripidem per arrogantiam semet anteponentem Aeschulo. Sophocles in Aiaci flagellifero:

Μυθὲν μὲν ἔπης, ὅς τις ἴν' ἐκκαῖς. id est, Ne magna loquere, non uides quo misis malo?

Theocritus in Cyclope:

Μυθὲν μέγα μνῆν, id est,

Ne quid sublime loquaris. Theognis:

Μὴ ποτε κύρην ἀγορεύῃς ἱπποῖς μέγα, οἷον γὰρ οὐδὲς.

Ἀνθρώπων ὅτι νύχ' ἡμῶν ἀδριπύλιν. id est,

Verbum Cyrene caue magnum ne dixeris unquam.

Nescis quid nam homini noxue diesue ferat.

Plato in Phædone, Μὴ μέγα λέγειν, μή τις ἡμῶν βασιλεὺς νύχ' περιτρέψῃ τὸν λόγον πρὶν μέλλοντα λέγειν, id est, Ne loquere grandia, ne qua nobis inuidia futuram orationem inturbet. Antiquitas enim finxit deam Nemesin, iactantiae ueltricem. Ita Pindarus in Isthmiis hymno quarto: Ἀλλ' ὁμῶς καὶ χυμὸς κατὰ βρεχέϊ σιγῇ. Ζεὺς γὰρ καὶ τὸ νύμφη, id est, Attamen gloriationem ob-

nubila silentio. Iupiter hæc et illa partitur. Est enim unica placanda inuidia ratio, si quod accidit boni, ad auctorem deum referatur. Idem in Nemeis hymno decimo, Ἐστὶ δὲ καὶ κόρος ἀνθρώπων βλαπτοῦς ἀτιμάσαι, id est, Est autem graue in hominum inuidiam incidere. Est enim inuidiam mortalium ingenium, nec ulla re citius saturatur, quam audiendis laudibus alienis. Idem eiusdem operis hymno quinto: ἀδύναμις μέγα ἱππῶν. Huc adluisse videtur Vergilius, libro decimo:

Dixerat ille aliquid magnum.

Inuenitur sapiens & μέγα φρονεῖν pro eo quod est, insolentem atque elatum esse. Sophocles in Oedipo tyranno:

Φρονεῖν γὰρ ὡς γυνὴ μέγα. id est,

Sentire enim alium ut femina.

Extat & senarius prouerbialis:

Ὅτ' ἐστὶν ὕψις μέγα, καὶ μέγα φρονεῖν. id est,

Ne quid tume, cum res secunda maxime.

Et μέγα πνεῖν, id est, Magnum spirare. Eurip. in Bacch.

Καὶ πνεῖν ἰσχυρὸς μέγα, id est,

Quamuis magnum spirans uenias.

Eleganter Horatius huiusmodi grandiloquentiam, ampullas & sesquipedalia verba uocat in Arte poetica, Proicit ampullas & sesquipedalia verba.

Terentius in militem gloriosum, & magnifica verba. Legimus & τραγικὸς λέγειν, id est loqui tragice, & ἐκ τραγικῶν, pro eo quod est, magnificis verbis effect re. Horatius in Epist.

Et spirat tragicum satis, & feliciter audet.

Tametsi non fugit, poctam hoc loco simpliciter dixisse, spirat tragicum.

Exercitatio potest omnia.

Μελέτη πάντα δύναται, id est, Cura omnia potest. Laertius hanc sententiam Periandro tribuit, qui Isthmum etiam tentauit perfodere: Significat autem, nihil esse tam arduum, quod diligentia curaque non efficiatur. Verg. in Georg.

Labor omnia vincit

Improbis, & duris uirgens in rebus egestas.

Extat apud Græcos prouerbialis sententia: εὐοὶ παρὰ δὲ πῶς πῶς πῶς πῶς, id est, Dij bona laboribus uedunt.

Huc adludit Horatius:

Terrupit Acheronta Hercules labor.

Sophocles in Electra:

Πόνος τοι χεῖρς ἐλπίδ' ἐντυχί. id est,

Citra laborem nil bene est.

Fertur & uersus Menandri,

Γὰρ τὰ ζῆλον μὲν

Διδοῦναι μερίμνης φασὶν αἱ σοφώτατοι. id est,

Quacunque uotis expetuntur, prædicant

Egere curis, qui ualent prudentia.

Simplicius Antiphanes,

Τὴν δὲ μελέτην πάντα δὲ λυγρὸν γίγνεται. id est,

Domat atque subigit cuncta diligentia,

Quāquam autem in presentia non est, neque propositi, neque operis huius, quidquid ad huiusmodi sententias facit, in unum conuertere, tamē haud grauabimur, quādoquidem casus obtulit, adscribere verba Senecæ ex libro de ira 11. Atque nihil est, inquit, tam difficile & arduum, quod non humana mens uincat, & in familiaritatem perducatur assidua meditatio. Nulliq. sunt tam

tam feri, siq. iuris affectus, ut non disciplina perdo-
mentur. Quodcumq. imperavit animus obtinuit. Qui-
dam nunquam ridere consueti sunt. Vno quidam, alij
Venere, quidā omni humore interdixere corporibus.
Alius contentus breui somno vigiliam indefatigabile
extendit. Didicerunt tenuissimis & aduersis finibus
currere, & ingentia uixq. humanis toleranda viribus,
onera portare, & in immensam altitudinem mergi, ac
sine ulla respirandi uice perpeti maria. Mille sunt alia,
in quibus pertinacia impedimentum omne transcen-
dit, ostenditq. nihil esse difficile, cuius sibi ipsa mens
patientiam indixerit.

Quid primum, aut vltimum?

Τὸ πρῶτον ἢ τὸ ὑστάτον; id est, Quid primum aut vltimum?
Figura prouerbialis, qua vitur quotiens aut rerum
copiam tantam significamus, ut hæsitemus unde potis-
simum exordiamur: aut cum perplexi dubitamus,
quid primum agere debeamus. Lucianus in libello,
cui titulus De mercede seruientibus, καὶ τῶν πρῶτον ὡς
φιλότις, ἢ τῶν ὑστέρων φασὶ καταλείβειν τὰ πρῶτα ἢ
τοὺς ὑστέρους, id est, Quid nam
tibi primum amice, aut quid postremum, ut dici solet
commemorem, ex his quæ & pati & facere coguntur
ij qui mercede seruiunt? Porro Lucianus desumpsit
ex Odyssæa libro nono, in quo Ulysses ad hunc loquitur
modum:

Τὸ πρῶτον, τὸ δ' ἔπειτα, τὸ δ' ὑστέρων καταλείβειν.
Quid primum, quid mox, & quæ tandē vltima dicā?

Iuuenalis:

Quo te circumagis, quæ prima aut ultima ponas.
Eiusdem characteris est illud Euripidis in Iumone in-
saniante:

Ω μοι τὴν ὑμῶν πρῶτον, ἢ τὴν ὑστέρων
Πρὸς ὅσον βῶμαι.

id est,

Quem vestrum obe quem pectori admoueam meo
Primum, vltimum ue.

Dente Theonino rodi.

THEONINO dente rodi dicuntur, qui conuiciis lacerā-
tur. Sumptum a Theone poeta quodam rabiosæ loqua-
citis, petulantissimæq. maledicentiæ, unde & Auso-
nius in carmine Hendecasyllabo, poetam quempiam
indoctum & mordacem Theonem appellat,

Nec post hac metues, ubiq. dictum:

Hic est ille Theon poeta falsus,

Bonorum mala carminum Lauerna,

Horatius in epistolis.

Dante Theonino qui circumroditur.

Neque dissimili figura est vsus in epistola ad Iulium
Florum:

Hic deletatur iambis,

Ille Bioneis sermonibus.

Acron admonet, Bionem philosophum fuisse, qui mor-
dacissimis dialogis laceravit poetas, sic, ut nec Home-
ro parceret. Porphyrio autumat Aristophanis co-
mici patrem fuisse. Zoili quoque mordacitas propemo-
dum in proverbio est, sed ut inuidum intelligas magis,
quam oblatratorem. Horatius hoc vitium, alibi suc-
cum loliginis vocat, & salem nigram, quod cum mor-
su addat & famæ maculam.

Hipponacteum præconium.

HIPPONACTEUM præconium, pro infami nota di-
xit M. Tullius, nimirum prouerbiali schemate, in Epi-
stolis familiaribus de Tigellio quodam ita scribens:
Eumq. additum iam tum puto esse Calui Licinij Hip-
ponacte præconio. Nam Hipponax poeta fuit Iam-
bographus, amarulentus, ac notæ mordacitatis, qui,
auctore Dionysio Halicarnæssæ, trimetrum Archilo-
chium de industria in Scæzonem infregit, cum inimi-
cos lacerare vellet, quo videlicet feriret fortius. Hic
Bupalum, & Anthernon, quod ab his deformi specie
pictus esset, versibus iambicis insectatus legitur. Erat
autem Hipponacti notabilis in uultu seditas, quæ ob
rem quidam imaginem eius proposuere in ridentium
circulis, quorum aliquot suis carminibus creditur ad
laqueum compulisse. Negat id esse verum Plinius li-
bro tricesimo sexto, capite quinto.

Archilochia edicta.

ADAGIONIS faciē habet & illud, quod Cicero scri-
bit ad Atticum, libro secundo: Itaque Archilochia in
illum edicta Bibuli, populo ita sunt iucunda, ut eum lo-
cum in quo proponuntur, præ multitudinem eorum qui
legunt, transire nequeamus. Archilochia edicta, cō-
tumeliosa vocat ac virulenta. Archilochi poeta mor-
dacitas vulgo celebratissima fuit. Is Lycamben socer-
um, a quo fuerat repudiatus, huiusq. filiam adeo uiru-
lenti versibus insectatus est, ut uterque se laqueo
præfocauerit.

Archilochi patria.

Αρχιλόχου πατρίς, id est, Archilochi patria. Diogenianus
testatur hoc dici solere de mordacibus ac maledicis.
Videas enim populos nonnullos natura dicaces, cuius-
modi fuisse feruntur Siculi.

Genuino mordere.

QVI clanculum obtreffant lacerantq. quempiam,
eum genuino mordere dicuntur. Persius:

-Et genuinum fregit in illis,

Lucilium sentiens poetam Saryricum, Item diuus Hie-
ronymus: Possim respondere, si uelim, possim genui-
num laesus infigere. Dentes autem genuini sunt omnium
reconditissimi ac propemodum operiti gengiua. Sero
emergunt homini: nempe circiter annum vigesimum:
multis & octogesimo, ut auctor est Plinius libro un-
decimo, capite trigesimo septimo. Et ob id haud ab re,
liuoris atque obtreffationis morbo dicati. Potest non
absurde referri & ad uiperæ denticulos illos, quibus
eam venenum infundere putant. Plinius eodē, quod
modo citauimus capite. Nam hi quoque sunt viperis
sub gena fistulosi. Potest & ad canes referri, qui po-
stremis dentibus ossa duriora circumrodunt. Omnis au-
tem obtreffatio morsus dicitur. Vnde Aristophanes io-
catur, in anulo non inesse remedium aduersus sycop-
phantæ morsum. Diogenes apud Laertium rogatus,
cuius nam animantis morsus esset perniciosissimus: Ex-
feris, inquit, obtreffatoris, ex cicuribus adulatoris. Hoc
venenum Horatius loliginis succum appellat.

Aureo pisca ri hamo.

AVREO piscari hamo dicuntur, qui mediocri commo-
di

di cupiditate periculum adeunt, ut maximarum rerū faciant iacturam. Commemoratur inter facete dicta Oſtavijs Caesaris a Suetonio. Fit enim nonnunquam, ut piscis hamum etiam ipsam secum auferat. Porro metaphorā plerūq. a piscatione ductā proverbiū vice sunt usurpatæ. Sicut expiscari apud Terentium, pro eo quod est diligenter elicere atque exquirere. Votare hamum apud Plautum. Semper tibi pēdeat hamus, apud Nasonem. Quod si quis pugnet, Augusti dictum non esse proverbium, certe proverbiale est nec indignum quod in hunc ordinem adlegatur. Potest fieri, ut quibusdam etiam hoc libuerit, aureo hamo piscari. Siquidem auctore Suetonio, Nero Caesar reti aurato, funibus purpura coccoq. nexis piscari solitus est. Proinde quoties sic ambimus quippiam, ut si potiamur optaris, mediocriter sit emolumentum, sin fallat spes, damnum ingens, apte dicemur aureo piscari hamo. Id quod frequenter usu venit iis, qui scrutantur abditas terræ venas, sed frequentius qui vulgo dicuntur Alcumistæ, de quibus apud Athenæum libro sexto, uenuste dixit Phalereus Demetrius. ὅτι πολλὰ καὶ πλεονέχοντες τὰ φασφάτ' ἀδύλῳ οὐκ ἔστιν ἰσχυρὸν οὐκ ἔστιν ἀπὸ βίβλου, id est. Quod frequenter certis consumptis incertorum gratia, quæ se capturos sperabant non ceperunt, quæ uero habebant abiecerunt.

Sapientia vino obumbratur.

PLINIVS historia mundi libro vigesimotertio, capite primo: Vinum ieiunos bibere nonitio inuento inutilissimum est. Curas, vigoremq. animi impedit, ad procinctum tendentibus, somno accommodatam, ac securitatibus: iamq. dudum hoc fuit, quod Homericæ illa Helena ante cibum ministravit. Sic quoque in proverbio cessit: Sapientiam vino obumbrari. Haftenus Plinius. Porro quod Plinius citat, est Odyssæa quarto.

Homines frugi omnia recte faciunt.

M. T. VLLIVS libro Tusculanar. quæst. 4. Frugalitatis nomen tanquam ad caput referre volumus, quod nisi eo nomine virtutes continerentur, nunquam illud tam peruulgatum esset, ut iam proverbij locum obtineret: Homines frugi, omnia recte facere. Haftenus Cicero. Docet adagium, quosdam improbos homines certis in rebus nonnunquam esse vsui, ac præclare se gerere: verum ubiq. ac perpetuo præstare virum integrum atque inculpatum, id eius demum esse videtur, qui natura vereq. sit probus. Adludit ad hanc sententiam Euripides in Hecuba, cum ait:

Ἀνθρώποις δ' αἰεὶ.

Ὁ μὲν πονηρὸς οὐδὲν ἄλλο πλὴν κακῶς

Ὁ δ' ἐδύλως, οὐδὲ συμφορὰς ὕπο

Φύσιν διέφθειρ', ἀλλὰ χρόνος ἐς αἰῶνα. id est,

-Ceterum in mortalibus

Quisquis malus, nil aliud ille quam malus,

Frugi usque frugi est, non enim ingenium grauis

Fortuna uitiat, sed probus semper manet.

Item Iphigenia in Aulide:

-Ὁ δ' ἥρως,

Ἐδύλως αἰεὶ,

-At qui probus,

Is palam est semper probus.

Aristoteles libro Moralium septimo: Τὸ πρῶτον ἀπὸ

ἀπλοῦν, τὸ δὲ κακὸν πολὺ μορφοῦν. ἢ ἀγαθὸς μὲν ὁμοίως αἰεὶ; ἢ οὐ μεταβάλλεται τὸ ἥθος; δὲ σωφίλος καὶ ὁ ἀφροὺς οὐδὲν ἰσικαὶ ἔστιν καὶ ἰστέρας. id est, Siquidem quod bonum idem simplex, cōtra quod malum, id uarium est. Et qui bonus, is semper sui similis, neque unquam commutat mores. At quisquis improbus & stultus, haud quam idem esse uidetur mane & vespere.

Fallacia alia aliam trudit.

TERENTIUS in Andria: Fallacia alia aliam trudit Donatus admonet proverbiali figura dictum. Sumptus & consuetudine conantium fallere, ac dolos dolis consarcinantium ne deprehendantur. Vnde consutis dolis dixit Plautus. Et sutelas appellat huiusmodi technas. Et δόλος ἡ φάσματι. apud Homerum, id est, dolos lachare.

Sera in fundo parsimonia.

PROVERBIALIS sententia apud Senecam in prima epistola: Sera in fundo parsimonia, digna profecto, quæ omni scrinio, omni cado, omni cellæ penuriæ inscribatur. Admonet in tempore parcendum rebus necessarijs, neque imitandum profusorum vulgus, qui tum denique incipiunt parcere, posteaquam viderint minimum superesse. Erit elegantior sententia, si traducatur ad res animi: veluti si quis admoncat iuuenes, ne sinant optimos illos annos inaniter effluere, ne illis cūeniat quod plerisque solet cūenire, ut iam natu grādes animum ad res honestas applicent: & cum perpillum uitæ superstit, tum tempore parcere incipiant. Seram enim in fundo parsimoniam esse. Proverbium sumptum apparet ex Hesiodo, cuius hi sunt versus in opere, cui titulus, Opera & dies:

Ἀρχομένε δὲ πικρὰ καὶ λυγρὰν τοκορεῖ σάδα,

Μισοῦσι φειδόμεναι. δεινὸν δ' ὅταν πυθέμενι φασάω. id est,

Plena ubi dolia sunt, aut iam prope inania vini

Tum satiare, sed in medio fac parciore esto.

Absurdum siquidem & grane in imo parcere fundo.

Adludit huc Persius Satyra 11.

-Donec deceptus & expes,

Nequidquam fundo suspiret nummus in imo.

Plutarchus in Symposiacis Decadis septima, problemate tertio indicat poetam admonuisse, tum esse bibendum vinum, cum est optimum. Vinum autem in medio saluberrimum optimūq. esse potui: quemadmodum summa pars olei potissimum laudatur, mellis infima. Primum, quod vini vis calor est, is autem videtur maxime colligi circa medium, promde id optimum esse seruare. Deinde vini pars inferior vicina fecis corrumpitur, summa pars ab aere proximo laditur. Nam aerem inimicum esse vino vel illud satis arguit, quod dolio pleno vinum minus uappescit, quam semipleno. Tum quod terra defossa, ut aer attingere non possit, quam diutissime vigorem suum conseruant. Theocritus item in Chariibus:

-Κινεῖς ὅταν πυθέμενι χαλαρὸς.

id est,

-Vacua fundo capsæ, scrinium inane significans.

Sybaritica mensa.

Συβαριτικὴ τράπεζα, id est, Sybaritica mensa. De conuiuio dicebatur nimium apparato. Natum a gentis eius moribus. Est enim Sybaris oppidum vicinum Crotoni, ut

ni, ut testis est Herodotus libro quinto. Stephanus indicat postea Thurion appellatum. unde Sybaritæ dicti, gens in architectura uoluptatum operosissima: Suidas teste, luxu deliciisq. adeo notabilis, ut quidquid esset iacminatum, quidquid molle, quidquid accurata atque ambitiosa luxuria paratum esset, id vulgo Sybariticum diceretur. Unde Ovidius in libro Tristium secundo, scribens ad Augustum:

Nec qui composuit nuper Sybaritida fugit.
Sybaritida vocat opus Hemitheonis cuiusdam cinadi
Sybaritæ, de generibus uoluptatum, & obscenarum
deliciarum. Item Martialis libro duodecimo:

Qui certant, inquit, Sybariticis libellis.

Philo Hebraeus in vita Moysi, Sybariticas nequitias uocat lasciuia poemata. Maximus Tyrius in dissertatione tertia de uoluptatibus, Sybariticas saltationes commemorat. Aristoteles libro Moralium Eudemiorum primo, Smyndiridem quoque Sybaritam comparem Sardanapalo inter uoluptarios nominauit. Suidas fabulas aniles, aut parum pudicas, Sybariticas appellatas scribit. Idem refert, Sybaritas instituisse, ut equi ad iibi & cantum saltare condiscerent. Et luxuriosos Sybaritas appellatos: & Sybarissare, Sybaritarum ritum deliciis indulgere dictum. Ad stipulatur & Quintilianus libro tertio: Frugalitas, inquit, apud Sybaritas forsan odio foret. Plutarchus in conuiuio septem sapientum, tradit apud Sybaritas hunc fuisse morem, ut mulieres ab usque anno prioris ad conuiuium uocarentur, quo se per otium auro vestibibusq. possent exornare. Hæc atque huiusmodi ferme referuntur ab Angelo Poliziano Miscellaneorum capite 15. Ceterum conuiuium Sybariticum depingit, ac missus Sybaritici meminit Aelius Lampridius in Heliogabali vita, Imperatoris luxu perditissimi, adeo ut nomen inuenerit, vulgo dictus Apicius. Lampridij uerba hæc sunt: Semper, inquit, sane aut inter flores sedit, aut inter odores preciosos. Amabat sibi precia maiora dici earum rerum, quæ mensæ parabantur, ore in conuiuio hanc esse asserens. Sexcentorum Struthionum capita una cena multis exhibuit ad edenda cerebella. Exhibuit aliquando & tale conuiuium, ut haberet viginti & duo fercula ingentium epularum, sed per singula lauaretur, & mulieribus uteretur, & ipse & amici cum iureiurando, quod efficerent uoluptatem. Celebrauit item tale conuiuium, ut apud amicos singulos singuli missus apparerentur: & cum alter maneret in Capitolio, alter in Palatio, alter in Calio, alter trans Tyberim, & ut quisque mansisset, tamē per ordinem in eorum domibus singula fercula ederentur, ireturq. ad omnium domos. Sic unum conuiuium vix toto die finitum est, cum & lauarent per singula fercula, & mulieribus uterentur. Sybariticum missum semper habuit ex oleo & garo, quem quo anno Sybaritæ repperunt, perierunt. De Sybaritarum tum luxu, tum intēritu, permulta commemorat et Athenæus in Diposophistis, cum alibi, tum libro duodecimo, in quibus & illud: Sybaritas nullam artem recipere in suam ciuitatem quæ sine strepitu non potest exerceri, veluti fabrorum erariorum aut lignariorum ac similitum, ne quid sit quod dormientibus obstrepat. Ob eandē causam gallinaceum fas non est in ciuitate alia præterea deliciarum argumenta refert illic, si cui

vacat legere. Aristophanes & ἑρμῆν συμβαριῶν dixit, pro eo quod est, opipare, ac genialiter viuere.

Ἡ δὲ δ' ἐξέσαι τὰ ὅμιν,
Πλεῖν, μένεν, κινῆν, κατέδδιν,
Ες πανηγύρεος ἐκέρχιν,
Εσιτάδω, κατὰ βίαν,
Συβαριῶν,

id est,

Iam vero licebit vobis nauigare, manere, mouere, derinere, in festis spectare, conuiuio accipi, cotaboluacere, Sybarissare. Gregorius Theologus ad Basilium simili tropo mensam luxu redundantem, Alcinoi dixit, ὅς τις λωτοφάγος πονία, ἢ ὅς τις ἀλκινόος τράπεζα, id est, Non ad lotophagorum inopiam, sed Alcinoi mensam.

Sybaritica calamitas.

Συβαριτικὴ συμφορὰ, id est, Sybaritica clades. Stephanus tanquam proverbium notauit. Porro quemadmodum Sybaritæ perierint, idem narrat ad hunc modum. Oraculum huiusmodi acceperant:

Εὐδαίμων συβαριτὰ πανδοδαίμων, ὃν μὲν αὖτις
Εὐελπίσι ἐκὼν τιμῶν γένος αἰὲν ἰδύται,
Εὐτ' ὡς ἡ πρότερον ἐν τῷ τοιοῦτο οὐδὲν
Πωλεῖται πόλιμος τι καὶ ἐμφύλιος πόλεος ἔξω. id est,
Felix omnino felix Sybaritæ futurus,
Dum rebus lætis uenerabere numina diuum.

At simul atque illis mortalis homo anteferebatur,
Tum uenit bellumq. tibi atq. domestica turba.

Euenit deinde, ut Sybaritæ quispiam seruum loris caderet in agro, qui cum ad naminis aram confugisset, nihilominus persequente domino cædebatur. Quod ubi uidit sibi nihil profuisse numinis reuerentiam, protinus ad monumentum patris herilis confugit, atque ibi demum religione commotus herus, destitit a cædendo. Itaque iuxta dei responsum, a Crotoniatibus euersi sunt Sybaritæ. Aelius Lampridius in vita Heliogabali, scribit eos eodem anno periisse, quo missum ex oleo & garo repperissent, quem ob id Sybariticum vocabant, ut modo diximus. Ceterum de Sybaritarum luxu, deq. calamitate, permulta retulit Athenæus libro duodecimo, si cui hæc non satisfaciunt. Quadrabit adagium in eos, qui neglectu deorum, aut ob intemperantem luxum subuertuntur.

Sybaritæ per plateas.

Συβαριτὰ διὰ πλατείαν, id est, Sybaritæ per plateas, Contra fastuosius ingredienti per viam, seseq. velut ostentantes. Sumptum adagium a fastu luxuq. Sybaritarum. Africanus in oratione quæ Cestis inscribitur: Sed enim, inquit, Sybaritæ fastu praturgidi. Venustius erit, si paullo longius detorqueatur: veluti si de homine insolentius se gerente, aut arroganti de se loquente, aut de stilo phaleratiore dicas, συμβαριτὰ διὰ πλατείαν. Cognatum est illi, quod alio dictum est loco, ὁρῶντα γινεῖ. Refertur adagium a Suida atque Zenodoto.

Syracusana mensa.

Συρακυσία τράπεζα, id est, Syracusana mensa, pralauta atque opipara dicebatur. Syracusani enim ut erant olim opibus florentissimi, ita uoluptatibus ac deliciis additissimi.

additissimi. Lucianus in dialogo Similiac-Polystrati: καὶ τρέπεται, inquit, ὑπὲρ τὰς ἐπὶ σικελίᾳ, id est, Ac mensa Siculis lautiores. Athenæus libro duodecimo διαβάντων δὲ εἰσιν ὡς τρεφῆναι καὶ αὐτὴ σικελίων τρέπεται, id est, Celebres sunt ob delicias & Siculorum mensa. Addit ex Clearchi auctoritate, Siculos dicere apud se mare quoque dulce esse, quod gaudeant edulis quæ mare porrigit. Meminit Sicula mensa Diogenes in epistola quadam ad Aristippum. Item Aristides in Pericle. Denique Strabo libro sexto & hac aliaq. plura commemorat. Plutarchus in vita Nicias ex. Diphilo refert: παχὺς, ἀνθυλαμένως εἰς αὐτὴν σικελικῶς, id est, Pinguis & abdomine Siculo stercoratus siue saginatus: quod miramur quare Latinus interpres invertendū putarit, delibutus, cum ὄντος significet stercus bubulum, utilissimum agrorum letamen. Platon in epistola quadam ad propinquos Dionis, negat sibi felicem illam vitam in Siculis Italicisq. mensis ac reliquis noliptibus sitam unquam placuisse. De Syracusanorum luxum meminit & Aristoteles in Politia eius gentis, addens Dionysium minorem nonnunquam ad nonagesimum usque diem ebrium perseuasse, atque ob eam rem cæcutientibus ac vitiosis oculis fuisse. Narrat Theophrastus apud Athenæum, amicos illius & compositores in conuiuio adsimulare solitos, non videre sese vel cibos vel calices appositos, videlicet ad eum modum adulantes regi cæcutienti: Vnde διονυσιακοὶ λακκοὶ sunt appellati. Apud eundem Aristophanes ἐπὶ δειπνολογίᾳ,

Αἰὲς δ' ὅς ἐστι μὲν ταῦτα ἡμεῖς πεμπόντες,

Αἰὲς μὲν πίνειν, ἡμεῖς δ' ὅσον κακῶς συρακασίων τρέπεται, ὡς ὁ συρακασίτης τ' ὡς ὁ χιῶν, id est, Atqui hæc quidem me duce non didicistis, verum bibere potius, deinde male canere, Syracusanorum mensam Sybariticamq. conuiuia. Item Plato de Repub. tertio, Συρακασίαν δὲ ὅς ἐστι φίλη τρέπεται καὶ σικελικῶς ποικιλίαν ὅς ἐστι εἰσικασίαν, id est, Syracusanam amice mensam, & Siculam in obsoniis varietatem non videris approbare. Athenæus libro decimoquarto citat Cratinum, qui prelautam culinam ac bene fumantem ac suauiter olentem describens, ita loquitur,

Οἷόν τις ὡς εἰδικὸς ἐπὶ τῷ χάσματι

Διβαρῶν τὸ πᾶν, ἡ μὲν γὰρ σικελικὸς. id est,

Habitare mi hoc videtur aliquis in specu,

Qui tura odora uendit, aut Siculus coquus.

Apud eundem mox Antiphanes quoque laudat Siculos coquos, ut arte condiendi præstantes. Verum his temporibus Siculi frugalitatem Hispanicam & Italianam sic imitantur, ut propemodum superent, huiusq. prouerbij gloriam plane perdidierunt. Quamquam Athenæus in Dipsosophistis, inter opiparas mensas etiam Italicas recenset. At his sane temporibus priscam illam frugalitatis laudem sibi uendicarunt: quem admodum & Græci ad pristinam illam temulentiam gloriam postlininio redierunt. Vnde Faustus Andrelinus Foroluiensis poeta, non solum laureatus, verum etiam regius, atque etiam si diis placet, Regineus, vetus congerromens, qui plus quam triginta iam annos in celeberrima Parrisiorum Academia poetice docet, in carmine quod de pœuimento Parrisiensi inscripsit, adagionem in Anglos deriuauit: - Mensa, inquiens, Britannia placet.

Spithama vitæ.

Σπιθαμὴ τὸ βίον id est, Spithama uita, hoc est, modus uitæ perpusillus. Prouerbialis est figura, mutuo sumpta a rerum mensuris, apud quos Spithama seu palmus digitos duodecim continet, quantum ferme longissimo digitorum porrectu completti licet. Quin hodie quoque pusillum homunculum palmum aut pugillum hominis appellant idiotæ nostrates. Translatum a fabris, qui quattuor digitis coniunctis metiuntur materiam, eam mensuram appellant palæstam, interdum diducta manu a summo pollicis, usque ad summum digiti medij, quam uocant σπιθαμὴν. Refertur adagium a Diogeniano.

Noua Hymetia, salerna vetera.

MACROBIUS libro Saturnalium septimo, Cur Disari: mel & uinum diuersis ætatibus habentur optima? Mel quod recentissimum: uinum, quod vetustissimum. Vnde est & illud prouerbium, quo utuntur gulones: Mulsum quod probe temperes, miscendum est nouo Hymetio, salerno vetulo. Quod adagium non uidetur ubi nobis possit usui esse, sed tamen adscripsimus, ne nihil omnino de popinis mutuati uideremur. Nisi forte placeat eo torqueri ut dicamus, e diuersis rebus quædam optime constari.

Qui multa rapuerit, pauca suffragatoribus dederit, saluus erit.

ÆLIVS Lampridius in uita Alexandri Seueri. Idem inquit, addebat sententiam de furibus notam, & Græce quidem, quæ Latine hoc significat: Qui multa rapuerit, pauca suffragatoribus dederit, saluus erit. Quæ Græcæ talis est,

Ὁ πολλαὶ καὶ φασ, ὀλίγα δὲ δέξεται. id est,

Qui multa tollit, pauca dat, seruabitur.

Admonet adagium, id quod nostris quoque temporibus vulgo factitant fures non omnino stupidi, non nisi magnis prædis iniiciendam manum, ut supersit quo iudicem, si forte sit opus, corrumpant atque exoculent, Ceterum qui parua tollunt, deprehensi pendent, utpote quibus nihil sit quod impertiant præfectis.

In simpulo.

MAR. TVLLIVS libro De legibus tertio agens de lege tabellaria, hoc est, de iure ferendorum per tabellam suffragiorum: Et auus quidem noster, inquit, singulari virtute in hoc municipio quo ad vixit, restitit M. Gratidio, cuius in matrimonio sororem, auiam nostram habebat, ferenti legem tabellariam. Excitabat enim fluctus in simpulo, ut dicitur, Gratidius, quos post filius eius Marius in Ægeæ excisauit mari. Hæc tunc Cicero. Quantum igitur coniectura consequi licet, in simpulo fieri dicebant, quod in re minuta atque humili fieret. Est. n. simpulum, auctore Festo, vas paruum, non dissimile cyatho, unde mulieres diuinis rebus deditæ, simpulatrices uocentur. M. Varro scribit, vas esse minutim fundens, in cuius locum successerit Epichysis, unde veteres res minutas, nulliusq. precij simpulatrias appellabāt. Plinius libro 35 capite 12. In sacris quidem

quidem etiam inter has opes non myrrhinis crystallinisue, sed fistilibus prolibatur simpulis innocentius. Attestatur & M. Varro cum apud Nonium Marcel- lum ait, deos ipsos uili simpulo inuitari. Item Apule- ius, In hodiernum, inquit, populus Romanus diis im- mortalibus Simpulo & Catino fistili sacrificat. Sunt qui pro Sympulo legant Sympuuium, cuius meminit Iuuenalis satyra 6.

- Aut quis

Sympuuium ridere Numæ, nigrumq. Catinum,

Aut Vaticanum fragiles de monte patellas

Ausus erat.

M. Tullius in Paradoxis, Quid autem Numa Pompe- lius? minusne gratas diis immortalibus capedines ac fistiles urnulas fuisse, quam filicatas aliorum pateras arbitramur? Polemon apud Athenæum libro 11. tra- dit, ad ipsius etiamnum ætatem Græcos quosdam bibe- re solitos ex fistilibus, uelut Argiuos in publicis con- uitiis, ac Lacedæmonios in festis, aut epiniciis, aut nuptiis virginum. Proinde non absurdum videtur, si quis existimet simptam allegoriam a pærorum lusi, quo solent per fistulam angustam in simpulum instan- tes, quasi fluctus quosdam & aquæ strepitum, exci- tare.

Proteo mutabilior.

Προτεὸς ποικιλωτέρως, id est, Proteo mutabilior, in uasfrū & versipellēm competit. Lucianus in sacrificiis, Iouē ποικιλωτέρων αὐτῷ πρώτως appellat, quod se subinde in alias atque alias formas transfigureret. Plato in Ione, Ἀλλ' ἀπὸ τῆς αὐτῆς οὐκ ὁ πρώτως παρὰ τοὺς γύ- νους ἐφύμωσας ἀνὰ καὶ κάποι, id est, Sed prorsus Protei in morem, in omnem speciem verteris, sursum ac deor- sum te ipsum distorquens. Horatius in eos, qui facile vertunt sententiam,

Quo teneam uultus mutantem Protea nodo?

Item alibi,

Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus.

Protea uocat tergiversantem, & quem Græci vocant δυσχερῆς, id est, Deprehensu difficilem. Porro fabu- lam Protei notiore arbitramur, quā ut hic sit recen- senda. Extat apud Homerum Odyssea 4. & apud Ma- ronem quarto item Georgicon. Simili figura diceretur & Vertumno inconstantior. Nam hic deus in omni- ge- nam speciem sese variat, unde & nomen reperit apud Latinos. Horatius,

- Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis.

Huius meminit Ouidius, describens quemadmodum amans Pomonam deam, alias subinde formas assum- pserit. Et ὑμειταβολωτέρως ἰμπέσσης, id est, Empusa mu- tabilior, cuius mentionem fecit Lucianus in commen- tario De saltationibus, Ἰδοὺς τ' αὖ ἐν αὐτῷ πρὸς τὴν αὐ- τὸν καί τὸν ὁκίως διακρίσιντες, καὶ αὐτὸν μιμνήσκεις τὴν πρώτῃ, εἰκάζειν δὲ καὶ τὴν ἑμπύσαν τὴν ἐς μυσίας με- φῶς μεταβαλλομένην, id est, Videbis igitur ipsos eodem in tempore subito in aliam transfigurari speciem, atque ipsum referre Proteum. Quin & Empusa exemplum conferre oportet, quæ sese in innumerabiles uerit for- mas. Meminit huius Aristoph. in Ranis,

Καὶ μὴν ὅρῳ γὰρ τὸν διὰ θυρίων μέγα.

Ποῖόν τις, θοῶν, παρὰ τοὺς πρὸν γέν γίγνεται.

Τὸ πρὸς ἑμὲ, καὶ δ' ἐπὶ τὸν, τὸ δ' αὖ γυναι

Ἐρωτοῦ τῆς πρὸς ἐς; φῆς ἐπ' αὐτῷ ἰδῶ.

Ἀλλ' ἐκ τ' αὐ γυναικὶν, καὶ ἄλλ' ἄλλ' ἄλλ'.

Ἐμπύσαν τὴν γ' ἐστὶ.

id est,

At maximam profecto uideo beluam.

Qualem? Nouam, quæ in cuncta subito vertitur,

Modo bos, modo autem mula, rursum sanina

Pulcherrima. Age ubi est? recta ad illam iam feror.

At rursus haud est mulier, immo iam canis.

Empusa proinde est.

Interpres adscribit. Empusam speciem quoddam esse quod ab Hecate soleat emitti videndum miseris & ca- lamitosi. Id subinde consuevit aliis atque aliis formis exhibere sese. Quidam existimant meridianis horis apparere solitum iis, qui parentant manibus. Sunt qui hanc ipsam Hecaten affirmant esse; narrant autem uno uideri pede, unde & nomen inditum putant ἑ- πύσαν ὁμοῦ ἐν ἑπιδέ. Demosthenes ait Aeschiniis ma- trem, cui ipse Leucothoæ nomen mutasset, appellatam fuisse Empusam, eo quod quasi gratia quiduis & fa- ceret & pateretur.

Amicus magis necessarius, quam
ignis & aqua.

Ἀναγκαῖότερος πυρὸς καὶ ὕδατος ὁ φίλος, id est, Amicus ma- gis necessarius quam ignis & aqua. Hyperbole pro- tierbialis, admonens neminem esse tam diuitem aut po- tentem quin opus habeat amicorum officiis. Quemad- modum enim citra ignem & aquam non constat homi- num vita, ita nec sine consuetudine atque opera fami- liarium, quos ob id ipsum Latini necessarios vocant, ut amicitiam necessitudinem. Innuat adagium duo quædam maxima commoda colligi ex amicitia, volu- ptatem, & usum. Nihil est enim neque incundius igni, neque utilius aqua. Quam ob rem scripsit Horatius, Nil ego contulerim iucundum, & sanus amico.

Item Euripides apud Plutarchum,

Εἰς ὅμας τ' ὕπερ φῶς ἐμὲ δὲ φίλου γλυκύ.

id est,

Dulce est tueri hominis amici lumina.

Recensetur adagium a Plutarcho, commentario quem inscripsit, Quo pacto sit dignoscendus assentator ab amico, καὶ ὁ δὲ καὶ λέγειται, ὁ ἀσθενὴς ὁ φίλος ἀνα- γκαῖότερος, id est, Quapropter dicunt etiam, amicum igni quoque & aqua magis necessarium esse. Extat & apud Aristotelem in Moralibus, & apud Ciceronem in Lelio. Hodieq. vulgus indoctum habet in ore, quod est uerissimum: Tolerabilius uiui sine pecuniis, quam sine amicis.

Lupus circum puteum cho-
rum agit.

Λύκος πρὸς τὸ φεῖαρ χορῶν, id est, Lupus circum puteum chororum agit. In eos dicitur, qui sumpta inaniter opera, spe sua frustrantur. Aiunt enim lupo morem esse, ut si quando ficiat nec tuto se possit demit- tere, circum puteum oberret, frustra inhians aquæ, quam non possit contingere. Sunt qui paræmiam in- de ductam existiment, quod aliquando ueniat usu, ut lupus pecudem aliquam, aut hominem insecletur: qui postea quam se in puteum, quempiam altiorē metu de- miserit, obambulat ille, uelutiq. saltatū in modū in orbē circumagitur, ἥδ' ἐκ cupiditate, qua tamē potiri nō queat.

T

2

Plutar-

Plutarchus in commentario, cui titulus, *Quomodo possit adulator ab amico dignosci*, ὁ χρῆμασι προσάπολλυνται αὐτοῖς, τὴν πόλιν τὸ φρόνως ὀρχοῦσιν ἀπὸ χυμῶν ὀρχοῦμενοι. id est, Quia qui utuntur, seipsos quoque in perniciem adducunt, re vera saltationem illam circum puteum saltantes. Loquitur autem de dicacitate intemperanti & virulenta, qua fit, ut nec illis quidquam utilitatis adferamus, in quos dicimus, & nobis ipsis maximum malum conciliemus. Refertur adagium a Zenodoto, Suida, Diogeniano.

Lydius currus.

Διδίον αἶμα, id est, Lydius currus. Hoc scommate notabantur, qui in certamine quopiam longe ceteris essent inferiores. & παρὰ λυδίον αἶμα δίδωμι. id est, Iuxta Lydium currum curris. Plutarchus in libello quem inscribit, De dignoscendo assentatore ab amico, τὸν δὲ περιπλέον τρέμει καὶ δίδωκε, οὐ μὲν δὲ παρὰ λυδίον αἶμα περὶ δὲ οὐχ ὑδίων, ἰδὲ παρὰ χρυσὸν ἰπτόν, id est, Ceteri superiorem metuit ac ueretur, non hercle ad currum Lydium pedes ingrediens, sed ad aurum purum. Refertur adagium a Diogeniano. Quidam ad Pelopen Lydium referunt, qui suo curru uicerit Oenomaum socerum, in quibus est Gregorius Nazianzenus, sic usurpans, ut dicat se tanto esse inferiorem eximius Basilij virtutibus, quantum pedes abest a Lydio curru. Effertur & ad huc, ut diximus, modum parameia, Παρὰ λυδίον αἶμα δίδωμι. id est, Præter Lydium currum currere, aut iuxta Lydium currum, ut pedes intelligatur certare cum Lydio curru uelocissimo, quod quidem certamen nimis inique comparatum videatur. Achilles apud Euripidem in Iphigenia Aulidensi, pedestri cursu certat cum quadriga, & vincit. Plutarchus in uita Nicias e Pindaro allegat, Οὐ γὰρ μὰ δία, inquit, παρὰ λυδίον αἶμα περὶ δὲ οὐχ ὑδίων, οὐκ ἔστι πίνδαρος, id est, Nō enim per Iouem iuxta Lydium currum pedes incedēs, ut inquit Pindarus. Herodotus libro primo tradit, olim Lydios præ ceteris equitatu ualuisse, nec aliter fere nisi ex equis pugnare.

Cinclus.

Κίχλοι, id est, Cincli, rusticano prouerbio dicebantur præter modum pauperes, quibus neque domus esset, neque quidquam quod suum possent dicere. Qualcm Catullus describit Furium, cui neque uillula fuerit, neque domus, neque arca. Cinclus enim auis quedam est imbecillis, atque inualida, ita ut non possit ipsa sibi proprium nidum parare, proinde oua nidus supponit alienis. Vnde & rustici uerterunt in adagionem, ut mendicos & erroneos Cinclos uocent. Auctor Aelianus libro De naturis animantium duodecimo. Quod genus homines Græci αἰσις vocant, hoc est, expertes penatium. Suidas tradit Cinclum auem esse maritimam, gracilem, nulloq. ferme corpore, cui peculiare sit clunium penas subinde mouere, unde & nomen additum σισσιον γινώσκω, nimirum ab agitatione caudæ. Eam prouerbio fecisse locum, quo Menander sit usus in Thaide,

Ἐταχότατος ἐν λιβυρίδῳ καὶ κίχλῳ. id est, Mendicior Leberide atque Cincalo.

Hinc κίχλῳ dici, pro eo quod est, commoueri, & ob strepere.

Quæ sub alis fiunt.

Αἱ ὑπὸ μάλης πράξεις, id est, Facta subalaria, Prouerbialis figura dixisse uidetur Plutarchus in commentario quod inscribitur, Quo pacto sit dignoscendus adulator ab amico: τῶν ἐν ἀποδείξει καὶ ἀποδείξει ἀποδείξει, ὡς τὰς ὑπὸ μάλης πράξεις ἀποδείξει, id est, Ad laborem & res honestas segnis, in his rebus quæ sub ala fiunt, nihil recusat. De adulatore loquitur, ad honesta officia tum pigro, tum inuili: ad uoluptaria ministeria prompto: uidelicet ad scortum cum fide adducendum, ad comparanda opsonia, ad instruendum conuiuium. Equidem opinamur, ob id adulationi sub alis sedem datam esse, quod hæ corporis partes titillatione præcipue sentiant, siue ob cuius tenuitatem, siue quod insolitus nobis earum contactus partium: siue quod is locus renulas habeat, quibus frietu calefactis, eiusmodi nascatur delectatio. Aristoteles sectione 35. Problemate 2. indicat, sub alis potissimum, ac sub pedum uestigiis fieri titillationem, coniectans in causa esse, uel quod ibi cutis sit mollior, uel quod contactus sit insolens, quod idem usque uenit in auribus. Quid autem aliud est adulatio, quam aurium pruritus quidam & gargarizatio? Vnde Lucianus in dialogo quodam Charontis, Menippi & Mercurij, philosophum quempiam omnibus exuens uitiis: οὐ γὰρ τὸ βραχύναι τὸν ὑπὸ μάλης ἔχει. τὴν δὲ μὲν περὶ καλὰ καὶ κακὰ, πρὸς τὰ βίῳ χρὴσιμὰ ὁρῶν αὐτὸν. id est, Vnum quiddam adhuc sub alis gestat, quod est omnium grauissimum. Quid nā Menippe? Adulationem Mercuri, quæ illi plurimum attulit emolumenti in uita: nisi si quis malit ὑπὸ μάλης, ita dictum, ut alibi Lucianus dixit, ὅτι κόλας, sub sinu, significans cum Veneris usum, qui non vacat turpitudine. Nam oscula, quæq. supra sinum fiunt, utcumq. cum honestate possunt coherere. ceterum infra asinum ἔδωκε ὕγις.

Simul forbere & flare difficile.

TRANIO seruus apud Plautum in Mostellaria, obiurgatus est ab hero, quod non maturius redisset: cum ille se aliubi fuisse diceret, nec simul apud herum esse potuisse, & illud quod iussus fuerat, peragere: Si uoles, inquit, verbum hoc cogitare, simul flare forbereq., haud factu facile est. Commode uitemur hoc adagio, si quando significabimus, negotia quæpiam id genus esse, ut pariter ab iisdem tractari non queant. Veluti si quis conetur simul & litteris & voluptatibus vacare: simul amoribus & parsimonie indulgere: simul uxori studijsq. satisfacere: Quemadmodum fieri non potest, ut quis eodem in tempore sorbeat, hausto spiritu, & flet, emisso halitu. Affine uidetur huic adagio illud Phocionis ad Antipatrum: Οὐ δύνασαι μοι καὶ φίλος χρῆσθαι, καὶ κάλας. id est, Non potes me simul & adulate vti, et amico. Ad hæc Seneca ille, qui falso Seneca inscribitur:

Amare & sapere, uix deo conceditur. Quodq. ait Terentium imitatus Horatius,

-Nihil

-Nihil plus explicet, ac si

Insanire paret certa ratione, modoq.

Mar. Tullius Philippica 11. Duas tamen res magnas præsertim, non modo agere uno tempore, sed ne cogitādo quidem explicare quisquam potest.

Manum admoventi fortuna
est imploranda.

Τὸ χεῖρ ποτιφθόνη δὲ τὴν τύχην ἐκκαλεῖται, id est, Manum admoventi fortuna inuocanda est. Admonet ad agendum, ita fidendum esse diuino auxilio, ut nihilo segnius, quantum in nobis est, etiam ipsi nostra adnitamur industria: alioqui non audituros superos inertium ac desidiorum nota.

Plutarchus in Apophthegmatis Lacedæmonicis, refert apud eam gentem deos deasq. omnes hastatos fingi solere: Veneremur etiam ipsam armis indutam, tamquam ne illi quidem otium agant, sed bellicis studiis exercentur: Addunt, inquit, & prouerbum,

Τὸ χεῖρ ποτιφθόνη τὴν τύχην καλεῖται. id est, Manum admoventi sunt uocanda numina.

Aeschylus apud Stobæum,

Φιλί δὲ πρὸ κάμνοντι σὺ πῶδ' ἐν βίῳ. id est,

Huic qui laborat, numen adesse assolet.

In eandem sententiam Pindarus in nemeis, Πρὸς ἀκρόν ἀρετῆς ἔλθον οἱ πόνον ἰγδύσαντο, σὺν βίῳ δὲ τύχῃ, id est, Ad summum uirtutis apicem perueniunt, qui guerrarum labores, non autem sine dei fortuna. Proinde nec ita fidendum industriae, ut diuinam opem negligamus: nec ita rursus pendendum ab illa, ut nostrum prætermittamus officium. Alluisse uidetur huc Aeschylus in Persis,

Εὐὼ δὲ πρὸ

Διὶ μακρὸν χρόνον τὰ δ' ἄνθρωποι ἐκ πλῶν τῶν βίῳ, Ἀλλ' ὅταν πῶδ' τις αὐτὸς, λ' ἢ βίῳ σὺν καὶ πῶδ' ἴδῃ, id est,

Plurimo iam tempore a deis

Optaueram hæc ut dextra conficerent mihi. at

Vbi vigilas ipse, dum quoque admovent manum.

Refertur ex eodem:

Φιλί δὲ πρὸ κάμνοντι σὺ πῶδ' ἐν βίῳ. id est,

Adesse gaudet sed laboranti deus.

Nonnulli, quorum est Suidas, adagium nis originem ad apologum referunt. Rusticus quidam cum plaustrum hareret in lama, otiosus inuocabat Herculem. At ille adstans, Admoue, inquit, manum rotæ, ac stimula boves, itaq. deum inuoca.

Τὸ χεῖρ ποτιφθόνη τὴν βίον καλεῖται.

Quam quisque norit artem, in
hac se exercent.

M. TULLIUS Tusculanarum questionum libro primo: Sed hinc quidem quamuis eruditus sit, sicut est, hæc magistro concedat Aristoteli, canere ipse doceat. Bene enim illo prouerbio Græcorum præcipitur,

Quam quisque norit artem, in hac se exercent,

Hætenus Cicero. Est autem senarius iambicus, admonens, ut quarum rerum sumus periti, in his duntaxat disputandis tractandisq. versemur: quarum vero sumus rudes, eas doctioribus concedamus, neque professionem alienam nobis iudicemus, neque in messem

alienam mittamus falcem, neque sutores ultra crepidam iudicemus. Apud A. Gellium Plato ex Euripide citat, sed in sensum non nihil diuersum a Ciceroniano, nempe suo quocumq. vitæ instituto studioq. impense delectari, quod in eo se laudem aliquam assecuturum confidat. Accidit, inquit, illis illud Euripidis: Quæ in re clarus quisque est, ad eam properat, & dici partem illi plurimam impertit, in qua ipse se exuperet: contra, in qua stupidior ac nihili sit, inde effugit, eamq. contemnit. Porro versus quem Latine refert M. Tullius, est apud Aristophanem in fabula, cui titulus, σφῆκας: is est eiusmodi,

Ἐρδοί τινες ἰκασας ἰδὲ τὴν τέχνην.

Id est,

Quam quisque nouit artem, in hac se exercitet.

Quo quidem loco interpretes admonet inter proueria celebrari. Vsurpauit Stratonichus citharædus apud Athenæum libro 8. Qui musico cuiuspiam, qui prius fuerat holior, de harmonia cum ipso disputanti respondit, Ἐρδοί τινες ἰκασας ἰδὲ τὴν τέχνην. Quæque in additione Aldina legitur ἄδοι pro ἔρδοι. Ad hoc prouerbum alludit Horatius ita scribens:

Nauem agere, ignarus nauis, timet: abrotanū agro

Nō audet nisi qui didicit dare. Quod medicorū est,

Promittunt medici, tractant fabrilis fabri.

Scribimus indocti, doctiq. poemata passim.

Idem in epistola ad Villicum,

Quam scit uterq. libens censebo exerceat artem.

Huc pertinet illud Pindaricum, quod refert Plutarchus in commentario quem scripsit, ἡδὲ τις δὲ βέλτερος, ἢ φ' ἀσμάσιν ἢ ποσὶ, ὅς δ' ἀρετῇ βέδς, παρὰ νῶν δ' ἰδὲ τὴν τέχνην ἀλφίς. καὶ πρὸς δὲ βελδύοντι τὸν κῆρ, κῆρ δὲ τὰς ἐμὸν ἐξέρχεται. id est, Equus in quadrigis, in aratro bos. Nauem ocysime præuertitur Delphinus: apro eadem molienti inueniendus est canis laborum patiens. Videlicet significat unumquemq. adhibendum ad id quo ualet. Athenæus libro 8. Cum Ptolemæus cum Stratonico citharædo contentiosius disputaret de citharistica, ἴταρον ἰφῆς ἰνὸς βραχὺ σκαπτόν, ἴταρον δὲ πλεονέκτον, id est, Aliud est, inquit, rex sceptrum, aliud plectrum. Et apud Plinium libro trigesimo quinto, cap. decimo, Apelles Alexandro Magno in officina multa imperite dissenti de pictura, comiter suasis silentium, admonens illum rideri a pueris qui colores terebant.

Dedi malum & accepi.

DEDI MALVM & accepi. Beticum adagium est, quo licet uti, quoties eiusmodi permutatio videbitur facta, ut malum pro malo sit redditum & par pari relatum, veluti si quis improbum generum dedisset, ac nunc item improbam recepisset. Recensetur & explicatur a Plinio iuniore in Epistolis. Cæcilius, inquit, Classicus, homo sædus, & aperte malus, proconsulatum in ea parte non minus uiolenter quam sordide gesserat, eodem anno, quo in Africa Marius Priscus. Erat autem Priscus ex Betica, ex Africa Classicus: inde dictum Beticoriam (ut plerumq. dolor etiam venustos facit) non illepidum ferebatur: Dedi malum & accepi. Congruet & in eos qui liberos suos committunt malis præceptoribus, & recipiunt eos peiores quàm tradiderat. Rursum in eos qui laceffunt illos, unde grauius

γ

3

ladam

ludentur, quod usu venire tradunt iis qui in Aegypto venantur onagros. Nam animal laceffitum frequenter calcitrando lapides missos retorquet in iaculantes tanto impetu, ut pectora insequentium penetrant, aut caput fractis ossibus displodant. Unde et instrumento bellico nomen inditum, auctor Ammianus libro 23.

Carpit citius aliquis, quam imitabitur.

Μομῶσιν τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται.

id est,

Reprendet aliquis citius, atque imitabitur.

Senarius hic Apollodori pictoris operibus inscribi consuevit, qui primus umbrarum imitationem inuenit. Refertur ad hunc modum, μιμήσεται. τις βέλτερον ἢ μιμήσεται. Aptè dicitur de re quapiam artis absolutæ, atque inimitabili. Porro res egregias multo proclivius est carpere, quam æmulari. Ceterum est elegans προσωμαστικὴ in duabus vocibus Græcicis μιμήσεται, ἢ μιμήσεται, quæ cum sono minime distent, tamen res declarant longe diversissimas. Huc allusit Plin. libro 37. cap. 11. Imitati multi, æquavit nemo. Theognis in eandem sententiam,

Ὀμνῶμαι δὲ με ποῖοι ὁμοῖς κακοὶ καὶ ἐλάττω.

Μιμήσεται δ' ἐλάττω ἢ ἀσὶ πῶν δυνάται.

id est,

Carpunt me plures docti indoctique imitari

Nos indoctorum de grege nemo valet.

In foribus adesse.

Ἐν τοῖς βύρσοις, id est, In foribus adesse, dicitur allegoria proverbiali, quod in stat, iamque in proximo est. Plutarchus, Ἐν τῇ βύρσῳ ὄντως, id est, Cum febris in foribus adest.

Alia Lacon, alia asinus illius portat.

Ἄλλα μὲν λέκων λέγει, ἄλλα δὲ λακὼν ὄνος φέρει, id est, Alia quidem Lacon dicit, alia Laconis asinus portat. Effertur apud quosdam et ad hunc modum paræmia, ἄλλα μὲν λέκων λέγει, ἄλλα δὲ λακὼν ὄνος φέρει, id est, Alia Leucon, alia Leuconis asinus portat. In eos dicebatur quorum oratio dissentiret a factis. Natum aiunt ab huiusmodi quodam euentu. Agricola quispian nomine Leucon, solitus est utres melle plenos floreis obvoluere. Rogatus autem ab exafloribus uestigialium, quid nam portaret, ordeum se portare respondebat, videlicet quo minus pecunia persolueret. Sed cum euenisset aliquando, ut lapsus in terram asinus onus effudisset, accurrerunt exaflores, in reponendis sarcinis auxilio futuri. Verum ubi interim cognouissent, mel in utribus esse, non ordeum, Leuconem obtorto collo abduxerunt, tanquam qui se debito uestigiali fraudasset. Atque illud ridentes addiderunt, alia Leucon, alia portat asinus. Nam in nonnullis codicibus, dicit, non additur, atque ita nostra sententia dictum seftinius redditur. Ea vox postea uersa est in adagionem. Refertur a Zenodoto, et a Diogeniano.

Corpore effugere.

CORPORE effugere, est periculum iam imminens, ac pænepremens, arte quadam declinare. Translatum a gladiatoribus, ictum modico corporis flexu fallētibz. M. Tullius in Catilinam inuectione prima, Quot ego tuas petitiones ita coniectas, ut vitari posse non uide-

rentur, parua quadam declinatione, et, ut aiunt, corpore effugi. Hactenus Cicero. Itaque quoties aliquē discrimine quam minimo a periculo absuisse significabimus, corpore declinatum malum dicemus. Minus enim periclitantur, qui manibus, aut alio quopiam obiectu defenduntur: verum qui nudi telis obiecti, nihil habent quo se tucantur, nisi commodo corporis deflexu, idem in extremo periculo uersari videntur. Pænē diuersa figura dixit Catullus,

Contra nos tela ista tua euitamus amictu.

id est, Facile depellimus, non secus quam muscarum insultus.

De alieno ludis corio.

DE alieno corio ludere, proverbio dicuntur, qui securius agunt, sed alieno periculo. Sumpta allegoria uel a coriariis, uel ab Apologo quopiam, uel a seruis, qui si quid peccatum sit, tergo dant pœnas. Apuleius in Asino aureo lib. 7. Quod si quo modo ceteri latrones persenserint, non rursus recurre ad asinum, et rursus exitium mihi parabis. Reuera iudis de alieno corio. Verba sunt asini, puellam accusantis, quod eam prius illius culpa fuisset in discrimen adductus in fuga, nunc de nouo comitat, ut sit rursus fugiendum, idque suo potissimum periculo. Allusum est autem ad asini corium, quod mortuis detrahitur. Est simile quiddam et apud Plautum: De meo tergo degitur corium, id est, res mea sit periculo. Neque dissimile quod refert Festus, pro scapulis, id est, pro periculo plagarum. Non admodum abluat ab hac forma, quod Seneca iocatur in Declamationibus: Cicero patri de corio Cestii satisfacit. Nā is Cestius erat ex eorum numero, qui contemnebant Ciceronis ingenium, hic cum forte accumberet in eodem conuiuio cum Cicerone M. Tullij filio, qui tum Asiam obtinebat, et submonente quopiam e famulis, cogniti esset eum esse Cestium, cuius iudicio nihil sciret M. Tullius, illico sublatus e conuiuio, inussus est flagris cedi. Circumfertur apud nostratum vulgus non absimile huic proverbium, Ex alieno tergo lata secari lora. Quo quidem significant unumquemque minus esse parcum in alieno quam in suo. Tertullianus in libello De pallio, secus aliquanto usurpauit. Hoc soli Chamaleonti datum, quod vulgo dictum est, de suo corio ludere. Sentit Chamaleontem pro suo arbitrio vertere colorem cutis.

In herba esse.

VI speciem immaturam indicamus, ac longius adhuc abesse ut consequaris, in herba esse dicimus. Sumpta metaphorā a segetibus, teneris adhuc et herbescentibus, de quibus nihil adhuc certi sibi possit agricola polliceri, propterea quod plurimi casus solent incidere, qui non sinant cultorem optato potiri. Verum ubi iam demesam segetem in horrea conuexit tum demum utcumque tutum est bene sperare. Ouidius in epistola Helenæ ad Paridem,

Sed nimium pperas, et adhuc tua messis in herba est, Hæc mora sit uoto forsan amica tuo.

Persius in satyra sexta,

Emole, quid metuis occa, et seges altera in herba est. Cornelius Tacitus in dialogo De oratoribus, in herba dixit, pro eo quod est, momentaneum, moxque perituum,

rum, quia ante tempus decerptum. Agit illic de plausu qui datur poetis recitantibus sua carmina. Omnis, inquit, illa laus intra unum aut alterum diem, velut in herba vel flore precepta ad nullam certam & solidam pervenit frugem, nec aut amicitiam inde refert, aut clientelam, aut mansurum in animo cuiusquam beneficium, sed clamorem vagum & voces inanes & gaudium volucre.

In alieno foro litigare.

PROVERBIUM respicit hæc quoq. figura, In alieno foro litigare, pro eo quod est, in re nova, cuiq. nondum assueveris versari. Habent enim diuersas litium formulas, variisq. tractandarum causarum rationes, quarum qui rudis sit, is tanquam hospes in peregrina regione multa desideret necesse est. Martialis in præfatione libri duodecimi, Accipe ergo rationem, in qua hoc maximum & primum est, quod ciuitatis aures quibus assueueram, quæro, & videor mihi in alieno foro litigare.

In seditione vel Androclides belli ducem agit.

Εν τῇ διχασίῃ καὶ ἀνδροκλιδὸς πολέμοιοι. id est, Seditione orta dux est etiam Androclides.

Carmen Heroicum prouerbio celebratum, in homines contemptos & humiles, qui per occasionem aliquam incidentem, dignitatem sortiuntur. Quemadmodum in rerum tumultu nonnunquam infimi quidam pro tempore regnant. Refertur a Suida, Diogeniano, atq. ite a Plutarcho in vita Nicæ, & apud eundem in commentario περὶ φιλαδέλφειας. Effertur etiam ad hunc modum,

Εν τῇ διχασίῃ καὶ πᾶν κακὸν ἐμμερε τιμῆς. id est, Rebus turbatis vel pessimis est in honore.

Citat idem in comparatione Lysitri & Syllæ, nisi quod illic Aldina editio mendose habet, πᾶν καλὸν pro πᾶν κακόν. Rursus effertur hoc pacto,

Εν τῇ ἀντυχίῃ καὶ καθύπερθε ἐμμερε τιμῆς. id est, Fert rebus desperatis & cancer honorem.

Ad hanc sententiam pertinet & illud, Cræcis prouerbij vice celebratum,

Κατὰ τοὺς ὄφεις πῶς ἂν ἵκηται. id est, Mendicus etiam plurimum in loco potest.

Inter indoctos etiam Corydus sonat.

Εἰ μοῖσσι καὶ κέρως φέγγεται, id est, Inter amicos & Corydus sonat. Quadrabit in quosdam, qui apud idiotas audent sese velut eruditos venditare, inter doctos alioqui prorsus elingues, id quod citra metaphoram eleganter extulit Euripides in Hippolyto coronato,

Οἱ δὲ σοφοὶ
Φῶλοι, παρ' ὁ χλαμυδαῖοι ποιοῦσιν. id est, Apud eruditos qui nihil valent, apud Plebem imperitam præminent sacundia.

Corydus vilissimum auicula genus, minimeq. canorū, strepit tamen vnicunq. inter aues mutas, apud Iulianiam canens ferri nequaquam posset. Huc adscribendum arbitramur, quod, ut refert Athenæus lib. 6. non illepide dixit Philoxenus parasitus, cognomento Pter nocopis, in alterum parasitum nomine Corydum: cum enim incidisset sermo quod turdi magno emerentur,

præfente Corydo, de quo rumor erat obsceni obsequij. At ego, inquit, memini Corydum obolo fuisse æstimatum. Parasitis autem solent indi nomina cōtempnus. Quamquam hic Corydus narratur in diſſis fuisse lepidus. Corydum autem minime canorū esse testatur & Græcum epigramma, licet ἀδῶν,

Εἰ κύνες δύνεσαι κέρως δὲ πρὸς πλῆσιν ἄδῶν,

Τὸν μὲν δὲ ἱρίσαι σκάπιδας ἀδανίσιν,

Εἰ κύνες τίθισαι δὲ λίγυροι τῶν σῶν,

Ἰσα πῶν καὶ ἰγὼ παρὰ δὲ ἰσὶ δύνεσαι. id est,

Si corydus cygnum queat equiparare canendo,

Noctua concertet si philomela tibi,

Coccyx si iacet se voce anteire cicadam,

Tunc ego Palladio par potero esse meo.

Quæuis terra patria.

Πᾶσα γὰρ πατρίς id est, - Quæuis terra patria. Hemistichium est oraculi, quondam redditi Meleo Pelasgo, de victoria consulenti, cuius meminit & Mnesæas, teste Zenodoto, & Dionysius Chalcidensis. Admonet adagium, virum sapientem ac bonum, ubicunq. gentium vixerit, felicem esse. Vnde & Socrates interrogatus, cuiatis esset, κατὰ μὲν, id est, mundanum se esse respondit. Idem innuit Aristophanes in Pluto, cum ait,

Πατρίς γὰρ ἴσιν πᾶσι καὶ πρὸς τὴν τίς ἐστί. id est,

Illic enim patria est, ubi tibi sit bene.

Dicuntur hæc a Mercurio, cupiente vel celo relicto, in Chremyli iam diuitis adscisci familiam. Vsq. adeo credebat ibi demum esse patriam homini, ubicunq. feliciter ageret: illic exilium, ubi parum commodè viueret. Fertur hic quoq. versiculus prouerbialis,

Τίς γὰρ καλῶς πρὸς σὶ πασὶ γὰρ πατρίς. id est,

Solum omne patria prospere quicunq. agit.

Cicero Tusculanarum questionum libro quinto, significat esse dictum Teucris ex tragædia quapiam. Itaque ad omnem rationem, Teucris vox accommodari potest: patria est, ubicunq. est bene.

Odium Vatinianum.

ODIUM Vatinianum, pro capitali, ac vehementer acerbulo. Vatinianus, in quem acerrime M. Tullius inuectus est, in tantum odium populi Romani peruenerat, iam de reſſis illius flagitiis, ut in prouerbium ceſſerit, odium Vatinianum. Catullus, - Munere isto Odifsem te odio Vatiniano.

Odium nouercale.

CONSIMILI figura legimus, odium nouercale, propterea quod nouercis omnibus innatū sit fatale quoddam & irreconcilabile odiū in priuignos, id quod eleganter indicat epigramma Græcum, quod haud grauibimur adscribere. Fertur autem titulo Callimachi, nec illo quidem indignum auctore:

Στάλλω μητρὸς μικρὴν λίθον ἱερεὶ κέρως

Ὡς βίον ἀλάχθαι, καὶ τρέπον δόμους.

Ἡ δὲ πατρὶς κλισίῃσιν κατ' ἵκτανι πατρὶς πᾶσιν.

Φῶλι μὲν μητρὸς καὶ πατρὸς οἱ πρὸς νοῖ.

Quorum carminum elegantiam cum haud nesciremus nos non affecuturos, tamen quo possent intelligi, vnicunq. vertimus,

Exiguo lapidi puer addit ferta nouerca,

Τ 4 Mu-

Mutasse ut vitam, sic ratus ingenium.
At puerum extinguit tumulo hæc illapsa; nouerca
Priuigni exanimem vel tumultum fugit.

Euripides in *Alceſtide* :

Εχέρει γὰρ ἐπιέσσα μνηστὴρ τέκνοις
Τοις πατρὶσι, ἐχιδνὴς ἔδην ἡπιότερα.
Hoslis nouerca est ante natis liberis,
Nihilq. mitior nocente vipera.

Perdidisti vinum infusa aqua.

Απώλετο τὸν οἶνον ἐπιχέας ὕδωρ.

Vini liquorem perdidisti infusa aqua.

Verba sunt Polyphemi ex tragædia Aristij, cui titulus Cyclops, teste Chamæleonte in Satyris. Sic enim increpat Ulyſsem vinum aqua temperatam. Antiquitus merum bibeant, non sine noxa, donec Staphilius Sirrheni filius, ostendisset vinum aqua diluere. Nā huius hoc inuentum, teste Plinio libro 7. Dicitur in eos, qui in initio quædam recte faciunt: deinde quamuis leni de causa, benefacta malefactis subuertunt. Vlpianus apud Atheniensem in eum, qui βραχίονα dixerat pro καμάριον, idq. barbare, Σὺ δὲ ἡμῖν ἐκ γὰρ συνβόρεας ἔρεμα περιμένεις, ἀπολέσας τὸν οἶνον, ἐπιχέας ὕδωρ. id est, Tu vero nobis ex terra subulca vocabulum mercatus, perdidisti vinum infusa aqua. Cyclops enim ut barbarus ac temulentus (talem inducit etiam Homerus) sic existimat vinum aqua corrumpi, cum e diuerso sapiens iudicio reddatur melius ac salubrius. Vnde & Plato admonet, ut Bacchum temulentum deum Nymphis sobriis deabus temperemus. Idem docet epigramma Græcum Meleagri, id est huiusmodi,

Αἰνυμένη τοῖς βραχίονι, ὅτ' ἐκ πυρός ἤλαθ' ὁ κέρως
Νίψας, ὃ πρὶς πέρας ἄρτι καλῶμενον.

Τὸν ἐκαστὸν νόμον τὰς βραμίας φίλος, ὃν δύνει ἐργασ
Μίσσας, δὲ πρὶς πέρας καλῶμενον. id est,

Bacchus ut e flammis puer exilisset, in vndis
Tinxerunt Nymphæ sordidum adhuc cinere.
Hinc inunctus Nymphis est Bacchus gratus; at igne
Ardentem capies, hunc nisi miscueris.

Quāquam vinum largius dilutum illud habet noxa, quod in posterū diem grauius dolet caput qui biberit, quā si merum bibisset. Aristoteles id esse putat in causa, quod vinum per se crassius, accessione aquæ factum subtilius, citius penetrat angusta capitis foramina, meri noxam, cuius adhuc multam vim obtinet, eodem transmittens, præterea concoctum difficilius est.

Abiecit hastam. Rhipsaspis.

HASTAM abijcere dicitur utiq. prouerbiali figura, qui causæ suæ diffusus, abijcit animum, ac desinit contra conari. Cicero pro L. Murena, Vides ne tu illum tristem demissum? Iacet, diffidit, abiecit hastam. Græcis itē prouerbiali conuicio dicuntur ῥιψάσπει, ignaui ac timidi, quiq. in acie locum deserunt, ac clipeum abijciunt, quo probro notatus est Demosthenes. Lucianus in Ioue Tragædo, Καὶ δὴ λῶς ἐστὶν ἀπορρίψαν τὸν ἀσπίδα, id est, Ac plane videtur scutum abiecturas. Vsq. adeo vero probrosum habebatur antiquitus clipeum abijcere, ut Lacedæmonij Archilochum e finibus suis iusserint excedere, quod scripisset, satius esse clipeum abijcere, quā interire, teste Plutarcho in Apophthegmatis Laconicis. Id Archilochi distichon refertur ab

Aristophane in fabula, cui titulus, εἰρήνη, estq. huiusmodi,

Αἰδῶ μὲν σαίαν τις ἀρχαίῳ, ἢ παρὰ θάλασσαν

Εντὸς ἀμώμητον καὶ χαίροντα καὶ ἰδέσθον, id est,

Scuto aliquis gaudet Saion, ego quod bene pulchrum
Deserui nolens inter opaca rubi.

Interpres admonet, Saion esse Thraciæ populos, aduersus quos bellans Archilochus, fugerit abiecto clipeo. Cuius exemplum postea secutus est Demosthenes, ad dicendum quam pugnādam instructior. Notatur apud Aristophanē et Cleonymus hoc nomine, ut in Vespis,

Απὸ βαλε τὸν ἀσπίδα. id est, Abiecit clipeum.

Quin & Isocrates in oratione quam scripsit de Pace, declarat infames olim habitos qui vel ordinem deseruissent, vel clipeum abiecissent. Idem indicat Aeschines aduersus Timarchum, quod qui nō fuisset in bello, aut qui hastam abiecisset, ei non licebat in concione quidquam agere. Postremo Aristoteles libro Moralium 5. inter ea quæ lex vetat, commemorat τὸ μὴ λῆπειν τὸν τάξιν, μὴ δὲ φύγειν, οὐδὲ ῥίψει τὰ ὅπλα, id est, non deserere ordinem, non fugere, non abijcere arma. Et aliquanto post, agens de iniuriis, qui tamen πλῆθος, ἵνα dici non possint, quod nihil capiant inde lucri, exempli loco ponit τὸς ῥιψάστας ἀσπίδας διὰ δολίαν, id est, qui ob metum & ignauiam clipeos abiecerunt. Tale quiddam, opinamur, subindicat Horatius in Lyricis, cum ait,

Tecum Philippos & celerem fugam

Sensi, relicta non bene parmula.

Qu. Curtius lib. 3. Tum ceteri dissipantur metu, & quæ cuiq. patebat ad fugam via, erumpunt, arma iacientes quæ paullo ante ad tutelā corporum sumpserant: adeo pauor etiam auxilia formidabat. Est aliquoties apud Iul. Cæsarem, abiectis armis. Sed quo longius receditur a simplici sermone, hoc maior est adagij gratia: veluti si quis eum qui non reluctatur turpia suggerenti demoni, sed statim obsequitur, appellat Rhipsaspidem. Huius prouerbij facta nobis est antea mentio.

Mentuntur multa cantores.

ΜΟΛΛΑ ἡ δὲ δὸν τὰς ἀσπίδας, id est, Multa mentuntur cantores.

In eos quadrabit, qui ad gratiam loquuntur, & auribus blandiuntur. Inde ductum, quod cantores hoc modo spectantes, ut delectent ac placeant, pleraq. canunt in laudem auditorum falsa. Nihil enim veritate grauius, nihil assentatione suauius. Aristoteles libro τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ primo, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, πολλὰ ἡ δὲ δὸν τὰς ἀσπίδας, id est, Sed iuxta prouerbum, Multa mentuntur poeta. Est aut, nisi nos fallit memoria, hemistichium Homericum, de citharædis solitis in conuiuio canere. At hoc dictum quosdam usque adeo monet, ut prorsus ab omnibus omnium poetarum scriptis abstineant, non minima portione eruditionis.

Acciffare.

ΑΚΚΙΨΩ, id est, Acciffare, Græco prouerbio dicebatur, qui cum maxime cuperent accipere quippiam, tamen fite recusabant: qui mos hodie quoq. multis durat. Scribitur Acco mulierem fuisse quampiam notæ stultitiæ, quæ solita sit ad speculum cum imagine sua, perinde atq. cum alia muliere confabulari, ut hinc vulgo, quæ stultius aut ineptius aliquid agerent, acciffare dicerentur, & Accus

Et Accus nomine compellarentur. Apparet illud et moribus huius mulieris adfuisse, ut recusaret, quæ tamen cupiebat, unde et Accisimus fissa huiusmodi recusatio dicatur. M. Tull. ad Atticum lib. Epistolarum secundo, Hoc opinor, certi sumus perisse omnia: quid enim ἀκκισμός tam diu, id est, quid dissimulamus? Lucianus in libello De mercede seruientibus, Ο ἄκκισμός, ἀπὸ πέραις δ' ἔγω; id est, At ille accisans: Ausfer, inquit, ego ne abs te? Idem in Amorum lib. Παύλα δὲ πορνεύον ἀκκισμός, id est, Omni sublato accisino, id est, tergiuerfatione, Rursus in eodem sermone, Παύλα δὲ ἰσχυρὰ τὸν ἀδελφὸν ἀκκισμός, id est, Multus autem viris adest accisimus. Item Philemō apud Athenaeum lib. 13. Οὐκ ἴσ' ἔδδ' ἵς ἀκκισμός, ἔδδ' ἡρώς, id est, Nec ullus est Accisimus, aut nugatio. Plutarchus indicat, Acco et Alphito mulieres fuisse, per quas feminæ deterrent pueros a peccando. Usurpat hanc vocem et Plato in Gorgia, Αἱ ἀκκισαὶ ὡς καὶ ἡλικίαι.

Scythia accisans asinum.

Ἀκκισμοὶ σκύλας τὸν ἄσιν, id est, Accisans Scythia asinum. Aduersus eos qui verbis auersantur, quod re cupiunt. Id ad huiusmodi fabulam referunt: Quidam conspecto asini cadauere, Scythia cnida, qui forte aderat, dixit, En quod cenes. Ille primum aspernatus atq. abominatus, postea tamen apparauit, cenauitq. Ita ferme Suidas et Zenodotus. Hesychius secus effert, σκύλας ὄντος δῶπα, id est, Scythia asinum conuiuium, ut subaudias, repperit, si tamen hic locus apud Hesychium mendo vacat. Nam mutilum esse constat, et fortassis ὄντος dictum est pro vtili, sic tamen ut adlusum sit ad asinum.

Aut quinq. bibe, aut tres, aut ne quattuor.

ATHENEVS libro decimo de bibacitate disputans, scribit adagium huiusmodi vulgo fuisse celebratum, ἢ πέντε πίνει, ἢ τρεῖς, ἢ μὴ τίς ποτε, id est, Aut quinq. bibe, aut tres, aut ne quattuor. Prescribit modum diluendi vini. Hec autem temperatura maxime placebat antiquis, ut quinq. vini cyathis duo adderentur aqua, aut duo bus unus. Huius rei testem citat Ionem poetam, qui scripserit, vatem quendam Palamedis prædixisse Græcos nauigaturos, qui tres Cyathos ad vnum biberent. Item Nicocharem in Amymone, Χαίρει πέντε καὶ δύο, id est, Salue quinq. et duobus. Præterea Amypsia, ἔγω δὲ δίδωμι πέντε ἢ μὴ πέντε καὶ δύο, id est, Ego autem Bacchus omnibus vobis quinque et duo. Veris hac de re copiosius aliquando Plutarchus, τὸ συμποσιακῶν, Decade tertia, testans conuiuialibus cantuaculis celebratum fuisse, ἢ πέντε πίνει ἢ τρεῖς, ἢ μὴ τίς ποτε, ne quis temere Plauti verba commutet, nā apud hunc quoq. referuntur. Atq. in hanc rem iocatur Ariston, quemadmodum in musica Hemiolij proportio symphoniam reddit diapente, dupla symphoniam efficit, quæ dicitur Diatessaron, at eam quæ vocatur Diatessaron, symphoniam esse præter ceteras bebetem et obscurā, et epiritito constare. Idem et in bibendi harmonijs tres esse symphonias vini ad aquam, Diapente, διατερεῖς, et Diatessaron. Nam Diapente symphoniam ex Hemiolio consisti, si tres aquæ Cyathi duobus vini cyathis admisceantur. Quod si duobus admisceas duos,

dupli proportionem existere: Diatessaron harmonia fore, si tria vini cyathos tres aquæ cyathos addideris. atq. hic esse epiritito, quæ proportio pertineat ad tres magistratus in Prytane o sapientes ac sobrios, aut ad dialecticos, cum adductis superciliis de suis anxiiis argutiis disputant. Iam si duos vni admisceas, tonum nasci maxime turbulentum, et ut appellat ipse, ἀρεστέρα, Chordas mouentem non mouendas mentium. Propterea quod per hunc nec omnino sobrios esse licet, nec stultitiam inero immergere. Quod si duotribus addideris, harmoniam existere omnium maxime musicam, ut quæ somnos inuitet, tranquillitatem ac summam quietem inducat. His ita per iocum dictis, adiecit Plutarchi pater, priscos Ioui duas addidisse nutrices, Iten et Adrastiam, lunoni vnam, nempe Euboeam: Apollini duas, Alcebiā et Corythalam: Baccho vero plures, quod hunc deum oporteat, pluribus nympharum mensuris mansuefactum ac domitum, moderatiorem ac mitiorem reddere. Significat autem, vinum multa aqua diluendum Meminit huius adagij Plautus in Stichos, seruos compotantes inducens: Sed interim Stratege noster, cur hic cessat cantharus? Vide quot cyathos hos bibimus. Tot quot digiti sunt tibi in manu. Cantio est Græca,

Καὶ πέντε πίνει, καὶ τρεῖς πίνει, μὴ τίς ποτε.

Quāquam hic Plauti iocus non caret suspitione mendii. Quod autem prohibet Græca cantio, ne quattuor biberet, ad veterum superstitionem pertinet, qua creditum est, impares numeros ad omnia efficaciores esse, id quod Plinius intelligi putat in febribus dierum obseruatione Porro de quaternione vitato in poculis, idem libro 28. cap. 6. scribit ad hunc modum: Numerum quoq. quaternarium Democritus condito volumine, et quare quaterni cyathi, sextarii ve non essent potandi. Huc nimirum adlusit Horatius libro Odarum tertio:

Da lunæ propere noua,
Da noctis medice, da puer auguris
Murenæ tribus aut nouem,
Miscetur cyathis pocula commodis.
Qui Musas amat impares,
Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates. treis prohibet supra,
Rixarum metuens tangere gratia,
Nudis iuncta sororibus.

Item Ausonius,

Ter bibe, vel toties ternos, sic mystica lex est.

Id est, Aut tres cyathos, ad numerum Gratiarum: aut nouem, ad numerum Musarum.

Siculus mare.

Σικελὸς θάλασσα, id est, Siculus mare, subaudi prospexit. De his qui denno sollicitantur ad subeundum periculum. Natum aiunt a Siculo quodam, qui cum ficos nauis portans naufragium fecisset, ac deinde sedens in litore, mare placidum ac tranquillum videret, velut inuitans ad iterandum nauigationem, dixisse fertur, Οἱ δ' ὅτι καὶ, σικελὸς θάλασσα, id est, Noui quid velis, ficos vis. Recensetur ab omnibus ferme proverbiū Græcorum collectoribus.

Ficium

Ficum cupit.

Σύκον αἰτῶ, id est, Ficum petit. In eum dicebatur, qui cōmoditatis alicuius gratia blandiebatur. Inde natum tradunt, quod olim Athenienses agricolis blandiri soleant, ut ab illis ficos præcoquos acciperent, bene omnes ac precantes, ut in annum sequentem fici feliciter prouenirent. Rustici vero posteaquam senserunt ciuium blandiloquentiam eo spectare, ut ficos acciperent, in prouerbiū verterunt, ut commodissime adulantem, ficos petere dicerent. Aristophanes in Vespiis,
Σὺ δὲ νῦν σύκον μὲν αἰτῶ. id est,
Tu vero nunc ficos a me petis.

Longum valere iussit.

Μακρὰν χάριν φέρτας τῶν ἐν ταύτῃ τιμῶν, id est, Honoribus qui hic sunt, longum valere iussis. Ea figura quoties ad rem, non ad hominem refertur, haud dubie prouerbialis est. Rem igitur a qua nos abdicamus, ei renunciare dicimur, ac longum valere iubere. Sumpta metaphora ab ijs qui discedunt diutius absuturi, seu nunquam redituri. Est sepicule apud Lucianum, & itē apud alios. M. Tullius in epist. ad Attic. lib. 8. At ille ποῦ δὲ χάριν τῷ καλῷ dicens, contulit se Brundisium. Incertum utrum de philosopho quopiam loquatur, qui cum solitus esset multa præclara de honesto loqui, quod in ipso situm esset. postea veluti renunciāns philosophiæ, sibi consuluit: ut de Pompeio, qui Cæsarem fugit in Græciam, incolumitatis rationem habens potius quam dignitatis. Item Hippolytus; apud Euripidem.

Τὴν σὺν δὲ κύριν πόλιν ἐγὼ χάριν λέγω. id est,
Veneri tuæ multum valere renuncio.

Vsurpat Lucianus in Ioue Tragædo. Idem in Apologia ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προαγορῇ πᾶσι μακρὰν, interpretatur prouerbiū his quidem verbis, τὸ γὰρ μακρὰν χάριν, τὸ μακρὰν τι φέρτας δαλοῖ, id est, Hoc dictum longum valere, declarat nobis non amplius curæ futurū. M. Tull. Epistolariū familiarium libro 15. pro μακρὰν χάριν dixit, nuntium remittere. Virtuti, inquit, nuntium remisisti, delinitus illeccbris voluptatis. Eadem forma dicimur repudiare, aut renunciare, aut nuntium mittere ijs quæ spreta relinquimus, metaphora sumpta a solemnī more diuortij. Quo qui diuertebat, dicere solet, tua tibi habe. Sic enim Gaius libro vicesimo quarto, titulo secundo de diuortijs & repudijs, capite diuortium. In repudijs autem, id est, in renunciationibus cōprobata sunt hæc verba, Tuas res tibi habeto: itē hæc verba, tuas res tibi agito. His igitur verbis peragebatur diuortium in matrimonio. In sponsalibus autem, inquit, discutiendis, placuit renunciationem interuenire oportere, in quare hæc verba probata sunt: Conditione tua non utar. Ita Alcmena apud Plautum, Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas. Huc adludens Cicero in Antonium, Frugi factus est, inquit, illam suas res sibi habere iussit. Apud iureconsultos frequens est nuntium mittere, quod fit pariter in matrimonio atq. in sponsalibus, licet diuersa verborum formula, quemadmodum diximus. De rebus animi fiet iucundius, veluti si quis dicitur ab aulica vita alio studio recedere, de eo sic loquamur, Aulam suas sibi res habere iussit, philologiæ suas res sibi habere iussit.

Ficus ficus, ligonem ligonem vocat.

Τὰ σύκα σύκα, τὴν σκάρην σκάρην λέγω. id est,
Ficusq. ficus, ac ligonem nominans
Ligonem.

Senarius e comædijs Aristophanis in adagionem traductus. Quadrat in eum, qui simplici & rusticana utēs veritate, rem ut est narrat, nullis verborum ambagibus ac phaleris obuoluens. Sunt enim apud Rhetores figura quædam, quibus fit, ut turpia honeste, aspera molliter, superba modeste, mordacia blande dicatur. At qui crassiore sunt Minerva, rudius ac planius eloquuntur, suo quidque nomine signantes. Lucianus in Ioue tragædo, Εἰς δὲ τὸ κωμικὸς ἔστι, ἀγροικὸς εἰμι, τὴν σκάρην σκάρην λέγω, id est, Nam ego, quemadmodum ait Comicus, rusticanus sum, & ligonem ligonem appello. Rursum in præceptis historiæ conscribenda, vult scriptorem liberum & incorruptum esse, qui res, ut est gesta, narrans, ficus ficus appellet, ligonem ligonem. Inuenitur ad hunc quoq. modum, Τὰ σύκα σύκα λέγω, καὶ τὴν σκάρην σκάρην λέγω, id est, Ficus ficus uoco, panarium, panarium. Aristophanes in Nebulis,
Οὐκ ἂν ἀποδοῖν εἰδὲ δόλον ἂν εἴδην,
Ος τις καλῶσι, καὶ δοπον τὴν καὶ δοπον. id est,
Ego nec obolum cupiam persolverim,
Qui cardopum, tantum vocarit cardopam.

Cardops arca panaria. Ceterum poeta facit Socrate nugantem, qui contendat, non esse dicendum καὶ δοπον, quemadmodum dicebat Cleonymus, sed καὶ δοπον, ὡς καλῶσι, inquit, τὴν σωφραντικῶν.

Domesticus testis.

Οἰκὸς δὲ μαρτυρεῖ, id est, Domesticus testis. Vbi quis ipse sese laudat, quasi domi testem habeat, non aliunde adductum. Huic autem testium generi quā minima fides haberi solet, ac legibus ceu suspecti reiciuntur. Paulus Pandectarum lib. 2. titulo de testibus, capite penultimo: Testes quos accusator de domo produxerit, interrogari non placuit. Rursum Codic. lib. 4. eodem titulo: Etia iure ciuili domestici testinonij fides improbat. Lucianus in Ioue tragædo, Εἰς δὲ οἰκὸς δὲ μαρτυρεῖ φασιν, id est, Euge, domo adductus testis, ut dici solet. Huc adluisse videtur Seneca ad Lucillum, cum scribit in hunc modum, Exspecta me pusillum, & de domo fiet re muneratio: nisi quis malit illic dono legere. Sunt Græci scriptores, qui dicant hoc adagium conuenire in eos qui prius mētiti, postea verum cōstentur: veluti adæli cōscientia, quæ pectoris testis est. Sic Plutarch. τὴν οἰκὸς καλῶσι vocat, animi iudicium, quod non corrumpitur. Nec hinc multū abhorret quod est apud M. Tullium De oratore libro 2. Tertium vero illud, clamare contra quam deceat & quam possit, hominis est, ut tu Catule de quodam clamatore dixisti, stultitiæ suæ quā plurimos testes domestico præconio colligentis. Domesticum præconium appellauit, quod ipse suam stultitiā traduceret. Idem in eius libri principio: Quos tum ut pueri refutare domesticis testibus, patre & C. Aculeone propinquo nostro & L. Cicerone patruo solebamus. Hic simpliciter domesticos testes appellat, propinqua cognatione iunctos. Nihil autem magis domesticū esse potest quam sua cuiq. conscientia. Idem M. Tullius Cicero libro Epist. famil. 2. ad Caelium, cuius inquit,
Raras

Raras tuas. Mea vero officia ei non defuisse tu es testis, quoniam si καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ ὡς ἔστιν ὅτι opinor accidit Phania. Nam ita legendum suspicamus: tametsi nonnulli lacunam expleuerant his vocibus καμικὰς μάχας, nisi forte pro καμικὰς magis placet, οἰκιστὰς. Idem in oratione pro L. Flacco, Neq. in toto Aemonensium testimonio, siue hic confictum est ut apparet, siue missum domo est, ut dicitur, commouebor. Terentius, Ego hanc domi coniecturam facio.

Bæoticum ingehium.

ΒΟΕΟΤΙΛ. apud antiquos male audierunt vulgo, stoliditatis nomine, quemadmodum superius ostensum est. Unde quidquid insulsum esset ac stultum, id Bæoticum dicebatur. Lucianus in Ioue tragædo, ἀγροίκον τὸ τοῦ βροτοῦ καὶ τοῦ δεινῶς βοιωτικόν, id est, Istud quod dixisti prorsus agreste est, & vehementer Bæoticum. Inucnitur & βοιωτικὸς νόσος, id est, Bæoticum ingenium, pro stupido ac stolido. Horatius in Epistolis:

Bæotum in crasso iurares acre natum.

Plutarchus ipse Bæotus cum aliis aliquot locis, tum in commentario de carnium esu, scribit ab Atticis notatos Bæotos, tanquam brutos & stupidos, ac pingues: idq. propter edacitatem, quemadmodum alibi meminimus, quod ea gens magis studuit exercendis corporibus, quam animis excolendis. Unde teste Stephano, quidam putauerunt nomen regioni inditum. Idem citat Ephorum, qui scripserit Athenienses rei nauticæ fuisse studiosos. Thessalos equestres, Bæotos corporum exercitantis, Cyrenos curribus valuisse, Lacedæmonios circa leges fuisse diligentes.

Bæotica cantilena.

Βοιωτικὸς νόμος, id est, Bæotica cantio dicebatur, si quibus rebus initia tranquilla, ac prospera fuissent, posteriora turbulenta ac tristia. Unde Sophocles scripsit,

Ὅτ' αὖτις ἀδὴν τ' βοιωτικὸν νόμον. id est,

Ubi quis cecinerit cantionem Bæoticam.

Natum ex historia, nam Bæotij primum liberam ac pacatam agebant vitam, deinde mortuo Laio in varias calamitates inciderunt, ut illorum cantilena a lato initio in luctu desisse videatur. Citatur a Zenodoto. Aristophanes in Acharnensibus usurpare videtur pro catione rudi atq. indocta,

Δεξιθεὸς ἐστὶν ἄσπερος βοιωτικόν. id est,

Dexiheus intrat, qui canet Bæoticum.

Bæotica ænigmata.

Βοιωτικὰ ἀνιγμὰτα, id est, Bæotica ænigmata, dicebantur oblique atq. obscure dicta, quæq. perdifficile percipi possent. Sumptum a fabula Sphingis monstri Thebani. Ea proposuit Oedipo ænigma huiusmodi, Τετράπους, ὅπως καὶ πάλιν τρίπους, id est, Quadrupes, bipes, ac rursum tripes. Id Oedipus interpretatus est hominem esse, qui puer manibus quoq. pedum vice nititur: deinde confirmato gradu duobus pedibus se sustinet, donec ætas decrepita baculum, seu certum pedem addat. Extat epigramma Sphingis ænigma complectens ad hunc modum,

Ἐστὶ δὲ πῶς ἐπὶ γῆς καὶ τέτραπος, ὃ μὴ φάνη

καὶ τρίπος, ἀλλ' αὖτις δὲ φύλα μόνον, ὅας ὡς γὰρ

ἔργα τὰ κηρῶν, ἀλλ' αὖτις αἰετὸς καὶ κατὰ πῆντον.

Αἷ' ὅπου πλείστοιν ἐπιγόμενον ποσὶ βάλαν, Ἐνθα πάρος γούσιον ἀφ' αὐτοῦ τὸν πῆλιν αὐτῶν. id est, Est bipes in terris & quadrupes, haud eadē vox. Et tripes immutat speciem hoc ex omnibus unum. Quæcumq. in terris reptant, volat æthera circum, Perq. mare: ast ubi iam pedibus cōpluribus auctū Accelerat gressum, vietis tum maxima membris Segnitie ac torpor adest, minimumq. vigoris.

Hesiodus itaq. in secundo Georgicon libro, vetulum ac senio iam incurvum, tripedem hominem appellat.

Τότε δ' ἡ τρίποδι βοιωτῶ ἴσοι.

id est,

Tunc iam tripe di mortali similes.

Bouem in faucibus portat.

Βοῶν τὴν γνάθει φέρει.

id est,

In faucibus portat bouem.

In edacem olim dicebatur, ut indicant Zenodotus & Suidas. Natū uti coniicimus, vel a Theagene athleta Thasio, vel a Milone Crotoniata, quorum alter bouem solidum solus comedit, teste etiam Græco epigrammate, tum auctore Posidippo apud Athenæum: alter ut narrat apud eundem Theodorus Hieropolites, in Olympijs taurum quadrimum humeris sustulit, ac stadij spatium gestavit, eumq. eodem die solus comedit. Cuius rei meminit & Aulus Gellius in Noctibus Atticis.

Bæotis vaticinare.

Βοιωτικὸς μαντεῖος αἶψα, id est, Bæotis vaticinare. Abominantis est sermo, pinde ut dicimus, hostibus ista vaticinare.

-Capiti cane talia demens

Dardanio:

Et,

Hostium uxores, pueriq. cacos

Sentiant motus orientis austri, &

Aequoris nigri.

Et,

Hostibus eueniant conuiuia talia nostris.

Aptius autem dicitur in eum qui tristia vaticinatur, si quando precabimur, ut ea in ipsius caput recidant. Zenodotus ab euentu natum scribit, Heraclidem allegans auctorem. Olim, inquit, cum Thebani de belli euentu consulerent oraculum, vates quæ tum Dodonæ respōditabat, ait eos fore victores, si quid impie patrassent. Itaq. consultorum quidam arreptam Myrtilam, nam id mulieris fatidicæ nomen, in lebetem aqua calida feruentem, qui forte inibi aderat, iniicit. Sunt qui narrent, Bombum diuinum quendam Thebanis de belli successu sciscitantibus, respondisse futurum, ut quamplurimos vincerent, si prius quempiam e ducibus immolassent. At illos Bombum ipsam interemptum immolasse, atq. hinc ortum prouerbum.

Arietem emittit.

Ἀρεὴ προβάλλει, id est, Arietem obijcit. In rixæ pugnaq. cupidum dicebatur. Antiquitus enim bellum suscepturi facialem mittebant, qui arietem adductum in hostium fines immitteret: hoc significans pacto ciuitatem & agros illorum hostibus compascuos fore. Auctor Diogenianus.

Argenti fontes.

Ἀργύρες κελῶν λαλοῦσιν, i. Argenti fontes loquuntur. Hoc adagio notabantur ij qui stolidè quidē atq. indoctè, sed arroganter tamē & cōfidenter loquerentur, opibus uide licet suis freti. Vulgus n. diuini dylci, ut ait Horatius, fortuna

Fortuna ebrium, hoc quoque putat suis diuitiis deberi, ut quidquid dixerint, id pro tunc uelut eruditum omnes suscipiant et approbent. Quod notans Flaccus,

- Mea, inquit, contendere noli,
Stultitiam patiuntur opes. Item alibi,
Et quidquid uolet, hoc ueluti uirtute paratum,
Sperauit magna laudi fore.

Huc pertinet et mirus ille nequitiam inueniunt,
Fortuna quem nimium fouet, stultum facit.

Item illud ex Antiphane apud Stobaeum,
Ο δὲ πλεῖστος ἡμᾶς καθάπορ ἰατρὸς κακός,
Τυφλὸν βλεπόντας παραλαβὼν πάντας ποιεῖ. id est,
Opes enim nos sicuti medicus malus,
Ubi receperint reddunt videntes ilico caecos.

In eandem sententiam Menander in seipsum lugente:
Τυφλὸς ὁ πλεῖστος, καὶ τυφλὸν ἰμβλίποντας ἀεὶ ἰσχυροῖν. id est,

Caece diuitia, atque eos qui se intuentur, cecos reddunt.

Rursum illud eiusdem,

Υπερφανὴν πρὸ γυναικὸς λίαν τρυφήν,
Οὐ πλεῖστος ἐξοικλίζει τὸν κικτημένον
Εἰς ἴσθρον ἄλλος, ἐκ δὲ τοῦ περὶ αὐτὸν. id est,

Nimis insolens tum redditur lasciuia,
Quoties opes qui possidet, mores repens
Mutat in alienos pristinis contrarios.

Diximus alias, sanum habet in cornu. Felicitatis comes esse solet ferocia. Pindarus in Isthmiis hymno tertio, εἰς αὐτὸν ὁ τυχεύων, ἢ τὸν ὀφθαλμὸν αἰθέρα, ἢ δὴ πλοῦτα, κατὰ τὴν φύσιν αὐτῶν κέρει, αἰεὶ δὲ δολοῦντος ἀσὸν μιμνέται, id est, Si quis uir fortunatus fuit, uel in gloriosis certaminibus, uel in opulentia obtinet, ut aiunt, magnificam saturitatem, dignus qui laudibus cimum admisceatur. Quadrabit in eos quoque quorum oratio propter operum fiduciam plus satis libera atque audax uidebitur. Nam quemadmodum paupertas timiditatem adfert, itidem opulentia perperam, id est, loquendi confidentiam adducere solet.

Terram pro terra:

Γλῶ πρὸ γῆς ἐλαύνει δαί. Prouerbialis est figura in hominem exulem, erronem, et incertis vagantem sedibus. Aristophanes in Acharnensibus:

Καὶ διακινῶ γλῶ πρὸ γῆς. id est,
Terram ante terram persequi. Item alibi,
Εγὼ δὲ φεύγω γλῶ πρὸ γῆς φοβούμενος. id est,
Solum at ego fugiens praesolo trepidus metu.

Lucianus in Pseudomate, Αἰδὼν γλῶ πρὸ γῆς ἐλαύνει δαί, id est, Sed oportebat ad terram pro terra ueluti. Apud Latinos solum uertere dicuntur, qui exilij causa migrant alio. Alciphron in epistolis, Λιανῶσα ὁπότε γλῶ πρὸ γῆς φεύγει μᾶλλον, id est, Demigrans quo libet fugiam potius terram terra commutans. M. Tullius in epistolis ad Atticum, lib. 14. Hec et alia ferre non possum, itaque γλῶ πρὸ γῆς cogito, significat se de fugiendo cogitare.

Ne ad aures quidem scalpendas
otium est.

PROVERBIALIS est hyperbole, cum ne minimum quidem otij superesse significamus, dicimus nec tantillum vacui temporis esse, quod ad scalpendas aures sit satis. Lucianus in bis accusato, Οὐδ' ὅσον κινῶσθαι τὸ

εὐς φασί, ὅλην ἄγων, id est, Ac ne tantisper otiosus, ut aurem, sicut aiunt, scalpere uacet.

Citius in naui cadens a ligno exciderit.

Οἰσὶν αὐτὸς ἐκ πλοῖου περὶ ἀμαρτὴν εἶλε, id est, Citius alicui in nauigio cadenti lignum defuerit. Hyperbole prouerbialis, qua tantam ubique copiam significamus, ut quocumque te uertas occurrat quod quaeris. Etenim cum naui ipsa undique sit lignea, non potest non in lignum incidere, quisquis in ea cadit, Lucianus in bis accusato, Ὡς τι κατὰ τὴν περὶ αὐτῶν, ὁ δὲ πρὸς αὐτὸς πλοῖον ἀμαρτὴν εἶλε, ἢ οὐδ' αὖ ἀπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀπορῶσθαι φιλοσόφου, id est, Itaque iuxta prouerbum citius fiet, ut in naui lapsus, non incidat in lignum, quam ut quocumque aspexerit oculus philosophum desideret. Taxat Lucianus philosophorum turbam tantam, ut omnia ubique plena uideantur, nec liceat effugere.

Episcythizare.

Επισκυθίζω. Lacedaemoniorum adagio dicitur, pro eo quod est, uinum merum intemperantius bibere. Et Acheus in Acthione Satyrico σκυθίζω, sicut ut in quibusdam exemplaribus legitur, σκυθίζω, sicut ut in eo quod est, ἀκρατεῖν, hoc est, meracius bibere. Acheus naui libro decimo Dipnosophistarum, ex Herodoto et Chamelconte auctoribus refert Cleomenem regem Spartanum cum Scythiis agentem consuetudinem, et illorum ἀκρατεῖν, id est, meripotationem imitantem in insaniam uersum fuisse, quemadmodum interpretantur Spartani. Locus est apud Herodotum lib. 6. cui titulus fecit Erato, addens hinc natum apud eosdem Spartanos uulgare dictum, ut si quando uelint ἡμεῖς τὸν πίνον, hoc est, intemperantius bibere, dicant, ἐπισκυθίζω, hoc est, nimium infundito aqua, pro eo quod dicendum erat, ἐπιφύσσω, id est, infunde aquam. Apud eundem libro undecimo, Hieronymus Rhodius docet, σκυθίζω dictum pro μεῖσσω, et Athenaeus dubitat num a Scythiis Scyphus, id est poculi genus, habeat nomen, ut σκυφός dictum sit quasi σκυθός. Nam uocem sic immutatam ostendit apud auctores extare. Quin et illud addit, Lacedaemonios cum sentirent barbaros Asiaticos omnia dolis agere, uice Thimbronis eo legasse Dercyllidam, quod is nihil haberet synceritatis Laconicae, sed ingenium subdolum ac ferum, existimantes huic non possedari uerba, quem ob id σκυθόν appellauerunt Lacedaemonij, quasi σκυφόν. Scythiae autem et Thraces ἀκρατεῖν πίνω uocantur, id est, meribibi: unde plerumque conuiuia illorum sanguinolenta sunt et tumultuosa. Apud eundem Anacreon, ἀκρατεῖν πίνω, σκυθικὸν πίνω appellat, quod Callimachus uerbo composito dixit ἡμεῖς τὸν πίνω: quemadmodum eleganter apud Athenaeum libro decimo dixit Sophocles,

Τὸ πρὸς βίαν πίνειν
Ἰσὸν κακὸν πίνουσι τῷ δὲ αὖ βίαν. id est,
Cogi ad bibendum non minus graue est malum,
Quam si quis acrem perpeti cogat sitim.

Commode defleat licet ad cuiusvis rei intemperantem et immodicum usum.

Vinum caret clauo.

ATHENAEVS eodem libro de potationibus disserens, huiusmodi prouerbum eleganter uulgo dici solere scribit, τὸ εἶναι ἐκ ἡμεῶν πινδύλια, id est, non habere clauum, propterea

pterea quod ebrietas nihil consulte, neq. moderate, vel dicit, vel facit. Obruitur enim ratio, quæ clavi vice sobrios moderatur ac gubernat. Huc pertinet Ovidianum illud:

Nox & amor, vinumq. nihil moderabile suadent.
Illa pudore vacat, Liber Amorq. metu.

Non illepidum est quod apud Atheniensem lib. 11. refert Xenophon, apud Persas fuisse vetitum, ne περὶ χοίρας inferrent in convivium: id apparet fuisse vasculi genus, quo vinum e cratere ministri effunderent in Cyathum: id factum est, ne supra modum bibentes, & animi & corporis viribus defluerentur: & addit eum morem adhuc apud illos servari: nec enim inferri prochoidas, sed nihilo secius tantum illos bibere ὡς ἀπὸ τοῦ ποτηρίου, i. pro eo quod non inferuntur prochoides, ipsi efferuntur, postea quæ non amplius possunt exire saltates. Itaq. vinolentia nullis minus ignoscenda est quæ qui Rei publicæ clauum moderatur, hoc est, regibus, & magistratibus. Nec vinum nec somnus cōuenit assidentibus clauo: sed interdum nulli magis indiget vino somnoq.

Vinum senem etiam vel nolentem,
saltare compellit.

At rursus ibidem hoc item carmen proverbio iactatum scribit:

Οἱ νότοι αἰῶνα κέρναι καὶ ἐκ τοῦ νότου χορεύουσιν. id est,
Vina senem, ut nolit, cogunt ductare choreas.
Admonet nihil esse tam ineptum, neq. tam alienum, ad quod non incitet ebrietas. Subiicit & aliud carmen non dissimilis sententiæ,

Οἱ νότοι φρονέοντες ἐκ χορεύουσιν καὶ ἐκ νότου. id est,
Insanire facit sanos quoq. copia vini.
Idem libro quarto Dipnosophistarum adducit proverbium ex Eripho quodam comædiarum scriptore:

Λόγος ὅς ἐστιν ἀπὸ χορεύουσιν καὶ ἐκ νότου.
Οἱ νότοι αἰῶνα κέρναι καὶ ἐκ τοῦ νότου χορεύουσιν. id est,
Recte vetusto dicitur proverbio,
Quod vina senibus persuadent o pateri,
Vti velint nolint, choreas ducitent.

Huc pertinet illud Platonis libro de legibus primo, Οὐ μόνον ἀλλ' οἱ αἰῶνα κέρναι καὶ ἐκ τοῦ νότου χορεύουσιν. Itaq. ut videtur, non solum senex fuerit bis puer, verum etiam temulentus. Item Horatius:
Quod me Lucanæ iuuenem commendet amica.

Ranis vinum præministras.

Βυτράχοις οἶνον, id est, Ranis vinum infundis. In eum dicebatur, qui id ministraret, quo nihil esset opus ei cui exhiberetur: veluti si quis apud indoctos multa de philosophia differat. Ranis enim nihil opus vino, aqua palustri magis gaudentibus. Explicatur adagium a Zenodoto, Suida, Diogeniano. Pherocrates apud Athenæum in Coriāno, Εἰς τὴν κόρακα, βυτράχοις οἶνον, id est, Abi in malam rem, ranis pocillari te oportuit. obiurgat enim pincernā, quod quattuor vini cyathis duos infuderit aque. Unde licet coniicere, proverbium in hos quoq. conuenire, qui vinum immodica diluunt aqua, ita ut aquam, non vinum bibere videantur ramatam vinum.

Ouo prognatus eodem.

Fortassis simpliciter dictum est ab Horatio,
Ouo prognatus eodem.

Quandoquidem ad fabulam respicit Leda, quæ gravida ex Ione in cygnum conuerso, ouum peperit, unde gemini prognati Castor & Pollux. Id ouum Pausanias in Laconicis refert, ostendi apud Lacedæmonios suspensum tenuis a testudine templi. Verum si quis hoc dictum despectat ad ipsos natos parentibus, aut ab eodem eruditos præceptore: aut ita consimilibus ingenijs, ut eodem ouo nati videri possint, nihil æque fuerit proverbiale: veluti si dicas, Vultus, ingenium, mores, facta, ac prorsus omnia sic huic cum hoc conueniunt, ut iures eodem prognatos ouo. Aristoteles libro De generatione animalium quinto, ostendit id iuxta naturam fieri, ut ex eodem ouo duo pulli nascantur: & quidem perfecti, si vitelli membrana dirimantur. Idem si cohæreant & confundantur, satum ædi monstrosum.

De curru delapsus.

Εξ αμαξίας, i. De curru delapsus. In hodiernum quoq. vulgo durat adagium, in eum qui oblitus propositi alio se transfert: aut qui in sententia labascit, ut de curru delapsu dicatur, quemadmodum ab asino delapsus. Aristophanes in Ranis,

Εξ αμαξίας, id est,
Animus a curru decidens, hoc est, aberrans ab instituto. Natum apparet a fabula Phaethontis, quem ferunt curru excussum. Siquidem animus velut auriga corporis est, & corpus ceu uehiculum. Est & apud Platonem de animabus e celo delapsis, quod curribus suis essent excussæ.

Numerus.

HOMINES nullius bonæ rei, numerus proverbio dictum, etiam idiotis horum temporum. Aristophanes in Nebulis, - Οὐ πῶς λῆθι

Αριθμός, πρόβατον ἄλλως νυν αὖ μάλιστ' ἀμφοτέρω.

Horatius,

Nos numerus sumus, & fruges consunere nati. Translatum videri potest a calculis, ad nihil aliud vtilibus nisi ad numerum. Anacharsis, Plutarcho teste, taxavit Athenienses, qui nummis ad rationem duntaxat vterentur. Quamquam magis arridet, ut ita numerus dicatur, quemadmodum dicunt ἰσόστοι ἀχέος ἀσπυράς, & οἱ τὴν πόλιν, i. vnus e plebe. Ita Flaccus, At si mi paullo infirmior, vnus multorum, etiam Græcam exprimens figuram. Et Seneca lib. 1. Epistola 10. Iste homo non est vnus e populo. Insignes nominantur. Qui nihil habent insigne, turba sunt, & numerantur tantum. Unde Flaccus, Nos numerus sumus. Et Vergilius, Cadit & sine nomine vulgus.

Summis vti velis.

Αχρεὶς χρηδῶν τοῖς ἰσίοις, i. Summis uti velis, Prouerbiali metaphorâ dicitur, qui maximo conatu adnituntur, atq. incumbunt: aut qui omnem captant occasionem. Mutuo sumptum a nautis, quibus mos est velum in altum tollere, quo currant celerius. Aristophanes in Ranis,

Αχρεὶς χρηδῶν τοῖς ἰσίοις, id est,
Vtens supremis catbas.

2

Pindarus

Pindarus in Nemeis hymno quinto, ἄλκιον ἄνδρα, ἄνδρα δ' ἰσὶα τινος περὶς (ὅστις καὶ ἄλκιος, id est, Da vocem, sursum autem tende vela ad summum antennæ iugū. Ut cuiq. res sunt secundæ aut aduersæ, ita velum in altum tollitur,

Summum cape, & medium habebis.

Ἀκρον λαβὲ, καὶ μέσον ἔχε, id est,

Summa cape, & medio potieris.

Hemistichium carminis Heroici: ubi quid obscurius & perplexius dictum significabant, admonentes rem attentius expendendam, hoc prouerbio consueverunt uti. Zenodotus hinc natum tradit: Aeginetis patria pulsus, de quaerenda sede consulentibus oraculum, responsum est hoc enigmate, ἄκρον λαβὲ, καὶ μέσον ἔχε. atq. illos cacumine quodam montis occupato, circa medium incoluisse. Potest & in hanc accommodari sententiam, ut admoneamur ad res summas & egregias eniti, sic enim futurum, ut ad mediocritatem perueniamus. Summumq. animo deslinandum, ut saltem modicis potiamur.

Iniquum petendum, ut æquum feras.

Hic affine quod retēset Quintilianus Institutionum oratoriarum lib. 4. Nec omnino sine ratione est, quod uulgo dicitur, Iniquum petendum, ut æquum feras. A negotiatoribus dictum videri potest, qui callide merces longē minoris licentur, & multo plus indicant quā pro dignitate, quo precium saltem æquum accipiant. Non fugit hæc sententia Syrum illum Terentianum in Adelphis, cum Sannionem lenonem assu tractans, postulat ut puellam Aeschino dimidio precij tradat, atq. hac arte efficit, ut leno sortem solidam percipide & rogans etiam accipiat. Iactatur & vulgo verbum huiusmodi, Qui annititur ut aīream quadrigam sibi comparet, unam certe rotam assequetur. & quidem arbiramur huc adluisse Senecā libro De beneficiis septimo, Quæ, inquit, ideo petimus ultra modum, ut ad verum suum redeant: Cum dicimus, meminisse non debet, hoc volumus intelligi, prædicare non debet, nec iactare, nec grauis esse. Pulchre Seneca depinxit naturam hyperboles.

Ad ambas vsque aures.

Μίχρη ἄμφω τὶς ἰδὼν, id est, Vsq. ad aures ambas impleri dicuntur, qui supra modum ingurgitant sese. Sumpta metaphora a vasculis, ad ansas vsque impletis. Extat apud Suidam.

Seruilis capillus.

Ἀνδραποδῶν τριχὰ ἐπὶ δεικνύειν, id est, Seruilem capillū præ se ferre dicuntur, qui agrestibus, & inelegantibus sunt moribus. Inde ductū, quod Athenis serui manumittendi capitis pilos deradebant. Plato scribit in Alcibiade, quosdam seruiles pilos in animo gestare, indostos & stupidos significans. Citantur apud Suidā hæc ex auctore quodam, πολλὰν συνελγυμένην αἰδρῶν δὲ τὰ πόδια καὶ τὰς αἰχρὰς, ἃ δ' ἐπὶ τῷ ἀνδραποδῶν τριχὰ φασι ἐπὶ δεικνύειν, id est, Multis collectis viris, neq. compositis affectibus, sed qui seruile, ut aiunt, capillum adhuc præ se ferrens. Plinius libro undecimo, capite trigesimo septima, rem prodigiosam tradit, homines quosdam hirsuto corde nasci. Pliniana verba sunt hæc, Hirto corde gigni quosdam homines

produnt, nec alios fortiores esse industria, sicut Aristomenē Messeniū, qui trecentos occidit Lacedæmonios, ipse conuulneratus & captus, semel per cauernā lato mariū euasit, angustos vulpium aditus secutus: iterum captus sopitis custodibus somno, ad ignē aduolutus lora cū corpore exussit. Tercio capto, Lacedæmonij corpus disseuere caussa vidēdi, hirsutiq. cor repertū est.

Amyris insanit.

Ἀμυρὶς μαινέται. Insanit Amyris. Allegoria prouerbialis, quarecte utemur, ubi quis sub insanie prætextu rebus suis consulit. Aut ubi quis solus periculum prospiciens, in tempore sibi canet, creditur interim vulgo desipere: deinde rerum euentus docet illum unum sapiuisse. Ut hæc sit vox uelut opprobrii socordiam iis qui sibi non prospexerint mature: neq. sapere ceperint, nisi acceptio uulnere. Zenodotus ab historia natum ait huiusmodi: cum Sybaritæ florere opibus, quendam Delphos emandarunt, qui de rerum suarum successu sciscitaretur oraculum. Responsum est, euertendam Sybaritarum fortunam, ubi plus honoris habere cōpassent hominibus quam diis. Euenit deinde ut seruus a domino uapulans, nequidquam ad deorum aras cōfugisset, post ad heri monumentum confugiens, libera retur a plagis, ut alibi dictum est. Quod simul atque conspexisset Amyris, collectis rebus suis, in Peloponnesum demigravit, reliquis interim Sybaritis hominē uelut insanum ridentibus. Postea idem ob fidē iam miraculo fuit, & prouerbio locum fecit. Citatur ab Eustathio in secundo Iliados libro: citatur autem ex Pausania rhetorico dicti nario. Addit quosdam Thamyrim hunc appellare, quosdam Amyrim, abiectione ibita. Solet autem more hominum euenire, ut nati tum demum habeatur fides atque laudetur, posteaquam ipsis iam premimur malis. Proinde Cassandra in tragædia quapiam loquitur ad hunc modum, citante Plutarcho:

Καὶ πρὸς πάντων, καὶ κακῶς καὶ καλῶς
Σοφὴ κέλευμαι, πρὶν πάντων δὲ μέναι· μὲναι. id est,
Sapiensq. dicor, his malum qui sentiunt.
Porro antequam illud sentiant, insano.

Sophocles, Laudiceni.

Quia ad ostentationem dicebant aut recitabant, uulgato conuicio Sophocles & Laudiceni dicebantur: adagium natum, ut apparet, etate Plinij minoris, cuius uerba paullo altius repetemus, quo planius prouerbij sententiā intelligere liceat. Nā in epistola quadam adolescentium quorundam ridiculam, in agendis causis arrogantiā & ambitionem taxans, sic ait, At hercule ante memoriā meā, ita maiores nati solent dicere, ne nobilissimis quidem adolescentibus locus erat, nisi aliquo consulari producente. Tāta ueneratione pulcherrimum munus colebatur. Nunc refractis pudoris & reuerentiæ claustris omnia patent omnibus, nec inducuntur, sed irrumpunt. Sequuntur auditores actoribus similes, conducti & redempti mancipēs. Conuenitur a conductis & redemptis in media basilica, ubi tam palatralia sportula, quā in triclinio dantur. Ex iudicio in iudicium pari mercede transiit. Inde iam non inurbane, σφοδραὶς ἀπὸ τῶν σφοδρῶς καλῶν, uocatur. Iisdē Latini nomē impositū est, Laudiceni. Hæc enī Plinius. Utroq. uerbo notatur, qui sacundi dici malebāt & iuderi quā esse.

esse. Sophocles enim Græce dicitur ἀπὸ τῆς σοφίας καὶ κλῆρος. At illi dedita opera, perperā interpretabantur ἀπὸ τῆς σοφίας καλῆς δῶν, id est, ab eo quod sapientes vocarentur. In hoc igitur est adlusio festiua ad poetā tragicum nomen, in Laudiceni vocabulo ad gentis nomen adluditur.

Quot seruos habemus, totidem habemus hostes.

MACROBIUS in cenis Saturnalibus, Vnde putas arrogantissimum illud manasse prouerbiū quod iactatur, Totidem nobis hostes esse quot seruos? Non habemus illos hostes, sed facimus. Meminit & Seneca epistola quadragesima septima, cuius verba sublegisse videtur Macrobius, ut est omnium auctoriū vere fuscus. Admonet adagium, ne quid fidamus illis, ne ve ex animo nobis amicos arbitremur, qui nos metu colūt. Admonet idem Plato libro de Legibus sexto, propterea quod seruorum animus nequaquam integer sit, sed mentis dimidium ijs ademerit Iupiter, Homero teste, quos seruituti fecit obnoxios. Verus autem amor, libertatis est alumnus. Odit vero quisquis metuit. Vnde genitum quoddam odium insitum videtur seruis in dominos. Verba Platonis sunt hæc, Οὐδὲ γὰρ ὅστις δέ τινος δουλῆς, ὁ δὲ γὰρ πῶς αὐτοῖς τὸν νόμον κειμήμιον, ὁ δὲ σοφώτατος τῶν πατρῶν φύσις. Huiusmodi γὰρ τὸν νόμον ἀπομύθετα ἐνυπόπτους. Αὐτοῖς, οὗτοι αἱ δὲ κατὰ δούλιον ἔμπερ ἔλαττον. Nihil enim integrum, neque sanum habet animus seruilis. Nam nihil oportet credere his, hominem qui sepiat. Siquidem poeta doctissimus ait, Dimidio mentis depriuat Iupiter illos. Seruitis quoscumque viros fors ceperit nunquam. Ad hunc modum referuntur a Platone. Ceterum aliter habentur apud Homerū Odysseæ, vnde hunc in modum,

Ἡμεῖς γὰρ τ' ἀρετῆς ἀποστενύμεν ἐνυπόπτους
Αὐτοῖς, οὗτοι αἱ δὲ κατὰ δούλιον ἔμπερ ἔλαττον.

Asinius Capito apud Festum Pompeium, nam is quoque prouerbiū facit mentionem, existimat hominum errore perperam fuisse pronuntiatum, propterea quod verisimilius sit, sic esse dictū initio. Quot hostes, tot serui. Quod capti victi que ad seruitutem adducebantur, vnde etiam dicta mancipia.

Vocatus atque non vocatus deus aderit.

ORACVLVM olim Lacedæmonius redditum abijt in prouerbiū, Καλούμενος καὶ κακῶς εἶδος παρέρω, id est, Vocatus & innocatus deus aderit. Vtus erit, ubi quid significabimus etiam non accersitum, neque curatum, tamē euenturum, velimus nolimus, puta senectū, mortē, malefactorū penā. Horatius huc adlusit in Odis,

Nec satelles Orci
Callidum Promethea
Renexit, auro captus, hic superbum
Tantalum, atque Tantalū
Genus coercet, hic leuare functum
Pauperem laboribus,
Vocatus atque non vocatus audit.

Fortassis respexit huc & Teren. in Eunuchis, ut vocato mihi atque innocato sit locus semper.

Influit quod exhauritur.

Επιέρει τὸ ἔξαυτλούμενον, id est, Adfluit quod exhauritur. Vbi quis frustra sumit opera in re quapiam. Lucianus in Scythiis, Επέρει κατὰ τὴν παροιμίαν τὴν περὶ μα. ἔξαυτλούμενον, ἔς τὸ ἀμπελινὴν τὴν δακτυλίδαν πίεας, id est, influit, iuxta prouerbiū, negotium dum exhauritur, ac diuersim quiddam accidit atque in Danaidum dolio; De philosophiæ studio loquitur, in quo quantumlibet opera sumpseris, nunquam tamen deest quod te laboribus exerceat, & labor laborem ferit & iuxta Sophoclem,

Πόνος πόνον πόνον φέρει. Id est,

Labore laborem fert labor.

Zenodotus carmen prouerbiale recenset huiusmodi,

Ἀλλὰ μὴ ἔξαυτλούμενος ἴδ' ἐνέσσει. Id est,

Exhaustus quidem illam, ac influit altera.

Sumptum a nautis, navi pertusa frustra sentinam exhaurientibus, tantum humoris accipientibus fissuris, quantum ab illis educitur. Videtur ad hanc paræmiā adlusisse Plato libro de legibus septimo, Τὸ δὲ πᾶν ἀνέμειναι τὸ ἐπέρειν, id est, Quid igitur multum augmentum cum affluat. Quam sane locū adducit Athenæus libro Diphosophistῶ quinto, Κατὰ γὰρ οὐ τὸν δὲ τὸν πλάτωνα. Ἐπέρει δὲ καὶ ἀνέμειναι τοιοῦτων μερόνων. Siquidem iuxta ipsam iam Platonem affluit mihi turba talium Gorgonum. Seneca libro De ira secundo, Numquid ille cuius nauigium, multa undique laxatis compagibus aquam trahit, vultis ipsi nauigio irasci? Occurrit potius & aliā excludit vim, deinde aliā egerit, manifesta foramina præcludit, latentibus & ex occulto sentinam ducentibus labore continuo resistit: nec ideo intermittit, quia quantum exhaustum est subnascitur. Apud Athenæum libro quarto, cum in conuiuio post lentem rursus aliter coëta lens apponeretur, quidam adludens ad prouerbiū ait, Καὶ τὸν μὴ ἔξαυτλούμενον, ἴδ' ἐνέσσει, id est, Exhauseramus lentem, ac influit altera.

Non dissidet ab illo, τὸ ἀνέμειναι τὸν μερόν.

Tibicinis vitam viuus.

Αὐτὸς βίωσις, id est, Tibicinis vitam viuus. In eum iactabatur, qui laute quidem, sed alieno viueret sumptu. Tibicines. n. quoniam in sacris olim adhibebantur, adesse solent & in cenis illis pontificalibus, id que immunes. De hoc hominū genere, ni fallimur, senit Aristoteles, querens in problematis, quamobrem πρυττανιστῆς, id est, Artifices Bacchanales, vix unquam bonæ frugis esse consueuerint. Reddit aut triplicem rationem. Siue quod necessariis artibus magnā vitæ partem occupati, non dant operam philosophiæ præceptis. Siue quod assidue in deliciis ac uoluptatibus vitā agūt. Siue quod egestas etiam ipsa ad vitia propellit. Problema refertur a Gellio, lib. Noctium Atticarum 20. De tibicibus, qui Roma Tibur secesserant, narrat T. Liuius primæ decadis lib. 9. Posteaquam perpelli nequibant, inquit, consilio haud abhorrente ab ingeniis hominum, eos aggrediuntur. Die festo alij alios, per speciem celebrandam cantu epularum inuitant: & vino, cuius auidum ferme genus est, oneratos sopiunt, atque in plaustro somno victos coniiciunt ac Romam deportant. Nec prius sensere, quam plaustri in foro relictis, plenos crapula lux eos reliquit. Refertur a Digeniano

Z 2 geniano

geniano et Suida. Musice vivere dixit Plautus, pro eo quod est voluptuariam & otiosam agere vitam. Huc respexit Terentius, Vide otium & cibum quid faciat alienus. Item Alexis apud Athenaeum in Commo-rientibus:

Οὐτὼ τί τ' ἀλλότρι' ἰδίῳ, ἰσχυρόν. id est,
Vsq̄ adeo dulce est deuorare, non tua.

Et illud apud eundem Theopompi,

Εὐριπίδης τὰ ἐῖς ἐν κακῷ ἔχει.

Τὰ ἄλλ' αὖτε διὰ τὴν τὸν καλὸν ἰσχυρόν.

Sane eleganter dixit hoc Euripides,

Felicem cum esse, aliena qui usq̄ cenitet.

Scytharum oratio.

SCYTHARUM feritas, apud Græcos in prouerbum co-
sit, ut quidquid agreste, quidquid barbarum ac scium
intelligi uellent, id Scythicum appellarent. Est apud Lu-
cianum cum aliis aliquot locis, tum in meretricio dia-
logo Chelidoni & Drosæ, τὸ μὲν ἀλλότριον σκυθικόν
ἔστι, id est, Reliqua quidem Scytharum oratio, sentit
in calce litterarum fuisse quiddam mitius dictum, reli-
qua nihil præ se ferre humanitatis. Quidam inde natū
existimant quod Scythæ Dar'o regi nihil aliud respon-
derint, quam κλάιν', id est, ut ploraret: quæ quidem
ipsa etiam vox in prouerbum abiit, ut plorare iubea-
mus, quos contempnimus. Aelianus in epistolis, Ἐσθ'
τοῖς τοῖσιν, ἢ ἀπὸ σκυθῶν λυγροτέρῃ, ἀπὸ κρείσσε, αὐτῇ, ἔχον
μακάριον καὶ φρονῶν, καὶ μισῶν τὰ τῶν ἀλλότριων γένη, id
est. Itaq̄. Scytharum, sicuti vocant, responsum hoc ti-
bi sit, Ego insanio & supio, & odi mortaliū genus.
Diogenes Laertius in vitis philosophorum putat hoc
prouerbum natū esse ab Antagoridæ, asperitate.
Nam & Scythæ natū inter celebres Philosophos ha-
bitus est Athenis. Sed uero proximiū est quod refert
Athenæus libro duodecimo. Scythas olim apibus ac
delicijs florentes in tantam uenisse feraciam, ut quo-
scunq̄. populos adissent, summas nares uiris amputa-
rent, horum mulieres Thracum uxoribus corpora su-
bulis pingerent, deniq̄. cunctis sub illorum dominatu
lacrymosa fuerit seruitus, ut in posteros deriuatum
sit prouerbiū, ἢ ἀπὸ σκυθῶν ἔστι, ἢ. Scythica iussio siue
præscriptio, & ἀπὸ σκυθῶν dicatur serro casariē am-
putare, quod præter Athenæū indicat & Stephanus.
deniq̄. σκυθῶν & σκυθῶν ὅς pro toruo, tristi, austero
ac truculento, ab eius gētis moribus dictū uidetur, &
σκυθῶν ἰρασκι, quod ea gens sit supra modum iracūda.

Accipit & glebam erro.

Δίχεται καὶ βῶλον ἀλήτης.

id est,

Accipit & glebam erro.

Hemistichii carminis heroici, dici solitum in eos, qui
nihil grauantur aut aspernantur: sed quidquid datur,
quantūlibet pusillum, id boni consulunt. Neq̄. intempe-
stiuē dicitur etiam in illos, qui rerum inopia laboran-
tes, quiduis undecunq̄. libenter accipiunt, donec ad for-
tunam commodiorem emergant. Originem adagionis
ad huiusmodi casum referunt. Aletes quidam Corin-
tho pulsus, adhortante oraculo tentauit, si posset in pa-
triam redire. Atq̄. interim rustico cuiusdam factus ob-
uius, cibum medicauit. Ille, ludibrij causa, glebam ex
agro sublatam porrexit. Aletes eam tanquam felix
omen accipiens, effatus est:

Δίχεται καὶ βῶλον ἀλήτης.

Huius Aletæ mentionem facit et in Corinthiacis Pau-
sanias. Plutarchus in Problematibus haud omnino
dissimilem historiam recenset, unde prouerbiū ortū
videri queat. Emanes, inquit, post sedes iam sapius aliū
de alio transmutatas, tandem in agrum Inacho uici-
num descenderunt, quem id temporis Inachienfes &
Achei obtinebant. Oraculum autem proditum erat, si
in agrum eos recepissent, futurum, ut ueteres incolæ
pellerentur: noni uero si quid a uolētibus accepissent.
agrum retinerent. Temo quidam igitur inter Emanes
uir solers & cautus, sumpta pera, mendici habitu ad
Inachienfes accessit. Ibi cum per risum & contumeliā
rex mendicanti cibum, cespitem dedisset, in perā co-
necit, ac uelut eo contentus, statim e conspectu se sub-
duxit: nec præterea quidquam rogauit. Seniores tū rei
nouitate, tum oraculi recollectione submoti, rege
adito censant hominem neuiquam esse negligendum,
nec e manibus omittendum. Quod ubi sensisset ille, fu-
ga sibi consuluit, notaq̄. protinus Hecatombe, et Apol-
line inuocato, surtim abiit. Postea congressi prælio,
Emanes pulsus Acheis & Inachienfibus, illorū agros
occupauerunt. Hæc ferme Plutarchus. Itaq̄. competet
in illis quoq̄, qui magnum quiddam molientes, quid-
uis & patiuntur & faciunt, ut uoti sui compotes ali-
quando fiant.

Stentore clamorior.

PROVERBIALIS hyperbole. Stētorē clamorior.

Ἰνδὲ καλῶς.

Stentora uincere possit.

Stētorē a fabula Stentoris: cuius meminit Homerus Ilia-
dos 1, eiq̄. ferream, hoc est, inuictam attribuit uocē,

Στῆτορι ἰνδὲ καλῶς μετὰ κλητοῖς χαλκίφθοισι.

Ἐσθ' αὖτε αὐτῷ σασχ' ὅσον ἀλλοῖς περ τῶν κλητοῖς. id est,

Stentoris in specie ualidi, cui ferrea uox, qui

Quinquaginta alios æquans clamore, sonoq̄.

Greci μετὰ κλητοῖς appellant.

Optimum aliena insania frui.

OPTIMUM aliena insania frui. Plinius Secundus Na-
turalis historia lib. 18, cap. quinto, nominatim prouer-
bij loco citat, Eodem, inquit, pertinet, quod agricola
uendacem oportere esse dixit, fundum in adolescen-
tia donferendum sine cunctatione, edificandum non
nisi consito agro, tunc quoq̄. cunctanter. Optimum est,
ut uulgo dixere, aliena insania frui: sed ita ut nullarum
tutela non sit oneri. Hactenus Plinius. Idem totidem
uerbis refertur a Plinio iuniore in epistolis de Reguli
stultitia loquente, hominis ridicule ambitiosi, sed tamē
ad excitanda studia non inidonei. Admonet adagium,
ut ex aliorum erratis ipsi cautiore efficiamur, & alie-
nis periculis reddamur prudentiores: & aliorum desi-
pientia nobis sapiendi præbeat occasionem. Vulgo ia-
ctatus uersus est in eandem sententiam:

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Cicero in epistola quadam, bellum esse scripsit, ex alio-
rum erratis suam uitam in melius instituere. Plautus
item, Feliciter sapit, qui alieno periculo sapit. Extat et
huiusmodi quidam mimus Publilianus, uti conijcimus,

Ex uitio alterius sapiens emendat suum.

Et Demea Terentianus in hec ex aliis exemplum cape-
re. Potest et in hunc accipi sensum, ut is dicatur aliena
frui insania, qui alienis fruitur malis, ipse in tuto cōsi-
stens.

stēs. Nulla enim voluptas minoris constat, neque ulla solet esse iucundior. Sumptum videri potest proverbium ex Sophoclis tragedia, cui titulus, *Ajax flagellifer*. Apud quem *Aiace* per insaniam gloriantem, quod hostes iustuisset, cum scivisset in pecudes, *Pallas Vlysses* ad hoc spectaculum inuitat his verbis,

Οὐκ ἐν γὰρ ὁδῷ εἰς ἡχέας κλῆρ. id est,
Ridere de hoste risus est suavisissimus.

Ingens telum necessitas.

INGENS telum necessitas. De re incuitabili. *Liuius* prima decadis libro quarto, Necessitate quæ ultimum ac maximum telum est. superiores estis. *M. Tullius* lib. de amicitia, Nec vero negligenda est fama, nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium. Titur eodem adagio quodam in loco *Plinius* antitheticus. Est aliquoties apud *Liuium*, Hinc rei aliud inuenietur telum. Et eam rem hoc telo maxime parabant, ut pro consilio, rationeque ac via gerendi negotij capi videatur, fortassis sumpta metaphora a venantibus, qui telo appetunt, quod capere volunt. Unde et certa dicuntur tela, consilia quæ nunquam fallunt.

Aduersum necessitatem ne dii quidem resistunt.

Ανάγκη δὲ εἶσι μάχονται, id est, Necessitati ne dii quidem resistunt. Hac sententia *Simonidi* tribuitur: sumpta est ex *Homero*. Refertur duobus locis a *Platone*, libris de legibus septimo et quinto, ἡ δὲ ἀνάγκη δὲ τοῦ διὸν πρῶτον παρομιμασμένος ὡς ταῦτ' ἀποβλέψας ἡ πόλις, ὡς δὲ διὰς ἀνάγκης μὴ πρὸς φανὴ μάχουσαν, id est, Sed apparet cum qui primum adiungit deum proverbio, hoc spectasse cum dicit, quod ne deus quidem unquam visus est cum fato pugnare. Idem in coniugio, ἡ δὲ πόλις ἀνὰ τοῖς ἐνοῖς ἐδύκετο, ὡς δὲ ἡ πόλις τῇ ἀνάγκῃ βασίλειαν, id est, Multa vero et acerba diis acciderunt, ut dicitur, ob necessitatis regnum. Item lib. de legibus quinto scribit, τὴν ἀνάγκην δὲ τοῦ εἶδός βιάσθαι, id est, Ne deos quidem cogere posse necessitate. *T. Liuius*, Pareatur necessitati, quam ne dii quidem superant. *Palladius*, Necessitas feris carce, *Euripides* in *Helena*,
Δῖος δὲ ἰσὶν ἐκ ἐμὸς, σαρπὼν δ' ἐπεσ.
Διὸς ἀνάγκης δὲ ἰσὶν ἐμὸς πλῆν, id est,
Namq. illud est sapientium dictum, haud meum.
Nihil necessitate dira fortius.
Extat apud *Græcos* versus proverbialis,
ὑπὸ τῇ ἀνάγκῃ πᾶντα φέρει τὰ πύχνα, id est,
In servitutem cuncta agit necessitas.
Euripides in *Hecuba*,
Στρεφὲς ἀνάγκη, id est,
Rigida namque necessitas.

Horatius,
Sisigit adamantinios.
Summis verticibus dira necessitas. *Clauos*.
Poeta Necessitatem deam faciunt, *Parcarum* matres, quæ et ipsæ ineluctabiles atque inexorabiles vocantur. Hanc necessitatem philosophi fatum appellant, quæ est æterna rerum series, necessario coherentium, cui veluti cedens *Iupiter* apud *Maronem*,
Fata, inquit, viam inuenient.
Et tragicus quidam apud *Senecam*,
Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.

Squillas a sepulchro vellat.

Σκίλλας ἀπὸ σήματος τίλλει, id est, Squillas a sepulchro vellere iulebantur, qui parum sana mentis esse videntur. Hac enim herba malum hoc expiabat antiquitus. *Theocritus* in *Encolicis*,

Σκίλλας ἰδὲν γράσας ἀπὸ σήματος τίλλει, i. i. Squillas ab anis quam primum velle sepulchro.

Inruit, illum, quod in certamine canendi superatus sit, adeo iracunde ferre, ut periculum sit, ne vertatur in insaniam. Et alter simile quiddam refert,

Εὐδαν τὸν κυκλάμιον θρουσένιν εἰς τὰ ἀλγύτα, id est,

Hinc abiens fluuiio infodias *Cyclaminon* *Halenti*. *Dioscorides* lib. 2. demonstrat, *Cyclaminon* Romanis dici rapum, efficacem detrahendo e capite phlegmati. Atq. inter cetera eius remedia hoc quoque commemorat, succum illius melli admixtum inferi naribus, ac lanam hoc imbutam digito imponi, ad purgandam capitis pituitam. Huius radicem dissectam reponi, asserunt. Atq. non secus ac squilla. Deniq. contusam et in pastillos redactam, valere aduersus ueneficia, quæ *Græci* philtæ vocant.

Iucundi acti labores.

IVCUNDI acti labores. *M. Tullius* libro De finibus bonorum et malorum secundo: Quid si etiam iucunda memoria preteritorum malorum, ut proverbium nonnulla veriora sint, quam vestra dogmata: vulgo enim dicitur, Iucundi acti labores. Ex ipsa hominum natura sumptum adagium est. n. hoc instum omnibus, ut incunda cuique sit anteactorum malorum aut periculorum cura recordatio, commemoratioque, præsertim insignium fatalium, et quæ cum turpitudine coniuncta non sint, veluti bellorum, naufragiorum, atq. id genus discriminum. Unde dictum est ab *Horatio*:

Gaudet ubi vertice raso.

Garrula securi narrare periculante.

Hoc proverbium ortum ab *Homero* seu fonte, a diuersis deinde scriptoribus varie est usurpatum. Extat autem apud hunc *Odyssæ* libro decimoquinto:

Νῶϊ δ' ἐν κλισίῃ τῆσσι τε δαίνοισι καὶ τε
Κυβιστὶν ἀλλὰ καὶ τὰς πόδας ἔχοντες ἄλλοις
Μεωσέμεν, μετὰ δ' οὐ καὶ ἄλλοι τὸς παῖδας ἔχοντες.
Ος τις δ' ἀμείβετο καὶ παῖδας καὶ παρὰ ἱππῶν. id est,

At nos in seculis videntes atq. bibentes

Tristibus inter nos recreamus pectora satis,

Commemorando etenim fit, ut postgaudeat actis,

Aspera quisquis multa tulit per multa vagans.

Citatur et locus hic, et proverbium ab *Aristotele* *Rhetoricorum* libro 1. ubi commemorat, quæ cuique natura vel iucunda sint, vel molesta. *Vergilius* *Homæ* rum annulatus:

Forfan et hæc olim meminisse iuvabit.

Item in tragedia *Seneca*:

Quod fuit durum pati, meminisse dulce est.

Circumfertur *Græcis* et huiusmodi trimeter proverbialis.

Ὡς ἰδὲ τοῖς θογαῖσι μνησθαι πόδας, id est,

Memoria dulcis iam peracti olim mali.

Cicero videtur indicare sumptum ex *Euripide*, Nec male, inquit, *Euripides*. concludam si potero Latine.

Græcum enim hunc versum nostis omnes.

Z 3 Suavis

Suavis est laborum praeceptorum memoria.
Constat versus, si pro suavis legas suavis, nisi malis pri-
scorum more elidere, aut quod est commodissimum,
omittere verbum est, nisi manus subicere post labo-
rum.

Aulædus sit, qui citharædus esse
non possit.

M. TULLIUS in oratione pro Murena, comparisonem fa-
ciens iureconsultorum & oratorum, Itaq. mihi pleriq.
videntur, inquit, initio hoc multo maluisse, post cum id
assequi non potuissent, isthuc potissimum sunt delapsi.
Et aiunt in Græcis artificibus eos aulædos esse, qui ci-
thara di fieri nō potuerint: sic nonnullos videmus, qui
oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris studium
deuenire. Haftenus Cicero. Recte dicitur in eos, qui
maluit in multo inferiore ordine alicuius haberi momē-
ti, quā inter excellentes negligi. Quēadmodum Iulius
Cæsar maluit in frigido oppidulo primus esse, quam Ro-
mæ secundus. Nec male quadrabit in eos, qui despe-
ratione meliorum ad humilia sese conferunt.

Colophonem addidit.

Τὸν κολοφῶνα ἰπέθηκεν, id est, Colophonem addidit. Dicitur
consuevit, cum summa manus rei cuiusdam imponitur:
aut cum accedit id, sine quo negotium confici non po-
test. Origine adagionis indicat Strabo lib. Geographiæ
suæ 14. scribens Colophonios olim cum naualibus co-
pys abundasse, tum equestribus usque adeo præcelluisse,
ut ubicumq. gentium bellum gereretur quod confici
non posset, Colophoniorum equitum auxilio profugia-
retur. Atq. inde vulgo natum prouerbiū, κολοφῶνα
ἰπέθηκεν, id est, Colophonem addidit. Refertur a Dio-
geniano prouerbiū. Indicauit & Festus Pompeius,
scribens colophonem dici solere, cum aliquid finitum
significaretur, tametsi locū eū arbitramur non vacare
mendo. In eum sensum usus est Plato De legibus 2.
Επὶ τοῖνυν τῷ μέλει χάρις τὸν κολοφῶνα πρῶτον ἐπέθεκεν, i.
Itaq. de usu temulentiae primum colophonem impona-
mus, etiamsi apud Platonem legimus χάρις, præcessit
enim de chorea mentio. Ac mox, οὗτος ὡς ἐνὶ μῦθῳ, εἰ
εὐδαίμων, κολοφῶνα ὡς τῷ ποδὶ οἷος λόγῳ ἐπέθεκεν εἰρήδῳ.
Hic nobis hospites, si vobis idē videtur, Colophō sermo-
ni de vino habito dictus esto. Idem in epistola ad Dio-
nysium tertia, τὸν κολοφῶνα ὡς θαυμάσιος τῶς ὑπαχίσι-
σιν ἀπὸ πάσης κακίας τὸν ἐπέθηκεν, id est, Colophonem
vir præclare, pollicitis omnibus maxime iuuenilem im-
posuisti. Rursus in Theæteto, ὡς ὡς τοῖς τοῖς κολοφῶ-
να ἀναγκάσει, προσβιάζειν τὴν χερσὶν σφραῖ. i. Et ad hæc
adigo Colophonem, vi compellens auream illam cate-
nam. Sentit enim Socrates Homerum per auream ca-
tenā significasse solem, cuius motu seruantur omnia;
protinus interitura, si steterit. Præcipuum igitur argu-
mentum quo probet quiete corrumpi. vniuersa, motu
seruari, appellat Colophonem. Item Aristides in The-
mistocle: καὶ πῶς κολοφῶνα τὴν λέγῃ, id est, Atque hic
orationis summa. Plutarchus in libello De musica, idē
metu silus prope clāmitat illius non esse: Τούτῃς τῇς
σὺν ἁρμόνιᾳ δὲ δασκαλὸς κολοφῶνα ἵπτεται τῇς μουσικῆς
λόγῳ πεποιµέναι, id est, Hos versus bonæ præceptor Co-
lophonem eorum, quæ de musica disputata sunt, feci.
Idem in libello De prudentia animalium dixit, κολοφῶνα

ἵνα δὲ κορυφὴν ὁ λόγος ἐπιτίθῃ ἑαυτῷ παύσεται, id est, Vt
aut ratio sibi fastigium imponens finem faciat. Grego-
rius Theologus in libello de fuga sua, εἰμι ὅς ἐστιν αὐτῶν
ἔσθῃ τὸν κολοφῶνα τῆς λέγῃ, i. Iam enim venio ad ipsius
sermonis Colophonem. Sunt qui admoneant, prouer-
biū usurpari de extremis malis. Hesychius admonet,
Colophonem interdum dici graculum, quod, ut opina-
mur, sumis adiū fastigijs aus ea soleat imponi, velut
admonens iuxta cornicem Hesiodiam, ut homines sibi
componant nidos, neq. enim semper fore æstatem. La-
tinis item dictum est, apicem imponere. M. Tullius in
Catone maiore: Apex autem senectutis est auctoritas.
Reliqua pete a prouerbio quod alibi retulimus, Colo-
phonis suffragium. Coronidem addere diximus alibi.

Nullum otium seruis.

Οὐχ ὅτι δούλοισι, id est, Nō otium seruis. Refertur ab Ari-
stotele lib. Politicorum septimo. Sumptum a seruorum
condicione, quibus heri nullum concedunt otium: immo
paullo plus etiam imponunt operæ, quam illi præstare
possint: ut quam sunt in dimenso parci, tam sint in ope-
rarum pensis liberales. Dicitur in eos, quibus propter
obnoxiam ministris sordidioribus conditionem, non
vacat honestis disciplinis operam dare. Nam artes li-
berales hinc dicuntur, quod iis ingenui incumbere:
ὑποτάξις quibus & otium & res suppetebat. Accom-
modabitur huiusmodi in scite & in improbos, quo-
rum ingenium ita vitis occupatur, ut non possint egre-
gias artes perdiscere. Nihil enim occupatius seruitute.
Nulla autem seruitus grauior, quam si quis vitis
seruiat. Maxime cū is plurimos habeat dominos, eosq.
plurimum inter se dissidentes: & ob id neuiquam ea-
dem imperantes. Etenim si quando segnitie iubet in
medios dormire dies; auaritia contra iubet, prima lu-
ce adesse in portu: cum tēnēitas indicit parsimonia,
amor iubet profundere. Solus itaq. sapiens & liber
est, & in otio uiuit.

Titanas imploras.

Τὸν Τίτανα κἀκεῖ, id est, Titanas inuocas. Vbi quis suis dis-
fisis viribus, alienam implorat auxilium. Sumptum a
gigantum fabula, in qua Iupiter suo timens Olympo,
Titanas in auxilium arcessiuit. Id quod prouerbiā
quodq. metaphora Latini veteres quiritari dicebant,
auctore Nonio Marcello: Tractum a more Romanorum,
qui vi oppressi Quirites inuocabant. Sic n. appellant ci-
ues Romanos. Refertur adagium a Diogeniano. Epi-
dior fiet allegoria, si longius a simplici figura recedat.

Homo bulla.

Ὁ μὲν δὲ ἄνθρωπος, id est, Homo bulla. Prouerbiū hoc
admonet, humana vita nihil esse fragilius, nihil fugā-
cius, nihil inanius. Est enim bulla tumor ille inanis,
qui visitur in aquis: momento temporis exarscens si-
mul & euanescent. M. Terentius Varro in præfatio-
ne, quam scripsit in libros De agricultura, Cogitans,
inquit, esse properandum, quod si, ut dicitur, homo est
bulla, eo magis & senex, & annus enim, & flos annus
admonet me, ut facinus colligam, antequam profici-
scar e vita. Lucianus item in Charonte, inquit, ho-
minum bullis huiusmodi similes facit: quarum alie si-
mul atq. nata sunt, protinus euanescent, alie paulo diu-
tius

alios terra uicinos. Omnium tamen hanc eandem esse sortem, ut simul atque inexorabilis Atropos, pollice si lum secuerit, illico decidat is qui pendebat. Nec ullum esse discrimen, nisi quod maiore tumultu decidit is qui pendebat altius. Rides, & hos lusus esse, iocosq. poeticos existimas? Lusus quidem, sed seuus ille, nimirum, procax factorum lusus: quem utinam in gregarios & inutiles homines duntaxat exercerent, in quos conuenit Homeri illud:

-Εὐτοίμη δ' ἄρχεται ἀπὸ δ' ἔμε,

Ac non etiam uiros cælesti præditos ingenio, tum autem principes optimos ante diem e medio tollerent. A quibus non solum non abstinent hanc ludendi licentiam: verum etiam his quasi dedita opera videntur insidiari, nimirum ambitiosa quadam inuidetia, ut hoc ipsum sibi licere declarent, palamq. faciant, omnem mortalem, quicumque is fuerit, ex æquo bullam esse. Quanta rei litterarum iactura nuper mors immatura terris eripuit Paulum Canalem, patricium Venetum, iuuenem quidem illum vix dum annos natum viginti quinque, sed, deum immortalem, quam felici ingenio, quam acri iudicio, quam ubere facundia, quanta linguarum, quanta disciplinarum omnium scientia præditum? Nichil sua referre putauit inexorabile satium, quod tantum adferret dispendium bonis litteris, quibus ille iam succurrere non instrenue cæperat: quod tam graue desiderium excitaret litterarum cultoribus, quod tantos fructus, tantas studiorum spes repente incideret.

Tanquam in speculo. Tanquam in tabula.

HYPERBOLAE proverbiales sunt. Et hæc, κατὰ πρῶτον, καὶ ὁ δεύτερος, id est, Tanquam in speculo, tanquam in tabula. De re uehementer euidente, perspicuaq. Terentius in *Adelphis*: Denique inspicere tanquam in speculum vitas omnium iubeo. Plato libro *De legibus* 10. οὐδ' ἄν' ἔτι κατὰ πρῶτον, id est, Tanquam in speculis. Propterea quod inter multa, quæ rerum referunt imagines, velut aqua, æs politum, gemma quædam, nihil æque perspicue reddit simulachra, ut vitrum plumbo sublitum. Nam vitrum quidem ut ratum ac pellucidum maxime capax est imaginum, verum acceptas non perinde continet ob pellucenciam: proinde sublitum plumbum, ob nigrorem aliquem naturæ, de sitatem, si sit impressam imaginem, neque dilabi sinit. Euanescunt enim simulachra, non secus atque candela lumen in sole, quoties excipiuntur in corpore. nimirum ueni perspicuoq. velut in aere, pura aqua, crystallo vitroq. non obscuratio corporis alicuius oppositu. Rursum in nimum densis & obscuris non hærent, velut in silice, ligno ue. Proinde natura solertissima rerum omnium architectrix, oculum animantium ad speculorum imaginem finxisse videtur, quippe, partem pellucens si nigrorem quandam adiunxit a tergo, quo sublato, protinus tollatur & uidendi facultas. Unde scite dicitur. Etiam est illud, ut speculum oculis est ætia, ut oculi esse natura speculum: illud miraculose quidem, speculatio non modo clarissime repræsentat simulachra rerum omnium, quæcumq. obiecta sunt, sed etiam in æternallâ, colores, motus, breuiter res ipsas, præ se dixerimus, euidentius quæ sunt, hoc vno discrimine, quod aduersa refert. Cuius causa hæc est, quod species quæ

a corpore solido per aerem manat ad speculi superficiem, simplex puraque est, unde fit, ut non alia sit auersa, quam aduersa. Quibus de rebus acutissime multa differuit Ambrosius Leo Nolanus in questionibus suis. Iam ars picturæ a rudibus initiis profecta, eo subtilitatis excreuit, ut non oculis hominum, sed etiam auribus imposuerit, effecitq., ut veras res esse crederent, quæ coloribus erant fucata.

Salitudo non inest illi.

Αὐτὸν δὲ καὶ τὸν αὐτὸν, id est, Salitas non inest illi. In infacetos & fatuos, ac stupidos. Sal enim primum; maximeq. commune condimentum videtur. Plinius libro trigesimo primo indicat, metaphoram esse sumptam ab usu salis, quod in omnibus cibis sit condimenti vice, & aquiditatem inuitet. Ergo, breuiter, inquit, uita humana sine sale nequit degere; adeo necessarium elementum est, ut transferat intellectus ad voluptates animi quoque. Nam et sales appellantur, omnisq. vitæ lepos & summa hilaritas, laborumq. requies; non alio magis vocabulo constat. Atque hinc insulsa oratio, quæ nihil habeat leporis, & insulsus homo moribus inelegantibus. Contra falsum dicitur, quod acrimonia quadam mordeat. Et sales vocant festiuitatem & argute dicta, non sine illecebra quadam mordacitatis. Seneca non vult sales nostros dentatas esse. Quintilianus Institutionum libro sexto, capite de risu: Salsum, inquit, in consuetudine pro ridiculo tantum accipimus. Natura non utiq. loquitur, quæquam & ridicula oporteat esse salsa. Næque & cetero, omne, quod falsum, ait esse Atticorum, non quia sit maxime ad risum compositum. Et Catullus etiam dicit, Nulla in tam magno est corpore mica salis, non hoc dicit, nihil in corpore eius esse ridiculum. Salsum igitur erit, quod non erit insulsum, velut quoddam simplex orationis condimentum, quod sentitur latente iudicio, & velut palatum excitat, quod & a radio defendit orationem. Sane tamen, ut ille in cibus paulo liberatius aspersus, si tamen non sit immodicus, adfert aliquid propriæ voluptatis: ita hi quoque in dicendo habent quiddam quod nobis faciat audiendi situm. Hactenus ille. Porro Catullus etiam, quod Fabius citat, sic habet:

Quintia formosa est multis, mihi candida, longa,
Recta est, hæc & ego singula confiteor,
Totum illud formosa nego, nam nulla uenustas,
Nulla in tam magno corpore mica salis.

Quo quidem in loco stultissime carpit Fabium Catullianus interpres, quasi poetæ verba parum perpenderit, cum ipse dormitans Fabij verba parum perpenderit. Negat enim Fabius falsum vocari, quidquid ridiculum sit, etiam si vulgo sit usurparent indocti. Adhuc ad hoc adagium Terentius in *Eunacho*: Qui habet saltem, qui in te est, fatum militem, insipidum intelligi volens. Cuius postea similitudo, ut præterea tribuit eloquentiam. Ad Tullium Philippicæ, ubi etiam quoddam loco facetus esse voluisti. Quam id, dicitur, non debuisse quod est tua culpa nullas aliquid enim salis ab ore mima trahere potuisti. Saltem dixit festiuitatem, referunt & Diogenem & Zenodotum.

Acetum habet in pectore.

Hic germanam est Plantinum illud in *Bacchidibus*:
Nunc

Nunc experiar, sit ne acetum, tibi cor acre in pectore. Legitur & alias apud hunc ipsum: Ecquid habet acetum in pectore? pro eo quod est: Num sapit? Nū quid habet astutiae? Nam ut salsa, itidem & acida, palatū iungunt, acuntq. & iritant stomachum. Horatius in Sermonibus, acetum pro mordacitate dixit:

At Gracus postquam est Italo persusis aceto
Persius exclamat.
Et hoc ipsum, Aceto persuadere, proverbi speciem habet, sicut & illud ex Sermonibus Horatianis:
- At idem quod fule multo
Vrbem defricuit, charta laudatur eadem.

Solus sapit.

NARRAT Diogenes Laertius, Chrysippum philosophum usque adeo sibi placuisse, ut consultus a quodam, cui potissimum filium suū philosophiae praeceptis instituendum traderet, sibi committendum responderit. Nam si quem, inquit, alium me praestantiorē arbitrarer, ipse apud hunc philosophiae darem operam. Vnde & illud Homericum de eo vulgo iactatum fuisse, quod solus saperet, reliqui vero umbrā ferrentur. Est autē apud Homerum Odysseae K. de uate Tiresia, cui vni Proserpina dederit, ut etiam vita defunctus saperet, reliquas umbras volitare, & eas quidem nihil aliud quam umbras:

Τῷ καὶ πόντῳ τὶ γὰρ ποτὶ πόρτι φέρονται,
Οἷον πεπνυμένῳ, τοὶ δὲ σκιᾷ αἰετίζουσιν. id est,

Huic etiam extincto dederat Proserpina mentem
Soluti uti saperet, reliquis volitantibus umbris.

Vsurpatur & a Platone, tanquam proverbi loco. Vnde licet conicere, carmen hoc Homeri vnum fuisse ex iis, quae plurima Macrobius scribit, adagionum instar solere celebrari. Sic & Cato senior de Scipione Iuniorē pronunciauit, ut narrat Plutarchus in Praeceptis civilibus: ac rursus in Apophthegmatis Romanorum,

Οἷος πεπνυμένῳ, τοὶ δὲ σκιᾷ αἰετίζουσιν. id est,

Ille sapit solus, volitant alij velut umbrā.

Apte dicitur de iis, qui tanto intervallo reliquos omnes post se relinquunt, ut illi nihil nisi umbrę prae his esse videantur, planeque quemadmodum Graeci dicunt, λῆρος καὶ φλυαρία, id est, Nugae deliriaeque.

Canem excoriatam excoriare.

Κύνα δέρεν δὲ δαρκύνω, id est, Canem excoriare excoriatam. Suidas ait dici solere de iis qui iterum ea patiuntur, quibus, aliquando fuerunt afflicti. Aristophanes in Lysistrata, nam hanc quoque nomine huius inscriptam invenimus,

Τὸ τὲ φρικεῖται κύνα δέρεν δὲ δαρκύνω, id est,

Iuxta Pherecratem detrabere cutem cani,

Detrahta cui iam est.

Diogenianus ait convenire in eos, qui frustra sumunt operam. Sunt qui putent magis convenire, cum quis affligit afflicto. Confine est illi, quod alibi diximus ἀσκαὶ δέρεν, id est, Vitem excorias. Quod usurpat Aristophanes in Nubibus.

Perq. enses, perq. ignem oportet irrumpere.

Διὰ καὶ μαχαίρων, καὶ πυρὸς ἑπὶ τὴν διάν. id est,

Perq. ignem eundem est, & per enses impetu.

Cum significamus quidvis periculi subeundum. Aristophanes in comedia, cui titulus Lysistrata,

Καὶ μὲν χρὴ διὰ τὸ πυρὸς

Εἰλῶ βαδίζειν.

id est,

Et si per ignem fiet opus

Transire cupio.

Et Terentius ait parasitum non gravaturum, vel e flāma cibum petere. Callia adulatores taxavit comedia, ὅτι ἐπὶ πυρὸς, & σίδηρος, & δὲ χαλκὸς ἔρχεται μὴ φοιτῶν ὡς δῆ-πνον, id est, Quod non ignis, non ferrum, neque as prohibuerit illos, quo minus ventitarent ad cenam. Hæc citat Plutarchus ex Eupolide. Refert eadem in libello De discrimine adulatoris & amici. Horatius item,

Per mare pauperem fugiens, per saxa, per ignes,
Impiger extremos currit mercator ad Indos.

M. Tullius T. isculanarum questionum libro secundo, Quæ flamma est, per quam non cucurrerint, qui hæc olim punctis singulis colligebant, id est, Quid non vel fecerunt, vel perpeffi sunt?

Non impetam lingua.

Ὁὐκ ἐπιγλωττίζωμαι, id est, Non incessam lingua. Figura novitas in proverbium abiisse videtur, auctore Diogeniano. Aristophanes in Lysistrata,

Πορτὶ ἀδελφῶν δ' ἐκ ἐπιγλωττίζωμαι. id est,

At lingua Athenas neutiquam incessam mea.

Hesychius citat Aeschylum in Heraclidis Gracis ἐπιγλωττίζωμαι, est lingua conuiciis incessere, quasi dicas, inlinguare, quemadmodum a vola dicimus inuolare.

Proprie vero pertinet ad male ominantes. Rapiuntur enim dicta in omen, velut in augurium venturi mali boniue. Vnde semper a maledictis temperandum. Pin-darus in Pythiis hymno quarto, inter ceteras virtutes laudat & linguam a maledictis temperantem. Oe-φαιρέν μὲν κακὰν γλῶσσαν φαίνοντες ὁ πόρ, id est, Priuans malam linguam voce dilucida. Interpres citat in hanc sententiam carmen Hesiodi,

Μὴ δὲ κακὸν ἱστῶσθαι, μὴ δ' ἐλῶν νικητῆρα. id est,

Haud solitum sociis certare bonisue, malisue.

Vti licebit, cum significabimus nos de re quæpiam periculosa nolle verba facere, veluti de rebus principū aut potentum, & ἐπιγλωττίζωμαι. Verbum inde ductū quod qui temere loquuntur, ἔτι καὶ ἐπὶ γλῶττι καὶ ἰλθοὶ lo-qui dicuntur, sicut alibi monstrauimus.

Harena sine calce.

Ἦ τ' auctor est Suetonius, Caligulae Caesari usque adeo placebat ardor ac vis indicendo, ut Seneca orationem sine calce arenam sit solitus appellare, tanquam dissolutam ac neruis carentem & ordine, quæ quodammodo compages est totius sermonis suo quidq. loco disponens. Quamquam autem Caligula multa parum integræ mentis dedit argumenta, tamen in hoc iudicio minimum aberrauit a scopo. Seneca fertur impetu quodam, minime seruiens ordini. Hoc inter egregias virtutes habet neuī. Male cohæret arena, ni calcem admisceas. Confine illi quod alio dictum est loco, Scopæ dissolutæ.

Lupus hiat.

Λύκος ἔχειον, id est, Lupus hiat; dicebatur si quis re multum sperata, multumq. appetita, frustratus discederet.

ret. Aiunt enim lupum præda inbiantem rictu late di-
ducto accurrere, qua si frustratur, obambulare hian-
tem. Aristophanes in *Lysistrata*,

Οἷς τις δὲ δὴν, ἰμὲν πορ λυκοῦ κενὸν γί. id est,

Quæis nihil fidum ac tutum est, inbiantī nisi lupo.

Item Lucianus in Gallo, ἴσθι ἐν, μάττω λύκος χαρών
παρὰ μικρόν, id est, Ingrediebar itaque, cum parum ab-
fuiſſet ut lupus hians discederem. Dionysius Sophi-
sta in epistola quapiam: ὅρα μὴ λείπεις ἑμαυτὸν ἐν περὶ
μῖαν ἑλάν, καὶ γέγονε λύκος χαρὸν διὰ κενός; id est, Nisi
inſciens in proverbium incidi, fatalisq. sum lupus fru-
stra hians? Apud Athenæum libro decimo quarto, ci-
tantur hæc ex Eubulo,

Επὶ πειγῇ, μὴ ποδὲς ἄς λύκος χαρών

Καὶ τὸ δ' ἀμαρτὸν ὕδατος συχρὸν δραμὴν. id est,

Properatu propera, more ne lupino hians

Frustratus his, in posterum curras diu.

Porcellus Acarnanius.

Χοιρίσκος ἀκαρνάνιος, id est, Porcellus Acarnanius. In mol-
lem & amabilem, atq. in deliciis habitum dicebatur.
Lucianus in *Dialogis meretriciis*, λῆς μοι χοιρίσκω-
ρισ, καὶ χοιρίσκος, ἀκαρνάνιος, id est, Lenis mihi, ut ait
Chareas, & porcellus Acarnanius. Adusum, ad pro-
cellum quem inducit Aristophanes ἐν ἀχαρνέσσι, sym-
bolum eorum membrorum, quibus obscena volupta-
tes peraguntur.

Megaricum machinamentum.

Μεγαρικὴ μηχανή, id est, Ars Megarensis dicitur, cum do-
lo & astu res agitur, non sincera fide. Olim enim Me-
garenses vulgo male audiebant, tanquam fraudulentī
ac fidei, quod aliud sentire soleant, aliud loqui, ut in-
dicat Aristophanis interpres. Citatur apud Suidam
hic senarius,

Αἶψ' ἐστὶ γὰρ μοι μεγαρικὰς μηχανή. id est,

Sed enim ars adest mihi quapiam Megarensium.

Est aut apud Aristoph. in fabula cui titulus, ἀκαρνέες.
Celebrantur Megarensium vascula fictilia: vide num
hic spectet proverbium: deinde constat Euclidem So-
craticum fuisse Megarensē, qui suscepit scholam Me-
garicam. Hic fuit insignis machinarum artifex. Fieri
potest ut hinc natum sit adagium. Ad hæc est ciuitas
eiusdem nominis in Thessalia pontica, & de Thessali-
co commēto dictum est alias. Sphinges Megaricas post
referemus.

Seruus seruo præstat, dominus domino.

Δούλος πρὸ δούλου; δειψότες πρὸ δειψότες. id est,

Seruoq. seruus potior est, herusq. hero.

Senarius proverbialis, admonens in eodem hominum
genere non statim omnes æquales esse, verum hominū
habendā esse rationē, non tantū cōditionis. Veluti gene-
rosus antecellit suo pte genere plebeius. Verum est non
mediocre discrimen inter generosum, et generosū; itidē
inter plebeium & plebeium, adeo ut quosdam plebe-
ios nonnullis ingenuis anteponas. Aristoteles libro
Politicoꝝ primo, τὰ μὲν ἐστὶ μὲν ὅρα ἱερά, τὰ δ' ἀνάγκη
καὶ ὁττοῦ, καὶ κατὰ τὴν παροίμiam,

Δούλος πρὸ δούλου, δειψότες πρὸ δειψότες. id est,

Quædam ministeria honoratiora, quædam autem ma-
gis necessaria, Et iuxta proverbium,

Heroq. herus, seruoq. seruus est prior.

Dedali opera.

Δαίδαλεια ποιεῖματα, id est, Dædalea opera dicuntur, quæ
mono artificio fabricata sunt & admirando. Hinc na-
tum, quod cum veteres illi plasta formas animalium
cæcæ fingerent & immobiles, Dædalus insolito artifi-
cio primus & oculos induxit, & nervis quibusdam ad-
ditis effecit, ut huc atque illuc mouerentur, adeo scite,
ut spectantibus uiuere atque ingredi viderentur. Vnde
de ferunt quædam Dædali signa uinciri pedibus, ne au-
fugiant. Huius rei meminit Plato in *Menone*, his qui-
dem verbis: ὅτι τοῖς δαίδαλεια ἔργα μακροῖν οὐ προσίχνασθαι
τῶν ἰσῶς δ' οὐδ' ἐστὶ παρ' ἡμῖν. πρὸς τὸ δ' αὖτε λέγει,
ὅτι καὶ τὰ αὐτὰ ἴαν μὴ μὴ δειμνῆν, ἀποδιδράσκει καὶ
δραπέττει, ἴαν δὲ δειμνῆν παρμῖναι. τὸ δ' αὖτε ἱκεῖν
ποιήματα λευκῶν μὴ ἐκπιδῶν οὐ παλῶς τινος ἄξιον ἐστὶ
τίμης ὅπως δραπέτῳ ἀδελῶποι. οὐδ' ἔπαρμῖναι. δει-
μνῶν δ' πολλοῦ ἄξιον. id est, Quoniam non animaduerti-
ſti Dædali signa. Fortassis ne sunt quidem apud nos.
Quid sum isthuc dicis? Quoniam illa quoque ni reuini-
ſta fuerint, discedunt atque aufugiunt. Sin uincta sint,
consistunt. Quid tum postea? Si quod ex illius operi-
bus solatium possideas, haud quaquam magno æstimari-
dum; perinde quasi seruum possideas fugitiuum. Neq.
enim apud te manet. Sin autem uinctum, id magno
æstimandum sit. Idem in *Hippiâ maiore* sic refert, qua-
si de prisca & obsoleta dici solet, ἱερά καὶ ὠφελή
ὄβριον ἀναβίω, καὶ τ' ἂν ἐφ' ὅτι πρὸς ὑμᾶς. ὅπως καὶ τ'
δαίδαλεια φασὶν οἱ ἀνδραγατοποιοὶ γὰρ αἱ γνώσεις τοῦ κατ'
ἐξ ἑαυτοῦ, οἷα ἡν ἀφ' ὧν τὸν πόνον ἐχρ', κατὰ μέγεθος ἐνέ-
ναι. id est, Si sane nunc o Hippiâ Bias reuiuiscat, uisum
apud vos tulerit: quemadmodum & horum temporū
statuarij de Dædalo narrant, si nunc uiuens talia pro-
ferat opera, qualia erant illa; unde famam ac nomen
adeptus est, deridiculum fore. Meminit & Aristote-
les libro *Polit.* 1: de seruis loquēs, quos ait nihil aliud
esse quam instrumenta uiua. Et γὰρ, inquit, ἡδυνάτο ἐκ
τῶν δ' ἐργῶν καλῶς ἢ πρὸς ἀναγκῶν ἀποτίλιν τὸ αὐ-
τὸ ἔργον, ὥστε τὰ δαίδαλεια φασὶν, ἢ τὰς τοῦ ἡφαιστος
πράξεις, οὗς φησὶν ὁ ποιητὴς αὐτὰ μάλιστα εἶναι δεινὰ ἔργα.
να, ὡς τοῖς αἰετῶν κίεσις ἐκείνοις αὐτοῖς, καὶ τὰ πλεονεχῆ ἐκ-
έριστο, οὗδ' ἂν εἴδῃ οὐτὶ τοῖς ἀρχιτεκτονικοῖς ἔργοις, οὐτε
τοῖς δειπνοῦσι δούλων, id est, Etenim si fieri posset, ut
vnumquodq. instrumentum uel iussum, uel per se præ-
sentiens, suum opus perageret, quemadmodum aiunt
Dædali statuas facere, & Vulcani tripodes, quos poe-
ta scribit ultro in diuinum certamen produisse, iidem
& pectines per se texerent, & plestra cithara cane-
rent, haud quaquam opus haberent, neque architec-
ti ministris, neque domini seruis. Locus quem citat Ari-
stoteles, est apud Homerum *Iliados* 6. Meminit idem
de anima libro primo refellens opinionem Democriti
consentis animam ita mouere corpus, ut ipsa prius mo-
ta, moueret. Ait enim Democritum tale quiddam ad-
ferre, quale sit apud Philippum comædiarum scripto-
rem. Is enim scripsit a Dædalo ligneam Venerem fa-
bricatam fuisse, quæ moueretur argento uiuo infuso.
οἷον inquit, ὡς ἀμύκριτος παρὰ πλωσίως λίγων φίλιππῳ τῷ
καμφιδίῳ ἐδιδασκάλῳ. φησὶ γὰρ τὸ δαίδαλον κινεῖσθαι ποι-
οῦσα τὴν φυλὴν ἀφροδίτην, ἔχουσα ἀργυροῦ χυτὸν.
Proinde proverbium ad varios usus poterit accom-
modari.

modari. Vel ubi res inusitata arte confectas significabimus. Nam Homerus artificiosa Dädala vocat:

Ὅς χερσὶν ἐπισκτο δαίδαλα πάντα

Τόχην.

id est,

Qui manibus norat fabricari Dädala cuncta.

Item Pindarus in Olympiacis:

Καὶ δαδαιαλμῖνοι φέρεσι ποικίλοις

ἔργα τῇ τιμῇ.

Et arte confecta mendaciis uariis fallunt fabula. Et Vergil. Dädalam Circem vocat, quod nouis & admirandis artibus homines verteret in feras. Quin & orationis poliendæ artifices λογοδαίταες, & obsoniorum peritos ὀψοδαίταες appellant Græci. Vel cum inconstantiam & instabilitatem cuiuspiam significabimus. Sic enim apud Platonem in Euthyphrone, Socrates argumenta non consistentia, Dädaleis operibus similia videri dicit. Euthyphron autem respondet, Socratem sibi pro Dädalo esse, quippe qui rationes suas non sinat consistere, rursus coarguens & euertens quod paullo antè visus sit approbare.

Furemque fur cognoscit, & lupum lupus.

Εὐχὴ δὲ φῶρ π φῶρ καὶ λύκος λύκον.

Furemque fur cognoscit, & lupum lupus.

Aristoteles septimo libro Moraliū Eudemiorum hūc quoque senariū citat inter adagia similitudinis. Amāt enim vulgo se mutuo, qui similibus vitiis laborāt, præcipue fures. Et lupi latronum instar collecti grassantur. Videmus in quibusdam ob arcanam ingeniorum cognationem protinus amorem nasci. Contra aduersus alios odium ob naturæ dissimilitudinem. Ad banc similitudinem, & dissimilitudinem Democritus reserebat omnes omnium rerum causas, adeo ut interrogatus de cane semper eidem lateri incubante quamobrē id faceret, responderit, ὅτι ἔχῃ τὴν καὶ οὐκ ὁμοίαν ἡ φύσιν, id est, quoniam habet canis aliquid cum illo latere simile. Id obiter narrat Aristoteles libro Magnorum moraliū 2. inter proueria similitudinis, irridēs Democritum. Quid enim simile habet later cum cane? Nec tamen a Democrito multum absunt medici quidam, qui ad omnem percunctationem obiciunt nobis occultam quandam rerum proprietatem.

Terra amat imbrem.

Ἐρᾷ μὲν ὀμβρὲς γαῖα.

id est,

Nam terra gaudet imbre.

Vbi quis desiderat ea quæ sibi nouit esse accommoda conducibiliaque. Citat hoc hemistichium, veluti prouerbiale Aristoteles libro Moraliū Eudemiorum septimo, ostendens non solum similitudinem conciliatricem esse amicitia, velut inter fures, graculos, & lupos, uerum etiam dissimilitudinem nonnunquam beneuolentia causam existere, contra similitudinem odij. Nam terra cum suapte natura sit sicca, amat imbrem, & figulus odit figulum, indoctus amat litteratum, mulier virum. Ibidem narrat ab Heraclito reprehensum poetam, qui scripsit carmen,

Ὡς εἰς ἐκ τῶν καὶ ἀνθρώπων ἀπόλοιτο.

id est,

Lis utinam sublata, deos hominesque relinquat.

Athenæus libro 13. carmen ex Euripide citat,

Ἐρᾷ μὲν ὀμβρὲς γαῖα ὅταν ἔρῃν πᾶσι.

id est,

Tellus quidē imbrē amat, solum cum est aridum,

Aristoteles libro Moraliū Nicomach. 8. citat eandem ex Euripide sententiam, sed perturbato metro, Euripides ἔρῃν μὲν ὀμβρὲς γαῖα.

Ἐρᾷ μὲν ὀμβρὲς γαῖα ὅταν ἔρῃν πᾶσι.

Ὀμβρὲς, πᾶσι γαῖα. id est, Euripides cum ait,

Requirere imbrem terram, ubi siti aruit,

Dium vicissim cælum ubi iam nubibus

Impletur, optat in solum delabier.

Hoc adfert ad confirmandam quorundam opinionem, qui dicebant secus quam haberent proueria, dissimile a dissimili, contrarium a contrario appeti. Terra enim frigida & sicca appetit imbrem, qui iuxta aeris naturam unde venit, est calidus & humidus, ac imber uicissim appetit terram.

Herculana balnea.

Ἡρῶνα λαστέρη, id est, Herculana balnea. De impendio feruentibus balneis dicebatur, quales legimus & thermas Neronianas. Aristophanes in Nebulis:

Πῶς φυχὰ δαίτα πᾶσι τῇσι καὶ λαστέρη.

Vbi nā frigida inquam vidisti Herculana balnea?

Interpres adscribit, Ibycum uicissim esse, Vulcanum minueris uice submisisse Herculi feruida balnea. Atque inde omnia calida balnea, Herculana dici coepit testatur idem Athenæus libro 12. Porro Aristot. in Problematis sectionis 24. probl. ultimo, ostendit huiusmodi balnea apud veteres habita sacra, propterea quod ex sulphure ac fulmine, rebus natura sacris proueniunt. Pisanus autem tradit, Mineruam Herculi fesso calidum balneum suppeditasse. Unde fit uerisimile, prouerbiū recte dici posse, quoties etate aut labore quopiam fatigatis ministerium paullo diligentius ad refocillandas vires adhibetur. Nam Plato libro De legibus 6. κατὰ τὴν λαστέρη, id est, Senilia balnea calida vocat, eaq. senibus exhiberi iubet. Siquidē veteres frigida lauabant, calida balnea ualentinis dumtaxat exhibebantur. At his temporibus aurigæ quoque, & nautæ lauant in thermis. Ac Germani maximam ritæ partem in hypocaustis transigunt, pyraustarum instar. Pindarus quoque Olymp. 12. meminit horum balnearum, ἑρῶνα καὶ λαστέρη, id est, Calida Nympharum balnea frequentis: siue quod in ea ciuitate locus esset, cui nomē calida balnea: siue quod ipse more Herculis post multa certamina exhausta iam refocillaretur calidis balneis, quas Nymphæ Herculi laboribus fatigato submisisse feruntur. Porro corpus hominis magnopere renouari calidis balneis declarat in Nemæis Oda. 4. ὅτι τὸ μὲν ὕδωρ τὸ σὺν καλὸν καὶ τὸ χύμα γαῖα, ὅταν ὁ λαστέρη φέρῃ, γινώσκουσιν, id est, ne calida quidem aqua æque mollit ac refocillat membra, quantū laudatio citharæ aptata.

Aut ter sex, aut tres tessera.

Ἡ τρεῖς ἔξ, ἢ τρεῖς καὶ ἑξ, id est, Aut ter sex, aut tres tessera. Siquando significabimus nos extrema periclitari uelle, et aut plane vincere, aut prorsim vinci, hoc adagio tempestiuiter utemur. Sumptum est a vetusto tessera lusu, in quo qui nouē iecisset, is modis omnibus su perabat: qui tres, is longissime aberat a victoria. Nā antiquiores tribus tesserais uti consueuerant, nō quē admodum nunc duabus. Tessera autem etiam iactū ipsum

ipsum appellant qui nonnunquam plenus est, interdum inanis. Itaque iactus ter trium felicissimus erat, trium inanis. Meminit huius adagionis Iulius Pollux, libro de rerum vocabulis nono. Porro tesseras easdem esse cum iis quos Græci κύβας appellant, testis est A. Cellius libro 1. cap. 20. κύβας enim, inquit, est figura ex omni latere quadrata. Quadrantales sunt, inquit M. Varro, tesserae, quibus in alveolo luditur, ex quo ipse appellatae κύβας. Zenodotus paræmiam hanc citat ex Pherecratis fabula, cui titulus Myrmecanthropi. Est enim clausula carminis trochaici. Suidas & Aeschylus adducit ex Agamemnone,

Τὰ δ' αὖτ' ὅτ' ἐν πεσόντα βάτομαι

Τρεῖς ἔξ ἑκαδὲσσι τ' ἑμὲς φρικτωρίας, id est,

Nan res herorum saxo ut optime cadant.

Ter sex ubi phrygoria iaciam mea.

Usurpatum est a Platone lib De legib^o ultimo. Τὶ δ' ἐν δειπνίῳ ἔχον τῶν τῶν ἔτους ὀξείας τὸ λεγόμενον διφίλει ἐκ κοινῆς καὶ μίσης ἑκάστω ἡμῖν κείσθαι, καὶ ὑπερκινδυνόειν πόλιν τ' πολιτείαν ἐβλάμειν ἑμπαίσης, ἢ τρεῖς ἔξ φασι, ἢ τρεῖς κύβας βίβαντες, πέντε ποικίλιν. Id est, Itaque cum hoc in loco res fuerint, quid faciendum censes hospes? Iuxta id quod vulgo dicitur, amici visum est nobis par esse, uti rem in publicum & in commune conferamus, velimusq. de universa Repub. supremum subire discrimen, nihilq. non facere, ita ut vel ter sex uel tres talos iaciamus.

Quanta mus apud Pisam.

Ὅσα μὲν ἐστὶ πίκαι, id est, Quanta mus apud Pisam, subaudi tulit, aut simile quippiam. De iis qui vincunt, & optatis potiuntur, sed non sine summo negotio, neque citra magnum incommodum suum. Suidas natum ait ab Athleta quodam, seu pugile Tarentino, qui in Olympiacis certaminibus, apud Pisam semel duntaxat victor discessit, idq. plurimis acceptis plagis. Plutarchus Symposiaca commentario quinto, docet apud Pisam μουσική, id est, singularia certamina celebrari solere, in quibus etiam ad eadem usque affligebantur qui succubissent.

Mus picem gustans.

Μὲν ἄρτι πίκαις γούμενος, id est, Mus nunc picem gustans. Quidam aiunt dici solere in eos qui cum antea fuerint audaculi et confidentes, postea periculo degustato, plane timidi videntur. Nondum satis liquet, utrum a mure in pice deprehenso sit translata allegoria, sicuti placet Diogeniano: an ab illo de quo meminit Herodotus primo libro in pice deprehenso, atque ita pœnas dante: an a pugile illo Tarentino de quo dictum est, ut in πίκαι sit adlusio ad nomen urbis, apud quam celebrantur certamina. Theocritus in Idyllio 8.

Νῦν δ' ὅς ποδ' ὅς μὲν φασὶ διόνυχ' ὑδμετα πίκαις. i.

Nunc tandem sicuti mus, ut aiunt, Theonyche gustavi mus picem. Porro siue ad animal referas, siue ad pugilem nomine murem, eadem ferme manet adagii significatio, videlicet experientiam male cessisse. Siquidem mus imperitus, si quando in picem incideris, aut perit, aut vix eluctatur, ac deinde periculi memor timet contingere. Et pugil ante sero & iactabundus, simulatq. certamen Olympiacum expertus est, sensitaq. quanti constiterit ea victoria, deinceps abstinit. Huc

spectat illud Horatianum:

Dulcis inexpertis cultura potentis amici,
Expertus metuit.

Item iuvenes bellorum imperiti, facile bellum suscipiunt. Senes experti quantum malorum agmen secum trahat bellum, reformidant. Quare non intempestive dicitur in eū, quem pœnitet experimenti, aut qui rem parum feliciter tentatam, iterum aggredi refugit. Finitimum illis alibi dictis, Sero sapiunt Phryges, & cum manisero sapiunt, & Piscator ictus sapiet. Est autem hæc una præcipua pestis vitæ mortalium, quod non perinde discimus cauere malum, atque admissio mederi. Queritur hoc Plato libro De legibus decimo, καὶ τὸ μὴ δρᾶν τὰ ἀλλὰ τὰ πρὸς μέλει, οἱ πλείους, δρᾶσθαι τὰς δὲ ἑκακίστας πρὸς μέλει, id est, Non hic incumbimus plerique ne committamus iniusta, sed ut postea quam fecerimus medeamur. Atqui iuxta Plautum, nimio satius est non admittere malum, quam admissio mederi.

Delphicus gladius.

Δελφικὸν εἶδος, id est, Delphicus gladius. De re dicebatur ad diuersos usus accommodabili. Quemadmodum iisdem vasculis, & poculorum vice in conuiuio, & clipeorum vice in bellis utebantur. Nam Delphicus gladius ad eum modum erat sabrefactus, ut eodem simul & sacras mactarent victimas, & nocentes afficerent supplicio. Meminit huius gladii, cum Euripides in tragædiis, tum Aristoteles Politicorum libro 1. d. s. ferens naturam non gignere singula ad plures usus, sed unumquodque ad suum peculiarem propriumq. finem, καὶ ὅτι ἡ φύσις τοῦτο πᾶσι τοῖς ἑκαστοῖς ὑπομείμνεται, ἀλλὰ φικτὸν πρὸς ἕνα, καὶ τὸ εἶδος αὐτῶν, id est, Neque enim naturale tale quippiam facit, quemadmodum ararij fabri gladium Delphicum quasi per inopiam, sed unumquodq. ad singula. Meminit idem huius rei, libro De partibus animalium 4. tractans de linguis insectorum quæ pluribus funguntur officiis, simul & tentantes cibum & attrahentes, & spiculi vice aduersus iniurias defendentes, id quod negat facere naturam, nisi coactam inopia, ut idem instrumentum ad usus dissimiles accommodet, quandoquidem ad defendendum magis appositum videatur, quod sit acutissimum: ad gustandum, quod sit fungosum. Vbi enim, inquit, licet duobus uti ad duo opera, nec aliud impedit, nihil tale natura facere solet, quale per inopiam ars excusoria obeliscolychnium ex ueru lucernaq. componit. Attamen si id fieri non potest, eodem ad plura opera abutitur. Vnde videtur δὲ βελιστὸν καὶ ὄρνιθον incundius quadraturum prouerbio, quam Delphicum gladium, nisi forte hic ipse Delphicus est gladius. Item Euripides in Oreste,

Θάριν δ' αὐτὸν μοῖρα δελφικὸν εἶπεν. id est,

Fatale enim illi est, ense Delphico mori.

Quadrabit igitur uel in pauperes, qui ob penuriam eadem vestem, aut aliam rem quampiam ad varios usus accommodant: aut in vitiosum procerum, & diuersis causis applicabile. Licebit & in serium sensum accommodare prouerbum, ut si quis eruditionem Delphicam appelleret gladium, quod in omni etate, omni vitæ conditione sit vsui. Nam litteræ iuuenibus sunt necessaria, senibus incunda: pauperibus opes suppediunt, opulentis adiungunt ornamentum: in rebus aduersis solatio sunt, in secundis gloria: claro natis genere splendorem

dorem augent, obscuro genere natis, claritatis initium conciliant.

Antequam incipias consulto.

ANTEQUAM incipias, consulto, ubi consulueris, mature factum opus est. Hanc sententiam Salustianam Aristoteles ut prouerbialcm refert libro *Moralium Eudemi* 5. & *Nicomachiorum* 6. καὶ φασί, πρῶτον μὲν εἶναι τὰ καλὰ τὰ δόξα, βέλτερον δὲ βεβαίως, id est, Et aiunt quidem mature faciunda quæ decreta sint, ceterum lente cunctanterq. deliberandum. Diogenes Laertius huius dicti auctorem facit Biantem. In hanc sententiam copiosius diximus in prouerbio, καὶ βεβαίως. Laudatur hoc nomine Datames apud Aemylum. Probum, quod ubi cogitasset, facere audebat cogitata, solitus cogitare priusquam conari.

Margites.

MARGITEN pro stupido dixit Lucianus in *Hermotimo*, ἄλλ' οἷα μὲν ἔτι τινὶ διαλέγεσθαι, id est, Sed existimas te cum Margite quopiā loqui. Hunc ita describit Homerus, citante Aristotele libro *Moralium Nicomachion* 6.

Τὸν δ' ἔτ' ἄρ' σκαπτήρα εἶναι εἶσαν, οὐδ' ἄρ' ὀτρύνει
Οὐτ' ἄλλως τί σοφόν. id est,

Hunc neque fossorem uoluerunt numina diuinare
Esse, nec agricolam, nec in vlla præterea re
Scitum aut egregium.

Suidas docet Margiten fuisse quempiam ob insignem stultitiam celebrem, qui non potuerit numerare supra quinque: sponsam ductam non alius est attingere, verius ne se apud matrem incusaret. Cum iam esset factus iuuenis, rogauit matrem, an ex eodem patre nata esset. Quamquam hæc alij tribuunt Melitidi, alij Coræbo, de quibus suo dicetur loco. Satis apparet nocem esse fictam a μὴ ἔργον, quod ad nullam actionem esset utilis. Erat autem Margites titulus operis, quod a quibusdam tribuebatur Homero, id est ut videtur, intercidit. Indicat hæc interpretes Aristophanis in *Anibus*. Conuenit cum illo Hesiodio, Nulla in parte utilis, qui nec ipse sapit, nec aliis obtemperet: & nullo in numero.

Quod factum est, infectum fieri non potest.

NIHIL hac sententia vulgatus. Quod factum est, infectum fieri non potest. Extat apud Terentium in *Phormione*. Aristot. libro *Moralium Eudemiorum* quinto, πὶ δὲ γεγονὸς οὐκ ἐστὶ δέχεται μὴ γινώσθαι, id est, Fieri non potest, ut quod factum est, sit infectum. Maxci-
tat carmen ex Agathonis tragædia,

Μὲν γὰρ αὐτὸς καὶ διὰς σφίσι καίτοι,

Ἀγνῶτα ποίῃ, ὅς ἐστι περὶ χυμῶνα. id est,

Etenim illud vnum ipsi negatum est & deo, ut

Infecta reddat, facta quæ fuerint semel.

Surpatur in epistolis Ciceronis ad Atticum non semel versus ille Homericus, ex *Iliados* σ. τ.

Ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον ἔχει ἰσχυροῦς ἀνύμνου πρ. i.

Ista molesta licet anteacta valere sinamus.

Nec inficitur Phocylidis carmen,

Μὴδ' ἀπορρομῆναι κακὰς τρεῖς πόντους.

Οὐκ ἔτι γὰρ δὴ καὶ τὸ περὶ χυμῶνα εἶναι ἄντικτον, i.

Neue malis iam prætēris animum excruciaris.

Quod semel est factum fieri infectum haud queat unquam. Eandem sententiam habet Pindarus *Olympiorum* hymno secundo.

τὸ δὲ περὶ χυμῶνα

ὅς δὲ καὶ πάλιν παρὰ δίκας, "

ἀπομνησθῆναι ἔσθ' ἔσθ'

χρῆνος ὁ πᾶσι τῶν περὶ τῆς

δύνατο εἶναι ὅλῳ τῷ λόγῳ.

id est,

Eorum quæ facta sunt, siue iure, siue prætēris, nihil ut sit infectum, nec tempus quidem efficere possit opere perfectio.

Mendacem memorem esse oportet.

QUINTILIANVS institutionum oratoriarum libro quarto sententiam hanc prouerbij vice citat: Mendacem memorem esse oportere. Item Apuleius in *Apolo-
gia* Magia secunda, Sæpe, inquit, audiui, non de nihilo dici mendacem memorem esse oportere D. Hieronymus, Oblitus veteris prouerbij: Mendaces memores esse oportere. Satis liquet adagij sensus, nempe perdifficile esse, ut qui mentitur, semper sibi conslet, nisi sit summa memoria. Est autem fictarum rerum memoria non paullo difficilior quam verarum. Proinde plerumque deprehenduntur hoc pacto mendaciorum architecti, dum obliui quæ prius dixerint, diuersa a superioribus loquuntur. Sic deprehenditur apud Terentium Darius, sic Psyche Apuleiana commentum a fororibus sentitur.

Malus cum malo colliquefcit voluptate.

Κακὸς κακῷ ᾧ σὺ καὶ τῷ κακῷ ἡδονῇ.

id est,

Etenim improbo uir est uoluptati improbus.

Refertur ab Aristotele inter similitudinis adagia, libro *Moralium Eudemiorum* septimo. Malus malo iucundus ob vitiorum commercium & societatem. Iuuenalis item,

Magna inter molles concordia.

Ab eodem in *Magnis* moralibus addicitur ex Euripide. Aeschines aduersus Timarchum citat ex Euripidis Phœnice eandem sententiam,

Ὅστι δ' ἀμιλῶν ἡδονῇ καὶ οἷς ἀνὴρ

Ὁὐ πῶς οὐτ' ἀποπύσσει, γινώσκων ὅτι

Τοιοῦτος ἐστὶν ὁ κακὸς ὅστις καὶ ἐμὸν.

id est,

At cum malis quicunque gaudet viuere,

Nunquam rogauit noui cum; quod talis est,

Cuiusmodi sunt, quæ is amat conuiuere.

Amicitia stabilium, felicitas temperantium.

ARISTOTELES lib. *Moralium Eudemiorum* 7. sententiam hanc uelut e medio sumptam refert, Amicitiam esse stabilium, & felicitatem eorum qui sua sorte contenti sunt. Οὐδὲν γὰρ λέγειται ὅτι ἡ φίλῃ τῷ βέλτερον, ἀλλὰ ἡ ἐν ἀμυνῇ τῷ κακῷ. Amicitia virtute, non pecuniis aut forma concilianda est. Etenim si rebus cadutis concilietur, caduca sit & ipsa necesse est. Nihil autem in rebus humanis stabile præter unam virtutem, quæ sola fortunæ ludibriis obnoxia non est. Deinde felicitas hominis non est in facultatibus sita, quæ cupiditate animi non explent, sed iritant, verum in hoc, ut suam quisque fortunam boni consulat. Aristot. lib. *Rhet.* 2. pro exēplo sententiæ simplicis ac dilucida si quis inspiciat, ponit hunc versiculum.

Αἰὶ οὐδὲν

Voracior purpura.

ATHENÆVS libro tertio Dipnosoplistarum ex Apollodoro huiusmodi quoddam refert prouerbium, λιγνίτεραι τῶν πορφύρεαι, id est, Edaciora purpuris, idq. ductum existimat, vel a tincta purpura, quæ omnia quibus admota fuerit velut ad sese rapit, suoq. colore res vicinas inscit additq. lucem: vel ab animante ipso, quod quiddam nascitur fuerit, retinet ac deuorat. Vtrūq. propemodum licet e Plinij verbis colligere. Si quidem libro nono cap. 36. de colore scribit in hunc modum, Sed purpuræ florem illum tingendis expetitur vestibus, in mediis habent faucibus, liquoris hic est nimis in candida vena. Vnde preciosus bibitur nigrantis rosæ colore subluces, reliquum corpus sterile, Ac paullo post: Hinc, aut. ut alij legunt, huic fasces securesq. Romanæ uia faciunt. Idemq. pro maiestate in pueritia est: distinguit ab equite curiam, Dis aduocatur placandis, omnemq. vestem illuminat, in triumphali miscetur auro. Quapropter excusata & purpuræ sit infamia. De uoracitate mox hæc subiicit: Lingua purpuræ longitudine digitali, qua pascitur deuorando reliqua conchylia. Tanta diuitia aculeo est. Conueniet in educcs, aut in eos qui omnia in suum compendium vertunt. Tale quiddam cogitasse videntur poeta, qui Midam finxerunt contactu corporis omnia vertentem in aurum.

Tarichus assus est simul atque
Viderit ignem.

Τάριχος ὁ πῶς εὐδὲς αὖτὸν τὸ πῦρ, id est,
Tarichus assus mox, ut ignem viderit.
Athenæus libro 3. prouerbij loca citat. Est autem Tarichus piscis falsus, de quo nonnulla in prouerbio, Si non adsunt carnes. idem est cum illo, ὁ φάει τὸ πῦρ. Quod ante iam exposuimus in prouerbio, Aphya in ignem. Eodem in loco refert & hunc. versum cœu prouerbialem.

Ὁὐκ αὖτὸς τὰς τῶν πορφύρεαι, id est,
Tarichus haud laturus est, quæis dignus est.

Non sunt amici, amici qui
degunt procul.

Τὰ καὶ φίλοι νῦν τῶν πορφύρεαι, id est,
Haud est amicus, amicus absit si procul.
Hanc paramiā recenset Athenæus libro Dipnosoplistarum 4. eumq. omnium μισοφιλῶν, id est, inhumanissimum vocat, videlicet quod absentium amicorum memoriam obliterare videatur. Est omnino ex amicis, qui adsunt, uberior amicitiæ fructus, propter officia mutua, consuetudinemq. quotidianam. Præterea vulgo fit, ut simul atque e conspectu necessariorum se iungat sumus, obrepit obliuio quadam familiarium, ut id iam omnibus in ore sit, qui semotus sit ab oculis, eundem ab animo quoque semotum esse. Arist. libro Moralium Nicomachiorum 8. fatetur locorum separationem non dirimere quidem amicitiam, sed tamen officia interrumpere. Et quoniam vulgus amicitiam utilitate probat, sublatis officiis velut alumnus amicitia, emaritur & amicitia. Proinde Hesiodus, uicinas potissi-

um ad conuiuium vocandos esse monet,

Καλὸν, inquit, ὅς τις σίβει ἐγγύθεν ἄνθρωπον.

Terentianus item Chremes in propinqua amicitia parte ponit vicinitatem.

Nec abluat hinc Propertius libro tertio,

Quantum oculis animo tam procul ibit amor.

Quamquam non apparet, quamobrem Athenæo uideatur adagium hoc usque adso ab humanitate alienum. Quandoquidem, ut opinamur, non tam docet quid nobis faciendum sit, quam admonet, quid vulgo facitetur. Quotum autem quenque reperias amicum tam certum, qui si absis, nō sui dissimilis esse incipiat? Proinde prouerbio hoc veluti Delphico gladio uirolibet pasto utaris licebit: ut intelligas, aut non esse fidendum amicis, qui longo locorum intervallo seiuncti sunt: aut non esse colendos amicos longinque distitos, unde non queas multum sentire commoditatis, sed hos potius quibus præsens præsentiis frui.

Persæpe sacra haud sacrificata deuorat.

Αὐτὰρ δ' ἰδὲ παρθένος κατὰ δῖον.

id est,

Persæpe sacra haud immolata deuorat.

Senarius est apud Athenæum libro 4. Simonidis in mulierem quandam male moratam, & auidam in conuiuiis. Concinne dicitur in eos qui ventris impulsu statim ad deuorandas epulas irruunt, non expectatis ceremoniis. Neque intepesliuiter dicitur in eos qui non expectata iuris ratione hereditatem inuadunt, et aliena per uim occupant. Ductum a uictimis, quas fas non erat contingere, nisi mysteriis peractis. Et Plato vult etiam in conuiuiis prælibari diæ, & mensam rem sacram existimant antiquitas, teste Plutarcho: unde fit, ut his etiam temporibus nefas putent, ἀνὴρ καὶ χερσὶν, id est, illotis manibus accedere.

Chius dominum omit.

Χίος δ' ὁ πῶς τὸν ὀνόματι, id est, Chius dominum mercatus est. In eos quadrabit, qui sibi ipsi malum accersunt. Vsus est hoc adagio Eupolis in amicis, Athenæo teste, libro Dipnosoplistarum sexto. Natum ait inde, quod cum Chij primi seruis mercenariis insinuissent uti, postea subacti a Mithridate Cappadoce, propriis seruis uincti sunt traditi, ut in Colchorum regionem deportarentur, idque illis aliquando euenturum oraculum prædixerat. Huius historiae auctores citat Nicolaum Peripateticum, & Posidonium Stacum. Nec Stephanus tacuit, hanc gentem primum usam famulis ὀνόματι, quemadmodum Lacedæmonij utebantur, quos ποκάβαντες, id est, captiuos, Sicyonij quos ἀνέβαντες, id est, clauigeros, & claua. Itali Pelasgis. Cretes quos appellant δαυίτες. Est autem χίος clarissima Ionum insula, habens eiusdem nominis ciuitatem. Possessum circumflexe scribitur χίος.

Anima & vita.

Ζῆλον καὶ τὴν ψυχὴν, id est, Anima & vita, de re supra modum suauis. Prouerbium natum in cubilibus, atq. inde deductum.

Αα

2

ductum

ductum in communem sermonem. Videtur autem peculiare fuisse iudicibus. Iuuenalis,

Ζῶν καὶ ψυχὴ, modo sub iudice relictis

Vteris in turba.

Item Martialis epigrammatum lib. 10. in Lalliam.

Ζῶν καὶ ψυχὴ, lasciuum congeris usque.

Proh pudor Herfilia ciuis & Aegeria.

Huc respexit Iuuenalis cum ait,

Concumbunt Græce.

Hesiodus pecuniam, animam mortalibus esse dicit.

Υρῆμα καὶ ψυχὴ πέλειται δολοισι βροτοῖσι. id est,

Pecunia enim anima est miseris mortalibus.

Et Aristoteles pecunias velut alteram hominis animam esse scripsit. Nihil autem est vita, neque iucundius, neque carius.

Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt.

VERGILIUS in Pharmaceutria.

Credimus, an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

Seruius prouerbialiter admonet dictum a poeta. Nam quod quisque sperat, facile credit. Et tarde, quæ credita ledunt, credimus, ut ait Ouidius. Metus autem & spes, ut eleganter, & vere scripsit Lucianus in Pseudomante, diuinationem & auguria repperunt. Qui impense cupiunt, suis votis undecunque blandiuntur, & quidvis in omen optati euentus trahunt. Rursum qui misere metuunt, quauis ex re solatium formidinis aucupantur. Non vsquequaq. discrepat ab hoc Terentianum illud, Mihi non fit uerisimile. Atqui ipsis commentum placet. Non videtur alienum ab hac forma Theocriticum illud,

Πῶτα κύβη ἀπὸ τοῦ μαρτυροῦμαι, ἔχοντα κύβη. id est,

Somnia cuncta tanquam panes, ego somnio piscem.

Qui suis votis blandiuntur, & Græcis dicuntur ἰαυτίε τινεσπολίου, id est, sibi ipsis sua interpretari somnia: quod omnia rapiunt in alimentum spei suæ.

Polypi.

POLYPI prouerbio dicebantur olim, vel stupidi stolidi, vel rapaces, & uncis unguibus homines. Siquidem ob eam causam Polypo stultitiam tribuunt, quod ad manum captantis ultro mouetur, nec aliter capitur, nisi quod non cedat, auctore Athenæo. Adscribitur autem rapacitas tenacitasq., quod quidquid brachiorum flagellis nactus fuerit, suctu trahat ac retineat. Plautus in Aulularia: Ego istos noui polypos, qui ubi quidquid tetigerint, tenent. Nihil autem vetabit quo minus polypos appellemus eos, qui semet in omnem habitum uertunt omnibus assentantes. Quos eleganter notat Photylides,

Μὴδ' ἴππον κύνεα καὶ ἄλλα ἰσὺν, ἀλλ' ἅπαντα.

Μὴδ' ὅς περ τρυφῆς πολὺν κατὰ χεῖρας ἀμύβει.

Petitor neue aliud celes, aliudq. loquere,

Proq. locò variere, petris uti polypus harena.

Ion apud Athenæum libro 7.

Στυγὴ μετὰ μακρότερον πέλποισι χοῖς. id est,

Odi colorem subinde inario polypum.

Huc pertinet quod admonet Plautus, ut qui sapit, bonus sit bonus, malus malis. Hoc nomine laudat Pindarus in Nemeis hymno quarto quendam, Μαλὰ καὶ ἄλλοις ἰσχυρὸς, ἔχοντα καὶ λυγροῦς ἰσχυροῦς. i. Mol-

lis erga bonos, asper vero insidiator erga molestos ad-

uersarios. Non absudit hinc quod ibidem habetur hymno tertio, Εὐ πασὶ νείσι πᾶσι, ὅδ' αὖ δρᾶσιν ὡς, τριτον ὅδ' παλαιότεροις μέρας, ἱκᾶσον δὲ ἰσχυρὸν βρότον ἰδὼς, id est, Inter pueros teneros puer, inter viros autem vir. Tertia inter seniores pars, quodq. ut habemus mortale genus. Laudat Pindarus hominem omnium moribus & aetatibus sese attemperantem. Eodem titulo laudat quempiam in Pythiis hymno octauo, Τὸ ὅδ' μακρὰν ὄρεα καὶ παλιν ὁμῶς ἐπίσσαι, καὶ ὅδ' ὅν' ἀτρεκέι. id est, Tu enim & humaniter agere nosti, & affectum sumere temporis congruentem. Rursum eiusdem operis hymno quarto, Κεῖνος ὅδ' αὖ πασι νείας, ὅδ' αὖ βελῆς πρίσθιν. id est, Nam ille inter pueros iuuenis, in conciliis vero senex. Idem eiusdem operis hymno secundo, φίλον εἰν φίλιν, ποτὶ δὲ ἔχοντα χεῖρας ἰδὼν λυκοῖο δίκας ὑποβύσσαι id est, Amiciciam contingat Ceteram aduersus inimicum tamquam inimicus, lupi more incurram, siue insidiabor.

Nullus malus magnus piscis.

Οὐδὲ κακὸς μέγας ἰχθύς.

id est,

Nullus malus magnus piscis.

AE N P G M A prouerbiale dici solitum in homines prae grandi quidem corpore, ceterum ingenio nullo. Clearchus in commentario de prouerbis apud Athenæum libro 8. hinc ortum scripsit. Stratonicus citharædus cum Porpin uidisset Rhodium citharædum ingenti corporis mole, verum arte non perinde magnum, percunctantibus quibusdam quisnam is esset, hunc ad modum respondit, οὐδὲς, κακὸς, μέγας, ἰχθύς, ansipiti dicto significans illum, nullum, id est, nullius esse precij, malum & improbum, magnum corpore, denique piscem, quia mutus esset & inscandus, ac male canorus. Theophrastus Derisi, fateretur dictum quidem esse a Stratonico, sed non in Porpin, uerum in Simylam histrionem, μέγας, οὐδὲς, σαπρὸς, ἰχθύς, id est, Nullus, magnus, putris, piscis. Sed elegantius quod retulit Clearchus, propter amphibologiam non inueniunt. Aristoteles in eodem mox loco apud Athenæum super hoc adagio fabulam huiusmodi refert, in Repub. Naxiorum. Apud Naxios, locupletes quidem pleriq. urbem habitabant, ceteri uero sparsi per vicos agebant. In quodam itaque vico, cui nomen Lestade, Telegoras habitabat pradiues, ac nobilis, multa q. apud plebem auctoritatis, cui cum alij complures honores habebantur, tum præcipue muneribus quotidianis ciuium honorabatur, adeo ut qui vendebant, si quis minoris liceretur quam uellent, dicere soliti sint, se malle dono dare Telegoræ, quam tanti vendere. Quidam igitur adolescentes cum piscem ingentem licitarentur, ac piscator ex more diceret, ferte malle Telegoræ dono mittere, quam tanti vendere, moleste ferentes eadem audire ceteros, simulata beneuolentia ad Telegoram adduxerunt emptum piscem. Quam cum ille libenter accepisset, tunc ipsum adorti sunt, tunc filias tam nobiles constuprarunt. Quod factum, indigno ferentes Naxij, abreptis armis inuadere conati sunt adolescentes: tantaq. hinc orta seditio, ut Dydamis huius tumultus præfectus, post arrepta tyrannidis uisus oppresserit. Maecenas Aristot. At hæc non videmus: quid ad prouerbium faciant, nisi duo faciamus

ciamus proverbia, quorum hoc posterius sic efferatur,
Citius Telegora donarim, quam tanti vendam. Nam
Athenæus indicat Aristotelem de proverbio discernis-
se. Videtur esse senarius, sed in verso dictionum or-
dine perturbatus. Constat si legas, ἔδωκε μίαν ἑξ ἑκ
κακός.

E squilla non nascitur rosa.

PROVERBIALI figura dixit Theognis,

Οὐκ ἐκ σκιδάρας ῥόδου φύεται, ἀλλ' ἀκινθός, id est,

Non etenim e squilla rosa nascitur, aut hyacinthus.
Sed neque ab ancilla filius ingenuus.

Admonet adagium, e probis parentibus nasci liberos
probos, ex improbis improbos. Simili forma dixit Ho-
ratiū in Odis,

Neque imbellem feroces

Progenerant, aquila columbam.

Venustius erit, si ad indocti doctoris, indoctum discipu-
lum referatur, ad improbi nutritij improbum alumnū.
Pertinet adagium ad illam classē, κακὰ κόρυκας κα-
κὸν ὄν, id est, Mali corni, malum ovum. Et,

Οὐκ ἀπὸ γένου χυτὸς ἐκ κακοῦ πατήρ, id est,

Prolem probam haud pater progignet improbus.

Est autem Squilla herbae genus non dissimilis aloe, de
qua multa Plinius aduersis locis.

Non omnia possumus omnes.

NON omnia possumus omnes, apud Vergiliū in Phar-
macutria. Proverbialis sententia, qua mixtritiorē
aliā reperies. Sumpta videtur ex Homero, apud quē
Iliados N. Polydamas sic alloquitur Hectorē,

Ἀλλ' οὐ πάντες ἀμείψονται δουρὶ καὶ αὐτὸς ἰλίδω.

Ἀλλ' οὐ μὴ γὰρ ἰδὼ κακὸς πολέμιος ἔσται,

Ἀλλ' οὐδ' ἐρχόμενος, ἐπεὶ καὶ κτερεῖν καὶ κτεῖσθαι,

Ἀλλ' οὐδ' ἐπὶ σὺν ἔτι μὲν ὄντι ἐνὶ στήθεσσι.

Εἴδω, τὸ δ' ἐπὶ πᾶσι παροῖσιν καὶ ἀδελφοῖσι, id est,

Haudquaquam poteris fortiter omnia solus.

Namque aliis diui bello pollere dederunt,

Huic saltandi artem, voce huic cittharaq. canendi,

Rursum alij in seuit sagax in pectore magnus

Iupiter ingenium, at multis est utilis ille.

Item Odisea 6.

Οὐτάρ ἐπὶ πάντας θύει χάρις καὶ δίδωσι

Ἀνδράσιν, ἐπὶ φύλιν, ἐπὶ ἀφ' ὧν ἔσται, ἐπὶ ἀγορῇ τε.

Ἀλλ' οὐ μὴ γὰρ ἰδὼς ἀκιδνότητος πᾶσι ἀνδρῶν,

Ἀλλ' οὐδ' ἐπὶ μὲν ἑστῶν ἐπὶ στήθεσσι, id est,

Non ita celeres tribuunt sua dona quibusvis,

Sed formam, siue ingenium, viresue loquendi.

Est etenim informis species cui contigit, at qui

Linguae dote deus pensat dispendia formae.

Euripides in Rheso,

Ἀλλ' οὐδ' οὐτὸς πάντες ἐπὶ πᾶσι βροτοῖς

Εἰδομένους, ἀλλ' οὐδ' ἀλλοτρίους καὶ γένους.

Et cuncta norit, nemini mortalium

Datum est, at alia dos adest alijsuro.

Eodem pertinet quod scribit Theognis,

Εὐδαίμων ἀδελφῶν ἀρίστη καὶ κακῶς ὁκνῶς,

Ὀλίγοις ἐκ τούτων ἀμφοτέρων ἰσχυρά, id est,

Sunt pauci, quibus iisdem et virtus suppetit et res.

Felix cui simul haec sunt data sorte deum.

Titus Livius libro 22. Non omnia eidem dii dederunt.

Vincere scis Hannibal, victoria vi nescis. Videtur
Livius retulisse illud ex Iliados.

Οὐδ' ἀπὸ πόντος,

Εἰ πάντας ἔργασαι δοκίμους φάτα γινώσκω, id est,

Haud illud contigit unquam, ut

Omnibus in factis callens appareat idem.

Huc pertinet & Pindaricum illud ex Nemeis,

Τίχνοι δ' ἰστέον ἐπεὶ οὐ,

Artes aliis alia, id est,

Interpres ostendit, illud Atticis proverbij loco dictum

fuisse,

Ἀλλ' οὐδ' ἀπὸν ἐπὶ τυχόντι,

Alia aliorum inuentiones, id est,

Idem alibi,

Φαῖ δ' ἑκάστος διαφέρει μὲν βίον, ἀλλ' οὐδ' ὅτι,

τὸν δὲ ἀλλοί.

Τυχὸν δ' οὐδ' ἀδύνατον εὐδαιμονίαν ἀπαρτεῖ, id est,

Natura differimus, uitam fortientes, hic hanc, illam

alij. Porro fieri non potest, ut omnis felicitas uni co-

tingat. Idem Olympiorum hymno primo,

ἢ ἄλλοι δ' ἀλλοί μεγάλοι,

In alijs alij magni sunt, id est,

Idem expressius Encomio octavo,

ἄλλ' οὐδ' ἀπὸν ἑκάστω,

ἀλλ' οὐδ' ἀπὸν παρὰ δ' ὅτι,

οὐδ' ἑκάστω ἐπὶ τυχόντι,

Alia ad alium venerunt bona, sed diis fauētibus mul-

ta iuxta felicitatis. Rursus eiusdem tituli hymno nono,

ὅτι γὰρ ἀλλ' οὐδ' ἀπὸν,

ὅτι γὰρ ἀπὸν παρὰ δ' ὅτι,

ἢ μὴ δ' ἀπὸν καὶ τὰς ἀμείψονται,

μελέτα.

Sunt enim alia via alijs efficaciores, sed non omnes

nos alet unum studium.

Multae manus onus leuius reddunt.

VILCO circumfertur adagium, multis manibus onus
reddi lenius. Quo significant etiam difficilia facile co-
fici, si quis non ipse solus negotium aggrediatur, sed in
plures adiutores & auxiliares partiatur. Sumptum
est a tollendis oneribus. Videtur autem ea sententia
ab ipsa usque antiquitate in nostram aetatem demanasse.
Legimus enim apud Hesiodum in opere cui titu-
lus, ἑρκα καὶ ἀμείψονται,

ἑρκα καὶ ἀμείψονται,

ἑρκα καὶ ἀμείψονται, id est,

Plus potest & plurium industria.

Item Homerus Iliados M.

Ἀλλ' ἐποικητῶν πλεόνων δὲ τι ἔργον ἀμείψονται, id est,

Adsitis comites, multorum industria nanq.

Plus pollet, quam paucorum.

Ad hoc respexit Euripides in Phœnissis,

Εἷς δ' ἀνὴρ ἢ πάντες ὄντες,

Vir unus autem nemo cuncta dispicit, id est,

Rursum in Heraclidis,

Μία δ' ἡ χερὶς ἀδινὰς μάχη,

Id est,

Inualida pugna est unica tantum manus.

Eodem pertinet quod alibi retulimus, εἷς ἀνὴρ οὐδὲ

ἀνὴρ id est, Unus vir, nullus vir.

Sine Cerere & Baccho friget Venus.

TERENTIUS in Eunuchis, Verbum hercle hoc ve-

rum est, sine Cerere & Libero friget Venus. Dicuntur

Αα 3 hac

hac sub persona Chremetis adolescentis rustici, qui sobrius oderat mētrices, post idem potus non abhorret. Cibus enim & potus iritamenta sunt libidinis. Eleganter autem Cererem pro cibo, Bacchum pro vino, Venerem pro libidine dixit continenter in figura persiflens. Nam illud ipsum verbum *Friget*, metaphoram habet, quam Donatus a picatione vasorum mutuo sumptum autumat, quod frigida pix non adhaereat. Frigida profecto nimiumque affectata interpretatio, quod quidem tanti viri pace dictum sit, si modo illius est interpretamentum. Ardent amantes, & frigent quae languent. Horatius,

Non enim posthac alia calebo Femina.
Et frigent in vxores mariti, qui non admodum amant.
Diuus Hieronymus Terentianam sententiam crassiore Minerva explicans, Distento ventre distenduntur ea, quae ventri adherent: significans libidinem esse gastrimargiae comitem. Peculiariter autem vinum irrat libidinem. Euripides,

Οὐκ ἔστι μὴ παρρητοῦ καὶ ἔστιν κῦπρις. id est,

Absente vino, nulla tunc adest Venus.

In Græcorum collectaneis ita legitur;

Νικητὴν ἀφ' ὧν διόνοσε δὶ Χάρι καὶ δῖον τερος. id est,

Mortua res Venus sine Baccho & Cerere.

Cynicus apud Athenæum libro Dipnosophistarum sexto, refert eandem sententiam his fere verbis,

Εἰ τὴν κῦπρον παρρητὸν τῶν καλῶν ὄψεαι

Οὐκ ἔστι. πῶς οὖν ὅτι κῦπρις περὶ αὐτῆς. id est,

Nam ventri inanem non inest formarum amor.

Amara Venus est dira quos premit fames.

Ac mox subiicit carmen Euripides, quod ille mutatus sit ab Achæo Satyrico:

Εὐ πῶς μοι οὖν τὴν κῦπρον, καὶ πῶς οὖν τὴν δῖαν. id est,

Saturo Venus adest, famelico nequaquam adest.

Athenæus libro Dipnosophisti. 1. distichon adducit eandem complectens sententiam:

Εὐ πῶς μοι οὖν ὅτι κῦπρις, καὶ δὲ τοῖς κακῶς

Πρὸς ἄσπον καὶ ὁ δὲ τῶν ἀφροδίστην βροτοῖς. id est,

Saturis Venus adest, ceterum infelicibus

Miserisq. nulla adest Venus mortalibus.

Apud hunc ipsum libro 10. Aristophanes vinum, lac Veneris appellat, quod alat libidinem,

Ὡς τὴν πίνον οἶνος, καὶ φροδίστης γάλα. id est,

Vinum bibenti suauē, lac Cypriæ deæ.

Huc pertinet epigramma quod fertur incerto auctore:

Ἐρωτὶ πάῃσι λῖμος, εἰ δὲ μὴ χρόνος,

Ἐὰ δὲ μὴδὲ τὰ ὅσα τὴν φλόγα σβέσσει.

Ὁδὸς πᾶσι τοῖς πόλοις ἐν ἡρώδῃ βροτοῖς. id est,

Fames amorem sedat, id si sit minus,

Tempus medetur, sin nec ista extinguere

Flammam queant, tum restat ut funem pares.

Idem intelligi voluit Apuleius, cum Veneri ebriam canam affingit, cum interim esuriant Psyche. Quamquam Aristoteles indicat, immodicam vini potionem inuitiles reddere ad coitum. Nam diluit vim seminalē, atque ob eam causam Alexandrum Magnum in Venerem parum fuisse strenuum, quod esset vinosus. Idq. Theophrastum dixisse narrat Athenæus.

Nauiges in Massiliam.

Πλίσσας ἵς τὴν μασσαλίαν. Scribit Athenæus lib. duodecimo, Massilienses usque adeo deliciis effeminatos

olim fuisse, ut prouerbio dici consueuerit, πλίσσας ἵς τὴν μασσαλίαν, id est, Nauiges in Massiliam. Non explicat quidem ille prouerbi sensum, sed facile conicitur in molles, & moribus cultuq. parum virili torqueri debere. Plautus in Cassina, Vbi tu es, qui colere mores Massilienses postulas? Tamen si, quod ait Plautus, nobis potius referendum videtur ad seueritatem vite, quemadmodum Plutarchus in vita Agesilai docet, Spartanam disciplinam appellatam, seueram minimeque deliciis indulgentem. Nam non alia gens laudatior quam Massiliensium, si Ciceroni credimus, siq. vera memoret Valerius Maximus libro 2. capite De institutis, multa commemorans de disciplina eius ciuitatis, quæ nec mimos villos in scenam admiserit, ne parum pudicis fabularum argumentis ciuium mores inficeretur, nec eos qui religionis pretextu vitam inertem & otiosam sectarentur, intra portas reuenerit. Aliaq. id genus de Massiliensium seueritate referuntur apud auctores, ut appareat Athenæum non de Gallica Massilia, sed de Libica loqui, cuius meminit Vergilius quarto Aeneidos libro,

Hic mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos.

Quo quidem ex loco coniecturam facere licet, Massylos maleficiis olim infames fuisse, quemadmodum & Thessalos. Ceterum quoniam apud Athenæum Massilia est, non Massilia, fieri potest ut nec sit Massilia quæ est Gallia Narbonensis, nec Massilia Maurorum, sed tertia quæpiam. Licet hanc nominum differentiam interdum confundant Græci scriptores. Stephanus indicat hoc nomine fuisse ciuitatem Ligusticæ, Phoeniciam coloniam, auctore Hecateo: Timæum vero illud addere, cum nauclerus ad nauigasset, viso piscatori proiecto in terram fune, dixisse, alliga rudentem. Et hinc loco nomen inditum Massalia. μᾶσα enim Aeoli bus est, quod alij dicunt δᾶσα, ἄλιος piscator: ex μᾶσα igitur & ἄλιος dicta Massalia.

Nauiges Træzenem.

Πλίσσας τρεῖζων, id est, Nauiges Træzenem. Eustathius enarrans secundum Homerice Iliados librum ait dici solitum in eos qui cum mento imberbi essent, tamen apposititiis pilis barbam virilem mentirentur. Addit inde natum, quod Træzenis portus quispiam vulgo celebratus sit nomine Barba. Est autem alter Træzen in Massilia.

Attica bellaria.

Πῦρματ' ἀττικὰ, id est, Bellaria Attica: De lauitiis & cu pedibus. Transferrī potest ad rem quamcunque maiorem in modum suauem ac iucundam. Plato Politia sup libro 3. ἡ γὰρ καὶ ἀττικὴν πῦρματ' οἱ δὲ δοκῶσιν εἶναι ὑπαδίασθαι. id est, Danna & Attica bellaria, quæ videntur ad lauitias pertinere.

Nemo bene merito bouem immolauit, præter Pyrrhiam.

Οὐδὲν ἔστιν ἄλλο, ἢ βουὴν ἱεῖν καὶ ἢ πυρρίαν, id est, Nemo bouem immolauit bene merito, nisi Pyrrhiam. Hoc prouerbio quondam utebantur, si quando quis extipisset homo insigniter gratus, qui beneficium acceptum ampliter repensaret. Plutarchus in Questionibus Græcicis, unde sit natum adagium enarrat ad hunc modum.

Nauis

Nauis quædam piratica appulit ad insulam Ithacensē, in qua forte fortuna senex quidam erat una cum cadis fidelibus plenis pice. Pyrrhias quidam Ithacensis, ut opinamur, negotiator, senem dato precio redemit a piratis, nō ob id quod eo sibi foret opus, sed partim quod misertum esset, senilis fortuna, partim hominis oratione persuasus. Emit autem una cum senē cados illos picarios, idq. auctore sene. Deinde profectis piratis, quo Pyrrhia gratiam referret senex, quod non ob luctu cupiditatem, sed ob benevolentiam sese liberum fecisset, indicauit in cadis multam pecunie vini picis admixtā, abditam esse. Qua reperta, cum Pyrrhias derepente diues esset redditus, cum magnifice collaudauit senis erga se gratitudinem, tum eidem bouem immolauit officij premium. Atq. hinc re iam peruulgata natum pro uerbium, de gratia prolixè relata. Veteres enim regale sacrum & magnificum, opiparumq. conuiuium βασιλικόν appellabant.

Fumi umbra.

Καπνὸς οὐκ ἔστι, id est, Fumi umbra. Prouerbiali hyperbole id dixit antiquitas pro re quamlibet uili. Sophocles in Antigone,

Τὰ δ' ἄλλα καπνὸς σκιάς οὐκ ἔστι προαίμα. id est,
Reliqua fumi umbra non emerit.

Cum omnis umbra res quædam est inanis, tum uero fumi umbram pene dixeris umbram umbræ. Extat & hoc apud Aristophanem. De hoc alias nonnihil attingimus.

Vium cadauer. Vium sepulchrum.

Εὐτυχὸς νεκρὸς, id est, Vium cadauer. Prouerbiali figura dixit Sophocles in Antigone,

Οὐ τίς μ' ἔγωγε
Ζῶν τῶτον, ἀλλ' αὐτοχθὺν ἡγεῖμαι νεκρὸν. id est,

—Hunc ego viuere—

Haud arbitror, viuum at cadauer iudico.

Refertur apud Athenæum libro duodecimo. Euripides in Aeolo apud Stobæum,

Φεῖ φεῖ πτελαυδὸς αἰνός ὡς καλοῖς ἔχω,

Γίγνεται δ' εἰς ἐς μὲν ἄλλο πλὴν οὐχ ὅς

Καὶ ὅτ' ὄντως δ' ἐρησμένον μὴ ματα.

Νέος δ' ἐκ νεκρῶν, οἷός μ' ἐστ' ἰδὲ πρηνὲς. id est,

Hens hens, uetustum ut recte habet prouerbium,

Nil aliud atq. turba nos senes sumus,

Umbræq. uerum serpinus imitamina

Insomniorum, ceterum mens haud inest.

Quamquam uidemur sapere nobis adprobe.

In eos dicitur qui sic viuunt, ut nihil dignū uita agāt.

Lucianus senem decrepitum εὐτυχὸν τινὰ καλεῖται, id est,

Vium quoddam sepulchrum appellat. Huc pertinet etiam illud Mimi cuiusdam Laberij apud Gel-

limum;
Similis sepulchris nil nisi nomen retineo.

Ex fronte perspicere.

Ex fronte perspicere dicimus, quod statim & uelut ipso protinus occurso percipimus. Sumptum ab Physiognomicis, qui se profitentur ex oris lineamentis, reliquaq. corporis specie, ingenium hominis posse deprehendere. M. Tullius ad Antonium, Non enim solum ex oratione, sed etiam ex vultu, & oculis, & fronte, ut aiunt,

meum erga te amorem perspicere potuisses. Id adagiū etiam hodie vulgo tritissimum est. Cicero ad Q. fratrem de petitione consulatus, fratrem appellat animi ianuā: Cura, inquit, ut aditus ad te diurni atq. nocturni pateant, neq. foribus solum aditus tuarum, sed etiam vultu & fronte, quæ est animi ianua. Quæ si significat uoluntatem abditam esse ac reclusam, parui refert patere ostium. Hæc Cicero. Unde & uera fronte fieri dicuntur, quæ sunt ex animo. Interdum enim aliud frons loquitur, aliud celat animus. Adlusit huc Aristophanes in Equitibus.

Επὶ δ' ἄλλον ἄλλῃ τοῖς προσώποισι ποικίλῃ

Ἡ τοῖς ἑστέρι χαίρει καὶ τοῖς πρὸς ἑαυτὸν. id est,

Nobis ut ipsis frontibus faciant palam

An nostra dicta ac facta lati comprobent.

Spem precio emere.

EST lucrum incertum, & in euentu situm, certo affe-
ctare damno. Terentius in Adelphis, Ego spem precio non emo. Hanc sententiam leno refert illi, Pecuniā in loco negligere, maximum interdum est lucrum. Quæ drabit potissimum in eos, qui spe rerum adducti maximarum, principum fauorem muneribus obsequijsque captant. Certe atatis ac temporis impendio, quo non alius sumptus carior. Nam quid aliud quam spem precio emunt? Figura mutuo sumpta uidetur a quodā emptionis genere, in quo consuevit alea rei, nō res emi. Veluti si quis retium iactum emat in piscado, aut missilium prædā in venatu, aut si quid aliud eiusmodi. Quæ de re multa fit mentio in Pandectis lib. 18. titulo de contrahenda emptione: ueluti cum quis emit prouentum agri in annum proximum, aut partum animantis, siue cum emitur captus piscium aut auium, aut etiam missilium, quam illi uocant aleam: in partu tamen non tenetur emptor, si nihil natū fuerit, nisi forte hoc per ipsum actū est ne quid nasceretur: in alea tenetur, quoniam spes emptæ est: tantum in missilibus euentio rei capte perimit ex empto actionem.

Cælum territat.

PROVERBIALIS hyperbole apud Vergilium in Aeneide,

—Et cælum territat armis.

Conuenit in minaces & feroces, Thraïonesq. magniloquos. Sumpta uidetur a bello Giganteo, quæ fabula notior quam ut hic sit repetenda. Confine huic illud Synesij in epistola contra Andronicum, τὴν κεφαλὴν τὴν ἀντιπρὸς τὸν οὐρανόν, id est, Capite cælum perumpere conatur.

Subere leuior.

Subere leuior, id est, Subere leuior. Prouerbialis hyperbole in homines inconstantes & lubrica fide. Suberis enim lignum cauernosum, quod in aqua non sedit, uerum etiam retibus & natantibus adligatur, ne possint fidere. Horatius in Odis,

Quamquam sydere pulchrior

Ille est: tu leuior cortice, & improbo

Iracundior Adria.

Strabo libro primo, inter hyperbolas prouerbiales hæc quoq. commemorat, Subere leuior umbra. Quæquam hic locus apud Strabonem non caret suspitione mendositatis.

dositas. Græca sic habent, Καὶ κατὰ τὴν ὁρίσιν
 ὑπερβολὴν ὑπερβολῶς, ὡς καὶ τὸ κοινὸν τὸν ἴνα φησὶ
 σκιά, δὲ αὐτὸς φησὶ, ἡ δὲ ἡ δὲ ἡ δὲ ἡ δὲ
 ἡ δὲ ἡ δὲ ἡ δὲ ἡ δὲ ἡ δὲ ἡ δὲ ἡ δὲ ἡ δὲ
 phernas siue Guarinus: Et sicut nonnulli super excessi-
 bus excessus sunt, ut illud, leuiorem subere umbram:
 & illud formidolosiore lepore Phrygem: & illud,
 Ager minorem tellurem habet quam epistola Laconi-
 ca: primum umbram esse leuiorem subere non est in-
 quis hyperbole, immo nulla potest, ut iam demus Græ-
 ce recte dici κατὰ τὴν ὁρίσιν. Unde hic pro σκιά legē-
 dum arbitramur σκιάς, ut sic dicta sit suberie umbra,
 quemadmodum dicimus umbræ somnii. Itē δὲ αὐτὸν
 λαγὼ φησὶ, id est, timidiorem lepore Phrygem, quo-
 modo legisse videtur interpres. Nec absurdum si intel-
 ligamus Phrygium leporem, veluti ceteris pavidio-
 rem, quod ea gens imbellis habebatur & effeminata
 delicijs. Pindarus in Pythiæ hymno secundo metapho-
 ram flexit ad laudem hominis, qui quamquam pressus
 calumnijs malorum, non deiecit tamen animum, sed se
 suapte natura recipit in apertum, unde & φησὶν ἀπα-
 νισσιν appellat; id est, suber quod tingi nequeat. Huc re-
 flexit Horatius Epistolarum lib. 1. de Ulyssæ loquens,
 Dum sibi dum socijs reditum parat, aspera multa
 Pertulit, aduersis rerum immerfabilis undis.

Cubito emungere.

Αὐτὸν ἀπομαρτυρεῖ, id est, Cubito emungens. Prouer-
 bialis ironia in hominem sordidi quæstus & conditio-
 nis abiectionis. A falsamentarijs ducta, quibus mos est
 iurium mucum cubito abstergere, nimirum manibus mu-
 ria & falsugine oppletis. Bion philosophus apud Sui-
 dam ex Laertio, ἡ μὲν πατὴρ μὲν ἦν ἀπὸ δυνάεως, τὸ ἀνὴρ
 ἀπομαρτυρεῖ, id est, Meus pater erat libertinus, cubi-
 to emungens. Celebratur scomma M. Tullij tortam in
 quendam falsamentarij filium, cuius tacito auctoris
 nomine meminit qui scripsit rhetoricen ad Herennium,
 in schematis specie, quæ dicitur significatio per conse-
 quentiam, Vt, inquit, Si falsamentarij filio dicas: quie-
 sce tu, cuius pater se cubito emungere solebat.

Hiberæ naniæ.

HIBERAS naniæ diuus Hieron. nugæ appellat, in præ-
 fatione quam præposuit Moyse Petasuchus: Quod mul-
 ti ignorantes, inquit, apochyphorum deliramenta se-
 ctantur, & Hiberas naniæ libris authenticis præse-
 runt. Idem in duodecim quæstionibus: Et Hiberas na-
 niæ Aegyptiaq. portenta sectari. Hiberas naniæ
 dicit propter prodigiosas maleficiorum fabulas vul-
 go iactatas. Nam Hiberos maleficiorum infamia labo-
 rasse, testis est in Odis Horatius. Nisi quis mauult ad
 flumen auriferum Tagum referre. Quamquam ipse
 diuus Hieronymus in epistola aduersus Vigilantium,
 satis indicat de portentis ac monstris intelligendum,
 scribens ad hunc modum: Et quia ad radices Pyrenæi
 habitas, vicinusq. es Hiberiæ, Basilidis antiquissimi he-
 retici, & imperitiæ scientiæ incredibilia portenta per-
 sequeris. Athenæus in secundo tradit Hiberos, cum es-
 sent opulētissimi, tamen ob parsimoniam semper ὀψο-
 πῶν solitos, & μὲν οὐκ ἔστιν, hoc est, aquam bibere; &
 solos cibum capere. Ceterum vestitus fuisse sumptuosis-
 simo. Citat hoc ex Athenæo Stephanus. Sed pro μικρο-

λογία deprauatum est μικρολογία.

Siculæ nugæ, Gerræ. Persolæ nugæ.

SICULÆ nugæ prouerbio dicuntur res leuicula. Au-
 sonius in epistola ad Symmachium, Cogitans, inquit, nō
 illud Catullianam,

Cui dono lepidum, nouum libellum,
 sed amargoteron & verius,

Cui dono illepidum, & rudem libellum,

non diu quæsiui. Tu enim occurristi, quem ego, si mihi
 potestas sit, ex omnibus unum semper eligerem. Misi
 itaq. ad te friuola gerris. Siculis uaniora. Porro Siculo
 tum dicatur nota est veterum literis, Nam Siculus
 fuit Epicharmus, ad cuius exemplar properare Plau-
 tus dictus est Horatio. Plautus autē in uigis ac iocis et
 immodicus, nec raro ineptus. Porro gerras Græci cra-
 tes uiminas appellant. Ea vox postea uulgo pro nugæ
 metis rebusq. friuolis usurpata est auctore Festo Pom-
 peio, hac quidem occasione: Athenienses cum Syracu-
 sas obsiderent, & crebro Gerras poscerent, irriden-
 tes Siculi gerras clamitabant. Hinc in prouerbiū ces-
 sit: Vnde & familiares, quiq. inter se nugæ omnes co-
 municant, congerrones vocantur. Suidas neque gene-
 re λέγει refert, ut Persicam vocem, quæ quidem iung
 arma declararet, tum quoduis defenfaculum. Etymolo-
 gicon Græcum addit, apud Siculos naturam muliebri
 gerron appellari, λέγει naniq. dici, commutatione li-
 teræ, quasi λέγει. Δίκεα autem apud Græcos pellem
 significat, & gerra proprie defenfacula sunt pellicca.

Plautus in Rænulo: Scitum per tēpus hoc iam est uer-
 bum, si uerbum uetus. Nam tua blanditiæ mihi sunt,
 quod dici solet, gerræ germanæ. Aedepol liræ, liræ.
 germanas dixit, non germanicas, absit, sed meræ ac
 veras nugæ. Quod autem Plautus vocat liræ, Græci
 dicunt λήρες siue ληρέματα. Vocē dictam putat λέρες,
 & λέρες, quod dictum fallens memoriam excidit. Quæ-
 admodum & φλάρεν & φλαρέια dictam a φλόω, &
 φλόω, quod superfluat exundatq. uerbis garruli. Apud
 hunc ipsum Plautum & Persolas nugæ legimus,
 opinamur ob montes aureos, qui apud Persas esse
 perhibentur.

Qui semel scurra, nunquam pater- familias.

Qui semel scurra, nunquam paterfamilias. Porphyrio
 enarrans Horatium, admonet fuisse prouerbiū. Sen-
 sus est autem, cum quem semel depuduerit, quicq. con-
 tempta fama scurræ agere cæperit, uix unquam ad
 bonam frugem redire. Scurra gaudet alieno cibo, pa-
 terfamilias parat unde domi uiuat. M. Tullius in actio-
 ne pro Publio Quintio: Memini, vetus est, de scurræ
 multo facilius diuitem quam patremfamilias fieri pos-
 se. Fortuna crebro largitur opes indignis: at bonā men-
 tem dat nemini.

Agroto dum anima est, spes est.

AGROTO dum anima est, spes est. Sententia prouerbia-
 lis, admonens ne in afflictissimis quidem rebus abi-
 cendam esse spem. M. Tullius ad Atticum, Vbi agroto
 dum anima est, spes esse dicitur, sic ego quoad Pom-
 peius

peius in Italia fuit, sperare non destiti. Sumptum videtur adagium ex Theocriti Batto:

Οἱ ποτὶν χρὴ φίλοι βαῖτε, τὰ χ' αὐτοὶ ἔσονται ἄμνητον.
Ελπίδες οὐ γὰρ οἷσι, ἀλλ' ἰπποσὶ δὲ βαρύνετε.
Χὼ ζῶντες ἄλλα καὶ μὴ πέλει αἰέτιος, ἄλλα δ' ὄντα.

Hos versus non ineleganter vertit Philelphus,
Fidere Batte decet, melius cras forsitan habebis,
Sperandum est vivis, non est spes vlla sepulchris.
Nunc pluit, & claro nunc Iupiter aethere fulget.

Item Euripides in Troadibus,

Οὐ ταῦτ' ὦ παῖ τῷ βλεπόμενῳ τὸ κατὰ θυμόν.
Τὸ μὴ γὰρ εἶδεν, πρὶν δ' ἰνέειν ἑλπίδες. id est,
Non est idem hic gnate vivere ac mori,
Siquidem hoc nihil, spes sunt in illo scilicet.

Eodem pertinet fabula de Pandora pyxide, in cuius summo labro sola spes haeserit, reliquis omnibus morbis euolantibus.

Ad viuum refecare.

M. TVLLIUS lib. De amicitia, ad viuum refecare, dixit pro eo quod est, rem exactius quā sat est, ac morosius excutere. Sed hoc, inquit, primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. Neq. id ad viuum refeco, ut illi qui hanc subtilius differunt. Mutuo sumpta metaphorā a tonsoribus capillos aut ungues refecantibus. Nam si sapientum molesti sunt, dum nimium diligentes esse student. Idem in libris De finibus, dixit Prescius agere, pro exactius & accuratius. Plautus in Bacchidibus sub persona Chrysalis: Tondebo auro vsq. ad viuam cutem. Et hoc ipsum tondere pro deludere Graecis in proverbio est.

Hosimentum est opera pro pecunia.

HOSIMENTUM est opera pro pecunia. Hoc adagium admonet, nihil gratuitum esse debere, sed officium beneficij pensandum. Hosimentum autem, auctore Pompeio Festo, beneficij pensario est, a prisco verbo hostire & redostire, quod est paria referre. Ab eodem hostem dici putat Nonius, quod ex aqua causa pugnam suscipiat. Sic lena apud Plautum in Asinaria adolescenti respondet sua exprobranti beneficia: Hosimentum est opera pro pecunia. Hoc est: Neuter habet quod imputet alteri: Tu mutierem amabas, missa est: Ego pecuniam dedisti. T. Livius: Nunquam nec opera sine emolumento, nec emolumentum sine operis, sine impensa opera est. At in amicorum officijs alia ratio est, nea liberatur a debenda gratia qui gratiam retulit, nec per mutationem officiorum fit, ut neuter alteri quidquam debeat. Confine illis, Manus manum fricat, & scalpo rem scalpere.

Vtraque paginam facit.

PLINIVS Historie mundi libro secundo, capite 7. de fortuna loquens, Hic, inquit, omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium, sola vtraque paginam facit. Proverby faciem habet illud, vtraque paginam facit, sumpta metaphorā a codicillis rationabilibus, duas habentibus paginas, alteram quae indicat quid sit datum, alteram quae quid acceptum sit, ostendit. Itaq. in rebus humanis fortuna vtrāq. facit paginam, i. siue quid obligit bonis, ea laudatur, quasi de deo: siue mali quid attulerit, eadem inest, ceu matronam auctor.

Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus.

Οὐτὶ πάντα, οὐτὶ πάντη, οὐτὶ περὰ πάντων, i. Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. Admonet adagium, in muneribus accipiendis non solum uerecundiam adhibendam esse, uerum etiam delectum. Sunt. n. quadam quae nequitiam decorum sit accipere. Est item locus, est tempus quo pulchrum sit recusare munus oblatum. Sunt quidam a quibus inhonestum sit admittere donum. Laudat Horatius Telemachum Homericum, qui equos ab Menelao oblato recusavit. Hoc adagium cūctatur ab Vlpiano in Pandectis lib. 1. titulo de officio procōsulis, ex epistola diui Seueri & Antonini imperatorū. Vcrba ipsa subscribamus. Quantū, inquit, aa xenia pertinet, audi quid sentiamus. Graecum proverbium est, οὐτὶ πάντα, οὐτὶ πάντη, οὐτὶ περὰ πάντων, i. Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. Nam inhumanum a nemine accipere: sed passim, uilisimum est: & omnia, auarissimum. Haecenus illi. Graeca uerba in omnibus exemplaribus desiderabuntur. Ea politianus ex archetypis restituit, ne quid hunc interim debita fraudemus laude. Adhuc huc Theocritus in Thionyebo,

- Αἰτνόμενος δὲ ἀγαθόν
Οἷα χρὴ βασιλῆα εἶπαι δὲ δὲ δὲ πάντι. id est,
- Non solet ille negare rogatus.
- Principe digna, nec est de re quacunque rogandū.

Tempus omnia reuelat.

TERTVLLIANVS, quem diuus Cyprianus præceptorem suum appellare consuevit, in apologetico contra Ethnicos, Bene autem, inquit, quod omnia tempus reuelat, testibus etiam nostris proverbijs atq. sententijs. Aulus Gellius Noctium Atticarum lib. 12. cap. item 12. citat in hanc sententiam hos Sophoclis uersus,

- Εὐερεῖται κρυπταὶ μὲν, εὐερεῖται δὲ ἀπὸ τοῦ χρόνου
Καὶ παρ' ἀλλαν, παρ' ἀπὸ μύσων χρόνος. id est,
- Ob ista, ne quid occultas, si quidem intuens
Cuncta, audiensq. cuncta proferet dies.

- Idem in Aiace flagellifero,
- Αὐτὸς οὐρανὸς ἀποκρίσας χρόνος
- Φαίνεται αὐτῷ, καὶ φέρεται κρυπταῖ. id est,
- Cuncta pariter immensus ordo temporum
- Occulta prodit, & idem prodita occultat.

Eodem in loco Gellius admonet, quendam ueterum poetarum ueritatem temporis filiam uocasse, quod licet aliquando latet, tamen temporis progressu in lucem emergat. Ueritatem eandem sententiam hic quoque fenarius proverbialis, & in Pandectis lib. 1. tit. 1. cap. 1. id est,

- Αὐτὸς οὐρανὸς ἀποκρίσας χρόνος
- Φαίνεται αὐτῷ, καὶ φέρεται κρυπταῖ. id est,

- Omnia sub auris tempus aperiens refert.

Idem opinatur, sensisse Thaletem, cum ait, & χρόνος σοφία πᾶσι πάντα ἀποκρίσας φέρεται. Hoc est.

Tempus omnium esse sapientissimum, ut quod cuncta reperiat, eruatq. Nec aliud Pindarus in Olympiacis, cum ait,

- Αἰεὶ δ' ὡλοῖται καὶ φέρεται σοφία. id est,
- Posteri dies sapientissimi testes.

Idem alibi tempus omnium parentem appellat, quod nihil

nihil non fiat progressu temporis :

Αποίαντων δ' αὖ χρόνος ὁ πάντων πατὴρ ἄνθρωποι εἰμὲν
ἰσχυρὸν τίλος. id est,

Ne tempus quidem rerum omnium pater, possit quod
factum est infectum reddere.

Habet eandem sententiam Pindarus cum aliquot lo-
cis, tum Olymp. 10.

ὅτ' ἐξελίχων μῆνος
ἀλάτῃ ἐκ τῆς τύμης
χρόνος, πὶ δὲ σαφαις ἰδὼν πόρῳ
καὶ τῆς φρεσὸς. id est,

Et solum tempus quod veritatē certam prodit, quodq.
latebat in obscuro progrediens enarrauit. Huc adlusif
se videtur Vergilius in sexto,

Subigitq. sateri

Quæ quis apud superos furto letatus inani

Distulit in seram commissi piacula mortem.

Nec discrepat euangelicum dictum apud Matt. cap.
10. ὅτι ἐστὶ κεκαλυμμένον ὃ ἐκ ἀποκαλυφθήσεται. καὶ
κρυπτόν ὃ ἐ γινώσκεται. id est, nihil opertum, quod non
reuelabitur, & occultum, quod non sciatur. Plutar-
chus in Problematis causam inquirat, cur antiquitus
operto capite res diuina Saturno fieri cōsueuerit. Atq.
id significatum arbitratur, quod veritas plerunq. te-
sta ignorataq. sit, sed eadem aperitur tempore. Satur-
nus enim temporum auctor ac deus fingitur. Nā χρόνος
Saturnus, & χρόνος tempus. Nec aliud sensu T. Livius, cū
ait lib. 22. A veritate laborare nimis ius sepe aiunt,
extingui nunquam. Seneca lib. De ira 2. Dandum sem-
per tempus est, veritatem enim dies aperit.

Alpha penulatorum.

MARTIALIS epigrammatum libro secundo,

Quem non lacernis Publius meus vincit,

Non ipse Codrus, Alpha penulatorum.

Alpha vocauit præcipuum, & quasi primatem, pro-
uerbiali nimirum figura. Idem alias vocatur in quen-
dam offensum, quod cum dixisset Alpha, monetq. vt
huius iniuriæ talionem faciat, seq. vicissim Beta, si ve-
lit, appellet. Translatum a notulis litterarum, quibus
Græci numerum indicant. Eosdem signiferos & antesi-
gnanos appellant, metaphora sumpta a militia. Quā-
obrem autem alpha inter litteras primum obtineat lo-
cum, Plutarchus non inscitè causas reddit. Συμπε-
σιχάων προβλήματα. Decade nona. Protogenes gramma-
ticus e suo ludæ causam adducit, primum vocales iu-
re præferri consonantibus, quod extra illarum admini-
culum sonent: deinde vocales ancipites merito præfer-
ri longis ac breuib, quod vtriusque generis vim cō-
plectantur. Ceterum inter ancipites rectè primum lo-
cum alpha tribui, quod in consiciendis syllabis iota et
ypsilon sequatur alpha, velut in αἰών, αἰώ. Alpha nū-
quam sequatur illas duas, vt eandem efficiant sylla-
bam, sed resiliit & proprium tuatur principatum. At
Ammogius mox diuersam allegat causam, Cadmum
ob id alpha principem inter litteras locum tribuisse,
quod Phœnicum lingua bos alpha vocetur, cui primum
locum attribuendum putarit, non secundum aut ter-
tium, quemadmodum fecit Hesiodus,

Ὀρεῖ μὲν πρόβω, γυναικὶ δὲ βοῦν τ' ἀποθήξει,

Primum ades, deinde uxorem, inde bouē agricolatē.

Nā his præsidia putat opus esse, si quis cupiat famē

lucra

ac paupertatem e fugere. Rursum Plutarchus addit
hanc causam se a Lampria suo didicisse auo. Primam
vocem naturalem et articulatam reddi per alpha, pro-
pterea quod spiritus qui est in ore, potissimum forma-
tur ac pingitur motu labiorum, quibus diductis, primum
hic egreditur sonus mire simplex, & nullius indigens
negotij, ut neque lingua requirat auxilium, sed ea sub-
iacente per spatium efferatur. Unde & pueri nascent-
es, primum hanc edunt vocem. Disputatur & apud
Platonem de alpha inter litteras principatu. Quin &
illa prouerbum sapiunt, Primas tenere, Primas de-
ferre sine tribuere: & Non posteriores feram: quæ me-
taphoræ sunt a partibus histrionum in fabula: & apud
Græcos πρῶτον δὴ τὸ πρῶτον δὴ τὸ πρῶτον φη-
σιν. Quod a fabularum actoribus sumptum apparet, in-
ter quos primas agunt, qui maximam fabulæ partem
sustinent, secundas ac tertias qui illis sunt inferiores.
Quamquam & in causarum actionibus sunt πρῶτο-
λογία, δευτέρολογία & τριτολογία, quemadmodum sunt
πρῶτα γωνίαι, δευτέρα γωνίαι & τριτὰ γωνίαι, quæ si
commode transferuntur speciem habent prouerbij.

Saluam imbibere.

DIYVS Hieronymus in Euangelia præloquens, Quis n.
inquit, doctus pariter, vel indoctus, cum in manus vo-
lumen assumpserit, & a salua quam semel imbibit, vi-
derit discrepare quod læssit, non statim erumpat in
vocem? Eleganter profecto, prouerbiali q. figura di-
xit, et a salua, quam semel imbibit, id est, ab illo gustu
quo puer imbutus est. Sumpta metaphora ab infanti-
bus, quibus præmansum cibum nutrices in os inferunt,
non sine salua. Cui cum affluerint, nihil iam illis sa-
pit, quod ab illius primæ saluæ gustu diuersum sit. Pro-
inde modis omnibus curandum, vt optimus affuesca-
mus. Idem solet accidere plerisque nostrum, vt quid-
quid d. ssideat ab iis quæ primis illis annis imbibimus,
protinus displiceat. Aiunt & canes eos amare, quorū
saluam gustarint. Vcrum malim ad superiorem meta-
phoram referri. Huc spectare videtur & Persianum
illud,

Inq. luto fixum possis transcendere nummum,

Nec gluto sorbere saluam Mercurialem.

Quamquam magis referendum esset ad ficos. Mer-
curiales, de quibus alius diximus, quos ioci causa qui-
dam salua oblinebant, vt ludibrio essent qui tollerent,
cum consimilem lūsum præmiserit de nummo infixo lu-
to. Illud certe pertinet ad hoc prouerbum, quod est
apud eundem in 61 Satyra.

Nec tenuem solers turdorum nosse saluam.

Saluam pro gustu dixit.

Quo semel est imbuta.

Hæc non dissimile est Horatianum illud,

Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem.

Testa diu.

Proinde rectè monet Fabius, vt statim optima discan-
tur, propterea quod nūquā interueniat, quæ id quod
primis annis perceperimus. Et Aristoteles libro Mo-
ralium dicomachiorum secundo, & μικρὸν ἐν διαφύ-
κῳ δὴ τὸ πρῶτον ἐν τῷ πρῶτῳ, ἀλλὰ παμπό-
λυτον δὲ τὸ πρῶτον. Itaque non parui refert, hoc an illo
pacto protinus a pueris consueciamus, immo plurimum
interest,

interest, vel potius omne in eo momentum est situm.
Et Vergilianum illud ἐπαύριμα, in Georgicis,
- Adeo in teneris consuescere multum est.

Augiæ stabulum repurgare.

Αὐγίης βερετρία, id est, Augiæ bubile. Allegoria prouerbialis in hominem, aut in rem maiorem in modum inquinatam. Lucianus in Pseudomante, καὶ τὴν αὐγίης βερετρίαν, εἰ καὶ μὴ πᾶσαν, ἀλλ' εἰς δυνάμιν καὶ τὴν ἐμῶν τῶν ἀνικαδύρεσσιν περὶ σόμας id est, Et Augiæ bubile, si non omne, at certe pro mea virili conabor submouere. Ostendit autem huius stabula tantum habuisse congesti fimi, quantum ter mille boues pluribus annis reddere potuerint. Huius mentionem facit & Pausanias in Eliacis, Deq. bubus & fimo nonnihil meminit. in Græcis epigrammatis recensetur inter Hercules labores Augiæ stabulum repurgatum. Quin & Seneca ludicro libello de morte Claudij Cæsaris usurpat hoc prouerbiū: In quos inquit, si incidisses, valde fortis licet tibi videaris, maluisses cloacas Augiæ purgare, multo plus ego stercoris exhausi. Etiam si prouerbiū omissum erat in exemplari, quod primum secutus est Frobenius: id nos restituumus ex exemplari, cuius nobis copiam fecit ex sua bibliotheca collegium liberales artes profitentium, in florentissima Louanienſium Academia. Neque enim æquum arbitramur imputari vni uersitati, quod paucorum seniculorum conspiratione, tam odioſe repugnātū sit hic bonis litteris ac linguis. Gregorius Theologus ad Basilium Magnum, πᾶς, inquit, περιέτω τῶν ἀκάρεσιν καὶ ἐκείνους ὁ ἀλαχάρης, καὶ τὴν αὐγίης κίτρον ἐκ τοῖς ἰατρῶν ἐκκαθαρουμένον, id est, Quomodo præteream hortos illos incultos & boleribus vacuos, atque Augiæ stercus ex ædibus repurgatum? Sentit vitam luxu perditam in melius correatam.

Periculosum est canem intestina gustasse.

Χαλεπὸν χορίων κύναν γούσαι, id est,

Intestina canem semel adgustasse periculum est. Prouerbiali allegoria dictū est a Theocrito in Idyllio decimo. Admonet adagium, haud facile temperare a peccando, qui semel illecebram illam, velut auctorem vitiorum degustarit. Quemadmodum qui semel scortum attigerit, qui semel periurio siue furto re auxerit, qui semel aulicam vitam sit expertus. Effertur & ad hunc modum apud Lucianum, ὁ δὲ κύων πᾶν αὐτὸν ἀπὸ σκυτοτραγῶν μαζόν, id est, Neque canis desiturus est, qui semel corio edere didicerit. Theocriti Scholiastes indicat, hoc prouerbiū & hunc in modum efferrī, χαλεπὸν μαζόνσα κύων σκυτοτραγῶν, id est, Periculosa res est canis quæ didicit arrodere coria. Horatius in Sermonibus simili figura dixit,
- Quæ si semel vno
De sene gustarit, tecum partita lucellum,
- Ut canis a corio nunquam absterrebitur vno.

Canis circum intestina.

Κύων παρ' ἐντόσθους, id est, Canis iuxta intestina. Dicebatur, ubi quis res eas quarum esset cupientissimus, propositas conspiceret, quibus frui tamen non liceret. Canes enim oberrant circum intestina deuoraturi, nisi fustem

timerent. Suidas arbitratur accommodari posse in res inutiles & insuaues: intestina enim non facile degluti-ri a canibus, ac deuorata reuomi plerunque.

Auræ compedes.

Χρυσῶν πεδῶν, id est, Auræ compedes. Prouerbiali metaphora dicitur seruitus splendida & amabilis, qualis est fere aulicorum vita. Diogenes in epistola quadam scriptum reliquit, Aristippum in aula regia aureis teneri compedibus, ne posset auolare. Seneca in dialogo quodam affectus & rationis, Stulti est, inquit, compedes suas, quamuis aureas, amare. Loquitur de uxore formosa. Horatius item de amica formosa,

- Tenetq. grata
Compede vinctum.

Herculana scabies.

Ἡρακλέως νόσος, id est, Herculana scabies: de scabie iucunda, facileq. sanabili, interprete Suida, aut quæ desideret Herculana, id est, calida balnea. Narrat. n. Herculi laboribus illis ingentibus fatigato Palladem ac nymphas crebro balnea seruentia suppeditasse. Vsum bui adagij nō indicat neque Zenodotus, neque Suidas. opinamur autem dici posse uel in eos qui multo studio alio re labore ualeitudinem offenderunt, ut quibus aliquo laxamento sit opus: uel in eos, qui blandis, adulationibus deliniti, ueluti iucunda quadam scabie pruriūt.

Herculanus morbus.

Ἡρακλέως νόσος, id est, Herculanus morbus. Hunc Dicæarchus apud Zenodotum eum existimat esse, quem alij sacrum, alij comitalem appellant. Est autem ex eorum numero, quibus nulla medicorum ope succurri potest, propterea quod diuinitus immitti creditur, eoq. cognomē additū est sacro. Apuleius in prima defensione, diuinū appellatū putat, quod diuinam, id est, rationalem animi partem violet. Nasci quoties caro in humorem crassum & spumidum, inimico igni conliqueſcit. Signa esse, graue caput, ceruicem torpentem, tempora pulsata, auris præcipue dextræ tinnitum. Deprehēdi potissimum inuenſo lapide gazate, & rotæ singularis circinātū. In hunc aunt Herculem incidisse, vel propter imensos labores, vel immittente Iunone. Heraclicus arrogantia sacrum morbum vocauit, vel quod id mali summos plerunque viros consequi soleat, vel quod sola mors remedium adferat. Herodotus in Thalia refert Cambysen huic obnoxium morbo, quosdam sibi maxime familiares per insaniam occidisse. Hercules item liberos suos interimentem inducūt tragici poetæ. Herculanus appellatus videtur, quod ut ille inuitus, ita hic nulla medicorum ope superabilis. Quamquam Aristoteles in Problematis sectione trigesima, problemate iuxta Theodorum primo, putat Herculem vere huic morbo obnoxium fuisse, atque omnes adeo, qui vel ingenio, vel studio philosophiæ, vel in administranda repub. vel in alijs artibus excelluerunt, atque bili obnoxios fuisse. Sane non videmus quamobrem hoc debeat inter adagia referri, nisi sacrum, aut Herculanum morbum appellemus, tumorem animi, aut aliud aliquod vitium insanabile, quod genus est in senibus auaritia, in mulieribus loquacitas. Nam in omnibus fere Græcorum collectaneis prouerbij titulo recensetur.

Io Pæan.

IO Pæan, acclamatio prouerbialis, qua cōsueuimus uti re gnaui et feliciter peracta, cui non dissimile videtur illud Homericum, ἰὼ Πᾶν, & apud Latinos, *Macte virtute*. Athenæus ex Clearchi primo de prouerbis libro citat, ἰὼ Πᾶν ἢ ἰὼ Πᾶν, id est, *Io pæan* i.e. pæan. Nam utroque modo scriptum reperitur. Natura hinc existimant: cum Latona ex Chalcide Eubææ ciuitate Dianam & Apollinem in Delphos transportaret, euenit sorte fortuna, ut iuxta specum, in quo Pytho latitare dictus est, præteriret. Vbi vero iam proficiens Pytho impetu ferretur in illos, Latona mulierum more territa, filij auxilium inclamauit his verbis, ἰὼ Πᾶν, id est, iaculare fili. Ibi Apollo, qui tum sorte gestabat arcum, misso telo Pythonem interemit. Inde vox deflexa est, ut diceretur ἰὼ Πᾶν. Idq. cum iterari consueuerit in sacris Apollini factis, quidam arbitrantur primum ortum esse carmen Hexametrum Heroicum, & Iambicum trimetrum. Etenim, si pronūties primis productis syllabis,

ἰὼ Πᾶν, ἰὼ Πᾶν ἢ ἰὼ Πᾶν,

hexametrum erit meris constans spondeis. Sin primis correptis iambicum erit trimetrum puris iambis absolutum. Cuius rei meminit etiam Terentianus grammaticus. Item Iulius Pollux in quarto demonstrat in Pythicis ludis quinq. fuisse cantus species: πῆλα, representari Apollinem certaminis diffidentem locum, κατὰ μέλινα, promouentem Pythonem, ἰαμβικὴν πῆλα, vincentem, κατὰ χορὸν, ouantem. Hinc vulgo prouerbij vice receptum est, ut re feliciter peracta, acclamemus, ἰὼ Πᾶν. Latini videntur, in mega commutasse. Ouidius in opere de Arte amandi,

Dicite Io pæan, & Io bis dicite pæan,

Decidit in casses præda petita meos.

Et in triumphis acclamabatur, Io triumphe. Horat. in Odis,

Non semel dicemus Io triumphe.

Nemo mortalium omnibus horis sapit.

PLINIVS libro septimo, cap. De præstantia gentium. Si verum facere iudicium volumus, ac repudiata omni fortunæ ambitione decernere, mortalium nemo est felix. Abunde igitur atque indulgenter fortuna decedit cum eo, qui iure dici non infelix potest. Quippe ut alia non sint, certe ne laceat fortuna metus est. Quo semel recepto, solida felicitas non est. Quid quod nemo mortalium omnibus horis sapit? Vtinamq. falsum hoc, & non a vate dictum quamplurimi iudicent. Ex quibus Plinij uerbis conicere licet, eam vocem Neminem omnibus horis sapere, velut oraculo proditam, in vulgi sermonem abiisse. Sensus vel citra interpretē liquet: nempe neminem esse qui non aliqua parte uitæ desipiat ac peccet. Porro stultitia comes est infelicitas. Aut certe si quod incidit infortunium, id stultitia solet imputari. Eodem pertinet, quod paullo post eodem in loco subnequit, Alius de alio iudicat dies, supremus de omnibus. Extat apud Aristophanem in Ranis & huiusmodi senarius, quem illic indicat Euripidis esse:

Οὐκ ἔστιν ὅς τις πάντ' ἀνέειδαι μόνῃ.

Haud viuit vllus omnibus felix modis.

Item Euripides in Supplicibus,

-Τὸν ὅς τις βροτῶν

Οὐκ ἔστιν ὅς τις πάντ' ἀνέειδαι μόνῃ. id est,

Siquidem vniuersis rebus in mortalium

Nil continenter & undecunque prosperum est.

Ad eundem modum Horatius,

-Nihil est ab omni

Parte beatum. Simonides apud Stobæum,

Πᾶντι δ' ἀνθρώπῳ ὅστις οὐδ' ἀνέειδος. id est,

Nemo vacat prorsum malo, neque crimine.

Sui cuique mores fingunt fortunam.

CORNELIVS Nepos in vita Pomponij Attici, Itaque hic fecit, ut vere dictum videatur, Sui cuique mores fingunt fortunam. Et paullo post in eodem opere, Supra significauimus suos cuique mores plerunque conciliare fortunā. E medio videtur sumpta sententia. Nā plerunque videmus mala malis euenire, digna dignis, idq. vulgo diffitant, Malus malum reperit, & κακὸς τὰ κακά, id est, Malis, ter mala. Attestatur & versiculus prouerbialis,

Εὐδαίμων ὁ ἀνδρὶ τ' ἐὼς καὶ δαδὶ βίος. id est,

Kiro bono fortuna suppedicat bona.

Item Menander citante Plutarcho:

Οὐδὲς ὅς τις ἀνθρώπῳ βίος. id est,

Nobis enim animus est deus.

Et apud eundem Heraclitum, ὁδὸς ἀνθρώπων δαίμων, id est,

Mores hominis deus sue fortuna. Eodē pertinet quod

Alcman scripsit, fortunam esse sororem inuicem, περὶ

ἑὸς καὶ πατρὸς βίος, i. Recte institutionis, persuasionis et

providentiæ, ut refert Plutarchus in commentario De

fortuna Romanorum. Plautus in Trinummio, Sapiens

ipse sibi fingit fortunam. T. Lilius Decadis quartæ, li-

bro primo de M. Porcio Catone ita prædicat, In hoc vi-

ro tanta uis animi ingenijq. fuit, ut quocunque loco na-

tus esset, fortunam sibi ipse facturus videretur. Paca-

tus in Panegyrico, sua, inquit, cuiq. prædicit deus. Ful-

gentius in commentarijs Vergilianis citat ex Telephaco

Carneadis, Omnis fortuna in sensu sapientis habitat.

Opinamur idē esse quod adducit M. Tull. paradoxo 5.

Tametsi locus is habetur mendosus, emendandus tamen

ad hunc modum, Cui quidem etiam quæ vim habet ma-

ximā fortuna ipsa cedit, & sicut sapiens poeta dixit,

Suis cuiq. moribus fingitur. Sentit enim fortunam fingi

cuiq. suis moribus.

Infana laurus adest.

PLINIVS libro decimo sexto, capite quadagesimo quinto, iuxta quorundam distinctionem quarto, In eodem, inquit, tractu portus Amyci est Eebrice rege interfecto clarus. Eius tumulus a supremo die lauro tegitur, quam insanam vocant, quoniam si quid ex ea decerpitur inferatur nauibus, iurgia fiant, donec abijciatur. Hactenus Plinius. Nobis non visum est absurdum hoc adagijs adnumerare, quādoquidem res usque adeo uulgata fuit, ut hinc arbor cognomen inuenerit. Itaque quadrabit in hominem rixarū auctorem, ut sunt nonnulli, qui quocunque se vertunt, iurgia suscitant.

Apologus Alcinoi.

ΑΠΟΛΟΓΟΣ ΑΛΚΙΝΟΥ, i. Apologus Alcinoi, de longis & anilibus fabulamentis. Refertur a Diogeniano, & Iulio Polluce libro sexto. Sumptum ex Homeri, Odyssæa, ubi Ulysses

Vlysses in conuivio Alcinoi Phæacum regis, prodigio fas ac deridiculas fabulas, & portentuosas mendacia commemorat de Lotophagis, Læstrigonibus, Circe, Cyclopibus, atque id genus aliis plurimis miraculis, fretus videlicet Phæacum inscitia barbarieq. Plato de Republica libro decimo, Αλλ' ὅς μ' ἐστὶν οἱ ἐν δ' ἐγὼ ἄλλος γε ἀπόλορον ἐγὼ, ἀλλὰ ἀλκίμος μὲν ἀδρόες ἄρ' εἰς τὴν ἀρμίνης τοῦ νέου πεμφύλον. id est, Haud tibi sum narraturus Alcinoi apologum, sed excellentissimi viri Eris Armenij genere Pamphyli. Narrat autem eo in loco fabulam, quæ cum Læstrygionum Cyclopumq. figmento facile certare possit. Scribit enim cum hic inter multos cecidisset in prælio, decimoq. post die cædauera cæcorum tollerentur, reliquis putribus, huius unius cadaver integrum atq. incorruptum adhuc apparuisse: domūq. deportatum, ut iustis ceremoniis sepeliretur, die duodecimo, cum esset imponendus rogo, reuixisse, ac prodigiosa quædam narrasse, quæ diebus illis decem apud inferos tum iens, tum rediens conspicatus esset.

Canina facundia.

SALVSTIUS apud Nonium Marcellum, in dictione Rabula, Canina, ut ait Appius, facundia exercebatur. Quod quidem Appij dictum apud eruditos scriptores in adagionem cessit in quosdam, qui tantum ad maledicendum eloquentiæ studium exercebant: a rixa canum, & oblatratu sumpto epitheto. Siquidem & littera quæ in rixando prima est, canina vocatur. Diuus Hieronymus in epistola ad Rusticum monachum, Pomparum ferculis procedunt in publicū, ut caninā exerceant facundiam. Idem obtrectatores suos subinde canes appellat. Sumptum a genere philosophorum, quos κακίκοις appellant, siue ob fordidam vitam, siue quod obuios quosque mordent, cum mendicato uiuant, more canum.

Ilienſis tragædos conduxit.

Οἷνδε τραγῳδοὺς ἐμὶ δῶτι, id est, Ilienſis tragædos conduxit. Vbi quis vltro prouocat quempiam, unde sua audiatur probra, veluti si Troiani accersant histrionē, qui ipsis calamitates, quas semel pertulere, denuo quasi renouet. Lucianus in Pseudologista, Ἐπεὶ ὅς καὶ τῶν παρρησιαστικῶν οἱ τραγῳδοὺς ἐμὶ δῶσι. id est, Posteaquam enim iuxta prouerbiū, Ilienſis cum sis, tragædos conduxisti. Idem alibi, τὰ γὰρ τῶν ἰλιῶν ἀτυχῶν πηρὸν ὄντα, τραγῳδοὺς τινὰ τοῦτον, ἵνα ἡμεῖς κικινῶμεν, ἀσόμενοι τοῖς φεγγῶν συμφοραῖς. id est, Itaque plane idem nobis accidit quod Ilienſibus, ut qui istum cœnæ tragædum quempiam aduersus nos excitauimus, qui Phrygiū cantet calamitates.

Tribus minis insumptis, duodecim imputat.

IRONIA prouerbialis apud Aristophanem in Pluto, Καὶ μὴν φίλος γὰρ μοι δοκεῖς τὰ τούτους εἶναι. id est, At certe amicus ut videtur per deos, Vti pro ministris imputes duodecim. Quadrabit in eos, qui non nisi compendij sui gratia colunt amicos, & pro quamuis exiguo officio, multum beneficiarum expectant. Vulgo item aiunt, Pileum donas, ut pallium recipiat.

Oculus dexter mihi salit.

Αἴματι δ' ὀφθαλμὸς μὲν ὁ δεξιός, ἀρ' αὖτ' ἰδὼν

id est,

Salit mihi oculus dexter.

Vbi spes est visuros nos latum quippiam & vehementer exoptandum. Distinctum a muliercularum superstitione, quæ ex membri pruritu diuinare solent, quid sit euenturum. Vnde illa apud Plautum non semel obuia, Prurit mihi tergum, pruriunt dentes, pruriunt pugni: & Vtrum dentes tibi pruriunt, an malæ? Theocritus in Amaryllide,

Αἴματι δ' ὀφθαλμὸς μὲν ὁ δεξιός, ἀρ' αὖτ' ἰδὼν

Αὖτ' ἰδὼν.

id est,

En oculus dexter salit mihi, illam ne videbo?

Est etiam apud Plautum, Supercilium salit. Hodieq. per iocum aiunt sibi dextram tinnisse aurem, significantes alicubi sermonem de se absentibus factum cum laude. Idq. Plinius testatur, vulgo quandoq. creditum fuisse, ut qui laudaretur absens, ei dextra tinniret auris: qui vituperaretur, sinistra. Lucianus in Dialogis meretricijs, καὶ ὁ παρρησιαστικὸς ἐβόμει τὰς αὐτὰς ἰμῶν, αὖτ' ἰδὼν ἐμὶ μνηστὴρ κακῶν ἐν μετὰ δεξιῶν. id est, Num vobis tinniebant aures Parmeno? Nam hera assidue cū lacrymis vestri meminerat.

Nebulæ in pariete.

AVSONIUS in epistola quadam ad Gregorium filiū nebulas in pariete dixit, pro re nihili, somnijq. similitima. An nunquam, inquit, vidisti nebulam pictam in pariete? Carminis, quod ei subscribitur epistola, lemma significat friuolum ac uanum. Nam nebula res est inanior quam ut coloribus exprimi queat.

Ne sis patruus mihi. Sapere patruos.

PATRVORVM in nepotes, cœnæ peculiaris genuinaq. seueritas, prouerbio locum dedit. Horatius in Odis, Metuentis patrue verbera lingua.

Patruam linguam vocat seueram & obiurgatricem. M. Tullius aduersus Herennium, Fuit in hac causa quidam patruus, censor, magister. Obiurgauit M. Cælium sic, ut neminem unquam parens. Horatius, -Siue ego prae,

Seu recte hoc volui, ne sis patruus mihi.

Id est, ne me castiges. Ad hanc formam pertinet illud Persianum,

Cum sapimus patruos.

Id est, Postquam abiectis puerilibus nugamentis, seueros mores induimus. Idem Horatium amulatus, ut solet, dixit, Ne sis mihi tutor: id est, ne mihi praescribas atque imperes.

Saxum voluere.

Δίδον κυλινδρῶν, id est, Saxum voluere dicuntur, qui in exhausto quopiam atque inuili labore fatigantur. Terentius in Eunuchis, Satis diu iam hoc saxum uoluo. Donatus admonet prouerbiū fuisse in eos, qui inextricabili sudore, sed inuili affligerentur, tractumq. putat a notissima Sisyphi fabula, saxum apud inferos sursum ac deorsum voluentis. Apte vero stolidum militem saxum vocat. Cui ipse fuerit Sisyphus, vaser & calidus,

Capere prouinciam. Tradere prouinciam.

TRADERE prouinciam, figura prouerbiali dicuntur qui negotium aliquod curandum committunt. Capiunt, suscipiuntue prouinciam, qui rei curandæ onus in se recipiunt. Metaphora sumpta est a consuetudine Romanorum, apud quos qui magistratum gerebant, prouincias alias alij sortiebantur. Exempla passim apud auctores obuia sunt. Terentius in seipsum excruciente, Videlicet ille Clinia seruus, tardiusculus est. Idcirco huic nostro tradita est prouincia. Idem in Phormione, O Geta prouinciam cepisti duram. Plautus in Cistellaria, Abi rursus, abi directus in tuam prouinciam. Officium illi delegatum prouinciam vocat.

Corinthus & collibus surgit, & val-
libus deprimitur.

STRABO libro Geographiæ octauo scribit, Corinthios opibus, & artibus egregijs præcelluisse, ceterum regionem illorum non admodum fuisse feracem, quod inæqualis esset & aspera, ac petricosa. Eamque ob causam senarium hunc prouerbio iactatum fuisse.

Χορινθος ὁ φέρει τὰ πικρὰ καὶ ἀνίσταται. id est,

Alibi tumet Corinthus, aliubi caua est.

Meminit & Eustathius in Bæotiam Homeri. Huiusmodi autem terræ genus non perinde sementi idoneum est, atque campestris. Id adagium ubi nam possit esse vsui non satis videmus, nisi si quis detorqueat ad hominem intractabilem, aspero ingenio, & sibi ipsi inæqualem parumque secum constantem. Cælius Rhodiginus etiam atque etiam contendit adhibendum esse prouerbum, ubi significabimus felicitatem aliquo incommodo vitiatam, ut est fere rerum humanarum conditio. Quem libentius sequeremur auctorem, si quod contendit & asseuerat, vel vnius auctoritate probasset.

Croton salubrius.

Κρότωνος ὑγιεινός, id est, Croton salubrius. De re nequaquam noxia, sed undequaque saluifera. Zenodotus ab animante sumptam paræniam existimat. Est enim Croton muscæ genus. Theodorus Redium uertit, Hermodæus mauult Ricinum dici Latine, placidum & innoxium, neque suævis, neque alia quapiam remolestum. Strabo libro Geographiæ sexto, tradit hinc ortum, quod Crotoniatarum locus longe saluberrimus olim fuerit iudicatus, uel hoc argumento, quod breui temporis spatio quam plurimos produxerit, tum athletas, tum philosophos, hoc est, corporibus pariter atque animo præstantes viros: inter athletas præcipuum Milonem, inter philosophos Pythagoram. Idem eodem libro tradit, Myscellum & Architam pariter Delphos aduissse, ut de vrbe condenda cōsulerent oraculum: & alterutrum pollicente deo, Architam opes delegisse, Myscellum loci salubritatem: illum itaque Syracusas condidisse, hunc Crotonem: quarum urbium altera cessit in prouerbum opulentia, altera salubritatis. Adlusit ad hoc prouerbum Pallada in epigrammate.

Οὐκ ἄλλως, ὥς ὁ δὲ νόμος δύναμιν τινὰ βούλει

Εἴ τι μὲν εἶπω, χθὲς καὶ δὲ νόμος ὁ χρόνιος

Ἡπιάλω καμύοντι πταρτάω περὶ ἡφαι,

Καὶ μένος περὶ ὧς οἶα κρότων ὑγιής. id est,

Diuinum quiddam, vimque admirabilem inesse

Dirythis certe diximus haud temere.

Namque here quæ febris longa et quartana tenebat,

Iam delassatum conficiens misere,

Dirython admonui, neque erat mora longa, Crotonem

Hoc ubi fecissem, sanior ille fuit.

Suida mauult ad animalis similitudinem referri, quod undique sui simile sit, nec ullam habeat incisionem. Nā ὅτι interdum integrum dicitur, ut integer vita, integer mentis, pro quo Græci ὅλον. Est autem insecti genus, canibus ac bubus infestum. Suspiciamus esse cuius sine nomine meminit Plinius libro undecimo, capite trigesimo quarto. Semper habet caput infixum sanguini, cumque cibi exitum non habeat, nimia satietate debescit: Numquam in iumentis gignitur, in bubus frequens, in canibus aliquando, in quibus omnia, in ouibus & capris hoc solum. Verum pro insecto Stephanus indicat ultimam oportere acui, κρότων. Hesychius addit Crotonem dici genus gummi Aegyptij, cuius varias medicinas indicat Plinius libro vigesimo quarto, capite undecimo. Quidam aiunt, & Sesamidem dici Crotonem fortassis eandem quam Plinius lib. vigesimo quinto, capite quinto appellat Sesamoides, quod ait elleboro admisceri solitum, quo tutius sumeretur; id est, nihil fallimur, ellebori genus, quod Italia veratrum appellat. Quoniam hæc herba non solum corpus morbis aliis immedicabilibus liberat, verum, & animum purgat ab insania, non admodum dissimile veri videtur, hinc dictum prouerbum, Crotonem salubrior. Sesami meminit & Dioscorides, Sesamæ Plin. lib. 15. cap. 7. meminit Sesami, quod sit arboris genus, unde confici solet oleum, quod alij vocant Cyci, voce, ut videtur, Aegyptia, alij Crotonem, alij Rhibim, alij Sisamum sylvestre. Ibidem indicat et ex castaneis et ex oriza fieri simile genus olei. Rursum lib. 22. cap. 25. meminit sesame, cuius in rebus medicis varios vsus indicat. Ceterum quid sit dirythum in epigrammate, nondum compertum est, nisi quod Plinius libro eodem circa finem, ostendit zythum esse potionem apud Aegyptios repertam, ex frugibus: hinc δὲ ὅτι dictum videtur quasi dicas duplicem ceruissam. Hac sibi medentur & hodie bibuli quidam.

Crotoniatarum postremus, reli-
quorum primus est.

Κρότωνι τῶν ὀπίσθιων, πρῶτος τῶν ἀπὸν ἐπὶ ἀνδρῶν, .i. Crotoniatarum postremus, primus reliquorum Græcorum. Strabo libro Geographiæ suæ sexto, prouerbiū hoc ait ortum ob insignem Crotoniatarum præstantiam in certaminibus Græcanicis. Plurimos enim egregios athletas protulit ea ciuitas, adeo, ut in vno certamine Olympiaco, septem viri, qui reliquos virtute præcesserāt, omnes pariter fuerint Crotoniatæ. Huius gentis præcipuum decus Milo, litteris omnium celebratus, qui septies continenter vicit Olympia. Hunc si constitisset, nullus e vestigio poterat educere. Manum tenenti nemo digitum porrigebat. De admirando nec indigno vita interitu meminit Gellius. Adagioni locus erit, ubi genus aliquod tanto intervallo præcedere dicemus, ut qui in hoc sit vel infimus, in illo possit primus videri: veluti si quis dicat, in re militari: uel ignatissimum Græcorum præstantiorem esse fortissimum Troianorum. Aut qui sit apud Italos infantissimus, apud Gallos

Gallos eloquentissimum videri posse. Aut qui citharæ-
dus sit deterrimus, eū aulæ dorū principē haberi posse.

Nedecima quidem Syracusanorum pars.

Ὅτι τὴν δέκατὴν τῶν συρακεσίων ἔχει, id est, Ne decimā
quidem partem opum Syracusanarum possidet. Strabo
libro Geographiæ sexto: Συρακεσίων δὲ τὴν τοῦτον ἐκ-
παιὶν πλῆθον, ὡς καὶ αὐτὸς ἐκ παροιμίας διαδιδόναι,
ἀγόντων πρὸς τὰς ἀγῶνας πάλαι, ὡς ἐκ ἀγῶνι τοῦ αὐ-
τοῦ συρακεσίων δέκατὴν, id est, Syracusas eo diuitiarū
peruenisse, ut in proverbiū abierint. Siquidem de di-
uitibus, ac splendidis ita dicere solent, Ne decimam
quidem Syracusanarū opum partem adsequi possent.
significabant autem aliorum opes, quantitatis amplas,
nihil esse ad Syracusas diuitias. Nonnihil Veneris
acceserit proverbio, si paullo longius detorqueatur,
ut si quis prolutus, Ciceronem longo intervallo re-
liquos omnes post se relinquere, dicat, opulentiam qui-
dem & uberem esse Quintiliani dictionem, verum
hanc uix esse τὴν συρακεσίων δέκατὴν.

Maleam legens, quæ sunt domi
obliuiscere.

STRABO libro Geographiæ octauo tradit Corinthiorū
urbem in Istmo sitam, duos habuisse portus, alterum
Asiam versus, alterum Italiam. Verum quod freti in-
star esset, nō sine discrimine eo nauigari, velut olim in
mari Siculo, maxime præter Maleam, propter reefsates
inde vêtos. Unde & proverbium celebratum fuisse.

Μαλέα δὲ καὶ φάσσι ἐπὶ λέει τῶν συρακεσίων, id est,

Maleam legens, quæ sunt domi obliuiscere.

Est autem Malea promontorium Laconiae, a Maleo
argiuorum rege dictum, quod per quinque passuum
milia in mari protenditur, auctore Seruio in 5. Aenei-
dos, in quo libro Vergilius videtur ad paræmiam ad-
lusisse, cum ait,

-Maleæq. sequacibus undis.

Item Statius septimo Thebaidos libro,

-Et rauce circumsonat unda Maleæ.

Item in Tiburtino Manlij Vopisci,

-Si Maleæ credendaratis.

Significat & Homerus libro Odyssæe nono, periculo-
sam circa Maleam navigationem fuisse, sic Vlysses
loquentem inducens.

Καὶ νῆκος ἀσκήδας ἐνὶ μῶλῳ ἐς πετρίδα γαίαν,

Ἀλλὰ με κῆμα ῥ' ὡς π' ὑπὸ γινῆμι πόντος μάλαϊαν

Καὶ βόριος ἀπὸ ὧς, παρὶ πλάγος δὲ κυβερῶν. id est,

Forſitan & patrias rediſſem ſoſpes in oras,

Sed me dum Maleā præteruehor, undaq. fluctusq.

Et Boreas illinc pulſum admouere Cytheris.

Adlusit huc Ouidius in Heroinis,

Ausus es o nimium, nimiumq. oblite tuorum,

Thracia nocturno tangere castra dolo.

Nam suorum obliti videntur, qui sese temere pericu-
lis obliuiscunt. Quandoquidem una hæc præcipua cauſa
vulguſ a ſubeundis vitæ periculis deterret, quod
meminerint eſſe, quibus ſe ſaluo ſit opus, ut ait Flac-
cus, & quibus incolumes prodeſſe tum debeant, tum
poſſint, extincti grauem allaturi luſtum. Videbimur
non intempeſtiuite uti hac paræmia, ſi quando diſcri-
men negotij ſuſcipiendi volumus oſtendere, aut non eſ-
ſe ſuſcipiendum, aut negligendam vitam.

Omnia sub vnā Myconum.

Πάντ' ὑπὸ μίαν μύκωνον, id est, Omnia sub vnā Myconū.

Strabo Geographiæ ſυα libro decimo: Μύκωνος δ' ἐστὶν
ἡ φ' ἡ μὲν ὕδασι κῆνδρα τῶν γιγάντων τὰς ὑπὸ τὰς, ὡς ἡρα-
κλῆς καταλύει, αὐτὸν ἡ παροιμία, πένδ' ὑπὸ μίαν
μύκωνον, ὡς τῶν ὑπὸ μίαν γράφην ἀγόντων τὰ διηρημένα
τῇ φύσει, id est, Est autem Myconus, in qua fabulis pro-
ditum eſt, poſitos eſſe gigantes poſtremos ab Hercule
confeſtos, vnde ductum eſt illud prouerbiū, Omnia
ſub vnā Myconum, in eos qui res natura diuerſas
eodem titulo complectuntur. Quibus ex verbis ma-
gis colligitur uſus adagij quam ratio, tamenſi conieci-
re licet, quoniam ſumma gigantū & reliquiæ ſub My-
cono conderentur, ſub ea gigantes omnes iacere vulgo
dictum, cum ſub aliis item montibus ſiti fuerint. Itaq.
qui eodem in libro grammatica pariter & theologica,
item dialeſtica, & iuriſconſultorum litteras tradat,
in eum non inconcinne dicitur, Omnia ſub eādē My-
conum. Aut ubi diuerſa geſta, ab eo quod poſtremo lo-
co factum ſit, aſſimentur. Eſt autem Myconus ex Cy-
cladibus vna, teſte Stephano, qui prouerbiū quoque ſa-
cit mentionem in dictione Myconus. At Zenodotus
longe diuerſam adfert fabulam, quæ prouerbio dede-
rit occaſionem. Heleus, inquit, filiis ſuis Hegtori &
Hippocli mandauit, ut inſulas illas in mari ſparſas
ſubigerent. Deinde ubi Hegtor multas eſſet aggreſ-
ſus Hippocles unam modo Myconum, uelletq. nihilo-
minus reliquarum etiam omnium ex aquo particeps
eſſe, conſuluerunt ſuper hac re oraculum, quæ nam in-
ſula Hippocli cederent: Reſpondit deus, μὴ μύκωνε, id
eſt, Vna Myconus. Uſus eſt eleganter Plutarchus pri-
mo ſυμποſιτικῶν libro: μὴ μύκωνε ἀπαφῆας τὸ ſυμ-
πόσιον, id est, Vnam Myconum faciens conuiuium, ſi-
gnificans indiſtinctos adhuc conuiuiis. Vnde & de in-
diſcretis dictum apparet.

Lerij mali.

Λερίη κακὴ, id est, Lerij mali. In eos recte dicitur, qui pa-
riter omnes gentis vitio ſunt improbi. Leriorum enim
populus ob inſignem morum improbitatem in prouer-
biū abiit, auctore Strabone libro Geographiæ 10. Ci-
tatq. Phocylidis, neſcio cuius verba hæc. Λερίη κακὴ,
ἐχ' ὁ μὲν ὁ δ' ἐ, πέντε, πλὴν πετρελῆς, καὶ πετρελῆς
λίριος. id est, Lerij mali, non ut hic malus ſit, ille ne-
quaquam, verum omnes, excepto Patroclo. Et Patro-
clus eſt Lerius. Leria inſula eſt una ex Sporadibus
contra littora Cariæ, quam Plinius Leron appellat, cū
aliis aliquot locis, tum lib. 5. cap. 31. Quod hic dictum
eſt in Lerios, Græca epigrammata detorquent in Chios.

Epigramma ſic habet,

Καὶ τὸν δὲμοδόνε, χεῖρ κακὴ, ἐχ' ὁ μὲν, ὅς δ' ἐ.

Πάντες πλὴν πετρελῆς, καὶ πετρελῆς δὲ λίριος. id est,

Hoc quoq. Demodoci, Chius malus, haud quidē hic,
hic non.

Omnes abſq. Procle, Chius at ipſe Procles.

Apud Strabonē Græcū ſcriptura mendosa eſt, cū pro-
κλῆς legēdū ſit, nō πετρελῆς. Interpres uſus eſt co-
dice caſtigatiore, quin ipſa carminis ratio reuocat, πε-
τρελῆς. Si addas, καὶ τὸν δὲμοδόνε, plenum erit
diſtichon. Id reddetur venuſtius, ſi ab homine ad rem
deflexeris: ut ſi dicas, omnes prognosſes vani, uno ex-
cepto Venaninio, & tamen prognosſes eſt Venaninius.

B b 2 Impj

Impij sunt milites omnes, uno excepto Langio, & tamen miles est Langius. Græcorum prouerbium imitatus est Ausonius in Silium quendam cognomento bonum, natione Brittonem, quæ natio & hodie apud Gallos vulgo male audit.

Ad Phasim vsque nauigauit.

AUCTORE Strabone libro Geographiæ undecimo, Phasis est Eufratis finis, & extremæ nauigationis meta, uel teste prouerbio,

Εἰς Φάσιν, καθ' ἡμέραν ἔρχεται ὁ ἥλιος. id est,

Ad Phasim ubi supremus cursus nauibus.

Per Phasim Cholchidem significauit, non flumen Phasim, neque urbem eiusdem nominis ad flumen sitam. Theocritus in Idyllo N.

Ρίξες δ' ἐς Κολχῶς τι καὶ ἄξιον ἴκει το Φάσιν. id est,

Et Colchos pedes, & te accessit inospire Phasis.

Pindarus consimili figura in Isthmii hymno B. εἰς ἡμέραν ποτὶ μὲν Φάσιν ἔρχεται, καὶ δὲ χαμᾶνι πλείων νύκτα πρὸς ἀκτὴς id est, Sed transibat ad Phasim quidem menses æstiuus, hyeme vero nauigans ad Nili ripas, id est, a Colchide in Aegyptum. Strabo enim putat Phasianos ab Aegyptiis oriundos, argumentum sumens ex usu lincorum, quorum tanta sit vis apud Phasianos, ut hinc exportentur etiam in alias regiones. Dicitur de iis qui longinquas orbis regiones peragrarint. Est enim ipsa figura quasi prouerbialis hyperbole, quo modo dixit & Iuuenalis,

Omnibus in terris quæ sunt a Gadibus vsque Auroram & Gangem.

Et Horatius in Odis,

Extremum Tanaim si biberes Lyce.

Et Vergilius in Bucolicis,

At nos hinc alij sitientes ibimus Afros:

Pars Scythiam & rapidum Creta uenimus Oaxæ. Sumptum uidetur ab Iasonis fabula. Neque dissimile fuerit schema, si quis ad Herculis vsque columnas dicatur nauigasse, aut vsque ad Britannos, quos auctores extra mundi terminos ponunt, quod Oceano separantur. Horatius in Odis, libro tertio,

Visam pharetratos Gelonos,

Et Scythicum inuiolatus amnem.

Idem eadem oda,

Visam Britannos hospitibus feros.

Idem rursum,

Et ultimos orbis Britannos.

Myforum ac Phrygum termini discreti sunt.

STRABO libro Geographiæ duodecimo, regiones quasdam commemorat inter se finitimas, puta Phrygum, Bithynorum, Myforum, Dolonum. Item qui iuxta Cyzicum accolunt, Mygdonum ac Troianorum. Neminem autem inficias ire, quin unaquæque suis finibus sit circumscripta. Verum eos fines ad amissim diiudicare, id nequiquam facile. Porro de Phrygiis ac Mysis prouerbium quoque vulgo iactatum fuisse versibus trimetris.

Χωρὶς τὰ μυσῶν καὶ φρυγῶν ὁρίσματα,

Τὸ δὲ δορίσσε χαλεπὸν.

id est,

Sunt separati Mysiorum termini,

Phrygumque sed finire perquam est arduum.

Huius rei causam adducit, quod hi populi non satis stabiliter tutati sint suas sedes, sed subinde aliunde alio depulsi, terminos incertos reddiderint. Plinius libro 5. Mysiā in Phrygia collocat. Plutarchus δὲ τοὺς ὅρους νῆς παραγγέλλει, Χωρὶς δὲ ἵφα τὰ φιλοσόφων, καὶ ἰατρῶν ὁμοῦ τινῶν μυσῶν καὶ φρυγῶν ὁρίσματα. id est, Separatam enim aiebat esse philosophorum ac medicorum professionem, non aliter ac Mysiorum ac Phrygum fines. Manent in hodiernum diem passim id genus de finibus gentium rixæ, longa serie temporum omnia confundente. Adagio licebit uti de rebus toto genere inter sese dissidentibus, veluti si quis sentiens longe aliud spectare philosophum, aliud oratorem, dicat, Χωρὶς τὰ μυσῶν καὶ φρυγῶν. Aut de hominibus inter quos nihil conuenit, nihilque commune intercedit, ut apud Euripidem Achilles,

Χωρὶς τ' ἀμὰ καὶ ἀγαμέμνωνος:

id est,

Separatæ sunt meæ res a bonis Agamemnonis.

Quod index auro, id aurum homini.

INTER multas Chilonis sententias, hæc præcipue placuit eruditis, auctore Laertio, ὁ πλείναις ἀνθρώποις χρυσὸς ἵκεται, τὰ δὲ βέλτερά τε φανερὰν, καὶ δὲ χρυσὸν ἀνδρῶν ἀρετῶν πικρὸν τι νῆς ἰδοῦσα ἐλεγχον. id est, In saxeis coticulis aurum exploratur, euidentem præbens speciem. In auro vero proborum pariter & improborum ingenium deprehenditur. Stobæus carmen hoc citat ex Anטיפhane:

Πλάτος δὲ βέλτερός ἐστιν ἀνθρώπου τρέπων. id est,

Opes ut index, hominis ingenium arguunt.

Adlusit huc Aristides in Themistocle, Ἐν δὲ οὗτο ὄρεται τὸν ἀνδρα, ἀπογραμμῆς ἀξέχμερος, καὶ μὴ μοι λόγῳ τὸν χρυσόν, ἀλλ' ἡ τὴν βέλτερον προτάραν σκέπη. id est, Hinc virum spectat, a linea facto initio. Neque mihi, quod dicitur, aurum, sed ipsum admouens indicem considera.

Cave Thoracem.

Φύλαττε τὸν θώρακα, id est, Cave Thoracem. Strabo libro Geographiæ decimoquarto scribit, fluuium esse nomine Lethæum, vicinum Lybiis Hesperii: huic imminere montem cui nomen Thorax, in quo fama est Daphitam grammaticum cruci suffixum fuisse, quod maledico carmine reges incessuisset: unde dictum illud manarit in vulgus, ut dicerent, φύλαττε τὸν θώρακα, id est, Cave a Thorace. Hoc velut ænigmati prouerbiali festiuiter admonebimus, fræmandam esse linguam, ne voces petulanter emissæ, per iugulum aliquando redeant. Stephanus tantum indicat Thoracem esse ciuitatem Aetoliæ, & item Magnesiæ: de prouerbio silet.

Magna ciuitas, magna solitudo.

STRABO Geographiæ lib. 16. Seleuciā ad Tigrim ait Babylone maiorem fuisse, sed pleraque sui parte desertā, ac iure optimo de illa dici posse, quod de Megalopoli Arcadiæ ciuitate dixit comicus quippiam:

Ερημία μέγαλ' ἐστὶν ἡ μέγαλη πόλις.

id est,

Est magna solitudo, magna ciuitas.

Adlusum est ad nomē urbis, cuius meminit & Plinius in quarto. Quadrabit in vrbes, aut domos, agros, aut hortos, aut aliud id genus quippiā, amplū quidē & spatiosum, sed parum excultum. Aut in librum ingentē quidem illum, verum impolitum & illitatum.

Ad

Ad Scolon nec proficisceris ipse, nec
alterum comitaberis.

STRABO libro Geographiae nono scribit, Scolon vicum esse quempiam Asopiae sub monte Citherone, sedem inamnam, incultam, infrugiferam, asperam. Atque hinc vulgo proverbium mansisse.

Εἰς σκολὸν μὴ τ' αὐτὸς ἵμεις, μὴ τ' ἄλλος ἵπταται. id est,

Nec per te Scolon ipse, nec ulli alij comes uto.

Refert eadem totidem verbis Eustathius in Bæotiam Homericam. Nam Scolon & Stephanus ponit in Bæotia. Nomen ex re videtur inditum, σκολος enim Græcis spinæ genus est. Quo proverbio conveniet vii, si quando significabimus modis omnibus abstinentium a convictu cuiuspiam, aut a loco ubi nihil sit sperandum, quod vel ad voluptatem faciat, vel ad emolumentum.

Oenoe charadram.

Οἷον τὴν χαράδραν, id est, Oenoe torrentis alueum. Nā charadra Græcis significat cam terræ fissuram, quam aqua pluvia, aut torrens, nonnunquam tremotus efficit. Zenodotus in collectaneis adagiorum ait, dici solitum in eos qui sibi malum accerserent. Hinc esse natam paræmiam quod Oenoe vicus quidam sit Atticæ, quem qui incolebant, alueum quendam torrentis vicinum, suis finibus incluserunt. Deinde ingruente immodica vi aquarum, & ob id corruptis agris, agricolationem perdidisse. Strabo Geographiæ lib. 8. duas Oenoas commemorat, alteram Eleutheris finitimam, alterā apud Marathonem, de qua vulgo iactata paræmia, οἷον τὴν χαράδραν, id est, Oenoe charadram Effertur adagium ad hunc quoque modum, οἷον τὴν χαράδραν, id est, Oenoe charadram, ubi quippiam accersitur ad commoditatem, unde perniciēs adfertur. Hesychius hoc proverbium refert & explicat ex Demone proverbiorum auctore. Stephanus indicat Oenocem esse urbem duarum civitatum quas habet Icaria. Unde dicuntur Oenoi.

Nihil ad Bacchum.

Οὐδὲν πρὸς δῖον Βάκχον, id est, Nihil ad Bacchum. Vbi quis enugatur quæ ad rem presentem nihil attinent. Adagio nis origo varia traditur. Zenodotus ait, antiquitus in choris Dithyrambos in Bacchum cani solitos. Deinde poetas mutata consuetudine, Aiaces, Centauros, atque id genus fabulas cæpisse describere. Proinde spectatores per risum acclamasse, Nihil ad Bacchum. Quo convicio moniti, deinceps satyros inducere cæperunt, ne dei prorsus obliti viderentur. Strabo Geographiæ suæ lib. 8. scribit eversa funditus a Romanis, propter violatos legatos, Corinthiorum urbe, milites in opera quoque nobilia, quibus ea civitas præter ceteras abundabat, libidinis insultasse. Citatque testem Polybium, qui prædicet presentem vidisse sese, tabulas quasdam abiectas in solum, in quibus milites talis luserint. Quarum una fuit ab Aristide depicta. Argumentum erat Bacchus. Hinc inquit, quidam aiunt mansisse, quod proverbio dicitur, οὐδὲν πρὸς τὸν δῖον Βάκχον, id est, Nihil ad Bacchum. Suidas refert Epigenem quendam Sicyonium, tragediam de Baccho conscripsisse, quæ cum indigna deo videretur, quosdam & spectatores acclamasse, Nihil

ad Bacchum: eamque vocem in proverbium abiisse. Verum magis approbat eorum sententiam, qui dicunt quondam poetas de Baccho fabularum argumenta cōfuisse tractare, eaque deum acclari solita. Deinde paulatim ad tragedias scribendas conuersos, alias fabulas & historias scriptitasse, prætermittit Bacchi mentione: spectatores igitur acclamasse, Nihil ad Bacchum. Eiusque ferme sententiæ suffragator citat Chamaeleontem. Huic opinioni astruit Plutarchus in primo libro Symposiakon, ostendens ab Aeschilo & Phrynicho natam paræmiam, qui fabularum argumenta ad historias & calamitates de flexerint. At Theætetus apud eundem Suidam, in opere de proverbio, scribit Parrhasium pictorem Bacchum summa arte finxisse. Itaque cum apud Corinthios pictorum inter ipsos de arte certamen ageretur, & complures Bacchi picti proferrent, quorum nullus ad Parrhasij Bacchum accederet, succlamasse populum, Nihil ad Bacchum. Apud eundem, quidam cum Coræbum, Ulysseni illum versum & versipellem vocasset, audiit, Canem adducis ad præsepe, & nihil adfers ad Bacchum. Vtroque proverbio significatum est, nimis inæqualem esse cōparationem Coræbi cum Ulyssē. Lucianus in Baccho, οὐδὲν πρὸς τὸν δῖον Βάκχον, & τὸς δῖον Βάκχον, id est, Sed dixerit quispiam, quid ad Bacchum hic Bacchus? id est, quid ad rem propositam pertinet hæc de Baccho fabula? Itaque videtur adagium quadraturum, vel de re ab instituto aliena, vel multo inferiore, vel contemnenda. Plutarchus in Symposiakarum questionum prima, de iis agens, qui anxios syllogismos, velut eum quem κελεύειν vocant, in poculis proponere solent, τί τῷ αὐτῷ, inquit, πρὸς τὸν δῖον Βάκχον; Idem inibi, τί τῷ αὐτῷ καὶ τὰ λοιπὰ τὰ χεῖρα; ἀντὶ αὐτοῦ δέξιν μὴ πέντε κλάους αὐτοῦ σκαμνὶ ἀπὸ τοῦ δῖου Βάκχου. Mittā aut propediem & reliqua, si quidem hæc videbuntur non usquequaque insita, neque nihil ad Bacchum pertinentia. Nunc quidem, sed tamen oppido quam eleganter dixit, & πρὸς δῖον Βάκχον, tacite adludens ad proverbium. Significat autem, ὅτι πρὸς δῖον Βάκχον, non aspernanda, & ad rem pertinentia. Idem in eiusdem operis lib. 4. εἰ μὴ δὲ καὶ τὴν σκελετὴν ἡ ἱστορίαν μὴ πέντε τοιαύτων ἀπὸ τοῦ δῖου Βάκχου εἶναι. Arbitror aut nec fabbatorum festum, nihil prorsus ad Bacchum pertinere. Athenæus lib. 2. ἀπὸ τοῦ δῖου Βάκχου λόγους παραμαρτυροῦμαι. Solutiones nihil ad rem pertinentes moliens. tertio, πέρων καὶ μέλας dixit, modos nō respōdētes ad tibiā. Ac mox ἀκρίτητα καὶ μέλας, hoc est, cymbala non congruentia ad numeros saltationis. Sic. n. vocat sermones intempestivos, aut nihil ad rem pertinentes, quos idem ἀμεστολογία vocat. De huius formæ proverbij dictū est nobis alias, Nihil ad verbum. Pindarus in Nemeis, παρὰ μέλας ἱερὰ δὴ dixit pro eo quod erat secus quā cōuenit loqui, μέλας δὲ τις αἰσχροῦ, ἢ πρὸς μέλας ἱερὰ. M. Tullius lib. ad Atticū 16. Sed nihil tā ἀπὸ τοῦ δῖου Βάκχου mihi primo videbatur, quā ad has litteras, quibus ego a te consiliū petierā, te mihi illa rescribere. Tamen si quidam hoc loco pro ἀπὸ τοῦ δῖου Βάκχου legunt ἀπὸ τοῦ δῖου Βάκχου hoc est, inopinatū, inexpectatū. Proverbij speciem habet quod est apud eundem Ciceronē in Eruto, Sed domum redeamus. Id velut interpretans subiicit, id est, ad nostros reuertamur. Vtimur & hodie sermonis huius colore, quoties significamus nos a digressionē ad id reuerti quod institueramus.

Bb 3 Farcire

Farcire centones.

PERIPHANES in Epidico Plautina, militiam pugnas suis militari more paranti narrare, Quin tu, inquit, alium queras, cui centones farciat: id est, quem tu gloriosis mendaciis & consarcinatis fabulamentis expleas. Solent enim homines gloriosi mendacium aliud ex alio connectere, nullum facientes neque finē, neque modum. Centones autem dicuntur vestes e variis panniculis, ac diuersis etiam interdum coloribus consarcinatæ. Iuuenalis:

Intrauit calidum veteri centone lupanar.

Ad harum similitudinem centonem vocant carminis genus, ex diuersis carminibus, & carminum fragmentis, hinc atque illinc accersitis, contextum, quasiq. cōsutum. Græci κεντρωνος appellant, addita littera, quam abiciunt Latini. Extant adhuc quædam reſonantia, quorum meminit & diuus Hieronymus, & Vergilio-centones Proba mulieris, & Centon nuptialis Ausonii, qui legem etiam eius carminis tradit.

Quod dedi, datum nollem.

LENA Milenis in Cistellaria Plautina, Inter nouam rē, inquit, verbum usurpabo vetus. Quod dedi, non dātū vellem, quod reliquum est, non dabo. Significat se penitere, quod puellæ fecerit copiam, de cetero non facturam. Vnus adagij fiet venustior, si paullo longius a simplici figura detorqueatur, veluti si quis indicans se superioris operæ quam in poetices studium insumpserit, penitere, nec esse consilij diutius in ea tempus tenere, dicat, Quod dedi, datum nollem, quod reliquum est, non dabo.

Crocodili lacrymæ.

Κροκοδιλὸς δάκρυα, id est, Crocodili lacrymæ. De iis qui sese simulant grauius angere incommodo cuiuspiam, cui perniciem attulerint ipsi, cuius magnum aliquod malum moliantur. Sunt qui sibi Crocodilum conspēcto procul bonine, lacrymas emittere, atque eundem mox deuorare. Cuiusmodi propemodum erant lacrymæ Bassiani imperatoris, apud Aelium Spartianum. Lacrymabatur quoties aut mentio fieret, aut imagines videret Getæ fratris, quem occiderat. Alij narrant hanc esse Crocodili naturam, ut cum fame stimulatur, & insidias machinatur, os hausta impleat aqua, quā effundit in semita qua nouit aut alia quæpiam animalia, aut homines aequatum venturos, quo lapsos ob lubricum descensum, neque valentes aufugere, corripit, correptosque deuoret. Deinde reliquo deuorato corpore, caput lacrymis effusis macerat, itaque deuorat hoc quoque.

Bona etiam offa post panem.

Ἀγαθὸν καὶ μᾶζα μετ' ἄρτον.

id est,

Et post panes bona maza est.

Hemistichion carminis heroici. Zenodotus ait de iis solere dici, qui penuria meliorum amplectuntur deteriora. Nam maza quiddam est pane colto deterius, conflatum ex lacte & farina, quo rustici vice panis rei consueuerunt. Siquidem ὁ πόνος ἀλδύρεον, in deliciis olim fuisse alias demonstrauimus ex Theocrito. Pro uerbis speciem habet quod est apud Athenæum libro

sexto licet huic dissimile, πυνδὴν τι ὅς τις ἀδριμᾶζα τι μίωτα καὶ χυσοῦσι καὶ πᾶσι, id est, Maza, siue offa esurienti homini carior & auro & ebore. Quo licebit uti cum indicabimus rem usu, non opinione æstimandam. Ex his quæ prodidit Athenæus de apparatu conuiuiorum, liquet mazam prius apponi solere, deinde panem. Verum consumpto pane probatur & maza. Ut possumus, quando ut volumus non licet. Xenophō libro sexto παρ' ἰσοῦ, facit quendam consolantem milites, qui defecti pane maza uesci cogebantur. Hoc cibo qui victuant dicuntur ἀλδύρεον τι, quemadmodum qui pane, ζῆτος τιν.

Si non adsunt carnes, taricho contentos esse oportet.

Ἀν μὴ παρὲν κρέας σφαγῆται ὅς τις ταρίχον.

id est,

Probanda salsamenta egentis carniū.

Sunt qui dicant, ταρίχον accipi pro pisce, sed uili putriq., qui idem sit Aphya. Fortassis hic pro iure accipiendum tarichus. Nam quibus deest obsonium, solent pane in ius immerso uesci. In Aphyas & Tarichos creber iocus est in comediis. Sensus hic est, ubi non est copia meliorum, boni consulere oportet quæcunque contingunt. Refertur a Diogeniano.

Agathonia cantio.

Ἀγαθόνιας ἀνώνυμος, id est, Agathonia cantio. Reſte dicitur de oratione blandi magis, quam frugifera. Agathon tibicen quispian erat, cantilenarum suauitate maiorē in modum aures deliniens. Nec huius mores dissimiles musica fuisse perhibetur. Laborauit enim infamia molliciei. Auctor & Suidas & Zenodotus. Haud scimus an hic sit idem ille Agathon in tragicorum certamine victor, in cuius epiniciis Plato celebrat illud nobile conuiuium. Huius multis modis Aristophanes in Thesmophoriis, carminum molliciem deridet.

Edax currus.

Ἀδδὰ φάρον ἄρμα, id est, Edax currus, in glutones et voraces dicebatur, propterea quod currus multum absumeret vnguis siue ceromatis, siue quod sumptuosa res sit, equos & currus alere, unde & comicus Aristophanes in Nebulis iocatur in Strepsiadem, quem filius in πονεραδόν, ad inopiam redegerat, multo are alie no contracto. Flauius Vopiscus indicat Aureliano in deliciis fuisse Phagonem quendam, qui uno die ad mensam imperatoris ederit aprum integrum, centum panes, veruecem & porcellum, biberit autem in fundibulo apposito plus orca. Sed de hoc hominum genere plura Athenæus in Dipnosophistis, apud quem libro 5. Socrates cum quendam vidisset in conuiuium sese intemperantius ingurgitantem opsonio, Ouos qui adesset, inquit, quidam ex vobis pane utitur ut opsonio, opsonio ut pane. Venustius reddetur, si destexeris ad animi vitium, veluti si dicas, huius aut illius principis amicitia immodica pecunia parari, ac retineri aliq. Aut cupiditates inexplēbiles esse, cum naturæ usus per pauca potest.

Sanguine flere.

Αἱματὶ κλαίειν, id est, Sanguine flere, prouerbialis hyperbole significans nihil non fieri, quo fletatur aliquis, sic enim

enim antiquitus loquebantur: Haud flectes illum, ne si sanguine quidem fleueris. Idem *μακρὸν σίνειν*, id est, Sanguine gemere. Durat hoc adagium in hodiernum etiam diem, Translatum videtur a prodigiis, quibus interdum status sanguineis guttis lacrymare videtur.

Pardi mortem adsimulat.

Θάλασσαν περὶ δὲ λείαν ὑποκρίνεται, id est, Pardi mortem simulat. Dicebatur ubi quis astu perniciem alicui moliretur, veluti cum Brutus stupidum ac dementem ageret, ut in posterum imperio potiretur. Id adagium ad quandam apologum referunt. In Maurusia simiarum ingens copia. Pardalis autem animal est natura simiis infestissimum, quibus tamen viribus assequi non potest, nimirum illis in summis arbores subvolantibus. His itaque dolis in eas vititur. Sternit se supinam sub ramis, ac porrectis cruribus emori fingit sese. Gaudet eo spectaculo simiae confidentes in arbore. Deinde ubi iam mortuam arbitrantur, unam aliquam emittunt exploraturam, num vere mortuus sit hostis. Illa cautum ac pedetentim accedens, ubi nulli vitæ videt argumentum, Pardale nimirum modis omnibus cadauer imitante, demum audet etiam conscendere. Quod simul atque reliquæ simiæ conspexerint, iam deposito omni metu descendunt, & Pardalim omnia ferentem circumsultant: postremo conculcant, insultantes ludibrij causa, donec Pardalis sentiens illas iam saltando defatigatas, derepente reuiuiscens, aliam dentibus, aliam unguibus corripit, dilaniatque ac deuorat. Hanc fabulam, ne quid fuci fiat lectori, non reperimus apud idoneum auctorem, sed in Græcis collectaneis cuiusdam Apostolij Byzantij, cuius testimonium quodam loco Politianus etiam refert, alioquin auctoris non admodum grauis.

Mandare laqueum.

MANDARE laqueum dicimur iis, quos usque adeo negligi a nobis significamus, ut si vel suspendant sese, nihil ad nos attineat. Iuuenalis de Democrito:

-Cum fortuna ipse minaci

Mandaret laqueum, mediumque ostenderet unguem.

Confine illi cum iubemus, *κλαίειν*, id est, plorare quempiam, & *μακρὰ σίνειν*, id est, clare plorare, καὶ *μακρὰ χεῖρας*, id est, flere & longum valere.

Medium ostendere digitum.

MEDIO item digito porrecto, supremum contemptum significabant. Martialis libro secundo.

-Et digitum porrigito medium.

Nam hunc digitum Martialis impudicum vocat:

Ostendit digitum, sed impudicum.

Persius infamem:

Infami digito & lustralibus ante saluiss.

Huc pertinet, quod apud Laertem Diogenes, ut alibi diximus hospitibus, quibusdam Demostenem videre cupientibus, non indice digito, sed medio porrecto demonstravit, parum virum innuens & effeminatum. Ac paullo post eodem in loco, satis indicat porrectione digiti medij quippiam obscenum significari, cum ait, insanos haberi, qui medium porrigant digitum, qui indicem, non item. Itaque eodem in carmine duobus adagiis extremum contemptum indicauit Satyricus:

Mandaret laqueum, mediumque ostenderet unguem.

Elegantius fiet utriusque, si longius detorqueatur. Ut philosophicis præceptis laqueum mordes, tu tuo uiuito more. Et theologorum decretis negotiatores mediū unguem ostendunt, id est, plane contemnunt ridentque.

Barbam vellere.

Τὸν πόρωνα τὴν ἄνθρωπον, id est, Barbam vellere. Est illud quoque sumptum a gestu, barbā vellere, quo summum contemptum ac ludibrium significamus. Horatius Sermonum lib. 1.

-Barbam tibi vellunt

Lasciui pueri. Persius:

Idcirco stolidam præbet tibi vellere barbam

Iupiter. Idem alius:

Si Cynico barbam petulans Nonaria vellit.

Et Dionysius Siculus, non dubitauit Aesculapio barbam auream detrahere. Lucianus in Timone de Ioue Olympio, *καὶ ἐπὶ τῆς πικρᾶς περιμέτρους*, id est, Desidebas dum tibi circumtonderetur cæsaries. Et barbā vellit mortuo leoni, qui ferox est in prostratum, quod alius attigimus.

Malis ferire.

Μαλὸν βλάπτειν, id est, Malis petere dicuntur, qui muneribus assequi student quod optant, aut qui donis prouocant ad amorem mutuum. Dueta est allegoria a fabula Atalantæ, quam Hippomenes cursu superauit, sed arte proiectis inter currendum malis aureis in quibus sublegendis dum puella subinde remoratur, præcessit ac vicit iuuenis. Refer: ut adagium a Diogeniano. Plutarchus in Sympoticis indicat olim fuisse morem, ut in eos qui semper vincerent, mala, rosas, nonnulli etiam mala punica iacerent. Ut hinc quoque videri possit ortum adagium, ac diffinitum de iis qui magnopere mirantur, ac probant quempiam, aut etiam blandiuntur. Idem decade nona narrat, Anaxarchum cum ab Alexandro post cenam malis peteretur surrexisse, dixissetque hunc senarium ex Oreste Euripidis,

Βιβασιτὰς τις εἶναι βέλτοισι χερσίν, id est,

Ferietur aliquis mox deum humana manu.

Potest & simplicius accipi malis petere, cum quis ad amandum lacepsitur ac prouocatur: sic enim interpretatur Suidas. Vnde & illud apud Maronem,

Malo me Galatea petit lasciuia puella.

Aurea mala decem misi, cras altera mittam. Et,

Ipse ego cana legam tenera lanugine mala.

Et Acontius apud Ouidium Cydippe malum inscriptum in gremium mittit. Aristophanes in Nubibus, *Μαλὸν βλάπτει ὅτι πικρὸν ἐστίν*, id est, A scorto malo percussus. Interpres adscribit, malum amoris esse symbolum, propterea quod Veneri sit sacrum. Vnde in certamine formarum, premium malum erat aureum, idque Veneri contigit. Theocritus in Cyclope,

Ἦεν το δ' οὐτὶ ἐὶ δόικας, δ' ἐμὰς δόικας, δ' ἐκικύνοις,

Ἄλλ' ἰλαίαις παρὶσσιν, id est,

Non malis, non ille rosis, non ille Cicinis,

Sed furis magis pestiferis adamabat.

Idem in Hódæporis,

Βλάπτει καὶ μάλοισιν αὐτὸν ἄλλος ἢ κλειρίῳ, id est, Olim murescula malis constabant, unde Horatius in Epistolis:

Frustis & pomis viduas venentur auaras,

Excipiantque senes, quos in diuaria mittant.

Bb

4

Mare

Mare prius vitem tulerit.

Τὸ πάλαιος πρότερον οἱ σὺν ἀμπέλων, id est, Mare prius vitem feret. De ijs quæ nullo pacto fieri possint. Nam salitudo vitibus inimicissima. Hinc Homerus & Hesiodus identidem potum vocant ἀτρεῖαν, quod illic nulla colligatur vindemia. Salsa terra fere sterilis est frugibus, sed vitibus inimicissima. Refertur apud Diogenianum.

Betizare, lachanizare.

LACHANIZARE vulgo dicebant pro languere, teste Suetonio in vita Octavii Caesaris, pro quo Augustus novavit betizare. Quadrabit & in insulos & insipidos. Catullus,

Languidior tenera cui pendens Sicula beta.

Item Martialis,

Vt sapiant fatua fabrorum prandia beta,

O quam sæpe petet vina piperq. coquus.

Eodem pertinet illud Diogenis. Cynici dictum apud Laertium: Cum adolescentes quidam eum canem vocarent, seq. cautiores dicerent ne ab illo morderentur, bono animo esse iussit: canem enim haudquaquam vesci betis, molliciem illorum notans. Bliteos appellant stupidos. Est βλίτον, herbae genus, cui nomen etiam a stupore saporis indicum putant, quasi βλάξ, quæ vox bardum & stupidum significat. Aristophanes in Avibus, ὡς βλακικῶς διακονῶν, Vt stupide ministras. Plautus in Truculento: Blitea & lutea est meretrix, nisi quæ sapit in vino, ad rem suam. Laberius Mimographus apud Nonium Marcellum, bipedem & bliteam belluam appellat insulsum & recordem. Apud Menandrum quoque mariti voribus ex blito conviciis faciunt, bliteas eas nominantes. Aristophanes in Nebulis, καὶ σὶ καλοῦσι βλίτον, i. Teq. vocant bardum ac stultum. Fieri potest ut Gallica quoque vox hinc manarit, qua nunc vulgo contemptissimos, extremosq. notat homines compellant Bliteros, addita litterula.

Promus magis quam condus.

SANE quam elegans & proverbialis Ausonii dimeter iambicus, Promusq. quam condus magis: in quendam profusorem, qui parva prodigere nosset, querere aut quæ sita servare non nosset. Sumpta metaphora a rei familiaris dispensatoribus, maximeq. penularia, quos Græci πομῖαι vocant, quorum partes sunt ad usum familiae promere, id est, proferre quædam, alia condere, hoc est, seponere. Iam qui tantum promit, is ad inopiam velis equisq. properat. Plautus in Truculento, parce promos appellat, sordidos ac tenaces, & qui sumptum libenter effugiunt.

Nodum in scyrpo quæris.

NODUM in scyrpo quæris, in anxium dicebatur, nimisq. diligentem, aut meticulosum, qui illic scrupulum moveret, ubi nihil esset addubitandum. Hoc adagium refertur apud Plautum in Menachmis, & verbis totidem apud Terentium in Andria. Festus ex Ennio citat, Quæris & in scyrpo, soliti quod dicere, nodum: nominatim proverbij titulo referens Donato iunci species est scyrpus, levis atque enodis. Quamquam apud Cellium scyrpi dicuntur capriuncula, argutiq. Nisi

forte quis malit legere in sorupo, quod hi lapilli leues sint ac rotundi.

Delphinum sylvis appingit, fluctibus aprum.

HORATIVUS in Arte poetica, proverbiali schemate dixit, Delphinum sylvis appingit, fluctibus aprum. Indocti poeta stultitiam taxans, qui multa non suo loco, neq. tempestiviter describit, perinde quasi pictor Delphinum piscem, iuxta Callimachi dictum in nemoribus pingeret, rursus aprum in vndis. Confine illi, ὡς περὶ τὸ μέγαν, id est, In lenticula unguentum.

Cancer leporem capit.

Καρκίνος λαχρὼν ἀλεῖ, id est, Cancer leporem capit. De re nequaquam verisimili, dictuq. absurda. Velut si quis dicat, ab indoctissimo superari doctum.

Ne caprea contra leonem.

Μὴ πρὸς λέοντα δορκάς, i. Ne caprea adversus leonem, hoc est, ne longe inferior cum potentiore decertes. Dorcas enim sylvestris est capreolus. Refertur a Diogeniano. Suidas integrum refert senarium,

Μὴ πρὸς λέοντα δορκὰς ἀγῶμα μάχης. id est,

Ne cum leone caprea pugnam sumpsero.

Homerus Odyssea Θ.

Ἀνδρῶσι δὲ πρὸς ἄνθρωπον ἐρίμεν οὐκ ἐδιδίκατο. id est, Cum potiore viro nolim certamen inire.

Pellem caninam rodere.

PELLEM caninam rodere, proverbiali metaphora dixisse videtur Martialis, pro eo, quod est, hominem maledicum & improbum conviciis insectari. Sic enim scribit in oblectatorem quendam & oblatratorem, Non decrunt tamen hac in urbe forsan, Unus vel duo, tres ve, quattuor ve, Tellem rodere qui velint caninam.

Echino asperior.

Εχίνος τερεχύτερος, id est, Echino asperior. In hominem intratibilem & insuavius moribus dictum. Metaphora sumpta ab animante, cuius duplex est genus: terrestre, spinis obsitum: & maritimum, pinnata undique testudine, ac spinis obductum, quibus se pedum vice voluit auctore Plinio. Martialis,

Cortice deposito mollis echinus erit.

Aristoteles lib. De generatione animalium quinto, tradit Echinum ipsum quidem pusillum esse, ceterum spinas habere, & longas & acutas. Athenæus Dipnosophistæ libro 3. fabellam haud infestiuam refert e De metrio Scepsio: Laconem quempiam vocatum ad cenam, appositis Echinis, cum ignoraret quo pacto soleat edi, nec observaret quomodo ceteri convivia his vescerentur, corripuisse quendam, et in os coniecisse unam ex ipsa testa: porro cum inter dentes strideret Echinus, & hominis os cibo misere cruciaretur, o sceleratè, inquit, edulium, neq. nunc te omittam tibi mitis, nec te post hac unquam sumpsero.

Echinus partum differt.

Εχίνος τὸν τόνον ἀναβάλλει, i. Echinus partum differt. De ijs dici suctum, qui prorogarent quippiam suo malo: veluti

luti qui creditam pecuniam comperendinant, tamē ali quando reddendam vel maiore cum sēnore. Aiunt Echinum terrestrem stimulat a luo remorari partū, deinde iam asperiore ac duriore facto sētu mora temporis, maiore cruciatu parere. Auctor Suidas. Plinius libro nono cap. 25. tradit, piscem qui dicitur echineis, fluxum gravidarum sistere, & usque ad puerperium in utero continere sētum. Quamquam hoc ἀπὸ τοῦ δι-
 υσίου.

Prius duo Echini amicitiam ineant.

Πρὶν δὲ δύο ἐχίνοι ἐς φιλικὰν ἑλθεῖν, ὁ μὲν ἐκ πλάγους, ὁ δ' ἐκ χεῖρας, id est, Prius echini duo inierint amicitiam, aliter e mari, aliter e terra. De iis, qui moribus ac studiis sunt inter se discrepantiores, quam ut spes sit aliquando inter eos necessitudinem coituras. Venustius erit ad rem deflexum. Nam est echinus marinus, de quo multa Plinius & Aristoteles. Est & terrestris, quem alio nomine vocant Erinaceum: illud commune, quod uterque spinosus est, unde & vocabulum inditum. Refertur a Suida.

Non missura cutem, nisi plena cruoris hirudo.

PROVERBII speciem habet illud etiam Horatianum in Arte poet.

Non missura cutem, nisi plena cruoris hirudo. Quadrabit in homines nimium sedulos, & quibusvis in rebus immodicos. Cuiusmodi nonnullos videas, qui cum semel cœperint, nullum faciunt finem, donec defatigati desistant, nec rationem ullam habent alieni fastidii, sed suo râtum animo negotij modum metiuntur, haudquaquam memores vetustissimi sermonis, admonentis ut tum a lusu desistamus, cum adhuc est incundus, ne voluptatem odij molestia consecuta contami-
 net. Nemo nescit, hirudinem, ubi semel hæserit corpori, nulla ratione posse reuelli, donec suctu sanguinis expleta decidat. Quidam appellant sanguisugam, Cræ-
 ci βῆδρα, siue βῆδραν, linguam habet bisulcam ac fistulatam, quam penitus infigit cuti. Meminit Plinius libro 11. cap. 34. atque inibi de altero quodam animalis, cui nomen non sit, quod semper infixio sanguini capite viuat, donec nimia satietate debiscat & ipsi immo-
 riens alimento, cum cibi non sit exitus.

Mea est pila.

ΜΕΑ est pila, id est, uici, et uoti sum compos: aut res mihi in manu est, apud Plautum in Truculento. Sumptum a notissimo pile ludo, cum multis insequentibus, unus aliquis præstantior occupat. Consimili figura dixit in Cassina: Sed si nunc vult hera facere officium suum, nostra omnis lis est: id est, vicimus. Traducta metaphora a iudiciis.

Ab ovo usque ad mala.

AB ovo usque ad mala, prouerbiali figura dixit Horatius in Sermonibus, Satyra tertia, pro eo quod est, ab initio coniuij usque ad finem: -Si collibuisse, inquit, ab ovo

Usque ad mala, citaret, io Bacche modo summa Voce, modo hac resonat quæ chordis quattuor ima. Antiquius enim cenam ab ouis auspiciabantur, malis

finiebant. Erit venustius, si longius trahatur, Ab ovo usque ad mala, id est, toto colloquio, tota nauigatione, aut toto opere. Qui rem altius repetunt quam oportet, notantur illo versu Horatiano,

Nec gemino bellum Troianum orditur ab ovo.

Qui a primis initiis repetunt, ἐκ τῆς ῥίζης, id est, a radicibus, & a stirpibus imis exordiri dicuntur: qui nihil prætermittunt, ordine narrant, & a capite usque ad calcem, quod alibi retulimus, Græcis ἀπὸ κεφαλῆς & ἀπὸ χυτῆς.

Virtutem & sapientiam vincunt testudines.

IVLIVS Pollux libro nono de rerum vocabulis, scribit hoc carmen olim prouerbio celebratum fuisse,

Τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν σοφίαν νικᾷν τε χελώναι. id est, Et virtus testudinibus, & sapientia cedit.

Est autem velut ænigma, innuens pecuniam longe plus posse, quam aut virtutem aut sapientiam. Antiquitus enim Teloponestorum nomisma χελώνη, id est, testudo dicebatur, propter insculptam in eo testudinis figurā. testem huius rei citat Eupolidem, qui in fabula, cui titulus, Captiui, ὁδῶν dixerit καὶ καὶ χελώνην, id est, obolis pulchræ testudinis. Consimili figura dictum & illud, Multas noctuas sub tegulis latitare: & Bos in lingua: quæ suis retulimus locis.

Sacra hæc non aliter constant.

SACRA hæc non aliter constant. Hoc adagio licebit uti, si quando fatebimur culpam, sed quæ rei loco ue conueniat: ueluti si quis in balneis agat impudentius: aut rusticus in nauis: aut in comotationibus ebriorum intemperantius: aut inter mulierculas ineptius: aut inter aulicos dissimulantius: aut inter sophistas loquacius: aut apud populum adulantius. Ausonius nuptialis Centonis excusans licentiam, etenim fabula est, inquit, de nuptiis, & velit nolit, sacra hæc aliter non constant. Sumptum a sacris, quæ certis quibusdam ceremoniis peraguntur: de quibus si quid demutes, piaculum admissum putetur. Plutarchus in comment. De audientis poetis: Οὐσία μὲν ὅτι ἄχρεος καὶ ἀνάλογος ἵσμεν ἐκ ἱσμεν δὲ ἀμύμον δὲ ἀνδρὶ πείσῃ. i. Sacra enim absque choris ac tibiis nouimus. Non nouimus autem absque fabula ac mendacio poesim.

Sequitur ver hyemem.

SEQUITUR ver hyemem. Hoc adagio rerum vices significamus, necessario sibi succedentium: ut si quis suadens in rebus afflictis animum sulciendum spe meliorum, dicat, Sequetur ver hyemem, id est, tristibus succedent latiora. Ita Pindarus Isthmiorum hymno quarto, νῦν δ' αὖ μὲν χαμέριον ποικίλων μελῶν ῥόπον χέων ἀπὸ φοινίκης ἀέρας ῥόδοις. id est, Nunc vero rursum post hybernā multiplicium mensium caliginem, terra veluti purpureis floret rosis. Ausonius in præfatione monosyllaborum, nonnihil abusus est prouerbio: Ut in vetere verbo est, Sequitur uer hyemem. Iam similitum nugarum subtexto nequitiam.

Venerem iusiurandum.

Ἀπὸδίδωκε θεὸς ἐκ ἐμπόνητος, id est, Venerem iusiurandum non puniunt. Sensus est, amantium iusiurandum irritum

irritum esse : neque ad deos quidquam pertinere, tanquam iocosum. Et auctore Nasone.

Iupiter ex alto periuria ridet amantum,

Et iubet Acolios in freta ferre notos.

Et Horatius,

Ridet hoc inquam Vcnus ipsa, rident

Simplices nymphae. Tibullus,

-Periuria ridet amantum

Iupiter, & ventos irrita ferre iubet.

Citatur hoc adagium a Platone in Coniuiio, ὃ δὲ δυνάτω τιν, ὅς γε λήγῃσιν οἱ πόθοι δ' ἵ τ' αὖ μὲν ἔτι μὲν συγγνώμην παρέχ' ἔχον, ἐκβάντι τ' ἔρκων. Αὐτοῖσι δὲ ἔρκων, ὃ φασιν εἶναι, ἔτ' αὖ οἱ ἐκείν' αὖ οἱ χυρὸν πρὸς τὸν ἐξέσταν πεποιμένοι ἢ ἔρῳντι, id est, Quodq. omnium maximum est, ut sane dicitur vulgo, uni etiā iuranti a diis parata est venia, si quæ iuravit non præstiterit. Venerē enim iusiurandum negant esse, Adeo tunc dii, cum homines nihil non permittunt amanti. In verbis Platonis videtur deesse vocula, ἐμπόνημον, ὃ φασιν εἶναι ἐμπόνημον. Meminit & Procopius in epistola ad Epiphaniū ultima, καλῶς ἀρχὴν τὸ τ' ἐρῳντων παῖδος ἢ παρὸν μίαν, ὅταν ἐμπόνην ἐκείν' αὖ συγγνώμην αὐτοῖς ἐκβάν' ἐπαγγέλλεται, id est, Pulchre nouit amantium affectum prouerbiū etiam si peierare voluerint, veniam illis a diis pollicetur. Plato in Philebo apud Athenaeum lib. 12. ὅς δὲ λόγος, ὃς οὐ τοῖς ἡδοναῖς τοῖς πόθ' αὐτοῖσι, ὃ δ' αὖ μίαν δ' ἀκρίβειαν εἶναι, καὶ τὸ ἐμπόνην συγγνώμην ἔλκεται πρὸς ἐκείν', ὅταν ἀκρίβειαν πᾶσιν τ' ἡδονῶν δ' αὖ τ' ἀκρίβειαν καὶ τιμῶν, id est. Ceterum quæ admodum dicitur, etiam in voluptatibus circa res venereas, quæ sane videntur esse præcipuæ, periurium quoque venia donatur a diis, perinde quasi voluptates puerorum instar sint, qui nondum rationis sunt cōpotes. Refertur & illud ex Callimacho.

Ωμοσας, ἄλλ' αὖ λήγῃσι ἐκ τοῖς ὅρ' ἔρωτι

Ορκε μὴ δύνειν ἔχει' ἐκ' ἄλλ' ἐν τῶν, id est.

Iuravit, verum vulgo dicunt, in amore

Quod iuras, aures non penetrare deum.

Prior versus non caret mēdo. Defleſſi potest ad quod vis promissum, cuius fides præstanda non videatur.

Tamquam meum nomen, Tamquam digitos.

PROVERBIALES hyperbolæ sunt. Tamquā meū nomen, & tamquam meos digitos teneo, si quando promittam, certamq. memoriam significare volumus. Martialis:

Totis diebus Afer hæc mihi narras.

Et teneo melius ista, quam meum nomen.

Iuuenalis.

Tamquam ungues digitosq. suos.

Nihil magis meminimus quam proprii nominis unde & vita defunctos olim suo nomine inelamabant. Et proprii nominis oblitum, dicimus prodigiose obliuiscētiæ hominem. Antiquitus in digitis computus peragebatur. Extat ea de re libellus Bedæ. Quin hodieq. numerandi imperitum & obliuiosum per iocum rogare solent, quot in manibus habeat digitos. Plutarchus in comētario, cui titulum fecit, Quo pacto quis intelligere possit se profecisse, scribit olim morem fuisse nomina digitorum ediscere, hisq. in metu tamquam remedio futuris uti. ipsius verba subscribemus: ὅτι μὲν ἔτι ἐκ μὲν

κότις τὰ τ' ἰδῶν ἀνόματα δακτύλων, ἔχοντες πρὸς τοὺς φθόβους αὐτοῖς ὡς ἀλεξικάκις, ἀτρίμα καταλήγοντες ἑκαστον, id est, Quidam enim ediscunt suorum nomina digitorum, eisq. contra pauores vtuntur, tamquam ad depellenda mala remedium habeant, paulatim singulos recensentes. Quæ vero sint digitorum apud Græcos vocabula, Gellius in Noctibus Atticis indicauit. Cælius Calcagninus, ut indicat Aleander, mauult intelligi de nominibus Dactylorum Idæorum, de quibus nonnihil attingemus in prouerbio, Celmis in ferro, licet in Plutarcho, ἰδῶν legatur, non ἰδῶν.

Bonorum glomi.

Αγαθῶν ἀγαθῶν, id est, Bonorum glomi: de opibus extruētis & affatim accumulatis. Sumpta metaphorā a glo mere textorio, cui fila sunt obuoluta, aut certe ligno illo textorio, cui filorum maxima vis est obuoluta, quod idem πλῖνιον vocant. Prouerbij meminit Iulius Pollux lib. 7. cap. 10. indicans apud comicos esse frequentissimum. Videtur autem adlusum ad vocem in Agathide, & Agathis: perinde ut Thucydides in Sripidis epigrammate Athenas τ' ἀγαθὸς ἑκατόν, vocat. id est, Græcæ Græciam. Etiam si lib. 5. tribuit hanc sententiam Pindaro. Et quemadmodum ἑκατόν ἑκατόν, id est, postrema postremorum: item κακά κακῶν, id est, mala malorum, dicunt Græci: quam quidem figurā Latini non agnoscunt.

Rem acu tetigisti.

EST apud Plautum in Rudente, Rem acu tetigisti, pro eo quod est, rem ipsam diuinaſti, nihil aberrans. Metaphora sumpta videri potest a lusu quopiam, in quo diuinator, id quod alius notasset, summa acu tangebatur, aut lineā, aut calculū, aut aliud quiddam simile. Igitur acut tangere, perinde est quasi dicas, ipsissimum punctum attingere. Nam minutissima puncta denotantur acu.

Purgatis auribus.

PURGATIS auribus, pro attentis & vacuis, prouerbiū respicit. Plautus in Milite.

Perpurgatis ambo damus tibi operam auribus.

Horatius in Epistolis.

Est mihi purgatam crebro qui perfonet aurem.

Perſius quinta Satyra.

Stoicus hic aurem mordaci lotus aceto.

Nam sordes in auribus collectæ auditum hebetāt, ex parte reddunt acriorem.

Purior clauo.

Αγνότερος πᾶσι, id est, Purior gubernaculo. Comparatio prouerbialis de re vehementer inculcata, aut moribus undequa. integris & incontaminatis. Clauus enim nauticus assiduis fluctibus abluatur, ut nihil sordium possit hæere. Adagium refertur a Suida.

De calcaria in carbonariam.

QUOTIES fit ut a re proposita ad aliud quippiā longe diuersum digrediamur, de calcaria in carbonariam decurrere dicimur: siue cum ex vno malum in aliud diuersum incidimus. Tertullianus libro de carne Christi. Igitur, inquit, de calcaria, quod dici solet, in carbonariam, a Marcione ad Apellem. Huic non dissimile est illud Cicronis in actione pro Murena: Respondebo igitur

igitur Posthumio primum, qui nescio quo pacto, mihi videtur pratorius candidatus in consularem, quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere.

Datyli dies.

Δατύλιος ἡμέρα, id est, Datyli dies. Vbi res feliciter successerunt. Sumptum a Datylo quodam, qui apud Athenienses summos est honores consecutus.

Monstrum alere.

MONSTRUM alitur, vbi quid occulti viri latere significamus: haud scim⁹ an inde sumpta metaphora, quod monstra ob pudorem clanculum aluntur & occultantur. Siquidē Pamphilus in Andria Terentiana, quod prius repudiatus gener, rursum ad adfinitatem repetetur, suspicans aliquid esse viri in puella quod celaretur: Repudiatus, inquit, repeto. Quamobrem? nisi id est quod suspicor, aliquid monstri alunt. Ea quoniam nemini obrudi potest, iur ad me.

Non curat numerum lupus.

PROVERBIUM sapit Vergilianū illud in Bucolicis:

Hic tantum Boreæ curamus frigora, quantum

Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

Recte dicitur in hominem impudenter furacem. Extat hodieq. vulgo iactatum adagium, Lupus non veretur etiā numeratas oves deuorare. Porro fures paulo timidiore consueuerunt a rebus numeratis abstinere manu metu, videlicet ne hoc indicio deprehendantur. Huic definit iocus ille facetus in seruum furacem, cui nihil erat domi, neque clausum, neq. obsignatum.

Spartam nactus es, hanc orna.

Ἡ ἱλαχίς παρὰ τὴν κόσμη, id est, Spartam quam nactus es, orna, siue administra. Admonet adagium, ut quamcunque provinciam erimus forte nacti, ei nos accomodemus. proq. huius dignitate nos geramus M. Tullius ad Atticum lib. 4. epistola 6. Reliquum est: παρὰ τὴν ἱλαχίς τὰ ἑαυτῶν κόσμη. Non mehercle possum. Et Philoxeno ignosco, qui reduci in carcerem maluit. Idē ad eundem libro 1. Eam causam quam mihi dicis obtigisse παρὰ τὴν, non modo nunquam deferam, sed etiā si ab illa deferar, in mea pristina sententia permanebo. Quod a Cicerone refertur carmen est anapesticum, e tragedia quapiam, Spartam nactus es, hanc orna. Theocriti Scholiastes indicat adlūsum ad hoc proverbium in Hodeporis,

Αὐτοῖς μοι ποτὶ σῖτιδι, καὶ αὐτοῖς βροκολιάδε.

Τὰν σαυτὲ πατῶν ἱλαχί τὰς δρύας.

Mecum isthic certa, simul isthic pascito tauros.

Et terram calcans propriam, ne desere quercus.

Proverbium igitur ad varios vsus licebit accommodare: vel cum admonebimus, ut suam quisq. personam quam suscepit, cum decoro tueatur. Maritus es, cura quæ mariti sunt officia. Aulicus es, aulicum age. Index es, ne iam amicum aut inimicum, sed iudicē agas. Principatus tibi contigit, principis officio fungere. Priuatus es, ut priuatum te gere. Sic propemodum vsus est Aristophanes: Nam huic inscribitur comædia, cui titulus δημοφορία (σαυ):

Χρη γὰρ πινυτὶ αἰδρα πρὸς τὰ δράματα

Α δὲ ποιῶν, πρὸς ταῦτα τὰς τρεῖς ἱλαχίς, id est,

Decet poetam accommodari moribus,

Vt cunq. ad argumenta, quæ tractauerit.

Vel cum iubebimus vnumquemq. sua sorte contentum esse oportere, quæcunq. contigit. Quæmadmodū enim peritus gubernator in omni tempestate bonum præstat nauclerum: ita vir sapiens in omni fortuna sapienter se gerit. Est ampla res familiaris, sapienter administra. Non est, utere paupertatis commodis. Contigit cruditio, utere ad bene viuendum. Plutarchus in commentario πρὸς τὸ ἐνέχυρον, admonens ut suam quisque sortem boni consulat, παρὰ τὴν, inquit, ἱλαχίς, τὰν κόσμη. id est, Sparta tibi obtigit, hanc exorna. In eodem libello monet hoc dictum a Solone proditum. Citatur autem ex Euripide,

Σπάρτῃν ἱλαχίς, κενὴν κόσμη,

Τὰς δὲ μυκάσας ἡμῖς ἰδία.

id est,

Spartam nactus es, hanc gubernare,

Sors est proprie nostra Mycenæ.

Videntur verba esse Agamemnonis ad Menelaum. Quod confine est illi Platonico: τὸ παρὸν ἐν τῇ βίᾳ. id est, Quod præsens est, bene dispone, siue boni consule. Nunc vulgus hominum magis incumbit augendæ rei, quam bene administrandæ. Contra quam recte monet Socrates in Theæteto Platonis, κρείσσον γὰρ πρὸς σμικρὸν εἶναι πολὺν μὲν ἱκανῶς πρᾶναι. id est, Nam satius est, pusillum bene, quam multum non ut oportet peragere. Hanc igitur sententiam passim in principum aulis insculpi oportuit, παρὰ τὴν ἱλαχίς, τὰν κόσμη. Principis munus est, modis omnibus reipublicæ commodis providere, publicam tueri libertatem, alere pacē, excludere quam minimo suorum exitio maleficia, dare operam ut sanctos & integros habeat magistratus. Nihil principi pulchrius, quam ut hoc quidquid est regni, quod fortuna dedit sua sapientia, virtute, diligentia reddat ornatus. Contigit oppidulum, imitare Epaminondam: fac ut frigidum illud oppidulum tua opera multo reddas celebrius ac locupletius. Contigit fera & intractabilis natio: da operam ut eam paulatim cicurem & legibus obtemperantē reddas. Quasdam nationes ingenium ac linguæ sonus discreuit, ut Germanos & Hispanos: quosdam ipsa natura diduxit, ut insulares mari, Italos mari simul & Alpium montibus. Nonnullis casus suos terminos dedit. Si quisque quod nactus sit, nitatur ornare, nimirum ubiq. florebunt omnia.

Contigit & malis venatio.

Δίδεται καὶ κακοῖσιν ἄγρᾳ, id est, Contigit & ignavis e venatu præda, vbi quid feliciter obtigit immerenti, quodq. fortuna magis, quam illius industriæ sit acceptum ferendum. Allegoria sumpta a uenatu, in quo vel præcipue dominatur fortuna. Virtus minimum adfert momenti. At eruditio nemini contingit nisi labore parata. Regnum obuenit dormientibus, opes affluunt cessantibus: nonnunquam: honores accidunt etiam fugitantibus: ceterum quæ vere bona sunt, nostra industria parentur oportet, inde natum, quod olim mos fuit, quod venatu captum esset, omnibus impartiri, etiam immerentibus. Ita Theocritus in Piscatoribus,

Ὡς καὶ τὰν ἄγρᾳ τὰν ἱλαχίαν πάντα μερίζον.

Sic uti venatum partiri in somnia cuncta.

Quæmadmodum arcana non committimus nisi selectis amicis,

amicis, ita omnia narramus quibuslibet. Prouerbum refertur a Suida, & Zenodoto. Si pro δὲ τοῦ legas δὲ τοῦ, siue ἡ δὲ τοῦ, erit initium carminis trochaici. Non probabile est e poeta quopiam decerptum.

Ire per extentum funem.

PROVERBIALI figura dixit Horatius, Ire per extentum funem: pro eo quod est, rem factu per quam difficilem prestare, neque vel tantillum aberrare. Sumptum a sinambulis, ut Acroni placet, qui nō sine summa arte, summoq. usu, per funem protensum ingrediuntur. Quæ res sicuti conicere licet, priscis ingenti miraculo fuit. Hodie nihil vulgatius. Horatii carmen hoc est,

Ille per extentum funem mihi posse videtur
Ire poeta, meum qui pectus inaniter angit.

Lucernam adhibes in meridie.

Λύχνον ὃ μὲν μὲν ἄνθρωπος, id est, Lucernam accendis in meridie, id est, facis non suo tempore. Aut explicas quæ per se sunt clarissima. Quorsum enim lucernis opus clarissima luce? Natum videri potest a ridiculo Diogenis facto, qui adhibita interdum lucerna, rogatusq. quid nam sibi vellet, respondit, αἰσχροπρεπὲς ἔργον, id est, Hominem quæro, quemadmodum testatur Diogenes Laertius. Seneca libro De beata vita, indicat hoc fieri solere per superstitionem, si quando denunciabatur ira numinis: Cum, inquit, sistrum aliquis concutiens ex imperio mentitur, cum aliquis secandi laceratos suos artifex, brachia atque humeros suspensa manu cruentat, cum aliqua genibus per viam repens ululat, laurumq. linteatus senex & medio lucernam die præferens, conclamant iratum aliquem deorum, concurritis & auditis.

Soli lumen inferre.

QVINTILIANVS. Institut. orat. libro 5. titulo, de usu argumentorum, simillima huic figure dixit, eum soli lumen inferre, qui rem per se euentissimam conaretur argumentationibus probare. Videtur idem cum illo, quod alio retulimus loco, ἡλίου τὸ φῶς δανείζειν, id est, Soli mutuare lumen.

Zoili.

ZOILI audax quidem, sed parum felix, mordacitas pro uerbio locum fecit, ut vulgo Zoili vocentur, alienarum laudum obrestatores, & alienorum laborum reprehensores. Martialis,

Pendentem volo Zoilum videre.

Hic Zoilus sophista quispiam fuit, hoc facinore potissimum nobilitatus, quod Homerum poetarum omnium principem ausus est libris aliquot in eum scriptis incescere: unde ὁ μὲν ῥα μάλιστα cognomen meruit, quod ipsum etiam abiit in prouerbum: sic enim appellari cepti nobilium auctorum castigatores, vel Plinio teste in præfatione Historiæ naturalis. Et Vergiliomastiges, quorum de numero fuit Pero. Zoilus igitur commentarios in Homerum compositos Ptolemæo tyranno Aegyptiorum obtulit, ingens videlicet præmium a rege speras. Verum cum nihil mitteretur, penuria coactus, misit qui peterent. Ibi Ptolemæus ait se mirari, cum Homerus tot annos defunctus tot hominum millia pa-

sceret, Zoilum egere, Homero doctiorem. Denique per occasionem supplicio affectus est. Quamquam de mortis genere diuersa tradunt auctores.

Bona Cillicon.

Ἀγαθὰ καὶ Κίλικον, id est, Bona Cillicon, subaudiendum facit, aut habet. Conuenit ubi quis malefactis ac fædis artibus sibi parauit opes. Huic adagium locum fecit Cillicon quidam, natione Milesius: qui prodita Priensisibus Mileto patria, ampliter quidem, sed fæde ditatus est. Is cum prodicionem molens rogaretur quid nam esset facturus, respondit, πάντα ἀγαθὰ, id est, Omnia bona. Vnde prouerbum effertur etiam ad hunc modum, πάντα ἀγαθὰ ὡς ἐχὶ Κίλικον, id est, Omnia bona, vel: ut inquit Cillicon. Auctores Suidæ & Zenodoti. Ad ludib huc & Aristophanes ἐν ἐκείνῃ,

Ὅστιν παντὶ, καὶ ὁ πόρ καὶ Κίλικον. id est,

Malum nihil, verum quod inquit Cillicon.

Interpres adiicit Cillicontis exitium. Prodita a Cilliconte in sula Theagenes quidā Syrius conimigrarat Samum, atque illic vendebat carnes. Ab hoc cum Cillicon carnes emere vellet, tradidit illi, ut quod superesset amputaret. At ille porrecta machæa manum hominis abscidit, ista, inquit, manus non prodes alteram ciuitatem.

Plumbeo iugulare gladio.

PLUMBEO iugulare gladio, est futili leuiq. argumento conuincere quempiam. M. Tullius ad Atticum: Cui illum plumbeo gladio iugulatum tamen iri diceret. Idem in libris De finibus bonorum, frigidum argumentum, plumbeum appellat pugionem. Quemadmodum Aurelius Augustinus libro aduersus Iulianum 3. Et tamen, inquit, dialecticorum quasi iaculis oneratus acutis in certamen procedis, & iactas plumbeos pugiones. Demosthenes in oratione contra Aristogitonem prima, ἐπὶ ὅσῳ μαχίρῳ μαχάριον ἔδν ἐς ὀφθαλμὸν τὴν ἀπὸ τοῦ. id est, Neque enim coquo machæa ullus est vsus quæ non secat.

Leonem radere.

Λέοντα ἐρεῖν, id est, Leonem radere dicuntur, qui feroces & præpotentes arte tractant & illudunt magno suo periculo. Vsurpauit hoc adagium Socrates apud Platonem libro de Republica primo, negans se vsque adeo dementem esse, ut leonem ausit tondere, & Thrasymachus homini præferoci illudere. οὐκ ὅστις μὲν ἐπὶ τῷ μάχῳ, ὡς ἐρεῖν ἐπιχειρεῖν λέοντα καὶ συκοφάντην ἐρεῖν μάχον. Nam agni citra periculum tondentur, vellunturq., leo nullo modo tractari vult. Ad hoc adagium adluisse videtur Martialis Epigrammatum libro decimo, cum ait.

Quare si pudor est, Ligella, noli

Barbam vellere mortuo leoni.

Vertit enim poeta in iocum, quasi tutum esset & ignauum, leonem iam non sentientem vellere, Per leonem autem innuit pudenda muliebria, iam emortua senio. Id Aristides in Panathenæis, ad Periclem a Platone taxatum refert, ὅτι ὁρᾷ μὴ λέοντα ἐρεῖν ἐπιχειροῦν, ὡς ἐρεῖν μάχον συκοφάντην ἐπιχειροῦν, ὡς ἐρεῖν πορνεύειν, καὶ ταῦτα δειλιάσ. id est, itaq. vide, ne leonem radere conemur, non Thrasymachum calumniari.

niari volentes, sed Periclem taxare, praesertim de timiditate.

Ne mihi Suffenus essem.

NE mihi Suffenus essem, ne mihi ipsi blandirer, ac stulte meipsum admirarer: Suffenus erat poeta longe ineptissimus, in aliorum vitia dicax, ad sua cæcus. Itaque proverbium receptum, ut qui sibi inaniter placerent, Suffeni dicerentur. Catullus in epigrammate, Idem in saceto est in facietior rure, Simul poemata attigit, neque idem umquam Aequae est beatus, ac poema cum scribit, Tam gaudet in se, tamque se ipse miratur. Ibidem, Quem non in aliqua re videre Suffenum Possis. Suffeni simillimum Meuium facit Horatius, suis ignoscentem vitiis, aliena mordacissime insectantem. - Egomet mi ignosco, Meuius inquit.

Siculus omphacizat.

Σικελὸς ὀμφακίζειν, id est, Siculus omphacissat. Omphaca Graeci dicunt vnam acerbam & immaturam, ἀπὸ τῆς ὀμῆς φακίης, id est, quod crudi comedantur. Unde dicebatur in eos, qui libidine furandi quantumlibet vilia tollerent furto. Dicitur etiam furacitate Siculorum. Non perperam dicitur & in illos, qui ob immodicam & improperam auiditatem, quo pusillum lucelli faciant sibi, damnum ingens aliis inferunt. Sunt qui credant quadrare posse in eos qui bellissimam quaque sibi decerpunt: ut Syrus ille Terentianus. Zenodotus ait ex Epicharmo sumptum. Refertur & a Stuida.

Anus simia fero quidem.

Τὸν πῆμκος ἀλίσκωται μὴ μὲν τὰ χυρὸν δ' ἀλίσκωται, id est, Anus simia fero quidem capitur, sed tamen aliquando capitur. Vbi versutus aliquis, qui diu eluserit, tandem dat penas. Valebit ad exhortandum, ut quisque veris rationibus agat, si velit esse tutus, ne fidat callidis quidem, sed inhonestis consiliis. Nullum enim tam instructum dolis, ut perpetuo fallat, sed tandem casus aliquis in apertum profert dissimulatam malitiam.

Parni scaphula.

Τὸ πάρεσκαρδιδιον, id est, Parni scaphula. Conuenit in eos, qui ob res minutulas multum litium & querelatum moment. Sumptum a Parno quopiam, qui ob nauticam ereptam, populo molestissimus fuisse legitur. Auctor Diogenianus. Cum enim huius causa frequenter ad populum deferretur, tandem in popularem iocum abiit, velut illud, ὁ δὲ τις νόστιμος.

Ne puero gladium.

Μὴ παιδὶ τὸ μάχαιρον, id est, Ne puero gladium subaudiendum, commiseris. Allegoria proverbialis, admonens non esse mandandam potestatem vel adolescentibus, vel imperitis ac stultis: quia tum in suam, tum aliorum perniciem sint abusuri. Ne iuueni commiseris administrationem pecuniae. Ne puero gladium. Ne regnum impuberi. Ne puero gladium. Ne magistratum mandaris stultis. Ne puero gladium. **Μὴ παιδὶ τὸ μάχαιρον**. Plutarchus in libello cui titulus, **Ὅτι καὶ γυναικὸς κακὰς παῖδες εἰσὶν**, citante Stobaeo: nam is liber nondum emerfit in lucem: **Μὴ παιδὶ μάχαιρον** ἢ παρομύα φησὶν. Εγὼ δὲ φημί αὖ, μὴ παι-

δὲ πλεον, μὴ δὲ ἀνδρὶ ἀπαιδὸς εἶναι, id est, Ne puero gladium, ait proverbium. Significat pecuniam pestiferam adolescentibus, viro inscitiam. Idem in Problematis Symposiacis, **Εἰ δὲ μὴ, δαπὼν ὅπως παῖσιν ἀτρεμεῖν μὴ δαπαμῖνοις, δὲ δὲ καὶ εἰς τοὺς ἀλλὰ πλεον, καὶ σφαιρα**, id est, Sin minus, dare oportet, veluti pueris non valentibus conquiscescere: non hastam aut ensen, sed crepitaculum aut sphaeram. Usurpauit & Athenaeus libro Dipnosophistarum 5, in philosophum, cui commissum esset imperium.

Lindij sacrum.

Λινδίου τὸ εὐσεβὲς, id est, Lindij sacrum, subaudi, faciunt. Dicebatur in eos, qui inauspicato rem diuinam faciebant. Sumptum ab historia cuius meminit etiam Lactantius in Institutionibus Christianae religionis, lib. 1. Hercules olim agricolae cuidam Lindio duos boues per vim eripuit: & mactatis illis conuiuium sibi parauit. Senex autem Herculi comedenti, cum multa in eum maledicta congereret, voluptati pariter, & risui fit: ita ut Herculem dixisse ferant, nullum unquam conuiuii sibi iucundius accidisse. Sed haud ab re fuerit Lactantij verba subscribere. Apud Lindum, inquit, quod est oppidum Rhodi, Herculis sacra sunt: quorum a ceteris longe diuersus est ritus: siquidem non, ut Graeci vocant, sed maledictis, & execratione celebrantur. Saepius pro violatis habet, si quando inter solemnes ritus vel imprudenti alicui exciderit bonum verbum. Cuius rei haec ratio redditur, si tamen ulla esse in rebus vanissimis potest. Hercules cum eo delatus esset, famemque pateretur, aratorem quendam aspexit operantem, ab eoque petere coepit, ut sibi vnum bouem venderet: Enimvero ille negauit fieri posse, quia spes sua omnis colenda terra duobus illis iuuentis niteretur. Hercules solita violentia usus, quia vnum accipere non potuit, utrumque sustulit. At ille infelix, cum boues suos mactari videret, iniuriam suam maledictis ultus est, quod homini eleganti, & urbano gratissimum fuit. Nam dum comitibus suis epulas apparat, dumque alie nos boues deuorat, illum sibi amarissime conuiuantem cum risu & chachinnis audiebat. Sed postquam Herculi diuinos honores, ob admirationem virtutis deferri placuit a ciuibus, ei ara posita est, quae de facto βεβύχων, id est, bouis iugum nominarunt: ad quam duo iuuenti boues immolarentur, sicut illi quos abstulerat aratori, eumque ipsum sibi constituit sacerdotem, ac praecipit isdem maledictis semper in celebrandis sacrificiis vteretur: quod negaret se unquam epulatum iucundius. Hucusque Lactantiana reddidimus verba. Zenodotus addit, hunc apud Lindios inoleuisse morem, iubente etiam oraculo, ut inter peragenda, sacra conuitia quaedam iactarentur. Meminit huius & Gregorius Nazianzenus in orationibus stelioticis. Adagium ad multos usus accommodari potest, vel ad rixosum conuiuium, seu disputationem, vel ad rem quampiam, malis omnibus institutam.

Magarensum lacryma.

Μαγαρίων δακρυα, id est, Megarensum lacryma, dicebatur vel ficta, nec ex vero dolore pfecta, vel vi adacta. Diogenianus ad huiusmodi refert historia: Bacchus quidam

dam Corinthius, Clyti Megarensium regis filiam uxorem duxerat. Ea defuncta Clyti complures virgines & adolescentes Corinthum misit, qui in funeralibus pompis puellam deplorarent, lacrymis utique fectis:

Vt qui conducti plorant in funere dicunt
Et faciunt prope plura dolentibus ex animo.

Contra Iuuenalis,

Ploratur lacrymis amissa pecunia veris.

Suidas aliam adfert causam. Apud Megareses enim permultam alij copiam esse, huius acrimonia multis exprimi lacrymas vel inuitas. Proinde apud Aristophanem, qui lacrymatur, allium olfacere per iocum dicitur. Igitur si ad simulatum dolorem accommodes, prouerbiū adfuit illi, Flere ad nouerca tumulū.

Ventus neque manere finit,
neque nauigare.

Ανέμος ἔτι μένει ἐν τῷ πλῶν, id est, Ventus neque manere finit, neque nauigare. Philoctetes apud Aeschylum,

Εὐδὲ μὴ μὴν κίμος, ἔτι πλῶν ἐστὶν id est,

Vbi nec manere, nec ire ventus annuit.

Simillimum est illi, Lupum auribus teneo. Vsus erit, ubi quis in eas rerum angustias inciderit, ut nec relinquere negotium sit integrum, nec absolueri sit facultas. Mutuo sumpta metaphora a senissima uentorum tempestate, cum nautis & periculossima est navigatio, neque tutum tamen ancoram iacere. Q. Curtius libro 8. citra figuram extulit hoc pacto: Attonitisq. auribus stupens agmen, nec considerare audebat. Refertur a Diogeniano.

Vulpes non iterum capitur laqueo.

Αἴψ' ἐκ αὐτῆς ἀλώπηξ παύσεται, id est, At non iterum vulpes laqueis subaudiendum, capitur. Qui sapit, & δὲ πρὸς τὸν αὐτὸν πρὸς τὴν λείαν, id est, non iterum ad eundem offendit lapidem. Stupidi est hominis, in malum gustatum iterum incidere. In Plutarchi collectaneis offertur hunc ad modum, ἀλώπηξ διαφυγὼσα παύσεται αὐτῆς ἐχ' ἀλίσκῃ. id est, Vulpes, quæ semel effugerit laqueos, non capitur iterum. Huic animanti natura inest astutia, quemadmodum leonibus audacia. Sic Pindarus in Isthmiis hymno quarto, Τὰρ μὲν δ' εἰκὼν θυμὸν ἐρεβριμύτην εὐραὶ λείων τὸν δὲ πόνον, μὴ τιν' δ' ἀλώπηξ. i. viri fortem ob robur leoni, ob prudentiam vulpi comparat. Confine est illi quod alibi rectulimus, Iterum ad eundem lapidem impingere, quod vsurpauit Gregorius Theologus in epistola quadam ad Bosphorium, δὲ πρὸς τὸν αὐτὸν λείαν προσπαῖον τοῖς αὐτοῖς μανρὶς ἢ περὶ αὐτῆς δὶ δ' αὖτις. id est, Bis enim ad eundem lapidem impingere, solis stultis concedit prouerbiū.

Abydena illatio.

Αβυδῶν ἐπιφύρημα, id est, Abydena illatio, siue irruptio. Dicitur solitum, ubi quis obstrepat, aut conuiuantibus, aut aliud quippiam agentibus, & tumultu molestiam adfert. Zenodotus ait extare prouerbiū apud Eudoxum in fabula, cui titulus supposititiū. Atque hinc esse natum, quod olim Abydenis mos fuerit, si quem ciuem, aut hospitem acciperent conuiuium, præterea in sacris ac solēnibus epulis, ut post vnguentum & coronas, infantes a nutricibus indicerentur, circumferrenturq.

suauandi. Vagientibus autem et clamantibus pueris, garrientibus item & obstrepentibus nutriculis, conuiuium tumultuosum & iniucundum reddebatur. Ergo cum amicis aliquot suauiter colloquētibz interueniret rabula quispiam & immodice loquax, qui consabulationem suā loquacitate sit inamēnam redditurus, recte dicemus, αβυδῶν ἐπιφύρημα. Tamen si in quibusdā codicibus, ἐπιφύρημα legimus. i. acclamatio: verum, ut opinamur, mendose: quandoquidem Atheniens lib. Dipnosophistarum 14. mentionem facit huius adagij, demonstrans complurium auctororum testimonij, ἐπιφύρημα dici bellaria, siue secundas mensas: ab inferendo; non ab acclamando. Quin & Stephanus ἐπιφύρημα. Idem Zenodotus & Suidas. Solus Hesychius legit ἐπιφύρημα, indicans & hoc dici in eos qui hospites calimabantur. Ceterum quod in nonnullis codicibus scriptum visitur αβυδῶν pro αβυδῶν, minimū interest ad sensum.

Mendici pera non impletur.

Πτωχὲ πῆρα δὲ πῆρα πλεῖστα, id est, Mendici pera non impletur. Zenodotus ait ex Callimacho sumptum. Sensus perseliquet, nempe inexplebilem esse mendicitatem. Nam quo plura dederis iis qui animo sunt mendico, hoc plura petunt. Despecti potest vel ad improbos, qui semper aliquid flagitant ab amicis: vel in diuites, quibus nihil est satis. Aptissime congruit in illos, qui libidini, cupiditati, ambitioni, reliquisq. id genus affectibus addicti sunt. Nam iis illud euenit, ut quo intemperantius explent sese, hoc magis magisque sitiant, efuriatq.

Laconicae lunæ.

Λακωνικὰς τελεῖσας, id est, Laconicas lunas, subaudiendū, caussaris, aut eiusmodi quippiam. De promissis aut patris incertis atque infirmis dicebatur. Nam, ut aiunt, Lacones, si quando patrum auxilium poscerentur, lunas caussabantur, atque hoc pretextu suffigiebant, quod, ut testatur Lucianus, legem tulisset Lycurgus, ne prælium inirent, nisi plenilunio. In ceteris item negotiis auspiciandis, lunæ rationes superstitiosius obseruabant: atque hinc occasio prouerbiū. Ad hoc adlusit M. Tullius in epistola quadam ad Atticum, cuius initium est, Dionysius vir optimus, lib. 7. Ego quoniam iij. Non. Ian. compitalitius dies, nolo eo die in Albanum venire, molestus familiæ. Veniam iij. Nonarum. Igitur inde ad urbem prid. Non. Tua τελεῖσας quem in diem incurrat, nescio: sed prorsus commouerite incommodo valetudinis tuæ nolo. Quamquam haud clauis est, hoc loco in vulgatis codicibus λωε scriptum esse, non τελεῖσας. Nonnulli λωε mutauerant: uerum sensus huc vocat, ut τελεῖσας, id est, lunula legamus. Cum enim significasset, quos dies obseruasset, aut delegisset ipse, re luit superstitiosior, adiecit de Attico, tua lunula in quem incidat diem, nescio, ludens & in illius superstitionem: sed ita tamen, ut valetudinis rationem haberi velit ab Attico. Conuenit cum eo quod alias recepsimus, Accessit luna.

Lucerna pinguior, & lecytho pinguior.

Λιπαρὴ τὸς λυχνε, λιπαρὸς τὸς λεκυθὶς, i. Pinguior lucerna, pinguior lecytho. Videtur ironia, puerbialis in eos qui cum sint edaces, nihilo tamen inde sunt habitiores,

res, quemadmodum lucerna plurimum absument olei, neque tamen sit unquam saginatio. Fortassis non absurde deflectetur in homines crasso iudicio, aut luxui deditos, aut voluptarios. Refertur a Diogeniano.

Ad mensuram aquam bibunt, citra mensuram offam comedentes.

Μίτρον ὕδωρ πίονες, ἀμείτρεος μὲν ἔδοντες, id est, Ad mensuram bibentes aquam, citra mensuram offam edentes. Zenodotus scribit hunc versiculum oraculo proditum in Sybaritas, in vulgi sermonem abiisse, qui ob immoderatum luxum a Crotoniatis subuersi sunt: quemadmodum alibi retulimus. Vnde poterit accommodari vel in eos qui ex summis deliciis, opibusque rediguntur ad extremam inopiam: vel in eos qui praepostere sunt sordidi, parcissimi in rebus minutissimis, in magnis negligentes, cuiusmodi plerosque videas mortales. Est autem versus heroicus, qui tamen in omnibus, quos adhuc viderimus codicibus deprauate legitur. Restituetur autem hoc pacto,

Μίτρον ὕδωρ πίονες, ἀμείτρεος μὲν ἔδοντες.

Consimilis forma est illud Theocriti in Bucoliastis, Καὶ φίλον φιλοῦντα, καὶ ὁ φίλοντα δῖον. id est, Aversum insequitur, rursus auersatur amantem.

In toga saltantis personam inducere.

SALTANTIS personam in toga inducere, est quippiā facere neuiquam decorum: ueluti si senex ineptiat. Aut si quis seriis misceat ludicra. Martialis in praefatione secundi libri, Noli ergo, si tibi videtur, rem facere ridiculam, & in toga saltantis inducere personā. Toga tiuium erat Romanorum, & honoris gratia sumebatur ab iis qui iam excessissent e pueritia, deposita praetexta, ipso cultu virilem animum ac mores profertentibus, unde & virilis toga dicebatur. Hinc illud Ciceronis in Philip. Simpsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti. Quin & pacis tempore gestabatur, quemadmodum sagum in bello. Unde M. Tullius in Philippicis subinde iubet, depositis togis saga sumere. Et idem, Cedant arma togae. Item Lucanus de Pompeio,

Prætulit arma togæ, sed pacem armatus amauit.

Abronis vita.

Ἀβρωνος βίος, id est, Abronis vita. De molliter ac deliciose iuuentibus. Sumptum a moribus Abronis cuiuspiā nota luxuria: quemadmodum apud nos Apicius & Aesopus luxu nobilitati sunt. Græci quidquid delicatum ac molle, ἀβρον & πᾶν βρον appellant: unde ἀβρον δῖαυτος, lauti uictus & opipare uictitans. Refertur a Zenodoto.

Inest & formicæ & serpho bilis.

Ἐνὶ τῇ μύρμηκι καὶ τῷ σέρφῳ χολή.

id est,

Formicæ inest sua bilis, & Serpho sua.

Admonet adagium, non esse contemnendum inimicum quēpiam, nec ullum temere lacessendum: quandoquidem nullum animal tam minutum aut imbecillū, quod irritatum non excandescat ira. Quadrabit & in hominibus nullis præditos viribus: tamen vindictam molientes, ira, ut solet, animos suppeditante. Serphus minutulum animal non dissimile formicæ. Brasidas, auctore

Plutarcho, cum manum in caricas temere misisset, & a mure inibi forte fortuna latente morderetur, Pape, inquit, ut nullum est animal tam pusillum, neque tam inualidum, quod laceffitum, non cupiat ulcisci sese.

Locrense pactum.

Λοκρῶν σὺνταγμα, id est, Locrensiū pactum. De fœdis fragilis dictum, cuiusmodi quondam habiti Locrenses, quoad fœdere prodito, quod cum Peloponnesiis inierant, ad Heraclidarum partes defecerint. Vel, ut quibusdam placet, quod Siculos cluserint, non præstita fide. Hæc prope modum Zenodotus. Refertur iisdem ferme verbis ab Eustathio in Bæotiam Homeri.

Cassioticus nodus.

Κασσιώτικον ἄμμα, id est, Cassioticus nodus. De moribus vasis ac versutis dici consuevit. Cassius mons est, & eiusdem nominis ciuitas in Aegypto vicina Pelusio. Ei genti quasi genuinum ac gentilitium est, miros quosdam nodos neſtere. Huic affine, quod alio diximus loco, Ἡρακλεῶν ἄμμα, id est, Hercules nodus, quo artificiam atque indissolubilem amicitiam significamus. In caduceo Mercuriali duo sunt serpentes, masculus & femina, qui medio corporum complexu nodum efficiunt Herculanum. Ab eo supernæ partes sic ad osculum coeunt, ut flexu circulum efficiant: infernæ simili flexu ad caducci capulum reuocantur, qua parte item caudæ coeunt utriusque. Hanc imaginem caducei, adhuc videre est in nominatibus antiquis. E quibus opinamur symbolum suum mutuatus est Ioānes Frobenius, typographorum huius ætatis diligentissimus: nisi quod extra circulum, quem serpentes faciunt capitibus inter se coeunt, addita est columba scepro insidens. Hunc nodum Mercurio consecrarunt Aegyptij, innuētes fœdera non oportere unquam dissolui, verum plurimum valere debere: unde & Herculanio cognomen additum. Quamquam Galli, & haud scimus an etiam Aegyptij, non alium putant Herculem, quam Mercurium. Refertur apud Diogenianum ac Suidam, adagium de Cassiotico nodo. Stephanus aliter effert, nimirum hoc pacto, κασσιώτικα ἱμάτια, id est, Cassiotica pallia, nisi forte pro ἱμάτια, scriptum erat ἱμάτια, id est, lora.

Bonus cantor, bonus cupediarius.

Ἀρεὸς καὶ ἀλκας, καὶ ἀρεὸς ζωμαιοῦς, id est, Bonus cantor, bonus cupediarius. In vituperium musice artis dictum, quasi eiusdem sit hominis aures delectare cantu, & palatū cupediis. Archidamus Zeussippi filius, cū quidam sibi commendaretur hoc nomine, quod bonus esset cantor: At hic, inquit, apud nos bonus cupediarius.

Ad amussim applica lapidem, non ad lapidem amussim.

Plutarchus in commentariolo, cui titulus, Quo pacto quis intelligere possit se profecisse, throcaicum hunc proverbiale refert,

Πρὸς τὸν πέτρην τίλειται, μὴ τι πρὸς πέτρῃ σάβην. i. Lapis amussi est applicandus, non amussis ad petrā. Admonet, vitā ad leges esse corrigendā, non contra leges ad mores nostros trahēdas esse: ut id faciam⁹ quod honestum

honestum sit : non id rectum existimemus , quod facimus. De Lesbia regula retulimus alibi.

Extra quærere sese.

PROVERBIALI schemate dictum a Persio, Satyra prima,

-Examenq. improbum in illa

Castiges irutina, nec te quæsieris extra.

Id est, tuis te facultatibus metiaris, non populari opinione. Respondet illi quod idem alibi dixit, Tecum habita. Nam domi habemus quæ proprie nostra sunt, nec aliunde petenda. Qui non est contentus recti conscientia, sed famam spectat, ξέω βλέπει, id est, foras, prospicere dicitur. Plutarchus in commentario, qui inscribitur. Quomodo quis intelligere possit se profecisse, Διότις εἶναι τοῦ βλέπειν ἐπὶ τῇ πρὸς δόξαν ἑλπίδι, id est, Palam est illum adhuc foras prospicere, & opinione fama quæ duci. Huc pertinet illud quoque quod alibi retulimus,

Αἰότιος ὁ δὲ ποταμὸς ξέω βλέπει. id est,

Extraneus bos sæpe prospicit foras.

Nimirum domi multa desiderans. Porro sapiens omnia sua bona secum portat in seipso, totus instar mundi teres atque rotundus.

Aliorum medicus, ipse ulceribus scates.

PLUTARCHVS in commentario, cui titulus, Quo pacto quis ab inimico iniuri possit, hunc senarium ex tragedia quapiam allegat.

Αἰὼν ἐκ τέρους καὶ τὸς ἑλκυσίβροχον. id est

Aliis medens, at ipse ulceribus scates.

In eos torquendus est, qui errata castigant incessantq. aliena, intercutibus vitii ipsi madentes. Illud vulgo tritissimum: Medice, tibi ipsi medicus esto. Gregorius in Apologia de fuga sua, ἡ τὴν παρομιάν πρὸς τοὺς δειώμενους, αἰοῖς ἰατρὸν ἐπιχρησάμενος, αὐτοὶ βροχόντες ἑλκυσί, id est, Aut prouerbum procul effugiamus, aliis mede riparantes, ipsi scates ulceribus. Non dissimilem sententiam refert M. Tullius Philip. 12. Etenim qui multorum custodem se proficitur, eum sapientes sui primum capitis aiunt custodem esse oportere. Xenophon in conuiuio simile quiddam indicat vulgo iactatum in diuinatores, οἱ μάλιστα λίσσονται δ' ἄνθρωποι, αἰοῖς μὲν προαχρεῖν τοῦ μέλλοντος, αὐτοῖς δ' ἑμὲν προσεῖν τὸ ἐπὶ νῦν. id est, Aiunt sane diuinos aliis quidem prædicere futura, sibi ipsis vero non prospicere quod instat.

Tragice loqui.

Τραγικώτερον λαλεῖν, id est, Tragice loqui. Est verbis uti magnificentioribus. Est enim tragicorum character sublimis, amatq. tragedia ampullas & sesquipedalia verba. Menander apud Plutarchum in consolatorio commentario ad Apollonium, Εἰ δ' ὦ τῷ τοῖς αὐτοῖς νόμοις, ἵψ' οἷς πόρ' ἡμῖς ἰσάσασθαι τὸν ἄνθρωπον τὸν κοινόν, ἵνα σοὶ τραγικώτερον λαλῶ. id est, Quod si iisdem legibus, quibus & nos hausiisti communem aerem, ut tibi Tragice loquar. Utitur & Plato lib. De repub. 3. Gregorius Theologus in epistola quadam, Αἰὼν ἡν δὲ μοι περὶ τὸν τραγικῶς, πανηγυρίζον κομικῶς. Non licebat, cum ageres tragice, festum agere comici. Idem in epistola ad Basilium, οὐ γὰρ καὶ ἄλλοι, ἀλλ' καὶ αὐτὴ, τραγικώτιστον ὅτι μικρόν. id est, O terra & sol, aer & virtus: quæquæ su-

spicamur pro ἀρετῇ scriptū fuisse αἰετῶς, quæ admodum ex ære fecerat αἰετῶς. Nā qui primus has epistolas edidit, adeo videtur callere Græce, ut vix legat. Est subinde apud Lucianum ἐκ τραγικώτερον, pro eo quod est magnificentius eloqui, & rem verbis ampliorē reddere: & φερτικῶς λαλεῖν, pro grandius & fastosius dicere.

Tragicum tueri.

Τραγικῶς βλέπειν, id est, Tragicum tueri. Non dissimili figura dixit Aristophanes in Pluto πνίχας, id est, paupertatem describens,

Βλέπειν γὰρ τοὶ μαρτυροῦντες τὸν τραγικώτερον. id est,

Tragicum tueri, ac furiale quippiam.

Quadrabit vel infastuosos, uel in tristes ac luctuosos.

Lingua iurauit.

ILLUD ex tragedia cessit in prouerbum, ἡ γλῶσσα ὁμῶς σέει, id est, Lingua iurauit. Vbi quis non præstat fidem promissi: aut ubi non ex animo pollicetur. Est apud Euripidem in Hippolyto coronato:

Ἡ γλῶσσα ὁμῶς σέει καὶ ἡ φρενὶς ἀδωκυτος. id est,

Iurata lingua est, animus iniuratus est.

Hunc versiculum incessuerunt Comitorum conuicia.

Aristophanes in Bacchis,

Ἡ φρενὶς μὲν ἐκ ἐλπίδας ὁμῶς καὶ ἡ γλῶσσα. id est,

Aut mentem quæ nolit per sacra iurare,

Linguam autem iuratum, seorsum ab animo.

Item in Ranis taxans Euripidem,

Ἡ γλῶσσ' ὁμῶς καὶ ἡ γλῶσσα δ' ἀρετῶταται. id est,

Iurata lingua est, Aeschylum autem præferam.

Sic & Pindarus in Isthmiis, encomio quinto, laudans quendam cordata veracisq. linguæ dicit,

Γλῶσσα δ' ἐκ ἐξω φρενός. id est,

Lingua vero non extra mentem.

Euripidis dictum citatur a Platone in Theæteto, ἐὰν ἀποκρίνηται τὸ ἐν ἐνὶ τῇ ψυχῇ τὸ ἐν τῇ γλῶσσῃ, καὶ μὴ γλῶσσα ἀλλ' ἡ ψυχή, ἡ δὲ φρενὶς ἐκ ἀλλοτρίου. Si responderis esse, eueniet nobis quiddam Euripideum, lingua nobis erit irredarguta, ceterum mens non erit irredarguta.

Heri & nudius tertius.

Χθὲς καὶ πρόω, id est, Heri & nudius tertius. Prouerbia- lis hyperbole, tempus admodum nuper actum significans. Plutarchus in commentario De contentione ignis & aquæ, ἡ δὲ πύρρος χθὲς, ἡ χθὲς φασὶ καὶ πρόω, ὑπὸ προμηθεὺς, βίος πύρρος, καὶ αἰὲν ὕδατος ἡν. id est, Atqui ignis usus heri, ac modo, quod aiunt, sub Prometheo, ignis vita, non citra aquam erat. Est subinde apud Lucianum, nominatim in libello De mercede seruientibus. Item Plato De legibus libro 3. τὰ δ' ἄλλα αἰοῖς πᾶσι ποταμοῖς, ὅς τις εἴπῃ, χθὲς καὶ πρόω γεγονότα. id est, Quin & alia, quæ & alius plurima, heri, ut ita loquar, ac nudius tertius acciderāt. Alibi legitur, nec tamen occurrit locus, ὁ χθὲς καὶ πρόω αὐτοῦ σῶσας βίος. id est, qui heri, & nudius tertius sibi deos instituit. Plato in Alcibiade secundo, Οἱ μὲν δὲ σὶ ἐκ ἀνθρώπων ἐννοεῖται καὶ χθὲς καὶ πρόω καὶ νῦν. id est, Arbitror autem tibi non inaudire esse, quædam & heri, & nudius tertius esse facta.

Non

Non pluet post noctem, qua sus
agrestis pepererit.

PLUTARCHVS in commentario De causis natura-
libus, versum hunc ceu proverbio iactatum citat,

Μακρί γινυτοῦς ὤν, ἢ κοτ' ἴκῃ ἀγροτὸς οὖς. id est,
Non iam nocte pluet, sus qui enitetur agrestis.

Sus cicures sepius pariunt ac diuersis temporibus,
feræ non nisi semel, idq. iisdem ferme diebus, nimirum
ineunte æstate. Vnde negant fore pluuiam, posteaquã
sus agrestis pepererit, nimirum exactis iam mensibus
pluuus. Per iocum vsurpari poterit, si dicamus, res
fore tranquilliores, posteaquam morosus acrifosus
quispiam animo suo morem gessit.

Cum diis pugnare.

Θιωμαχίης, id est, Cum diis pugnare dicuntur, qui vel natu-
ræ repugnant, vel aduersus necessitatem reluctantur,
Sumpium a gigantum fabula. M. Tullius in dialogo
De senectute. Quid enim alud gigantum more bella-
re cū diis, nisi naturæ repugnare? Euripides in Bacchis

Κεθιωμαχίης, ὅν λῶν ἡ θεὸς ὕλο. id est,
Cedam deis, parens tuis sermonibus.

Fertur & huiusmodi senarius inter sententias prouer-
biales,

Θιωμαχίης δὲν ἐστὶ καὶ τύχη. id est,

Pugnare cum diis, cumq. fortuna graue est,

Celebratur & illud Homericum,

Οὐκ ἐστὶν πρὸς θεῶν φῶτι μαχίης. id est,

Haud pugnare pōt hominum cum numine quisquã.

Id imitatus Pindarus,

Χρὴ δὲ πρὸς θεῶν δὲ φῶτι. id est,

Non conuenit cum deo contendere.

Dorica musa.

Δωρικὴ μῦσα, id est, Dorica musa. De munerum auidis.

Aristophanes in Equitibus iocatur in Cleonem, quod
nullam aliam musicam discere potuerit quam Doricã,

videlicet adludens ad notissimas harmoniarum spe-
cies, Doricam, Lydiam, Phrygiam & Bæoticam. Lu-
dit autem verbo perperam deprauato, δωροδοκίᾳ pro

δωροῖς, & τῆς, inquit, δωροδοκίᾳ μαχίης, ἢ μὴ δωροδοκί-
ας. id est, Iste discere haud potest, praterquam δωροδο-
κίᾳ. Est autem Græcis δωροδοκίᾳ, muneribus cor-
rumpi, vt in gratiam alicuius dicas sententiã, id quod

Pythagoras appellat κῶμῳ, id est, Fabas ede-
re. Nam antiquitus fabis suffragia ferebantur. Itaq.

συμβολικῶς, fabas edebant, qui questum ex ea re face-
rent. Sic enim interpretatur is, quisquis fuit, qui col-
legit historias quas Gregorius Nazianzenus attigit.

Quamquam exortus est nuper qui Pythagoræ fabas
verit in oua, quod in se animalis initium: κῶμῳ au-
tem dictum, quasi κῶμῳ, quem audiendū putaremus,

si uel unum auctorem ueterem, vel argumentū ali-
quod grauius adlegasset. Hesiodus item principes cor-
rupte iudicantes, δωροδοκίᾳ appellat, id est, doniuoros.

Ne supra pedem calceus.

Μὴ ὑπὲρ τοῦ πόδα τὸ ὑπὲρμα, id est, Ne ultra pedem cal-
ceus, id est, ne maiora uiribus suscipias. Aut ne ma-
gnificentius te geras, quam pro tua conditione. Lucia
in Imaginibus, μὴ ὑπὲρ τοῦ πόδα ἵσθαι τὸ ὑπὲρμα

μα. id est, Neque maior pedesit calceus. Rursum in
proxime sequenti dialogo, ταῦτα σοι ἱκεταὶ ἐδοξε, καὶ
ὑπὲρ τοῦ πόδα. id est, Hæc tibi visa sunt immodica, &
quam pro mensura pedis maiora. Rursum in Gallo, καὶ
ἐχὶ κατὰ λόγον τὸ ποδὸς. id est, Et haudquaquam iux-
ta pedis rationem.

Ne e quouis ligno Mercurius fiat.

Οὐκ παντὸς ὕλης ὁμοῦς ἔστιν ἡνιπτο, id est, Non e quouis li-
gno Mercurius fingi posset, id est, Non omnium inge-
nia sunt accommodata disciplinis. Quidam enim, vt
ait Fabius, rus ablegandi sunt. Sumpta est allegoria a
fabris, qui materiam deligunt. Quandoquidem ad
alias res alias materias conuenire copiose demonstrat
Theophrastus libro De plantis quinto. Item Plinius
libro 16. Quidam superstitiosius exquirunt materiam,
vnde numen exsculpant. Et quamquam Triapus ille
deus facilis & crassius, haud grauatursiculus esse, nō
tamē idem liceat in Mercurio deo tam ingenioso, totq.
prædito artibus. Tametsi magis adridet, vt ad magi-
cum Mercurij simulacrum resatur, quem non ex
quouis materia, sed certo ligno scalpabant, alioqui non
futurum idoneum ad magicæ artis vsum. Vnde id quo-
que inter reliqua magici criminis argumenta obiectū
fuerat Apuleio, quod Mercurij sigillum scalpendum
curasset ligno buxi, quemadmodum ostendit ipse apo-
logia Magiæ prima. Fortassis buxus ad id potissimum
deligebatur, vel quod hominis pallorem præ se ferat,
vel quod materies sit omnium maxime æterna. Nam
& aduersus ignem quoque ferri rigorem obtinet au-
ctore Plinio. Apuleius in apologia Magiæ primæ pro-
uerbium refert ad auctorem Pythagoram: Non enim,
inquit, ex omni ligno, vt Pythagoras dicebat, debet
Mercurius exscalpi. Finitimum est huic quod est
apud Athenæum libro 5. Incertum autem utrum
Democharis an Cræctis dictum, Ex θυμβρῶς ἔστιν ἡ
δὴν αὐτὸ κατὰ σκευάσιν ἡ γύχλω, & ἡ ἐκ σκευῶν ἡ γύ-
χλω ἀμύμων. id est, Ex thymbra nemo queat cen-
ficere lanceam, neque e Socrate probum militem. Est
autem thymbra olevis genus aut fructicis non dissimile
thymo aut saturia. Cuius meminit Plinius libro 19.
cap. 8. condimentis aptum, unde & θυμβρῶς καὶ
dicuntur Græcis, qui acerbis delectantur, quod dicitur &
in eos quibus res sunt aspera. Rursum Athenæus in eo-
dem libro, καὶ ἡ ἐκ θυμβρῶς, ἡ δὲ θυμβρῶς, ἡ γύχλω,
οὗτις ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου ἀπὸ ἀπὸς γίνεται. id est, Sed ne-
que e thymbra, quemadmodum inquit Demochares, læ-
cea, neque ex huiusmodi sermonibus uir bonus fit.

Non sum ex istis heroibus.

Οὐκ εἰμὶ τούτων τῶν ἡρώων. id est, Nō sum de numero istorum
heroū. id est, nō sum ex eorū numero, qui propensiores sunt
ad lædendū, quā benēficendū. A genis sumptū, qui la-
cessiti sepe perniciē adferunt, perraro iuuat. Vnde, qui
se cōmodū nō nōxā allaturos esse pollicebantur, hoc ute-
batur adagio, Zenodotus Menādriū citat ex Ephebis.

Novi Simonem, & Simon me.

Οἶδε σίμωνά καὶ σίμων ἐμὲ. id est, Novi Simonē, & me Simō.
De iis dicebatur qui pares essent. Zenodotus et Suidas
scribit duos fuisse duces, nota utriusq. improbitatis,
Simonē & Niconem. Simonem autem, quod uiciū an-
tecelleret, alterius famā obscurasse. Vnde proverbio, Si-
monem

monem unum nominant. Tradunt hos duos Telchines fuisse, qui inducta in terram aqua Strygia, Arnon edificarint. Vocantur autem apud Græcos Telchines, maligni, siue homines fascinatores, & malefici. Strabo lib. 10. n. minit Telchinum, aitq. nouem fuisse, qui e Rhodo Rheam sint comitati in Cretam. *Τελχίνες* aut dictos volunt *τελχίνες*, quod est obscurare siue demulcere, quod homines illectos circūueniāt. Hinc et *Τελχίνες* siue *Τελχίνες*, dicunt, quidquid insigniter est improbum: & *Τελχίνες*, pro contentiose ac pernicaciter agere. Addit etymologus, omnes Cretenses *Τελχίνες* dici: & ipsam Cretam dictam *Τελχίνες*. Adagium usurpat Chrysostomus in Babyla, *ὁ δεξιὲς Τελχίνος*, id est, O dextram Telchinis. Sic enim appellat nocentem dextram.

Ne nimium callidum hoc sit modo.

TERENTIUS in Eunuchis, Vide ne nimium callidum hoc sit modo. Donatus prouerbiū esse demonstrat, quamquam anceps est lectio. Potest enim utrunque legi, & calidum & callidum, ut prius illud ad festinatum consilium, alterum ad nimis astutum referatur. Siquidem utraque parum feliciter euenire solent, vel quæ nimium calent, id est, quæ præcipitantiū instituntur, vel quæ nimium audacibus aguntur dolis. Et sicut auctore, apud Titum Liuium, Fabio Maximo, temeritas non solum stulta, verum etiam infelix plerumque est, ita versutia nonnunquam ad summum discrimen adducit. Qui callidum legunt, respicere videntur ad id quod paulo superius dixerat Chærea. Qui calidum legunt per *νικητικόν*, & nostra quidem sententia rectius, Græcam figuram agnoscunt. Quoniam *βέλους*, illi tum scelestum, tum præceptum & audax facinus vocant. Sic enim Penia in Pluto Aristophanica de senibus, qui rem nouam moluntur, ut Pluto caco restituant oculos,

ὁ βέλους ἔργον καὶ βέλους καὶ πειράνομεν. id est,

Calidum o facinus & impium & nefarium.

Interpres exponit, *βέλους* πειράνομεν, τολμήρον, δεινόν, id est, inauditum, audax & præceptum, ac temerarium.

Item Sophocles in Antigone,

ὁ βέλους ἔργον καὶ βέλους καὶ πειράνομεν. id est,

In frigidis tibi mens calet negotiis.

Obiurgatur Antigone, quod nimium auide cuperet sepelire fratrem. Et Plutarchus Symposiacion Decade quinta, significat *βέλους* quibusdam significare *βέλους*, ut Achilles apud Homerum, iubens Patroclum miscere *βέλους*, exegerit celeritatem ministerij. Quemadmodum nos quoque, inquit, sepenumero iubemus ministris *βέλους* ἀπιδυτὶ δὲ διακονίας, i. Calidius ac celerius adire ministerium.

Ne gladium tollas mulier.

Μὴ μάχαιραν αἶρε θάλυ. id est,

Ne macharam tolle mulier.

Hemistichium est carminis trochaici. Ne suscipias negotij molem, cum nequeas auxiliari. Virosum enim est *Αὐτὰρ ὅτε* *πᾶσι* *πᾶσι*, ut inquit Homerus. Potest & in hunc trahi sensum, ne spem ostendas, quam prestare non possis. Ne mineris, aut ne laceffas inimicū, cum laceffatum non queas profligare. Brutus notat Ciceronem, quod Antonium concionibus suis irritaret

quem irritatum non potuerit comprimere, hoc est, gladium tolleret mulier.

Nec sibi, nec alijs utilis.

QV. prorsus inutiles sunt, & fruges consumere nati, schemate prouerbiali, nec sibi, nec alijs utiles dicuntur. M. Tullius in libris Officiorum, Quamobrem, ut ante dixi, contemnuntur ij qui nec sibi, nec alijs prosunt, ut dicitur. In quibus nullus labor, nulla cura, nulla industria est. Sumptum est ex nobili illo carmine Hesiodi, ex opere quod inscribitur *ὄρεα καὶ ἡμέραι*, quod subinde citat Aristoteles:

Ὅς τοι μὲν πάντα νοῦς, ὅς τοι πάντα νόσος
Φερασάμενος, τὸ γὰρ ἐπὶ καὶ ἐς τέλος ἄσπιν ἀμύνω.
Εὐδαίμων δ' αὖ καὶ κακός, ὅς ἐν ἐπὶ πόντῳ πῖθεται,
ὅς δ' ἐκὼν αὐτῷ νόσος, μὴ τ' ἀλλ' ἀκούων
Εὐθυμῶ βέλους, ὅς δ' αὐτ' ἀκούων ἀκούων. id est,

Omnia qui per se sapiat, longe optimus ille est, Multo ante expendens quæ nam sint optima factu, Istamen & frugi est, qui paret recta monenti.

At qui nec per se sapiat, neque mente reponat Ex alijs audita, vir undique inutilis hic est.

Horum carminum sententiam T. Liuius sane quam eleganter & commode reddidit. Sape ergo, inquit, audiui milites, eum primum esse virum, qui ipse consulat quid in rem sit. Secundum eum qui bene monenti obediat. Qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, cū extremi ingenij esse. Huius generis haud paucos videas mortales, qui cū ipsi ob mentis inopiam nequeat dispicere, quid facto sit opus, dictu tamen mirum, quæ sint præfracti, quamq. non admittant alienum consilium, videlicet asinum illum Horatianum referentes, qui cum nec viam nosset, nec duci pareret, in rupem præceptus datus est. Hesiodi carmen Zenon, teste Diogene, sic inuertit.

Καὶ νῦν πειράσομαι, ὅς ἐν ἐπὶ πόντῳ πῖθεται.

Εὐδαίμων δ' αὖ καὶ κακός, ὅς ἐν ἐπὶ πόντῳ πῖθεται. id est,

Optimus ille quidem, qui paret recta monenti.

Rursus at ille bonus, qui per sese omnia nouit.

Videlicet anteponeus eum qui bene pareret, ei qui bene saperet. Huic enim intelligentiam duntaxat adesse, illi vero etiam usum & exercitationem.

Neque compluitur, neque sole aduritur.

Ὅς ἔστι, ὅς ἐν ἐπὶ πόντῳ πῖθεται. id est, Neque compluitur, neque sole aduritur. De eo dici solitum, qui procul ab omni incommoditate semotus, vitam ageret. Cui contrarium illud Horatianum,

Sudant & alit.

Et pulueris & solis, & celestis aquæ patiens latus. Negotiatores, milites, athleta, nautæ, atq. id genus homines soli ferendo, & imbribus tolerandis adfuescunt oportet. Qui domi molliter vixit, ab his malis abest. Quamobrem in hominem delicatum, & ad labores ferendos inhabilem quadrabit, Aristophanes in Ranis Bacchi molliciem notans.

Καὶ μὴ τὸ βέλους, μὴ τ' ἀλλ' ἀκούων φερασάμενος. id est,

Nec astuosam, nec nimis reddidit frigidam.

Referitur a Zenodoro prouerbiū,

Simiarum pulcherrima deformis est.

Τὰς πῖθεται ἡμετέρας τὸς δὲ βέλους ἡμετέρας. id est, Simiarum pulcherrima

pulcherrima deformis. Recte dicitur de his quæ ipso genere sunt vitiosa, neque prorsus conferenda cum vel extremis eorum quæ sunt in honestiorum ordine: veluti si quis dicat, lenonem integerrimum esse periurum, aut honestissimum histrionem infamem, aut optimum Menii carmen malum esse. Citatur a Platone, & ad Heraclitum auctorem refertur.

Quærens obsonium, vestem perdidit.

Ζητῶν ὀψώνιον ἀπὸ ὀλισσας, id est, Obsonium dū quæro, vestem perdidit. Vbi res pessime cadit, aut cum pusilla quædam captantes, maiora perdimus. Refertur a Suida, & ab aliis, nec indicant unde sit natum. Quamquam obscurum non est, ab euentu profectum esse, quo fur quispiam, dum studet cibum tollere, comprehensus vix pallio quoque reiecto, effugit. Adlusit ad hoc prouerbum Aristophanes,

Διὰ ταῦτα δὴ καὶ ὀψώνιον ἀπὸ ὀλισσας. id est, Ob hac tibi vestis quoque periit insuper.

Citius elephantum sub ala celes.

ΛΥCΙΑΝVS in indoctum, ἐπιπὼν ὡς πέντε ἐλεφαντας ὑπὸ μᾶλιν κρηττασ ἢ ἑνα κινυδον. i. Citius quinque elephantos sub ala tegas, quam unum cinadum. De iis qui dissimulari nullo pacto possunt, quin notis aliquibus prodant animi morbum. Est autem figura proverbialis in hyperbole, cui cognatū illud apud M. Tullium ex Ennio, libro de Oratore 2. Flammam a sapiente facilius in ore ardente opprimi, quam ut bona dicta teneat.

Felix Corinthus, at ego sim Teneates.

Εὐδαίμων καὶ κερύνος, ἔγω δ' εἴλω τινεάτης. id est, Fortunata Corinthus, at ipse siem Teneates.

Tena vitæ quidam haud procul a Corintho, nemorosus & amœnus. Porro Corinthiorum opulentia insignis fuit. Strabo libro octavo scribit, hunc versum oraculo proditum fuisse cuidam Asiæ, consulenti num præstaret Corinthum demigrare. Vnde videtur, situt alia pleraque, in vulgi sermonem abiisse, atque adeo refertur in catalogo Græcicorum adagiorum. Tempus fuerit hoc uti, quoties in contentione duorum, non inficiabimur alterum per se præstantius, uerum aliter magis arridere placereq. animo nostro. Veluti si quis dicat, equidem fateor iuris scientiam, & ad rem & ad famam comparandam magis idoneam quam sit poetica, verum,

Εὐδαίμων καὶ κερύνος, ἔγω δ' εἴλω τινεάτης. id est, Sit illud melius aut utilius, hoc animo meo gratius. Strabo admonet, a quibusdam pro τινεάτης perperam legi τινεάτης. Nam Tegea ciuitas est Arcadiæ.

Asinus in paleas.

Ὅρος ἰσχυρὰ, id est, Asinus in paleas, subaudiendum incidit. Dicitur solitum, ubi cuiuspiam fortuna laetior præter spem obtigerit, aut nactus forte fuerit aliquis, quo vel præcipue gaudet, veluti si quem ostreorum aquidum uideat affatū uescientem illis, non importune dixeris, ὁρος ἰσχυρὰ, id est, Asinus in paleas. In fragmentis secundi libri Diogenis Laërtii citatur hic senarius ex Philomenis Comædiis,

Ὅρος ἰσχυρὰ ἰσχυρὰ τετραμύτην. id est, Iam vadis asinus in paleas tragematum.

Incundius erit si longius transcras, puta, si quis cupiēter legat poetam, quo peculiariter delectetur. Conueniet & in hunc usum, ubi quis inscitia rem cōtaminat, veluti si barbarus & illitteratus bonum auctorem malis commentariis inquinat. Gaudet enim asinus volutatione, & omnia confundit hac lascinia. Quod indicat Apuleius quoque, cum horti areolas omnes volutationibus corporis a se turbatas scribit. Adagium ab eūtu natum esse nemo non videt.

Alia voce psittacus, alia coturnix loquitur.

PROVERBIALI schemate dixit Martialis in clanculariū quendam poetam, qui corniculā Aescopicam referens, suos ineptos versiculos nomine Martialis in vulgus spargebat, ratus futurum, ut titulo decepti lectores, Martialis esse crederent.

-Credis hoc Priscus,

Voce ut loquatur psittacus coturnicis.

Conueniet in muscos aut poetas longe dispari stylo, loq. dissimili facultate. Psittacus inter aues proximè voces humanas exprimit. Coturnices pugnaces magis quam loquaces. Vnde Ouidius in Epitaphio psittaci,

Ecce coturnices inter sua prælia uiuunt.

Caluus comatus.

CALVVS comatus apud eundem Martialem, haud dubie figura proverbiali.

Caluo turpius est nihil comato.

Rursus idem;

Caluus cum fueris, eris comatus.

Apte dicitur in eū qui veris bonis nudus, adscititijs se veditat. Veluti si quis indoctus aliena pro suis ederet: aut si quis dissimulet esse se quod est, ueluti si senex affuto galericulo, aut tinctis capillis afficeret videri iuuenis: si deformis, adhibito fūco velit haberi formosa.

Primum Aegina pueros optimos alit.

Τὰ πρῶτ' ἀγρίαις παιδάσιν ἄν' ἐκτείστην. id est,

Aegina primitus optimos pueros alit.

De re quædam quæ melioribus initijs cæpta, paulatim ad deterius delabatur, ut pleraq. mortalium faciunt. Exortum adagium ob Achillem, Patroclum, Aiācem, Neoptolemon, quod hi virtute præcellerint, cum essent Aeginetæ. Concinit his Strabo libro octo, ostendens ex hac insula profectum Acacum cum sua posteritate. Nam Stephanus insula nomen inditum putat ab Aegina Acaci matre. Eandem aliquando maris imperiū tenuisse, quæ ne cum Atheniensibus quidem in Naua li ad Salaminem prælio de principatu certare dubitauerit, cum Persæ Græciam inuaderent. Alius meminit etiam Homerus. Est autem Cycladum nobilissima, quæ dicitur fuisse Oenone, ut indicat idem Strabo & Stephanus. Ob laborum autem tolerantiam & industriam frugalitatemq. dicti sunt Aeginetæ Myrmidones: cum enim haberent terram superne lapidosam, inferne frumentis idoneam, fodientes in cæuernis habitare uisi sunt formicarum more, & ad portandis lapidibus quod ammodo eius animantis industriam representare. Deinde labente morum integritate, male ceperunt audire Aeginetæ, id quod prouerbijs aliquor restat.

tum est, quorum est illud, Aeginenses neq. tertij neq. quartij, ut dictum est in prouerbio de Megarensibus. Non dissimile illi, Quondam fuerunt strenui Milesij.

Irrisibilis lapis.

Ἀλάστος πέτρα, id est, Irrisibile saxum. De re vehementer acerba tristiq. Ostendebatur olim saxum quoddam in Attica, in quo ferebatur confedisse Ceres, cum relicto calo, succensis facibus, Proserpinam a Plutone raptam quaereret. Porro cum Eleusinem peruenisset, ibi tristis in saxo quodam insedit, quod ob eam ipsam causam ἀλάστος appellabant. Auctor Zenodotus. Quadrabit in seniores ac tetricos, quosq. vocant ἀλάστες, quorum in numero Socratem ponit Plinius, Periclem Aristides. Neq. perperam accommodabitur ad rem magnopere molestatam.

Agamemnonis hostia.

Ἀγαμέμνωνος εὐστία, id est, Agamemnonis victima. Quondam in duos & persuasum difficile dicebatur. Inde natum, quod Agamemnone rem diuinam in Troia faturo, bos effugerit, vixq. multo negotio comprehensus, reductus est. tantum Zenodotus. Quadrabit etiam in eos, qui nolentes & adacti quippiam agunt. Olim in sacris spectabatur, ut hostia lenis ac volens adstaret. Quod si refracto sune profugisset, infausum omen habebatur Nobis videtur et huc posse referri, quod Agamemnon in Aulide filiam Iphigeniam sacrificauit, sed admodum inuitus. Recensetur a Zenodoto.

Maetata hostia lenior.

ΜΑΕΤΑΤΑ hostia lenior, prouerbiali figura dixit Horatius in Odis,

Maetata venit lenior hostia.

De spontaneis ac mansuetis. Sumptum est a sacrificijs, in quibus explorabatur hostia ducto per frontem cultro, idq. maetare vocabant. Unde qui spectata sunt virtute, eos maetos virtute vocant.

Exiguum malum, ingens bonum.

Μικρὸν κακὸν μὲν, ἄγαθόν, id est, Pusillum malum, ingens bonum. Admonet adagiū, ex paululo incommodi, laboreq. exiguo, summa maximaq. commoda colligi. Refertur a Diogeniano. Nō discrepat hinc Ausonij sententia, quam commemorat Aul. Gellius lib. 16. ca. 1. ἄττα πρᾶξες καλὸν μετὰ πόρος, ὁ μὲν πόρος οἱ χεῖρας, τὸ δὲ καλὸν μίση. αὐτὶ ποιήσας ἀχρεὺς μὲν ἰδόντες, τὸ μὲν ἰδὸν οἱ χεῖρας, τὸ δὲ ἀχρεὺς μὲν. i. Si quid feceris honestum cū labore, labor abit, honestum manet. Si quid feceris turpe cum voluptate, voluptas abit, turpitudine manet. Eādem sententiam Cato, minus quidem modulate, minusq. rotunde, sed tamen fideliter extulit ad hunc modum: Cogitate cum animis vestris, si quid per laborem recte feceritis, labor ille a vobis cito recedet, benefactum a vobis, dū viueris, non abscedet. Sed si qua per voluptatem nequiter feceritis, voluptas cito abibit, nequiter factum illud apud vos semper manebit.

Attici Eleusinia.

Ἀττικὴ Ἐλευσινία, id est, Attici Eleusinia, subaudiendum καὶ ἱερὸν, id est, inter sese. Duris apud Zenodotum,

ait paræmiam usurpari solitam, si quando cōuenissent inter sese aliqui secreto de re quapiam arcana tractantes. Ducta metaphora a mysterijs sacrorum Eleusiniarum, quæ in honorem Cereris agebatur apud Eleusim, summa religione, mysticisq. ceremonijs, a quibus arcebantur prophani. Capitale autem erat ex his mysterijs quidquam in vulgus efferre: cuiusmodi videntur fuisse apud Romanos sacra Bonæ deæ, quam eandem C. Bassus apud Lactantium Fatuam appellatam tradidit. Nam hæc & noctu & in operto fiebant, & exclusis maribus.

Hermionis vice.

Ἀδὲ Ἑρμῖονος, id est, Hermionis vice, addendum ex usu sententiæ verbum, quod eam expleat, puta fuero tibi, aut mea domus, aut hæc vrbs erit vobis, aut aliud simile quippiam. Valet autem perinde quasi dicas, loco asyli tibi fuero, vel instar aræ, quæ te tutum reddat. Est Hermionæ templum in Peloponneso sacrum Cereri ac Proserpinæ, ad quod qui confugerint, tuti sunt propter loci religionem. Zenodotus Aristophanem citat in Eubolonijs, qui huius adagiū fecerit mentionem. Effertur biariam ea vox, ἑρμῖον, καὶ Ἑρμῖονος, ut ἀπὸ τῆς ἀλυσκὸς καὶ λυκῆ. auctor Stephanus.

Antronus asinus.

Ἀντρωνίος ἄσινος, id est, Antronus asinus olim dicebatur, qui deformi prægrandiq. mole corporis esset, ceterū ingenio stupido bardoq. Antron autem ciuitas erat Thesaliciæ, nomen inde sortita, quod cauernis & specubus abundaret. Illic aiunt asinos insigni magnitudine quondam fuisse, vnde prouerbiū increbuit. Auctores Stephanus & Suidas. Attingit prouerbiū & Homeri Scholiastes in Iliados B. Extat & hodie iocus vulgaris in homines magno corpore, quasi ij parum sapiant. Quasiq. natura sic paria facere gaudeat, ut quod corporis addiderit moli, detrahat ingenio. Traditur a nonnullis, apud Antronios ingentes reperiri molares lapides, quorum qui substernuntur, ob segnitiam & quietem ὄναρες vocant Græci. Lapidem autem vocamus stupidum & amentem.

Ventorum stationes.

Ἀνέμους στασις, id est, Ventorum stationes. De rebus multo vsu obseruatis, perspectisq. Apparet paræmiam integre sic esse pronuntiandam, καὶ ἰμὸν στασις γινώσκουσιν οἱ ἐγχάριοι, id est, Ventorum stationes norunt indigenæ. Sunt enim plerisq. regionibus sui quidam venti, quorum naturam optime norunt incolæ regionis illis obnoxia: qualis est Atheniësis Scyron, paululum ab Argeste deflexus, reliquæ Græciæ ignotus: Narbonensis Gallici Circius, a turbine et vertigine sic appellatus: siue Certius, ut vocat Cato, ventus apud illos clarissimus, nec ulli violentia inferior. Idem non modo in reliquis calis partibus ignotus, sed ne Viennam quidem eiusdem provincie urbem attingens. At Austri in Aegyptum non penetrat, ut auctor est apud Plinium Fabianus. Iapyx Apulis est familiaris, & Atabulus Apulie certis montibus notus ac pestilens, vnde et in vocabulum inditum. Sunt & alij permulti cuiusq. regionis indigenæ, ut apud Gellium testatur Favonius. Ad hæc est non nullis alijs aliis regionibus vis ac natura.

Nam

extulit metaphorā, Nunc ab trāsenna hic turdus lumbricum petit. Alterum a piscantibus, alterum ab aucupio ductum est. Nos item in epigrammate quodam ad hanc paramiā sic adlusimus.

Non stulti vsq. adeo sumus futuri, ut
Gustatum toties roremus hamum,
Vnco plus semel are saucitati.
Vel sero sapiemus, & nocentem
Tandem carpere desinemus escam.

Vulcanus tibi uaticinatus est.

Αφ' ὧς σοι λελάληκεν, id est, Vulcanus tibi uaticinatus est. Refertur a Suida, dictum est ubi quis credret se rem habere certam, uelut ex oraculo auditam. ὅπως apud Memphisicos Vulcanus dicitur, unde litterula accessione ἀφ' ὧς, uelut εἰς χυλὸν αἰσχυρὸν.

Cantilenam eandem canis.

Τὸ αὐτὸ ἄδεις ἅμα, id est, Cantilenam eandem canis. De eo qui molestus est sapius eadem incylcans. Nihil. n. odiosius, quam quod semper idem est. Dorio leno in Phormione Terentiana, Cantilenam eandem canis. et, Mirabar si quid adferres noui. Familiare poetis est, nūtiū, cantilenam appellare. Euripides in Ione.

Τίς ἂν μὲν ἔχ' ὡς φέρεται τῶν ποδῶν; id est,

Quae cantio hae, quibus ue de rebus metus?

Idem in Hecuba,

Ἢ μὲν τί μιν ἔχ' ὡς φέρεται; id est,

Aliqua accedet cantio tristis tristibus.

Sumptum est a cantoribus, qui si quando diutius eandem occinant cantionem, tedium adferunt auribus. Proinde periti subinde uariant carminis genus, quo satietatem deuicent.

Caligare in sole.

ΑΡΥΔ Quintilianum legitur, ut eleganter, ita & prouerbialiter dictum, Caligare in sole, pro eo quod est, in re clarissima cæcutire: idq. solet accidere uitiosis oculis, qui nihil uident in luce quam maxime perspicua, uidelicet sensum debilem obruente ui splendoris. Idem euenit nocturnis & lusciosis. Nam uis lumen pro tenebris est. Nō inueniunt torquebitur in istos, qui uelut obscurum causantur, quidquid eruditum fuerit. Quibus tenebricosa est uel Ciceronis oratio. Noctē enim in oculis circumferunt. Quemadmodum apud Senecam Porcius dicebat, quendam spinas in pedibus habere, cum se per spinas ingredi quereretur, uidelicet ingenij uitium in arguentium conferens. At pedes, inquit, tui spinas habent, non locus. Itidem isti noctem qua se predicant offendi in bonis auctoribus, in oculis secum adferunt, non in libris reperiunt.

Bos aduersus seipsum puluerem mouet.

Βὲς ἐφ' ἑαυτῷ κονίηται, id est, Bos aduersus seipsum puluerem mouet, siue festinat. Vbi quis ad suum ipsius malū uolens lubensq. ducitur. Nam boues ut sunt mansueti, facile se praebeant uinciendos, neq. grauatim obtemperant iugo. κονίη enim Græcis significat festinandi studio ciere puluerem. Quidam accommodant in eos qui prudentes ac scientes semet in praeuissimum periculum iniiciunt, bouis in morem, qui sibi patitur iniūci uincula, quibus ad eandem ducatur. Refertur a Zenodoto.

Tragicus rex.

Τῆς τραγικῆς βασιλείας, id est, Tragicus rex, dici potest, uel fastuosus turgidus, uel qui nomine duntaxat rex sit, ceterum uiribus parum polleat, quemadmodum Gallico prouerbio chartaceum regē appellant τῷ πορκατόρῳ, seu titulo regem uerius quam opibus aut ditione. Dionysius Pheræum, quod decem menses potitus imperio mox uita decesserit, τῆς τραγικῆς βασιλείας dixit. Nam in tragædiis tantisper durat imperium, dum fabula peragatur. Tum deposita persona, qui paullo ante fuerat Agamemnon, aut etiam Iupiter, tressis hominūcio discedit domum.

Contra retiarum ferula.

MARTIALIS in epistolari quadam praefatione, Deniq. uideat, an te deleat contra retiarum ferula: id est, an id faciendum tibi putes, quod nemo non damnet atq. exhibeat. Domitius Calderinus interpres admonet subesse prouerbiū, dici solitum in eos, qui infirmo praesidio contra maxime instructum pugnarent. Quamquā idem paullo post alio dilabitur, nempe huc, gladiatores olim si minus placuissent, ferula casos cyci solere. Haec finitimum est illud Gellianum libro Noctium primo, capite 2. An non contra istum baculum moueas? heus homo, quid tecum sibi? Itaq. ferulam aut baculum mouere contra quempiam, est refragari & insolentius repellere sententiam. Est autem ferula ligni genus, quo quodam pueri cedebantur, atq. item milites, si quid contra disciplinam facere uideretur. Opinamur idem scilicet solere in ludis gladiatoris huiusmodi certaminibus praefectos.

Mulier imperator, & mulier miles.

Γυνὴ στρατηγὴς καὶ γυνὴ στρατιώτης, id est,

Et femina dux est, femina aequae miles est,

Senarius est prouerbialis, quoties totū negotium ignauis commissum est, cumq. & ij qui praesunt, & ij qui parent, pariter sunt formidolosi. Apud Athenaeū lib. 3, citatur Alexis in fabula, cui titulus γυναικὸς στρατηγῆς. Natura feminam in hoc sinxit, non ut imperet, sed ut pareat, uel Græco versiculo teste,

Γυνὴ καὶ δ' ἀρχεῖν οὐ δίδωσιν ἡ φύσις. id est,

Natura non dedit imperare feminis,

Etenim quod in homine ratio & affectus, id in uita uir & mulier, ac iuxta Moysen, demiurgus ille feminā uiro subiecit. Tamen si Plato non omnino arcet mulierum genus ab administranda Repub. si qua modo reperitur idonea. Tacite uidetur hic adlusisse Aeschines contra Timarchum, κατ' ἰδὼν ὅτι οἰκίαν πλεονέκτην καὶ οὐκ ἐνομόμηνον, ἥς ἡμεῖς μὲν ὡς γυνὴ μίση φρονέσασα καὶ νόμῳ ἐκείνῳ. id est, Cum uidisset domum opulentam, maleq. gubernatam, cuius dux erat mulier superbā et excors. Lucundior erit sententia, quoties longius defletur, ueluti si quis auctorem ac praecipuum peripateticæ philosophiæ ducem appellet Tartaretum. Ita Vergilius,

-Tanti dux femina facti.

Sic Galenus alicubi Aristotelem appellat τὸ λόγον παρὰ τῆς φύσεως, quod ab ipso profecta esset sententia.

Trutina iustius.

Δικαῖον πρὸς τὰς ἀνδρας, ἢ Iustius trutina, Dorici prouerbiū de

de iis qui insigni incorruptaq. sunt equitate. *Dores. n.* τὴν τετραλίαν, id est, Trutinam, τετραλίαν vocant. Est autem id libræ genus, quo vel minutissimum ponderis momentum sentitur dignosciturque. Latini quoq. exactâ equalitatem æquilibrium appellant. Unde & æqua lîce fieri dicitur, quod pari iure sit citra personarum respectum. Ita Modestinus *Pande. lib. 42. titulo de re iudicata.* Quod & in persona mulieris æqua lance feruari, æquitatis suggerit ratio. Itē Iustinianus *Cod. 5. titulo de naturalibus liberis.* Quapropter sancimus in huiusmodi casibus omnes liberos siue ante dotalia instrumenta edita sunt, siue postea, vna eademq. lance trutinari. Adsimili figura dixit Nicharchus in *Epigrammate*:

Τίς γὰρ δ' ὁρᾷ πρὸς κανὼν. id est,
Rectior est factus regula quam vlla fiet.

Sterilior Agrippa.

Ἀκαρπώτερος ἄγχι πρὸς, id est, Sterilior Agrippa. Laconicū adagium est, de iis qui extremæ sunt paupertatis, neq. quidquam facultatum possident. Quadrat & in ignavos, nulliusq. industriæ homines. Lacones oleam sylvestrem agrippum vocant. Tantum Zenodotus & Suidas.

Iouis suffragium.

Διὸς ὑψός, i. Iouis suffragium dicebatur sacrum & inuiolatum. Unde sententiam eius cuius sit velut refragabilis auctoritas, Iouis suffragium recte dixeris. Aut per ironiam, ubi quis arrogantius de re quapiam pronunciat, suamq. opinionem pro lege atq. oraculo postulat accipi, subiicitur Διὸς ὑψός. Aiunt enim locū, in quo Neptūnus & Minerva iudicium peregerunt, vtrius nō mine auspicijsq. ciuitas Atheniensium institueretur, Iouis suffragium appellatum fuisse. Suidas Cratinum citat ex Archilochijs,

Εὐχὰς διὸς μέγαλον ὄρκος περὶ τοῦ τε καὶ τοῦ ποταμοῦ. id est,
Magni ubi dicuntur talis, sedesq. Tonantis.

Nam & talis olim ferebantur suffragia, nimirum a fortientibus.

In neruum ire.

Ἰν' neruum ire, Donatus, aut quisquis is fuit interpret Phormionis Terentianæ, demonstrat esse proverbium, pro eo quod est decipere. Sumpta a sagittariis metaphora, quibus illud evenit interdum, ut dum nimium tendunt arcum, rumpant, aut sibi neruum aliquem fatigent, ut cōfine sit illi, de quo dictū est alias, ἀπορροῖς τὸ καλὸν πρὸς τὸν σκοπὸν. Dictum est autem, in neruū ibit, pro eo quod est, in vincula ibit. Antiquitus enim qui soluendo non essent, vincti tradebantur creditoribus, donec opera cōpensarent creditam summā. Veretur enim adolescens amās, ubi eum in locum traheretur Phornio, ut aut puellam domum ducere cōgeretur ex pacto, aut certe pecuniam acceptam remunerare, nō faciat vincendus, & iuxta leges corpore liniturus, quod ære non posset, sibi magis consultum illum, ut vel prodatur omne commentum, vel vere mulierem abducatur. Porro coniungere in neruum, & eximere e neruo, pro eo quod ob as alienum vinctos abducere. Sed verba Terentij subscribemus: At enim non ducet, vocat: Ceterum cum argentum repetent, nostrā causā scilicet in neruum potius ibit.

Ipsē semet canit.

Αὐτὸς αὐτὸν ἀλῆ, id est, Ipse suimet tibicen est, hoc est, ipse cuiusmodi sit, factis ipsis declarat. Tibicines enim olim laudes fortium virorum decantabant. Proinde qui recte gestis sibi satis magnā gloriam comparat, quorsum huic necessum est conducere buccinatores laudū suarum? Adagium in viramlibet partem poterit applicari, bonam vel malam. Nihil huic opus tibicine, qui suis egregie gestis sat illustris est. Aut, Nihil opus huius vitam insectari, satis per se scdam atq. infamē. Conueniet & in illos qui semetipsos laudant, qui mos est gallis gallinaceis, etiam cum e pugna se proripuerint. Plato in *Theæte*to, Φανήσεαι μοι ἀλκίτρουός τις ἀνὴρ δὲ δίκω, πρὶν νενικηκέναι, ἀποπιδόσκει τις ἄπο τοῦ λόγου ἄδων, id est, Videmur mihi ignavi galli in more, cum ante victoriam a sermone resilierimus canere.

Ipsē dixit.

Αὐτὸς ἴψα, id est, Ipse dixit. Quoties tantam esse cuiuspiā auctoritatem significamus, ut ea vel citra rationē ad quidvis credendum sufficiat. Adagium autem a Pythagora natum, qui quo plus venerationis & auctoritatis sibi suisq. conciliaret, in dissertationibus dicere solitus est, αὐτὸς ἴψα, id est, Ipse dixit: perinde quasi nō sua referret, sed ab oraculo quopiam acceptā. Ea vox deinde in vulgarem abiit sermonem. Huiusmodi ferme Suidas. Diogenes Laërtius indicat hoc dictū a Pythagora Zacynthio mansisse. Quamquam A. Tullius libro De natura deorum primo, secus rem narrat. Nō enim, inquit, tam auctores in disputando quam rationis momenta querenda sunt. Quin etiam obest plerūq. iis qui discere volunt, auctoritas eorum qui se docere profitentur. Desinunt enim suū iudicium adhibere, et habent ratum, quod ab eo quem probant, indicatum vident. Nec uero probatur id quod de Pythagoricis accepim⁹, quos ferunt, si quid adfirmarent in disputando, cum ex his quæreretur, quare ita esset, responderē solitos, Ipse dixit. Ipse autem erat Pythagoras. Tantum opinio prauidicata poterat, ut etiam sine rationē valeret auctoritas. Quintilianus in *Institutionibus*, Nam & iudices, inquit, audiunt praesumentem partes suas, nec hoc oratori contingere inter aduersarios, quod Pythagoras inter discipulos contigit, potest, Ipse dixit. Sed istud magis minus ve vitiosum est, pro personis dictum. Adhuc horum & Aristophanes, ὅτι τὸ καλὸν ὁρᾷ, ὅτι τὸ καλὸν ὁρᾷ, ὅτι τὸ καλὸν ὁρᾷ. Αὐτὸς, τίς κἀντὶς, σὺ κἀντὶς, τίς σὺ κἀντὶς, ἵδ' αὐτὸς ἀρετῆς αὐτὸν μάλιστα. Αὐτὸς γὰρ εἰ σὺ καλὸς, ὅτι μάλιστα, id est, Dic age quis est iste cremathra infidens homo? Ipse est. quis ipse? Socrates. quis Socrates? Abi ipse ipsam voce magna mihi voca.

Quin ipse magis accersere, non nū est q̄tium. Quod autem dixit, ὅτι κερματῆρας, ut hoc obiter indicem, risus causa nouatum est, cum Socratem intelligi vellet, animo suspensio nubes suspicientem. Nam cremathra uasculum est pensile, in quo obnoxiorum, reliquæ consueuerunt reponi. Dicitur autem bisariam, simpliciter aliquoties, sed frequentius per ironiam, veluti si quis Aristotelem ceu oraculum citanti dicat, αὐτὸς ἴψα, rationem dicti flagitans, neq. cōtenuis simpliciter.

plici scriptoris auctoritate. Conueniet etiam, quoties sententia vel inuidiam, vel defensionem a nobis ad ipsum auctorem reuicimus. Iuuenalis,

Sic volo, sic iubco, sit pro ratione voluntas.

Melius Horatius,

Nullius in verba iurare in uerba magistri.

Illud admonendū uidetur, αὐτὸς ἴη, in hac paræmia perinde ualere, quasi dicas, dominus dixit, ut Pythagoras ab Aegyptiorum uatibus uideatur didicisse figuram hanc prophetis familiarem. Aristophanes in Ranis,

Φράσον τὰς ἐρχομένης, ὅτι αὐτὸς ἡσυχάζει. id est,

Dic saltatricibus meipsum aduenire.

Hoc est, herum, quod is quodammodo & famulis misis aduenire uideatur. Huc pertinent quæ nobis antea dicta sunt pro uerbo, Infixo aculeo. Sic Augustinus alicubi recensens opinionem Manichæi, Hæc, inquit, Manichæus dixit, atque abiit: notans illum, quod sat haberet dixisse, cum docendum esset quod dixerat. Galenus itē libro πρὸς φυσικὴν διαμεινέον primō: ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐπὶ οὐκ, ἐξ ἡγίας ἀπὸ αὐτοῦ καὶ σίματι πλοῦτῳ ἀποπιδέσσω ἀπὸ κατὰ λήπον ἡμῶς, ὅς μὲν πῶς τινὸς ἀντιλογίᾳς διπλοῦται διαμεινέον. id est, Hæc & his similia locutus, repente ore nihil cunctante quasi labi non posset, uerbis apertis absoluit sermonem, moxq. proripiens sese abiit, nobis ita relictis, quasi nihil omnino reperire possemus, quod vel probabiliter contradiceremus.

Teipsum non alens, canesalis.

Αὐτὸν δὲ τρέφειν κύνανος τρέφει, id est, Cum temetipsum non alas, canes alis. In eum dicebatur, qui cum per inopiā sibi quæ sunt ad uitam necessariæ, suppeditare non posset, conaretur aut equos, aut famulos habere domi. Apposite dicitur aduersus istos, quibus cum ob rei familiaris angustiam vix suppetat quo uitam sustineant, tamen per ambitionem conantur fastu uictum, reliquoq. strepitu potentes, et opulentos imitari. Breuiter conueniet in omnes, qui quæ ad voluptatem aut splendorem pertinent, curant, neglectis his quæ magis sunt necessaria. Porro necessariū prima debet cura, dignitati posterior: ueluti si quis in eruditione comparanda laboret, uitæ securus de qua periclitetur.

Terræ intestina.

Τῆς ἐσπέρης, id est, Terræ intestina. Dicebantur vilia, nulliusq. precij. Saxa uero terræ viscera dicuntur. Refertur a Diogeniano. Terræ enim intestina sunt saxa: & lapides appellamus homines inutiles. Simile illi,

Ἐστὸς ἰὸν ἄχθος ἀρούρης, id est,

Telluris inutile pondus.

Tenedius tibicen.

Τενίδιος ἀλλυτὴς, i. Tenedius tibicen, dicebatur testis falsus & calumniator, hinc natus, quod Philonome tibicinem suum subornauit, qui testaretur apud Cygnū, ipsam a Tenne de stupro fuisse interpellatam, ac vi etiā tentatam. Hæc ferme Stephanus in catalogo urbium, De Tenedo sæpe iam dictum est alibi.

Cyrbes malorum.

Κύρβης κακῶν, id est, Cyrbes malorum. De vehemēter im-

probis, & omni facinorum genere cōtaminiatis. Apud Athenienses tabulæ quedam erāt quadræ, in quibus leges descriptæ proponebantur, præterea variæ delinquentium pænæ. Hæc illi κύρβης appellant, apud Lucianum ἄξωνες dicuntur. Non dissimile est illi quod alibi retulimus, ἰλίας κακῶν, id est, Ilias malorum. Simili figura apud Athenæum lib. 9. dixit Antiphanes opinamur,

Καὶ ταῦτα μὴ μοι τῷ κακῶν παροφίδες. id est,

Et hic malorum mihi catinus extitit.

Solent enim in eodem disco varia eduliorum genera apponi, sed quæ voluptatem adferant. Quo gravior est tropus, deflebens in contrarium, quasi dicas, Ilias bonorum.

Aries nutritionis mercedem perfoluit.

Κρίος τρέφει ἀπέτισται, id est, Aries alituram rependit. Citatur ex Menandro. Quadrat ubi quis pro benefactis maleficium reponit. Allegoria sumpta est ab eo, quod aries cornibus impetat, aut vas in quo pabulum apponitur, ipsosq. quorum opera nutritus est, aut etiā nutritur, cornibus incescit. Effertur & ad hunc modū prouerbiū, κρίς διακρίει, id est, Arietis ministerium, pro officio collato in ingratum, qui beneficium iniuria penset. Huic ad finem quod est apud Aristophanē in Vespiis, ἡ χερσὶ τῷ ἀμπελῶν, id est, Vallis uitæ.

A Dorio ad Phrygium.

Ἀπὸ δωρὸς πρὸς φρύγιον, id est, a Dorio ad Phrygium uenire dicebatur, qui a uita temperiore ad luxum sese conuertisset, aut qui a fortuna mediocri se contulisset ad maiorem uitæ strepitum. Sumpta metaphora a notissimis illis veterum harmoniarum generibus, in quibus Dorium moderatius, quemadmodum indicat Suidas, referens hæc uerba ex incerto auctore: τὴν δὲ τρέφειν κληρονομεῖται μετρίως, καὶ ἀντιπῶν, ὅτι κακοῦ γούστου διὰ πείρας, οὐτὶ δὲ πλοῦτον βαλκυσσας, ἀλλὰ μέτρον καὶ μετρίως, πρὸς δωρὸν τρέπον δὲ τύχης ἀνθρώπος ἡμεσομύθων. i. Vultū autē fortitus erat moderatum, deliciarum expertem, neq. sordidum ac molestum ob inopiam, neq. ob diuitias dissolutum, sed medium quendā ac modulatum, uere ad Dorium fortune modum attemperatum. Refert & alium locum suppresso auctoris nomine, ni fallimur: δὲ τὰς ἑμαυτοῦ γυλάν λοχαγία αὐτὰς δὲ τὰς εἰσὶν τὴν νομὰν ἢ εἰς μέτρον τιδέμενος μέτρον, δὲ γυλάν τὸν τόνον ὑπὸ τῆς διαλέξεως εἰς ἐπιστροφὴν μέτρον μόνον, ἀπὸ δωρὸς φασὶν πρὸς φρύγιον. Quæ tametsi difficile est apte uertere, si nescias quid præcedat aut sequatur, tamē apponamus diuinationē nostrā, donec locus occurrerit. Non uidebor hominū rotunde loquentiū uerbula, sed ipsos sensus in medium adferens, tantum non ipsius lingue tonū a disputatione ad attentionem adaptauero. Quāquā apud Suidam legitur μέτρον εἰ. Ex his uerbis apparet Dorium modum fuisse deliciorum, Phrygium seueriorem. Apuleius Floridorum lib. 1. palam indicat, Doricam musicam a Phrygia longe diuersissimam fuisse, quandoquidem hæc ad religionem inflammabat animos, illa ad bellum inflammabat. Apulei uerba sic habent: Tibicen quidam fuit Antigēnidas, omnis uoculæ melle⁹ modulator, et idē omnino dis peritus modifier, seu tu uelles Aeoliū simplex, seu Asiū uariū, seu Lydiū querulū, seu Phrygiū religiosum,

giusum, seu Dorium bellicosum Haftenus Apuleius, cui si credimus, non potest esse temperatus modus Dorius, qui ad bellum accendit, nisi forte ituris in praeliū moderatius canebant tibiæ, quod illic plus valeat sibi præsens animus, quā furor percitus. Verū an in Apuleij verbis, pro Acolio legēdū sit Aetolicū siue Aetholiū, & pro Asium, Iassiu siue Iastiu ab Iade siue iasi, ut Ionicum intelligas modum, doctis expendendum relinquitur. Quamquam his non satis congruunt quæ refert Lucianus in Harmonide, καὶ ἰκαστὸς ἀρμονίας διαφυλάττειν τὸ ἰδίον, τῆς φρυγίας τὸ ἰνέιον, τῆς λυδίας τὸ βακχικόν, τῆς δ' ὀρίης τὸ σιανόν, τῆς ἰωνικῆς τὸ γλαφυρόν. i. Vniuscuiusq. harmoniæ seruare proprietatē, Phrygiæ diuinū impetū, Quod Apuleius uertit religiosū, Lidiæ bacchanalem furorē, siue licentiā, Doricā seueritatē, Ionicā iucunditatem. Quod Apuleius uidetur transulisse uariū. Contra Dion in commentariis de regno refert, Alexandrum magnum ad bellum accendi solere Timotheo musico Dorium incinente. Athenæus libro 14. Doricā harmoniā tribuit τὸ ἀνδρῶδες, καὶ τὸ μαλακότερον, καὶ τὸ σφοδρὸν, id est, seueritatem, maiestatem, ac vehementiam, ut quæ neq. dissoluta sit, neq. hilaris, sed tristis, minimeq. uaria. Iam his recentior Boethius in præfatione libri De musica, ostendit hanc artem ad mouendos affectus præcipuam habere uim, proq. ratione modorum, alios atq. alios animi motus uel excitare uel sedare. Addit Pythagoram intentione modi Phrygiū incitatum adolescentem patria barbarum, quippe Taurominitanum, uino temulentum, ira furentem, cum iam adibus amicæ, quæ riualem admitterat, ignem admouere tentaret, tibicina iussa ipso deos succinere, ad sobriam mentem reuocasse. Boethius refert iuuenem Phrygio modo fuisse incitatum, ac mutato modo ad se redisse, nec exprimit in quem modū sit mutatus Phrygius. M. Tullius quem illic citat Boethius, neutrius meminit modi, tantum ait spondeorum intentione fuisse sedatum adolescentem. Si Timotheus Dorio modo concitabat Alexandrum ad bellum, & hic adolescens ad expugnandam domum Phrygio fuit accensus, apparet modos hos non multum inter se discrepare. Lucianus Phrygio tribuit τὸ ἰσχυρὸν, i. furorē, sed sacrum duntaxat. Huius autem furoris Plato tria facit genera. unum quod poetis immittant Musæ, alterū quod uatibus immittit Apollo, tertium quod amanti-bus Cupido. Habet autem & Bacchus & Mars furorē suum. Itaq. iuuenis ille triplici furorē correptus insaniebat, Bacchi, Cupidinis & Martis. Pyrrhichios autem ad praelium acuere alias docuimus, unde illud πυρρῆχον βαλόν, de trucibus & commotis. Pyrrhichio autem contrarius est spondeus. Quod ni Boethius dixisset mutatum modum, probabile esse poterat eundem modum Phrygium, & incitare Pyrrhichius & sedare spondeis. Et haud scimus an Boethius cum ait immutatum modum, sentiat non mutatas harmonias, sed uocū celeritatem. Videtur locus prouerbio, cū ad diuersa trāsitur, ueluti si quis de rhetorū præceptis sermonem exorsus ad Theologicā materiam digrediat. Veteres, ut arbitramur, de generibus harmoniarū diuersa tradiderunt, quod ipsa mutatis gentium moribus pariter sint immutata. Brisconū. n. Asianorū laudanda est seueritas, priusquam luxu effeminaretur. Idem usu venit Laconibus, in quibus sunt Doreæ. Hinc illa

mixturarum nomina ὑποδῶριον, μεζολυδῶν, ὑπερμεγάλων. Athenæus hypodorium modum putat eundē esse cum Acolio, cui tribuit tumorem ac fastiū, & submolle quiddā. Quidā musices studiosi affirmant difficillimum esse transitum a Dorio ad Phrygium. Ostendimus & alias, Phrygium melos, σκαλίον appellatū, & in funebribus naniis adhiberi solitum. Quod si Dorius cantus Phrygio diuersus est, utpote qui ad belli cupiditatē inflāmet, consentaneū est illū Pyrrhichius cōstitisse, quādoquidem Spondeo contrarius est Pyrrhichius. Verū de his harmoniarum generibus permulta Plato in libris de rep. Rursus in Lachete docet hanc esse uere Doricā cantionē, & Græcam harmoniā nō Phrygiā, neq. Ionicā, neq. Lydiam, si uita concordet cum oratione bona. Nonnulla Plutarchus, in libro de musica. Nos quātum ad percipiendum adagiū sensum sat est, attigimus.

A carcere.

Απὸ βαλβίδος, id est, A carcere, siue repagulo, i. ab ipso rei principio. Sumptum a certaminibus equestribus, ubi cursus initium est a carceribus, id est, repagulis, finis meta. Itaq. cum exorsum negotij significamus, ab ipsis carceribus dicimus: cum finem, ad metam usque. Veluti si quis dicat sœdum esse, si quis artifex ab ipso statim carcere peccet: aut neminem tam ignauum, qui non ἀπὸ βαλβίδος strenuus esse videatur. Extat apud Aristophanem. Cōfine quod alibi positum est, ἀπὸ γράμμης, id est, A linea.

A cœlo ad terram.

Απὸ ἄνω εἰς ἔλατος, i. A cælo ad terram. Prouerbialis figura, perinde ualens quasi dicas, quacumq. de re, ab extremo initio usq. ad supremum finem. Sic apud Plautum in Persa licitatori roganti, num ex puella quædam scitari liceret, venditor quantum uellet percontari permittens, A cælo, inquit, ad terram, quod lubet.

Mores amici noueris, non oderis.

PORPHYRION in Horatium, hunc uersum prouerbialē admonet fuisse,

Mores amici noueris, non oderis.

Eum nos inter Græcas sententias repertum restitui-mus. Et enim huiusmodi,

Φίλε τὸ πρὸς γινώσκει, μισῶς δὲ μὴ.

Admonet in amicorum moribus quædam uitia dissimulanda, sic ut intelligantur quidem, sed tamen tolerentur, ne seuerior & oculatior in obseruandis amici malis subuertat amicitiam. Atq. id præcepti locum habet in leuioribus moribus, non in his quæ ad famā, aut in gens periculum pertinent amicorum. Non nosse amici uitia, est hominis parum diligentis quos diligit: odisse, parum ciuilis. Noscenda sunt ut aut corrigas, aut certe minuas: at non sic, ut ob ea videaris amicū odisse. Siquidem nulli futurus est amicus, qui nihil uitiorū in amico ferre possit.

Birhus contra Bacchium.

BITHVS & Bacchius nobile par gladiatorū fuit, quorum mentionē Suetoni⁹ quoq. fecit, pares arte, pares audacia. Proinde quoties duo æqualiter improbi cōcedunt inter sese, ita ut neuter alteri uelit cōcedere, nō intempesti-

D d uiter

viter dicemus, Bacchium cū Bitho commissum. Horatius in Sermonibus,

-Vti non

Compositus melius cum Bitho Bacchius.

Rupili Persiūq. parem inter ipsos improbitatem & maledicentiam significans. Quidquid insigniter improbiū est, & ad omnem contentionem paratum, gladiatoriiū appellamus. Gladiatoria corporis firmitas, gladiatoria audacia, gladiatoris animis ad me adflectat viam. Marcus Tullius in Philippicis Antoni fratrem aliquoties Mirmillonem appellat. ut in Philippica sexta: Etiam ne ab hoc Mirmillone Asiatico, senatus mandata, legatorum verba audientur?

Esernius cum Pacidiano.

SIMILE fuerit illud ex Lucilio, Esernius cum Pacidiano compositus. Erant & hi gladiatores per omnia pares, longeque omnium nobilissimi. M. Tullius in libro De optimo oratorum genere: A me autem, quo maximis minima conferam, gladiatorum per nobilissimum inducitur. Aeschines tamquam Esernius, ut ait Lucilius, non spurcus homo, sed doctus & acer, cum Pacidiano hoc componitur, optimus longe post homines natos.

Bis septem plagis Polypus contusus.

Δις ἑπτὰ πλῆγας πολὺπας πλεμέμενος. id est,

Plagis adactus Polypus quattuor decem.

Dici solitum, ubi quis multo tandem malo sit emendatior. Quemadmodum accidit indomitis adolescentibus, qui plurimorum experientia malorum tandem cicurantur. Conueniet & in eos qui duriore ingenio praediti, non nisi grauibz suppliciis corriguntur. Aiunt Polypum piscem captum diu multumque tundi caedique sole-re, quo mitior fiat, & ad esum accommodatior. Auctor Zenodotus.

Mopso Nisa datur.

SCHEMA prouerbiale videtur, & illud apud Vergilium in Pharnaceutria, Mopso Nisa datur: cum prater omnium spem res praecleara contingit cui-piam prorsus indigno, ut nihil iam non posse sperari vel a quouis appareat.

Mopso Nisa datur. quid non speremus amantes? Est autem emphasis in nominibus. Nam Mopsum dicens, intelligit infimum, abiectissimumque. pastorem. Nisi puellam insigni forma. Non abludit hinc illud Sophoclis in Aiace flagellifero,

Οὐκ ἴς' αἰλπίον οὐδέν. id est,

Nihil est, quod haud sperare liceat.

In eandem sententiam Linus apud Stobaeum:

Ἐλπίσθαι γὰρ πέντε ἢ πέντε ἢ πέντε ἢ πέντε ἢ πέντε. id est,

Speres cuncta, nihil quod non contingere possit.

Omnia sunt magnis factu procliuia diuis.

Quid nisi victis dolor.

Τὸ ἄλλο ἢ τίς νοσεύμενος ὁ δύνει; id est, Quid aliud quam victis dolor? Vsurpandum ubi palam fit in contumeliā quippiam. Sumptum a dicto Brenni palam illudentis Romanos in appendendo auro, quod stipulatus fuerat ab illis, desperantibus auxilium, ut e Romanis finibus abduceret Gallorum exercitum. Sed ipsius Plutarchi

verbalibitum est subscribere: Εἴ ποτε δόξαν τοῖς κρη-
τῆσι, συνελθόντες ἡγοῦντο βρεῖνον καὶ συλληπτικῶν ἢ χαλκῶν
χωρὶς ὠμῶν, ὡμολογῶν, τοῦ μὲν χαλκῶς λίτρου χρυσῶς
καταβᾶλλον, τοῦ δὲ λαβόντος ἑκάστη πάλσιος καὶ τῆς χό-
ρας αὐτῆς ἀπὸ τοῦ, ὡς, τοῦ τοῦ μὲν ὄντος καὶ τῆς
χρυσῆς κεμιδέντες, τῇ δὲ κελύτῃ πρὸς τὸν παρὲν ἀγνώμο-
νον τῇ, κενότα τοῦ πρὸς τὸν, εἰ ποτε φασὶν αὐτῶν ἀπὸ τῆς
διασεφθῆναι τὴν ἐπὶ τῇ, ἰκανῶς τὸν ὀρμῶν πρὸς αὐ-
τοῦ, ὁ δὲ βρεῖνος οἷον ἐφ' ἑαυτῶν, καὶ καταγελῶν ἀποδυσά-
μνος τὴν μάχην, ἅμα καὶ τὴν ἑαυτοῦ προσέτιμην τοῖς
παρὲν. Πωθῶν μὲν ὁ τῆς συλληπτικῆς τῆς τῆς; τῆς
ἀποῖν, ἢ τοῖς νενικημένοις ὁ δύνει; τὸ μὲν ἂν παρὸν
μῶδες λόγος γένοιτο, id est, Itaq. cum placuisset, ut prin-
cipes in colloquium venirent Brennus, & Sulpitius Ro-
manorum ductor, conuenit ut Romani mille libras au-
ri dependerent: hi simul atque accepissent aurum, ex ur-
be atque ex agris discederent. Super his cum iusiuran-
dum intercessisset, iamque aurum esset adductum, Gal-
li. pacti fidei immemores initio furtim, mox palam
deprimerent, detorquerentque lancem, Romanorum ad-
uersus illos coorta est indignatio. At vero Brennus tā
quam per ludibrium & irridendi causa ensē una cū
baltheo exitum lancibus adposuit. Porro Sulpitio ro-
ganti, quid hoc esset rei, Quid enim aliud, inquit, nisi
victis dolor? Atque id dictum iam in prouerbio abiit.

Cuius meminit Festus Pompeius, illud adiens: Cū Ca-
millus Brennum insidijs circumuentum conderet, &
ille quereretur contra fœdus fieri, retorfit in eum suā
vocem, V & victis. Sic etenim Festus effert prouerbiū.
Vnde palam est, dolorem, non opprobrium in Plutar-
cho vertendum fuisse. Lapsus interpres aut lapsus est,
aut vsus est exemplari, in quo scriptum erat. pro ὁ δύνει
ὁ δύνει. Huc adlusisse videtur Plautinus Ballio: V & vi-
ctis, cum victis vel iniquis conditionibus parere co-
gitur. Et, ni fallimur, Vergilius in Mœride,

Nunc victi tristes, quoniam fors omnia versat,

Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus hædos.

Nonius Marcellus in dictione cestus, citat titulum Sa-
tyræ Varronianæ, V & victis.

Aquam bibens nihil boni parias.

Ἵδωρ δὲ πίνων χρυσὸν εἶδεν αἰ τίμης. id est,

Aquam bibens probum & vile paries nihil.

Huius auctorem ferunt Demetrium Halicarnassensem,
cuius sensus est, a poetis nihil praeclearum, aut posteri-
tate dignum, aut venustum proficisci, si biberint aquā,
hoc est, si pauperes fuerint, & tenui victu. Horatius,

Nulla placere diu, neque viuere carmina possunt,

Quæ scribuntur aqua potoribus.

Item Iuuenalis,

Quod si Vergilio puer, & tolerabile desit

Hospitalium, caderent omnes a crimibus hydri.

Surda nihil gemeret graue buccina. Idem,

-Satur est cum dicit Horatius, Obe-

Demetrii Halicarnassei distichon huiusmodi citatur
a Zenodoto, etiam si in epigrammatis refertur Nice-
rati titulo,

Οἷός τε χαρίεις, τί φῶς παχὺς ἵππος αἰδοῦν,

Ἵδωρ δὲ πίνων χρυσὸν εἶδεν αἰ τίμης.

Quāquā apud Athenienses secus refertur versus prior,

Οἷός τε χαρίεις, τί λαιμύγας ἵππος αἰδοῦν. id est,

Sane magnus equus lepido sunt vina poeta.

Idem

Iidem versus referuntur ab Athenæo, secundo Dipnosophistarum libro, ex epigrammate quodam, quod quidam scripserat in Cratinum, qui frequenter in comædiis taxatur ut vinosus. Quin & Horatius eloquentiam vino tribuit,

Fœcundi calices quem non fecere disertum?

Martialis,

Possim nil ego sobrius, bibenti

Succurrunt mihi quindecim poetæ.

Aristoteles libro De naturis animantium octavo, Psittacum loquaciorē fieri putat, si vinum biberit.

Digna canis pabulo.

Αἰὶς ἡ κύνων τὸ βροῦμα πῶς, id est, Digna canis pabulo. Ferme perinde valet ac si dicas, Dignus operarius mercede sua. Et Vix quisquam est tam inutilis minister, quin si non amplo salario, certe victu dignus esse videatur. Refertur a Suida. Quadrabit in hominem nō vsquequaq. reiciendum, atq. inutilem: aut in hominem assentatorem.

Canis digna sede.

Αἰὶς ἡ κύνων ἐξόνος, i. Canis digna sede. Cū nouus honos obigit cuiuspiam immerenti. Sumptum videtur a Meliteis canibus, quibus nonnullæ mulierculæ maiorem habent honorem quam ipsis maritis. Nisi maior referre ad Anubim Aegyptiorum deum. Porro constat, canibus a dominis tantum honoris habitum, ut defunctis etiā monumenta statuerint. Refertur a Diogeniano.

Si vinum postulet, pugnos illi dato.

Αὐτὶ γὰρ αἶτη, καὶ δόλον αὐτῷ δίδου. id est,

Si vina postulat ille, pugnos porrige.

Vbi pro bonis rebus expectatis, diuersi accipiuntur. Sumptus est hic senarius e tragœdia quapiam, de Cyclope & Viysse. Est autem notissima fabula, quem admodum apud Homerum Ulysses Polyphemo Cyclopi vinum petenti subinde porrigit, quo simul atq. iam temulentus sopitusq. iaceret, palo percussit oculum illi perterebrauit. Putant metaphoram a pueris dictam, qui petentes non petenda, nō nunquam colaphos recipiunt. Terentius in Phormione: Pugnos in ventremingere. Pugnos plagas ipsas vocat, itidem ut Greci καὶ δόλον. Adagium refertur a Suida.

Pro perca scorpion.

Αὐτὶ πέρχες σκορπίον, id est, Pro perca scorpion. Vbi quis optima captans, pessima capit. Nam perca piscis est uel maxime laudatus, cuius identidē meminit Athenæus, gulonum delicias recensens. Scorpion letalis est, quāquam est & piscis huius nominis, contempti saporis, de quo magis sentire videtur adagium. Simili figurā dixit Lycophron,

Ὁ δ' αὖτὶ πῖπτος σκορπίον λαμῶν πῖπτος. id est,

At scorpion ille glutuens pipus vice.

Est enim pipo auis genus.

Pro beneficentia Agamemnonem vlti sunt Achiui.

Αὐτὶ ὑπεργραῖος ἀγαμέμνων τῖσαι ἀχαιοί. id est,

Pro meritis male tractari Agamemnona Graij.

Quidam ad hunc efferunt modum:

Αὐτὶ ὑπεργραῖος ἀγαμέμνων δῶσαν ἀχαιοί. id est,

Pro benefactis uinxerunt Agamemnona Graij.

Dicebatur in ingratos, qui pro summo beneficio summum remetuntur maleficio. Agamemnon enim tot exhaustis laboribus in expugnanda Troia, pro dignitate Græciæ, domum reuersus, veste inexplicabili inuolutus, interfectus est a Clytemnestra, auxiliante Aegistho adultero. Annotatum est, hoc fere accidere viris de repub. bene meritis, ut pro benefactis pessimā gratiā tulerint a populo. Pindarus in Pythiis hymno quarto, φάρτι δὲ ἱμῶς τὸ το ἀγαπίων. καλὰ γινώσκοντ' ἀλλ' οὐκ ἔκτος ἔχον πίδα. id est, Aiunt autē hoc esse molestissimum, quī norit honesta necessitatē foris habere pedem: hoc est, non frui bonis, cum ipse bene meritus sit de alijs, sed pro benefactis male audire.

Cane Tellenis cantilenas.

Αἰὶς τὰ κἄλως, id est, Cane cantiones Tellenis. Quidam dici putant de dicacibus, mordacibusq.: quidam de inepte loquaculis. Nam Tellenem hunc, tibicinem quendam fuisse, poetam item carminum ineptissimorum. Alij tradunt, hunc iocos quosdam versibus lepidissimis descripsisse, non sine multo sale scommatum. Meminit huius Tellenis Diarchus Messenius apud Zenodotum. Item Plutarchus in Apophthegmatis.

Azanæa mala.

Αζανῆα κακὰ, id est, Azanæa mala. Dicitur solitum, ubi quis in re perdifficili & infrugifera plurimum sumeret laboris. Aut ubi res esset cuiuspiam cum homine difficili, moroso, intractabili, tenaci. Tradunt Azanæa regionē quampiam esse Arcadiæ, sterilem & culturæ inhabilem: in qua coloni multo sulore parum fructus referunt. Hac ferme traduntur a Græcarum paræmiarum collectoribus. Ceterū Stephanus de nominibus urbium, veluti fontem aperit nobis huius adagij. Siquidem is complures refert Azanias: unā quæ sit Arcadiæ pars: in hac fontem quempiam esse, cuius aquam qui gustaret, hunc vsque adeo a vino abhorreere, ut nec odorem ferat. Alteram Adsilie, tertiam Phrygiæ, cuius mentionem fecerit etiam Strabo libro Geographiæ 12. De hac Hermogenes, citante Stephano, huiusmodi quandā narrat fabulam. Cum illic frequentes essent villæ rusticorum, orta ob sterilitatem agrorum fames, collecti sã flores rem diuinam fecerunt, fertilitatem a dijs petentes. Ceterum cum dii non audirent illorum vota, perdu raretq. agrorum sterilitas, Euphorbus & pastoribus quidam nouum sacrificij genus excogitauit. Immolauit enim ἀσφύνην καὶ ἔφυ, quod Phrygium lingua sonat, vulpem & Echium. Hac hostia placatis dijs, agros feraces esse cœpisse, quod ubi finitimis pastoribus esset cognitum, Euphorbo sacerdotium & imperium detulerunt: post loci nomen commutatum est, proq. Azania ἱεραδῶνα vocatum, quod perinde sonat Phrygio sermone, quasi Græce dicas, ἱερὰ καὶ πῶνα, Latine, Echinouulpem. Huiusmodi ferme Stephanus, ex quibus coniectari licet, ex ea fabula natam paræmiā.

Capra nondum peperit, hædus autem

ludit in tectis.

Αἰὶς οὐ πῶ τίποτον, εἴ ποτε δ' αὖτὶ δόματα πάλιν. id est,

Nondum enixa capra, at iã ludit in tectis hædus.

Dd 2 Qui

Qui postrema perfecta iam aggrediuntur, prateritis
iis quæ præcessisse oportuit. Aut qui gloriatur iā adse-
cutos sese, cuius ne fundamenta quidem sunt iacta. Aut
qui rem agunt præpostere. Prius est enim peperisse,
quam ut hædus ludat in testis. Refertur a Zenodoto.

Reperit deus nocentem.

Εὑρεὶ εἶδες τὸν ἀλιτρὸν, i. Reperit deus nocentem. Cum tādē
vltio contingit improbis, quasi diuinitus immissa. Theocritus
in Idyllio decimo,

Εὑρεὶ εἶδες τὸν ἀλιτρὸν, ἔχοντα πέλαι ὡς ἐπέθυμεις. id est,
Inuenit deus impium, habes quæ olim cupiebas.

Theocriti Scholiastes indicat, prouerbum & alia for-
ma solitum efferrī, ὡς εἶδες αὐτὸν. Simile est Homeri-
cum illud Iliados Δ.

Εἰ πορ' ὅττι καὶ αὐτὶς ὀλύμπιος ἔκ' ἐπὶ λείαν, id est,
Ex te καὶ ὅττι πάλιν, σύν τε μέγαλ' ὅπερ τίσσας. id est,

Quæquam etenim non punit Iupiter ilico fontem,
At faciet tandem, & luerint sua crimina magno.

Huc pertinet illud Sophocleum,

-Ὅτ' αὖδ' ἰδὲ τίς ἐστιν
Βλαπτὴρ, δὴναι' αὖτ' ἔδν' ἐχέον φρυγῶν. id est,

Ubi quis deorum læserit,

Nemo qucat suffugere quamlibet potens.

Ad stipulatur autem senarius ille prouerbialis,

Οὐδ' δὲ πλεον' ἔχ' ὑπερπιδάβερες. id est,

Plagam deorum nullus hominum suffugit.

Pindarus item in Pythiis,

Οὐδὲ δ' καὶ πιδάβειν αὐτὸν κίχ'ι, καὶ ἐλασσάειν
παρὰ μείβετα.

Διελθὼν, καὶ ὑπὲρ φρόν' τιν' ἐκαμψὶ βροτῶν. id est,

Deus & alatum aquilam adsequitur, & marinum præ-
uertitur delphinum, & elatorum quempiam depreffit
mortalium.

Ad stipulatur huic sententiæ & in Olympiis,

Εἰ δ' εἴεν ἀλλ' τις ἐλπεύει τι λαέμβειν ἑδὼν, ἀμαρ-
τάν. Id est,

Quod si deum homo quispiam sperat falsum se,
cum agit aliquid, errat.

Ignauis semper serici sunt.

Q V I vacant otio, feriari dicuntur, & otiosi feriati, &
otium seria, quæ metaphora tamquam in prouerbum
recepta sunt. Theocritus in Bucolicis,

Αἰσχροῖς αὖτ' ἑορταί. id est,

Semper seria inertibus.

Nam serici etiam ethnici a prophanis negotiis abstine-
bant. Qui fugitant laborem, optant dies festos, quo li-
ceat otari, ueniriq. & voluptatibus indulgere. Siqui-
dem antiquitus in hoc dabantur agricolis feriati dies
aliquot, ut lusu reficerent lassitudinem. Admiscuerūt
autem religionem, quo moderatiores essent lusus, sed
ut ad prouerbum reuertamur, apte accommodabitur
in eos qui nunquam non causantur aliquid, quo sint in
otio, veluti quibus insuauis sunt litteræ, nunc excusant
valetudinem, nunc occupationes rei domesticæ: nō nū-
quam obstat rigor hyemis, alias æstatis feruor, inter-
dum autumnus periculosum celum. Demum auocat a li-
bris, veris amicitias, mox fugitura. Præstī negat esse
rē habendā cum libris, antequā cōcoxerit stomachus.
Impransis obstrepit fames, quo minus libeat. Luci di-
cunt ignauum esse, domi desiderare. Ceterum ad lucernā

vigilare, oculis inimicum. Si suppetit res domestica,
quorsum opus, inquit, litteris? Si deest, negat paupe-
re posse philosophari. Iuuenis negat, cui florē curis se-
nilibus absumentū. Prouentior ait, valetudini parcendū.

Catula dominas imitantes.

Τὰς δεσποινὰς αὐτὸν μιμνήσκου, i. Dominas imitantes ca-
tella. Vbi serui dominorum ferociam representant, aut
discipuli præceptoris respuunt arrogantiam, aut mini-
stri principum fastum. Breuiter quoties ὃ qui sub sunt,
eorum expriment mores, sub quorum imperio degunt.
Vnde & illud Iuuenalis,

Maxima quæq. domus seruis est plena superbis.

Videas autem & Melitæas, opulentarum mulierum
delicias, fastum, lasciuiam totamq. ferme morum ima-
ginem reddere. Vsurpatur hoc adagium a Platone, li-
bro de repub. octauo, Απὸ χυδῶς ὅττι αὐτὸν κύνες καὶ τὴν
παρρησίαν εἶναι πορ' αὐτὸν δέσπονται, γίνονται τε δὴ καὶ ἱπποὶ
καὶ ἄλλοι πορ' αὐτὸν ἐλευθεροῦν καὶ σιμῶντες εἰς οὐρανὸν πορεύονται κα-
τὰ τὰς ἐδδῶς ἐμβάλλοντες τὴν αὐτὴν ἀπαντήν τι, ἔχον μὴ ἐξί-
σταναι. i. Palā. n. tum catella, iuxta prouerbiū, tales qua-
les sunt dominæ. Tum & equi & asini tales redduntur,
qui ad suæ facti fuerint admodum libere, fastuosq. per-
uias ingredi: semper incurstantes in obuium nī cedat.

Tantali pœnæ.

Τὰν τάλαντι τιμωρίῳ, i. Tantali supplicia. De iis dicendum,
quibus adsunt quidem bona, verum his frui negatum
est. A fabula Tantali sumptum, quem poetæ fingunt,
apud inferos adsistere flumini sitiētē, quod si quādo
admonerit se potaturus, repente aquam labris conta-
ctam resugere. Tū capiti imminere arborē pomis onu-
ctam, sed eam subito porrigenti manum alio subducere
se, atq. ita miserum presente copia, inopia discernia-
ri. Id olim in diuites parcos & sordidos dici vulgo solē-
re, testis est Horatius in Sermonibus,

Tantalus a labris sitiens fugientia capat

Pocula. quid rides? mutato nomine de te

Fabula narratur. congestis undiq. saccis

Indormis inhians, & tamquam parcere sacris

Cogeris, aut pictis tamquam gaudere tabellis.

Idem in Odis,

Magnas inter opes inops.

Gregorius Nazianzenus in epistola ad Basilium elegā-
ter detorquet ad huius mundi delicias, quæ nunquam
explent animum, τὰν τάλαντι, inquit, τὴν καὶ κατὰ κριτοὺς
διδόντες ὅς ὕδασι, τὴν ἐλευθερίαν ἐκείνην καὶ ἀποδοῦναι
δυσία. i. Tantali & execrabiles sitientes in aquis,
miserandam illam & nihil alimonie conferentem Pan-
dæam. τὰν δαίσιον αὖτε Græci vocant cōuiuium ex
omni genere deliciarum apparatus.

Viro seni maxillæ baculus.

Ανδρὸς γερῆος αὐτὸν γὰρ ἔστιν ἡ κνήμη. id est,

Maxilla senibus scipionis est vice.

Dicit solitū de iis qui ob defectas ætate vires, lautiore
pariter & copiosiore victu coguntur uti, quo quod se-
necta deterit, ut cunq. farciat cibo. Manet & in hodie-
rū senile verbum. Ego me dentibus meis sustento. Est au-
tē velut enigmaticum, reliquos ingredi pedibus, se-
nes dentibus. Etenim quod decessit nativo corporis suc-
co,

eo, id cibi ac potus adminiculo sarcindum. Videmus illud enuenire vulgo, posteaquam desistit senes edacitas illa, vitæ finem imminere.

Ne verba pro farina.

Μὴ λόγους ἀλλ' ἀλάττω.

id est,

-Ne verba pro farinis.

Aduersus eos iaciebatur, qui beneficium verbis, non re dabant. Qui sere magnatum mos est, vti suos splendidis promissis alant. Bene autem admonet in Pandetis Pomponius iureconsultus, peculium re, non verbis augendum esse. Quadrabit item in eos, qui beneficium pollicitis rependunt. Aut qui consolantur oratione, cum auxilio sit opus. Vt ceteros quidquid ad victum pertineret, ἀλάττω vocabant. Apparet e comædia quampiam sumptum, est enim hemistichium carminis Iambici trimetri. De prouerbio Aristophanico, οὐδὲν πρὸς τῷ ἀλάττω, dictum est alias.

Ancoras tollere.

NONNULLAM prouerbij faciem habet, quod est apud M. Varro in opere De re rustica, capite extremo, Ancoras tollere, pro eo quod est, moliri discessum, quod genus & illud, Talaria necesse. Hæc sunt huius verba: Interea redit ad nos Pavo. Et si vultis, inquit, ancoras tollere, latis tabulis sortitio fit tribuum, hoc est, si vultis omnia disputatione hinc abire. Quamquam hic adluditur ad ambiguam tabularum significationem, quæ tum nauticæ sunt, tum forenses, quibus suffragia ferebantur. Huic simile Quintilianicum illud: Oram solvere. Nam ita plerique legunt.

Vino vendibili suspensa hedera nihil opus.

VINO vendibili suspensa hedera nihil opus, id est, Vera virtus non eget alienis præconiis. Aut res præclaræ per se placent, neque desiderant exoticam commendationem. Sumptum apparet a cauponum more, qui vinariis tabernis signum hederaceum solent prætere. Ita Plautus idem in Pænulo: Inuendibili merces oportet ultro emptorem adducere, proba merx facile emptorem reperit. Horatius,

-Vbi largius æquo

Laudat venales qui vult extrudere merces,

Canere ad myrtum.

Αδμὴν πρὸς μυρτίῳ, id est. Ad myrtum canere, prouerbio iubeatur imperitus litterarum & infaciundus, qui non posset apud eruditos loqui. Hinc sumpta metaphoræ, quod apud veteres mos esset, ut in conuiujs singuli suam cantionem canerent: quod si quis citharâ accipere recusasset, utpote musices ignarus, is per iocum accepto ramo laureo seu myrteo, cogebatur ad eum canere. Porro præcis hunc canendi fuisse morem testatur & Fabius, lib. Instit. 1. Vnde, inquit, etiâ ille mos, ut in conuiujs post cenam circumferretur lyra: cuius cum se imperitum Themistocles confessus esset, ut verbis Ciceronis utar, habitus est indoctior. Sed veterum quoque Romanorum epulis fides ac tibia adhibere moris fuit. Plutarchus primo Symposiakon libro scribit, olim fuisse morem, ut in conuiuio primum voce communi deum canerent παῖς ἰσότης, ut ait: deinde myr-

teum ramum unicuique tradi solere, quem ἄσπερον vocatum existimar, quod is qui eum acceperat, caneret. Post lyra circumlata, qui peritus artis fuisset, eâ accipiebat, canebatque. sonum chordarum ad uocem adtemperans. Recusantibus autem musices imperitiis, σχολιδὸν carmen dicebatur, quod non esset vulgare, neque cuius facile. Alij dicunt myrtum non solere ordine circumduci, sed a sponda ad spondam transferri, ut posteaquâ cecinisset is qui in prima sponda primus sedebat, ei traderet, qui in secundo lecto primus accumberet, hic rursum tertij lecti primo. Deinde rursum primi lecti secundus, secundo loco in secunda accumbenti sponda traderet, eumque ad modum per omnes iret. Hæc ferme Plutarchus.

Admeti nenia.

Αδμῆτος μέλος, id est, Admeti nenia. De tristi lugubriq. cantione. Accommodari poterit ad orationem querulam ac miserabilem. Accipitur enim cantilena genus, quod σχολιδὸν vocant, de quo multa Iulius Tollux. Dictum est autem obliquum, vel a tibiæ figuris, uel quod in conuiujs, quemadmodum modo diximus, obliquo ordine a lecto in lectum flecterentur canendi uices. Quidam huiusmodi cantiones faciles & illaboratas intelligunt: nimirum quales oportet esse, quæ inter pocula canuntur & ex tempore. Verum de iis, de quibus superiore prouerbio, qui uolet copiosius edoceri, legat Aristophanis interpretem, in eo quem mox indicabimus loco. Adagium ad huiusmodi fabulam referunt: Admetus rex fuit Thæcorum, cuius armenta paupere fingitur Apollo, mercede conductus, cum ex Olympo depulsus, humana specie exsularet apud mortales. Exiliij causam hanc adferunt: Aesculapius Apollinis filius Chirone præceptore medicam artem perdidicerat: deinde sanguine qui ex Gorgonis fluxerat uenis, a Pallade accepto, per hunc plurimos restituit sanitati. Porro sanguine qui e sinistris defluerat uenis, ad perniciem hominum utebatur, qui e dextris, ad salutem. Quin fabulis uulgatum est, illum etiam uita defunctos quosdam in uitâ reuocasse. Quare ne pro deo haberetur apud mortales, cum id uideretur præstare quod deorum est proprium, Iupiter illum fulmine percussit. Ob id indignatus Apollo, Cyclopes qui Ioni fulmen illud fuerant fabricati, peremit. Quam rem indigne ferens Iupiter, Apollinem destinabat e caelo ad inferos præcipitem dare, sed Latonæ interuentus, precesque mitioræ pœnam impetrarunt. Itaque caelo interdictum est, iussusque solum uertere, damnatus ut annum apud hominem mortalem mercede seruiret. Igitur ad Admetum profectus Apollo regis armenta sicuti dictum est, pascebat & ut erat artifex, effecit ut omnes uaccæ gemellos parerent. Cumque apud Admetum perquam humaniter esset habitus, ut patrono gratiam officii reserret, a parci impetravit, ut cum in illarum fufis Admeti fatalis dies uolueretur, liceret hac lege mortem effugere, si quem alium reperisset, qui uolens illius uice mortem oppetere uellet, sui capitis dispendio illius uitam redimere. Ergo cum adesset dies ille fatalis, neque quisquam inueniretur, qui mortis uicarius esse uellet, patre etiam ac matre recusantibus, una Alcestis uxor mariti uitam suam cariorem habuit. Qua defuncta stridula quædam & lugubres nenie decantabantur ad fidem apud

D d 3 Adme-

Admetum, donec mota Proserpina, remisit Alceſtidē. Aut, ut quidam dicunt, donec Hercules expugnato Orco, hanc ad ſuperos' reduxit. Meminit ὁ δὲ τὸ μέλινος ἔτ Euripides in Alceſtide.

Διὶ τοῖσι δ' ἂν μέλινος ἔτ. id est,

At cantiones duplices audire erat.

Notat etiam Aristophanes in *Vespis*,

Ἀδμετὸς κλέωνος λαβόμενος τὸ δέξιον
Ἀδμετὸς λέγων, ὡς τὰς μετὰ τὸν ἀρχαῖος φίλον
τοῦ γὰρ τὸ λείποντος κοιλίας; id est,

Canit Clconis apprehensa dextra

Verbum Admeti doctus, amice diligito probos,

Huic quid obliquum loqueris?

Miscet Iambicis anapaestica. Interpres citat hos versiculos ex fabula Ciconis.

Ὁ μὲν δὲν ἄδμετὸς λέγων πρὸς μὲν ἑνὶν,

Ὁ δ' αὖτὸν ἐν γὰρ ἔχον ἀρμαδὸς μέλος. id est,

Atq. is quidem canebat Admeti modos

Ad myrtum, ut alter adegit Harmodij melos

Ut caneret.

Congerit & alia quaedam non indigna cognitu, quæ licebit inde petere.

Bellum haudquaquam lacrymosum.

Ἀδμετὸς πόλεμος, id est, Bellum lacrymis carens, ubi victoria contigit citra cadem & sanguinem. Aut ubi quis e periculo quoque negotio sic extricauit sese, ut nullo suo malo disceſſerit: siue cum rixosi uerbis inter se digladiantur, nec est quidquam periculi, ne ueniatur ad manus, Aut ubi certamen agitur eiusmodi, ut neutri parti quidquam accadat incommodi, uelut in conflictatione litteraria, in qua uictus discedit eruditior, victor amicior. Natum aium e uetusto quodam oraculo Dondono, quo responsum Lacedæmoniis aduersus Arcadas pugnaturis: ἄδμετὸν πόλεμον ἰστέον, id est, Bellum sine lacrymis futurum. Deinde contigit se illis uictoriam nemine prorsus interfecto. Nos item incruentam uictoriam uocamus, cum nulla cæde contingit uictoria: & apud Græcos, ἀδμετὸν νικᾶν, id est, Citra sanguinem uincere. Plutarchus in commentario de fortuna Romanorum, ἀδμετὸν νικᾶν appellat eam quam Paullus Aemilius de Persa reportauit. Effertur prouerbium etiam ad hunc modum, ἀδμετὸν ἴσκει τρέπον, id est. Incruentum statuit trophæum. Celebratur inter Pittaci oracula illud quoque: δὲν τὰς νικᾶς ἀνθ' αἵματος ποιεῖται, Oportere uictorias citra sanguinem fieri. Auctor Laertius. Nec abhorret hinc illud quod in Græcorum cōmentariis reperitur: πόλεμος τις ἀσίδερος ἀδμετὸν ἰστέον κελίηται. id est, Bellum quoddam absque ferro motum est in Græcia. Significat autem bellum, quod oratione, non armis peragitur. Atq. hæc tū magis erunt prouerbialia, si longius transferantur: ut puta, ad litem forensem, contentionem, aut aliud id genus certamen.

Flet uictus, uictor interiit.

Κλάει ὁ νικητὴς, ὁ δὲ νικῶν ἀπὸ λύπης, id est,

Qui uicit, perit, plorant qui succubere.

Quoties utraq. pars magno suo malo discedit: ita ut plerunq. in bellis solet accidere. Item in litibus forensibus, in contentionibus. Nam Hesiodus duas facit Eridas, quarum altera pestifera sit mortalibus, altera

frugifera. In priore certaminis aggere qui uicerit, discedit improbius, uictus sit infelicius. In posteriore qui superior euaserit, discedit clarior: qui superatus fuerit, discedit seipso melior. Tradunt hoc natum a Sibyllæ Erythrææ uaticinio, quod edidit de pugna apud Cheroneam commissa. Nam illic Athenienses cum Thebanis uicti perierunt: Philippus victor protinus a Pausania sublatus est. Meminit huius Georgius Gemistus in Hellanicis. Quæquā idē olim usu uenit Troianis & Græcis, post insanissimā bellū, pro mala muliercula tot annos gestū. Nā Troia funditus euerſa est, Græci uictores aut in reditu perierūt, aut domi reperere perniciē.

Timidi numquam statuerunt trophæum.

Ἀλλ' οἱ τῷ ἀδμετὸν τὸν ἀνδρῆς, οὐ πᾶσι

τρέπον ἰστέον, id est,

At enim trophæum nobile haud umquam uiri

Statuere pauidi.

Suidas ex Eupolide citat. Vsurpatur a Platone in Critia: Ἀλλ' οἱ τῷ ἀδμετὸν τὸν ἀνδρῆς οὐ πᾶσι τρέπον ἰστέον. Apte dicitur in eos, qui per animi socordiam inertia, nihil egregium, nihil arduum audent aggredi: aut qui periculi metu a magnis abstinent negotiis, cū insignis gloria non nisi magnis periculis contingat. Neq. triumphum egit quisquam qui non sit ausus Martis euentū exſperiri. Profertur & illud in timidios e Sophocle: πάντες τῷ τοῖ τοῖ τρέπον ἰστέον. id est, Formidoloso strepunt omnia.

Vna cum ipsis manipulis.

Ἀντὶς ἀμύλας, id est, Cū ipsis manipulis. Cū omnia funditus pereunt, hoc est, cum ne gliana quidem sit reliquum. Prouerbium a rusticis natum uidetur. Referatur a Suida.

Ne Aesopum quidem triuisti.

Ὁ δὲ τὸν ἁίσωπον πετέτηκας, id est, Ne Aesopum quidem triuisti. De uehementer stupidis & imperitis. Referatur a Suida. Extat autem apud Aristophanem in *Auibis*:

Ἀμύλας τῷ ἴφους, καὶ πολὺ πρὸς γῶν.

Ὁ δ' αἰσώπον πετέτηκας. id est,

Indoctus enim es, neq. sat solers,

Neq. triuisti saltem Aesopum.

Nam antiquitus Aesopi fabellas etiam vulgus idiotarum tenebat. Has igitur qui non legisset, nihil scire uidebatur. Erat autem natione Phryx, seruus Xanthi, liber factus est ab Idmone cæco. Plato comædiarum scriptor, fingit illum reuixisse. Ab hoc omnes fabellæ in quibus inducuntur animalia bruta, αἰσώπων ποιντοῖ dicuntur, quemadmodum in quibus homines, Sybaritica, siue Sybaritides diminutiue.

Vulpes bouem agit.

Ἀλάτῃ τὸν βοῦν ἐλάων, id est, Vulpes bouem ducit. Cum res absurde geritur. Nihil enim uulpi cum agricultura: uelut si quis poeta de rebus sacris concionetur, aut leno tractet rempublicam. Licebit & ad eum torquere, qui non ex animo, sed alio spectans, fingit sese quippiam uelle facere. Extat & hoc apud Suidam.

Non

Non inest remedium aduersus fycophantæ morsum.

Αλλ' ἐκ τίνος σικοφαντὸς δόγματες, id est,

Aduersus iclum fycophantæ non inest.

Subaudiendum τάρματον, id est, remedium, dictum est in calumniata, cuius morsus non solum perniciosissimus est, verum etiam inevitabilis, quod clancularius plerumque. Olim remedia quædam anulis inesse creditum est: veluti aduersus serpentium morsus, aut morbum aliquem, aut fascinationem. Est apud Aristophanem in Pluto, apud quem iactanti anulum magicum, in quo remedium esset aduersus omne malorum genus, respondetur,

Αλλ' ὅκ τίνος σικοφαντὸς δόγματες

Quod imitatus videtur apud Athenæum libro 3. Aristophanes.

-Εὐαὶ δ' ἄρα

Στρέφει πόδ' τὴν γαστῆρ', ἢ τὸν ἔμφυλον,

Περὰ φρεσίν τοι δακτύλιος ἐστὶ μοι δραχμῆς. id est,

Quod si mihi alium torserit,

Aut umbilicum, est anulus drachma mihi

A Phertato emptus.

Indoctor Philonide.

Απαυδῶτος φιλονίδος, id est, Indoctor Philonide. Hic Melitensis erat prægrandi corpore, ceterum insulsus & indoctus. Notatur aliquoties apud Aristophanem, ut mulierosus, & in parasitos profusus.

Apage hospitem in tempestate.

Απαγε εἶνον ἐν χειμῶνι, id est, Apage hospitem in tempestate. Dici solitum ubi quis importunius adueniret. Nam molestiam adferunt hospites, si quando in rebus aduersis & afflictis superueniant. Quando familiares magis adesse conuenit agrimoniam lenitores. Si peregrini superueniant, ad calamitatis molestiam accedit pudor, interdum maxima malorum pars. Recte accommodabitur, si quando petitur quippiam a principe negotiis parum latis occupato. Admonet idem adagium, ne quis externus domesticis aliorum malis admisceat sese. Simile quiddam dixit Euripides in Alceste:

-Αρατὸν εἶνον

Στυγὶ δὲ δικαίως, ἐν κακοῖς ἀγρυμνών, id est,

An non mihi iure optimo

Inuisus hospes, qui in malis aduenerit?

Verba serui ad Herculem aduenientem, domo Admetiam occupata luctu. Rursus in eadem fabula,

Λυπημένοις ὀχληρὸς ἢ μολοῖ εἶνος. id est,

Molestus hospes tristibus si aduenerit.

Dentem dente rodere.

DENTEM dente rodere dicitur, qui carpit eum qui neque ladi queat, neque sentiat. Aut qui mordet pari mordacitate præditum quempiam. Martialis lib. 13. in obrefratorem quendam:

-Quid dente dente iuuabit.

Rodere? carne opus est, si satum esse velis.

Simile illi, noli verberare lapidem.

Iouem lapidem iurare.

IOUEM lapidem iurare, dicuntur qui sancte, & religiose deierant. M. Tullius Epistolarum familiarium 7. ad Trebatium: Quomodo autem tibi placebit, Iouem lapidem iurare, cum scias iratum esse Iouem nemini posse? Sumptum a prisco feriendi fœderis ritu, quod a patre patrato manu tenente lapidem conceptis verbis peragebatur. Quemadmodum describit T. Lilius, & Macrobius. Vtebantur & Arabes lapide in feriendis fœderibus, quemadmodum refert Herodotus in tertio. Adagium varie poterit usurpari. Ego tibi super hac re non dubitem, vel Iouem lapidem iurare. id est, quantumvis sancte. Huic iniurato fidem habere malim, quam tibi Iouem lapidem, ut aiunt iuranti. Iouem lapidem iurabat, nihil istiusmodi cogitatum fuisse, id est, magnopere asseuerabat. A. Gellius in Noctibus usurpauit ad hunc modum: Iouem lapidem, inquit, quod sanctissimum iusiurandum est habitum, paratus sum ego iurare, Vergilium hoc numquam scripsisse. Apuleius in sermone De deo Socratis; Quid igitur iurabo per Iouem lapidem Romano vetustissimo ritu? Veteres per caput illius quem carissimum habebant iurabant, Romani per genium principis, Socrates per canem & anserem, Zeno Citienensis per capparim, plerique per brassicam, καὶ μὲν τὴν καμίσιν, quod multis exemplis e veterum poematibus repetitis docet Athenæus libro nono, eo quod huic diuinatoria quadam vis insit, eoq. & sacram habitam tradit.

Cimmeriæ tenebræ.

MVL TAM obscuritatem, aut animi caliginem Cimmerias tenebras appellant. Lactantius Institutionum diuinarum lib. 4. O cæcum pectus, o mentem Cimmerius, ut aiunt, tenebris atrior. Et hunc velut amulatus diuus Hieron. ut Lactantianæ admirator eloquētiæ, Rogo, inquit, quæ tanta est cecitas, & Cimmeriis, sicut aiunt, tenebris inuoluta? Natum adagium a Cimmeriæ regionis prodigiosa obscuritate. De qua Strabo lib. Geographiæ primo, scribit in hunc modum. Καὶ μὲν καὶ τὴν κimmerικὴν βοσπορον οἶδε, τὰς κimmeriζες αἰδοῖς, ἔδωκε τὸ μὴ ὄνομα τῇ κimmeriαν αἰδοῖς, αὐτὰς δ' ἀγνοῶν οἶκατ' αὐτὴν μικρὸν πρὸ αὐτῆς μέχρις ἰωνίας ἐπέδραμον τὴν γλῶσσαν ἐκ βοσπορὸς πᾶσιν, ἀνιπτεται γὰρ καὶ τὸ κλίμα τὸ χόρτος αὐτῶν ἐφ' ὁδὸς, καὶ φασιν, Ἡὲ καὶ νυφίαν κεκαλυμμένοι, ἔδ' αὖτ' αὐτὰς. Ἡὲ καὶ φασὶν ἐπὶ ἀμπέτα.

Αλλ' ὡς νύξ ἀλατίζεται. id est

Quin Bosphorum quoque Cimmerium cognouit, ut quæ Cimmerios non ignorauit. Neque enim videlicet cum Cimmeriorum nomen cognitum habuerit, ipsos ignorauit qui temporibus illius, vel paullo ante illius ætatem a Bosphoro ad Ioniam usque terram omnem percurserint. Itaque quo nam in climate sita sit illorum regio, velut innuit, cum eam caliginosam facit, & ut ipsius utamur verbis, umbris ac nebulis tectâ, siquidē

-Igneus illos

Haud umquam irradiat Phœbus, nox atra sed illis Inruit assidue.

Porro locus quem Strabo citauit, quamquam verbis aliquot diuarians a poeta, est apud Homerum Odyssæa 11.

Ἡ δ' ἐς πύργον ἵκασι βαθυρροὺς οὐκ ἀνείδοντες.
 Εὐδα δὲ κιμμερίων ἀστρον δὴ μὲν πάλαι τι
 Ἡίρι καὶ νεφέλη κεκαλυμμένοι, οὐδὲ ποτ' αὐτὰς
 Ἡλίου φάειν ἐπιδερκίτω ἀκτίνων,
 Οὐδ' ὅποτ' αὖ σείχουσι πρὸς οὐρανὸν ἀστὲς εἶναι,
 Οὐδ' ὅτ' αὖ αὖ πάλιν αὖ πάλιν οὐρανὸν ἀστρον ἀπὸ πύργου,
 Ἀλλ' ὡς νύχθ' ἴδωσι τὰς ἀστροὺς βροτοῖσι. id est,
 Ast ille Oceani peruenit summa profundum.
 Illic sunt populiq. & mania Cimmeriorum,
 Nubibus & caeca affluet caligine tecta.
 Illos haud umquam radijs sol aspicit ardens,
 Nec quando astriferum curru petit arduus axem,
 Nec rursim ad terras magno deucelus olympo,
 Sed nox incumbit miseris mortalibus atra.

Cimmeriorum mentionem facit etiam M. Tullius, libro Academicarum quaestionum 4. Et Cimmerius quidem, quibus aspectum solis, siue deus aliquis, siue natura ademerat, siue eius loci quem incolebant situs, ignes tamen aderant, quorum illis uti lumine licebat. Isti autem, quos tu probas, & cetera. Et in hac regione Naso poeta Somno deo regiam edificauit, libro Transformationum undecimo.

Est prope Cimmerios longo spelunca recessu,
 Mons cauius, ignaui domus & penetralia Somni,
 Quo nunquam radijs Oriens, mediusque, cadensque,
 Phæbus adire potest; nebulae caligine mixtae
 Exhalantur humo, dubiaque crepuscula lucis.
 Apud Graecos constanter per duplex in scriptum inuenitur, tametsi refragatur etymologia, quam adfert Eustathius, autumans κιμμερίους dictos, quasi ἐν τῷ ἀίρι κινεῖν. Sed vero propius est, κιμμερίους vocatos, quasi χιμμερίους, quamquam hic quoque simplex.

Frustra Herculi.

Εἰς τὴν ἑρκαλῶν. Frustra Herculi, subaudi calumniam struxeris. De his dici consuevit, qui sic omnia sua negotia gerunt, ut nemo queat aut audeat calumniari. Nam Herculi mos erat res alienas vi abducere, non dolo. Conueniet aut in vehementer laudatum, probatumque, aut in praepotentem, quem insimulare tutum non sit. M. Cato censorius plus quadragies in ius vocatus fuisse memoratur, semper iudicium absolutus sententiis. Hunc Caesar in Anticatoibus insimulauit auaritia. Id Plutarchus perinde scribit esse, quasi si quis Herculem insimulet ignauia. Nihil enim minus in Herculem quadrat, quam hoc criminis. Sunt qui putent congruere, cum aliquis omnia facit impune, nec a quoquam accusatur. Quemadmodum Hercules impune res alienas consuevit abigere.

Ne in neruum erumpat.

TERENTIUS in Phormione. Verum hoc saepe Phormio vercor, ne ista fortitudo in neruum erumpat denique. Quae drat in temerariam inconsideratamque, audaciam, quae plerumque infelix esse solet, & in maximum malum aliquando adducere. Donatus interpres a sagittariis sumptam metaphoram existimat: qui dum neruum arcualem adducunt immodice, rumpunt nonnumquam, idque non sine suo periculo.

Adrastra Nemesis Rhamnusia

Nemesis.

Ἀδράστια νημεσις, id est, Adastria nemesis, subaudiendum,

adeft, aut aderit, aut eiusmodi quippiam. Licebit uti vel in eos quibus ob insolentiam arrogantiamque fortis nae commutatione minamur, vel quia a rebus florentibus ad calamitosam fortunam redacti sunt. Hanc quidam Nemesis deam esse putant, insolentiae, & arrogantiae vindicem, quaeque spes immoderatas, & vetet, & puniat, ad quae dicta ἄπο τοῦ ἀδράστια μορὶς καὶ δραστία, quod nemo nocens meritam poenam usquam effugerit: etiam si quando serius assequitur. Lucianus in meretriciis dialogis, Εἰ τις τις ἢ ἀδράστια, καὶ τὰ τοιαῦτα ἔρα. id est, Est dea quaequam Adrastra, videtque ista. Euripides in Rheso.

Ἀδράστια μὴ αὖ δὲ πᾶσι,

Εἰς τοὺς συμμάχους ἔειπεν.

id est,

Adrastra Iouis filia, arceas dictorum inuidiam. Idem in eadem fabula.

Σὺν δ' ἀδράστια λέγον.

id est,

Volente vero dixerim hoc Adastria.

Idem testantur etiam Epigrammata.

Ἡ νημεσις προλέγει τὴν πύργον τὴν χαλινῶν,

Μὴτ' ἀμείνεται ποιεῖν, μὴτ' ἀχάλιναι λέγει.

id est

Innuat hoc Nemesis cubito frangoque, gerendis

Sit modus in rebus, dictaque frangum habeant.

Item aliud,

Ἡ νημεσις πύργον κατὰ τὴν οὐρανὸν λέγει.

Ἐστὶν ἀπαργίᾳ, μὴδὲν ὑπὲρ τὴν μέτρον.

id est,

Contineo Nemesis cubitum. Quae causa requires?

Nam cunctis iubeo rebus adesse modum.

Strabo lib. Geographiae 13. Adrastriam dictam tradit non ab ausugiendo, sed ab Adrastra rege, qui primus huic templum constituerit, idque Antimachi poetae verbis confirmat,

Εἰς δὲ τὴν νημεσις μέγα λη εἶς, ἢ τὰδε πάντα

Ἐξ ἐκ μακρὰν ἑλᾶσθαι, βόμην δὲ οἱ εἰσάτο πρῶτος

Ἀδράστιας ποταμοῦ περὶ τὸν αἰὲν αἰὲν ποταμόν.

Εὐδα τὴν τιμὴν αὐτῇ καὶ ἀδράστια καλεῖται.

id est,

Ist quedam Nemesis dea magna, cui omnia quadam haec

Sunt data sorte deum. Ast huic primus condidit aram

Adrastrus iuxta Aesopi sacra fluenta.

Atque inibi coliturque tenetur. Adrastra nomen.

Huius oppidi meminit Plinius libro 5. capite 32. his verbis, Parium colonia, quam Homerus Adrastriam appellauit. Adrastra dea mentionem facit & Plato in Phaedro. Ammianus libro 14. Haec & huiusmodi innumerabilia vitrix facinorum impiorum, bonorumque, praeiatrix aliquando operatur Adrastra, atque vincta semper, quam vocabulo duplici etiam Nemesis appellamus, Hanc aiunt ex opinione veterum lunae superpositam, generali potentia praesidere satis, omnia terrena despectantem, ut reginam & arbitram rerum omnium, quae praecipue fastui insensa, nunc erectas mentium ceruices opprimit, & enervat, nunc bonos ab imo suscitans ad bene viuendum extollit. Huic antiquitas addidit pennas, celeritatis symbolum; dedit gubernaculum & rotam, significans illam per omnia discurrentem singula moderari. Idem libro 22. Ideo intollerabilem, humanorum scelerum Adrastra, autem quod dicitur uelles, mones, ut castigatus uiueres, & c. Zenodotus originem adagionis ad huiusmodi fabulam refert, quae quidem non admodum sane lubenter adscribimus tamen, neque de eadem quidam hac fraudasse videamur. Etocles & Polyphides post interitum Oedipi patris

negligere. Siquidem huiusmodi plus solent efficere quā loqui. Auctor Diogenianus.

Rus ciuitas.

Ἀγέρας πόλις, id est, Rus ciuitas. Vbi quis in vrbe neglectis legibus, vi proq. sua libidine rem gerit. In ciuitatibus enim legibus ex æquo viuunt, in agris licentius agitur, Epicharmus apud Diogenianum, Ἀγέρας τὴν πόλιν πυνθεῖς, id est, E ciuitate rus facis. Quadrabit etiam in ciuitatem in qua legum non magnus habetur respectus. Huc adlusit Seneca in ludicro libello, quem lusit in Claudium imperatorem. Vos mera mapalia fecistis, volo seruetis disciplinam curiæ.

Cicernus Bacchus.

Εἰς βίβληος δίνουσις, id est, Cicernus Bacchus. De re vehementer contempta. Sumptum adagium a potu ex leguminibus confecto, qui vinum imitatur. Veteres autem diuersis rationibus vinum effungebant, quarum nonnullas commemorat Plinius libro 14. cap. 16. Idem libro 22. cap. 25. meminit de Zyto Aegyptiorum, Celia Hispanorum, Ceruisia Gallorum. Erat id potus genus ex leguminibus coctum, quod inopia vini reperiū est in his regionibus, quæ vitem non ferunt. Hinc natiūm videri potest, & illud quod alibi retulimus adagium, ὃ δ' ἐν πρὸς δίνουσις, id est, Nihil ad Bacchum, ut id dixerit quisquam gustata ceruisia. Porro contemptā fastiditamq. fuisse ceruisiam ijs, qui eatenus assueverant vino, vel Epigramma testatur, quod Iuliano imperatori tribuunt. Id est huiusmodi,

Τίς πὸ βίβλης δίνουσις; μὴ δ' ἄλκιβια βαλχων

Ὅσοι ἐπὶ γυνόσκω, τὸ δὲ οὐδὲ μόνον.

Κείνος νικτάρει ὁ δὲ δὲ σὶ τὸ τρέχον. ἢ ῥ' αὖτε κελτοῖ

Τὸ πινὴν βότερ' ἂν τὸ εἶναι ἂν ἄρα χυλόν.

Τὸ σὶ χερὶ καλὴν, δὴ μὴ τρεῖς, δ' δίνουσις,

Πυρρὸν μὲν, καὶ βρόμον, δ' βρόμιον.

Bacche quis? unde venis? verū tibi dicero Bacchū

Te haud noui, tantum est cognitus ille Iouis.

Is necesse reddelet, hircum tu dic age num te

Es picias finxit Gallia vitis inops?

Non igitur Bacchum te dixero, sed Cerealem,

Et frumētigenam, nec Bromiū, immo Bromum.

Est autem Bromos hordei genus quoddam: sed a Theophrasto lib. De plantis octauo, inter ea ponitur quæ pene syluestria sunt & immitia. Plinius potissimum vsum eius generis putat, quod illius spuma cutem seminarum in facie nutrit. Nam quod ad potum ipsum attingit, inquit, præstat ad vini transire mentionem.

Ne quære mollia, ne tibi contingant dura.

Μὴ τὰ μαλακὰ μὴ τὰ σκληρὰ ἐχῃς, id est, Ne quære mollia, ne dura feras. Refertur a Phurnuto in opere de natura deorum, capite de Musis, et ita refertur, tāquam vulgo iactatum. Congruit in eos qui dum nimis improbe ac morose petunt, quæ volūt, offensis ijs a quibus petūt, accipiūt ea quæ nolūt. Aut in eos qui dum præter modum captant voluptatē, incidunt in molestiam.

Ne Exceffides quidem viam inuenerit.

Ὅσοι ἐξ ἑκκεσίδος ἀνύουσι τὴν ὁδὸν ὁδὸν, id est, Ne Exceffides quidem rectam viam inuenerit. De negotia

perplexo atq. inexplicabili. Exceffides quidam vulgo male audit, quod immodicus esset in peregrinationibus, ut omnes vias quam maxime cognitas haberet. Idem taxatur ab Aristophane in Anubus.

Εἰ δ' ἔλαος ἐστὶ καὶ καὶ, ὅπως ἐξ ἑκκεσίδος, id est,

Quod si seruus est & Car quēadmodū Exceffides. Rursum in eiusdem fabulæ initio.

Ὅσοι καὶ μὴ δὲ καὶ ἐν τῇ ἐξ ἑκκεσίδος, id est,

Non per Iouem hinc vel ipse viam Exceffides. Subaudiendum, inuenerit. Vnde dici carū de his qui tota aberrassent: via, aut qui difficili inexplicabiliq. negotio distringerentur.

Hermonium officium.

Ἐρμωνίος χάρις, id est, Hermonium beneficium. Quoties aliquis studet officij causam videri facere, quod alioqui coactus facit, non quo commodet cuiquam, sed quod non liceat secus agere. Hanc parueniam ad huiusmodi referunt fabulam: Gens quādam Pelasgica, quæ Lemnum incolebat, nauibus transiit in Bæbronem, vel, ut Herodotus, Brauronem Atticæ regionem, atq. ex ea mulieres raptas abduxerunt. Post vbi pestilentia laborarent, oraculo iussu sunt Atheniensibus satisfacere. atq. ita futurum, ut pestilentia liberarentur. Athenienses rogati quo pacto placari vellent, denuntiaverunt: ut Lemno decederent. Hanc conditionem cum audissent Pelasgi, per iocum responderūt id facturos sese, si quis Borea vento vnus diei nauigatione domo profectus Lemnum transmitteret. Euenit deinde ut cum Darius in Thracia agens, omnia vndiq. subigeret, Miltiades dux Atheniensium e Cherroneso soluens, Lemnum aggrediretur, Pelasgis denuntians se Borea vnusq. diei cursu adesse domo profectum, nam Cherronesum tenebat, atq. illic habitabat. Itaq. Hermon Pelasgorum princeps Lemno cessit. Idq. cum Darij metu compulsus faceret, ad simulabat tamen se volentem cedere, quo gratum faceret Atheniensibus. Huiusmodi sermone cōperimus in Græcarū collectaneis. Aemilius Probus in Miltiade aliquanto diuersius rem narrat. Cum Athenienses decreuissent coloniā mittere in Chersonesum, quæ tum a Thracibus tenebatur, consultus Apollo quem si bi ducem sumerent ad expellendos Thraces, iussit ut Miltiadem adsciscerent. Is Lemnū aggressus, postulauit, ut se sponte dederent Atheniensibus. Lemnii per iocum responderunt, se id tum facturos, cum ille domo nauibus proficiscens vento Aquilone venisset Lemnū. Nam hic ventus aduersus est Athenis proficiscētibus Lemnum Miltiades ne illic tempus tereret, Chersonesum profectus est. Ea capta, rebusq. illic ex animi sententia ordinatis, rediit Lemnum & ex pacto postulauit insulam. Nam se vento Borea domo profectum venisse; quod in Chersoneso domum habebat, decreuerat enim illic manere. Itaq. qui Lemnum tenebāt, cessere metu. Simplicius quidam Pamphilus ille Terentianus, negās liberī hominis officium esse, cum nihil mereatur, postulare id sibi gratiæ apponi.

Ex arena funiculum neētis.

Ἐξ ἀμμοχονίου πλίκης, id est, Ex arena funem neētis. In stulte frustra q. conantem quippiam dicebatur: aut vbi quis ea connectere laboret, quæ nequaquam cohereāt Appo-

Apposite dicetur in orationem, aut syllogismum male coherentem. Ut ad fine sit illis, Arena sine calce, & Dissolutio scope. In hanc fere sententiā usurpauit Irenæus lib. 1. Plurimi faciunt qui colligunt Homero centones. In summa quadrabit in quiduis ἀδ' ἄντων καὶ ἀποπῶν, ut pertineat, & ad illam formam, Laterem lauas & Aethiopem dealbas.

Halcedonia sunt apud forum.

QVOD dixit in Cassina Plantus, Halcedonia sunt circa forum, prouerbij speciem gerit. Significatur hac voce tranquillitas, & silentium. Idem in Pænulo, Nisi mihi illam tam tranquillam facis, quam mare est olim, cum ibi halcedo pullos educat suos. Extat etiam in Græcorum commentarijs huiusmodi prouerbium, ἀλκυονίδας ἡμερας ἀγας, id est. Halcyonios agis dies, de tranquillâ & otiosam agentibus vitam. Aristophanes in Auib⁹, ἀλκυονίδας τ' ἡμερας ἀγας, id est.

Atq. halcyonios duxit adsidue dies.

Ab aue quadam marina ductum adagium, quæ Græcis Halcyon dicitur, Latinis Halcedo, ut auctor est M. Varro libro De lingua Latina tertio, ne quis Plautinū verbum deprauatum esse putet. Fabula de Ceyce, & Halcyone est apud Ouidium. De aue sic refert Plinius lib. 10. cap. 32. Halcyon paullo amplior est passere, colore cyaneo ex parte maiore, tantum purpureis & candidis admixtis pennis, collo gracili & proccro. Ea significat bruma, qui dies Halcyonides vocantur. Neque apparent nisi mari tranquillo maxime Siculo. Faciunt autem septem ante brumam diebus nidos, & totidem sequentibus pariunt. Hi dies & nautis sunt noti. Nam in his tempestatem non metuunt. Nidificant autem medio in mari. Nidi pilæ figura, paulū eminenti, ore perquam angusto, grandium spongiarum similitudine, ex spinis aculeatis compacti, tanta duricie, ut ferro incidi nequeant. Franguntur illu valido, ut spuma arida maris. Haftenus Plinius. Lucianus de tranquillitate Halcyonidum dierum testatur in dialogo, cui titulus ἀλκυονίδων. Vergilius inter prognostica futura tempestatibus hoc quoq. refert.

Non tepidum ad solem pennas in litore pandunt.

Dilectæ Thetidi Halcyones.

Meminit harum & Theocritus Idyllio septimo:

Χ' ἀλκυόνες σὸρῶντι τὰ κύματα, τὰν τι βάλασαν,
τὸν τι νότον, τὸν τι ὄρον, ὅς ἐστι φουκία κινῶ,
ἀλκυόνες γὰρ καὶ νηρηίδες τὰν μάλισα
ὀρεῖσιν ἐφίλαβιν, ὅσας τι πρὶ ἐξ ἄλως ἄγας. id est,
Halcyonesq. undas sternunt, pelagusq. notumq.
Atq. eorum extremam motantem flatibus algam,
Halcyones quas inter aues Nereides omnes
Vnice amant glauca, quacumq. ex aequore pastum
Venantur.

Empedoclis similtas.

Εμπεδοκλῆς ἐχθρὰ, id est, Empedoclis similtas, dicebatur pertinax & irreconciliabilis. Empedoclem enim aiunt iis fuisse moribus, ut adsidue similtatem cum aliis susciperet, eaq. pertinacissime exercebat. Quadrabit etiam, ubi quis leui de causa ex amico fit inimicus: Refertur a Diogeniano. Suidas ex Lysia citat hæc verba, ὁ μὲν δ' ἐχθρὸς τοῖς ἀντιφίλοις σωμαρμόδιος, ὥςτις μὴδ' αὖ τῶν ἐμπεδοκλῆος ἐχθρὰς ἐμπέδων ἡμῖν γινώσκει. i.

Ego sane putabam nos eiusmodi necessitudine copulatos esse, ut ne Empedoclis quidem similtas nobis possit obstare. Referendum ad illud quod alio dictum est loco, Odium Vatiniarum, & Odium nouercae.

Pluris est oculatus testis vnus, quam auriti decem.

PLAVTVS in Truculento, Pluris est oculatus testis vnus, quam auriti decem, hoc est, Longe maior est habenda fides referentibus ea quæ viderint oculis, quam ijs qui narrant ab alijs audita. Idē innuunt poetæ, duas apud inferos insomniorum fingentes portas, alteram eburnam, per quam falsa insomnia veniant ad superos, alteram corneam, per quam vera. Vergilius Aeneidos sexto Homericum imitatus ex Odissæa.

Sunt gemina somni portæ, quarum altera fertur Cornea, qua veris facilis datur exitus umbris,
Altera candenti perfecta nitens elephanto,
Sed falsa ad cælum hac mittunt insomnia manes;
His ubi tum natum Anchises, unaq. Sibyllam
Profuitur dictis, portaq. emittit eburna,

Seruius interpretatur per corneam portam, oculos intelligendos, quod colore sint corneo: per eburneam dentes, nimirum offeas & candidos. Per corneam egredi veras umbras, quod ea demum certa sint quæ conspiciuntur oculis. Per eburnam falsas, quod vana plerumq. soleant esse quæ fama percipiuntur. Itaq. Aeneas per eburnam portam demissus, significat pro falsis habenda, quacumq. de inferis narrarit poeta. Adagij meminit, & Apuleius lib. 1. Floridorum, narrans quemadmodum Socrates prouerbium inuerterit: Pluris est auritus testis, quam oculati decem. Nam cum conspexisset adolescentem decorum, sed diutine tacentem: Ut te videam, inquit, aliquid eloquere. Sensit itaque Socrates aurium iudicium certius esse quam oculorum, quod oculis non nisi corporis formam contueamur, ex oratione mentis habitum deprehendamus. Iustinianus Institutionum lib. 3. de gradibus cognitionum, oculatam fidem appellat, cum res subiicitur oculis. Vnde de cecam diem appellant, cum non protinus exhibetur pactum: oculatam, cum præsentē pecunia res agitur.

Vulpi esurienti somnus obrepat.

Πενήσομαι ἐλὼ περὶ ὕπνου ἐπὶ χεῖται, id est, Esurienti vulpi somnus obrepat. Vbi quis inopia cibi dormit. Nā non nullis pauperibus somnus loco pastus, testante versiculo illo prouerbij instar celebrato,

Ὑπνὸς δ' ἐπείνοισι τῶν κακίχων δαίμων. id est,
Somnus domat famem malorum pessimam.

Pauperem autem vulpē appellat, quod callida sit inopia, & multarum repertrix artium, iuxta illud quod alibi retulimus, ποταμὸς τῶν σοφῶν ἐλκχι, id est, Paupertas sapientiam sortita est. Neq. perperam dicetur, & in illos qui dissimulant, conuiuentq. ad quædam, ut per occasionem aliquid commodi ferant. Siquidem vulpes urgēte fame somnum adsimulat, ut adlectas aues capiat, deuoretque. Fit autem hoc physica quadam ratione, ut famem ac sitim extinguat somnus. Adagium recensuit Diogenianus.

Ad deorum aures peruenit.

Εἰς οὐρανὸν ὄντα ἄλσος, id est, Ad Deorum aures peruenit. Vbi facinus

facinus aliquod clanculum patratum, resciscitur ab iis qui possunt vel remunerari recte factum, vel punire secus admissum. Sic enim imaginantur poetae, quæ recte, secusue gerantur in terris, ea per Mercurium explorata referri Ioui. Is deinde concilio deorum convocato, de pena statuit. Est illud etiam nunc solemne in principibus, & pontificis litteris, Ad nostras aures pervenit. Paullo diuersius pastor ille Vergilianus,
Et quoties, & quæ nobis Galatea locuta est,
Partem aliquam venti diuum reſeratis ad aures.
De rebus egregijs, quasq. deorum auribus dignas iudices. Itidem Horatius,
Et Iouis auribus ista Seruas.

Admirabiles in neſtendis machinis Aegyptij.

Δινοὶ πλέκοντες μηχανὰς αἰγυπτίοι, id est,
Neſtunt ſtupendas machinas Aegyptij.
De verſutis, & ut ait Plaut. conſutis dolis diſſitatum. Torqueri poteſt, & in perplexas ſophiſtarum argutias, ac ſyllogiſmorum inexplicabiles labyrinthos. Aut in ſycophantas ac delatores qui vera falſis permiscendo neſtunt calumnias. Ammianus 14. reſert, Paulo cuidam qui plurimos admirandis technis deſerebat apud Conſtantium, vulgo cognomen inditum catheſa, quod in complicandis delationibus nodos neſteret inſolubiles. Celebrabantur olim Aegyptiorum opera ex variis lignorum fruſtulis miro quodam artificio cõnexa, quorum eſt & Herculanus nodus. Adagiũ hoc cognatum eſt illi, quod alibi retulimus, κασιωτικὸν ἄμμα, id eſt, Caſſioticus nodus. Caſſium enim in Aegypto eſt, quemadmodum paullo ſuperius oſtendimus.

Aceſei & Heliconis opera.

Αἰσιώε, καὶ ἑλικωνίε ἔργα, id eſt, Aceſei & Heliconis opera. Quæ ſingulari artificio conſecta viderentur, ſic antiquitus appellabantur. Locum prouerbio fecerunt duo quidam celebrata artis artificeſ, Aceſeus natione Patariſis, & Helicon Caryſſius. Hi primi contexuiſſe dicuntur pep̄lum Palladis Poliadis: id enim cognomen Mineruæ, quæ in arce Athenienſium colebatur.

Aceſias medicatus eſt.

Αἰσιῶς ἰάσατο. id eſt, Aceſias medicatus eſt, dici ſolitu de re quæ ſemper vergeret in deterius, quoq. magis accuraretur, hoc peius haberet. Occaſionem adagio dedit Aceſias quidam medicus imperitus & ſtupidus, qui dum cuidam pedũ dolore laboranti mederi ſtudet, auxit dolorem. Unde Ariſtophanes,

Αἰσιῶς, inquit, τὸν πρῶτ' ἰάσατο.

Quod ea pars, quantumvis cures, tamen per ſe ſemper inquinetur. Auctor Diogenianus.

Agamemnonij putei,

Ἀγαμέμνονος φεῖατα. id eſt, Agamemnonij putei. De nouis & admirandis operibus dicebatur. Aiunt enim Agamemnonem & circa Aulidem, & paſſim in omni Græcia puteos effodiſſe, ne per aſtum aquarum inopia laborari poſſet. Auctor Zenodorus.

De fera comedisti.

Ἀγρὸς βίβρωκα, id eſt, De fera comedisti. Dicebatur olim oſcitantibus. Nam vulgo creditum carnem ſerinam

comesam crebras oſcitationes excitare. Venuſtius erit, ſi commode transferatur ad ſupinos, oſcitantundos & negligentes.

Ruris ſons.

Ἀγρὸς πηγὴ, id eſt, Ruris ſons, De nimis laborioſis, & perpetuo operi aſſidentibus. Cuiuſmodi fingit Menedem Terentius. Conueniet item & de negotio laborioſo, cui que numquam exauſti ſatis eſt. Nam hoc ipſum verbum πηγὴ hyperbolen habet copiae, non tantum apud Græcos, verum etiam apud Latinos.

Aeſopicus ſanguis.

Αἰσώπιον αἷμα, id eſt, Aeſopicus ſanguis. Delphi Aeſopum quendam nihil commeritum interemerunt, eamq. ob cauſſam iratum numẽ dira illis vaticinabatur. Sunt qui putent hunc Aeſopum eſſe, cuius nomine feruntur apologi. Traduntq. huiuſmodi quædam ſuper illius interitu, tamen ſi fabulis quam vero propiora. Cum Delphos proſectus gentis illius iram in ſe conuertiſſet & contumelioſis apologis concitaſſet, Delphi ſacra phiala in huius peram clanculum impoſita, Phocidem conſecuti, comprehenſum ſacrilegũ damnarunt, obſtantemq. ac dira imprecantem præcipitarunt. Mox oborta peſtilentia, conſultum oraculum, admonuit ut Aeſopi manes placarentur, itaq. Delphi monumentum Aeſopo conſtituerunt. Ceterum Græciæ principes, & eruditi, ſimulatq. cognouiſſent indignam Aeſopi mortem, Aeſopicum ſanguinẽ vlti ſunt, ſublatis ijs qui fuerat mortis auctores. Vnde dici ſolitu, aut ubi quis præter meritum acerbam pateretur, aut ubi propter læſam innocentiam irati ſuperi, penam inmittere viderentur. Meminit huius hiſtoriæ Plutarchus in commentario, cui titulus ποτὶ τῶν ὑπὸ βίᾳ βρωχέντων τιμωριῶν. Nempe Aeſopum multam auri vim accepiſſe a Cræſo, uti Delphis ſplendide ſacrificaret, & Delphorum ſingulis quatuor minas diſtribueret. Verum cũ incidiſſet illi neſcio quid diſſidij cum Delphis, ſacrum quidem fecit, ceterum pecuniam quam acceperat diſtribuendam, Sardis miſit, Delphos indignos iudicans eo beneficio. Quamobrem irati, ſacrilegũ condemnatum præcipitarunt e rupe, quam Hyampeiam vocant. Eo factò deus indicauit terræ ſterilitatem, & morborum prodigioſorum vim inſtare. Proinde territi Delphi, in publicis Græciæ conuertiis aſidue per præconem clamabant, ſi quis eſſet qui penas Aeſopi nomine de ſe vellet ſumere. Tandẽ tertia generatione Samius Idmon aduenit, nihil affinis Aeſopo, ſed nepos eorum qui Aeſopum Sami emerat: huic cum penas quaſdam dediſſent, malis leuati ſunt. Indicat eodem in loco Plutarchus dici ſolere, quoties fero pena datur.

Manum ferulæ ſubduximus.

Εἴ τι nos manum ferulæ ſubduximus, id eſt, nos quoq. litteras didicimus, & præceptorum opera ſumus uſi. Nã antiquitus litteratores diſcipulorum manus ferula cedebant. Eſt autem ferula fruticis genus, quo non aliud leuius, ut indicat Plinius libro 13. capite 22. Græciς ῥαβδὸς dicitur, utilis ad fulciendos vacillantes ætate ſenies. Vnde & Baccho Silenoq. ſacer, ut vino titubantes fulciat, nec oneret tamen. Eſt enim ligno durifſimo ſoris,

ris, licet intus lignum non habeat. Hac exceptum igne caelestem poetæ fingunt Prometheus deportasse in terras. Postremo hinc fiunt sceptræ pædagogorū, ut Martialis appellat, quo terreant magis quam lædant. Notauit id eleganter Columella in carmine,

Nec manibus miteis ferulas. Et ibidem,

Ferulæq. minaces Plantantur.

Vnde manum ferulæ subduxisse dicuntur, qui deseruit in ludo litterario versari, neq. iam pueri docendi, sed vicumq. docti sunt. Iuuenalis in prima satyra,

Et nos ergo manum ferulæ subduximus, & nos Consilium dedimus Syllæ.

Hieronymus, subduximus accipere videtur, pro eo quod est subieciimus, supposuimus. Sic enim scribit ad Domnionem. Et nos didicimus litteras, & nos sæpe manum ferulæ subduximus. Nisi forte manum ferulæ subducere pueri dicuntur, cum metu plagæ subtrahunt manum. Est similitudo apud Græcos sermonis color. Citatur apud Athaneum libro decimotertio Timocles.

- Δὴν δ' ἴτι

Ἀγωνισαί, καὶ ῥ' ἀπιδύμει καὶ

Πληροῦς λαβὼν ἀπαλῶσι χερσὶν ἡδύνα id est.

- Opus esse ad huc

- Trepidare, & alapis cædi, & in teneras manus Recipere plagas, res profecto stultis est.

Aetnæus cantharus.

Αἰτναῖος κανθαρός, id est, Aetnæus scarabeus. De magnis, & sædis. Aristoph. in Pace,

- Οὐκ οἶδ' ὅποι πείσῃσιν αἰτναῖον μέγιστον κανθαρόν.

Aetnæum autem dixit, quasi prægrandem, vel quod in Aetna varij maximiq. scarabei sint: vel Aetnæus dixit, tamquam instar Aetnæ montis maximus. Porro scarabeus insecti genus, quod e stercore ut nascitur, ita pascitur. Fabulis quoq. ante proditum est, Aetnam unum e Gigantibus præcipuum complexam fuisse, ac seruasse, ne cum reliquis periret fulmine. Vnde & illud, Οὐκ οἶδ' ὅποι πείσῃσιν αἰτναῖον μέγιστον κανθαρόν id est, nec ignis caelestis illum attigit, nec Aetna illum premit. Auctor Diogenianus.

Extra chorum saltare.

Ἐκτός χοροῦ ἡρχέσθαι, id est, Extra chorum saltare dicitur, qui dicit aut facit a re quam proposuit alienū aliquid. Etenim qui choros agunt, certis limitibus, certisq. numeris adstricti mouentur, ut liberum non sit, quo libet euagari. Quod si quis discrepet a lege chori, ridiculus habeatur.

Exordiri telam.

ΠΛΕΡΑΕΩΕ metaphora quæ dicuntur a tetrina, prouerbii faciem præ se ferunt. Plautus in Bacchidibus: Exorsa hæc tela est non male omnino mihi. Idem in Pseudolo, Neque nunc quid faciam scio, Neq. exordiri unde occipias, habeas, Neq. ad detexundam telam certos terminos. M. Tullius libro De oratore dixit, pertexere, pro perficere. Pertexere modo, inquit, Antoni quod exorsus es. Rem enim quam arte consilioque instituiamus, exordiri dicimus. Et reteximus quæ denuo refingimus. Item illud ad Herennium: Ego te iam detexam ab exordio, id est, ab initio vitæ explica-

bo qualis sis. Cognatum illi quod alio commemoramus loco, Ea tela textitur. Σημειῶνται, Pollux citat ex Græcis auctoribus.

In caducum parietem inclinare.

PROVERBIALI figura, in caducum parietem inclinare dicimus, cum nitimur, confidimusq. rei parum firmæ, ducta metaphora ab edificijs. Hadrianus Imperator de Commodo adoptato, & imperij successioni destinato, discessit consuevit, in caducum parietem inclinatus, & perdidimus quater millies sestertium, quod populo & militibus pro adoptione Comodi dedimus. Caducum autem parietem vocabat, quod esset valetudinaris, & rebus gerendis inhabilis esse videretur. Item qui senis præsidio nititur, qui forma superbit, qui in caducis fortunæ bonis vitæ præsidia collocat, recte dicitur, in caducum inclinare parietem. Huic proximum est illud Maronis,

In te omnis domus inclinata recumbit.

Scipioni arundineo inniti.

Ad eandem formam pertinet quod apud Hebræos in pro uerbio fuisse videtur, Arundineo inniti baculo, de eo, qui spes suas figit in his qui non solum non possunt esse præsidio, verum etiam noceant destituito. Siquidem arundineus scipio, non modo non sustinet innitentem, verum etiam manum penetrat, ac vulnerat.

Homo Bombylius.

Βομβύλιος ἀνθρώπος, id est, Bombylius homo, dicitur verbosus, multique strepitus, ceterum inutilis. Bombylius Græcis, apis aut vespa genus, a sonitu, sicuti videtur, appellatum, ingens, sed ad mellificium inutile. Jauos si bi neffit e luto. Est & ingens apis, ac musca, quam a strepitu sic dixerunt. Hesychius addit βομβυλιδες, Græcis dici bullas, quas nasci videmus ex aqua, quæ mox euanescent. Itē bombylion dici poculigenus, quod paulatim extillante potu sonitum reddit in modum animantis, de quo dictum est, quamquam & huic a bōbo vocabulum. Apud Suidam quidam tibi cinem, pro bombylio, βομβυλίων dixit, addita littera α, παρὰ τὸ αὐλοῖς βομβέειν. Quin & M. Tullius Philippica tertia meminit cuiusdam Bambalionis, hominis nihili & impeditæ linguae. Bambalio, inquit, quidam pater, homo nullo numero. Nihil illo contemptius, qui propter hæsitantiam linguae stuporemq. cordis, cognomen ex contumelia traxerit. Hesychius ait, Græcis βαμβυλῆν esse labys tremere. Nam id accidere solet hoc vitio linguae laborantibus, quemadmodum & frigore horrentibus. Quamquam autem hæc vox varijs modis describitur, tamen eadem est origo, nimirum a sono titubanter loquentium, aut vehementer algentium. Adagium refertur apud Zenodotum.

Buthus obambulat.

Βῦθος περιπατῶν, id est, Buthus oberrat. De leuibus ac stolidis dicebatur. A moribus Butbi cuiusdā athlete, qui uicerat in Pythijs ludis. Huius meminit Cratinus, Ἰνχιγόρι, teste Zenodoto. Meminit & Hesychius, indicās & Arist. alicubi de huius victoria meminisse. Fieri potest ut huic id nominis inditum fuerit ab edacitate, quod solidos boues vorare solcat. Nam cognominatus est, &

E c Hercu-

Hercules βεβίωσ, quod aliquando esuriens quendam ebubius Theodamantis, quibus ille terram proscindebat abductum occidit, ac vorauit. Vnde videtur dici posse in edaces, hoc est, βεβίωσ.

Bunasiudex est.

Βουνάσ, δικάει id est, Bunas iudicat, In nonnullis codicibus scriptum est βεβίωσ, non βουνάσ, sed deprauate. Vbi is in longum profertur, nec unquam explicatur. Paræmia nata a Buna quodam Atheniensi. Cum esset controuersia inter Calidonios & Eleos, utriq. rem ad arbitrium Bunæ detulerunt. Conuenerat autem, ut a manibus temperarent, donec ille de negotio pronuntiasset. Quod ubi sensisset Bunas, de industria audiebat quidē utramq. partē, ceterum perfectas occasiones rem in longum distulit, nec unquam de litē voluit pronuntiare. Auctor Mnaseas apud Zenodotum.

Bos sub iugum.

Βόσ ὑπὸν, id est, Bos sub iugum, ubi quis assidue laborat, aut ubi se quis laborioso inuoluit negotio. Ductū a bubus agricolis. Quin & hic erit locus utendi, cum negabimus aliquem ad id trahendum negotij, ad quod administrandum parum sit idoneus, sed eum qui sit aptus, quod bos iugo ducendo natus videatur non item canis, aut ceruus. Proinde confine fuerit illi quod alio positum est loco, bos clitellas. Recenset Zenodotus.

Tenui filo.

TENUI filo, pro filo subtiliori, minusq. grandiloqua oratione. Nam Rhetores tres faciunt orationis χαρακτῆρας, grandem, tenuem, & mediocrem, sumpta metaphorā a nentibus, aut certe a textoribus. Horatius, Tenui deducta poemata filo. Ausonius in oratione, qua Gratiano imperatori de consulatu gratias agit. Tenuiori, inquit, filo, ut dicatur, deducta libauerim. Cui diuersum erit, Crasso filo, Crassiore filo. Veluti si dicas, Barbaros crasso filo tractare rem theologicam. Marcus Tullius lib. De oratore secundo dixit, uberiore filo, pro copiosius: & in Senectute, aliud filum orationis, pro alio dicendi genere.

Tenui vena, diuite vena, tenui canale.

REM eandem alia reddunt metaphorā, cum aiunt, Pau-pere vena, benigna vena, diuite vena. Venam autem appellant indolem, & vim genuinam ingenij, translatione ducta, vel a fontibus, quorum alij angustiore vena manant, alij tanta, ut flumen ingens efficiant: vel a metallis quorum etiam vena non genere tantum, sed & copia differunt. Simillimum his est, quod ait Quintilianus lib. 11. Plenior tamen hac canali fluunt. Vos Albani tumuli atque luci.

Υπερμαζα.

Μαζα Græcis genus est cibi e simila tritici, quod, ut apparet, in delicijs erat, unde vulgari ioco dicebant, υπερμαζα, pro opipare, splendideq. viuere, siue ob egregias mazas, siue quod aliquid his etiam lautius sumerent. Eam vocem Iul. Pollux lib. 7. indicat fuisse veterum, pro qua recentiores dixerint κριθια, a iumentis.

ductum quibus hordeum placenta sunt. Illud mirum cum hoc verbum proferat ex Aeschilo & Sophocle, cur recentiorum esse dicat, nisi forte apud recentiores cepit. Vltatius esse quam υπερμαζα. Euplous ad Thallastero τῷ, υπερμαζα & μιμνῶσ, Ακνῶν δὲ σι λοιδόρε γυναικός ἐστιν, id est, aut luxu diffusus, aut insanus. Nam audio te captum amore mulieris maledicæ. Cōsimili formā dicebant ματῆριν, a Mattya cibi genere, quod Athenæus lib. 14. recenset inter secundæ mē sē delicias.

Ne propius ferire.

Οὐδ' ἱκταρ βέχαι, id est, Ne propius quidem ferire dicuntur, qui procul absunt a scopo, multoque intervallo aberrant a re proposita. Sumptum est ab imperitis sagittarijs, cuiusmodi cum Diogenes ille Cynicus confesserisset, proxime scopum confudit: rogatus quid sibi veller, ne in se feriat, inquit: inueniens quidvis illum, rariū potius quam scopum. Ergo quinimum aberrant a signo, & ἱκταρ βέχαι dicebantur, perinde valet quasi dicas, ἐν ὁμοίῳ, id est, Nihil simile & πῶ σκολῆ dixit Homerus, Vsurpauit hoc adagium Plato libro de republica nono, καὶ τὰ αὐτὰ δὲ παλαιὰ, πρὸς τὸ ἄλλο πονεῖν καὶ ἀλλὰ τὰ πῶς παρὰ βροχῶν, τὰ λυγρὰ ἐν δὲ ἱκταρ βέχαι, id est, Hæc quidem sane omnia ad tyrannum collata, malitia miseriaque ciuitatis haud quaquam accedunt ad scopum, ut proverbio dici solet. Suidas admonet, e lingue proprietate dictum pro uerbium, delut, & illud quod proxime sequitur. Huc adluisse videtur Lucianus in Dialogo quem inscripsit, ὑπὲρ τῆς ἡκονίας, Μὴ εἶναι τῇ τολιδότῳ ἀξίαν, μηδὲ ἱγυς, id est, Neq. enim esse me tantis laudibus dignam, ne prope quidem. Item Aristides in Miltiade, ἐκ τῆς ταύτης ἐδὲ ἱγυς, id est, Multum abest, ut hac ita se habeat. Adagium hoc referendum in gregem illorum, quæ commemorauimus alibi, τὸ ἄλλο ἀμαρτάνει, & toto errare calo, & tota errare via.

Diolygium malum.

Διολύγιον κακόν, id est, Ingens malum, ipsa loquendi figura proverbialis est. Vtitur hoc adagium Plato in Theæteτο, Οὐ μακρὰ καὶ δίωλον φλυσιγία, id est, Haud longa quidem ac Diolygia nugacitas. Apud Suidam referuntur hæc ex auctore Damascio, καὶ τὰ αὐτὰ δὲ δίωλον φλυσιγία δὲ ἡμεῖς εἶναι, καὶ διὰ τὸ ἔχειν ὕψος λεγόμενα, καὶ πέρα τῆς μέγιστης φλυσιγίας, id est, Nonne hæc vel maxima nugamenta videbuntur? Sane videbuntur, & quidem merito. Non iuxta deliramenta, quæ vocant anicularum, sed ultra maximas nugās. Chrysostomus aduersus Iudæos oratione prima ait, μὴ καὶ δίωλον ἐλολύκατε, id est, clare iubilantes ut vox procul queat exaudiri, loquitur de pastoribus viso lupo inter se vociferantibus. Vocis originem bisariam indicant. δίωλον quasi δὲ ὄλκον, qđ clamor nusquā nō penetret; & δίωλον, quasi διώκον, perdens & exitium adferens. Dicitur autem proverbium de eo qui malo quopiam ingenti ac diuturno tenetur.

Eadem tibi, & Pythia & Delia.

Τὰ αὐτὰ σοὶ καὶ πύθια καὶ δελία, id est, Hæc tibi, et Pythia & Delia. Quoties supremū aliquod op^o significat. Perinde quasi dicas hæc summa omnium, quæ gestimus in vita.

vita. Citatur adagium ex Menandro. *Natum aiunt ab oraculo quodam reddito Polycrati Samiorum tyrāno. Nam is posteaquam Rheneam insulam cepisset, eamq. consecrasset Apollini, constitutis apud Delū ludis pulcherrimis Delphos misit consulturos, utrum oporteret eos ludos Delios an Pythios appellare. Respondit oraculum, ταῦτα σπουδαῖα πρὸς αὐτὸν καὶ δόλια, futurū innuēs, ut propediem excederet e vita, idq. euenit. Itaque res in proverbium versa. Ceterum si scribas ταῦτα, vertes eadem, si ταῦτ' vertes hæc. Neque enim ad sensum magni refert.*

Clauē findere ligna, & securi fores aperire.

Τὸ κλειδί τὰ ξύλα ἀνοίγει, τὸ δ' αἶψα τὰς θύρας ἀνοίγει περὶ αὐτῶν, id est, Clauē ligna findere, securi vero fores aperire conaris, cum res præpostere geritur, veluti si quis liberos metu studeat emendare, seruos beneficiis sibi adiungere. Aut si quis apud imperitos philosophicis rationibus agat, apud eruditos clamore & improbitate vincere conetur. Refertur a Plutarcho, libello cui titulus, περὶ τοῦ ἀκούειν.

Bellcrophontes litteras.

Βιβαρτόντι τὰ γράμματα, id est, Bellerophontes litteras subaudiendum verbum aliquod accommodum sententiae, adfert, aut aliud aliquod. Locus erit huic proverbio, cum quis litteras velut commendaticias perferat, quæ contra ipsum sint descriptæ: Vulgo litteras *Vriæ* vocant. Neque dissimilis est historia apud Hebræos. De Bellerophonte litteris huiusmodi fabulam commemorant Græci, Bellerophontes propter occisum Bellerum, Argos exilio mutans, in Tirythē peruenit, Prætiq. regis hospitio est usus. Interim Antea regis uxor, adolescentis amore correpta, cepit illius animū ad stuprum sollicitare, & sui copiam obtulit. Ille ubi flagitium recusasset, videlicet hospitij religione permotus, illa prior occupans, versoq. in odium amore muliebri, Bellerophontem apud maritū occulte desert, tamquam ab illo fuisset de stupro interpellata. Quod ubi persuasisset, quoad poterat regis animū in pnicie iuuenis instigabat, semp ad aurē occinēs illud Homericū.

Τίβαντες ὡς περὶ τὸ καὶ ταῖς βιβαρτόντων.

Aut morere Præte, aut interfice Bellerophontem. Præteus itaq. vere regio ingenio, & ut Homeri utamur verbo ἀγκυλομήτης, velut officij causa Bellerophontē ad Iobaten hospitem mittit, additis litteris velut in illius commendationem scriptis. In his mandabat Iobata, ut iuuenem quoquo pacto tolleretur e medio. Bellerophon, ut est minime suspicax innocētia, litteras acceptas reddidit, ut fuerat obsignatas. Quas ubi plegisset Iobatas quo Præte gereret morē, aggreditur adolescentem honesto titulo perimere. Nam hic ferme malorum principum mos. Animum iuuenis suapte sponte ferocem, ad periclitandas vires, gloriāq. parandam inflāmat. Ac primum persuadet, ut cum Chimera congregiatur. Id erat monstrum triforme.

Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimera. Id est, Caprina specie. Hanc Bellerophontes equo insidens alato, telo confixit confecitque. Post alijs atq. alijs periculis obiectū iuuenem, a quibus omnibus cum

ille victor rediret, rex & vires admiratus, & ex eū tu coniectans innocentiam, litteras Præti ostendit, genū adsciuuit, ac moriens eidem imperij successionem tradidit. Itaq. quisquis imprudens aut nuntiat, aut facit quippiam quo se prodit, in eū recte dicetur, Βιβαρτόντι τὰ γράμματα, aut quicumq. sub officij pretextu legitur. Adagium recensetur a Zenodoto. Plautus in Bacchidibus: Tace, nullus homo dicit, hæc tabellæ te arguit. Quas tu attulisti, hæc te vinciri iubent. Alia Bellerophontem iam tuus me fecit filius. Egomet tabellis detuli, ut vincirer, sine. Effertur adagium in hunc etiā modum, Βιβαρτόντι τὰς κατὰ σωτῆς, id est, Bellerophontes aduersus seipsum. Lucianus in Apologia, τὸν ἰδὲ μὲν αὐτὸν καὶ τὸν λατρεῖν αὐτὸν ὁ θεὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ βιβλίου, id est, Qui Bellerophontes librian aduersus te ipsum scripseris. Simili commento rex Pharnabazus imposuit Lysandro. Refert Plutarchus in ipsius vita.

Cæno puram aquam turbans, numquam inuenies potum.

Βαρβάρῳ ὕδατι λαμπρόν τι ἀνέσθαι ὁ πόσις ἐνέσθαι περὶ τὸν, id est, Si lympidam perrexeris.

Cæno aqua spurcare, nūquā quod bibas inueneris. Carmen est Trochaicum, quod nos Hemistichio & carmine eiusdem generis expressimus, Dicitur solitum, ubi quis ea quæ sunt per se pulcherrima, conammat admixtis ijs quæ sunt turpissima. Veluti si quis poeticæ admisceat obscenitatem, suo utique vitio. Nam ars per se sincera; aut amicitiam principis crebris offensis irriter. Conueniet in hos quoque quibus hæc vita grauis est, idq. ipsorum culpa, quod animi vitio, quæ per se molesta non sunt, molestiam adferre videantur. Quod si adsit mens a stultis affectibus immunis, quidquid acciderit, voluptati futurum est.

Charetis pollicitationes.

Αἱ χάριτες ὑποσχίσεις, id est, Charetis pollicitationes. Dicitur solitum, ubi quis facile, ac benigne promittit, iuxta illud Nasonis,

Promittis facito, quid enim promittere ladt?

Pollicitis diues quilibet esse potest.

Natum adagium a Charete quodam Atheniensium duce, qui quiduis cuius pollicebatur, at non præstabat, item quod receperat. Narrant, & de Vespasiano filio. Cum admoneretur ne tam facilis esset ad pollicendum, quod longe plura promitteret quam præstare posset, respondit, non oportere quēquam ab imperatoris conspectu tristem discedere. Adagium refertur a Suida; nec dubitamus quin sumptum sit ex Aristophane.

Cescum habitas.

Κίττων σίτης, id est, Cescum habitas. In stupidum, & bardum dicebatur. Cescos Pamphyliæ ciuitas, cuius cines ob recordiam stultitiamq. vulgo male audiebant. Iuxta Cescū urbē fluuius erat cui nomen ἄρσις, i. amens. Quāquā Suidas, qui et ipse puerbū meminit, Cescū ponit in Cilicia, nō in Paphlagonia. Vnde et vulgari sermone iactatū est, πολλοὶ καὶ σκῶτος ἐκ ἰχθύος, id est, Cescus est uitas mētis inops. Quadrabit et in cætum, aut concilia bulum hominū stultorum. Conuenit cum eo quod alias ostendimus. Barosica sus. Adagiū recenset Zenodotus.

Ecce 2 Illud

Illud obiter admonendum, locum hunc in Suida depravatatum haberi in dictione κίσκος, & pro κίσκον & ἵχυν legendum esse κίσκον οἰκῶν.

Circulum absolvere.

Τὸν κύκλον ἀποτελεῖν, id est, Circulum absolvere, est rem omnibus numeris, omnibusq. partibus perfectam redere. Vnde & κυκλοποιεῖν dicta, quæ disciplinarum omnium velut orbē absoluerit, & ἡ κύκλιος παιδεία. Metaphora sumpta videtur a mathematicis, apud quos circularis figura perfectissima absolutissimaque iudicatur. Vnde illud non sine causa laudatum carmen de sapiente,

Mundi instar habens teres atq. rotundus,

Externæ ne quid labis per leuia fidat.

Confinē illud, περιτρίβειν, id est, Omni numero. Ita Fabius in præfatione libri 8. Quam ut per omnes numeros, & penitus cognoscere, ad summam scientiæ necessarium est, ita incipientibus simplicius, ac brevius tradi magis convenit, quod a musicis dum videtur.

Calidam veruti partem.

Τὸ βεβαίον τῆς ἐπειρας, id est, Calidam veruti partem. Subaudiendum adripuit, aut simile quippiam: ubi quis per imperitiam negotij ea parte rem aggreditur, qua minime tutum fuerat aggredi. Aut ubi quis ob incitiam pro melioribus eligit peiora. Zenodotus ait huius adagij meminisse Sophoclem. Sumpta metaphora ab ijs qui per imprudentiam, eam veruti partem manuprehendunt quæ calet, deinde offensi reiiciunt, & alteram partem apprehendunt. Non vsque quaq. dissimile huic ἀλιδὸς πλεῖστες νοῦν οἶσιν, id est, Piscator ictus sapiet, quod alio loco retulimus.

Titanicus aspectus.

Τιτανῶδες βλέπον, id est, Titanicum tueri, hoc est, vultu Titanico obtueri. Titanicum autem toruum vocant ac tetricum: ac cuiusmodi fuisse feruntur veteres illi Titans. Lucianus in Timone, Εκπεπῶσεν ἡμῶν τὸ πάθος, καὶ τὰς ἐφ' ὧς ἀπατήνας, καὶ βροχὴν ὁμοῦς τι πρὸς αὐτὸν ἔρχεται τιτανῶδες βλέπων, id est, Itaq. promissa barba, reductisq. supercilij, secum murmurās nescio quid accedit Titanico vultu aspiciens. Idem in Icaromenippo, ὁ δὲ μάλιστα φησὶ δρυμύτι καὶ τιτανῶδες ὡς ἐμὲ ἐπιδόν, id est, At Iupiter admodum terribiliter, acriterq. & Titanico me intuens vultu.

Thracēs fœdera nesciunt.

Θρακοὶ ὅρκους οὐκ ᾔστανται, id est, Thracēs fœdera non norunt. Apud Thracēs euenit, ut natu maximus quidam iaculo per pectus adactō interierit. Vnde Ionibus & Aeolibus veluti per enigma dici cœptū, Θρακοὶ ὅρκους οὐκ ᾔστανται, quod natu grandibus honos magis debeatur apud hos qui legibus viuunt. Porro Thraciōn barbariem, & immanitatem perfidiāq. satis arguit interēptus a Polymnestore Polydorus, hospitij iure violato. Et Euripides in Hecuba.

Τὰχ' ἐν περ' ἡμῖν ἔχοντες ἔσμεν τοῖν, ἡμῖν δ' ὅτ' ἀχρεῖς τοῖσιν ἱπποσιν τοῖς.

id est,

Iugulare forsitan hospitem vobis leue est,

Nobis Achivis istud oppido est graue.

Thunissare.

Θαλίη, Græci transferunt pro stimulare pungereque, vel quod hic piscis, quo sit palato grator, pungi soleat vel quod ipse piscis adurat, pungatque contactu. Plinius lib. 9. cap. 15. rem auditu nouam memorat de Thynno. Ait in mari animalculum esse per quam exitum, aranei magnitudine, scorpionis effigie: id se Delphino, & ei qui gladius vocatur, crebro Delphini magnitudinem excedenti, sub pinna adigit aculeo, tantoque infestat dolore, ut in naues sæpenumero exsiliat. Athenæus libro Dipnosophistarum septimo, prodidit Thynnorum generi, quos Athenienses Thynnidas appellant, subter ventrem pinnam affixam esse, quæ vocetur athera. Addit pisci nomen inditum παρὰ τὸ βένε, quod impetu feratur, præsertim cum æstro concitus agitur, id quod illi accidit circa solstitium æstiuum. Id est animalculum in capite specie scorpionis, magnitudine drachmæ. Quo malo sic exagitantur, ut ex aquis subsiliant, non minus alte quam Delphini. Atque huius rei testem adducit Aristotelem. Lucianus in Ioue Tragædo, Ἀπαχέων ὁ δὲ τὸ ἐνδὸς μύμου ὁ πόσιδος, καὶ καμίδ' ἀπαχέου, id est apage Thunnicum enthymema Neptune; & supra modum pingue. Rursum in eodem Dialogo ad idem verbū adludens, Εἰ τ' ἀμὰ οὐ τὰς ἡμῖν ἀποπέφνηται, id est, Si mea vobis ita expuncta sunt. Adagium recensetur a Diogeniano.

Citius vsura currit quam Heraclitus.

Ἄπρον ὁ τόκος ἤρκεται τῷ πενήτῳ τρεῖς, id est, Citius vsura quam Heraclitus celerrimus currit. Admonet adagium abstinendum a mutua pecunia quæ credatur ad vsuram. Nam opinione celerius recurrere diem vsurarium. Sumptum prouerbiū ab Heraclito quodam celeritate currendi præter ceteros eximio atq. excellenti. Iuxta Doricam dialecton dictum est, ἡρακλείτω & πενήτῳ pro ἡρακλείτῳ πενήτῳ. Videtur carmē fuisse trochaicum tetrametrum catalecton paucis syllabis deprauatis.

Celerius quam Butes.

Ἄπρον ἢ βούτης, id est, Celerius quam Butes. Hoc adagio significabant aliquid quam primum absolui, compendioq. explicari. Quemadmodū solent ij qui paucis verbis, & iis trunce pronuntiatis, longam sententiam significant. Aiunt hinc fuisse natum. Athenis inter picturas Stoe porticus depictus erat Butes quidam, atq. ita pictus, ut summa capitis pars cū oculis dumtaxat videretur, uidelicet ut spectator imaginaretur reliquū corpus tegi montis obiectū, in quo ingrediebatur. In eius igitur pictura quoniam non multum operæ sumpserat pictor, prouerbio iactari consuevit de his quæ facile perficiuntur. Auctor Zenodotus.

Lydus ostium clausit.

Λυδὸς τὸ πύλον ἐκλεισε, id est, Lydus ostium clausit. De furacibus dicebatur, quod Lydi non discederent, nisi re quapiā sublata. Quod si permittitur nobis diuinare (cur aut non permittatur in re tam vetusta, cum nec auctor extet, nec interpret) malumus accipere de ijs qui re quapiā obscenā aggressuri, fugiat arbitros, abduntq.

abundantq. sese, propter Lydos molliciei notatos. Vnde et Plaut. Lydim volsum appellat. Adlusit ad prouerbiū, atq. vtiā aperuisset etiam Plutarchus in cōmentario quem scripsit aduersus Colotam. Εμοί δ' δοκῇ, καὶ ἄλλοις πρὸς ὃν λυδὸς ἐστὶν αὐτῷ ἀντίστοιχος, ὅτι ἔστιν αὐτῷ πλεονεξία, ὅτι αὐτῷ πλεονεξία, ὅτι αὐτῷ πλεονεξία, id est, At mihi videtur quēadmodū Lydus aduersus seipsum, non vnam aperire ianuam, sed plurimis ac maximis difficultatibus Epicurum inuoluere. Nisi si cui magis placet, vt hic Plutarchi locus referatur ad illud, quod alias dicitur, viro Lydo negotium non erat. Hefychius meminit prouerbiū, sed nihil addens præter hæc verba, Εἰς τὴν μὲν οὐκ ἐκείνῃ, de stulte furacibus. Verum hic prodidit nobis depravatā in alijs libris scripturam, legendumq. non ἐκείνῃ, sed ἐκείνῃ, id est, mouit siue tentauit. Fures enim imperiti dum non sine strepitu mouent ostium, sese produnt sepius. καὶ γὰρ ἐν enim Græcis, auctore Suida, polysemō est. Sonat enim. σαλῶν, μοχλῶν, ἔχοντων, κινῶν, id est, mouere, obdere pessulum, strepitum facere, attingere. Hæc est autem præcipua furū ars, vt siue ingrediantur, siue egrediantur, absque sonitu moueant ostium. Ex his iam arbitramur esse perspicuum, quid sentiat Plutarchus.

Lydus in meridiē.

Λυδὸς ἐστὶν μεσημέρια, id est, Lydus in meridiē. In hominem insatiata, aut etiam intēpestiua libidinis dictitabatur. Narrant Lydos adeo libidine perditos fuisse, vt non tantum noctu vacarent voluptati Venereæ, verum etiam ipso meridiē lasciuiarent, manibus sædum opus peragentes, vnde λυδῶν dicunt Græci, pro Lydorum more vitam agere. De gentis huius lusu delicisq. multa commemorat Athenæus libro 12. Meminimus alibi, nimirum in prouerbio, Sybaritica mensa, de conuiuiō Sybaritico, in quo et Venus admiscebatur. Porro nullum est tempus magis alienum a coitu, quam vel meridiē ob æstuantem solem, vel conuiuiū, propter spiritus circa stomachum, et concoctionē occupatos.

Caprarius in æstu.

Ἀπὸ τοῦ καπνῶν, id est, Caprarius in æstu. Consimilem habet sensum, videlicet intēpestiua libidinis. Nam his horis caprarij, dum seductis gregibus in umbra latitant, lasciuiare soliti scribuntur. Zenodotus vtrumque refert adagium, et item Suidas. Poterit ad quāvis voluptatem accommodari non in tempore adhibitam.

Lydus cauponatur.

Λυδὸς καπνῶν, id est, Lydus cauponatur. In effeminatos, et voluptatibus addictos iaciebatur. Ex huiusmodi natum historia tradunt. Cyrus rex deuictis Lydis imperauit ex consilio Cræsi, vt cauponiam exercerent neque tractarent arma, sed veste ad terram vsq. demissa vterentur, quæ olim molliciem indicabat, vt ad eum modum veluti in feminas transformati, ad rebellionem fierēt inutiles. Herodotus lib. 1. tradit, Lydos primos omnium capones et insitatores extitisse. Hefychius tradit ab his inuenta spectacula, et hinc Romanos dixisse ludos. καπνῶν Græcis proprie dici, qui vendunt esculenta. Prouerbiū sapiunt et illa quæ refert Suidas, λυδῶν seu λυδῶν, pro eo quod est, Lydorum mo-

re viuo. Refertur a Suida.

Lydorum carycæ.

Λυδῶν κάρυκας, id est, Lydorum carycas antiquitus appellabant quidquid esset opiparum, et varijs conditiū cupedijs. Nam caryca cibi genus Lydij, ex multijugis lautitijs, et sanguine confectum. Athenæus Dipnosophistarum lib. 12. tradit, carycarum apparatus primum repertum a Lydis. Effertur adagium integre ad hunc modū, Μὴ λυδῶν κάρυκας, μὴ τι μάστιγος ἴσθες, id est, Nec Lydorum carycas, nec flagrorum strepitus, subaudiendum volo, aut simile quidpiam, id est, nec blandimenta volo, nec conuitia, nec nimium blanda, nec rursū aspera nimium, de quo plura dicitur alias.

Lupinum potum.

Λυκῶν ποτὶ, id est, Lupinum potum dicebant, vbi quis voluptatem suo periculo capitis emeret. Narrant duos erupisse fontes sacros Apollini, quorum alter vino scateret, alter melle, ad quos cum ames aduolarent, arcu feriebantur. Porro Apollo super cetera cognomina dictus est, et Lucius, siue a luce quam aperit, siue a lupis interfectis. Auctores Zenodotus et Suidas, ad monentes penultimam esse circumflectendam. Nam λυκῶν prima acuta, gymnasiū est Athenis, quod quidam a Psistrato, quidam a Pericle constructum putant. Atque hinc ortum prouerbiū, confinc illi, vt canis e Nilo.

Lupi decas.

Λύκα δέκα, id est, Lupi decas. Dictum apparet in eos, ad quos inhonesti lucri pars aliquatamet si pusilla rediret. Aut in eos qui largitionib⁹ essent corrupti, alioque corrumpere. Nam Athenis in foro, vbi caussa agebantur, Lycus quidam genius scalptus stabat, lupina specie. Apud hanc statuam Sycophantæ pecunia corrupti versari consueuerunt, velut apud deum quempiam sui questus præsidem, eiq. in dies singulos triobolus secebatur. Auctore Zenodoto, quāquam attigit, et Hefychius. Suidas addit Sycophantas fuisse decem numero, veluti decem viros referentes. Meminit huius Aristophanes in Vespijs.

Θ' ἡρώων ἢ πῶς ἐκαμίσας τὸ τὸ λυκῶν, id est,

Si qua simulacrum efferre possies Lyci.

Erat hoc questus genus apud veteres inuisissimū, eorum qui in ius vocabant, vt ex damnato dicta multa portionem aliquam præiū loco ferrent. Vnde et scēto res dicti sunt et quadruplatores.

Verba importat Hermodorus.

Λόγος ἤ ἐμὸς ὥρος ἐμπερίστα, id est,

Sunt Hermodori verba mercimonium.

In eū dicebatur qui præter verba nihil adferret. Quēadmodum Laches in Hecyra Terentiana Pamphilū filium rogat, non vnam diu taxat sententiam secum e Lemno reportasset. Aut in eos qui verba vendunt pecunia; quod in poetas aduocatos, fiam venditores, atq. in id genus homines recte dici poterit. Natum aiunt ab Hermodoro quodam Platonis auditore, qui commentarios ab illo conscriptos, in Siciliam deportare consueuerit, atque mihi venditare. Vnde Siculi, vt sunt dicaces, rem in prouerbiū reverterunt, dicētes, Hermodo-

Ec 3 rion

rum pro mercibus importare verba. Ceterum sophista & philosophi lucubrations suas, λόγους appellant: Ad lusit haud dubie huc M. Tullius libro Epist. ad Atticū 13. Dic mihi placet ne tibi primum edere iniussu meo? Hoc ne Hermodorus, quidem faciebat is, qui Platonis libros solitus est diuulgare, ex quo λόγους ἐμύδαζε. Porro licet Cicero mutuum adduxerit prouerbiū, tamē si additis ἐμπόροις παύσθαι cōstabit Græcus senarius Hinc & λόγους πορεύς dictus, qui præter verba nihil adfert.

Pomarius Hercules.

Μηλίας Ἡρακλῆς, id est, Pomarius Hercules. Per contemptum dicebatur in eum, qui nomen quidem magnificum gereret, ceterum opibus nullis, nullaq. potentia pollens. Ab euentu natum. Narrat Suidas, cum rusticum quidam Herculi bouem essent immolaturi, isque rupto sume profugisset, nec esset quod sacrificaretur, malum abreptum suppositis quattuor ramis crurum vice, deinde additis alteris duobus ceu cornuum loco, bouem utcumque sunt imitati, idque ridiculum simulacrum pro victima sacrificauerunt Herculi. Iulius Polux libro de vocabulis rerum primo, fabulam aliquanto secus narrat, nempe ad hunc modum. Solemne est inquit, apud Bæotos, Herculi malis rem diuinam facere. Cumque iam adesset dei festum, & immolande victimæ tempus urgeret, porro hostia erat aries, cum ea ferius adduceretur, propterea quod Asopus fluminis ita subito crenisset ut transiri non posset, pueri qui iuxta aram ludebant, sacrificij ritum nihilominus peregerunt. Pulchro cuiusdam malo quattuor stipulas vice pedum addiderunt, rursum alias duas cornuum loco, imaginantes sese ad eum modum arietem immolare. Creditum est Herculem hac victima magnopere delectatum; proinde mansisse apud Thebanos hunc morem, ut malis sacrificaretur Herculi. Cognomen hinc additum deo, ut Ἡρακλῆς μάλων, id est, Hercules malorum vocaretur.

Verecundia inutilis viro egenti.

Αἰδώς δ' ἐκ ἀραβῆς κεχηρμένη ἀδρὶ παρῶνα. Ita legitur apud Homerum Odissæ 1. Citatur a Platone in Lachete. Ac mox, Αἰδώς δ' ἐκ ἀραβῆς φῆς ἐμύβῃ ἀδρὶ παρῶνα. Apud Hesiodum item, Αἰδώς δ' ἐκ ἀραβῆς κεχηρμένη ἀδρὶ κομίζε. id est, Verū homini pudor haud quaquam conducit egeno. Is versus in prouerbiū abiit. Admonet autem abijciendum pudorem, quoties urget necessitas. Est enim verecundia cum ad multa vehementer inutilis, tum maxime cum res postulat, ut omnia nobis sint facienda: velut inutilis pudore est qui deterret a discendo quod turpe est nescire. Et, ut ait Flaccus, incurata malus pudor ulcera celat. Idem alibi, Pudor, inquit, te malus urget. Eodem adlusit Euripides in Iphigenia in Aulide.

Ομῶς δ' ὅσον γε δαυατὸν, αἰδῶ δαυ χεῖρον. id est, Veruntamen pudere oportet eatenus, Quo ad licet.

Homerus Iliados Ω scribit verecundiam seu reuerentiam plurimum prodesse, & eandem officere plurimū,

- Οὐδ' οἱ αἰδώς

- Γίνονται ἄνδρες μίχα σὶν τε καὶ δ' ὀνίσσον. id est,

Nec pudor est illi, qui vel lædit vehementer, Vel multum prodest homini.

Et videre est nō nullos hoc inuiti pudore præditos qui corporis incommoda celare malunt, quam amicorum ope tolli; quo ingenio fuisse legitur Apelles, cui & morbum & inopiam dissimulanti candidus amicus furtim sub ceruicale pondus auri submisit. Sed eorum multo maxima turba est, qui animi morbos & egestatem inuiti pudore dissimulant. At qui his fere accidit, ut post malo in apertum erumpente, tum miserius, tum frustra erubescant.

Ventrem mihi obijcis,

COMMEMORANTUR & hi versus in Græcorum adagiorum collectaneis.

Γαστρε μοι προσέχεις καλῶν ὄντων ἀπέχων.

Η πλῆρης μὲν λαχέρεσσι, κενὴ δὲ βρυχία. id est,

Ventrē mi obiectas quo probū haud pulchrius ullū

Plenus is est leuior, grauis idem ubi pendet inanis.

Sane ubi prouerbiū sit non videmus, nisi in hoc, καλῶν ὄντων, quod apud Græcos prouerbiū vice videtur

usurpatum. Euripides in Iphigenia Aulidensi,

Καλὴ μοι τ' ὄντως ἐξὸν δίσσας. id est,

Mihi opprobrafti probum honestum scilicet.

Aut in ea parte velut ænigmatica, levis cum plenus

est, grauis cum inanis. Nam reliqua vascula quo pleniora sunt, hoc sunt grauiora, quo magis inania, hoc leuiora. Contra venter, quo distentior cibo, hoc leuior

est, propter auctos excit atos q. pastu spiritus.

Turpe silere.

Αἰσχρὸν σιωπᾶν, id est, Turpe silere. Hoc licebit uti, quoties quis alterius exemplo exstimulatur ad studium, aut negotium aliquod suscipiendum. Aut natum, auctore certe usurpatum ab Aristotele, qui cum Isocrates rhetoricen doceret, emulatione commotus, cepit & ipse pomeridianis illis suis περὶ πολιτικῆς dicendi artem docere, dicens illud, Αἰσχρὸν σιωπᾶν λαλοῦντος ἱσοκράτους, id est, Turpe silere loquente Isocrate. M. Tullius in opere De oratore ostendit e tragædia quapiam mutuas se Aristotelem, paucis immutatis; scribit enim hunc in modum: Aristoteles cum florere Isocratem nobilitate discipulorum videret, quod ipse suas disputationes a causis forensibus & civilibus ad inanem sermonis elegantiam transulisset, mutauit repente totam prope formam disciplinæ suæ, versumque quendam de Philoeteta paullo secus dixit. Ille enim turpe sibi ait esse tacere cum barbaris, hic autem cum Isocratem pateretur dicere. Ad Atticum lib. 6. Ego, nisi Bibulus, qui dum vnus hospes in Syria fuit, pedē porta non plus extulit quam domo sua, admiraretur de triumpho, æquo animo essem. Nunc vero αἰσχρὸν σιωπᾶν. Hoc nunc quidam abutuntur, nihil existimantes turpius quam silere, ne apud homines illiteratos parum eruditi, parumque disertī videantur. Vnde apud Lucianum præceptum illud ἀπαυδῶντες ῥήτορες, μηδὲ ποτε σιωπᾶν, id est, Ne vnquam sile, propterea quod apud imperitos is demum infans & imperitus habeatur, qui non perpetuo garriat.

Munerum animus optimus.

Ξοφίαν δὲ τι θυμὸς ἀρίστος id est,

- Verum in muneribus res præstantissima mens est.

Græ-

Græcis hemistichium Heroicum prouerbiale, quo significatur, in amicorum muneribus non esse spectandum rei missæ precium, sed mittentis potius animum, ut Xerxes ille aquam manibus hausit, a rustico libenter accipit. Et quidam monet exiguum munus a tenui missum amico, perinde ut maximum boni cōsulere. Plinius in præfatione diuersa extulit metaphora. Verum & diis lætæ rustici, multæq. gentes supplicant: & mola tantum salsa litant, qui non habent thura. Quin triuissimum hodie est, ut qui minus aliquid offerant, animum iubcant spectari, non rem. Refertur adagium a Thurnuto in opere de natura deorum.

Nescit capitis & inguinis discrimen,

Quia eo impudentiæ vel cecitatis potius deuenerunt, ut nullum prorsus faciant discrimen inter honestū ac turpe, hinc scire dicuntur, quid intersit inter caput & inguen. Inter honesta corporis membra caput primum obtinet locum, ac proinde recte nudatur: quæ vero sub ventre sunt, ut inhonestæ teguntur. Iuuenalis de muliere temulenta,

— Quid enim Venus ebria curat?

Inguinis & capitis quæ sint discrimina nescit.

Prouerbiali figura dictum uidetur.

Multitudo imperatorum Cariam perdidit.

Πολλοὶ στρατηγοὶ καρίαν ἀπώλεισαν. id est,

Multi duces deperdidere Cariam.

Admonet senarius, nihil esse perniciosius licentia multitudinis, dū nulli paretur, sed pro sua quisq. libidine regerit. Hanc Græci vocant ἀναρχία, malum paucæ tyrannide peius, qua nihil potest esse peius. Par autem malum est πολυαρχία cum eo quod dicitur ἀναρχία. Idem docet Homericum illud Iliados libro secundo, quod ipsum in prouerbium abiit,

Ὅς ἀρχὸν πολυκίραται, ἢς, κοίρανος ἴστω. id est,

Multos imperitare malum est, rex unicus esto.

Nam his verbis Ulysses milites tumultuantes, in quibus erat & Thersites, compefcit. Eum Homeri versiculum usurpauit Dion, cum videret Heraclidem moliri factionem. Auctor Aemilius Probus. Natum adagium a Caribus quondam florentissimis, postea per civiles seditiones eo redactis, ut etiam in vilitatis prouerbium abierint, quemadmodum alio docuimus loco.

Musalbus.

Μὲς λευκός, id est, Mus albus, apud Suidam, μὲς κακός, i. mus malus, apud Diogenianum. In hominem lasciuum & libidinis immodica dicebatur. Nam mures domesticæ salacissimi sunt, præsertim albi. Aelianus miram esse murium salacitatem auctorum testimoniis docet, lib. 12. cap. 10. Atq. inter multa illud addit. Epigram in fabula quæpiam cum mulierem significare vellet prodigiosæ libidinis. μυνονία appellasse, citatq. prouerbiū,

μὲς κακός, ex Philemonis comædia. Vnde receptum videtur, ut inter amatoria blandimenta, quemadmodum passeruli, columbulæ, & id genus aliorum, item & muris cognomentum usurpetur. Martialis,

Nam cum me murem, cum me tua lumina dicas.

Facies tua computat annos.

PROVERBIALI nimirum schemate dictum a Iuuenale

in vetulam, iam ἰσώρον quidem, & ad Veneris lusus prorsus intempestiuam, sed quæ verborum nequitia puellam etiam dum ageret.

Facies tua computat annos.

Hoc est, frontis rugæ, numerum annorum tuorum præferunt, quamquam libido nondum in te consenuit. Congruit huic apologus de Crocodilo, cui iactanti maiorum suorum claritatem, et primas in certaminibus partes, vulpes adhuc modum respondit, ἀλλὰ καὶ μὴ σολύγῃς ἀλλ' ἀπὸ δόξματος καὶ φάσιν, ὅτι ἐκ πελαγίων ἰθὺς εἰ γινύμενα σφίος, id est, Quin & si tu non dixeris, tamen ipsa pelle præ te fers, quod multos iam annos in certaminibus sis versatus. Habet enim hoc animal cutem, ceu laminis quibusdam durissimis aduersus omnes ictus armatam. Martialis in quendam qui affectabat etiā num. videri puer,

In te, inquit, reclamation sed tua barba, vir es.

Phœnice rarior.

Φοινίκας παρὰ τοὺς ἄλλους, id est, Phœnice rarior. De rebus autem etiam hominibus inuentum per quam raris. Natum adagium a fabula Phœnicis auis, de qua scribit Plinius lib. 10. ca. 2. Et ante omnes nobilem Arabiæ Phœnicem, nescitur an fabulose, vnum in toto orbe, nec visum magnopere. Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa colla cetera purpureus, caruleam roseis caudam pennis distinguentibus, cristis faciem, caputq. plumæ apice honestante. Commemorantur hoc loco & alia quedam de Phœnice prodigiōsa, quæ quoniam ad prouerbii sententiam nihil attinent, cui libebit inibi legenda relinquuntur. Ouidius in Transformationum lib. 15. sub persona Pythagore,

Vna est quæ reparat seque ipsa refeminet ales.

Assyrii Phœnica vocant, nec fruge, nec herbis,

Sed thuris lacrymis & succo viuunt amomi.

Hæc ubicunq. suæ compleuit sæcula vitæ,

Ilicis in ramis tremuleq. cacumine palmæ,

Vnguibus & duro nidum sibi construit ore.

Quo simul ac castas & nardi lenis aristas,

Quassaq. cum fulua substrauit cinnamamyrtha,

Se super imponit, finitq. in odoribus æuum.

Inde ferunt totidem qui viuere debeat annos

Corpore de patrio paruam Phœnica renasci.

Cum dedit huic ætas vires oneriq. ferendo cæst,

Ponderibus nidi, ramos leuat arboris altæ,

Fertq. pius, cum usq. suas, patriumq. sepulchrum.

Perq. leucs auras Hyperionis æde potitus,

Ante fores sacras Hyperionis æde reponit.

Extat de Phœnice carmen & Firmiani Lactantij non inconcinnum, per Musas, neq. fastidiendum.

Non est laudandus, ne in cena quidem.

Ὅτι ἐπαινεῖται, ὅδ' οὐ ποιεῖται πρὸς, i. Nō quæris laudari, ne in parentalibus quidem. In hominē dicebatur vehemēter illaudatum. Antiquis mos erat, præsertim Atticis, in cenis funeralibus, quas Græci πένθητινα vocāt, encomiis, epicediis & epitaphijs laudare vitam defuncti, et si parū meruisset in vita. Siquidem, ut inquit Ouidius,

Pascitur in viuus liuor, post fata quiescit.

Vnde fit, ut viuos nō nūquam merita laude fraudemus, mortuū etiā immeritā tribuamus. Festus Pōpeius docet, antiquitus solere cōduci mulieres quæ in funere nō

Eē 4 sine

sine laudibus lamentarentur vita defunctum, aliisq. lamentandi modum præirent, unde & præfata dicta sunt, quasi præfata: citatq. Neuij testimonium. Hæc qui se me hercle opinamur præfata est, quæ sic mortuū collaudat. Fortassis hinc ductum est, quod antiquitus mos fuisse videtur, ut in comotationibus aliquorum, etiam uiuentium laudes dicerentur. Quemadmodum apud Platonē Alcibiades Socratis encomium refert, & apud Plutarchum, Alexandrum Magnum laudat Calisthenes. Eiusmodi vero laudes non admodum speciose videbantur, ut inter pocula decantatæ. Nec absurdum arbitramur, si quis ad prisorum consuetudinē referat paræmiam, qua fieri solet, ut in conuiujs citharædus, aut deorum, aut insignium uirorum facta cātarei. Velut apud Homerum in omnibus ferme conuiujs. Apud Vergiliū item.

-Cithara crinitus Iopas

Personat aurata.

Tametsi hæc quoq. laudes plerunq. ad auditorum gratiam fingebantur. Adagium refertur a Diogeniano.

Pedibus in sententiam discedere.

QVI D sit Pedibus in sententiam discedere, & quid Pedaria sententia satis explicuit Aulus Gellius lib. 13. cap. 18. Id si transferatur ad quamlibet aliena sententia probationem, prouerbij formam accipiet. Veluti si quis dicat, Non est viri prudentis, quidquid uxori libuerit, protinus in illius sententiam pedibus discedere. Aut par est, ut affectus in rationis sententiam pedibus discedat, non contra. Ego vero in tuam sententiā manibus pedibusq. ac toto corpore discedo. Translatū est a veteri consuetudine quæ seruari cōsuevit, quoties ingens erat turba suffragia ferentium. Liuius decadis primæ, lib. 7. Vbi sententiam meam vobis peregero, tū quibus eadem placebunt, in dextram partem taciti trāsibitis. Quæ pars maior erit, eo stabitur consilio. Et aliquanto post, Quibus hæc salutaria uidentur, agite dum in dextram partem pedibus transite. Omnes trāsierūt, vadentemq. per intermissa custodiis loca Decium secuti sunt. M. Tullius Philippica 11. Dixit tamen si quis eorum qui post se rogati essent, grauiorem sententiam dixisset, in eam se iturum. Idem in epistola ad Lentulum: Perspicebant. n. in Hortensii sententiam multis partibus plures ituros, quam aperte Volcatio adsentirentur. Ibidem, Frequentes ierunt in alia omnia. Idē Planco, Frequens cum senatus reliquit, & in alia omnia discessit. Hæc ratio ferendorum suffragiorū discessio dicebatur. Plinius nepos epistol. lib. 2. Adriano, Sed cū fieret discessio, qui sellis curulibus adsisterāt, in Cornuti sententiam ire cæperunt. Tum illi, qui se collegæ adnumerari patiebantur, in diuersum transierūt. Qui sententias interrompebat, intercedere dicebatur. T. Liuius lib. ab urbe condita 9. Cum omnes laudibus modo prosequentes virum in sententiam eius pedibus irent, tētata paullisper intercessio est. Idem ab urbe condita 5. In quam sententiam cum pedibus iretur, ceteri tribuni militum nihil contradicere. Plinius maior lib.

ap. 7. non nihil nouauit sermonis formam, Sedere, inquit, cæpit sententia hæc, pariterq. & eruditum vulgus & rude in eam cursu vadit. Vehementer ac præcipitater adsentiri dixit cursu vadere in sententiā, & sedere dixit pro placere. Nam Flauius Vopiscus

in vita Aureliani Imperatoris, indicat & manuum porrectione sententiam alienam comprobari solere. Sic enim scribit: Deinde aliis manus porrigētibz, aliis pedibus in sententiam euntibus, plerisq. verbo consentientibus, conditum est senatusconsultum. Tale quiddam sehsit & Sallustius in bello Catilinario, cum ait, Sullanū postea permotum C. Cæsaris oratione, pedibus in sententiam Tiberii Neronis iturum se dixisse, ceteros verbo, alios varie Cæsari adsensisse, Quintilianus dixit, Manibus pedibusq. in sententiam discedere. Porro qui vultu quoq. ac gestu significant se adsentiri, toto corpore in sententiam discedere dicuntur. Suffragiorū genus quod porrectionis manibus peragitur, Græci vocāt χειροτονίαν & χειροτονίαν, quam vocem vsurpant & sacre literæ. Vt 2. Corinth. 8. χειροτονέτω. Quinetiā subscribere sententiæ, subscribere iudicio, subscribere voluntati, suffragari, refragari, atque id genus aliæ metaphoræ, quoties lögule trahuntur ab oratione simplici, in prouerbij speciem paulatim abeunt.

Sustine & abstine..

EPICETVS Cynicæ sectæ philosophus vniuersa philosophorum dogmata, quæ ad humanæ vitæ pertineant felicitatem, quæq. tot voluminibus vix explicant ceteri, duobus verbis absolute cōplexus est, quæ iam olim prouerbij uice celebrātur a doctis, digna profecto, quæ omnibus parietibus, omnibus columnis inscribantur, omnibus anulis insculpantur. Ea sunt huiusmodi ἀνὴρ καὶ ἀπὸ χολῆς, id est, Sustine aut abstine. Quorum altero monemur, ut aduersa fortiter toleremus: altero, ut ab illicitis temperemus voluptatibus. Referuntur in Notis Gellianis lib. 17. cap. 19. Apud Atheniensem refertur hoc carmen, tacito auctoris nomine.

Αγαθὸς ἀνὴρ λέγεται ὁ ὁφείων τὰ κακά
Αγαθὸς αὖτ' ἐν καὶ ὁ φείων καλῶς κακῶ. id est,
Bona quisquis adfert, vir bonus vocabitur,
Bonus erit & ille, qui mala pertulerit bene.

Naturam expellas furca, tamen usq. recurrit.

CVM videamus a Græcis quædā velut obrorto, quod aiunt, collo in prouerbiorum aceruum trahi, cur verebimur eiusmodi recensere, quæ præter adagij figuram, ita uenuste dicta sunt, ut venustius dici non possint? Quod genus est illud Horatij in Epistolis,

Naturam expellas furca, tamen usq. recurret.
Sensus est, haud facile dedisci, quæ nobis natura penitus indidit atq. inseuit. Quod si quando visit, ut vel metu, vel pudore, vel alia quavis causâ personam alienā sumamus, facile per occasionem redimus ad mores naturales. Velut qui metuunt peccare, non virtutis amore, sed formidine sustis, ij simulatq. tollitur sustis, recurrunt ad mores pristinos. Et Terentius, Si sperat fore clam, rursus ad ingenium redit. Ducta est metaphora a ramis, qui adposita furca torquentur alio, quæ natura posuerat: qua sublata rursus vergunt eodem quo prius. Pindarus in Olympiis hymno 11. eandem sententiam aliter extulit. τὸ γὰρ ἰμφυνίς, οὐτ' αἰδῶν ἀλώπει, οὐτ' ὀπίθεοι λίοντες διαβάλλονται ἡδὸς, id est, Nam ingenium natiuamq. indolem, nec astuta vulpes, neq. præualidi leones mutare quiverint. Quamtuuis. n. cicures leonem, semper redit ad genuinam feritatem, neq.

ne. vulpes umquam obliuiscitur fraudolentia nativæ, quantum vis mansuetæ. Idem in eodem opere hymno 13. ἀμαχὸν δὲ κρύψαι τὸ συγγενὲς ἴσως, id est, Difficile est occultare nativos mores. Item Horatius alibi,

-Tolle periculum,
Iam vaga prosiliet frænis natura remotis.

Navis annosa haud quaquam nauigabit
per mare.

Ναὺς παλαιὰ πόντον ἔχει πλοῖται, i. Navis antiqua non nauigabit per mare. Congruit in eos qui iam ob ætatis imbecillitatem ad res arduas obeundas sustinendaque pericula parum sunt idonei, ac primum ipsi pereunt oppressi negotiorum magnitudine, & in discrimen adducuntur quorum res agitur. Nota est allegoria. Refertur adagium a Diogeniano.

Ni pater esses.

Εἰ μὴ πατήρ ἦν, Ni pater esses, Hoc vulgo dici consuevit, quoties honoris, aut metus causa conuiuium retinebant, & coniiciendum relinquebant. Plene sic effertur,

Εἰ μὴ πατήρ ἦν, ἢ πῶν ἂν σ' ἔκ τ' ἔφρονεν. id est, Ni esses pater, te sapere dicerem haud bene.

Est autem versus hic in Antigone Sophoclis. Sunt. n. Hamonis verba Creontem patrem obiurgantis, quod sponsam filii pararet occidere. Itaque quoties senis, aut potentis, aut alioqui venerandi sententiam nobis haud quaquam probari significabimus, cui tamen honoris causa nolimus refragari, veluti si quis opinionem Aristotelicam apud Peripateticos teste damnare vellet, loquetur ad hunc modum, Hæc habet sententia grauißimum auctorem. Fortassis enim fas non est ab Aristotele dissentire. Alioqui, Εἰ μὴ πατήρ ἦν, hoc est, nisi auctoritati deferrem, habeo quo refellam. Quod si mutuum efferas, plusculum etiam habebit gratiæ. Refertur a Diogeniano.

Magnum os anni.

Μεγάλον ὅσων τὸ εἶναι, id est, Magnum os anni. Dicebatur quoties vberior rerum prouentus, aut vilior annona animos & loquendi libertatem adderet, alioqui timidioribus. Solent enim rustici magnificentius loqui, largiusque polliceri, spe prouentus vberioris. Refertur a Suida. Non admodum diffidet ab illo, Fenum habet in cornu. Item illo, Argenti fontes loquuntur.

Megaricæ sphinges.

Μεγαρικὰ σφίγγες, id est, Megaricæ sphinges, ita scorta quædam vulgus olim appellabat, siue quod vulgo molles sphingæ παρὰ τὴν σφίγγα dicuntur apud Græcos, siue quod apud Megarenses nutrix sphinx appelleretur, siue quod Megarensium mores improbi fisci, & populari conuitio quondam notati fuerint. Vnde Aristophanes in Vespiis, risum Megaricum, de quo dictum est alibi, taxat,

Μὰ δ' αὖ γὰρ ταῦτα μεγαρὸν κακὸν ἔστιν. id est, Sed ne Megaricos rursus infractos iocos.

Suidas refert & hunc versiculum, sed tacito, ut solet, auctoris nomine.

Ἀλλ' ἴσιν ἡμῖν μεγαρικὰ τίς μυχῶν. id est,

Nobis adest Megarica quædam machina.
Risum seu iocum Megaricum, intelligit molliciem Megarensium. Refertur in collectaneis Diogeniani.

Mellis medulla.

Μέλιτος μενίδες, id est, Mellis medulla. De re maiorem in modum suavi dicebatur. Vnde & Ennius apud M. Tullium, M. Corneliū Cerbegum, Suadæ medullam appellat, ob singularem suauiloquentiam. Nam quod optimum est, id natura videtur intime recondidisse, Vnde & illa passim obuia, In medullis, & medullitus amare, non dissident a simulacro prouerbiali. Huius est forma, τὸ ἐν ᾧ ἡ ἀρετὴ ἐστίν.

Meliores nancisci aues.

Ἀμεινόνων οἰωνόν τοι χεῖν, id est, Meliores nancisci aues dicuntur, quibus post res aduersas succedunt prosperiora. Nā ut apud Latinos auis & ales interdum non animal, sed omen ipsum & augurium significat, itidem apud Græcos οἰωνός & ὄρνις, cum σπαέος non eodem accipitur modo, quemadmodum indicat Eustathius in primum Odyssææ librum. Horatius in Odis,

Mala ducis aui domum. Idem alibi,
Mæonii carminis alit. Homerus Iliados Ω.

Μαδὲ μοι αὐτῇ

ὄρνις ἐμὴ μάλα κακὸς πτερόν. id est.

Hiscæ mihi ne tu fueris mala in ædibus ales.

Rursum eiusdem operis M.

Εἰς οἰωνὸς ἀρίστους χεῖν ἔστιν ἡ πατρὸς. id est,

Optimum id augurium est, patriam virtute tueri.

Laborauit autem hac superstitione antiquitas, ut in magnis rebus aggrediendis auium occursum obseruaret. neque defuerunt qui eam velut artem profiterentur. Atque hinc apud Romanos augurum collegium. Iam pæne explosa est apud Christianos huius professionis superstitio, sed ita ut in eius locum successerit malum prope pestilentius, atque adeo conuplicatum, nempe horum qui ex astris futura pronuntiant.

Aliud genus remi.

Ἄλλο γένος κωπῆς, i. Aliud genus remi. Dicebatur olim, ubi quispiam res nouas et antea non visas induceret. Aut ubi quis versis moribus pristinis, nouum et inusitatum vitæ genus institueret. Hinc ortum aiunt, quod Hercules cum ad boues Erithræas nauigaret, leonis exauio carbasi vice, elaua mali loco, pro rudētibz phætræ loris, pro remo arcu, denique pro nauigio lebetæ sit usus. Quod inusitatum profecto nauigandi genus cum vidissent accolæ, acclamabant, ἄλλο γένος κωπῆς. Refertur in Plutarchi collectaneis.

Clamofior lauro ardente.

Μεῖζον ἢ βοῶν δὲ φωνῆς χλωρὰς καυομένης, id est, Magis vociferatur quam laurus viridis incensa, propterea quod Laurus adhuc virens in ignem coniecta, maximos crepitus edit. Vnde & in maleficiis amatoris incendi conuenit, tãquam amantium querimonias representans.

Daphnis me malus urit, ego hæc in Daphnide laurum Refertur a Diogeniano.

Nunc leguminum messis.

Νῦν ὁ ἀγρὸς ἀρπάζει, id est, Nunc leguminum messis, id est, nunc tempestuum, hoc aut aliud agere veluti si quis admo-

admoneat iuuenem nunc adesse tempus, parandæ gloriæ, parandæ eruditioni, parandis opibus idoneum, dicat, *ὁ πρὸς τὸν ἀμύμονος*. Sumptum a rusticis, qui tum maxime vigilant, nec sinunt illud tempus per otium perire. Recensetur a Diogeniano & Suida.

Nunc dij beati.

Νῦν εἰσὶ μακάρες, id est, Nunc dij beati. Vox erat velut adgaudentis & adgratulantis quoties nocentibus supplicium meritis dignum contigisset, perinde quasi diis & iucundum & honestū sit, ut scelerati dent pœnas. Contra probrosum si viris improbis res secundæ sint, videlicet iuxta sententiam illam prouerbialem,

Θεὸς δ' ὅ γ' ἐστὶ τοὺς κακοὺς δαδαιμένον. id est, Probrum est deo, si res malis sint prosperæ.

Ouium nullus vsus.

Προβάτων δὲν ὁ φιλος αἰὲς ὁ ποιμὴν ἀπὴν, id est, Ouium nulla utilitas, si pastor absit. Admonet adagium *ἀνταρχία* rem esse omnium perniciosissimam. Nihil recte faciunt ministri, nisi absit herus. Inutiles discipuli, quoties abest praeceptor. Inutilis populus, nisi principis auctoritate gubernetur. Apparet senarium fuisse. Nam paucis syllabis commutatis restituetur hoc pacto,

Προβάτων δὲν ὁ φιλος αἰὲς ὁ ποιμὴν ἀπὴν, id est,

Namq. vsus ouiū nullus, ubi pastor deest, De huius animantis stultitia, quamq. sibi sit inutile, ni pastoris cura succurrat, lege quæ alias ex Aristotele citauimus in proverbio, Ouium mores.

Periculum proræ felis.

Κίνδυνος ὡς πρῶτα σελίς. id est, Periculum sella proræ. Quoties in re quapiam præcipuum periculum, caputq. negotij esse significamus. Nam hostes expugnaturi nauim, in proram primum assaultum faciunt. Selis autem sella est, quæ in proris esse consuevit, si Zenodoto credimus.

Impete peritum artis.

Βάξ ἡ ἐχόντα τὴν ὑψηλὴν, id est, Iaculare in eum qui nouit artem, ubi quis conuiuium facit homini, qui norit & ipse retorquere conuiuium, aut qui carpit velut imperium, qui non inferior sit in artis scientia. Sumpta metaphora videtur ab iis qui iaculo aut saxo petunt eum qui calleat iectum vel declinare, vel in iaculante retorquere.

Philippi gallus.

Φίλιππος ἀλεξτερόν, id est, Philippi gallus. Hoc discitari consuevit, ubi quis de leui quopiam facinore, perinde ut maximo sese iactaret. Nam Alestryon dux quidam erat Philippi regis, quem Chares Atheniensis confecerit. Apparet autem Charetem hunc huius facti, nimium crebro, nimisq. insolenter apud populum Atheniensem verba facere solere, ut hinc vulgo sit usurpatum. Recensetur apud Zenodotum.

Parit puella, etiam si male adsit viro.

Τίς τινος κόρη ὁ παυκακῶς ἀνδρὶ παρὶν, id est, Parit puella, cum male etiam adfuerit viro. Dicit conueniet, quoties res facile conficitur ex sententia, etiam si negligenter & ignauiter gesta fuerit. Veluti puella propter a-

tis felicitatem facile gerit vterum, etiam si cum viro non admodum viro rem habuerit. Non ite anus, immo bis virum requirit ætas affecta mulieris. Egregium ingenium etiam sub malo & indiligente praeceptore bonas litteras assequitur. Contra si discipulus sit inæλάρης, praeceptor etiam optimus, oleum perdit & operam.

Pafetis semibolus.

Τὸ πάσις τοις ἡμισόλιον, id est, Pafetis semibolus. De re noua stupendaq., & præstigiis simillima. Veluti cum orator efficit, ut eadem causa primum optima, mox pessima videatur, res eadem maxima, statimq. minima appareat. Et cum sophistæ demonstrant eundem et asinum esse & hominem. Aut ubi quis assuevit id factum, quod citra magiam aliquam fieri non potuerit, licebit ἐπιφρονεῖν, *πάσις τοις ἡμισόλιον*, Nec intempestiuiter dixeris, cum quidam ita dant minus aliquid, ut idem mox arte quadam ad se retrabant. Tradunt Pafetem quendam præstigiarium & magie peritia primis nomen meruisse. Is incantamentis quibusdam efficiebat, ut repente conuiuium omnibus instructum partibus adesse videretur: rursus ubi libuisset, omnia protinus evanescebant. Emebat autem frequenter, preciumq. rei numerabat, verum mox nummus non apud venditorem, sed apud Pafetem reperiebatur. Huiusmodi sermo tradit Suidas.

Paruus semper tuus pullus.

Μικρὸς αἰὲς ὁ σὸς πόλις, id est, Paruus semper tuus pullus: ubi quis ob staturæ breuitatem diu puer videri cupit. Conueniet & in hos, qui tametsi natu grandiores, tamen verborum delicijs affectant videri iuenculi. Aut cum ob amorem cascus cascam puppam vocat, & ipse vicissim puppus audit, quod alias indicauimus. Aristophanis interpres admonet apud Græcos quod cuique vehementer carum esset, id pullum illius appellari sole. Blandimur autem verbis diminutiuis, eoq. in equibus quidam populo blandiens appellabat illum *δ' ἡμίδιον*, id est, popellum, eoq. mox audit, *ὡς ἀπὸ μικρῶν ἔντας αὐτὸν ὁ πρὸς τὸν πόλιν κληνισαί*, id est, ut e pusillis blandiciolis beneuolus illi factus es; parua vocat blanda, atq. is vicissim audit, *καὶ σὺ δὲ αὐτὸν πολλὸν μικρὸν ἔχεις*, *τοῦτον δ' ἀλεξτερόν ἐστιν*, quod ipse multo abiectius adu-

Phaselitarum sacrificium.

Φασελίτων ἑὸν, id est, Phaselitarum sacrificium, tāquam vile, citraq. sanguinem. Sordidum ac tenuem sumptū hoc adagio significabant. Tradunt enim apud Phaselitas Pamphyliæ gentem moris esse, ut pisciculi falsi diis sacrificentur. Auctor Zenodotus. Eudemus item scribit, eos Capro deo falsamentis rem diuinam facere, eiusq. rei testem citat Callimachum. Finitimum est illi, Sine fumo sacrum.

Peius Babys tibia canit.

Κάκιστον βάλβος αὐλῆς, id est, Peius Babys cantat. Hoc adagium iacti consuevit in eos, quorum exercitatio semper vergit in peius. Quod genus sunt oratores quidam, qui quo diutius dicunt, hoc dicunt indoctius. Refertur autē ad huiusmodi fabulam. Ferunt Babys fratrem fuisse Marsyæ, qui non veritus est ipsam Apollinem ad canendi

mandi ceteramen evocare. A quo cum esset victus, ab eodem supinus de pinu suspensus, excoxiatus est. Deinde cum Apollo pararet Babym quoque perdere, intercessit Pallas, admonens hunc usque adeo infelicitate et indoctis tibiis canere, ut omnino negligendus esse videtur, κακίον, iniquius, βιβυς αὐλῆς, id est, Deterius Babys tibiis canit. Quibus verbis commotus Apollo Babym adeo contempsit, ut eum ne supplicio quidem dignum existimaret, sed suae potius inscitiae indicaret relinquendum. Vnde patitur adagium et per comparationem, ut mentione facta de praeceptore indocto, si quis de discipulo percunctati, hoc patetio respondeat, πικρίον βιβυς αὐλῆς. Neque uero repugnamus, si quis hoc loco κακίον, accipiat pro miseriori, ut sit sententia, Babym infeliciorem esse, quam indocte canens omnibus est ridiculus, quam si tolleretur e medio. Meminit huius adagionis Athenaeus lib. 14 ostendens dici solitum de iis qui in dies deterius canerent. Quamquam hic locus apud hunc auctorem depravatus est in vulgatis exemplaribus, nisi fallor. Sic enim legimus, καὶ καὶ ἡ βιβυς αὐλῆς, id est, Et Cion aut Babys canit. Erroris ansam praeiit, quod paullo ante commemorans ineptos tibicines, quos Hippoxax ambographus lacerasset, nominavit Cionem, Codulum et Babym. In collectionibus, quae excludit Aldus reperitur, τὴν βιβυς χορὸν, id est, Babys chorum, pro indocta partemque modulata catione, et fabulam adscriptam huiusmodi. Misandro filio duo fuere filii, quorum Babys solitus est unica tibia canere, Marfyas duabus Phrygiis more. Cum autem suum uterque chorum haberet, et Babys inscite tractaret tibiam, frater eo insolentis sublaesus est, ut Apollinem quoque praese contemneret, a quo cum esset excoxiatus, iamque Babyi similis poena pararetur, Palladis interuentu exceptus est supplicio. Verum suspicamur scripturam esse depravatam, ac legendum esse, τὴν βιβυς χορὸν, ut idem sit cum eo quod modo resulimus.

Cercopum coetus.

Ἀρχαὶ καρκώπων, id est, Coetus Cercopum, de conciliabulo, conuentuque versutorum et improborum hominum dicebatur. Narrant enim, Cercopes quosdam in Epheso fuisse, nota fraudolentiae viros, qui suis dolis conati sint ipsi Ioui imponere. Hos admonuerat mater, ne in Melampygiu incidere, id quod euenit. Nam post ab Hercule uincti sunt iussu Omphales. Quidam aiunt, quosdam ob imposturas et malas artes, καρκώπων, quasi caudatos appellatos fuisse apud Ephesios atque Athenienses, ut idem sit sensus huius adagionis, et illius cuius alibi meminimus, λυκὸν δολαγ. Torquet hoc conuiuium Aescines in Demosthenes, ὅτι μὲν ἐν τῷ ὁ καρκώ, ἢ τὸ καλὸν μὲν παλαιά, ἢ τὸ παλιμῶλον, ἢ τὰ τοιαῦτα ἡμαρτα, ἐκ τῶν περὶ γού. νυνὶ δὲ ἐν γυντὶ τῶν λαβόν τὴν πόσιν κακὰ βίαν μεμάρκα, id est, Aliquando fuisse cercopem, aut quod dicitur papalema, aut palimboli antebac nesciebam. Nunc vero natus hic omnis malitiae expostorem, didici. Videntur et illa duo verba papalema, et palimbolum fuisse iactata vulgo. Hesychius indicat παλαιμῶλον dictum hominem ποικίλον ὀφθαλμῶν, id est, varium in malitia: dictum apparet a παῖω, quod est, moueo, et παῖ syllaba per conduplicationem adiecta est, cuius futurum παλῶ, et παπαῶ, id est, circumspicere ac scrutari, nihilque non tentare.

Rursus παπαῶν, subtilissima pars frumenti cribro excussi. Concussione sit utrumque, sortitio et frumenti purgatio. Vnde παῶς, fors, et παῶν farina. Proinde qui se vertunt in omnia, papalematum scommate notari videntur, simul adlusum suspicamur ad voces. Nam παῶς puerum sonat, et παῶς venor, siue in retia duco. Idem exponit multis verbis quid sit παλιμῶλον, nimirum hominem qui sibi minime constat, sed facile in diuersum reuoluitur. Suspiciamus conuiuium sumptum ab instrumentis sic arte confectis, ut facile recurrant in diuersum, atque hinc detortum in hominem lubricae fidei.

Ceruinus vir.

Ελάφους ἀνὴρ, id est, Ceruinus vir, olim dicebatur formidolosus et fuga fidens magis quam viribus. Ceruus enim animal cursu perniciosissimum, et in venatu pedibus sibi querit salutem. Vnde apud Homerum Iliados primo, Achilles, ut vir sortis, Agamemnoni, velut umbelli et ignauo conuiuium facit ad hunc modum:

Οἷος βερέει, κωὸς δὲ μὲν τὸ χέρι, κερδαίνω δ' ἐλάφου. Obicit illi temulentiam, impudentiam in occupandis aliorum premis, et cor ceruinum, quod ad congressum timidus esset. Aristoteles libro De uatura animalium nono tradit, ceruo naturam quandam inesse prudentiam, ut quod viribus tueri non potest, id efficiat ingenio: parere enim iuxta semitas, quo videlicet tutior sit a beluis propter hominum frequentiam. Deinde postea quia peperit inuolucrum statim exedit, ne deprehendatur: praeterea hinulum ducens in stabula monstrat, ac consuefacit quo debeat refugere, si quod imminet periculum, id ait saxum esse abruptum.

Cercopissare.

Κερκώπιον, id est, Cercopissare dicitur, vel qui lasciuunt, aut qui adulantur. Metaphora ducta ab animalibus, quae mota cauda adhaerunt, ut Crysippo placet, Suida teste: vel qui molesti sunt, obturbantque et obstreunt, ut vox deflexa sit a Cercopibus illis Lydiis, quos Hercules, quod sibi cum Omphale cubati, perulantius obturbarent, amica iussu uictos de claua suspendit, quemadmodum resulimus in adagio, Ne in Melampygiu incidas.

Vale carum lumen.

Χαίρει φίλον φῶς, id est, Vale gratum lumen. Hoc apparet vulgo dici solitum, quoties extingueretur lucerna. Referunt autem ad fabulam, non admodum castam, sed docendi causa referendam tamen. Narrant enim antiquam, cum nuda libidinari pararet, extinxisse lucernam, ne ruga situsque corporis offenderet, et extinguentem dixisse, χαίρει φίλον φῶς, id est, Vale amicum lumen, quae quidem uerba suspicamur hoc magis in vulgi iocum abiisse, quod iisdem videntur in tragædiis, exituri e vita, velut Polyxena in Hecuba Euripidis, Iphigenia in sui nominis fabula, Alcestis et Electra, aliaeque complures. Tamen Plutarchus Coniuiualium quaestiuuncularum, Decade 7. problemate 5. indicat dictum a quodam, qui amica prodeunti in conspectum, cum ipse vino opinatur, cecutiret, χαίρει, inquit, φίλον φῶς. Poterit ad varios usus accommodari paræmia. Siue cum nos significamus licetius agere velle. Nox autem regit omne dedecus, et quoniam iuxta Nasone, pudore vacat,

vacat, accommoda videtur inhonestis ac flagitiosis actionibus, quas eo Lucianus *ὑποκρίσεις* appellat. Huc adlusit Aristophanes in Concionatricibus, cum mulierem volentem deicere alium, ita loquentem facit:

ἡ παῖτ ἀχρεῖται γυμνασίῳ ἐν κελῷ. id est,

An vero ubiq. est hoc honestum noctibus.

Sive cum relinquimus amicum, aut rem interius adamatam. Sive cum innuimus mulierem iam marcida forma, quæq. non possit nisi per tenebras adamari, *χάρις φίλου φῶς*. Aut cum significabimus nobis perisse rem longe carissimam. Siquidem diuus Ambrosius in hominibus quas conscripsit in Evangelium Lucæ, refert ad huiusmodi fabulam. Theotimo cupiam, cum graui morbo oculorum laboraret, medici interminati fuerant, ne cum uxore rem haberet: si faceret, prorsus cecitatem imminere. Verum is libidinis impatiens, non potuit sibi temperare, quin uxorem amplecteretur. Itaq. cum iam medio Veneris calore feruere, & in mentem venisset medicorum interdictum, *χάρις*, inquit, *φίλου φῶς*, id est, Vale amicum lumen. Nimirum intelligens se voluptatem eam perbreuem oculorum dispendio emisisse. Similis est apud Martialem fabula de Phryge quodam lusco bibone, cui cum interdictum esset a medicis, ne biberet vinum, alioqui nihil visurum, protinus ad motis poculis,

Valebis, oculo, inquit, exitum requiris?

Vinum Phryx, oculus bibit venenum.

Veniat hospes quisquis profuturus est.

Ξένος ἐν δόμοις ὄνῃσιν.

id est,

Veniat qui proderit hospes.

Theopompus, citante Zenodoto, scribit hoc adagium ex Philippi regis apophthegmate profectum esse. Nam is ubi Thessalorum ciuitatem subuertisset, & hospites quos inibi reperit diuendisset, per iocum dicebat,

Ξένος ἐλθοὶ ὅστις ὄνῃσιν.

Videtur ex oraculo, aut poeta quopiam sumptum. Est enim hemistichium carminis heroici. Admonet adagium, eorum demum aduentum esse gratum, qui commodi quippiam adferunt. Ouidius,

Ipse licet venias Musis comitatus Homere,

Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Obolum reperit Parnætes.

Ὁβολὸν εἶρε παρνοίτις, id est, Reperit obolum Parnætes.

Accommodari poterit ad illos qui nouum aliquod excogitarunt præmium, quo illectent. Natum aiunt a Callistrato Atheniensium Reipublicæ principe, cui cognomen additum Parnætes. Is enim instituit, vt in iudiciis & concionibus nūmuli quidam distribuerentur. Quam rem Comicorum insectatio vertit in prouerbum.

Apertæ musarum ianuæ.

Ἀνεῳγμένη μῦσαι μῶσαν θυῶν, id est, Apertæ Musarum ianuæ.

Hoc adagio conueniet vt, quoties aliquem facili, proprioq. ingenio significamus, & in percipiendis optimis disciplinis celerem, quasi Musis fauentibus, & haud grauatum suppeditantibus. E diuerso, qui tardiores sunt, clausis Musarum ianuis discere dici poterūt. Aut si quando dicemus, non oportere celare doctrinam Musarum munus, sed candide, citraque inuidiam impertire,

tamquam lumen de lumine suppeditantes. Refertur a Zenodoto.

Martis campus.

Ἀγρός πεδῖον, id est, Martis campus. Suidas ex Alexandridis Pisandro citat. In eos torquebatur, qui militari confidentia præditi viderentur, quiq. rem vi, non iudicio gererent. Non doctis dictis, sed pugnis. Non ex iure manu confertum, sed improbis clamoribus. Et quibus ius est in armis, quos Hesiodus eleganter composita voce *χαρδίακας* vocat. Ceterum in quo quis valet, id Græci campum illius vocant.

Argenteis hastis pugnare.

Ἀργυρίαις λόγχαις μάχεσθαι, id est, Argenteis hastis pugnare dicuntur, qui, cum negotium alio pacto confici nequit, muneribus & largitione perficiunt. Nihil autem tam arduum, quod pecunia non explicetur. Quemadmodum eleganter dictum est a M. Tullio actione in Verrem 2. Nihil esse tam sanctum, quod non violari, nihil tam munitum quod non expugnari pecunia possit. Ortam aiunt paræmiam ab oraculo quodam Apollinis Pythii, qui Philippo regi consulenti, quo pacto posset victoria potiri, responderit ad hunc modum,

Ἀργυρίαις λόγχαισι μάχεσθαι, καὶ πάντα νικῆσεις, id est,

Argenteis pugna telis, atq. omnia vinces.

Videlicet iuuenes, vt quosdam largitionibus ad prodicionem sollicitaret, atq. ita consecuturum quæ vellet.

Archytæ crepitaculum.

Ἀρχύτου πλατῦν, id est, Archytæ crepitaculum. In hominem vehementer garrulum & obstreperum iaciebatur. Archytas, crepitaculi genus arcum excogitauit, quod pueris lusitantiis daretur, ne quid interim ex vasis domesticis contingerent. Quemadmodum docet Arist. 8. lib. Politicor. Suidas indicat Archytam fuisse Pythagoricum Empedoclis præceptorem. Quamquam huius nominis referuntur aliquot, tamen consentaneum est hunc Tarentinum philosophum eius organi fuisse opificem, vt pote qui fertur in mechanicis mire præcelluisse. Cuius & columba lignea celebratur, ita ratione mathematica librata vt volaret. Quamquam Diogenes Laertius in huius vita testatur, huius nominis & architectum fuisse quendam, qui librum quoq. conscripserit de machina. Columbae meminit & A. Gellius lib. 10. cap. 12. ex auctoritate Phaurorini tribuens inuētū hoc Archytæ philosopho. Sed vtriuscunq. fuit inuentum, cōsentaneum est huiusmodi quoddam organum fuisse, quod suapte sponte sonaret. Vnde non absurde torquebitur in eos, qui naturæ vitio, quouis loco, quauis de re, & apud quosuis, quiduis garrunt, quos Græci *λάλους*, *ἀμετροπῆν*, *ἀκριτομύθεες* & *πολυμύθεες* appellant, Latini garrulos, locutulecios, rabulas, blaterones & linguaces: In quos Eupolis scite,

Λαλίην ἀρίστον, καὶ δυνάτωτατος λίγην. id est,

Ad garriendum præcipuus & optimus,

Verum ad loquendum nemo minus idoneus.

Nec inscite Epicharmus,

Ὅν ἐγὼ δεινὸν, καὶ σιγῇ ἀδύνατον. id est,

Nihil valebat eloquendi viribus,

Verum filendi habebat impotentiam.

Habebatur simile quiddam & apud Romanos, Ciceriā appell-

appellabant. Erat ea effigies quædam arguta & loquax quæ ridiculi gratia in pompa vebi solita sit. Unde M. Cato in M. Cecilium, Quid ergo dicere amplius, quem ego denique credo in pompa vebitatum iri, ludis pro Citeria, ac spectatoribus sermocinaturum? Ergo prouerbij speciem habebunt orationes huiusmodi, Citeria loquacior. & præ hoc mutam dicas Citeriam, & unus cum multis Citerijs certare possit.

Aratro iacularis.

Ἀγέτω ἀκοντίζων, id est, Aratro iaculari dicitur, qui quipiam incircūssē esse faciunt, hand prospicientes quid sit in posterum euentum, aut qui suo magno incommodo conantur alterum ledere. Quisquis enim iacto aratro perit alium, is quo morem gerat ira, semet re necessaria priuat, cuius usum paulo post sit desideraturus. Recensetur a Diogeniano. Translationem videri potest a belitemporibus, quibus vomeres, marra & sarcula, reliqua, agriculturalionis arma, in Martia diffinguntur arma. Plutarchus in commentario ποτὶ τὸ δένειον usurpat, veluti de re vehementer absurda, ὅδε γὰρ τὸ τρεῖς αἰσ, τρεῖς βελόνας, καὶ τὸ βεῖ τ' ἀπὸ κωνιγίτιν, δυνεχέειν, id est, Neq. enim is qui vult aratro iaculari, & boue leporem venari, est infortunatus.

Atticus moriens porrigit manum.

Ἀττικὸς ὑπὸ χεὶρ καὶ ποδῶν, id est, Atticus porrigit manum, etiam cum moritur. Huic adagio locum fecit Athenien. in muneribus captandis, & aucupandis lucris insatiata cupiditas. Unde & apud Aristoph. frequens iocus in τὰς δ' ὠρεδ' ὁκαῶντας. Auctor Diogenianus.

Argi collis.

Ἀργὸν λόφος, id est, Argi collis. Vbi quis ingentibus malis esset implicatus. Potest accommodari, vel ad locum, vel ad negotium variis obnoxium calamitatibus. Natum aiunt a colle quodam, cui cognomen Argi, frequentibus homicidiis ac latrociniis infami.

Asinus esuriens fustem negligit.

Ὅσος πεινῶν ἔσπελον ἀμελεῖ, id est, Asinus esuriens fustem negligit. In eos congruit, qui ventris compendij uegratia quamuis contumeliam perferunt. Refert Aristot. in lib. Moralium tertio, ἵππες οὕτω γὰρ καὶ οἱ ὄνοι ἀσπίδοι ἀν' ἑαυτοῖς πεινῶντες, τυφόμενοι γὰρ ἐκ ἀφίσταται τὸ νόμος, id est, Nam isto pacto & asini cum esuriunt essent fortes, quod licet verberentur, non discedunt tamen a pabulo. Negans fortem esse censendum, qui quouis pabulo tolleretur incommoda. Alioquin asinos longe fortissimos futuros, qui dum esuriunt, nullis verberibus a pabulo dimoueri queunt. Apparet ex Homero simiprium, qui sane quam eleganter describit asinam patientiam Iliados.

Ὡς δὲ ὅτ' ὥς περ ἀσπιδὸς ἰὼν ἐκίστατο παῖδας
Νῶβις, ὃ δὲ πῶλ' ἀπὸ τοῦ ῥήπου ἀμφὶς ἔατο,
Κίρην τ' ἐισιλεῖν βέλ' ἰαίν, οἱ δὲ π' αἰδὼς
Τ' ὑπὸ πεινῶν ἔσπελοισι, βίη δὲ π' ἡνίκα αὐτῷ,
Σπυδὴ τ' ἐμῆλασσαν ἐπὶ τ' ἐκρίστω φορβύεσσιν.
Ut cum per segetes ignauus transit, asellus
Inuitis pueris, cui multus tergora circum
Iam crepuit fustis, neq. segnis ille profundam

Ingreditur segetem. pueri sed fustibus illum
Cadentes studio, tandem ac puerilibus aruo
Viribus eiciunt, ubi pastu expleueris aluum.

Aut cucurbitæ florem, aut cucurbitam.

Ἡ κρίνον, ἢ κολοκύνθω, id est, Aut florem, aut cucurbitam. Id perinde valet quasi dicas, aut mortem, aut vitam, aut lucrum, aut damnum, aut victoriam, aut contra. Graeci cucurbitæ florem κρίνον appellant. Incertum autem utrum mox euanesceat, an cucurbitam sit pariturus. Proinde per florem, mortem, aut frustratam spem significabant, per cucurbitam vitalem. Diphilus apud Zenodotum, ὅς ἡμῶν αὐτὸς ἐπὶ πέντε κῆρον βίβω παρὰ κρίνον κολοκύνθω ἢ κρίνον, id est, Ipse tibi senex intra septem dies exhibere volo cucurbitam, aut crinum, id est, possum efficere, ut aut recte valeas, aut moriaris. Huic non dissimile est illud quod apud Homerum Odyssea dicit spectrum apparens Penelopæ dormienti:

Ζῶν' ὅγ' ἂν τίθωμαι, κακὰ δ' ἀνιμῶμαι βίβω,
Is superest, aut interit. Nam vera loquendum est, Et quod ad huius imitationem Horatianus dixit Tiresias,

O Laertiade, quidquid dicam, aut erit, aut non.

Nudæ gratiæ.

Αἰχρίται, γυμνά, id est, Gratiæ nudæ. Admonet adagiū, ut candidè ac benigniter impertiamus amicis. Aut ne quid inter amicos fictum, aut fucatum, verum nudæ simpliciæ omnia. Nam poætæ tres fingunt charites, id est, gratias, humanitatis & benevolentiae præsidēs. Horat. in Odis:

Gratia cum nymphis, geminisq. sororibus audet
Ducere nuda choros. Idem alibi,
Et solutis gratiæ zonis.

Sunt qui paræmiā ad ingratos referant, quod ab ijs gratiæ veluti dispolientur, dum semper auferunt beneficij quippiam, nihil rependunt. Itaque conueniet in illos, qui sua benignitate rediguntur ad inopiam, largientes amicis quidquid nacti fuerint.

Crobyli iugum.

Κροβύλης ἰδύρος, id est, Crobyli iugum. De societate duorum pari improbitate dici consuevit, ut de quibus est in Epigrammatis Martialis libro octauo,

Uxor pessima, pessimus maritus,
Miror non bene conuenire vobis.

Dictum prouerbium a Crobylo lenone quodam omnium scelestissimo. Is duo scorta domi alebat, quorum lenocinijs quam plurimos adolescentes in perniciem alliciebat, nec his contentus, eosdem illectos furto compila- bat. Vnde Crobyli iugum dictum, vel quod digni viderentur, qui tamquam pares improbitate cum hoc copulari deberent, vel quod iugum, id est, par scortorum aleret domi.

Mylus omnia audiens.

Μῦλος πάντ' ἀκούων, i. Mylus omnia auscultans. Dicitur solitū, ubi quis se dissimulari audire, fingeretq. surditatē, cum omnia tamen auribus curiosis captaret, auscultaretq. Tractū videtur a mola, unde exploratores obseruare soleant quæ fierent, nam μύλον molam sonat Græcis, aut Myli curiosi cuiuspiam moribus. Zenodotus testis

Est.

demia Louaniensi, iuuenis utriusq. linguae ad vnguem doctus, & in utroq. scribendi genere mirificus artifex, siue pro sam orationem malis, siue carmen, subscribere visum est.

Vixissent utinam mecum illi, aut inter ego illos,
Quos penes est linguae suauiloquentis honos.
Præmia prima equidem cura certamen haberem,
Nunc adimunt in quos nil habet inuidia.

Usurpauit & Iulianus in epistola quadam ab Basilii, ἡμεῖς αὖτε ὅπως οὐδὲ μὲν, id est, Laudauit me ipsum ut Asitydamas.

Syrbenæ chorus.

Συρβένος χορὸς, id est, Syrbenæ chorus. De choreis incompositis ac tumultuosus olim dictitatum. Nā συρβὴν quidam vocem existimant, qua subulci erga suos utantur, unde & συρβὴ pro tumultu abutuntur. Ceterum Hesychius interpretatur, συρβὴ, μετὰ ἐρῶν. Idem mox addit οὐδὲν Græcis sonare thecam fistularem, unde de συρβῶν dicatur tibicen, aut tumultuosus. Usurpat Athenæus lib. 1. 5. Ἐπὶ ἐρῶν καὶ τῷ συμπόσιον, ἔφη, τίς οὗτος οὐδὲν αὖτε συρβῶν χορὸς, id est, Cū cōuiuium esset plenum tumultus. Quis, inquit, iste Syrbenæ chorus? Sic enim constanter refert hanc vocem Athenæus. Usurpat idem pagina eiusdem libri proxima: & aliquanto post ex Clearcho docet, quis sit συρβῶν χορὸς, videlicet in quo quisq. quod sibi visum fuerit canat, nec auscultet quid præscribat is, qui choro præstiteret, quique docet quemadmodum oportet canere. Dicitur etiam videtur metaphora a dissono illo porcorum gemitu. Non intempestiue dicitur in homines inter se discordes & querulos, aut ubi offendet aures imperitorum cantorum symphonia discors.

Hesiodi senectæ.

Ἡσιόδου γῆρας, id est, Hesiodia senectæ. Λόγῳ αὖ, νῦν αὖ, sic appellabatur. Fertur enim de Hesiodi longæuitate Pindari epigramma quoddam huiusmodi,

Χῶρε δ' ἵς ἡσίοιο καὶ δ' ἵς τὰ φεῖ ἀτιβλήσας
Ἡσιόδ' ἀδελφῶν μετ' ἐν ἵχθιν σαφίνας.

Quod autem ait, eum bis pubuisse, significat, extremā senectam, quasi pueritiam referentem, iuxta prouerbium quod alibi retulimus, δ' ἵς παῖδες οἱ γέροντες. Porro quod bis sepultum, adludit ad historiam, cuius meminit Plutarchus in Conuiuiio septem sapientum. Cum ob suspicionem interfectus esset in Locris, & cadauer eius abiectum in mare, Delphinorum agmen illud exceptum, in Rhium exposuit. Illic cum Locrenses sacri ex more peragerent, & recens Hesiodi cadauer agnoscerent, rebus omnibus omissis, cadis auctores vestigarunt: eos comprehensos, viuos in mare præcipitarunt, ac domos incenderunt. Hesiodum in Nemeo sepelierunt. Sed occultant sepulchrum propter Orchomenios, qui moniti oraculo, conabantur viri reliquias apud se seruare. Vnde consentaneum est quemadmodum Homeri natiuitatē permulta vrbes sibi vendicant, ita Nemeos simul & Orchomenios Hesiodi sepulcrū sibi asserere. Nisi sepultum semel accipere malumus cum in mare proiectus esset. Proinde videto lector, ne pro αὐτιβλήσας legendum sit αὐτιβλήσας, quod paternū admittit casum, cum significat consequi, aut nancisci.

Lotum gustauit.

Λωπὸν ἔφαγε, id est, Lotum gustasti, de ijs dicebatur, qui diutius in peregrinis regionibus haberent, veluti obliti reditus. Neq. inconcinne dixeris in eos, qui simulatq. semel voluptatem inhonestam degustarint. ad pristina studia reuocari non queunt. Sumptum a fabula Lotophagorum, de quibus meminit Homerus Odysseæ lib. 9. narrans quemadmodum Ulyssis socij gustata apud Lotophagos populos herba loto, redire ad nauim noluerint, nisi verberibus adaesti,

Ἀλλὰ σφι δόσαν λωτὸν πείσαν.

Τῶν δ' ὅστις λωτὸν φάγει μελινδὴν κερπὸν,
Οὐκ ἔτ' ἀπαγγέλλαι πάλιν ἡδύλοισι, ἔδ' ἔνι νείδῃ.

Ἀλλ' αὐτὰ βούλοντο μετ' ἀδράστει λωτὸν φάγειν
Λωτὸν ἔπιπόμενοι, μελέμεν, νόσος π' ἀπέδωκε. id est,
Verum illis lotum degustandam exhibuerunt.

Est horum quisquis loti gustat amicum
Et suauem fructum, neq. nuntia protinus illi
Vlla remittere cura, nec ipse redire studebat.
Verum inibi cum Lotophagis remanere volebant
Obliti reditus, carpturi germina loti.

Est autem Lotus, quam eandem celum dici docet Dioscorides lib. 1. arbor, de qua Plin. lib. 13. Tam dulcis ibi cibus, ut nomen etiam genti terræq. dederit, nimis hospitali, aduenarum obliuione patriæ. Est & herba eiusdem nominis gratissima & ipsa palato, de qua permulta Theophrastus lib. De Plantis 4. cap. 9. Reperimus & hoc prouerbium in collectaneis cuiusdam recentioris: quod quoniam videbatur haud illepidum adscripsimus.

Ex ore lupi.

Ἐκ λύκου στόματις, id est, E lupi ritu, ubi res quæpiam præter spem recipitur, quæ iam plane periisse videbatur, veluti cum pecunia crepta a prædonibus, aut rapaciter ranno, aliquo inopinato casu recuperatur. Solent enim sic recepta esse gratiora. Sic Flaccus in Odis, Vel hædus ereptus lupo. Nota metaphora. Adagium refertur a Diogeniano. Natum videtur ab Aesopica fabella, quæ narrat gruem, cum stipulata mercedem os, quod lupi gutturi inhererat, immisso capite eduxisset, præmium exigentem irrisam a lupo fuisse, cum is diceret, abunde magnum esse præmium persolutum, quod ex ore lupi caput incolume retulisset.

Boni viri lacrymabiles.

Ἀγατοὶ δ' ἀριδύκρεις ἀδύει. id est,
At quisquis probus, is multū lacrymabilis est uir.
De ijs dicebatur, qui facile commouerentur ad misericordiam, ac precibus flecterentur. Nam illacrymare dicuntur, qui miserescent. Ouidius,
-Quibus possint illacrymasse seræ.

Proinde Horatius Plutonem, quod nullis flectatur precibus, illacrymabilem appellat:

Non si trecentis, quotquot eunt dies,
Amice places illacrymabilem
Plutona tauris.

Et Dido Vergiliana Anææ duriciem incusans,
Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
Nū lacrymas uictus dedit, aut miserat? amatē est?
Potest & ad Heraclitū referri, res humanas perpetuo fletu prosequi solitū. Contra duos et inexorabiles, ada
Ff 2 mantinos,

martinos, ferreos, & corneis fibris dicimus. Licebit et huc detorquere, quod boni fere cum paupertate rem habent, multa q. coguntur perpeti. Adagium recensetur a Zenodoto.

Bocchyris.

Βοκχυρις seu **Βοκχουρις**, nam utrumq. reperitur. Plutar. in vita Demetrii, Bocchorem vocat, indicans exactum iudicium, **Βοκχουρις** - **ρις** appellari solere. Rex quidā fuit Aegyptiorum, adeo notus & incorruptus in iudicandis litibus iustitiae; ut vulgo si quem magnopere iustum & integrum significare vellet, Bocchyrin appellaret: periale quā Rhadamanthum d. cas, aut Minnoem. Plutarchus in commentario De vitiosa taciturnitate testatur, fabulam de hoc iactatam fuisse, quod cum esset natura grauis & austerus, Isis illi aspidem immittere solita sit, quae capiti circumuoluta, superne hominem inumbraret, ut ostento territus recte iudicaret. Adagium refertur a Suida. Dicitur potest & de iis, qui non temere de re quapiam pronunciant. Negant enim hunc regem solere sententiam ferre, nisi de causa iam comperta, & certis argumentis deprehensa; & tamen huius Bocchyris iudicium quoddam reprehensū fuit a meretrice Lamia. Adolescens quidā in Aegypto deperibat amore Theonidis meretriculae. At illa pro nocte mercedem ingentem postulabat. Interim euenit, ut adolescens noctu somniaret se rem habere cum Theonide. Eo viso liberatus est ab amore, desitq. scortomolestus esse. Illa ubi factum rescivit, appellat adolescentem, petit pactam mercedem. Cum non conueniret, intum est ad iudicem Bocchorem. Is causa cognita pronunciat, ut adolescens tantum pecuniae adferret in vasculo, quantum illa postulasset, eamq. praesente ac inspectante Theonide, huc illucq. manu tenens volueret, & illa interim haberet umbrā, quasi recte somnium umbra pensaretur. At hoc iudicium ut iniquum reprehendit Lamia meretrix. Per somnium, inquit, adolescens amore coitus liberatus est, at umbra Theonidem non liberauit amore pecuniae. Hanc Plutarchus in vita Demetrii.

Camelus saltat.

Ὅτι quis indecore quippiam facere conatur, & inuita, sicut aiunt, Minerva, camelum saltare dicebant. Veluti si quis natura seuerus ac tetricus, affeēter elegans ac festiuus videri, naturae genioq. suo vim faciens. D. Hieronymus prouerbij nomine citat, torquetq. in Heluidium. Risimus inquit, in te prouerbum Camelum vidimus saltitantem. Taxat Hieronymus hominis ineptiam, qui cum a Musis effēet alienissimus, tamen disertus haberi vellet.

Canis in vincula.

Κῶς ὡς **δισμα**, id est. Canis in vincula. Dicebatur, ubi quis seipsum in seruitutem, aut in malū aliquod iniiceret. A canibus sumptum ultro se praebentibus vinciedos cibi lenocinio. Auctor Zenodotus. Hefychius indicat in eandem sententiam dici, **Κῶς** ὡς **δισμα**, id est, Bos in vincula.

Chius ad Coum.

Χῖος πρὸς **κῶν**, i. Chius ad Coum. De cōparatione vehemēter inaequali dicebatur. Nā in ludo talorū iactus, qui Chius

dicbatur, unioni respondebat, Coum senioni. Quem Graeci Chium dicunt, nos canem vocamus, & quem illi Coum siue **ἔϊτλω**, nos senionem. Porro quemadmodum Coum inter felices iactus habebatur, ita Chius fuit inter infelices. Unde Persius,

— Quid dexter senio ferret

Scire erat in votis, damnoſa canicula quantum

Raderet.

Uidetur autem senio per se felix, infelix haberi sole- re, si accederet canis. Sic enim Martialis,

Senio nec nostrum cum cane quassat ebur.

Quod si verum est, adagium conueniet non solum in collationem rerum inaequalium, verum etiam pugnantium. Velut si quis conferat plebeium cum rege, Chius est ad Coum: si quis adolescentem cum senē, contrarietas est, non solum inaequalitas. Adagiū meminerunt Zenodotus, Hefychius & Suidas, nisi quod Suidas pro **ἔ** habet **ἔ**, pro **ἔ** **ἔ**. Id utrum scriba culpa commissum sit, an interior talis pars & exterior intelligenda sit, doctis excutiendū relinquimus. Fit autem interim adlusio ad gentes, quarū utriusq. mores nō caruerunt nota, sed praecipue Chiorum. Ita simile fuerit illi, **κῆρ** πρὸς **τ** **κῆρ**.

Optimum condimentum fames.

Ὀπτικὸν condimentum fames. Inter apophthegmata Socratica celebratur. Irridebat hoc dicto luxum Atheniensem, qui variis cupediis & operosis condituris conarentur efficere, ut cibus saperet palato, cum id optime praestet fames, condimentum ut optimum, ita & vilissimum. Nihil enim suauius edi, quam quod editur ab esuriente. Manet hodieq. vulgo tritum prouerbum, famem efficere, ut cruda etiam faba saccarū sapiant. Antiphanes apud Stobaeum,

Ἀπὸ δ' **ἡμῶν** **γλυκὴ** **παλὴ** **αὐτῆς** **ποιᾶ**. id est,

Præter seipsam cetera edulcat fames.

Quod fames facit in cibo, idem sitis facit in potu. Darius enim in fuga cum aquam turbidam bibisset & cadaveribus inquinatam, negauit, se inquam bibisse iucundius, nimirum numquam sitiens biberat. Eandem sententiam sic apud Athenaeum lib. 4. effert Xenophō, **ἡδὺ** **μὲν** **μαζᾶν** **καὶ** **καρδαμὴν** **φαγόντων** **πίνοντι**, **ἡδὺ** **δὲ** **ἰδὼν** **ἀρυσάμενον** **ἐκ** **ποταμῶν** **πίνει**, id est, Dulce est mazam & nasturtium edere esurienti, dulce est si- tienti aquam e fluuio hantam bibere. Ibidem refert quiddam non infestum de Socrate, qui frequenter ad multam vesperam ambulare cōsuevit ante aedes suas: percontantibus quid illic ageret, Obsonium, inquit, cō- paro in cenā. De Dionysio, cui fastidiēti nigrū ius quod in phiditiis adponebatur, coquus respōdit, nō esse mirū, cū deessent cōdimenta, de palastra, cursuq. ante cenā sentiēs, alias nobis dictū est. Aut natū a Socrate prouerbiū, aut ab illo usurpatū quod vulgo ferebatur. M. Tullius in lib. De finibus bonorū 2. Diccret id quod Socrate, qui voluptatē nullo loco numerat, audio dicētē, cibi cōdimentū esse famē, portionis sitim. Licebit non nihil gratiae addere prouerbio, si lōgius defleatur: uelut ad litterarū studiū, quod eo dulcius est, quo vehemē- tius sitiātur litterę. Et voluptates cōmēdat rarior usus.

Phani ostium.

Φάνι **ὄστειον**, i. Phani ostium. Id accinebatur, ubi quis frustra seruasset aliquid, veluti si cuius uxore adulterio vitari

vitiari contingeret, quam tamen ille multa zelotypia seruasset. Natum aiunt a Phano quodam usurario: vel ut alij dicunt, caco, qui cum cellæ penuariæ ostium ita obstruxisset, ut citra strepitum non quiret aperiri, tamen a ministro apertum est, sublatumq. penu. Alij narant, huic Phano uxorem fuisse parum spectatæ fidei, quam quod is haberet adulterii suspectam, atrij fores sic occlusit, ut non nisi cum stridore sonituq. possent aperiri. Verum illa cum per tegulas reciperet adulterum, vicini per iocum dicebant, ἡ φάνη ἐνέει. Eaq. vox postea cessit in vulgi sermonem. Haud scimus an sit idem cum eo, quod refert Eustachius in Odyssæa lib. ult. φάνη ἐνέει, A Phania quodam, qui finxit sibi multam opum vim domi reconditam esse.

Viro Lydo negotium non erat.

Ἀνδρὶ λυδοῦ πρᾶγμα πικρὸν ἐκείν, ὃ καὶ αὐτὸς ἐξελθὼν ἐπείατο, i. Viro Lydo negotium non erat, at ipse foras profectus, parauit. Dicitur solitum, ubi quis impatiens otij, ipse sibi negotium ac turbam arcescit. Adluisse videtur huic Plutarchus, aduersus Colotem, Εμοὶ δὲ δοκεῖ καὶ ἐκ τῶν ἑλθοῦντων αὐτῷ πρὸς τὸν ἀνδρὶ ἐν τῇ ἐνέει μίαν, ἢ καὶ τὰς πλείους τῆς ἀπείρου καὶ μεγάλης περιουσίας τὴν ὁμιλίαν. i. Mihi vero videtur quemadmodum Lydus ille, in seipsū aperire nō unam ianuam sed maximis ac plurimis difficultatibus circumuallare Epicurum. Sumptū a Cræso Lydorum rege, qui antea felix, rebusq. florentissimis vtens, Cyrium in se prouocauit: a quo victus, in maximas calamitates deuenit. Auctor Zenodotus.

Ne vmquam viri senis.

Ἀνδρὸς ἡρόντος μὴ ποτ' εἰς πυγὴν ἱρᾶς, id est, Tu ne viri vmquam inspicio podicem senis. Id est, ne requiras illud a quoquam, quod ab eo præstari non possit. Veluti si quis a philosopho requirat eloquentiam, ab oratore exactam colligendi rationem, a sene facilitatem & festiuitatem iuuenilem. Metaphora sedior est, quam ut libeat interpretari: simul autē apertior quam ut opus sit. Refertur a Zenodoro.

Amæa Azesiam reperit.

Ἀμῶα τὴν Ἀἰσὶαν μετ' ἄλγεα, id est, Amæa ad Azesiam accessit. Dicit consuevit de re diu multumq. quesita, de siderataq. Didymus auctor est, apud Træzenios Cererem appellari Amæam: Proserpinam, Azesiam. Nota fabula de Proserpina a Plutone abducta ad campos Elysios, & Cerere toto orbe querente filiam. Refertur a Plutarcho in Alexandrinensium prouerbiorum collectaneis.

Tamquam heros in clipeo excipere.

Ἀλλ' ὡς ἥρως ἐν ἀσπίδι ἐκείσθαι σὶ βούλομαι, id est, Imo tamquam heros in clipeo te volo hospitio accipere. Dicitur solitū, ubi quis suis ipsius artibus aut beneficiis fretus, de amicis bene mereri conaretur. Inde ductum, quod antiquitus heroes assidue in armis agentes, velut in clipeo diuersabantur: & si quid opus fuisset amicis, quod armis præstari poterat, id prompte præstabant, utpote sola virtute diuites. Et apud Homerum, heroes tergoribus bubulis accipiuntur, & apud Maronem, Euander Aeneam villosi pelle leonis accipit. Ex tergoribus autem integebantur clipei.

Iouis sandalium.

Τὸ δῖος σάνδαλον, id est, Iouis crepida. Per ironiam dicebatur in eum, qui magni quippiam videri vellet, propter principis alicuius familiaritatē: veluti si quis insolens sit ac ferox, quod regius sit coquus, aut imperatoris satelles, aut pontificis tonsor, adposite dicitur, τὸ δῖος σάνδαλον. Nihil autem vetat, quo minus & ad rem accommodetur: ut si quis equum regium, aut vestem miretur, quemadmodum vulgus facere consuevit nō ob aliud, nisi quod regis sit. Suidas ex Eupolide citat.

Lux adfulsit.

VBI melior rerum spes ostendi cæperit, lucem adfulsisse dicunt. Euripides in Oreste,

Ἦκε γὰρ ἐμοὶ καὶ σὺ καὶ κακός. id est,

Meisq. venit lumen, ac tuis malis.

De Menclao dictum, e cuius aduentu remedium aliquod malorum suorum sperabant. M. Tull. in Antonia narum prima, Lux quædam videbatur oblata, non modo regno quod pertuleramus, sed etiam regni timore sublato. Porro lumen fausti omnis apud veteres fuisse, testis est & M. Varro libro De lingua Latina 2. Putat enim mane dici inde dictum, quod antiquitus manum bonum vocabant. Ad cuiusmodi religionem Græci quoq. cum lumen infertur, solent dicere, τὰς ἀγαθὰς. Nos item illata lucerna fausta inuicem precamur. Lumen enim vitam interpretantur. Vnde inuisam abrum pere lucem. Et tædet cæli conuexa tueri.

Euripides in Iphigenia in Aulide,

Τὸ φῶς τὸ δ' ἀνθρώποις ἡδίστον βλεπέν. id est,

Lucem tueri est hominibus dulcissimum.

Et apud Græcos βλεπέν simpliciter dicuntur, qui viuunt. Aegyptij vitam lucernæ symbolo representabant, quod nihil aliud existimarent esse vitam, quam ignem humore velut olei liquore nutritum.

Lupus aquilam fugit.

Λύκος αἰὲ φεύγει, id est, Lupus aquilam fugit, ubi periculum imminens euitari non potest. Aquilam enim, alata cum sit, frustra lupus fugit. Refertur a Diogeniano; meminit autem & Zenodotus. Nec indicant originē prouerbij. Numquam enim audiuimus aquilas molestas esse lupis.

Lupus ante clamorem festinat.

Λύκος πρὸ τοῦ βοῦντος πρὸδόν, id est, Lupus ante clamorem festinat, ubi quis admissi conscius, ultro timet prius quā accusetur. Siquidem lupus simul atq. prædam rapuit, mox properat aufugere, ne coorto rusticorum clamore veniat in periculum. Auctor Diogenianus.

Lupo agnum eripere postulant.

LENO quispiam in Pænulo Plautina, Lupo agnum eripere postulant, nugas agunt. Vbi quis frustra conatur prædam recipere, cui semel manus iniicit rapax aliquis. Improbum enim videtur sperare futurum, ut lupus agnum semel abreptum amittat. Confine. quod alibi diximus, ἐκ λύκος σῶμα τὸς, id est, E lupi ore.

Viam qui nescit ad mare. &c.

PLAUTVS in Pænulo, Viam qui nescit, qua deueniat

Ff 3

nilat ad mare, eum oportet amnem querere comitem sibi, id est, qui rem commodè conficere nequit, is quavis ratione conficiat necesse est. Potest & in hunc accommodari sensum, qui per se non sapit, aliis obtemperet qui plus sapere videantur. Potest item in hunc, Qui recte viuendi rationem ignorat, eos sibi proponat, quorum vita laudata est. Fluius etiam si longis ambagibus, tamen aliquando tamen ad mare deducit, quandoquidè illuc infunditur. Huic consine est, qui uia ignarus est, virgiferum adhibet. Cato Censorius in eos, qui subinde ambirent magistratum, non inscitè dicere solet, eos κατὰ τὸν ποδὸς ἀγνοῦντας τὴν ὁδὸν ἀνιμεῖν, ἢ ἀβούχων ζῆναι πρὸς τὸν δαίμονα, id est, Non aliter quam uia ignaros semper uelle cum virgiferis incedere ne errarent. Magistratus enim ex more licitor aut aliquis virgam gestans precedebat.

Volens nolente animo.

Ἐκὼν ἀκούει καὶ θυμῷ, id est, Volens inuito sane animo. Hemistichium Homericū Iliados libro quarto. Dicendū, ubi quis fingit se nolle quod cupit: aut contra. Terentius non dissimili figura dixit in Andria, Tu voluntate eoactus es tua. Non numquam de ambigente, animiq. incerto dicitur, ut apud Euripidem in Hecuba.

Ὅς δ' εἶλον π καὶ βίλον. id est,

At is volensq. & non volens.

Est etiam in arcanis prouerbiis Hebræorum, Pigrum velle & non velle.

Vulturis umbra.

Ὑπὸ σκιά, id est, Vulturis umbra. De nullius precij homine dicebatur. Refertur a Diogeniano. Sed magis quadrare videtur in hereditetas, aut alioqui rapaces, inbiantesq. prædæ. Respondet illi, Si vultur es, cadauer expecta.

Præsens abest.

Παρόν ἀποδύμει, id est, Præsens peregrinatur. In eum dicendum, qui non animaduertit ea quæ dicuntur, cogitatione aliis in rebus occupata. Unde quos inbemus attentos esse, iis sic loqui solemus: hic estote, & hoc agite, & adeste animis. Hodieq. vulgo dicunt, cogitatione peregrinantem, domi non esse, sed foris. Terentius in Eunuchis, Cui isto milite præsens, absens ut sis, id est, corpore quidem præsens, ceterum animo semota. Contra qui amant, absentes, præsentis sunt: veluti de Didone Vergilius in quarto,

- Absens, absentem, auditq., videtq.

Theodoritus Cyrenensis Therapeutices lib. 1. ex Heraclito Ephesio adducit, Ἀφνειοὶ ἀκούσαντες κοῦφοις ἰοῖσι. φάτις ἀποτοῖσι μάρτυρ', πρὸς ὅσους ἀπείναι, id est, Stolidi cum audierint, surdis sunt adsimiles. Testatur prouerbiū illos præsentis abesse. Item Aristophanes in Equitibus,

Πρὸς τὴν λέγοντ' αἰ

Κίχνας, ὁ νόος δὲ σὺ παρόν ἀποδύμει. id est,

Tu semper inbias ad loquentes, ceterum

Animus peregre est, mensq. tua præsens abest.

Vna lauabor.

Παραλούμαι, i. Vna lauabor. Dicit consuevit, ubi quis insinuat se in societate alterius, aut ubi quis admittit ali-
quæ in societate: uti qui pauperior est, sumptum effu-

giat. Suidas ait olim fuisse morem ut diuites vna cum pauperibus lauarent: ut quibus propria suppellex strigilum, spongiarum, guttorum, atq. id genus rerum non esset, diuitum uterentur suppellectile. Citat idem Aristophanem ex Anagyro, ὡμὰ πάντες καὶ περὶ λαοῦ καὶ τοὺς πωγγυρεῖς, id est, Verū oportet omnes vna lauare, ac spongas omittere. Tamquam hoc commoditatis latu sint tenues, si cum diuitibus balneum ingrediantur, ut spongiis suis parcat. Unde nobis videtur, non inconcinne dici posse, ubi quis leniculam aliquam commoditatem, quam citra suum incommodum præstat, perinde ut ingens beneficium imputat. Quidam codex habet, παραδύμαι, velut vna mergor.

Pinus in morem.

Πῶκος τρεῖς, i. Piceæ ritu. Ubi quis funditus radicitusq. perit, ita ut nullo pacto restitui possit, piceæ ritu perditus dicitur. Nam piceam succisam negant suppullu lascere. Meminit huius prouerbi Staphylus, citante Diogeniano, meminit & Suidas.

Procridis telum.

Πρόκριδος ἀκόντις, i. Procridis iacula. De iis, qui veluti certis telis, quidquid animo destinant, assequuntur. Sumptum a notissima fabula, vel Ouidio narrator, libro Transformationum septimo, de Cephalo, qui certo iaculo emisso, Procridem uxorem interemit, ratus feram esse. Huic diuersum est illud Horatianum,

Non semper feriet, quodcunq. minabitur arcus.

Id est, non semper assequeris quod cupis.

Promeri canes.

Προμῆρες κύνεις, id est, Promeri canes. Dicit solitum, ubi quis nouo casu pœnas daret iis, quos aliquando læsisset. Promerus regius quidam minister fuit. Is Euripidem tragicum poetam, supra modum exosum habebat, delatus ab eodem aliquando, nescio quo nomine apud regem. Quare postea canes quosdam feros in poetam soluit, a quibus ille deuoratus interiit. Proinde quoties potens quispiam offensus, aliquos subornat, submittitq. qui tibi negotiū facestant, tēpestiue dixeris, προμῆρες κύνεις. Conuenit cum illo, quod alio dictum est loco, καὶ δὲ δίκω, id est, Canis vindictæ. Recensetur a Diogeniano.

Magistratum gerens, audi & iuste & iniuste.

Ἀρχὼν ἀρετῇ καὶ δίκῃ καὶ ἀδίκῃ. id est,

Princeps iniqua & æqua pariter audias.

Sumptum aiunt hoc adagium ex Solonis elegiis, etiā si hic trimeter est iambicus. Admonet, ut qui in tractandis Reip. muneribus versatur, patientissimis sit auribus, æquoq. animo & bene & male audire consuecat: neq. facile populi vel laudibus vel conuiitiis a recto dimoueat: Congruit huic illud Sophocleum in Antigone,

Ἀλλ' ὅν πόλις εἴσεται, τόνδε καὶ κλένει,

Καὶ σμικρὰ καὶ δίκαια καὶ τὰ δαιμόνια. id est,

Sed quem instituerit ciuitas, & parua eum

Audire oportet, & æqua, & his contraria.

Potest & ad hoc accommodari, quod quidam Romanus imperator dixisse legitur, in ciuitate libera linguas item liberas esse oportere. Neq. vero mirū aut magnū, si principes permittant populo quæ velint dicere:

cum

cum ipsis liberum sit quæ velint facere. Præterea de principum factis vulgus varie pronuntiare cōsuevit, quod alius probat alius damnat. Maiore autem animo oportet esse principem, quam ut huiusmodi voces captandas aut obseruandas existimet: tantum id spectet, quod ex usu sit reipublicæ. Huc Alexandri dictū pertinet, cui cum quidam renunciasset, esse qui de ipso male loqueretur, Regium est, inquit, male audire cum bene feceris.

Fulgur ex pelui.

Ἀστὴρ ἐκ πύλων, id est, Fulgur ex pelui. De minis inanibus eorum, qui ledere non queant. Fulgor enim qui fulguris imitatione quadam e vasculorum nitentium vibratione, aut ex aquis redditur, nocendivim nullam habet, pueros modo territat. Habentur & hodie specula quædam, quæ vibrata ad solem fulgur imitantur: verum id fulmen non est, quod montes ac maria percutiat, ut inquit Plinius. Paræmiam recenset Diogenianus. Ad quam adlusit Augustinus, in libro De quinque hærefibus, Non nos hostium turba, non bellantium reuocet forma, non quasi vitrea fulgentia terreant arma.

Ex inanibus paleis.

Ἀτὰρ ἐκ καθαρῶν ἀχρόων πτρίγκαος σιτίος, id est, Atqui e puris paleis trituram frumenti facis, id est, Operam sterilem & infrugiferam sumpsisisti. Natum a rusticis adagium, cum male enatis segetibus, præter culmos, & paleas nihil adferunt in horrea. Recensetur a Diogeniano.

Atrei oculi.

Ἀτρεὺς ὀφθαλμοί, id est, Atrei oculi. De toruo truculentoque aspectu dicebatur. His enim oculis in tragædiis inducebatur Atreus, qui Thyestæ fratri filios ipsius epulandos apposuit, propter uxorem adulterio vitiatam.

Mutus Hipparchion.

Ἀφροσύνη παρ' ἵππων, id est, Mutus Hipparchion. Vbi quis repente obmutescit, cum maxime vox illius expectatur: id quod non raro consuevit quibusdam in cætu dicturis euenire, ut subito velut attonitis vox faucibus hæreat. Quod aiunt accidisse Theophrasto, homini in circulis alioquin eloquentissimo. In huiusmodi casu igitur fuerit huic adagio locus. Narrant olim apud Græcos, duos præcipuos fuisse citharædos, Hipparchionē & Rufinum. Cum autem in solemmibus ludis, qui decimo quoque anno apud Iuliopolitas agebantur, essent inter se decertaturi: contigit, ut Hipparchion theatristre pitu turbatus, obticeret, eaq. res in vulgi iocum abiit, Auctor Zenodotus.

Pecuniarum cupiditas Sparta m capiet, præterea nihil.

Ἀφίλοχρηματία σπάρταν ἵλοι, & ἄλλο δὲ ἔδιν. id est, Vna fames auri Sparta m capiet, subigetq. Præterea nihil.

De iis qui sola pecunia possunt expugnari, alioquin in illi. Natum adagium ab oraculo, quo responsum est Alcmeni & Theopompo Spartæ regibus, tum demum

vincendos esse Lacedæmonios, cum aurum & argentum in precio caperint habere. Respondet apophthegmati Philippi Macedonum regis, qui putauit nullam arcem tam munitam esse, quin capi posset, modo asino pateret accessus onusto auro. Respondet & Danaes fabulæ, a qua nulla custodia, auri insultum arcere potuit. Meminit M. Tullius in secundo libro Officiorū, & Plutarchus in Laconicis.

Non decet principem solidam dormire noctem.

INTER pleraque. Homeri carmina, quæ quondam pro- uerbiorum vice celebrata fuisse testatur Macrobius, illud vel præcipue adnumerarimus, quod est in Iliados libro secundo.

Οὐ χρεὶ παρ' ὅχλον εὐδῆν βασιλῆαρον ἀνδρῶν. id est, Haud dignum dūce id est, noctē dormire per omnē. Admonet paræmia, vigilantiam ac sollicitudinem maxime conuenire principibus; ut qui tantā negotiorum sarcinam sustineat humeris. Vnde & Vergilius Aeneam suam aliis dormientibus aut voluptati indulgentibus, aut vigilantem facit, aut certe excitat, fingitque cogitandum, sobrium, & de futuris agitantem animo.

At prius Aeneas per noctem plurima voluens.

Et rursum

Aeneas potes hoc sub casu ducere somnos?

Atq. iterum.

Vigilas ne deum gens

Aeneas? vigila.

Huius rei præclarum exemplum præbuit Epaminondas ille dux Thebanus. Siquidem cum Thebani ciues festis quibusdam diebus solutius comotationibus indulgerent, licentiusq. voluptatibus frucrentur, ille solus vigil, ac sobrius arma lustrabat, & urbis obambulabat mænia. Rogatus cur id faceret, respondit se νήφην καὶ ἀγρυπνῆν, ὅπως ἔξῃ τοῖς ἀπὸ τοῦ μέθους καὶ κατ' εὐδῆν. id est, sobrium esse se, ac vigilare, quo reliquis liceret tumultuosos esse ac dormire; quemadmodum refert Plutarchus in libello Aduersus ducem imperitum. Porro quæ modo retulimus ex Homero, dicuntur ad Agamēnonem sub persona somnii, Nestoris speciem imitantis. Integrum carmen sic habet,

Εὐδῆς ἀτρεὺς ὃ δαΐφρωνος ἱπποδάμοιο;

Οὐ χρεὶ παρ' ὅχλον εὐδῆν βασιλῆαρον ἀνδρῶν,

ὃ λχρίτ' ἐπὶ πτρίγκατος καὶ τῶν αὖ μίμναι. id est,

Belligeri Atridæ proles dormis ne Agamemnon?

Perpetuam noctē dormire haud principe dignū est,

Cui populi commissi, & tanta negotia cura.

Eundem ceteris dormientibus solum vigilantem facit Iliados κ.

Ἀλλοι μὲν παρ' ἀνυσσὶν ἀριστῆες παρ' ἀχαιῶν

Εὐδῶν παρ' ὅχλοι μαλακῶ δαδμμένοι ὕπνῳ,

Ἀλλ' ἔκ' ἀτρεὶδων ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν

Ὑπνὸς ἔχει γλυκερὸς, πολλὰ φρεσὶν ὀρμαίνοντα. id est,

At reliqui Danaum proceres noctē vsq. per omnē.

Dormibant, placido correpti membra sopore,

At non Atridem pastorem Agamemnona plebis

Somnus habet dulcis, versantem pectore multa.

Consimilem ad modum Iouem vigilantem fecit Iliados λ.

dere, proximum mentiri. Nam ea iudicabant coherere, quod qui sunt obsecrati, saepius cogantur mentiri. Quod autem refert Plutarchus, est apud Herodotum libro primo.

Ad digituli crepitum.

Quoniam arrogantius fastuosiusque inbent quippiam, digituli crepitu significare dicuntur. Diuus Hieron. in epist. ad Rusticum monachum usurpauit, in superciliosum quendam et fastidientem, qui dicturus, digituli crepitu silentium imperabat: deinde simili fastu singulas voces, per interualla promebat: ut singultire crederes, non proloqui. Videtur autem hic gestus fuisse dominorum, seruus humiliter aliquod ministerium inuenientium. Martialis libro tertio in Zoilum:

Digitum crepantis signum nouit Eunuchus.

Item in Distichis,

Um poscor crepitu digitorum et verna moratur

O quoties pellex culcitra facta mea est.

M. Tullius libro Officiorum tertio: Itaque si vir bonus habeat hanc vim, ut si digitis concrepuerit, possit in clupetum testamenta nomen eius irrepere, hac vi non utatur, ne si exploratum quidem habeat id omnino ne minem unquam suspicaturum. Simile est illud de nutu et renutu Iouis, quod ex Homero citat Plinius in Epistolis. Et nutu dicuntur efficere, qui minimo negotio rem conficiunt. Item ad omnes nutus obsequi, qui prompte morigerantur.

Suam irritat.

Τὸν τρίτον τῶ σωτῆρι id est, Suam irritat. In audum rixarum dicebatur. Sus enim agrestis prouocatus, recta petit eum, a quo prouocatus est. Sic enim narrant venandi periti, si quis suam lancea protensa prouocarit, etiam si iam ille sequebatur alium quempiam, illico vertere cursum, et in prouocatorem tendere, ne cuspide quidem vitata.

Seruatori tertius.

Τὸν τρίτον τῶ σωτῆρι id est, Tertium seruatori. Proculus Diadochus in commentario de tribus animi partibus, iuxta Platonis diuisionem, de quattuor virtutum generibus, usurpauit adagium hoc, his quidem verbis, Ἀλλὰ τῶν τῶν διακρίσεων, καὶ τῶν ψυχῶν μερῶν κατ' οὐσίαν διακρίσεων, τὸ τρίτον τῶ σωτῆρι φασί, id est, His dissolutis, animique partibus iuxta suam rationem distinctis, tertium seruatori, quod aiunt. Sentit autem Proculus, absolutis duobus restare tertium, videlicet, quo pacto quattuor virtutes ad tres illas animi partes possint referri. Proculus videtur Platonem imitatus in Charmide, πάλιν τοίνυν ἂν δ' ἴδω τὸ τρίτον τῶ σωτῆρι ὡς ἀρχὴς ἐπισκεψόμεθα. id est, Rursum igitur, inquam, tertium sospitatori velut ab initio consideremus. Eodem adluisse videtur, licet rectius, libro De legibus 3. οὗ δὲ τρίτος σωτὴρ ὑμῖν ἡ τι παρῶσα καὶ θυμὸς ἐν τῷ σώματι ἀρχὴν ἔχων, οἷον ψυχῶν οὐκ ἐστὶν αὐτῇ, τῷ δ' ἐφ' ἧς δύνανται. id est, Porro tertius vobis seruator videns principatum adhuc frementem et animosum ceu psallium iniecit illi, Ephorum potentiam. Sentit Lacemoniorum remp. tribus modis fuisse temperatam, ne erumperet in tyrannidem. Primum addita altera familia, ex qua reges creari liceret. Nam initio ex una

tantum phas erat. Deinde nobilium ac principum potentia opposita viginti octo seniorum auctoritas, quae in grauissimis negotiis regia par habebatur. Postremo quinque Ephorum magistratus, cui rex parere cogebatur. Haec autem omnia putat numinis prouidentia fuisse procurata ad ciuitatis incolumitatem, eoque dicit, tertius seruator. Sumptum est adagium ex Isthmiorum hymno sexto Pindari, apud quem de tertio Iouis sospitatoris calice legimus ad hunc modum: Ἐν δὲ τρίτῳ.

Σωτῆρι ποταίνοντες ἄλμπιν, ἀγινόμεν καὶ παρὰ δὲ μίμν' ὁδὸν γαίης ἀνδρῶν. subaudi Κρατῆρα.

Quorum carminum haec ferme mens est: Optat Pindarus ut aliquando vincat Olympia Aegenensis, quo contingat tertium miscere calicem sospitatori Ioui, non sine laudibus, tum ipsius uictoris, tum Iouis Olympij. Craterem autem intelligit, aut simpliciter eum qui sumitur in conuiuiis victorialibus, aut κρατῆρα τ' ἀδόν. id est, Calicem cantionum, quem admodum alibi:

Γλυκεὶ κρατῆρι αἶμα δόκυνται ἀνδρῶν, id est,

Dulcis calix vocalium cantionum.

Quo quidem loco Pindaricus interpret ostendit antiquius fuisse morem, ut in conuiuiis primus calix misceretur Ioui Olympio: secundus heroibus, tertius Ioui seruatori. Testem huius rei citat Sophoclem ἐν αὐτοπλίῳ.

Ζεὺ πάσι λυπὴν καὶ δὴς σωτῆρις

Σπονδὴν τρίτην κρατῆρα.

id est,

Curarum adeptor Iuppiterque et tertij

Libatio scyphi sospitatoris Iouis.

Citat et Aeschylum in Epigonis:

Λαίβας δὲ δὴς μὲν πρῶτον ἀράναι μάχης

Ἡρώς τε, ἵπτα τῷ αὐτοδράμῃ καὶ κρατῆρι

Ἡρώσι νίμω, ἵπτα τρίτον δὲς τοῦ σωτῆρος ἐν ταῖς λαίβαις. id est,

Libationes primum quidem Iouis tempestarum nuptiarum, Iunonisque. Deinde secundum poculum heroibus tribuo. Deinde tertio loco Iouis sospitatoris optabilem stillam. Addit autem, hunc calicem σωτῆρος appellatum: quod hucusque potatio citra ebrietatem, animique noxam consisteret. Ultra quem si quis progressus esset, iam ad libidinem, intemperantiamque res vergere videretur: iuxta illud apud Apuleium Asclepiadis dictum, existimantis primum craterem pertinere ad sitim, secundum ad voluptatem, tertium ad ebrietatem, quartum ad insaniam. Hunc autem eundem, dicit σωτῆρος calicem appellant πλεον, siue quod in hunc desineret bibendi modus: siue quod hic numerus inter omnes absolutissimus esse putatur, ut cui adsit et initium, et medium, et finis: eoque rebus diuinis potissimum accommodatur, et a Platone refertur ad animum, utpote diuinum, et ob id ternione constantem. Ne id quidem theologica ratione vacat, quod primum et vltimam pateram Ioui dicarint, mediam semideis. Primum enim heroibus medius locus competebat: vel quod iuxta Platonis sententiam mediae conditionis essent inter summos illos deos, οἱ ὀλυμπῶν ἔχουσι, ut inquit Homerus, quos Plato mentes autumat esse nullis obnoxias corporibus, et inter nos corporibus oneratos, et ob id affectibus mortisque obnoxios. Demonibus enim Platonici tribuunt corpora, tametsi non eiusmodi, qualia sunt nostra, verum aerea: cuius opinionis se fuisse testatur et diuus Aurelius Augustinus, in libello

libello De natura demonum, & alias aliquoties. Vel quod iuxta poetarum fabulas semidei compositæ medietate sunt originis, ex altero parente deo, altero homine: velut Hercules ex Alcmena & Ioue, Castor & Pollux ex Leda & Ioue. Porro Iouem intelligunt mentem illam summam omnia simul complectentem, ut idem & initium & finis sit omnium: eamque ob causam ab hoc auspicabantur potationem, & in eundem finiebant. Meminit Iouis hospitatoris non semel Aristophanes in Pluto, velut hoc loco:

ὁ δὲ οὖν δὴ καὶ τὴν σωτηρίαν καὶ τὸς μοι δοκεῖ
Χάριν ἰάσασθαι, ὅτι δὲ αὐτὸς καταμίνην. id est,

Mibi itaque visum hospitatore Iouem ut

Valere sinam, atque hoc permaneam posthac loco.

Tradit interpretes templum Athenis fuisse τὴν δὲ σω-
τήρεα, quem eundem qui τὴν ἀποδείξιν appellant. Ἰδὲ
σωτήρεα mentionem facit & Athenæus in Dipnosophi-
stis, libro secundo, addens olim fuisse morem, ut cibis
appositis mox vinum indilutum infunderetur, quo ni-
mirum declararent, quanta vis esset boni dei. Deinde
cum suo quisque arbitrio diluisset, nomen Iouis Seruatoris
præstantur, innuentes ita temperatum, vinum tu-
to citraque noxam bibi. At idem libro undecimo pro-
pmodum docet & post cenam a lotis manibus inferri
solere calicem Iouis Seruatoris, qui idem fuerit cum eo
qui dictus est ἄλκιος δαίμωνος, Diphilum adducens au-
ctorem, qui scripserit in Sapphone:

Ἀρχιλοχὲ δέξαι τὴνδε τὴν μετανιπρίδα
Μῆσιν δὲ τὰ τῶρες ἄλκιος δαίμωνος. id est,
Archilochæ sumito hanc tibi metaniptridem
Plenam Iouis Soteris optimi dei.

Adagio licebit uti, cum significabimus nos ad id quod
in negotio postremum, ac præcipuum est accedere.
Prius quam finem faciamus illud admonere libet, ex
Pindari verbis, eundem videri Iouem Olympium ac
hospitorem. Plutarchus conuiuialium questionum,
decade quinta, de tribus his calicibus loquitur, ni falli-
mur: Οὐδὲ γὰρ ἐὼν περὶ τοὺς ἀλλοίους βίβει, μάστιγας
καὶ σὺν γαστρὶ καὶ βόμῳ κατὰ χόμιν, ἀλλὰ τρεῖς κρατὶ
ῥαυ κενναμένων, τοὺς μὲν ἀπὸ τῆς πρώτης ποτίσας, τοὺς
δὲ ἀπὸ τῆς δευτέρας, τοὺς δὲ ἀπὸ τῆς τρίτης. ἔθνος γὰρ
ἐξ ὧν ἕως ἡμερῶν ἵσταται. id est, Neque enim cum deo rem
diuinam facimus, reliquis omnibus diis, maxime cum
tēplis & aris vota facim⁹. Sed tribus craterib⁹ mixtis,
aliis de primo libamus, alijs de secundo, alijs ex ultimo.
Nā inuilia stat extra chorū diuinū. Meminit huius rei
& decade septima, demonstrans, cum vni sacrificaba-
tur deo, omnibus simul vota fieri, sed non nominatim.

Hyperii vertigo.

Υπερὶ περιστροφῇ id est, Pistilli circumuolutio. Vbi quis
semper idem agit, neque quidquam tamen expli-
cat. Plato Comicus, opinamur, in Adonide, apud
Zenodotum,

Εἶτα οὐχ' ὑπὲρ μοι περιστροφῇ μνήσεται. id est,
Dehinc mihi vertigo pistilli haud erit.

Plutarchus aduersus Stoicos significans illorum ratio-
nes eodem reuolui: πολλὸς οὖν ὁ δὲς κερινθεὺς ὡς τὸν λόγον
αὐτῶν ἀφίαται. τὴν γὰρ ὑπὲρ περιστροφῇ ἵνα μὴ σπῶσθαι
δοκῇ ἵασον. id est, Multus igitur Iouis Corinthus ad ra-
tionem illorum admittitur. Nam pistilli circumuolu-
tionem, ne ridere videaris, omite. Vnde videtur sole-

re dici, cum eadem sæpius iterantur nō sine tædio. Dia-
lectici peti principium aiunt, quoties eodem reuoluitur
argumentatio. Hesychius interpretatur de his qui sem-
per eadem aiunt, neque quidquam interim proficiunt.
Initium finitimum est, ut idem videri possit, quod Pla-
to recenset in Theæteto: ἢ μὴ σκοτάλεις, ἢ ὑπὲρ ἡμῶν,
τὰ δὲ λέγεται περιστροφῇ. id est, Scytalæ quidem, aut pi-
stilli, aut si cuius alterius dicitur circumuolutio: cum
sermo in idem reuoluitur, quemadmodum illic Theæ-
tetus iubet assentiri rectæ opinioni, eum qui rectam
habet opinionem. Scytalam interpretes vertit, scuticam,
cū Platus loquatur de loro quod furoculo circumuoluitur.

Sus sub fustem.

Υπο ῥόπαλον, id est, Sus sub fustem. Vbi quis sese in præ-
sens discrimen ac perniciem præcipitat, Nam sues
apud quosdam fuste mactari mos est. Refertur a Sui-
da. Zenodotus indicat extare apud Dinolochum.

Sibouem non possis, asinum agas.

Εἰ μὴ δὲ νοῦς ἔσται, ἢ λυγρὸς ὄντος, id est, Si neque is bouem, as-
inum agito, id est, si non potes ut vis, utcumque potes fa-
cito. Si fortuna splendidior non contingit, eam sortem
qua contingit boni consulas: si quod optas non licet,
id quod est proximum, amplectere. Auctore Suida.

Siren amicum nuntiat, apes hospitem.

Σειρὴν μὲν φίλον ἀγγέλλει, εἰρήνην δὲ μέλισσα. id est,
Hospitem apes, verum Siren prædicat amicum.
Quoties complures eadem de re bene ominantur: aut
vbi sua quisque spei blandiens ex quamlibet leuibus ar-
gumentis diuinat futurum quod optat. Nam Siren hoc
loco non unam ex illis virginibus Homericis significat
verum insecti genus, apes non dissimile. Auctore Sui-
da. Quamquam apud Hesychium σειρὰ legitur non
σειρῆν.

Etiā si lupi meminisses.

Εἰ καὶ λύκον ἐμνήσθης, id est, Etiam si lupi mentionem fecis-
ses, subaudiendum interuenisset. Quoties præter ex-
spectationem interuenit is, de quo fuerat mentio: cogna-
tum ei, quod alibi recensuimus: Lupus in fabula. Id
frequenter accidit in Comædiis ac Tragædiis arte cu-
raq. scriptoris, ut de quo sunt verba mox interueniat,
Accommodari poterit ad rem, veluti si apud aucto-
rem protinus vel casu occurrat, id de quo vertebatur
sermo, adagium refert Zenodotus. Plato in Phædro,
λέγεται γὰρ ὁ φαίδρος δικαιῶν εἶναι, καὶ τὸ τὸ λύκος εἶπαι.
id est, Aiunt igitur o Phædre iustum esse etiam quod
de lupo dicitur narrare.

Similior ficu.

Ομοιωτέρως σύκῃ, id est, Similior ficu. Per iocū dicebatur,
de vehementer inter se similibus. Duēta metaphora a
ficorum inter ipsas similitudine. Plutar. aduersus Stoi-
cos: Θαιμασὺν καὶ παράδοξον εἰ μὴ φάτω φαῖναι μὴ τι με-
λιπὴν μελίτῃ, μὴ τι πυρρὸν πυρρῷ, ἢ σύκῃ. τὸ τὸ λόβῳ, σύκῃ,
ὅτι τῷ πεντὰ χρόνῳ γέγονεν ἀπαράλλακτον, id est, Mirum
& inopinabile, si neque palumbus palumbo, nec apes
apis, nec tritico triticum, aut fico, quod est in prouer-
bio, ficus, semper ad similes fuisset. Confine est iis quæ
retulimus alibi; Non tam ouum ouo simile, & Non
lac

lac lacti magis est simile.

Simul & da & accipe.

Ἀμα ἄνδρα καὶ λαμβάνει, id est, Simul & da & accipe. Vbi res est, cum homine parum certa fide, cui non sit tutum quidquam credere, nisi statim receperis quod fueris stipulatus. Torquebitur ad eum qui non collocat officium aut munus suum, nisi iam certus de mutuo: nec spem emit precio, quemadmodum ait leno Terentianus. Aristoteles hanc paræmiam venustius extulit libro Moralium Nicomachiorum octavo, taxans amicos, quos mutua conciliat utilitas: & perinde, ut in forensibus commerciis non dant beneficium, sed vendunt. ἢ μὴ πᾶν ἀγοράει ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα, ἢ δὲ ἐλθόντι τῷ ἄλλῳ εἰς χεῖρα. id est, Altera quidem omnino sordida & cauponaria compensatio de manus in manus: altera magis ingenua ad tempus. Adlusit philosophus ad Comicum illud, quod citatur ab interprete Pindari:

Φοινὴ δὲ ἰνὸς ἐγγυμῶναι,

Τὸ μὴ δίδωμι χεῖρι, τὴ δὲ λαμβάνω. id est,

Phœnix enim foilico.

Quippe altera manu do, & accipio altera.

Phœnices notat: ut nimio cauponandi studio. Vnde & Pindaro dictum in Pythiis, hymno 2.

Τὸ δὲ μὴ κατὰ δαίμονα ἐμπολεῖ μέλος.

Phœnicum commutationem appellat cū datur aliquid, & vicissim accipitur.

Semper me tales hostes insequantur.

Αἰ τοῖς τοῖς με πόλεμοι δίωκον, id est,

Me bella semper insequantur talia.

Vbi quospiam libenter odimus, ac similitatem illorum cōtemnimus. Est enim hominum genus, quos periculosius sit demeruisse, ut ait Seneca, quam offendisse: & quos magis expediat inimicos habere quam amicos. Et quibusdam displicuisse, laudabile est. Et sunt cum quibus amicitia copulatum esse dedecori sit, simulate dissidere pulchrum. Poteest accommodari et in eos qui desciscunt ab amicitia, sed ut inimici nihil queant nocere. Legitur & ad hunc modum:

Αἰ τοῖς τοῖς με πόλεμοι δίωκον.

Me semper hostes insequantur hoc genus.

Anus Eriphus.

Γεῦς ἐριφός, id est, Anus hædus. Apollodorus apud Zenodotum ait, anum quandam fuisse, quæ dicta sit Eripha, quod in virginitate consenuisset: perinde quasi eadē & anus esset per ætatem, & puella, quod adhuc innupta. Sunt qui tradant locustam agrestem, a non nullis Mantin appellatam, in Sicilia γεῦς ὀρίφον appellari. Aiunt autem quodcumq. animal aspexisset, illi mali quippiam accidere. Proinde in mulierem ueneficam & fascinatricem quadrare videtur. Quod genus apud Horatium Canidia.

Anus saltat.

Γεῦς χορδῆς, id est, Anus saltat. In eum conuenit, qui indecore quippiam facit: velut, si senex ludat nucibus: aut princeps exemplo Neronis musicetur. Confine est illi quod supra retulimus: Camelus saltat. Horatius in anum intempestivæ libidinis,

Te lanæ prope nobilem

Tonsæ Luceriam, non citharæ decent,

Nec flos purpureus rosæ,

Nec poti vetulam fece tenus cadi.

Apud Plutarchum in vita Periclis legimus, Elpinicē quandam, cum eum indecoris conuiciis palam incesse-
ret, nihil aliud responsi tulisse quam versiculum illum ex Archiloco,

Ὅδ᾽ αἰ μύροισι γεῦς ἔδρα ἡλείφῳ. id est,

Vnguento anus cum sis canero inungier,

Quid autem secutus Lapius vertit, Haud unguenti, vetula cum sis oblita es, non satis coniectamus, nisi forte pro ἡλείφῳ legit, ἡλείφῳ aut ἡλνῆε.

Anus subsultans multum excitat pulueris.

Γεῦς ἀλκὰς τῆς ἄσπερας πολὺν κονίον τὸν ἡλίφῳ. id est,

Anus subsultans, multum puluerem excitat.

In eos dici solitum, qui ob rerum experientiam, multū negotiorum adgrederentur. Videtur carmen heroicū syllaba dimittat deprauiatum.

Anus velut equus profundam habebis fossam.

Γεῦς ὥσπερ ἵππος τὸν χειρὸς δρῶν τὸν ἕρῃ. id est, Anus velut equus, alte hiantem habebis ac nigrum specum sepulta. De iis, qui penitus abiiciuntur, tanquam profus inutiles. Equi postea, quam consenuerint, in altos terrarum specus aliquo præcipiuntur. Ita mulier olim amata, simul atque defloruit forma, fastiditur ab omnibus. Qualis est apud Horatium Lyce simile illi: Equi senectus.

Aphyarum honos.

Ἀφῶν τιμὴ, id est, Aphyarum honos. Quoties humilibus exiguus quissiam honos contringit. Nam Aphyia pisciculus est vilis: cui coquendo nihil adhibetur præter oleum quo frigitur. Vnde iactatum illud: ἄφῃας τιμὴ τ' ἔλαιον, id est, Aphyæ honos oleum.

Cur non suspendis te?

Τὶ δὲ ἀπῳγῆς, ἢ ἐκ βλάβου ἕως γίνῃ; id est, Quin te suspendis, ut apud Thebanos heros fias? Apud alios summus honos habebatur iis, qui sibi mor em cōsciuissent, præsertim pro salute patriæ: ut apud Atticos Codro pro patria non timido mori: apud Romanos Decius, & Quinto Curtio, M. Catoni Vticensi, Bruto, & aliis plerisq. apud Thebanos autem nullus honos habebatur iis, qui sibi vim attulissent. Vnde per ironiam dictum putant, ut Thebis semideus fias. Dici posse videtur in eos, qui famæ ducti cupiditate, semet periculis grauibus obiciunt. Refertur a Zenodoto.

Quid tibi Apollo cecinit?

Τὶ σοὶ ἀπὸ θεῶν κικλόμενος; id est, Quid tibi Apollo cecinit cithara? hoc est, quid tibi respondit? Adlusum est autem ad Apollinis citharam, quam illi tribuunt poetæ. Vtus est hoc adagio Aeschylus in Aiace Locrensi. Refertur a Zenodoto. Conueniet, ubi quis a principe redeuntem percumētabitur, quid responsi tulcrit, Τὶ σοὶ ἀπὸ θεῶν κικλόμενος.

Quid non fies, profectus Arbelas?

Τὶ ἐγὼ γινώσκων ἀρβίλας, id est, Quid non fies, Arbelas profectus? De eo dici solitum, qui peregere proficiscens

Athenis imperabat, singulari certamine congressus, victor discessit, & Atheniensium imperium occupavit. Cui successit filius Codrus, singulari in patria pietate præcipue nobilis. Nam cum Atticis bellum esset adversus Doros, proditumque esset oraculo, victoriâ penes Atheniensem populum futuram. si rex illorum ab hostibus fuisset occisus, Codrus patriæ gloriam suam incoluntate cariorum habens, ignota specie hostem provocavit, & interemptus est. Reliquit autem filios duos, Mentorem, qui patri defuncto successit in imperium, et Nелеm, cuius auspicijs colonia in Asia demigravit, hæc ferme Zenodorus.

Cadmea victoria.

Καδμεια νίκη, id est, Cadmea victoria. Huius adagii varium adducunt & sensum & originem. Sunt qui putent inutilem victoriam Cadmeâ vocatam, propterea, quod Eteocles & Polynices Thebani, cum de regni vicibus disceptarent, singulari certamine congressi, utriusque perierint. Cuiusmodi victoriæ meminit Herodotus lib. 1. de Phoenicibus agens. Vel quod Cadmei devicerint quidem Argivos cum Adraсто militantes, sed suo malo. Posteris enim illorum pœnis abunde magnas dederunt. Vel quod Oedipus soluto sphingis enigmate, victoriâ quidem a monstro magnificam reportavit, verum post imprudens suam ipsius matrem duxit uxorem. Idque simulatque rescivit, oculos sibi met eruit. Itaque illius quoque victoriæ parum felix exitus fuit. Sunt qui huc referant, Cum Cadmus litteras a Phœnicibus acceptas, Græcis tradere vellet, Linum, quod is quoque litteras suas proferret interemit. Deinde cives Cadmii exegerunt, ut nec huic bono fuerit Linum superasse. Plutarchus subscribit primæ sententiæ. Nam ad hunc modum scribit in commentario περὶ τῆς φιλαδελφίας. Οὗτος ἔστι τῶν οὐκ ἀλλοτρίων καὶ ἀλλοτρίων νίκων, ἡ δὲ τῶν περὶ τῆς βίας τῆς ἀλλοτρίων, ὅς ἐστιν ἡ καὶ κακία τῆς προσφύουσα, id est, Non enim aliam præci Cadmei in victoriâ, quam eam quæ fuit fratrum apud Thebas, ut turpissimam atque inferrimam appellarunt. Idem, περὶ αἰσίου ἀγώνος, ostendit Cadmeam appellari victoriâ, quoties præstat vinci quam vincere. Usurpavit hoc adagium Plato lib. De legibus primo, παλαιὰ μὲν οὐν φησὶ καὶ νικῶν, νικῶν δὲ οὐδὲν ἀπὸ αὐτοῦ νικῶν. πολλοὶ γὰρ ὑβρίζουσιν εἰς πολλοὺς νικῶντες καὶ οὐκ ἀνδράσι, οὐδὲν ἄλλων κακῶν δὲ ὑβρίων οὐκ ἀπὸ αὐτοῦ νικῶν, καὶ παλαιὰ μὲν εἰς τὸν πόλεμον καὶ νικῶν, νικῶν δὲ ἀλλοτρίων πολεμῶν δὲ τοῦ αὐτοῦ γινώσκοντες καὶ ἴσονται, id est, Proinde eruditio etiam victoriâ adfert: contra victoriâ non numquam imperitiâ: eo quod complures ob victorias bello partas insolentiores facti, innumeris aliis malis propter violentiam repleti sunt. At eruditio numquam fuit Cadmea, victoriæ vero multa profecto hominibus tales & fuerunt, & futurae sunt. Aristides in Pericle, ὅς ἐστι τῶν καδμειῶν νικῶν ἡγῆτο νικῶν, id est, Itaque Cadmeam victoriâ reportaturum sese existimabat. Quo quidem loco scholium adscriptum præter alia illud admonet ab his, quæ retulimus, nonnihil diversum. Thebanos casus Argivis, qui cum Polynice pugnarant, negasse sepulcrum. Quæ inhumane exasperati Athenienses, Thebanos oppugnat os devicerunt, & confimilem ad modum veterunt, ne cadavera eorum darentur sepul-

turæ. Nec prorsus dissonant ab his, nec prorsus congruunt quæ scribit Pausanias in Bæoticis. Scribit autem in hac ferme sententiâ: Commisso apud Ismenum prælio in congressu victi sunt Thebani, & compulsi in fugam intra mœnia sese receperunt, tamquam Peloponnesij oppugnationis essent ignari. Porro cum illi magis ira quam arte irruerent, non pauci Thebanis emura iaculis sunt interempti. Postremo viccrunt et alios, in palâtes turbatosque facta impressione, ita ut totus exercitus excepto Adraστο interiret. Neque parvo ea victoriâ constitit Thebanis, καὶ ἀπὸ ἐκείνης, inquit, τῆς τῶν ἀλλοτρίων καὶ τῆς αὐτῆς, καὶ καδμειῶν νίκων, id est, Ex eo victoriâ coniunctam cum exitio eorum qui vicerunt, Cadmeam appellant. Sed undecumque natum est adagium, Cadmeam victoriâ appellabant infelicem, etiam ipsis victoribus. Cuiusmodi fuit & Græcorum, quorum nulli non magno constitit capta Troia. Et medici Cadmeam victoriâ vocant, cū ita depellitur morbus, ut agrotus interim in remedio pereat, succumbente natura.

Pecuniæ vir.

Χρῆμα τὸ ἀνὴρ, id est, Pecuniæ vir. Hoc est, tanti quisque sit, quantum possidet. Horatius:

Nil satis est, inquit, quia tanti quantum habeas, sis. Zenodorus ex Pindaro citat. Extat autem in Isthmiis hymno secundo, his quidem verbis,

Νῶν δ' ἐστὶν ἡ τῆς οὐρανίας φυλαξίας

Πῶς τὰς ἀνθρώπων ἀρχὴν βασιλεύει

Χρῆμα τὸ, χρῆμα τὸ ἀνὴρ.

Ὁς γὰρ καὶ τὸν δ' αὖτε λαοὺς καὶ φίλους.

Nunc subit illud Argivi servare dictum, ad veritatē proximè accedēs, Pecuniæ pecuniæ vir. Sic ait possessionibus simul destitutus & amicis. Interpres Pindari testatur Chrysippum auctorem in proverbij, qui scripserit esse Aristodemi Spartani. Idem interpres versus quem paullo ante recensuimus ex Alcæo refert hunc in modum, χρῆμα τὸ ἀνὴρ, πνιχρὸς δ' ἐστὶς πάλαι ἐδδός, εἰς τῆς. Meminit apophthegmatis & Laertius in vita Thaletis, addens apud Lacedæmonios esse percelebre. Alcæi idem testantis hæc verba citantur apud Suidam. Ὡς γὰρ δ' ἀποτ' ἀριστότατον φασὶν ἐπ' ἀρετῇ εἶναι πολλὰ μὲν λόγον εἶπεν, χρῆμα τὸ ἀνὴρ, πνιχρὸς δ' ἐδδός ἐδδός, id est, Sic enim olim aiunt Aristodamum apud Spartanos verbum non insecutum dixisse, pecuniæ vir, pauper autem numquam probus. Quidam ad septem illos sophos referre malunt. Ad hanc sententiam pertinent illi versus e comœdia quapiam.

Τ' ἀρχὴν ἔστιν αἶμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς.

Ὅστις ὅ μιν ἔχει τὸ μὴδὲ κτήσατο,

Ὅτις μετὰ ζῶντι πνιχρὸς πορίσεται. id est,

Argentum & anima & sanguis est mortalibus.

Hoc qui caret, nec sibi paravit sedulo,

Viuos hic inter mortuos circumambulat.

Secundus versus Græcis constabit, si tollas ὅ, aut si legas μὴχην pro μὴ ἔχει. Tertius constabit, si pro πνιχρὸς legas πένυας. Celebratur & hic senarius, non alienus ab hac sententiâ:

Βίος βίος δευτέρως εἶναι βίος.

id est,

Vita haud vocanda est vita victus indiga.

Proinde

Proinde quemadmodum apud Græcos βίος, itidem apud Latinos vita significat, & vitam morti contrariam, & facultates quibus vitam sustinemus.

Diues factus iam desit gaudere lente.

Επιπτα πλατῶν οὐκ ἔδ' ἡδὲ τὰ φακῶν, id est,
Lenticula diuiti placere desit.

Lens legumen, pauperum ac tenuium cibus est. Quæ fastiditur, simulatq. lautior fortuna cōrigit. Unde proverbium in eos, quibus ad uberiorem conditionem eue-
lit, fastidio sunt ea, quæ prius inopes, boni consule-
bant. Sumptum est adagium ex Aristophanis Pluto. Dicitur enim illic in adolescentem, qui cum pauper ha-
beret consuetudinem cum annu, nactus diuitias, cœpit illam fastidire. Non dissimile illi quod alibi recensui-
mus, & ἄλλος βίος, & ἄλλος δὲ φακῶν.

Caluum vellis.

Φαλκῶν τὶ λῆναι, id est, Caluum vellis. Ubi inanem ope-
ram sumit, aut ubi quis auferre conatur, quo vacat is,
a quo petitur. Veluti si quis a paupere conetur extun-
dere pecuniam, ab indocto litteraturam. Simillimum
est illi Plautino: Aquam e pumice postulas. Rursum
illi, Nudo vestimenta detrabere. Quin hodie quoque
vulgus ubi significat nihil esse quod adimatur, volam
manus ostendens, iubet inde velli quippiam, quod ea
corporis pars nemini non sit calua.

Somnus absit ab oculis.

Τῆνος δ' ἀπὲς ὧ γλυκύθυμος ὁμῶς τῶν, id est,
Oculis abesto leniens animi sopor.

Ubi quis rem aggreditur, quæ summam diligentiam cu-
râq. desideret. Quod genus, si quis philosophiæ cape-
sat studium. Sumptus est autem hic senarius ex Ari-
stophanis Nebulis, apud quem dicitur sub persona So-
cratis adhortantis Strepsiadem, ut philosophiæ datur-
us operam, omnia tum faciat, tum patiatur.

Phoci conuiuium.

Φῶκος ἱερῶς, id est, Phoci præmium, siue conuiuium. Di-
elitari sœuetum, ubi quis suo malo conuiuias acciperet.
Tamen si nihil vetat quo minus longius etiam traduca-
tur: nempe ad quosuis, qui leduntur ab his, de quibus
benemeriti fuerint. Aiunt Phoco cuiusdam filiam fuisse
iam nuptiis maturam. Is Procos, nam erant complu-
res, conuocare solitus præmia statuebat, & conditi-
onibus subinde uonis propositis nuptias prorogabat.
Quamobrem indignati iuuenes Phocum in conuiui-
o iruitarunt. Auctor Zenodotus. Etiam si Plutar-
chus in Amatoris narrationibus fabulam hanc diuer-
se narrat. Eustathius in primum Odysseæ, tres conui-
uiorum species facit, εὐλαπῆν, quod ad splendorem
ac magnificentiam sit apparatus, & ἄλλον, quod ipsum
etiam sumptuosius esse consuevit. ἄλλος, id quod plu-
rimi conueniunt, sed suo quisq. cibo sumptuq. Ea con-
uiuandi ratio præcipue probatur Hesiodo, propterea
quod cum plurimum habeat iucunditatis, minimum
habeat sumptus. Nam temperantius & editur & bi-
bitur, ubi quisque de suo edit ac bibit. Hesiodi carmen
est huiusmodi.

Ἀν' αὐτοῦ πλείους τι χάρις δαπέδοντ' ὀλίγισιν.

Porro qui splendidiore affectarent videri, ij etiam

ἄλλον tum de suo, tum lautius exhibebant. Ho-
merus has tres conuiuiorum formas simul complecti-
tur:

-Τί πῃ δ' εἰς χρεῶν,
Εἰλαπὶν αἰ γὰρ μοι, ὡς δὲ ἄλλος τοῦδε γ' ἐστίν.

Antiquior quam chaos & Satur-
nia tempora.

Χάος ἀρχαῖος, id est, Antiquior quam chaos. Dere-
nimium prisca & obsoleta. Ibycius, ποτὶ τὰ δ' εἰς ἄλλο
τρίω χάος, id est, Volat in alieno chao. Ac rursum, ὁ
δὲ φλυαρεῖ, καὶ μάττω ἡμῶν λῆρον καταχρεῖ τὰ χάος ἀρ-
χαῖος, καὶ κερναῖαν ἀπὸ δόντα, id est, Hic autem nuga-
tur, ac temere nugas in nos infundit antiquiores quam
chaos, ac Saturni tempora redolentes. Adludit ada-
gium ad chaos, ad quod poetæ deorum, ac rerum om-
nium originem referunt. Ouidius opificium mundi
hinc auspicatur.

Tamquam Argium clipeum ab-
stulerit, ita gloriatur.

Ὡς τὼ εἰς ἄργον ἀπὸ δὲ κατελθὼν στερνύεται, id est, Super-
bit tamquam Argium clipeum detraxerit. In fa-
stuosos, & magnificentius sese gerentes dicebatur.
Aiunt apud Argios sacrum quendam esse clipeum,
clavis adfixum, ut facile detrahi non possit. Alij di-
cunt, apud eos ordinem, ac delectum iuucnum viribus
antecellentium, ἀπὸ δὲ, id est, clipeum appellari. Au-
thor Zenodotus.

Tamquam conchylidium discerpere.

Ὡς καὶ κογχύλιον διαλεῖν, id est, Tamquam concham dilace-
rare. De imbecillis & viribus longe inferioribus dice-
batur. Nam illis solo rumpuntur conchæ quo cibus
eximatur, aut inciso nervo quo se contrahunt ac didu-
cunt aperiantur. Refertur apud Suidam.

Mutus magis quam scapha.

Συνοματῶς σκάφη, id est, Magis elinguis, quam scapha.
De his dici consuevit, qui propter humilitatem condi-
tionis apud præstantiores non audent hiscere. Natum
hinc aiunt quod olim inquilini, & hospites alienæ Rei-
pub. ludis popularibus, in pompa incedebant, nautim
gestantes: unde quoties hospitem, non ciuem significa-
bant, σκάφην ἢ σκαφηφόρον, appellare consueverunt.
Proinde vulgo sic mimitabatur, ποίῳ σὶ συνοματῶς
σκάφης, id est, Reddam tibi os occlusus scapha. Et enim
his qui in Repub. viuunt non sua, multa sunt missitan-
da; Nam uti non conuenit in aliena ciuitate curio-
sum esse, ita nec tutum est liberioris esse linguæ. Hu-
ius interpretamenti Suidas auctorem citat Theophras-
tum in opere De legibus. Equidem in plerisq. codici-
bus, συνοματῶς scriptum reperimus, non συνομα-
τῶς. Quæ lectio si cui magis adridebit, non relucta-
bimur, nempe ut metu contractum & humilem acci-
pias.

Nudus tamquam ex matre.

Γυμνὸς ὡς ἐκ μητρὸς, id est, Nudus ut ex matre. Prouerbia-
lis hyperbole de vehemēter paupere. Nudissimi. n. na-
scimur, ac ne pilis quidem tecti, nedum vestibus, quod
non item in ceteris animantibus accidit. Hoc dictum

Gg 2 & hodie

Quod autem Terentius dixit in mulieres, omnes inter ipsas similibus esse moribus, idem Græcus attestatur senarius,

Γυνὴ γυναικὸς πῶποτ' οὐδὲν διαφέρει. id est,

A femina nil femina umquam discrepat.

Innuat autem prouerbium nullam inueniri bonam mulierem.

Tamquam in phiditiis.

Ὁσπερ ἐν φηδιτίαις, id est, Velut in phiditiis, ubi quid parcius, nimiumque frugaliter actum significabimus. Lacedæmonij publica loca habebant, in quibus cibum caperent. In his accipiebant hospites ac legatos suos, sed apparatu perparco. Unde & Græca vox ducta videtur ἀφιδίτιον, id est, parcendo. Quamquam sunt qui malunt φηδιτίαι dicta quasi φηδίτιαι, quod eiusmodi coniuiuii coiretur sodalitis. Vtranque vocis etymologiam recenset Plutarchus in vita Lycurgi. In priore abiicitur, e diphthongo, in posteriore uertitur in φ. Addit autem tertiam etymologiam, phiditia dicta quasi φηδίτιαι, a sumendo cibo, quæ Græci præsertim Athenienses vocant συνίτιαι, Cretenses ἀσπίτιαι, quemadmodum ibidem indicat Plutarchus. Hoc genus coniuiuiorum Lycurgus instituit, ad excludendum luxum ac temulentiam. M. Tullius meminit Phiditiorum libro Tusculanarum questionum quinto, Quid inquit, victum Lacedæmoniarum in phiditiis, non ne videmus? Vbi cum tyrannus cenauisset Dionysius, negauit se iure illo nigro, quod cense caput erat, delectatum: tum is qui illa coxerat, Minime mirum, inquit: condimenta enim defuerunt. Quæ tandem, inquit ille? Labor in venatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis. His enim rebus Lacedæmoniorum epulæ coniunguntur. Quæquam hæc fabula secus narratur apud Plutarchum in Coronide, quam adiectam videmus apophthegmatis Laconicis, de Lycurgi institutis. Erant apud Lacedæmonios & aliæ coniuiuii species, quorum unum erat κοπικ, quod certis ciborum generibus instruebatur, alterum ὠκελον aliquanto splendidius. Omnium frugalissimum erat, quod agebatur in phiditiis. Multa super his Athenæus libro quarto, si cui licebit cognoscere. Accommodari poterit & ad orationem, ut si quis neget se contentum simplici sermone, velut in Laconicis phiditiis accipiat, sed desiderare splendoris aliquid, & quod appetentiam irriter illecebra.

Equo senescenti minora cicela admoue.

Ἐπὶ τῷ γράτκοντι τὰ μείονα κείκελα ἐπιβάλλει, id est, Equo senescenti minora cicela admoue. Admonet adagium, ubi vires per ætatem fatiscunt, respirationem ac respirationem quandam a laboribus dandam, & decrescente robore minuendos labores, augendam remissionem. Ductum aiunt ab equis militaribus, quibus senescentibus, leuius τριπίπινον admoueabant. Est autem τριπίπινον ceterotula quædam, publica nota, quæ igni candefacta, malis equorum imprimi consuevit. Zenodotus ostendit prouerbium extitisse apud Cratetem comicum in Sæmiis. Videtur carmen heroicum, si tantum legas, κῆρυξ ἐπιβάλλει. Nam κείκελα non dum reperim⁹ apud ullum auctorem, præterquam apud Zenodotum. Trisippi meminit Hesychius. Videtur autem, κείκελον aliquid esse, non dissimile Trisippio.

Eretrienſium Rho.

Ἐρετριῶν ῥῶ, id est, Eretrienſium Rho. Vbi quis crebrius & asperius eam litteram sonaret. Quo nomine nunc male audiunt apud Gallos Piccardi. Notantur item quibus Alcibiadis labdacismus impendio placebat. Ridentur Arrius a Catullo, quod

Chommoda dicebat, si quando commoda vellet

Dicere, & hinfidias Arrius infidias.

Actum mirifice credebatur se esse locutum,

Cum quantum poterat, dixerat hinfidias.

Adagium refertur a Diogeniano. Meminit Plato in Cratyllo, διδάσκειν ὅτι τὸ αὐτὸ τὸ ἡμῶν μὴ φασὶν σκληροῦς, εἰτε τῶν ὁ σκληροῦς, id est, Scis quod nos pro eodē dicimus sclerotes, id est, durities, pro quo Eretrienſes scleroter; ex quo liquet Eretrienſes adamasse hanc litteram ρ, quam loco σ supposuerint, cū contra Athenienses, eam venterint in σ, ut ἐσπεριν pro ἐσπερίν. Quoniā ea littera dicitur impetus ac vehementiæ significatiōnem habere, videtur & in homines præcipites ac violentos congruere prouerbium.

Oestro percitus.

Ὁσπερ παρὰ πλῆκεις, id est, Oestro percitus, id est, ingenti animi cupiditate commotus, ac velut attonitus. Oestrum enim insecti genus, horrendo strepitu, unde & nomen inditum apud Græcos. Nam Latini, asilum appellant. Hoc addito Iuno vaccam Io in furorē egit. Unde poeta diuino correpti furore, oestro conciri dicuntur. Est apud Platonem, tametsi locus in præsentia nō succurrit, opinamur in Phædro. Unde & οἰστροπλῆγος dictione composita, pro insano, & οἰστρον & οἰστρομαχτιν, pro insanire.

In magnis & voluisse sat est.

In magnis & voluisse sat est.

Tibulliana hac sententia, nihil celebratius. Eam Angelus Politianus non inſcite uertit Græce,

Ἀρκί δ' ἐν μεγάλοις καὶ τὸ ἐλάχιστον μόνον.

Apuleius Floridorum libro 4. Maiore scilicet voluntate quam facultate. Eoq. propensius fortasse laudandus est, quod omnibus bonis in rebus, conatus in laude, effectus in casu est. Item M. Varro apud Gellium lib. 1. capite decimo octauo, In quo non modo Lælij ingenium nō reprehendo, sed industriam laudo. Successam enim fortuna, experientiam laus sequitur. Conuenit, ubi quis maiora viribus conatus, tametsi rei susceptæ magnitudini nō facit satis, tamen hoc ipso nomine laudem promeretur, quod re pulcherrimam tentauerit.

In holmo cubabo.

Ἐν ὁλμῳ ὄνκτω, id est, in holmo cubabo. Dicebatur ab iis, qui se quippiam diuinatione cognitum ire minitabantur. Nam ὁλμος quidam uatem interpretantur. Alij tripodes Appollinis holmos appellatos fuisse. Tradit autem Aristophanes grammaticus, citante Zenodoro, eos qui holmis indormissent, repente diuinandi spiritum concipere. Addit Apollinem ob id ὁλμον cognominatum a Sophocle. Quamquam apud Hesychium ὁλμος pro mortario ponitur. Apud Athenæum libro 1. poculi genus est cornu ad simile, ut per iocum torqueri possit & in bibones.

Gg

3

Eadem

Eadem cera

Εν κηρίῳ, id est, Idem sauius, dicebatur qui uno ore idem adfirmarent, aut qui inter se conspirassent. Ductum a fauorum cellulis inter se connexis. Sive quod cera tenax, sibiq. hærens. Sive quod olim in ceratis tabellis scribebant, unde & Horatius, Cera laudatur eadem, siue quod olim imagines e cera fugebantur, varia quidem forma, nunc deorum, nunc regum, nunc plebeiorum, sed hæc omnia erant cera. Refert Zenodotus non dissimile illi quod alio diximus loco, Idem pulvis, & Eadem farina.

In quinq. iudicum genibus situm est.

Εν πέντε κριτέρῳ γένεσσι κριταί, id est, In quinque situm genibus iudicum, id est, in alieno arbitrio res est posita. Nam antiquitus quinque iudicibus datum erat negotium, ut de comicorum fabulis promittarent, ut testis est apud Zenodotum Epicharmus. Quamquam & apud Platonem quinque iudicum sit mentio, cum alias, tum in libro de Legibus undecimo, Εν πέντε δὲ τῶν νομοφύλακων τοὺς νεώτατοὺς εἶνα τῶν κριτῶν, id est, Ut iudicium sit penes quinque natu minimos ex nomophylacibus. Adusum est aut ad illud Homero frequens, Κριτὰ τῶν ἐμῶν οὐ γένεσσι κριταί. id est,

In genibus sunt hæc sita diuum.

Cum significamus non esse nostræ facultatis, præstare rei exitum, verum hunc superis & fortuna in manu esse. Pindarus in Olympiis,

Νῦν δ' ἐλπομαι μὲν, οὐ θεῶν καὶ πάρος. id est,

Nunc spes quidem mihi, at in deo situs exitus.

Fames & mora bilem in nasum
conciunt.

SOSIA Plantinus in Amphitryone: Vetus adagium est, inquit, fames & mora bilem in nasum conciunt, id est, latrante stomacho omnis mora bilem mouet. Quod autem dixit, bilem in nasum conciunt, conuenit cum illo quod ait Theocritus in Thyrside,

-Εν τῇ πικρῇ,

Καὶ οἱ αἰσθητικὰ χολὰ ποτὶ ῥῖνι κάλυται. id est,

-Est enim acerbus,

Atque illi semper sedet in nare asperabilis.

Ducta est metaphora ab animantibus iram narium flatu significantibus. Vnde fabula de tauris ignem spirantibus. Quin hominibus etiam non nullis ex naribus indicium iracundiæ. Vnde & corrugare nares dicuntur quæ offendunt. Horatius,

-Ne sordida mappa Corruget nares.

Item Persius in quinta Satyra,

- Sed ira cadat naso, rugosaq. fama.

Potest id trahi latius, nempe ad quemlibet vehementius aliquid cupientem, cui omnis mora quantumuis pusilla, longissima videtur, attestante Mimo,

Etiā celeritas in desiderio mora est.

Huc respicit & Horatianum illud:

Vt nox longa quibus mentitur amica, diesque

Longa videtur opus debentibus, ut piger annus

Pupillis, quos dura premit custodia matrum.

Generosior Sparta.

Ελευθερώτης παρ' ἡμῶν, id est, Generosior Sparta. Diceba-

tur excellenti animo, minimeq. timidus aut humilis. Spartanis enim olim indoles aderat generosa, & ingenium omnis impatiens seruitutis, ac velut imperio natum, unde nec manibus urbem cingebant, legibus ita iubentibus, abunde munitam arbitantes fortibus viris. Fædissimum autem existimabant quemquam e pugna redire, nisi victorem: id quod epigrammate quoque testatum est. Nec tyrannidem in suam Rempub. admitterebant, sed æqua liberate parebant legibus. Deniq. nihil humilioris operæ exercebant, sed agriculturam & artes sedentarias per Helotas, id erat seruorum genus, peragebant.

Locrensis bos.

Λοκρικὸς βόε, id est, Locrensis bos. De re uili, aut de mune re leuicula dici potest. Cum aliquando Locrenses publicum sacrum facturum bonum desiderarent, composito ex minutis lignis bouis simulacro, diis rem diuinam fecerunt. Atque hinc vulgus adagionem arripuit.

Ficulnus gladius.

Συκίνη μάχουρα, id est, Ficulnus gladius. De friuola causa dici potest, quæq. minimo negotio queat refelli. Dicitur est autem, ficulnus gladius sycophanta, quod idem & mollis sit, & calumniator. Meminit & Hesychius.

Ficum Mercurio.

Συκὸν ἐξ' ἱερῆς, id est, Ficum Mercurio. De prompto & quibuslibet exposito beneficio dicebatur. Nam antiquitus mos erat, sicubi ficus repertus fuisset, cum veluti Mercurio sacrum suspendere. Liberum autem erat tollere ficum Mercurialem, cuiusq. libitum fuisset, uel quod is deus furibus fauere creditus est, uel iuxta paræmiā illam, κοινὸς ὁ μῦθος, Communis Mercurius. Huc opinamur adluisse Persium, cum ait:

Inq. luto fixum possis transcendere nummum,

Nec gluto sorbere saluam Mercurialem.

Vt indicatum est alibi.

Vt fici oculis incumbunt.

Ὡς ὁ τὸ σῦκ' ὡς τῆς ὀφθαλμοῦς ἐστὶν, id est, Quemadmodum fici oculis innati. De iis dicebatur, qui pertinaciter urgerent, premerentq. negotium aliquod. Sumpta similitudine a fici, hoc est, vitio quod oculis adnascitur, nec facile potest auelli oculo incolumi. Aristophanes in Ranis,

Ὡς ὁ τὸ σῦκ' ὡς τοῖσιν ὀφθαλμοῖς ἐστὶν, id est,

Vt ficus oculis immineas, sic ille erat.

Accommodabitur haudquaquam inepte & in hos, qui cum graues sint et intolerabiles, tamen auelli non queunt nisi magno malo. Opinamur autem ficos hic dici, rigidum tumorem innascentem genis oculorum: ea res cum molestissima sit, tamen non sine periculo tollitur, quod oculo imminet parti uexationis & tractatus impatiētiſsimæ. Adagij mentionem facit Suidas.

Cum hasta, cum scuto.

Σὺν δρεὶ, σὺν ἀσπίδι, id est, Cum hasta, cum scuto. Vbi quis omni conatu rem aggreditur. Aristophanes ἐν ἰσχυρίῳ,

Σὺν δρεὶ σὺν ἀσπίδι.

Cum hasta, cumq. scuto.

Item in Vespis:

Εκδ' ἀμύνεις δρεὶ ξέν, καὶ ἀσπίδι.

id est,

Expedita

Expedita excursione, cumq. scuto & lancea.
Sumpta metaphora a milite armis omnibus instructo.
Ad similem vsu recte torquetur Homericū illud,
Εγχείτ' ἀριτ' μέγαλοις τε χορμαδοῖσιν. id est,
Hastaq. & gladio, saxiq. ingentibus instant.
Quoties res omni vi geritur.

Viri senis astaphis caluaria.

Ανδρὲς γρόντον ἀσάφει το κρανίον. id est,
Viri senis velut vna passa cranium.
Admonet adagium inuallidum & flaccidum esse senile corpus, exhausto succo, carnibusq. adefis. Lucianus in Tyranno de senibus, ἰπεί αὐτὰ ἰδὲ γε πᾶσι τις ἡδυνήσῃ, id est, Quando quidem iam omnes vnae passae sunt. Rugosae enim & flaccidae sunt vnae passae, propter succum sole decoctum. Vnde veteres & vnae passas vocabant senes passos, ob rugositatem. Lucilius citante Nonio,
Rugosi passiq. senes eadem omnia quaerunt.

Post folia cadunt arbores.

POST folia cadent in te arbores. Quoties admonemus, leniores iniurias si quis ferat, sequi atrociore. Veluti arborum decidua folia negliguntur, verum aliquando fit, ut ipse arbores putres in caput subiecti decidant. Plautus in Menæchmis, Folia nunc cadunt. Nunc si triduum hoc hic erimus, tum arbores in te cadent.

Ante tubam trepidas.

ANTE tubam trepidas, id est, animo consternaris, priusquam appareat periculum. Ab ignavis militibus sumptum, qui pauitant, priusquam bellicum canatur. Nam audita tuba, mirum quidam pauor solet militum animos incescere. Vergilius,

Cur ante tubam tremor occupat artus?
Qui sermo si paullo longius detorqueatur, in prouerbijs speciem abibit.

Ameles angulus.

Αμελὲς γώνιον, id est, Ameles angulus, id est, neglectus angulus, dicebatur, qui supinus & oscitabundus desideret, nihil bonarum rerum tentans. Aiunt in Libya locum esse, qui ἀμελὲς γώνιον, hoc est, securus angulus vulgo dictus sit, ob id fortasse quod neglectus & incultus iaceret. Comperimus scriptū & ἀμελὲς γώνιον, id est, negligentis angulus. Recensent Zenodotus & Hesychius.

Vltra res Callicratis.

Υπὲρ τὰ καλικάτρε, id est, Super fortunas Callicratis. De immensis opibus dicebatur. Aiunt Carystium quēpiam fuisse, nomine Callicratem, qui reliquos ciues opibus longe praestiterit. Vnde si quem magnopere locupletem intelligi volebant, eum vel Carystij Callicratis facultates vincere dicebant. Aristoteles autem in Atheniensium Repub. citante Suida, tradit Callicratem quendam e iudicum ordine fuisse, qui iudicariis exactiones supra modum auxerit, atque hinc natam praeramiā de immodicis exactiōibus.

Vulcanium vinculum.

Ηφαιστὸς δεσμός, id est, Vulcanium vinculum. Vbi quis

nodis inextricabilibus esset illigatus, Vulcaniis vinculis teneri dicebatur. Sumpta denominatione ab adamantinis illis vinculis, quibus apud Homerum Vulcanus Venerem & Martem sic irretiuit, ut quo magis se conarentur explicare, hoc magis inuoluerentur. Homerus Odyssea οὐλαο,

Βῆ' ῥ' ἴμεν ἐς χαλκίων, κακὰ φρεσὶ βυασοδ' οὐδ' αὖν.
Εὐ δ' ἔβειτ' ἀκμόβ' τ' ὀμ' ἄκμονα. κόπ' ἔδ' δεσμός.
Ἀρ' ἔκ' τ' οὐκ, αὐτὰρ ὅφρ' ἔμπεδον αὐδὲ μίνοιον,
Αὐτὰρ ἔπει δ' ἡ πύξι δ' ὄλον κεχολωμένος ἄρεα,
Βῆ' ῥ' ἴμεν ἐς ἑλᾶμον, ὅθι οἱ φίλα δέμν' ἔκειτο.
Ἀμφὶ δ' ἄρ' ἔμειον χεῖ δέσματα κύκλῳ ἀπάντη.
Πολλὰ δὲ καὶ καὶ πύξι μελαερόφιν ἐξέκ' ἔλυντο,
Ἦντ', ἀρ' ἀχνία λιπᾶ, τὰ δ' αἰετὶς ἐδ' ἰδ' αὖτο
Οὐδ' ἐὼν μακάρων. id est,

Ille domum petit, qua stat ferraria fornax
Secum imo interea penitus mala pectore volens,
At trunco imposita praegrandi incude, secabat
Vincula nulli vel rumpenda, vel effugienda,
In quibus impliciti simul astrictiq. manerent.
At postquam insidias Marti indignatus, & artes
Absolussit, adit conclauē, vbi dulce cubile
Stabat, & hinc illinc fallacia vincula fulcris
Obligat & summo suspendit plurima tectō,
Mire tenuia, sic telas ut araneolorum,
Sic uti nec possint oculis deprendier ullis,
Non vel diuorum.

Adagium refertur a Suida.

Vtinam domi sim.

Οἷοι γινώμην, id est, Vtinam domi sim. Dici solitum, vbi quis optat e malis, quibus implicitus est, emergere. Translatum videtur ab iis qui in tempestate periclitantur. Nam nunc etiam ita vulgo loquuntur, qui periculo se nauigant, οἷοι γινώμην. Refertur a Suida.

Vtinam male quemadmodum inuenisti, eiicias.

Εἴτε φάλας ἄωδ' ἔβρις ἐκβαλοῖς τὴν εἰς τὴν.

Vtinā ita ut male reperisti ius, & eiicias male.
Hoc est, vtinam quemadmodum male tibi peperisti famam, aut facultates, ita & male perdas. Iuxta Plautinum illud, Male partum, male disperit. Suidas hunc trochaicum, ut prouerbialem citat ex Aristophane, apud quem extat in Equitibus, diciturq. inibi in Cleonem reipublicae depeculatorem.

Vltro deus subiicit bona.

Ἀὐτομάτως ἰδὲς αἰνοῖ τὰ ἀγαθὰ, id est, Vltro deus subiicit bona, Quoties res circa nostram operam feliciter cadunt, quasi deo quopiam accurrante. Stobaeus Senarium hunc adducit ex Plutis Cratini,

Ἀὐτομάτως τοῖσι εἰδὲς αἰνοῖ τὰ ἀγαθὰ.

Vltro dona istis ipse suppeditat deus.

De dormientis reti dictum est alias.

Vlyseum commentum.

Οδυσσεὺς μηχανή, id est, Vlyseum inuentum, callidum, astutum & vafrū dicebatur. Vlysem Homerus ubiq. versutum facit ac dissimulantem, simulatēque. Vnde eundem statim initio Odyssea, πολύτροπον appellat. Vergilius item,

-Scelerumq. inuentor Vlysses.

Gg 4 Refertur

Refertur apud Suidam. Plutarchus in Lyfandri vita declarat quid sit Ulyfseum commentum. Lyfandrum Lacedæmonij miffa fcytala domum reuocarant. Is metuens accusationes Pharnabazi farrapæ, qui gratiofus erat Lacedæmoniis, dedit operam vt cum illo veniret in colloquium. Ab eo multis precibus impetravit, vt fcriberet magiftratui fe nullis ab ipfo læfum iniuriis. Pharnabazus cum Cretensi quod aiunt Cretiffans, cōfcripfit epiftolam ex Lyfandri fententia, quam illi legendam tradidit, fed clam fcripferat aliam ex fui animi fententia, figillo, & infcriptione tam fimili, vt dinofci non quirent altera ab alteris, eamq. tradit Lyfandro. Is nihil fufpicans, reddit: quam lectam, cum illi commonftraffent Ephori, Lyfander intellexit non folum Ulyfsem verfutum fuiſſe. In hanc ferme fententiam Plutarchus.

Vicētant fucco fuo.

PROVERBIALI figura dictum eſt in paraſitos. Vicētant fucco fuo, qui ſi quando cena contigit lautior, ingurgitant feſe. Rurſus ubi nulla arridet ſpes cenatica, cogunturq. ei xēti viuere, fortiter ſeiunt incediam, & in conuiuij ſpem durant. Sumpta metaphora a cochleis quæ per aſtum intra teſtam contractæ, vtcunq. fucco fuo alūtur, donec acciderit pluuiæ. Plautus in Captiui duo,

Cum res, inquit, prolata ſunt, cū rus homines eunt
Simul prolata res ſunt noſtris dentibus.
Quaſi cum calcitur, cochleæ in occulto latent,
Suo ſibi fucco viuunt, ros ſi non cadit,
Itidem paraſiti rebus prolatis latent,
In occulto miſeri vicētant fucco fuo.

Viri infortunati procul amici.

Ανδρες κακῶς πράσσοντες, ἐκ ποδῶν φίλοι. id eſt,
Viri ſiti in malis amici ſunt procul.

Paramia notat mores amicorum vulgarium, qui hirundinum ritu, pro ratione temporum aduolant ac deuolant. Aduolant ubi res ſecunda, deuolant ingruente rerum tempeſtate. Ariſtides in oratione Panathenæica nominatim adagij titulo uſurpauit, καὶ τίω παροίμαι ἐν ἡλίῳ. & ὅτι ἐκ ποδῶν εἶναι κατὰ δὲ φίλους κακῶς, πράσσοντες, ἀλλὰ πολλὰ καὶ τὰ πρὸς δὲ διαφόρων ὧν τοῖς ἀποχρήμασι φίλος παροίμαι, id eſt, Ac prouerbium inuertit. Declarauit enim haud quaquam eſſe procul amicos, eius cui res ſunt aduerſæ, verum etiam multos, qui antea diſſidebant, in rebus afflictiſ ſibi reddidit amicos. In hanc ſententiam extat & huiusmodi ſenarius:

Τὸν δυσυχέτην εὐτυχὴς εἰς φίλος. id eſt,
Felix amicus nullus infelicibus.

Item alter huic ſimilis,

Κεῖναι φίλος ὁ καὶρός, οἷς χρὴσθαι τὸ πῦρ. id eſt,
Vt ignis aurum, amicum i: a tempus arguit.

Ad hanc ſententiam palam aduſit Cicero libro Familiar. epiftolar. nono. Nam & ſi non facile diiudicatur amor verus & fictus, niſi aliquod incidat eiufmodi tempus, vt quaſi aurum igne, ſic beneuolentia fidelis, periculo aliquo perſpici poſſit. Cetera ſunt ſigna communia. Horatius,

Vilis amicorum eſt amona, bonis ubi quid deef.
Paſſim habentur amici qui petant: qui dent, per pauci.

Pindarus item in eandem ſententiam,

Οἷχεται τιμὰ φίλων πατωμένων
Φωτὶ, πῦρι δ' οὐ πόνοιο πῖσι βροτῶν. id eſt,
Perit honos homini amicis orbatō.
Sunt autem pauci mortales fidi in rebus afflictiſ.

Vias nouit, quibus effugit Eucrates.

Ὅδε τὰς ἐν δόξῃ ἀποφυγὰς ἐν ἐκείνῃ, id eſt, Nouit vias quibus effugit Eucrates. In eum quadrat qui ſemper aliquam inuenit rimam, vt inquit Plautus, per quam elabatur, vt officium ſubterfugiat. Ariſtophanes in Equitibus,

Εὐκράτης δὲ μὴ φύγει, καὶ ὅτι οὐδὲς
Αποφυγῆς ἐφ' ἧν δίκην ἐκφυγίῃ. id eſt,
Caueo ne te effugerit, nouit vias
Quibus Eucrates effugerat per ſurfures.

Taxat autem obiter Eucratidis mores, qui cum molitor eſſet, tamen republicam adminiſtrat. Quin & in Auiibus taxat Exceſſidem quempiam, peregrinum & eronem, cui via omnes nota fuerint. Congruet in hominem aliquo prætenuſſugientem, ſi quando fides ſit præſtanda.

Viuit, incende ignem.

Ζῆ, πῶς πῶρ, id eſt, Viuit, incende ignem. Ubi in negotij periculoſi puncto ſeſtinandum admonemus, & occaſionem arripiendam, vt cum reperta ſcintilla properatur, ne pereat & illa. Simile illi, Nunc tuum ferrum in igni eſt. Refertur apud Suidam.

Venter auribus caret.

Γαστήρ δὲ καὶ ἰχθὺς ὄψα, id eſt, Venter non habet aures. Vbi de paſtu agitur, non admittuntur honeſtæ rationes. Atteſtatur huic ſenarius ille prouerbij vice Græcis celebratus,

Διμῶς ὅτι εἰς αὐτὴν πᾶν ἔπος. id eſt,

Contra famem etenim nulla contradicſio eſt. Celebratur a Plutarcho Gellioq. dictum illud Catonis, ex oratione quadam qua diſſuaſit legem Agrariā. Εἰς fic exorſus eſt, vt dicat, arduum eſſe ad ventrem verba facere, qui careat auribus. Nec inepte accomnodabitur in eos, qui ventris addicſi voluptatibus, nihil admittunt quod venter non ſit amicum. Seneca libro 3. epift. 21. Venter, inquit, præcepta non audit, poſcit, appellat. Non eſt autem moleſtus creditor, paruo dimittitur, ſi modo das illi quod debes, non quod potes.

Cum puluiſculo.

VEL cum puluiſculo dicimus, quoties omnia ſic tolluntur, vt nihil fiat reliqui, ne puluis quidem. Metaphora mutuo ſumpta videtur ab iis qui frumentum ab area conuerunt, non ſine puluere. Plautus in Rudenibus Conuerret hic iam me totum cum puluiſculo. Idem in Truculento, Quo citius rem ab eo auferant cum puluiſculo. Simili figura dixit Iuuenalis cum erugine, pro eo quod eſt integre, & nulla parte diminutum.

Nunc ſi deſiſtum non inſicietur amicus,

Si reddat veterem cum tota erugine ſollem.

Eodem pertinet euangelicum illud, quo iubentur etiam puluerem excutere apoſtoli, id eſt, ne minimum quidē ab eis auferre ſecum.

Valere

Valere pancratice.

PLAVTVS in Bacchidibus, Valere pancratice dixit, pro eo quod est firma esse valetudine. Nam in Pancratistis robur corporis potissimum spectabatur. Pro eodem dixit Valere athletice. Valere pugilice. Valere basilice. Terentius item: Pugilem esse aiunt. De puela robustiore & habitiore. Græci βασιλικῶς pro magnifice, prouerbiali figura dicunt. Neque is sermo vulgo non tritus est, etiam hodiernis temporibus.

Fœdum est & mansisse diu, uacuumq. rediisse.

VERSVS hic Homericus ex secundo Iliados libro, non dubium quin adnumerandus sit inter eos quos Macrobius scribit in prouerbium abiisse,

Αἰσχρὸν τοι δὲ γὰρ πένοντα, κενὸν πένοντα. id est, Turpe est & mansisse diu, uacuumq. rediisse.

Conueniet, ubi quis longam de se concitauit expectationem, cui postea non respondeat. Veluti si quis studiij causa diu peregrinatus, domum redeat nihilo doctior. Aut si negotiator post diuinam absentiam reuertatur, nihilo ditior. Aut si quis admodum longæuus, nihil præclari gesserit in vita, quo se uixisse testetur. M. Tullius prouerbiij vice usurpauit Epistolarum ad Atticum libro sexto epistola cui initium. Nunc quidem profecto.

Tragulam iniicere.

PLAVTVS in Epidico, Tragulam in te iniicere adorant, id est, dolum aliquem in te struunt. Et ibidem, Nescio quam fabricam facit. Sic autem habet versus tetrameter, trochaicus:

Tragulam in te iniicere adornat, nescio quam fabricam facit.

Vtraque figura prouerbialis videtur. Idem in Cassina, Ego Pol istam iam aliquorsum tragulam decidero. Rursus in Pseudolo, At volui iniicere tragulam in nostrum senem. Huic simillimum quod dixit in Mostellaria, Pilum inieci mihi. pilum enim hastæ genus est.

Trium litterarum homo.

TRIVM litterarum homo, per ironiam dici potest, in eum qui generosus & ingenuus videri cupiat. Inde natum quod olim ingenui, prænomen, nomen & adnomen, in litteris aut insignibus suis, tribus litteris notare soleant. Ut pro Quinto Valerio Maximo, Q. V. M. Hinc vulgi iocus de triu litterarum homine. Plaut. in Aulularia iocum alio dctor sit, nempe in seruum futuracem. Subiicit enim, Etiam sur, trifurcifer.

Trium dierum commeatum.

TRIVM dierum commeatus, cum instare paupertas extrema significatur. Translatione ducta a militum commeatu. Et apud Aristophanem cum alias tum in Acharnensibus,

Καὶ μὲν ἐπιτηδὸν σιτὶ ἡμεῶν τριῶν. id est,

Mihiq. ut reseruem commeatum tridui.

Interpres addit, antiquitus in bellum iturus edici sole-re, ut sibi tridui non minus, commeatum pararent. Meminit & in Equitibus.

Εγὼ περὶ τῶν τριῶν

ἡμεῶν τριῶν.

id est,

Trabebo & istum quod sat est in triduum. Proinde tridui comeatum dicemus minimas facultates, quæ vix ad tridui victum sufficiant. Non dissimili figura Terentius in Seipsum extruciante, dixit decem dierum familiam.

Tragœdias in nugis agere.

TRAGŒDIAS in nugis agit, qui in re leuicula tumultum mouet. Et ut ait Terentius, magno conatu magnas nugas dicit. M. Tullius De oratore, libro 2. Ne aut irrisione, aut odio digni putemur, si tragœdias agamus in nugis. Usurpat idem Fabius libro sexto cap. de peroratione. Nam in paruis, inquit, libris has tragœdias mouere, tale est, quasi personam Herculis & cothurnos aptare infantibus velis. Quin hoc ipsum excitare tragœdiam, si alio quopiam defleatur prouerbium respicit. Vnde et Græcis ἐκ τραγῳδίας. & τραγικῶς λίσσιν pro grauiter siue acerbe.

Transuersum agere.

TRANSVERSVS agi dicitur, qui vi & impetu quodam ab instituto defleatur. Ita Laberius Mimus apud Macrobius libro saturnaliu secundo, cursum fortunæ transuersum vocat. Hunc enim C. Caesaris benignitas inuitauit, ut eques Romanus, & senex prodiret in scenam. In prologo igitur queritur præter animi sui sententiam eo Caesaris auctoritate fuisse compulsum.

Necessitas, inquit, cuius cursus transuersum impetum voluerunt multi effugere, pauci potuerunt,

Quo me detrusit pæne extremis sensibus, &c.

Ita qui præceptis ira fertur, transuersus rapi dicitur. Du- Etum apparet a nauigantibus, qui secundo vento refto cursu feruntur, flatu aduerso, transuersim aguntur.

Thraſybulo Dionysium dicitis esse similem.

Θρασυβύλου διονύσιον φάτ' εἶναι ὁμοίον, id est, Dionysium Thraſybulo similem esse dicitis. Dici solitum, ubi quis ea componit, quæ nimio intervallo inter se differunt. Dionysius enim inter pestilentissimos tyrannos commemoratur, Thraſybulus laudatus, quod reipublicæ studiosissimus fuerit. Sumptum est e Plauto Aristophanis.

Tributis potiora.

Τὰ τ' ἐφ' ὧν κρείττω, id est, Tributis potiora, dicebatur, ubi quis ex malefactis & iniquitate commodum ingens reportaret. Refertur a Suida & Zenodoto prouerbiij nomine, nec pluribus explicatur. Harpocratio in dictionario rhetorico scribit extitisse in oratione Hyperidis aduersus Athenogenem. Inde natum opinamur, quod qui principum nomine tributum exigunt, fere plus extorquent, quam par est. Et principes sic petunt ut ab iniurijs rapiant, ni dent quod petitur. Congruunt huic illud Pindari ex Pythiis hymno octauo, κρεῖττον δὲ φίλων τὸν γ' ἐκόντα εἰ τις ἐκ δόμων φέρῃ, id est, Lucrum aut gratissimum, si quis ex volentis adibus ferat.

Tragica simia.

Τραγικὴς πίδακος, id est, Tragica simia. Prouerbiali conuicio dicebatur, qui fingeretur honoribus, opibusq. pol- leret, alioquin indignus. Simiam appellant hominem

cionem, vix hominem, sed simulacrum hominis magis. Tragicam addunt, propter fortunæ sirepitum & personam additam. Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte, Aeschinem tragicam simiam appellat, quod cum esset nequissimus, splendidis verbis probum civem ageret. Cuius proverbi meminit Philostratus in Aristide. Diuus Hieronymus in epistolis ostendit hoc scōmaiaci solere vulgo in Christianos, sed ab impiis, ethnicisq. Conuenit & in eos, qui barba pallioq. philosophos se profitentur, cum cetera cultui non respondeat. Sic enim Plutarchus, Οὐ πὶ ᾧ φιλοσόφου πύλονος γεραίω καὶ τριβώνος φορέῃ ποιεῖσιν, ἔτι ἰσικαὶ καὶ ἀλινεσσάται, id est, neque enim alere barbam, aut gestare vile palliū philosophum facit, neque lineis vestiri Isiacos, hoc est, Isidis sacerdotes.

Tineas pascere.

TINEAS pascere dicuntur, quæ neglecta situ pereunt. Duellum a vestibus, aut libris diu reconditis & intaetis. Horatius in Epistolis,

Contrectatus ubi manibus fordescere vulgi
Caperis, aut tineas pascas taciturnus inerteis,
Aut fugies Uticam, aut vnctus mitteris Ilerdam.

Titio ad ignem.

Δάλλε ὡς πῦρ, i. Titio ad ignem, ubi quis applicatur ad eas res ad quas natura propensus est. Vt si mulierosus ad puellarum conuictum, sanguinis avidus ad militiā, lucri sitiens ad mercaturam. Δάλλοι enim Græci vocant lignum semustulatum. Non admodum abludit ab illo, ut ἀμύδαν ὀρεῖν, id est, in metulam inmeiere. Referatur a Suida & Zenodoto.

Tithymallus Laconicus.

Τίθυμα ἄλλος λακωνικὸς, id est, Tithymallus Laconicus. In lippientes, oculisq. cacutientibus homines dicebatur. Tithymallus, herba genus, apud Lacones repertum, lacteo succo manans decerptum, unde quidam dixere lactariam, singularis acrimoniæ, quo sub noctem oculos illinebant ad visum acuendum. Huius Dioscorides in quarto plures species facit, deq. oculorum remedio diligenter meminit. Adagium refertur apud Suidam, qui citat ex Aristophane de Neoclido lippo, σκίεθ' ἐμὲ τρέψαντα τίθυμα καὶ, id est, Qui allium trinit simul cum tithymallo. Carmen autem extat in, Concionatricibus,

Τὶ δὲ μ' ἐχρεῖ δρᾶν

Σκίεθ' ἐμὲ τρέψαντ' ὅπῳ τίθυμα καὶ ἰμβρλόντα
τὸ λακωνικόν

Σαυτὸ παραλίπευ τὰ βλεφάρων ἡ ἰστίαν. id est,
Simul cum opi liquore tereres allia

Tithymallon insuper adderes Laconicon,

Et obungeres tibi palpebras sub vesperam.

Vox dicta videtur a mamma nutricis, sed apud alios per simplex λ scribitur, licet Suidas scribat per geminum. Nec indicat interim usum proverbi. Si competit in lippos, dicendum est, tithymallo opus habet, aut tithymallum terit. Nam tradunt huic efficacem esse acrimoniā, ut cum succus eius colligitur, cauendum sit contingat oculos, & quoties sumitur in stomachum, deuorare necesse est obuolutum, ne fauces radat. Huius succo medentur oculorum pituitæ. Multa de his

Plinius libro 26. capite 8. Cornelius Celsus in quinto indicans eam herbam Latinis dici Lactucam marinam vim ait habere exedendi.

Tinctura Sardonica.

Βάμμα σαρδανικόν, id est, Tinctura Sardonica. De colore præcellenti dicebatur, præcipue purpureæ. Per iocū autem transfertur ad eum qui pudefit, aut qui ob plagas sanguine tingitur. Sardo, siue vt Hesychius scribit, Sardon insula ingens adposita Italiæ, in qua variae purpurarum tincturæ laudatissimæq. fiebant. Itidem & Tyrium muricem ostrumq. Sarranum, legimus apud Latinos. Aristophanes in pace.

Ἦν ἡ κίχινος φησὶν εἶναι βάμμα σαρδανικόν. id est,
Quam ille prædicat coloris esse Sardiniaci.

Idem in Acharnensibus :

Ἦν μὲν τε βάψω βάμμα σαρδανικόν. id est,
Ne te linam colore Sardiniaco.

Quam curat testudo muscam.

Ὅσον μέλι τι χελώνη μύδον, id est, Quam curat testudo muscas. Suidas ex auctore quodam refert hæc verba: τὸ δὲ ἀγαμύνη τῆς βάρβιτος παρρησίας ἦτον ἡ μέλιτι, καὶ χελώνη μύδον, τὸ τῆς παρρησίας, id est, Agamemnon autē minoris faciebat Thersitæ maledicentiam, quam testudo muscas, quemadmodum proverbio dicitur. Testudini nihil nocere possunt muscæ propter testam, quam munita est. Confine illi quod alibi memorauimus, Nō curat culicem elephantus. Lepidius erit ad res animi detortum. Animus virtute ac philosophia munitus, nihil plus timet fortuna incursum, quam testudo muscas.

Stultior Morycho.

Μωρότερος ἐὶ μωρόχῳ, id est, Stultior es Morycho. Siculi proverbium, in eos qui ridicule stultæ quippiam facerent. Sed videntur peculiariter obnoxij huic adagio nī, qui domesticorum negotiorum negligentes, foris agunt, aliena curantes. Quod genus inducitur Ollus apud Martialem. Cuiusmodi sunt & apud Plutarchū Lamia. Zenodotus tradit, apud Siculos Baccho cognomen esse Morycho, idq. inde datū quod in vindemiis, huius dei facies musto, ficisq. virentibus oblini consueuerit, quod utriusq. arboris inuentæ laudem Baccho tribuunt veteres, ut testis est Athenæus libro Dipnosophistarum secundo: παρὰ τὸ μωρόχῳ τὸ μολύνειν, id est, a morychæ, quod est contaminare: unde & Homer. μεμολυσμένος, dixerit, pro μεμολυσμένος, Bacchus autem ubiq. ridiculus, ac parum cordatus inducitur a poetis: utpote deus temulentus, velut in Ranis Aristophanis, ideoq. in huius sacris ludicæ quædam, tamquam in eius contumeliā fiebant. Quin & cognomen additum contumeliæ causæ, ὁ βίνεος. Apud Siculos huius simulacrum, non in templo, sed extra phanum sub dio positum erat iuxta ingressum, siue vestibulum, confectum e lapide, cui nomen Psella, arte Simmij cuiusdam Eupalami. Proinde, vulgari ioco iactatum est de illo, μωρότερος ἐὶ μωρόχῳ, ὅς τ' ἄνδρ' ἀφίς, ἔξω τ' οἰκίας κἀβήτω, id est, Stultior es Morycho, qui omisiss his quæ sunt intus, foris extra domum desidet. Zenodotus adagiū citat ex epistola quadam Polemonis ad Diophilum. Quæ ἴσ' am alienissimum est ab ingenio moribusque nostris,

duntaxat in carmine sunt imitati. Vergilius:

-O terq. quaterq. beati. Ovidius:

Omnia bis dices vera fuisse mea.

Est illud etiam nunc vulgo familiare, ut si quid asseuerent vehementius, id ter repetant. Ut hinc etiam adagium ortum videri possit. Strabo lib. Geographia primo, quod Homerus scribit, charybdim ter in die redde re quod absorbit, ter resorbere, cum constet id non fieri nisi bis in die, excusat hac hyperbole, quasi ter non sonet hic numerum, sed vehementiam. Ad hanc sermonis formam pertinet quod est apud Platonem libro de republ. 10. καὶ τὰ ὅσα αὐτὸς ὁρῶντες, οὐκ αὐτὸς ἀνέχοντα τριπλασιάζοντα τὸ ὄντι, id est, Et cum vident illorum opera, non intelligunt ea tertio gradu abesse a veris. Agit de iis qui e poetis sumunt recte viuendi rationem, cum illi pro veris tradant phantasmata. Durat huius sermonis vestigium & hodiernis diebus in lingua Gallica, qui huius syllabæ adiectione e comparatio faciunt superlatiuum, nisi quod inuersis litteris, tre sonant pro ter.

Theagenis pecuniæ.

Θεαγένης χρηματὰ, πέντε ἄσχινες id est, Theagenis pecuniæ, quemadmodum Aeschynis. locus prouerbialis in eos, qui pauperes cum essent, tamen diuites haberi volebāt. Hoc morbo notat^r est uterq., & Theagenes, et Aeschynes. Vnde cognomen his additum σιχαίς, a Sello quopiā inepte ambizioso, qui cum re esset per quam tenui, tamen affectabat videri locuples, unde qui hoc morbo laborabant, σιχαῖς dicebantur. Finitimum ei quod alio dicitur loco, φανία ἱαννα, id est, Phaniæ ianua. Prouerbij meminit Aristophanes in Auiibus:

Ἰνα καὶ τὰ εἰσάγες, πᾶ πολλὰ χρηματὰ

τὰ τ' αἰχύνῃς γ' ἀπανάτῃς.

id est,

Vbi sunt Theagenis plurimæ pecuniæ,

Et Aeschynis quidem vniuersæ.

Tantali lapis.

Τὰν τάλανον λίθον, id est, Tantali lapidem, vocant, imminens capiti periculum. Apud Suidam hac referuntur, ἐπειδὴ τὸν πάντῃς λίθον ἡ κεφαλὴς ἀποτιναξαμένη, id est. Quandoquidem Tantali saxum capiti impendēs excussimus. Plato apud Stobæum, οὐδ' εἰ πᾶν λαγόνιον τὸν πᾶν λίθον ἐπικεκολλημένον τις ἔχοι, id est, Nesci Tantali quidem, quem vocant, lapidem imminens habere aliquis. Sumptum a fabula Tantali, quem quidam fingunt apud inferos, etiam hoc supplicij genus pati, ut ingens saxum sic imminere capiti, ut iam iam casurum videatur. Athenæus libro Dipnosophistarū sexto, fabulæ originem refert hunc in modum: Tantalus voluptatum audius, cum in deorum consortium admissus impetrasset optionem petendi quidquid vellet, a Ioue postulauit, ut ad eum modum ingiter viueret inter epulas, nihil hac re ducens felicius. At indignatus Iupiter promissum præstitit, hominisq. optatis satisfecit. Ceterum ne frui posset adpositis, saxum ingens iam iam casuro simile supra verticem suspendit, cuius metu non libeat quidquam attingere. Vergilius Aeneidos suæ libro sexto commentum hoc ad Lapithas, Ixionem ac Pirithoum refert,

Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumq.

Quos super atra silex, iam iam lapsura, cadenti

Imminet assimilis? lucent genialibus altis

Aurca fulcra thoris, epulæq. ante ora parata

Regifico luxu. Furiarum maxima iuxta

Accubat, & manibus prohibet contingere mēsas,

Exsurgitq. facem attollens, atq. intonat ore.

Vsurpat & Pindarus in Isthmiis hymno septimo:

ἐπειδὴ τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς ἡ πάντῃς λίθον παρὰ τῆς ἐπὶ

ἡ αἰχμῆς, id est, Quando quidem lapidem Tantali

imminentem capiti aliquis nobis admoit deus.

Sentit autem metum instantis belli. Intepres citat ex Euripide,

Κορυφῆς ὑπὸ τῆς κεφαλῆς δειμῶν πύργον

Αἶρε ποταμῶ.

id est,

Saxum pauescens uertici quod imminet

Per aerem volat.

Gregorius Nazianzenus in Epistola quadam ad Basilium fratrem, vitam sollicitam ac periculis expositā,

τὸν τάλανον ζῶν appellat.

Surdior Toronæo portu.

Χωφότερος τοῦ Τωρονῆος λιμένος, id est, Surdior Toronæo portu. Aiunt portum esse quendam Toronæ Thraciæ ciuitatis, qui longis & angustis duobus excursibus porrigitur in mare, ita ut ipso portus secessu nullus fluminis fragor audiat. Vnde prouerbium in eos qui non audiunt. Quamquam alij Toronæ ponunt in Macedonia. Stephanus meminit etiam sinus cognomento Toronæi, a quo prouerbium ductum videri possit. Nisi quod mare surdū vocatur, magno fragore resonans, ut ob strepitū undarū præterea nihil exaudire liceat.

Surdior turdo.

Χωφότερος κίχλης, id est, Surdior turdo. Zenodotus ex Eubuli Dionysio citat. Adscribit surditatem huic aui peculiarem, cum sit loquacissima, vel prouerbio teste. Vnde concinne dicitur in eos, qui perpetuo blaterantes ipsi non auscultant quid vicissim ab aliis dicatur, quod vitium in multis licet deprehendere.

Effeminatorum etiam oratio

Effeminata.

Εὐπρεπὲς δὲ δειλοῖσι ἀνὰ δρόμῳ λόγοι.

id est,

Inertibus viris iners oratio.

Ut quisque est, ita & loquitur. Refertur a Zenodoto. Confine illi, quod alibi retulimus, Fatuus Stulta loquitur. Item illi: Qualis vir, talis oratio. Tamen si longe alium Drancen fecit Vergilius, lingua fortem bellatorem, re imbellem.

Stupidior Praxillæ Adonide.

Ηλιώτερος πρᾶξιλλης ἀδωνίδος, id est, Stultior Praxillæ Adonide. In vehementer stupidos. Polemon apud Zenodotum, tradit Praxillam fuisse quampiam Sicyoniam poetriam, quæ in suis cantionibus Adonidem inducit ab inferis interrogatum, quid apud superos pulcherrimum reliquerit, respondere solem, cucumeres, mala. Quod cum vehementer insulsum videretur, cum & s & mala cum sole componere, prouerbio dici cæpi, & in homines nullius iudicij.

Simonidis cantilenæ.

Σιμωνίδης μὲν, id est, Simonidis cantilenæ. De vaftris ac subdolis

subdolis dictum est. Hunc tradunt primum astutiam
& quaestum in artem induxisse. Erant illi duo scrinia,
alterum gratiarum, alterum premiorum, quæ cū post
tempus aliquātum aperuisset, gratiarum arculam sem-
per offendeat inanem, premiorum, semper plenam.
Hoc commento significans se nolle gratis donare car-
mina. Meminit huius rei Plutarchus in libello, περὶ τῆς
παιδαγωγικῆς τέχνης. Vnde Aristophanes apud Suidam,
ἀσασιμῶνιδος μέλη, id est, Cane Simonidis carmina.
Meminit Aristophanes in Aulibus:

Ἐξῶπτον μὲν αὐτὸν τὴν λύραν λαβόντα ἰγὼ κελόσταν
Ἀσασιμῶνιδος μέλος. id est,
Primum quidem ipsi iussi, ut sumpta lyra sonaret
Simonideam cantionem.

Ad duo scrinia adlusit Theocritus in Charitibus:

Ὁναρχὶ δὲ πάλιν κινεῖται τῷ πύλινῳ χυλῷ. id est,
Rursus at ignava vacuo intra scrinia fundo.

Si tibi machæra est, & nobis
vrbina est domi.

PLAUTVS in Bacchidibus: Si tibi est machæra, & no-
bis vrbina est domi. Quoties malum malo opponitur.
Nam machæra & vrbina vtrumque teli genus est. Sunt
autem apud Plautum Chrysalis verba minas referen-
tis, & nullius scuitiam scuis item dictis retundentis.
Placiades Fulgētius pro vrbina legit, Veruina, & in-
terpretatur teli genus oblongum. Simillimum est illis:
Par pari, &, Malo nodo malus querendus cuneus.

Semper agricola in nouum
annum diues.

Ἀγροκόπος εἰς νῆστον πλεῖστις. id est,
Agricola semper diues annum in proximum.
De iis dictatum qui spe futuri compendij diuites sunt,
ac sibimet expectatione rerum amplari blandiuntur.
Duellum a colonis, qui semper proximæ æstatis vberio-
rem prouentum sibi pollicentur, eaq. spe iam sumptus
non nullos audent facere.

Semper virgines furia.

Ἀνὶ περὶ νῆστον ὄντων. id est, Semper virgines furia. Prouer-
bium obscurius deterret a peccando. Erinnyes enim
malefactorum vltices corrumpi non queunt, quo mi-
nus pœnas sumat de iis qui commeruerunt, atque hac
gratia dictæ virgines. Suidas e Sophocle citat.

Senex bos non lugetur.

Γέρων βῆς ἀπὸ νῆστον δόμοισι, id est, Bos senex vacat lectu
domesticorum. Hoc est senum mors, quod tempestina
videatur, non lugetur ab amicis. Quin & hodie siquā
demonstratur obitus hominis natu grandis: Nihil acer-
bum, inquit, haud perit in cunabulis. Mortem iuue-
num complorant ij quoque ad quos nihil attinet. Talē
mortem deprecatur Solon apud Ciceronem libro de se-
nectute. Elogium autem Solonis, cuius meminit Tulli-
us, sic habet,

Μὴδ' μοι ἀκλῆστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοις
Ῥοῖσ' αὖτις θανόντα ἄλγος καὶ σόναχος. id est,

Ne mihi lugubris veniat mors, sed mihi caris
Mœrorem potius adferat & gemitus.

Ennius contra:

Nemo me lacrymis decoret, neque funera fletu

Faxit.

Sed vterq. recte sensit.

Solon vult mori carus ac desiderandus suis, Ennius
non putat lugendam mortem quam cōsequitur immor-
talitas. Refertur & hic versus in Menandro,
Πικρὸν ἐστὶ χρεὶμα κέρων εὐοικία μέλων. id est,
Molesta res est, in domo manens senex.

Sero venisti, sed in colonum ito.

Ὅχ' ἤλθεις· ἀλλὰ γ' εἰς κολὸν ἵστο. id est,

Serus ades, est colonon hinc te conferas.

Iocus proverbialis aduersus eos qui post tempus adue-
nient, aut qui mercede quidpiam facerent. Porro Colo-
nus est terra æditior, in speciem tumuli seu collis. Hu-
iusmodi duo erant Athenis, alter iuxta Neptuni tem-
plum, in quem equites conueniebant, alter iuxta tem-
plum Vulcani, quia foro seu mercatu dictus est ἄγο-
ράς. Hinc colonetæ dicti, qui mercede conducerentur,
quod illic consisterent, qui conductorem quærebant.
Huiusmodi sermo Suidas.

Ad pedem.

Ἐπὶ πόδα, id est, Iuxta pedem. Quod adpositum & ve-
hementer accommodatum est, id ὑπὲρ πόδα, dicebatur.
Sumpta metaphora a calciamenti probe ad pedis mē-
suram quadrantibus. Vnde celebratur & illud Paulli
Aemilij apophthegma, nouum calceum ostendentis.
Vos, inquit, uidetis bellum, ac nouum esse calceum; ve-
rum qua parte pedem torquat meum, id ego demum
sentio, significans Papyriam uxorem, non esse suis
accommodatam moribus. Suidas Platonem citat, poe-
tam opinamur,

Ὡς ἐστὶ μοι τὸ χρεὶμα τῷ ποδὶ πόδα. id est,
Vt hoc meo negotium quadrat pedi.

Sarpedonium litus.

Ξαρπηδωνία ἀκτὴ, id est, Sarpedonium litus. De re turbu-
lenta recte dixeris, siue de vehementer clamoris & ob-
streperis. Est enim huiusmodi litus quoddam Thraciæ
Neptuno sacrum, quod adsiduis fluctibus iudicatur. Est
& aliud eiusdē nominis in Cilicia. Rursum aliud iuxta
Oceanum, ubi Gorgonibus sedes esse ferunt.

Seruilior Messena.

Δουλοῦ ὄντος κούριον ἔχει. id est, Seruilior Messena. De minime
liberis dicebatur, & alieno vinentibus arbitrio. Lace-
dæmonij Messenios, quod iterum atque iterum descuiis-
sent, in seruitutem redegerunt, eosq. diuini etiam quā
reliques seruos tractarunt, ne de nouo res nouas moliri
possent. Historia refertur a Pausania in Messenicis,
& a Iustino libro epitomatum tertio.

Seruus cum sis, comam geris.

Δούλος ὢν κόμην ἔχει. id est, Seruus cum sis, comā habes.
De eo qui præter decorum quippiam faceret. Velut si
quis humili cōditione patriciorum cultum imitaretur.
Apud Lacedæmonios enim ingenui comam alebant.
Adagium refertur quidem a Suida, ceterum extat
apud Aristophanem in Aulibus,

Ἐπειτα δ' αὖτε δούλος ὢν κόμην ἔχει. id est,
Ac deinde seruus cum sis, portas comam?

Hb Seruo-

Seruorum ciuitas.

Δούλων πόλις, id est, Seruorum ciuitas. De cætu cōiūctiq; hominum improborum, furacium, aut ignobilium dici potest. Est hoc nomine ciuitas quæpiam in Libya, ut auctor est apud Suiam Ephorus in 5. apud Stephanum Hecateus. In hanc si quis seruus lapidē importasset, continuo liber fiebat, etiam si peregrinus fuisset. Est & altera, cui nomen ἰσθμοῦ πόλις, quod seruis dicata sit, in qua unum duntaxat ingenium viuere tradunt. Est rursum in Creta, ἑκατόν τριῶν πόλις, id est, Mille viris habitata, ut auctor est Socrates in 1. narratione rerum Creticarum. Est item alia iuxta Thraciam, πομπῶν πόλις, id est, Improborum ciuitas. In hanc Philippus collegisse dicitur, velut in sentinam, infames ac moribus improbatos, ut sycophantas, falsos testes, prauaricatores, & id genus alios ad numerum duum milium, ut auctor est Theopompus, in rerum Philippicarum lib. 13. Testatur & Plutarchus in commentario De curiositate. Est & in Aegypto regio quædam ἰσθμοῦ πόλις appellata, teste Olympiano. Plutarchus in collectaneis prouerbiorum ostendit, dici solitum de variis inuentis, effertq; ad hunc modum οὗτος ἐστὶ δούλων πόλις, id est, Non est seruorum ciuitas. Non dissimile quod Plinius narrat de gente Hesenorum in Syria, ad quos fugitant usquequaq; nocentes. Quæ sola toto in orbe, sine ulla femina uiuit, omni Venere abdicata, socia palmarum, in diem ex æquo, conueniarum turba renascitur, longe frequentantibus quos vita fessos ad mores eorum, fortune fluctus agitat.

Samiorum flores.

Σαμίων ἄνθη, id est, Samiorum flores. Vbi quis extremam uoluptatem decerperet. Hoc autem nomine dicebatur locus quidam, in quo mulieres cum viris conuiuium agitant, omniq; genere voluptatum affatim explebant sese. Quibus deliciis effeminati, postea subacti sunt a Persis, & in seruitutem acti. Stephanus admonet, Samum insulam olim Σαμίου νῆσος appellatam fuisse nimirum a floribus. Eandem παρθένους fuisse vocatam, videlicet a virginibus. Refertur adagium in collectaneis, quæ Plutarchi feruntur titulo. Meminit & Athenæus libro 12. ex Clearcho, demonstrans locum ita vocatum, ob varias formas puellarum, quæ veluti flores arridentes, ad libidinem inuitabant. Aptè quadrabit in ciuitatem, domum, deniq; hominem voluptatibus perditæ additum.

Summaria indicatura.

Πωτικὸν ὄνειρον, id est, Summaria indicatura. De rebus vilibus magno tamen emptis. Quemadmodum sit non nunquam in auctionibus, cum non expenditur singillatim vniuscuiusq; rei precium, sed multa simul congesta pariter æstimantur. Græcis enim ἐμπόριον virgulta dicuntur, & ἐμπόριον appellant fasciculum, seu sarcinam e diuersis rebus colligatam, aut varios colores simul confusos. Fit autem sæpenumero, ut emptor parum attentus in hoc emptionis genere circumueniatur. Adagium refertur a Diogeniano. Meminit & Suidas.

Regia vaccula.

Βασιλικὸν βοῦδιον, id est, Regia buccla. De prodigio-

sa fecunditate ferebatur, natum e miraculo rei gestæ. Aetate Ptolemæi iunioris, vacca quædam eodem partu sex edidit vitulos. Auctor Diogenianus. Simile illud Iuuenalis:

-Scropha fecundior alba.

Pura a nuptiis.

Αγνὴ γάμος, id est, Rudis nuptiarum. Per ironiam dicebatur in impudicam, quod circa nuptias sui copiam faceret. Horatius,

Nuptiarum expers, & adhuc proteruo
Cruda marito.

Rheginis timidior.

Ραγινὸν δειλότατος, id est, Rheginis formidolosior. Xenarchus apud Zenodotum Sophronis, qui de mensibus scripsit, filius, in gratiam Dionysij tyranni taxauit Rheginenses ut ignauos in rebus bellicis, animiq; pauidi, quemadmodum testantur Græcorum adagiorum collectanea.

Rapina rerum Cinnari.

Ἀρπαγὴ τῶν κινναρίων, id est, Direptio bonorum Cinnari. De facultatibus per tumultum direptis. Veluti cum principes præter ius in alienas fortunas iniiciunt manus. Timæus scriptum reliquit, Cinnarum quempiam fuisse, patria Selinusium, arte lenonem, qui hoc quæstui ad summas opes peruenerit. Is quoad viuebat, pollicebatur se facultates omnes Veneri consecraturum, ceterum moriens, populo diripiendas exposuit. Huic non dissimile, quod alibi commemorauimus, Porfena bona.

Rhadamantheum iudicium.

Ραδάμανθος κριτής, id est, Rhadamanthi iudicium. De incorrupte iudicantibus. Rhadamanthus enim manium iudex, neque muneribus, neque gratia deflebitur, quominus seuerè iudicet. Accommodari poterit ad mortis necessitatem, maximis pariter ac minimis ex æquo communem. Iuxta illud Aeschylj apud Aristophanem in Ranis:

Μῶνος θεῶν ὅς θάνατος οὐ δόλον ἔχει. id est,
Vna e deis Mors nulla capiat munera.

Item Horatius,

Pallida mors æquo pulsat pede pauperū tabernas,
Regumq; turreis. Item alibi:
Non si trecentis quotquot eunt dies,
Amice places illacrymabilem
Plutona tauris.

Item Pindarus in Nemeis,

Ἀλλὰ κείνῳ ὅς δ' ἔχειται
Κῆρ' αἰδέομαι, τίς δ' αἰδέομαι
καὶ δακύνται.

id est,

Fluctus enim orci communiter accidit, obruitq; tum opina, tum inopinum, hoc est, & iuuenem & senem, & pariter & nobilem & obscurum. Bisariam enim interpretantur αἰδέομαι καὶ δακύνται. Item in Olympiacis,

Βαλὼς ἐπ' ὀρθαῖς ῥαδάμανθος.

id est,

Rectis Rhadamanthi decretis,

Item alibi demonstrans vnum Rhadamanthi nec assentari cupiā, nec quidquā ad gratiā facere. ἵ δ' ῥα δάμαρτος ἐν πέτρῳ, ὅτι φρενῶν ἔλαχε κάρπον ἀμύμνον, οὐδ'.

ἔδ' ἀπαύται θυμὸν τὸ πῶτα ἐδίδου. id est, Fortuna-
tus Rhadamanthus, qui fructum iudicii fortitus est in-
culpatus, neq. imposturis intus in animo delectatur.
Vsurpat & Plato libro, de legibus duodecimo.

Rhadamanthi iusiurandum.

Ραδάμανθος ὄρκος, id est, Rhadamanthi iusiurandum, di-
cebatur quod vcrissimum quidem esset, ceterum nullū
deum adscisceret. Socrates per canem & anserem iu-
rare consuevit, ne quem deorum citaret: siue quod
non crederet ullos esse deos, siue quod non arbitraretur
esse boni viri, deos suorum negotiorum testes arces
scire. Hoc autem iusiurandi genus ad Rhadamanthum
rescrebant. Notauit adagium Aristides rhetor in Pe-
ricle, cum ait, ὡς ὁ ἀεὶ λέγει πρὸς ῥαδάμανθον ἐλθόντων
τὸς ἀνθρώπους ἐπιόρκειν, ὃ τὸς ὅτιν ποτὶ τὸν θεὸν βίβας καὶ
ἐκαστοῦντος, ὡς τὴν καὶ πλοῦτος τὸς ἐκαστοῦ ἀπικνεύμενος
ἐκαστοῦντος. id est, Perinde quasi dicas Rhadaman-
thum mortales in consuetudinem adduxisse peierandi,
qui vsque adeo pietate, iustitiaq. præcelluerit, ut etiā
vita defunctus, ius, qui illuc appellant, iudex esse cre-
datur. Pythagorici per quaternionem iurare solent,
quem τέτρακτω appellant.

Ὁ μὲν τὸν ἀμύθητον ψυχὰς ἀφ' ὧν τέτρακτω. i.

Nō p̄cū a quo animæ datus ille quaternio nostræ.
Existimant enim hunc numerum vsq. adeo ad animæ
perfectiōnem pertinere, ut eum in arcanis veneretur.
Auctor Macrobius primo commentario in somnium
Scipionis. Pythagoras in Carminibus aureis, quater-
nionem sacrum animæ fontem vocat. Græci per caput
alterius iurare consueverunt. Iuuenalis,

-Græcis non dum iurare paratis
Per caput alterius. Vergilius,
Per caput hoc iuro.

Litore loquacior.

Ραχίος λαλίσθεος, id est, Litore loquacior, In rabulam
& obstreperum dicebatur. Nam rhachia Græcis li-
tus appellatur, præsertim scopulis ac rupibus asperū,
quod adfiduis iunditur fluctibus, non sine fragore, un-
de & Græca vox ducta videtur ῥαχίς quasi τρεχίς.
Nam ea vox ad onme quod asperum ac spinosum est,
deflectitur.

Præsentem fortunam boni consule.

Τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν. id est, Quod adest, boni consule, ὃ τὸ
παρὸν εὖ τίθει. id est, Quod adest equi boniq. facere
oportet. Admonet adagium, ne nos alienarum rerum
cupidine maceremus, sed quacūq. contigit fr̄s, eā
velut optimam amplectamur. Magna enim felicitatis
pars, ut sua cuiq. fortuna placeat. Plato in Gor-
gia, ὅς τοι καὶ ἀλλὰ καὶ μὴ κατὰ τὴν παλαιὴν λόγον τὸ παρὸν
εὖ ποιεῖν, καὶ εἶναι δέχεται τὸ δέδομενόν παρὰ θεῶν. id est,
Necessum est mihi, sicut videtur, iuxta vetus adagiū,
quod adest, boni consulere, & hoc accipere quod abs
te datur. Cratinus in Pylæa,

Ανδρὸς σοφὸς ἦν τὸ καὶ παρὸν πράγμα ὡς καλὸν
εἰς δὲ χάριν εὖ τίθει. id est,

Sapientium est virorum, vii quod adest boni,

Tamquam bonum sit, consulant pro viribus.

Ad fine illi, quod alibi retulimus, πᾶσι τοῖς ἰαχέαι ταύ-
τω καὶ μοι, id est, Spartam es natus, eam dispone.

Quod quidem carmen citat Stobæus ex Euripidis tra-
gedia, cui titulus, πῆλεφος, id quod obiter admonen-
dum duximus. Nam adagium suo dictum est loco.

Qui omni in re, & in omni tempore.

AVLVVS Gellius explicans vim μορίς σεντικῆς. ait
hunc senarium antiquissimum proverbij vice celebra-
tum fuisse,

Sed enim qui in omni re, atque in omni tempore

Omni laude vacat, is illaudatus est,

Isque omnium pessimus deterrimusq. est.

Admonet paræmia, fere nuncinm esse tam deplora-
ti ingenij, qui non aliquando dicat faciatue quod lau-
dem promereatur. Resertur iisdem serme verbis a
Macrobio libro Saturnalium 6. ex quo nobis, nisi si-
mus deprehendisse manifestum errorem scripsit in
Gelliano libro per cruditum quempiam admissum. Is
enim non intelligens hos esse uersus: Sed enim qui in
omni tempore & c. suspicatus est Græcum versicu-
lum omisum a librariis, in eius locum supposuit hoc
carmen,

Ροδάκι καὶ κἀπὼς ἀρμαλὰ καίρεν ἔστιν.

cum uersus de quo sentit Gellius, sit Latinus quem
mox subiicit: Sed enim qui in omni & c. Id liquet ex
Macrobio, qui locum hunc ad uerbum pene iusiuratus
est in suos commentarios. Porro Græcus versiculus
nihil facit ad expl candam vim huius vocis illauda-
tus, sed obiter admixtus est, quasi probandum esset
quod dixcrat, neminem esse tā efflicis moribus, quin
faciat dicatue non nunquam aliquid, quod laudari
queat. Quo quidem loco rursus efflicis deprauatum
est in efferis: potest enim illaudatus esse, qui non sit
efferis moribus, sed efflicis mores dixit perditos &
corruptos. Sunt autem tres senarij sententiam absol-
uentes, nisi quod alicubi videntur vitiosi a scribis;

Sed enim qui in omni re atq. in omni tempore.

Hic primus pulchre constat: Constat & alter si le-
gatur,

Qui omni vacat laude, is vir illaudatus est.

Nam distiunculam Vir etiam aurium sensus in hoc uer-
su videtur requirere. Constat & tertius si legas:

Isq. omnium est deterrimusq. ac pessimus.

Locus est apud Gellium libro secundo cap. 6. si quis vo-
let conserre.

Qui e nuce nucleum esse vult, frangit nucem.

QUI commodū appetit, ne fugiat laborē. Qui querit vo-
luptatē, prius experiatur sudorem, sine quo non para-
tur vera voluptas. Hanc sententiā Plautus figura sa-
ne quā proverbiali extulit. Qui e nuce, inquit, nucleū
esse vult, frangit nucē. Qui querit animi pabulū in ar-
canis litteris, scrutetur sub allegoriæ inuolucro condi-
tum mysterium. Sic enim vsurpauit alicubi diuus Hie-
ronymus. Nux enim foris tum dura est tum amara,
intus suauissimum condit cibum. Huc referendum il-
lud Homericum figmentum de moly herba, quam ait
radicem quidem habere nigram, sed florem lacteum.
Hanc ita describit Odyssæa decimo:

Ρίζη μὲν μέλας ἴσκι, ἀλὰ κτὶ δὲ ἱκελὸν ἄνθος,

Μῶλον δὲ μὴ καλίσσι θύει· χαλὶ πὸν δὲ τ' ὄρεσσιν

Ανδράσι καὶ θεοῖσι, θύει δὲ τι πάϊτα δὴ γαστράϊ.

Η h

2

Αἴα

*Atra quidem radix suberat, sed lacteolus flos,
Moly vocant superi, mortalibus ardua res est
Euulsiſſe viris, caeleſtes omnia poſſunt.*

Accommodari poteſt cum ad omnem diſciplinam, tum peculiariter ad grāmaticam, quæ cum ſit pueris amara, ſenibus iucunda eſt. Quadrauerit & in virtutis ſtudium, cuius initium acerbum, progreſſus facilis, finis iucundus.

Quis parentem laudabit, niſi infelices filij.

Τίς πατέρα αὐτῶν εἰ μὴ κακοδαίμονες υἱοί; id eſt,

Quis patrem laudet, niſi proles laudis inanis? Carmen vulgo iactatum de hiſ qui maiorum ſuorum facinora iactitant, nimirum nihil habētes, quod de ſe ipſis vere pradicent, cuiusmodi Ponticum quæmpiam ridet Iuuenalis Sat. 8.

-Sed te cenſeri laude tuorum

Pontice noluerim, ſicut nihil ipſe futura

Laudis agas. Miſerum eſt alienæ incumbere ſamæ. Poterit in hanc quoque torqueri ſententiam: Improbi filij ſic laudant parentes, dum illos ceu bonos deſiderat populus, quod hos longe deteriores ferre non poſſit. Id quod non numquam ſolet in principibus uſu venire, uidelicet, ut quem viuum oderant, mortuum probent ac requirant, filij comparatione bonum. Reſert & explicat hoc adagium Plutarchus in vita Arati. Παροιμία τινὰ παλαιὰ ὡς πολὺ κρατεῖς δέισας μοι δοκεῖ τὸ δόσφικτον αὐτὸ φιλόσοφος χρυσιππος, ὅχ' ὅν ἐχ' ἡτρεπον, ἅλ' ὡς αὐτὸς αὐτο βέλτιον εἶναι, διατίθειμαι.

Τίς πατέρα αὐτῶν εἰ μὴ κακοδαίμονες υἱοί.

Διονυσόδωρος δὲ ὁ τροιζηνίος ἐξελέγχων αὐτῶν, ἀνέκτι ἰόν-
σι τὴν ἀλκείνῳ ἕτως ἐχέσας.

Τίς πατέρα αὐτῶν εἰ μὴ κακοδαίμονες υἱοί,

Καί φησι τοὺς ἀφ' αὐτῶν ἀνδρὲς ἀξίους ὄντας, ὑποδυμένους δὲ προγόνων τινὸν ἀρεταῖς, καὶ πλεονάζοντας οὗ τοις ἐκείνων ἐπαινοῖς, ὑπὸ τῇ παροιμίᾳ ἐπινομιζέσθαι, id eſt, Adagium quoddam vetus o Polycrates, Chrysippus philoſophus, infamiam illius ut mihi videtur veritus, non ut habet, ſed ut ipſi viſam eſt melius, propoſuit.

Quis patrem laudat, niſi felices filij?

Ceterum Dionysodorus Trazenius redarguens illum verum prouerbiū denuo exponit. Id habet ad hunc modum,

Quis patrem laudet, niſi proles indiga laudis?

Aitq. eos qui ſi ſuis ipſorum meritis aſtimentur, nullius ſunt precij, ceterum inſinuantes ſeſe maiorum ſuorum quibuſdam virtutibus, atque illorum laudibus ſeſe immodice venditantes, hoc prouerbio ad ſilentium adigi. Haſtemus Plutarchus. Vſurpauit in eundem ſenſum M. Tullius in Epistoſis ad Atticum.

Nam iam illi non ſunt, at qui ſunt mali.

Οἱ μὴ ὄντες εἰς τὸ εἶναι, οἱ δ' ὄντες κακοί, id eſt,

Partim haud quidem iam ſunt, at ij qui ſunt mali.

Dici ſolitum, ubi quis requirit ea, quæ quondam quidem extiterunt, verum temporum culpa perierunt. Eſt autem Ariſtophanis in Ranis, in qua ſabula Bacchus inducitur deſcendens ad inferos, ut Euripidem, aut bonum aliquem poetam inueniret. Apud ſuperos enim neminem reperiri niſi malum.

Qui apud inferos ſunt terniones.

Τὰς αὖ τρεῖς τετραδάς, id eſt, Qui ſunt apud inferos terniones. Hoc adagio ridebantur ij, qui res abditas & abſtruſas, curioſa quadam diligentia veſtigarent. Non abſurde torquetur in eum, qui Homericas ſabulas omnes inanibus allegoriis, interpretari conetur, aut Platoniorum & Pythagorcorum numeros explicare labore. Aiunt terniones apud inferos honoratos eſſe, ut Hecata ſacros, cui quidem ob id ipſum Trigla piſcis ſacrificatur, & ſimulacrum eiſdem in triuiis conſtitui mos erat. Ad quod reſpiciens Vergilius,

Tergemināq. Hecaten, tria virginis ora Dianæ.

Neque quantum luſcinia dormiunt.

Οἱ δ' ὅσον ἀνδρὲς ὑπνύουσιν, id eſt, Nec quantum luſcinia dormiunt. In eos conuenit, qui ſomni parciffimi ſunt. Luſcinia minimum dormire ſcruntur, vel propter Ityn extinctum, vel ob timiditatem ſane magis arbitramur dictum, quod luſcinia vernis menſibus, per omnem ſere noctem perpetuo cantu garriant.

Cuiusmodi portento me inuoluit fortuna.

Οἷόν μ' ὁ δαίμων τράπτι συγκατέβηκε. id eſt,

Monſtro cui fortuna me implicauit.

Trimeter eſt Cataleſticus. Dici conueniet, ubi negotiū incidit cum homine moroſo, difficiliq., cum quo non queas viuere, nec a quo te poſſis extricare. Carmen ſumptum ex tragædia Philoxeni poetæ, apud quem Ulyſſes inſuſus in antro Cyclopiſ, hoc modo loquitur.

Οἷόν μ' ὁ δαίμων τράπτι συγκατέβηκε.

Reſertur a Zenodoro.

Fixis oculis inſpici.

Απνὲς ὄραν, id eſt, Deſixis oculis obtueri. Si tranſſeratur, prouerbialis erit figura, nempe pro eo quod eſt, attentius accuratiusq. conſiderare. Fixius inſpici, preſſius inſpicere. Sumptum eſt ab amantibus, qui ſtupentibus, nec uſquam dimotis oculis inſpiciunt id quo delectantur: Adagium recenſetur a Diogeniano. Plutarchus in commentario De audiendo, βαρεὺς μὲν ὁ ἀκροατὴς καὶ φορτικὸς πρὸς πᾶν ἀπύκτους, καὶ ἀπνὲς τὸ λεγόμενον, id eſt, Grauis enim auditor ac moleſtus, qui ad ſingula ſtupet, & deſixis eſt oculis, ut dicitur. Marc. Tullius pro Lucio Flacco, Ut totam cauſam quam maxime intentis, ut aiunt, oculis acerrime contemplantur.

Puluerem oculis offundere.

PULVEREM ob oculos offundere dicitur, qui de induſtria rem obſcurat, & aduerſario iudicium eripit. Traductum videtur a militia, ſape ſit enim ut hoſtis data opera puluerem cieat in hoſtem. Hac arte Sertorius Romanus Cacitanos, ut Græcus habet Characitanos, quosdam vicit, auctore Plutarcho, cuius rei mentionem ſecimus in adagio de Cacia nubes attrahente. Viſitur hoc prouerbio præter alios diuus Hieronymus in Epistoſis. Mar. Tullius gloriatur ſe in acſione quadam iudicibus tenebras offuſiſſe. Eſt apud Plautum in Milite, ſimile quiddam de glaucomate oculis oborto.

Pſecus

Psecas aut ros.

Claudus optime virum agit.

ῥεκάς ἢ ὀρόρος id est, Psecas aut ros. In crebrius expuētes diffitabatur. ῥεκάς enim aspersio illa, ac velut irroratio vocatur, quoties minutissimis guttulis irrigamur, ut pluuia rori simillima. Primitus autem per lūsum dictum est in Antimachum Lyricum poetā, quod subinde exspuens eos, quibus cum loquebatur, conspergeret. Idem cognominis datum fuit & Olympico cuidam, quē nonnulli putant tulisse legem, ne quem nominatim taxarent poetæ, atque ita factum, ut multo quam prius pauciores accederent ad certamen, & qui prodibant, laudarent, non carperent. Unde iuvisinodi delinimenta, ῥεκάς appellata videntur. Vocantur enim Psecades ancillæ, quæ delicatarum matronarum capillos medicato fūco conspergunt. Adagium refertur a Diogeniano. Marc. Tullius in epistolis ad Atticum, consputare dixit, pro conuitiis leuiores aspergere, nimirum ad hoc adludens adagium.

Hæsitantia cantoris tussis.

Ἀπαρία ἡ ἀλάτου βίη id est, Hæsitantia cātoris tussis. Suidas adagium neotricum esse monet. Dictum videtur, quoties non suspitet quod dicamus, idq. velut aliud agentes dissimulamus, velut apud Platonem Aristophanes, ne diceret in conuiuiis, singultum fingit. Surtipii apparet a cantoribus, qui cum hærent in cantione, tussim simulant, ut hac videatur interrupta cantilena, non inficitia. Confine putamus illi, quod aliis dictum est: Tussis pro crepitu.

Extritum ingenium.

Ἐκτριμένην νόον ἔχων id est, Mentem habens euanidam. περὶ συλλυμείων perinde sonat quasi dicas extibiatam. Dicta siquidem est metaphora a tibiariis linguis, quæ postea quam exciderint, inutilis est tibia.

Panagæa Diana.

Ἡ πανηγυρία ἢ ἡ πανίς. i. Panagæa Diana, dicebatur olim, peregrinationem impensius amans, errabundus, instabilis, nulla certa sede consistens. Siquidem Diana uagari dicitur apud poetās, et per nemora montesq. oberare. Quin domicilium etiam subinde mutat, nunc apud superos agens, nunc apud inferos. Ne specie quidem semper eadem, sed nunc pleno orbe, nunc mutila, nunc nulla.

Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.

PAROEMIAS speciem præ se gerit illud Horatianum in Sermionibus:

Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.

Dicendum vel in duos aliquos diuersis laborantes vitis, vel in eundem sui dissimilem, nempe modo loquaciorē quam sat sit, modo impendio taciturnum, interdum pueriliter ineptum, interdum Catone seueriorē, non nunquam profusum, non nunquam sordidum. Siquidem ut vitio dandum, si quis hircum oleat, ita adque vituperandum, si quis oleat vnguenta. Nam pastilli, pilulæ sunt unguentaria. Alterum spurci est, alterum mollis.

Ἀριστὶ χαλὰς οἱ ἀνδρῶν, siue ut alias legitur ὁ χαλὰς, id est, Optime claudus virum agit. Dicitur solitum, ubi quissiam suā sortem, uel parum egregiam, antepōnit alienæ tanetsi præstantiori. Ab Amazonum apophthegmate natum aiunt. Tradunt morem Amazonibus fuisse quondam, ut pueros masculos detorta tibia coxæ claudos efficerent. Porro cum bellum esset illis aduersus Scythas, atque illi eas conarentur illicere ut ad sese desciscerent, dicentes futurum ut posthac non cum claudis ac mutilis, sed cum integris viris rem haberent, Antianira Amazonum dux respondit ad hunc modum: ἄριστὶ χαλὰς οἱ ἀνδρῶν. Usurpauit Athenæus libro 13. οὐ τὸν δὲ ἄριστὶ χαλὰς οἱ ἀνδρῶν id est: Vere enim claudus optime virum agis. Theocritus ἀριστὶ χαλὰς appellat virum coitus audium, Hesychius ἀριστὶ χαλὰς dicit. Animaduersum est etiam illud nostris temporibus, plerumq. qui tibiis sunt mutili, aut quopiam mēbro trunci, eos ad usum Veneris reliquis magis idoneos esse, nimirum paria faciente natura. De claudis quare sit salacior ceteris, causam reddit Aristoteles in problematibus sectionis 10. proble. 26. quod in hoc parum alimenti deorsum delabatur, ob crurum vitium, plus autem superiora petat, & in semen vertatur.

Ogygia mala.

Ὀγυγία κακὰ id est, Ogygia mala. Recte dicuntur, vel ingentia, vel antiqua. Nam utrumq. Græce significat Ogygium. Alij malunt ad Ogygium primum Thebanæ ciuitatis principem referre. Huius filius Cadmus, ob filias suas in varias calamitates incidit. Quo respiciunt qui Ogygia mala, pro atrocissimis interpretantur. Huiusmodi ferme Suidas, nisi quod magis probat, ut Ogygia mala, vetusta dicantur. Ceterum qui Ogygia vetera dicunt, illud sequuntur, quod olim Bæotiorum ac Thebana regio, Ogygia dicta sit. Quin & omnis Attica olim hoc habuit nominis, sicuti testatur Stephanus. Est & insula peruetusta dicta Ogygia, in quam Vlysses naufragus emeruisse fingitur ab Homero. Vnde vox iam obsoleta velut in iocum prouerbialē abiit. Nec in figura sita est huius prouerbij ratio, sed in nouitate vocis, ut in operis huius initio monuimus. Consimili ratione, nec sine prouerbij specie, Græci priscos ac peruetustos, ὠκυγιδας et ὠκυγιδας appellāt, a prisco quopiam deo, & multis iam sæculis obsoleto. Huiusmodi propemodum de Ogygiis Suidas & Stephanus.

Omnia Chnaumata.

Ῥαῖτα χυαύματα id est, Omnia chnaumata, dicebāt olim quoties omne negotium significabant. χυαύματα enim Græci placentarum, atque id genus ciborum fragmina vocant. Latini quoq. reliquias belli, & reliquias Danaum dicunt simili figura. Refertur adagium a Zenodoro.

Sic est ad pugnae partes re peracta veniendum.

ΠΛΑΤΩ in Gorgia, πολίμῳ καὶ μάχῃς φασὶ χυῖναι τὸ σάκρον περὶ τὸν μεταλαγχάζοντι. i. Ab belli pugnaq. munia Socrates sic aiunt accedere oportere. Ioc⁹ erat prouerbialis.

H b 3 lis.

lis, ubi quis negotio peracto, tum demum adueniret. Quemadmodum ignaui milites solent, qui conflictu peracto, sublatoq. metu, tum deniq. solent adesse, uel ad colligendam pradam, uel ad epinicia, id est, epulum victoriale celebrandum. Nam verbum illud μετὰ λαγχάνειν, tarditatem significat, ac seram muneris functionē. Socrates autem respondens, paræmiam explicat simili paræmia, ὅτι τὸ λείπον κατὰ τὴν ἐσθλὴν ἡκμασέν καὶ ὑπερβύκει; id est: Num post festum, quod aiunt, venimus, seroq. adsumus? Sumptū videtur a Rheso Thracium duce, quem apud Euripidem obiurgat Hector, quod serius ad belli societatem venisset, nimirum decimo demum anno:

Σύμμαχος μὲν ἔξοχος δὲ πρὸς τράπεζαν. id est, Socius haud quidem aduenis, sed hospes ad mensam. isq. respondet.

Ἀλλ' ὅσον μὲν ἦλθον, οὐ καὶ ὅδ' ὁμῶς.

Σὺ μὲν ᾗδ' ἡδὴ δέκατον αἰχμαζῆς ἔτος,

Κεῖν πρῶτος.

id est,

Sero quidem, ast in tempore aduenio tamen;

Nam tu quidem iam prælians decennium,

Nihil explicas.

Adiuit huc, ni fallimur, Diogenes. Cum enim quidam inscripsisset adibus suis hunc titulum, Iouis filius Callinicus Hercules hic habitat, ne quid ingreditur mali. Diogenes adiecit aliam inscriptionem. μετὰ πόλεμον ἡ σύμμαχος, id est, post bellum auxilium. Significans sero vocari Herculem depulso rem malorum, cum iam malus hospes immigrasset in eas ades.

Obsequium amicos, ueritas odium parit.

OBSEQUIUM amicos, ueritas odium parit. Senarius est prouerbialis apud Terentium in Andria, non admonens quid oporteat fieri, sed ostendens quid vulgo fiat. Vulgaris enim amicitia constat obsequiis. Nam inuicem conuiuere ad familiarium vitia,

Hæc res & iungit, iunctos & seruat amicos.

At inter veros amicos, nihil est ueritate incandius, modo absit asperitas agrestis & inconcinna, grauisque. Porro qui vulgo plurimis studet amicus esse, moribus alienis obsecundet, caueatq. iuxta Persiū: Auriculas teneras mordaci radere uero. Non probari uero sententiam hanc poetæ, satis indicat cum ait: Namq. hoc tempore, id est, his corruptis moribus. Eandem sententiā in Adelpis idem aliter extulit. Ut homo est, inquit, ita morem gerat. Donatus admonet prouerbialiter dictum. M. Tullius in Sermonibus De amicitia: Sed nescio quomodo uerum est, quod in Andria familiaris meus Terentius dixit: Obsequium amicos, ueritas odium parit. Molesta ueritas est, siquidem ex ea nascitur odium quod est uenenum amicitiae. Sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri sinit. Maxima autem culpa in eo est, qui & ueritatem aspernatur, & in fraudem obsequio impeditur. Pindarus in Nemeis hymno quinto, εἰ τοὶ ἀπασα καὶ δὲ ἀνθρώπων πρὸς ὧπον ἀλάττει ἀτρικὴς, καὶ τὸ σιγῶν πομπῆς ἐστὶ σοφῶτα καὶ ἀνθρώπων νόσος. Sentit simplicem ueritatem non semper ut est proferendam, quod damno sit: sed sapientis esse, non nunquam celare suam sententiam, in tempore prolaturus, cum fructus spes ostenditur. Apud Athenæum libro 5. citatur hic trimeter ex Agathone,

Εἰ μὲν φράσω πολλοὺς, ἔχ' ἴα' εὐφραίνω,
Εἰ δ' ἐν γέροντι σ' ἔχ' ἰ πολλοὺς φράσω, id est,
Si uera dicam, tibi voluptati haud ero.
Si sim voluptati, haud tibi uera dixero.

Obuiis uinis.

OBUIIS uinis, est apud Quintil. pro eo quod est, auide, sitienterq. Translatum ab iis qui porrectis uinis properant in complexum eorum, quorum magno desiderio tenebantur, quosq. cupidissime conspiciunt. Legimus & obuiis manibus. D. Hieronymus ad Panmachium, Condiscipulum quondam, & sodalem & amicū, obuiis, ut aiunt, manibus excipio. Basilus in præfatione dialogi, ἀμφότεραι χερσὶν, id est, Ambabus manibus, eodem sensu scripsit. Hæc si ad rem animi detorqueantur, figuram prouerbialem habebunt. ut, Ego tuas litteras obuiis uinis excipiam.

Obliuionis campus.

Λήθης πεδῖον, id est, Lethes campus. Dicitur uel de uementer obliuiosis, uel de rebus commenticiis ac frivolis, quæ nusquam sint. Aristophanes, τίς εἰς τὸ λήθης πεδῖον; id est, Quis in Lethes campum? Vulgus enim nugas esse credit, quæ de inferis tradunt poetæ. Et, ut Iuuenalis inquit,

Strygio nigras in gurgite ranas

Nec pueri credunt.

Omnia sapientibus facilia.

Ἀπαντὰ τοῖς σοφοῖς ἐνκόλα.

id est,

Facilia cuncta sunt uiris sapientibus:

Nihil est tam arduum, quod prudenti consilio non facile conficiatur. Aut, nihil tam acerbum, quod sapiens non æquo animo facileq. ferat, ratione cuncta leniente. Si addas uerbum, constabit senarius. Est δ' ἀπαντα. Refertur a Zenodoto.

Omnia esculenta obsecsis.

Ἀπαντὰ τὰ βρώσιμα πολιορκημένοις.

id est,

Cinctis ab hoste uesca sint & qualibet.

Senarius prouerbialis, cum urget necessitas, nihil non facimus. Et vehementer famelicis nullus non suauis est cibus. Natum ab urbium obsidionibus, in quibus non numquam & canes & feles, herbarum radices, non numquam humana excrementa, inopia cibi deuorantur.

Omnia similia.

Ἀπαντὰ ὅμοια καὶ ἐδωπὶς ἡ καλή.

id est,

Similia cuncta. Rhodopis ipsa etiam decens.

Eadem est conditio mortalium, formosi pariter, ac deformes senescunt ac moriuntur. Rhodopis nomen est puellæ cuiuspiam formæ celebris, cui nomen a roseo aspectu uidetur inditum. De Rhodope meretricula multa Herodotus libro 2. non nulla Plinius libro 36. cap. 12. cum Græcum carmen habeat ἐδωπὶς, mirum cur Iuuenalis corripuerit,

-Dum Rhodopes uida terit inguina barba.

-Refertur a Suida prouerbij loco.

Totus Echinus asper.

Ἀπας ἡ χίτος τράχυν, id est, Totus Echinus asper. In morosis

fos & iniunctis moribus quadrat. Echinus piscis, & ite Erinacius undiq. spinis obseptus est, ut nusquam impune possis attigere. Est & hominum huiusmodi genus, cum quibus nulla ratione possis agere citra licentiam. Aristophanes in Pace,

Ὅδ' ἐστὶν ὡς ἐχίνος λευκὸν τὸ τευχὺν ἔχον. id est,
Ex scabro in leucum numquam vertetur Echinus.

Omnia bonos viros decent.

Ἀπαντὰ τοῖς καλοῖσιν ἀδράσιον πρέπει. id est,

Habet hoc improbitas, ut si quis illaudatus, recte faciat dicatue, tamen nescio quo pacto non adsit decorum illud: Contra veram virtutem decus quoddam comitatur, ut quidquid vir bonus agat, id decorum esse videatur. Tamen si potest & hic accipi sensus, cuncta formos viros decent, quod formae gratia commendat & decentem & canentem, & quidvis agentem. Id erit venustius si huc deslektas, ut dicas in bonam partem accipi, laudarique, quidquid dixerint fecerintque gratiosi apud principes: adeo ut quod huic capitale sit futurum, illi laudem etiam pariat. Refertur a Diogeniano.

Omitte vatem.

Ἐρεῖς τὸ μᾶλλον, id est, Omitte vatem. Vti conueniet, quoties alicui parcendum admonebimus, quod is eximius sit, & immunis habendus a vulgari sorte. Veluti si quis poeta, theologo, sacerdoti diceret, oportere parci. Antiquus mos erat, ut augur coronatus ante aciem incederet: neque fas erat, hunc telis impetere, utpote virum sacrum. Poterit adagium etiam per ironiam usurpari.

Oderint dum metuant.

ODERINT dum metuant. Tyrannica vox, sumpta e tragædia, & a nemine scriptorum non usurpata: praecipue M. Tullio familiaris: quam etiam in vulgi sermonem processisse, satis indicat Seneca libro de Clementia 2. scribens multas voces, magnas, sed detestabiles, in vitam humanam peruenisse, celebresque vulgo fieri, ut illam: Oderint, dum metuant. Cui Graecus, inquit, versiculus similis est, qui mortuo terram misceri ignibus iubet. Idem libro De ira primo: Nam aliqua voces ab iratis emittuntur, quae magni videantur animi, verum ignorantibus magnitudinem, qualis illa dira & abominanda, Oderint dum metuant. Syllano scias saeculo scriptam. Licet adagium etiam per iocum usurpare: veluti si quis eruditione superior, de clanculariis hostibus: qui tamen ob metum hiscere non audeant, dicat, Oderint dum metuant. Conueniet & in diuites, qui dicunt illud Horatii,

Populus me sibilat, at mihi plaudo.

Ipse domi simulac nummos contemplor in arca.

Item illud Iuuenalis,

Tunicam mihi malo lupini,

Quam si me toto laudet vicinia pago.

Odit cane peius & angue.

PROVERBIALI figura dictum est & illud ab Horatio,

Alter Miletii textam cane peius & angue,

Vitabit chlamidem.

Sentit autem, ut opinamur, de cane rabiente. Quod si longius etiam traducatur, magis erit proverbiale, ut, Hic totus lucris addictus est, litteras, quas amavit aliquando, nunc quod aiunt, vitat cane peius & angue. Vel, Hic se totum adulatoribus permittit, amicos a quibus verum audiat vitat, cane peius & angue Idem Horatius in Odis,

Cur oliuum

Sanguine viperino

Cantius vitat.

Plautus in Mercatore,

Nempe ruri uxor est tua, quam dudum dixeras

Te odisse aequae atque angues.

Stultior Coræbo.

Ἡλιώτ' ὅρος κακοῖς, id est, stultior Coræbo. Prouerbialis hyperbole in Stupidos & vecordes. Coræbi stultitia vulgi fabula celebrata est, qui maris undas numerare sit conatus, cum non potuerit ultra quinque profectui supputationem. Meminit huius Eustathius in decimum Odyssæa & Lucianus in amoribus. Quamquam apud alios κακοῖς legimus per γ. Additque quidam Corybium hunc Mygdonis Phrygis fuisse filium, temporibus belli Troiani. Meminit & Vergilius Coræbi cuiusdam:

-Iuuenisq. Coræbus

Venerat infano Cassandra captus amore,

Et gener auxilium Priamo Phrygiibusque ferebat.

Quo quidem in loco Scriuius indicat sumptum ex Euphorione, Hunc, inquit, Coræbum stultum inducit Euphorionem, quem & Vergilius sequitur, dans ei,

-Dolus an virtus, quis in hoste requirat?

Cum sit turpissima dolo quaesita victoria.

Stupa seniculus.

Στυπὴν καὶ σενίκον, id est, Stupa siue stipulaceus seniculus. De viribus effæto sene. Simillimum illi quod alio diximus loco, Homo bulla. Sumptum a ligno, quod iam exaurit, exiccumque redditum est & marcidum, in stipula morem. Stupa dicitur quod e lino excutitur siccum & inutile.

Phormionis thori.

Στιβάδες φορμίωνος, id est, Thori Phormionis. De stratis sordidis ac frugalibus, minimeque delicatis, qualia sunt cubilia militaria, & quale sibi apud Homerum parat Ulysses, ex arborum congestis frondibus, ac ramis humi substratis. Refertur a Suida. Phormio dux quispian militum fuit, in perferendis militiæ incommodis notus, sicut coniicimus, patietiae. Poterit & longius deslekti ad quamvis tractationem duriusculam. Extat in Pace Aristophanis,

Εἰ γὰρ μοι γένητ' ἰδεῖν ταύτην ἡμέραν ποτὶ.

Πολλὰ γὰρ ἔνι χόμῳ

Πεχύματα πικρὰ σιβάδες, ἃς ἔλαχε φορμίων.

Id est, Utinam mihi contingat videre hunc diem. Multas enim sustinui tum molestias, tum culcitrae quas sortitus est Phormio. Versus sunt chorici, eoque prosa vertimus.

Stultitia est Iouem putare esse.

Τὸς μωρίας, τὸ δὲ νομίζειν, ὅτι παλιεστον. id est, Inscita est,

H h

4

natum

natum tot annos credere, esse vllum Iouem. In eum accommodari potest, qui grandis natu dicit, aut sentit absurdum quippiam, cum propter etatem nihil oporteat iam ignorare. Non conuenit enim in natu grandes puerilis superstitio. Recensetur a Suida. Carmen est Aristophanis in Nubibus,

ἰδὲ γὰρ ἰδὲ δὲ δ' Ὀλύμπιον, τ' μωρίασθαι

Τὸν δ' ἄρα νομίζουσιν οἱ πολλοὶ θεοὺς τῶντι.

id est,

Ecce ecce Olympium Iouem, dementia est

Natum tot annos credere esse vllum Iouem.

Tuum tibi narro somnium.

Τὸ σὺν ὄντι σοὶ διήκουσαι, id est, Tuum somnium tibi narro, id est, Narro tibi quod ipse merellius nosti. Apud Suidam hæc referuntur ex auctore quopiam, Εἰ γὰρ ἐγὼ σοὶ γὰρ καὶ γινώσκω, πᾶσι δὲ καὶ παρομιῶν, τὸ σὺν ὄντι σοὶ διήκουσαι, id est, Quod si te tibi ipsi notum reddere coner, tum mihi acciderit id, quod prouerbio dicitur, ut tuum tibi somnium narrem. Plato libro De Repub. 8. Το ἐμὸν γὰρ ἴφην ἰμοὶ λήγας ὄντι, id est, Meum quidem, inquit, mihi narras somnium. Traductum videtur ab his, qui ἐνερπάζουσιν, id est, somniorum interpretes consulunt. A quibus non nulli hoc quoque requirunt, ut quid somniant coniciant, quasi parum sit si interpretentur. Ad eum modum ægroti quidam imprudentes a medicis expectant, ut viso duntaxat lotio diuinent & sexum, & etatem, & omnem morbi naturam, ubi & unde acciderit, quid sentiant: ac propemodum etiā quid in febris somniant.

Sponsi vita.

Νυμφὶς βίος, id est, Sponsi vita, pro molli ac delicata. Confine illi, quod alibi relatum est, Musica uita. Suidas senarium hunc adducit, qui extat apud Aristophanem in Aulibus.

Ἵμεν μὲν αὖτε καὶ γὰρ νυμφὶς βίος.

id est,

Sponsi quidem profecto vitam viuimus,

Propterea quod proci frondibus & fertis coronari soleant, & delicatius nitidiusq. coli, uel quod molles uideantur, nuptiis inbiantes. Apud Athenæum libro octauo Stratonice citharædus Rhodios λευκὸς κυρηνάιος καὶ μινυρῶν πάλιν, id est, Albus Cyreneos & procorū ciuitatem appellat Nisi malimus ad Homericos illos Penelopes sponfos referre, quibus nihil cordi erat præter conuiuia, citharam, choream, talos, discum, parasitos, atque id genus alias voluptates. Vnde Horatius Homines luxui deditos, sponfos Penelopes appellat.

Et fama fuit & eras.

Ἡ μὲν καλὸς ὁ καὶ ἄδρα.

id est,

Et dicebaris, erasq.

Hemistichion prouerbiale, quoties facta respondent opinioni. Suidas meminit e poeta quopiam. Est enim fragmentum carminis Heroici.

Innocuus alium aspiciam, meum habentem malum.

Ἐξ ἄλλης λείψω τὸ μὲν κακὸν ἄλλον ἔχοντα.

id est,

Indemnis spectabo alium mala nostra ferentem.

Hoc est, ex aliorum malis ipse rebus meis, consulam.

Ἐξ ἄλλης autem dixit, quasi ἔξω τῆς αἰτίας, id est, extra

noxam situs & illæsus. Simillimum illi Plautino, Feliciter sapit, qui alieno periculo sapit.

Simul & dictum & factum.

Ἀμ' ἄρας, καὶ ὅθεν, id est, Simul dictum, simul & factum. Vbi quis citra moram id re præstat, quod verbis pollicetur. Latini, Cum dicto, dicunt, pro eo quod est, statim postea quam dixeris. Et Vergilius,

Et dicto citius tumida æquora placat.

Sumptum apparet ex Homero, apud quem est hoc carmen,

Αὐτίκ' ἱππὸς ἄμα μὴδ' ἰλῶ, πάλισθ' ὅθεν, id est,

Mox simul ac dictū est verbū, res ipsa peracta est.

Idem Græcis dicitur vnica voce, ἀπὸ βίου, quod a militari clamore translatus videtur, quo non numquam funditur hostis priusquam ad manus fuerit vctum. Sic usus Thucydides. Theopompus usus est, pro κατὰ κράτος, id est, vi ac virtute non ex insidiis. Quisquis enim insidias molitur hosti, silet: qui fidit viribus suis cum clamore irruit in hostem. Quidam putat dictum a bubus, ut deductum videatur ab arantibus, qui cum pollicentur se eodem die, id est, ἀπὸ μὲν aliquid operis absoluturos, dicere solent ἀπὸ βίου, hoc est, priusquam disjungam boues. Transfertur ad cuiuslibet actionis celeritatem, ut perinde valeat atq. παρὰ χρόνον, ἀπὸ βίου.

Obiicere canibus agnos.

Προβάλλειν τοῖς κυσὶν ἀγνῶν, id est, Obiicere canibus oues, dicebatur qui imbellem & litium imperitum, calumniatoribus & exercitatis exponeret, quod id animal omnium maxime sit imbelles. Refertur a Diogeniano. Hemistichium est heroicum, ex oraculo quopiam, ut coniciamus, excerptum.

Nullius indigens deus.

Ἀνεκὸς δὲ ὁ θεός, id est, Nullius egens deus. Admonet parcæmia, nullum esse mortaliū tam absolutum, in quo non aliquid desideretur: vnum esse deum, unde quaq. perfectum. Dicit potest & in diuites, aut plurimis præditos naturæ pariter ac fortunæ commoditatibus, tāquam dei cuiuspiam similes, ut quibus omnia suppetant, quacumque videntur ad perfectam felicitatem pertinere.

Nucleum amisi, reliquit pignori putamina.

ΠΛΑΥΤΟΣ in Captiui duo, Nucleum amisi, reliquit pignori putamina. Verba sunt Hegionis, ubi rescuisset sibi impositum esse, & herum amissum pro seruo, seruum pro domino retentum. Is enim ex quo fructus expectabatur aufugerat, eo relicto ex quo nihil emolumentum poterat capi. Allegoria per se liquet.

Nudo mandas excubias.

Τυμὸς φυλάκην ἐπιτάττει, id est, Nudo custodiam mādās. Quoties negotij quippiam mandatur ei, cui deest præstandi facultas, obeundæq. prouinciæ propter inopiam neutiquam idoneus est. Neque enim nudus commode potest excubias agere propter rigorem nocturni frigoris, neque ad pugnam est idoneus inermis. Refertur a Zenodoto. Quo longius defleetur, hoc erit prouerbiaius. Iniungis ut aliquid in hunc poetā scribamus, verum

verum iuxta vetus prouerbum, γυνὴ τῷ φουλακῇ ἐπιτελεῖται. Neque enim est quo meum interim otium alam. Hesychius non nihil dissidet ab his, quæ a Suida Zenodotoq. traduntur: licet is locus apud hunc deprauatus habeatur in editione Aldina. Ceterum conuincimus sensum hunc esse, prouerbiū dici solere, ubi quid mandatur his, quibus nihil opus est. Propterea quod relinuiſſi cogantur id facere, nisi fallimur, ob id quod nudis nihil est quod egeat asseruatore.

Nunc contingat seruari.

Νῦν γίνετο σωθῆναι. id est, Nunc contingat seruari, Cum significamus nos satis cautos in posterum, si modo liceat præsens periculum effugere. Hoc modo Dauus in Andria: Post hac incolumen sat scio fore me, nunc si deuſito hoc malum. Natum aiunt ex apologo quopiā. Aquila testudinem unguibus raperat: cam parabat e sublimi deicere, quo testa rupta carnibus vesci posset: In hoc itaq. discrimine testudo optabat, ut in præsens incolumis esse posset, de reliquo sibi curæ futurū, ne quando in simile periculum incideret, νῦν γίνετο σωθῆναι, τὸ δὲ λοιπὸν αὐτῇ μέλει ἐστιν. id est, Nunc liceat incolumem esse, de reliquo mihi ipsi curæ fuerit. Quidam apologum narrat ad hunc modum. Testudini quondam incesſisse volandi desiderium. Aquilam orasse ut se doceret. Cumq. illa negasset fieri posse, quod natura refragaretur, illa nihilominus instabat. Itaque paruit Aquila, ac Testudinem in sublime vectam demisit ut volatum experiretur. Ea cum timeret infelicem euentum, optauit ut id temporis contingeret incolumē esse, νῦν σωθῆναι. Ita Diogenianus. Suidas hoc modo refert, νῦν σωθῆναι, ἵνα μὴ διδάγματα τῶν τῶν χρόνους λοιπῶν. id est, Utinam nunc incolumis euadam, ut hoc mihi documentum sit in reliquum tempus. Plinius facit tertium quoddam Aquilæ genus, quam alij morphonon, non nulli plancum et anatariam, Homerus percno vocauit: lingua caret, eoq. muta, sed dentibus armata, nigerrima, prominentiore cauda. Huic ingenium est, testudines raptas frangere e sublimi iaciendo. Atque hac sorte ait. Aeschylum poetam interiisse, cum prædictum esset, eum ruina periturum: isq. quo caueret, eum diem sub dio perseuerasset. Nam aquila decepta splendore capitis caluitio renidentis ad solem, dum saxum esse putat, testudinem illis, ut fracta carnibus uesceretur. Auctor Valerius Maximus, libro nono cap. 12.

Nunc bene nauigauī, cum naufragium feci.

Νῦν εὖ πᾶν πλοῦκα ὅτε νιν καὶ γὰρ κα. id est, Nunc bene nauigauī, postea quam naufragium feci. Quoties id, quod videtur incommodum, fortuna præter spem vertit in bonum. Zenon Citiensis, qui relictis prioribus præceptoribus, Cratetis auditor esse cepit, naufragio eiectus dixisse legitur, εὖ καὶ ποῦν ἐ τῶν προσλαύνησα ἡμᾶς φιλοσοφία. id est, Bene facit fortuna, cum nos ad philosophiam admonet. Auctor Suidas. Plutarchus in libello De utilitate capiēda ex inimico, meminit huius prouerbiij.

Nunc in regionem veni.

Νῦν ὡς χάραξ ἤλθοι, id est, Nunc in regionem veni. Ab iis dictum solitum, qui tandem sua sponte illuc quo

oportuit, perueniunt cum diu non quierunt. Fit enim plerunq., ut res diu quaſita non occurrat, tandem velut ultro veniat in mentem. Quidam sic efferunt, Νῦν ὡς χάραξ ἤλθοι, id est, Nunc in regionem venisſi, ubi quis eo venit, quo se venturum negarat.

Nunc illa aduenit Datidis cantilena.

Νῦν τῶν ἐκείνῃ ἡκῆ το δαΐτιδος μέλος. id est,

Nunc id quod aiunt, Datidis adest cantio.

Dicebatur ubi quid letum ac festiuum accidisset. Datidis quispiam erat Persarum satrapes, excellens in rei bellica gloria. Is Græce loqui conatus, consuevit dicere, ἡδόμεαι, καὶ ἐνφραίνόμεαι, καὶ χαίρομαι. id est, Delector, gaudeo, letor. Ea cum sepius ac male Græce pronunciaret, res in vulgi iocum abiit. Auctor Suidas. Extat autem apud Aristophanem in Pace,

Νῦν τῶν ἐκείνῃ ἡκῆ το δαΐτιδος μέλος,

Ὀδάρμας ποτ' ἦν τ' μεσημβρίας,

Ὡς ἡδόμεαι καὶ τῶν ποταμῶν καὶ χαίρομαι. id est,

Adest, ut aiunt, cantilena Datidis,

Quod maſtrupans is cecinit in meridie,

Vt letor, ut delector, utq. gaudeo.

Interpres addit, Datissimum usurpari pro barbarismo, eo quod χαίρομαι dixerit pro χαῖρω secutus vocum cōsonantiam, quemadmodum apud nos ridetur, qui dixerit corpus meus, & domus tuus. Nam χαίρομαι Græcis non dicitur. Miror autem cur interpres huic velut ad fine subiunxerit:

Ἀμαρ ἀπ' ἡττῆς, οἱ δ' ἀπ' ἡττῆς το σκῆπτρον.

Ex quo coniectura sumi potest, hoc prouerbiū natum ex incitia lingua, quæ non raro præbet huiusmodi risus materiam, dum Germani gestiunt loqui Gallice, aut Galli Germanice. Idem accidit in surdaſtris.

Non statuar læna in machæra.

Οὐκ εἴσομαι λίαν αὐτὴν τυροκνήσidos. id est,

Non ego læna statuar in tyrocnestide.

Prouerbiū meretricium, cum negat scortū sui copiā facturum sese. Nam in capulis militarium gladiatorum elephantes ac leones imponi solent. At hi procumbentes in scalpuntur, siue ne ledant manum uteris gladio, siue ne defringantur facile, si in pedes erecti fingerentur. Tyrocnestis vox militaris videtur eusem significans. Potest adagium & ad vrecundio rem vsus detorqueri, ut si quis negans se per omnia morem gesturum, inseruiturumq. pro libidine dicat, εἴσομαι λίαν αὐτὴν τυροκνήσidos. Adagium recenset Suidas. Extat autem apud Aristophanem in Lysistrata.

Ne contra bouem opta.

Μὴ κατὰ βοῶς ἐνχα. Ne contra bouem opta. Admonet adagium, non esse vitam instituendam iuxta votum animi, neq. quidvis sperandum a superis, sed ut ea duntaxat sibi quisq. promittat, quæ possit industria consequi. Refertur in collectaneis Diogeniani. Vnde sumpta metaphora parum liquet, nisi quod apparet ductam ab agricola, qui negligens adhibere bouis operam in colendis agris, optat, ut citra suum laborem proueniat seges.

Non

Non nostrum onus, bos clitellas?

QVINTILIANVS Institutionum oratoriarum libro quinto, paræmia, quam ait esse ceu breuem apologum, hoc adfert exemplum. Non nostrum onus, bos clitellas? Satis constat ex apologo sumptum: verum quis sit is apologus, equidè nondū reperimus. M. Tullius Epistolarum ad Atticum libro quinto in epistola cuius initium est, Laodiceam veni pridie Kalendas sextiles, videtur ad hoc adagium adludere, & nobis velut ansam coniectandi præbere. Inde, inquit, ire ad Taurum cogitabam, ut cum Maphragone collatis signis, si possem de seruo tuo decidere. Clitella boni sunt impositæ. Illa ne? Nō est nostrum onus, sed sercenus: Quibus ex verbis, odorari licet, non nostrum onus, bos clitellas, prouerbium fuisse recusantis munus aliquod veluti parum accommodatum sibi. Neque enim bonum est, clitelis tergo impositis onera gestare sed potius asinorum ac mulorum. Prouerbium vsurpauit & Ammianus libro decimo sexto.

Nota res mala, optima.

PLAUTINVM illud in Trinummo prouerbiali schemate dictum videtur: Nota res mala optima est, dictum est autem sub persona senis, suadere conātis amico, ne uxorem tametsi malam repudiaret, aliam ducturus: propterea, quod plerumque fit, ut qui commutat, primum pro malo peius accipiat, tum ignotum pro noto, postremo insuetum pro familiari. Tantum enim valet adfectio, ut mala quibus adsueuerim, optima videantur. Contra quæ sint optima, propter insolentiā pessima videantur. Adagium itaq. deterret, ne temere nouandis rebus studeamus, vitemusq. vitium illud, haud scimus an maximum, quod Græci φιλόκαλον appellant, id est, nouarum rerum appetentiam, cui comes alterum veluti Germanum, quod Γερμανον vocat, quod mox fastidiuntur paullo ante adamata. Conuenit cum Plautina sententia, quod apud T. Liuium Pacuuius Caluinus suadens Campanis, ne senatores mutare vel lent, populum iam redolentem dicere compulit, Notissimum quodq. malum maxime tolerabile esse. Huc pertinet & Onidianum illud,

Quod male fers, adsuefce, feres bene. multa vetustas lenit.

Eodem pertinet & mimus ille, nescio cuius,

Mulier tum demum est bona, cum aperte est mala. Cognitum enim malū, aut vitamus, aut nos ad id accommodantes ferimus. Item ille, Consueta vitia ferimus, non reprehendimus, Aristot. lib. Moralium Nicomachiorum septimo, αἱ γὰρ πάντα τὰ ζῶντων ὡς καὶ οἱ φύσιν καὶ λέγει μαρτυροῦσι, τὸ ὅρα καὶ τὸ ἀκέραιον φασκύντες εἶναι λυπηρόν, ἀλλ' ὅταν συνήθειαι, ἵσμεν ὡς φασιν. id est, Semper enim animal laborat ut audiat, videatq. quemadmodum testantur & naturales sermones, dum fatentur quidē esse molestum, sed iam adsueuimus ut aiunt.

Inueni, non quod pueri in faba.

STROPHYLVS seruus in Aulularia Plautina, aulam auri plenā a sene defossam, furto sustulerat, eāq. rem gestiens indicare hero, reperi, inquit. Et rogatus quid reperisset, non quod pueri clamitant, inquit, in faba se reperisse: prouerbiali nimirum figura magnum

quiddam reperisse se significans. Est enim Midas vermiculus quidam, qui fabis innascitur: hunc si quando nacti sint pueri, gestiunt atque exclamant, perinde quasi magnum quiddam inuenerint.

Midas in tesseris consultor optimus.

Μιδας δὲ οὗ κύβιστιν ἐμβολώτατος. id est,

Midas qui in tesseris consultor optimus.

Prouerbiū a tesserarum ludo natum. Est enim Midas, iactus vocabulum. Refertur a Suida prouerbij nomine. Perpendat diligens & eruditus lector, num ἐμβολώτατος, legi oporteat, ut versus sit iambicus trimeter,

Μιδας γὰρ οὗ κύβιστιν ἐμβολώτατος. id est,

In tesseris iactus Midas prosperrimus.

Accommodari poterit adagium ad rem, quæ sorte fortuna bene cadit.

Ni purges & molas, non comedes.

Ἄν μὴ καθάρῃς, καὶ ἀλίσῃς. δὲ μὴ φάγῃς. id est,

Nisi & repurges & molas, haud umquam edes.

Id est, non continget tibi victus, nisi tuam item industriam adiunxeris. Ceres cum ostenderet usum frumenti Triptolemo, ita dixisse fertur. Videtur esse senarius e poeta quopiam usurpatus, sed deprauatus. constabit si legas ἀλίσῃς. Potest transferri longius, non proderit tibi ingenij felicitas, nisi exercearis. Inutilis erit principum fauor, nisi te gesseris ut oportet. Nihil conducet, quod doctum præceptorem nactus es, ni vigilaueris. Refertur a Diogeniano.

Nihil differs a Chærephonte.

Οὐδὲν διαφέρει χαίρεφοντος τὴν φύσιν. id est,

Nihil ore quidquam a Chærephonte discrepat.

In macilentum pallidumq. dicebatur. Chærephon enim tragædiarum scriptor fuit. Is Heraclidarum res prosecutus est. Quoniam autem nocturnis lucubrationibus erat maiorem in modum extenuatus confectusq. vulgari ioco taxatus est. Quin etiam noctuæ cognomē additum. Aristophanes in Nebulis,

Οὐδὲν διαφέρει χαίρεφοντος τὴν φύσιν. id est,

Nihil figura a Chærephonte differes.

Adlusit idem in Pluto,

Οὐδὲν διαφέρει ἄτινός

τὸν ἡρακλειδῶν, ἔδ' ὅτι ἐν τοῦ παμφίλου. id est,

-Ne tantulum quidem

Ab Heraclidis differentem Pamphili.

Pamphilus enim in Stoa depinxerat Heraclidas supplices Atheniensibus, ad quos metu Eurysthei confugerant. Hos igitur vocat Heraclidas Pamphili.

Nihil ab elephante differs.

Ἐλεφαντος διαφέρει δὲ δὲν, id est, Ab Elephante differs nihil. In magnos & stupidos dicebatur: etiam si primā ingenij laudem Plinius tribuit Elephantis sed inter bruta, Verum corporis moles, & formæ sæditas adagio locum fecit. Refertur a Diogeniano. Videtur huc adludere Palestrio Plautinus, qui herū suam Elephanti corio circumtectum ait, nec plus habere sapientiæ quam lapidem.

Ne intra vestibulum quidem.

Οὐδ' οὐτὶς ἴσμεν, id est, Ne intra vestibulum quidem. Intumidos,

tumidos, feroces & insolentes dici solitum, qui procul omnes a sese submovent. Lex erat Athenis, ut homicidio contaminati extra septa sacrorum confisterent. Siquidem prima magnatum atria solent patere quibuslibet. Ad hunc morē adagium videtur adludere.

Neque cum malis, neque sine malis.

ARISTOPHANES *apud Suidam in Lysistrata,*

Καὶ σ' ἐκείνο τ' ἔπος ὀρέοις καὶ κακῶς ἐγερμένον

Οὐκ σὺν πανσέβροισιν, οὐτ' ἄλλου πανσέβρων. *id est,*

Istud haud male, immo recte prodictū est proverbiū,

Nec simul cum pestibus, nec rursus absq. pestibus.

*De vxoribus dictum, cum quibus incommode sane vi-
uitur: sed nec citra has constat familia. Simile illi,
quod est in Epigrammatis,*

Nec tecum possum vivere, nec sine te.

*Et quod alibi retulimus, ἀρχαῖα καὶ. Citantur eo-
dem loco versus & hi,*

Κακὸν γυναῖκες, ἀλλ' ὅμως αὖ δημόσιαι

Οὐκ ἐστιν ἔργον δικαιοσύνης κακοῦ. *id est,*

Malum quidem vxor, attamen ciues, sine hoc

Nulli licet parare familiam malo .

Notum est illud Catonis, quod cum uxoribus incom-
mode uiuitur, at sine illis omnino non uiuitur.

Ne tria quidem Stesichori nosti.

Οὐκ αὖ τρία στοιχόμεν γινώσκουσιν, id est, Ne tria quidem Ste-
sichori nostri. De vehementer indocto & imperito di-
ci solitum. Adagium sumptum hinc existimant, quod
pleraq. Stesichori poemata Epodica sunt, quæ tribus
constat, εἰς τὴν ἀντιστροφὴν καὶ ἐπὶ τὴν. Strophe est pri-
ma series variis metrorum generibus incedens. Anti-
strophus est iteratus per eadem ferme genera recur-
sus. Spodus est diuersi carminis accentio. His &
alii tragici poetae non numquam utuntur, potissimum
in choris.

Nephalia ligna .

Νεφῆλια ξύλα, id est, *Nephelia ligna*. Dici posse videtur
in abstemios, & ab omni voluptate procul alienos.
Apud Athenienses, *nephelia ligna* vocabantur, quæ
neque vitea essent, neque ficulna, neque myrtea. *Nephelia*
sonat, quasi dicas sobria.

Nephalium sacrum.

Nαφάλιος θυσιᾶ. id est, *Nephalium sacrificium*. De conui-
uio abstemio non inepte dicitur: aut de conuiuio vehe-
menter frugali, sobrioq. Apud Athenienses hoc ge-
nus sacrificij exhibebatur *Anemosyna, Aurora, Soli,*
Luna, Nymphis, Veneri, & Vrania. Nam in eo non
libabatur vinum, sed aqua melle diluta. Hæc ferme
Suidas. Meminit & *Iulius Pollux libro 6. cap. 3. ad-*
dens νηφαλίην idem esse quod νηφάλια θύειν. Hoc sacri-
ficij genus αἰνῶν dicebant, quemadmodū cetera in qui-
bus vinum adhibebatur, οἰνωπῶντα vocabant. *Seleucus*
apud *Athenæum lib. 2. negat*, apud veteres fuisse mo-
rem, ut vini copia, aut aliud quidlibet deliciarum in-
ferretur in sacrificia. Cum enim sacrificia deorum gra-
tia peragerentur, unde & θύισας & θάλιας, ac μίθας
appellabant, θύισας quod deorum gratia vino vteren-
tur, θάλιας quod deorum gratia vescerentur, conueni-
rent: μίθας vero, quod ut indicauit *Aristoteles*, μι-

πρὸ τοῦ ἐναι, id est, post sacrificium vino uterentur, non
conueniebat illis ventris negotium agere. Ibidem Epi-
charmus his verbis notat mores collapsos, ἐκ μὲν θυ-
σίας βοῖναι, ἐκ δὲ βοῖνης πῶτις ἐγένετο, ἐκ δὲ πῶσιος καίμας,
ἐκ καίμας δ' ἐγένετο θυανίχ, ἐκ θυανίχας δ' ἵκη, ἔκ δὲ κατ-
δ' ἵκης πέδαι καὶ σφάκελος καὶ ζυμίχ. id est, ex sacrificio
epulum, ex epulis facta est potatio, ex potatione co-
messatio, ex comessatione facta est subatio, sine ludus,
ex subatione seu ludo lis, ex condensatione compedes
sphacclis & muleta. Quamquam hic locus non ca-
ret suspitione mendæ. Videtur enim deesse particula,
ἐκ δ' ἵκης κατὰ δ' ἵκη. Non dissidet ab illo quod alio po-
suimus loco, Caninum prandium.

Neglectis vrenda filix innascitur agris.

HORATIVS *Satyra tertia:*

Neglectis vrenda filix innascitur agris.

Mira admonuit allegoria, animum honestis excolenda disciplinis, alioqui futurum, ut inutili sylva vitiorum occupetur. Filix enim herba inuisa agricolis, quæ totos agros occupare solet, nec facile repurgatur, ubi semel occupauerit.

Nauphracton tueri.

Ναυρακτον βλῆ' πος. Nauphracton Græce, classis est ad bel-
lum instructa. Solent autem in triremibus magna que-
dam inesse foramina oculorum instar. per quæ remos
inferunt. Vnde velut ænigmatice dictum, classis more
intueris: de his, qui latis ac prægandibus, aut cornis
& minacibus oculis quempiam aspicerent. Aristophanes
ἐν ἀχρευσί :

ἰδὲς τὸ θεῶν ἀνθρώπου καὶ φρακτὸν βλέπεις. *id est,*

Homo per deos, quiddam obtuere classicum.

Fortassis et hinc prouerbij iocus est natus, quod Athenienses aliquoties feliciter nauali pugna rem gesserint: velut apud Arthemisium & Salaminem, unde sublati animi. Unde videtur dictum in turgidos & arrogantes.

Negotium ex otio.

Πράγματ' ἔξ ἀπραξίας.

id est,

-Ex otio negotium.

Hemistichium iambicum vsurpandum, ubi res præter opinionem euenit, & inde tumultus oboritur, unde tranquillitatem & otium sperabamus. Nam & illud multis vsu venit, ut dum sectantes otium, fugiunt honestam industriam, incidant in turbas inexplicabiles. Auctor Suidas. Nec indicat unde sit natum.

Nauis aut galerus.

Πλοῖον ἢ κωῦ, id est, *Navis aut galerns*. De re ancipiti.
Quod genus si quis de voce incognita diceret, aut pi-
scem significat, aut cucurbitam. Nec inueniſte dice-
tur in eos, qui cultu, moribusq. diuersam personā præ-
se ferunt. Veluti si quis pallio philosophico baltheum
adderet militarem. Fragmentum est fenarij ex *Au-*
bis Aristophanis πλοῖον ἢ κωῦ. id est, *Aut galerns,*
aut ratis. Sumptum ab hoc triremium genere, quas
hodieq. vulgo dicunt *galeas*, veluti dicas *galeratas*.
Hæ sic erant instructæ, ut remos alarum vice porrige-
rent, mouerentq. Ceterum summo malo *galerum*, seu
petaſum instar *Mercurij* præferrent. Nam *Peloponē-*
ses

ses πίτσον, id est, galerum, appellant κωλῶ, ἀποκνίς a cane, quod hoc genus pilei primum e pellibus canum fieri consuevit. Hinc iocus militaris videtur fuisse natus in clatos & fastuosos, supercilioq. arrogant. Iti dem Festus Pompeius indicat quasdam naues onerarias appellatas Corbitas, quod in summo malo pro signo Corbem haberent. Quæ bello erant paratæ, galeam habebant: at quæ ad celeritatem, petasum Mercurij signum gestabant.

Mazam pinsuit a me pistam.

Μαζα κ' μιμαχόος τῶ ὑπ' ἡμῶν μιμαγμένῳ. i. A me ante pistam mazam iste pinsuit. De his dici solitum, qui sibi alienæ industriæ laudem vindicant, & magnā gloriam alieno labore partam, verbis in se transmovent, ut Terentianus ait Gnato. Maza cibi genus ex lacte & farina, ferme panis instar confectum. Paræmiare fertur & ad hunc modum, Μαζα ὑφαρπύσας τῶ ὑπ' ἡμῶν μιμαγμένῳ, id est, Subrepta maza quam pinsueram, ubi quis alienis fruitur laboribus. Sumptum est autem ex Equitibus Aristophanis, quo loco carmen huiusmodi est,

—Καί πρώῳ κ' μὲ
Μαζα μιμαχόος ἐν πύλῳ λακωνικῶν,
Παρερόμεν πῶς πορίσμεν ὑφαρπύσας
Αὐτὸς παρίσκει τῶ ὑπ' ἡμῶν μιμαγμένῳ, id est,
Cumq. ipse pridem pinsuerim mazam in Pylo
Laconicam, iste adcurrit astutissime
Raptamq. mox adposuit, quam ego pinsui.
At submouet nos.

Demosthenes qui bello Peloponnesiaco dux fuit Atheniensium: is collega Nicia, Pylum urbem diuturna obsidione in rerum omnium desperationem adduxit. Cui successit Cleon e Coriario imperator, qui alieno labore partam gloriam in se transtulit, paucis post diebus Pylo capta. Queritur igitur in hac fabula Nicias ac Demosthenes, de laude sibi prærepta per Cleonem Aristophanis historia narratur adeo non modo uarie, verum etiam prolixè, ut non libeat referre. Indicatam est unde peti possit.

Nauson Naucrati.

Ναύσον ναυκράτης, id est, Nauson Naucrati. Quoties aliqui similia inuicem respondent. Veluti si quis herus salutatus herum resalutet. Et nebulo compellatus, nebulonem vicissim compellet. Nauson enim et Naucrates utrumq. a naue dicitur: Perinde quasi dicas, nauia nautæ. Hesychius indicat vocem hanc confictam a Cratino Nauson, a seruandis nauibus, & ναυκράτης, a ναῦς & κρατῆς: sermonis color sumptus est ab epistolis ut indicat Suidas, perinde quasi dicas, Pompeius Pompilio salutem, aut iuuenis iuuenem appello. Huius formæ sunt & illa ἀγαθὸν ἀγαθὸς, & λυκαῖος λυκαῖος. Tale quiddam innuit, ni fallimur, Aristophanes in Equitibus, εἰδὲ ναυφάντης κ' τῆς ναύσωνος με subaudiat ἀρετῆς. Arbitramur aut in prouerbio ναύσωνος esse non hominis nomen sed ciuitatis, quemadmodum & Naucratis Aegypti ciuitas est.

Tolle tolle mazam, quam ocysfime scarabeo.

Αἰεὶ αἶρε μαζα ὡς τὰ χύμα κατέχευε. id est,

Mazam sine mora pone pone cantharo. Hoc versiculo Aristophanes exorditur ἱερῶν, quem eruditi prouerbij loco referunt. Id usurpare licet, quoties sordidus cibus immundo conuiuæ adponitur. Quidam ministris panes furfuraceos adponunt, furfur autem tritici purgamentum est. Vnde per fursuraceam mazam cibum aluo redditum innuit: Hinc enim ut nascuntur, ita & aluntur canthari: quos Latini scarabeos vocant. Aperit id cum addit, Δὲς μαζα ἱερῶν εἰς ἰδὼν πλάσμεν. id est, Mazam alteram da, e stercore asini conditam. Porro maza confectio quædam erat ex farina & lacte, panem imitans. Simillimum est illi, quod alio posuimus loco, Cyprio boui merendam.

Non est meum negotium, multum valeat.

Οὐκ ἐστὶ μὲν τὸ πρᾶγμα, πολλὰ χαίρειτο. id est,

Multum valeat, haud est meum negotium. Quoties negabimus nos laborare de re, quæ nihil ad nos pertineat. Refertur a Diogeniano. Non dissimile illi,

Aedibus in nostris quæ praua aut recta gerantur. Item illud quod est apud Aristophanem in Equitibus, Τὰ πότριν αὐτῶν ἐσθλὰ. id est, Alienam metens messem, quidam ad eandem accommodant sententiam, etiamsi comicus sentit de eo, qui alienis fruitur laboribus. Propius huc pertinet quod scribit. Pindarus in Nemeis hymno primo, Τὸ πρὸς οἱ κείων πίττει πένθ' ἡμῶν, εἰδὲς δὲ ἀπὸ μὲν καρδία κῆδος ἡμῶν ἀπότριν. id est, Quod enim proprium est premit unum quemq. pariter. Ceterum protinus cor noxa vacat circa dolorem alienum.

Abominandus scarabeus.

Μύσση κατέχευε. id est, Abominanda cantharis. De contemptissimo vilissimoq. homunculo dicebatur. Cantharides vermiculi sunt letali veneno. Quamquam hoc loco magis conuenit ut sit diminutium a cantharo scarabeo: quasi dicas scarabeolus. Apud Suidam legitur μύσση κατέχευε, i. muribus cantharis, quod quid sibi velit nescim⁹, suspicamur mendum in scripto esse. Si legamus, μύσση sonat abominanda, si μύσση sonat Mysiam Cantharidem. Mysos autem olim fuisse contemptui, docuimus alias, hoc commentum maxime probatur.

Molestum sapientem apud stultos loqui.

Ἀρ' ἀλὶν φρονίοντα παρ' ἀφροσι ποτ' ἀγορεύειν. id est,

Dicere multagrame est sapientem apud insipientes. Nihil intratilius homine stulto, qui quidquid recte dicitur, in diuersam partem rapit. Proinde apud huiusmodi aut silendum est viro cordato, aut ratio moribus illorum accommodanda. Recēsetur a Diogeniano. Sed extat idem inter sententias Theognidis.

Modio demetiar.

Μετρίμ' ἀπομετρέω. id est, Modio demetiar. Prouerbialis hyperbole,

hyperbole, ingens & cumulatam sperantis emolumentum. In magna siquidem rerum exuberantia, non he-
minis, neque congiis, sed modio metimur. Integre sic
reddit Suidas,

Μετρίμνῳ ἀπομετρεῖται πρὸς τὸ πατρὸς ἀργύρου. i.

Modio paternam metiar pecuniam.

Tametsi sunt qui negent idem esse Latinis modium &
Græcis μετρίμνον.

Mens non inest Centauris.

Νῆς δὲ καὶ κενταύροις. id est, Mens non inest Centau-
ris. In uacordes & stultos dicebatur, & qui conaren-
tur quod effici non posset. Nota est Centaurorum fabu-
la. Adagium a Diogeniano refertur. Isq. conuenire
putat in contentiosos, & alieni appetentes: propterea
quod Centauris exitum attulerit rerum alienarum ap-
petentia. Haud scimus an huc respexerit Plato poeta
apud Athenæum libro decimo,

Υμῖν γὰρ οὐδὲν κατὰ πόρην παρεμύχῃ,

Εν τῷ καπνῷ ὡς οὐδὲν μοι δοκεῖ.

id est,

Mens nulla vobis sicut habet prouerbum,

Cauponi inest mens, ut quidem visum est mihi.

Loquitur de mulieribus vinosis. Aristophanes in Equi-
tibus. οὐδὲν δὲ καὶ τῶν κῆρυκα. id est, mens non inest co-
mis. Comas dixit pro Centauris, adludens interim ad
studium alendi equos, qui iubas habent.

Melle temetipsum perungis.

Εν μέλιτι σμύρνῃ κατὰ πόρην. id est, In melle teipsum ob-
uoluis, oblinisq., hoc est, molliter suauiterq. vitā agis,
quasi parum sit vefci melle, nisi totus sis mellens. Ex-
tat apud Diogenianum.

Mercurius infans.

Ερμῆς ἀμύητος. id est, Mercurius infans, elinguis, siue in-
doctus. Ironia prouerbialis, ubi quis flogit se rudē eius
artis, cuius est callentissimus. Mercurius enim eloquē-
tiæ disciplinarumq. parens est. Non dissimulandum
arbitramur, in vulgatis exemplaribus haberi, ὅρμηξ
ἀμύητος. id est, Mercurius prophanus & non initiatus.
Quæ lectio si cui magis probatur, ne nobis quidem ad-
modum displicet. Quis enim mysteriorū peritior, quā
Mercurius interpret deorum, superis & inferis ex
æquo communis: deniq. μυτήγωγος ipse, hoc est, myste-
riis præfectus? Respondet illi quod est apud Aristi-
dem in Pericle, ὁ κῆρυξ τὴν πύριν. id est, Cretensis ma-
re.

Mendicorum loculi semper inanes.

Πτωχοῖν οὐλαὶ αἰεὶ κεναὶ. id est, Mendicantium saeculi sem-
per inanes. De petacibus dictum & insatiabilibus: co-
gnatum ei, quod alio redditum est loco, πτωχὸν πῆρξ οὐ
πῆρξ πλάττει. id est, Mendici pera non impletur. Vtrum-
que refert Suidas, quamquam οὐλαὶ pro peris non
inuenitur, sed οὐλαῖς inuenitur pro vasis farinariis,
tametsi & ventres interdum eo verbo significantur
ob molliciem.

Meliacum nauigium.

Τὸ μελιακὸν πλοῖον, id est, Meliacum nauigium. In futi-
lem & rimarum, ut ait Terentius, plenum, hac atque
illac perfluentem, diffitatum videtur. Paraniā ad

historiam quampiam referunt. Eas sic habet: Aristot-
eles quidam Meliacus deducendæ colonie præfectus,
cum multi detrectantes nauigationem, varia caussa-
rentur, & alij diccerent uxores suas aduersa ualitudi-
ne teneri, alij naues suas perstillare, atque his præte-
xtibus domi manerent, ille indignatus, imprecatus est
illis, ut numquam haberent naues integras, & sem-
per sub vxorum imperio viuerent. Unde quadratu-
rum videtur, ubi quis caussas fingit, quo suffugiat of-
ficium. Est autem Melia Cariæ ciuitas, auctore Ste-
phano. Suidas indicat & arboris genus esse Meliam,
proferens exemplum ex Anibus Aristophanis,

Ἡμεῖς οὐκ ἐμελίωσεν οὐδὲν ποικύμεν.

id est,

In Melia residens frondosa.

Et fortassis huius arboris materia inutilis est ad fabri-
cam nauigiorum. Verum ut vera sit fabula de popu-
lo Meliaco, certe adlusum est ad arborem.

Melanione castior.

Μελανίωνος σὺ φέρων σέρας. id est, Melanione castior Dice-
batur, qui magnopere a mulierum congressibus abhor-
reret. Aiunt Melanionem quendam odio mulierum,
in solitudinem demigrasse: perq. auia mōtium & ne-
morum, cane, quo vno conuictore utebatur, seras in-
sectari solitum, nec umquam domum reuocari potuis-
se. Meminit ad. gij Aristophanes in Lysistrata. Quā-
quam hæc inter editas nondum habetur: nos scriptā
legimus. Simili figura dicitur, Hippolyto castior: nā
& huic simile venandi studium, simile odium semina-
rum.

Matris ut capra dicitur.

Τὴν μητέρα ὡς αἶψα καλεῖται. id est, Matris ut capra dicitur.
In furios dictum videtur, quorum pater incertus est,
eāq. gratia a matre denominantur. Duclum ab hæ-
dis, qui in caprilibus a matre dignoscuntur: nam a pa-
tribus haudquaquam possis. Potest & in iocum ver-
ti prouerbum, velut si quis per lusum neget se patrem
agnoscere, matrem scire, τὴν μητέρα ὡς αἶψα καλεῖται. id
est, Matris velut capra uocor. Manet etiam hodie vul-
gi iocus, quo dicunt, sapientem esse filium qui patrem
suum norit. Hoc ab Homero manasse videtur, apud
quem Odysseæ primo, Telemachus rogatus num Ulys-
sis esset filius, respondet ad hunc modum,

Μήτηρ μὲν γὰρ ἐμὴ φασὶ τὴν ἑμὴν, καὶ τὸν ἑγώ γε

Οὐκ οἶδ', οὐ γὰρ τίς τις ἴδον γόνον αὐτὸς αἰεῖναι.

id est,

Esse quidem illius mater me ait, ast ego sane

Nescio, nemo suum patrem umquā nouerit ipse.

Quasi locum in balneis.

PROVERBII speciem habet, quod est apud Tertul-
lianum libro aduersus Marcionem tertio, Sed quia
prior eis venit, et prior virtutum documenta signauit,
iccirco quasi locum in balneis, ita fidem occupauit, po-
steris quibusq. præcipuit. Conueniet uti, ubi non ex
merito datur locus, sed ex vetustate. Apud pri-
stos unusquisque ex annorum numero æstimabatur.
Iuuenalis,

Atque uni cedit Homero

Propter mille annos.

Et Horatius stomachatur in eos qui redeunt, ad fastos,
& virtutē æstimant annis. Non abhorret ab hoc quod

I i hodie

hodie vulgo iactatur apud nostros, sumptum ex lege molitoria, Qui primus venerit, primus molet.

Milium torno sculpere.

Τὰς κίγχους ἀποτρύνει, id est, Milij grana torno sculpere dicebantur, qui rem absurdam moluntur. Milij enim minutius est, quam ut inde quidquam descalpi possit. Suidas ad hunc modum effert paræmiam, Γλοιότατον ἀποτρύνει, τὰς κίγχους ἀποτρύνειν ἐπιχειρῶντων, id est, Magis ridicule facis, quam ij qui milij granula torno polire conantur.

Magnetum mala.

Μαγνητῶν κακὰ, id est, Magnetum mala. De malis ingētibz dictum videtur, aut iis quæ in auctores suos re-cidunt. Cum Termerijs enim malis Magnetum mala coniunguntur, in his verbis, quæ circa auctoris nomen referuntur apud Suidam, καὶ τὰ μαγνητῶν κακὰ, καὶ τὸ τε μέλι, καὶ πῦρ καὶ ἀπλῶς ἐπιτίθεται τῷ τετραγώνῳ, id est, Nec si Magnetum mala, nec si Termerium, nec si totam. n. summa tragediam eloquar. Quamquam in Suida legendum sit τὸ τεμαχίον, id est, mala Termeriorum, de quibus alias nobis dictum est. Sumptum apparet ab historia, quæ de Magnetibus afflictis meminerit, in quæ feruntur incidisse, violato numine quopiam. Strabo Geographiæ libro decimoquarto, Magnetæ commemorat olim opibus florentes, a Tre-ribus gente Cimmerica funditus fuisse sublato: anno deinde proximo a Milesijs locum fuisse occupatum, subindicans proverbium ex Archiloco sumptum esse, qui meminerit de Magnetum malis.

Complura masculi canis cubilia.

Πολλὰ κωὶς ἀρσενος ἰώα. id est, Sunt canis infinita cubilia maseli. Hemistichium heroicum proverbiale. Recte dicitur in hominem mulierosum, pecculiatem eum, qui non contentus certo thoro, passim per aliena cubilia volutari gaudeat.

Multa in bellis inania.

Πολλὰ καὶ τὰ πολέμῳ, id est, Multa belli inania. De inani suffusione, aut pauore sine causâ oborto, quem Græci πανικὸν vocant. Paræmiam hinc mansisse putat, quod huiusmodi panici terrores plerūq. solent in bellis accidere. Vel quod Lacedæmonij fundis quibusdam & neruis crepitantibus uti consueverint ad terrorem incutendum hosti. Polybius apud Suidam, Cum luna defectum passa esset temporibus Persei Macedonum regis, vulgo rumor increbuit, regis interitum significari. Eaq. res pariter & Romanis addidit animos, & Macedones consternavit. Deinde subnectens adagium, Οὕτως, inquit, ἀλλεῖς ἐστὶ τὸ περιφρόνησον, ὅτι πολλὰ καὶ τὰ πολέμῳ, id est, Itaque verum est, quod vulgo circūfertur, Multa esse inania belli. M. Tullius. Epistolarum ad Atticum libro 5. Interim scis esse quædam πανικὰ, dici item τινὰ καὶ τὰ πολέμῳ, rumore aduentus nostri. Plutarchus in commentario, ποῦ τὰ κακὰ, ὅς ῥ' πολλὰ καὶ ἀκράστως πολλὰ τὰ κακὰ ἐστίν, id est, Ut enim belli, sic & auditionis multa inania sunt. Respexit huc Q. Curtius libro 3. Fama bella stare, & cum qui recedat fugere credi. Ac rur-

sum libro 5. Ac fama maximum utiq. in bello monumentum. Item libro 8. Fama enim bella constat, & sæpe etiam quod falso creditum est, viri vicem obtinuit. Sed apertius lib. 7. Ea res, sicuti pleraq. belli vana & inania, barbaros ad deditionem traxit.

Militavit cum Erasimade.

Εἰσπλήνυστι μετ' Ἐρασιμάδῃ, id est, Militavit cum Erasimade. Vulgo per iocum dicebatur de his, quibus res unde quaque male procederent. Erasimades dux quidam Arginusam obsederat. Infeliciter autem pugnatum est, ad internicionem extinctis cum alijs quotquot resistebant, inter quos erant Thrasyllus & Pericles, tum ipso duce. Huius Erasimadæ malis & illud accessit, quod accusatus est, quod pecunias Helleponticas furatus esset. Huiusmodi sermo Suidas.

Mulier ne credas, ne mortuæ quidem.

Γυναῖκί μὴ πείθῃς μηδ' αἶ ἀποθανῆναι. id est, Ne fidem habeas, nec emorienti femina. Hyperbole proverbialis. Vsq. adeo non est fidendum mulieri, ut etiam si morientē videas, putes finger. De nouerca quæ sepulta quoque priuignum interemit, illapsa in pueri caput pyramide, meminimus alias. Refertur a Diogeniano.

Mulierum exitia.

Γυναῖκων ὁλεθεῖ, id est, Mulierum exitia. De his qui funditus ac miserabiliter pereunt. Mulieres enim omniū fere calamitatum auctores fuisse viris dicuntur. Testis Pandora Hesiodia, testis bellum Troianum, testis Hercules a Deianira extinctus, testis Danaidum fabula, testis Lemniarum mulierum historia, testis Cleopatra. Quamquam hæc magis conueniebat stultitiæ virorum adscribere, qui tantum indulgeant mulierculis, ut velut amentes amore, in quoduis malum sequantur: cum par fuerit, ut illis moderantibus, mulier natura stultior, simul & imbecillior, minus desiperet. Quod enim animus est corpori, id virum oportebat esse mulieri. Verum quemadmodum vulgus sua vitia corpori imputat, cum ab animo proficiscantur, & stulti principes in sanissimos bellorum tumultus impurant populo, quorum ipsi sunt auctores: ita viri reiciunt in feminas si quid ipsi delirauerint.

Multa noris oportet, quibus deum fallas.

Πολλά καὶ εἰδέναι δεῖ τὰν ἐὼν ἱεραπέτῳσαι. id est, Multa scienda, deo quibus ipsi imponere possis. Vbi quis fucum facere conatur ei, cui difficile sit dare verba, propter astutiam singularem. Ab oraculo natum adagium. Sententiam aliter extulit Pindarus in Pythiis, hymno tertio de Apolline loquens, φασίδων ἔχ' ἀπίστα, καὶ πῶς τίμιν' ὁ θεὸς, ἔβροτ' ὅς, ὅς ποτε, ἔπε βαλῶς. id est, Mendacis non vititur. Fallit autem illum non deus, non homo, nec factis neque consilijs.

Muli

Multi Mannij Ariciæ.

MANNIVS apud Festum Pompeium, Dianæ Ariciæ lucum, qui & ipse Aricinus dictus est, consecrasse legitur. Ex hoc Mannio Aricio, viro laudatissimo, quā plurimi extiterunt viri item clarissimi, eodem nomine, ut hinc natum prouerbum, Multos Ariciæ Mannios esse. Sed longe dissentit Asinius Capito, existimans prouerbum conuenire in deformes; verum hic locus apud Festum ita mendis corruptus est, ut nihil certi possit elici, præter hæc quæ retulimus.

Murus aheneus.

MVRVS aheneus apud Horatium in Epistolis, usurpatur pro certo & immutabili animi decreto, schemate nimirum prouerbiali,

-Hic murus aheneus esto,

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Vegetius grauem armaturam murum ferreum exercitus appellat, veluti solidum & inexpugnabile munimentum. Ad simili figura Pindarus Olympiæ consecundo, Hectorem appellat ἀμύχρον, ἀσφαλὴν κίονα. id est, inexpugnabilem, immobilem columnam.

Multi te oderint, si te ipsum amas.

Πολλοὶ σε τοὶ μισοῦσιν αὐτὸν φιλεῖ. id est,

Multi oderint, si temetipse diligas.

Deterret a fastu prouerbum & a Philantia. Multis enim displiceat oportet, qui sibi nimium placet. Contra modestia, præcipua fauoris & beneuolentiæ conciliatrix. Suidas ait, nymphas fastiditas a Narcisso hoc dixisse quod modo retulimus. Concinit huic senarius ille,

Δίκερ φίλων ἐαυτὸν δὲ χεῖρ φιλον. id est,

Nemo erit amicus, ipse si te ames nimis.

Nulli minus sunt adpositi ad mutuum amorem ac beneuolentiam, quam qui sese uehementer amant.

Malorum panegyris.

Κακῶν πανηγυρίς. id est, Malorum panegyris. De malis agminatim ingruentibus, & inuicem sibi succedentibus. Panegyris enim apud Græcos dicebatur solemnis ille populi conuentus, ad ludos festos celebrandos, uoce hinc composita, quod festis diebus uniuersi conuenirent. Pisides apud Suidam,

Καὶ πάντες, ὡς περ καὶ κακῶν πανηγυρίς.

Ἄλλος κατ' ἄλλην συμφορὰν ἐδουλόχῃ. id est,

Omnes simul malorum ut in panegyre

Alios tenebat aliud infortunium.

Homerus Iliados τ.

-Ὡς μοι δέχεται κακὸν ἐκ κακῶν αὐτῷ. id est,

Tristitia perpetuo ut mihi tristibus excipiuntur.

Hipponax apud Athenæum libro 15.

Ἀνδρῶν οἱ καὶ νῦν κίβη κακῶν κακὰ ῥέει δαδῶσι.

Claudicat carmen, sed recta incedet, si tollas καὶ uel νῦν, & pro κίβη legas κίβη. Ausonius in carmine non ineleganter appellat catenatos labores, quod molestia molestiam excipiat in uita mortalium.

Magis impius Hippomene.

Ἀσπίδορος ἱππομήνεος. id est, Magis impius quam Hippomenes. Hic Atheniensium princeps filiam a cine quo

piam uitiatam, una cum equo feroci conclusit in domicilio: nec huic nec illi cibum præbens. Equus igitur fame in rabiem actus, puellam adortus confecit, deinde perit ipse quoque pabuli uidelicet inopia: post hæc pater domum est demolitus, loco nomen inditum, equi et puella. Recenset adagium Diogenianus.

Maniuoro vinculo.

Χειρὲς ἐφ' ἑαυτὰς, id est, Maniuoro vinculo. Sic quispiam appellauit manicas vestium Ponticarum, quod manus offendant, atterantq. Idem obiicitur Troianis, apud Vergilium,

Et tunica manicas & habent redimicula mitra. Recenset Zenodotus.

Malum Hercules.

Μᾶλον ἑρακλῆος. id est, Malum Hercules. Dicit conueniet, ubi quis munuscula, quantumuis pusilla boni consulit. Apollodorus apud Zenodotum in libris De diis prodidit, apud Athenienses Herculi Alexicaco, hoc est, depulso malorum, peculiare quoddam victimæ genus immolari solere. Cum enim euenisset aliquando, ut bos, quem erant mactaturi, profugisset, malo arrepto subditisq. ceu crurum vice quattuor ramis, additis item cornuum loco duobus, bonis imaginem quandam repræsentarunt, atque id ridiculum simulacrum vice bonis immolarunt Herculi, quæ quidem res in vulgi fabulam abiit. Idem est cum eo, quod ante retulimus, μᾶλιν ἑρακλῆος. id est, Pomaceus Hercules, nisi quod uinis uoculæ commutatione non nihil immutatus est & usus prouerbij: nam illud de contempto dicitur, hoc de boni consulente.

Manum habere sub pallio:

MANVM habere sub pallio dicuntur, qui languet otio. Quintilianus lib. 12 dānat eos qui nunquam commouentur inter agendum semperq. manum, quod aiunt, habent sub pallio. Quapropter, inquit, mihi falli multum videntur, qui solos esse Atticos credunt tenues & lucidos & significantes, sed quadam eloquentiæ fragilitate contentos, ac semper manū intra palliū continent. Haslenus Fabius. Sumptū est a gestu rhetorū. Nam qui languent, manum occultant sub pallio, qui comoti sunt, proferunt: & agitatione manus brachiiq. pronuntiabantur ea quæ contentionis plusculum haberent. Subindicat hoc & Aeschines in oratione contra Timarchum, de sobrietate priscorum rhetorum loquens, ὅτι ἡ νῦν πάντες ἐπὶ τῇ τέρῃ, τὸ τίω χεῖρα ἐξω χέροντες λέγουσιν, τὸ τῇ τέρῃ ἐκαστὸν τι εἰδὼς εἶναι, καὶ δὲ λαβὼν τὸ αὐτὸ πρὸς ἑαυτὸν. Itaq. quod nunc omnes ex more faciunt, ut inter dicendum manum extra pallium habeamus, tum temporis confidentiæ tribuebatur ac uerebantur id facere. Addit Salamine spectari statuam Solonis manum intra pallium habentis.

In sinu manum habere.

IN sinu manum habere, dixit Theocritus, tenaces & ad largiendum pigros. Sic enim ait in Charitibus,

Νεῖκλωται δ' ὑπὸ κόλπῳ

Ῥᾶς δ' ἐπὶ κόλπῳ κίττα ἔχων, πόδες αὐτίκ' ἀδρῖ

Ἀδρῖ, ῥεος

id est,

-Lucrīq. cupidine victus

11 2 Inq.

Inq. sinu unusquisq. manus habet, illud & unum
Spectat, quæ ratione sibi aucta pecunia crescat.
Porro quod ait Scenola libro Pandect. 2.2. Titulo de
probationibus, In sinu meo habui, pro eo quod est, in
potestate mea clā habui, magis pertinet ad illud quod
alibi nobis dictum est, in sinu gaudere. Verba Caij sunt
hæc, Titio centum do, lego, quæ mihi pertulit, quæ ideo
ei non cavi, quod omnem fortunam & substantiam, si
quam a matre susceperat, in sinu meo habui sine ulla
cautione.

Præmansum in os inferere.

M. TULLIUS in Oratore suo, libro 2. proverbij vice
usurpat, præmansum in os inferere, pro eo quod est
rem in docendo nimis enucleate, nimisq. frustulatim
tradere. Quod facere quidam adsolent, qui velut inge-
nijs auditorum diffidant, ita nihil omittunt, inculcan-
tes etiam minutissimas nugæ. Sumpta est figura a nu-
tricibus, quæ pueris adhuc edentulis cibum præman-
sum in os inferunt. Verba Tullij sunt hæc, Ego autem
si quem nunc plane rudem institui ad dicendum velim,
his potius tradam, adsiduis uno opere eandem incudē
die noctuq. tundentibus, qui omnes tenuissimas parti-
culas, atque omnia minima mansa, ut aiunt nutrices,
infantibus pueris in os inferant. Aulus Gellius No-
ctium Atticarnum libro quarto capit. 1. etiam si locus
hic deprauatus est. Sic enim habent codices vulgati,
Nam hoc quidem periurgatum est, diffinitionem om-
nem ex genere & differentia consistere. Sed si item
præmandere, quod aiunt, postulas, faciam sane id quo
que honoris tui gratia legendum videtur, Sed si idem
me tibi præmandere, quod aiunt, postulas. Præman-
dere dixit, pro eo quod est, plus quam crasse explicare
rem aliqui non difficilem, nisi si quis plane sit puer.
Hoc adagij manet etiam hodie, cum aiunt, An non sat
tibi datam occasionem esse. Num postulas, ut tibi præ-
mandatur etiam? Non dissimile est huic quod idem
Cicero scripsit ad Atticum. Sed hæc hæctenus, ne ui-
dear πῶς μικρὸν ὀδύνηται, cū nunc quidem maxima mi-
hi sunt hæc. Et Græci μικρολογεῖν aiunt, pro eo quod est,
circa minutula quempiam anxium esse.

Mali thripes, mali ipes.

Κακὰ μὲν θρίπες, κακὰ δὲ ἴπες, id est, Mala quidem thripes
mala rursum ipes. De duplici malo dici solitum, ut nō
magni referat, virum elegeris. Thris enim Græcis
vermiculus est, qui lignis innascitur, materiasq. vi-
tiat. Ips item cornibus & vitibus infestus. Extat
apud eundem Diogenianum.

Mali bibunt improbitatis fecem.

Κακοὶ πίνουσιν πονηρίας τῶν ὀμίχλων. id est,
Mali bibunt iniquitatis turbidum.
Græcus versiculus videtur inuersione dictionum de-
prauatus, quod non raro nobis deprehensum est. Con-
stabit hoc pacto:
Πίνουσ' ὀμίχλων τ' πονηρίας κακοὶ, siue οἱ κακοὶ πονηρίας.
Dici solitum, ubi pæna maleficis digna meritis contigis-
set. Translatum apparet ab iis, qui vino limido e-
poto, tandem ad fecem usque perueniunt. Itaque vo-
luptatem ex malefactis perceptam dolor supplicij cō-
sequitur.

Lydio more.

Λυδῶς νόμος, id est, Lydia lege, siue Lydia cantione. Con-
uenit quoties ariolatur aliquis, & augurijs diuinationi-
busq. seruit. Hac enim superstitione Lydi laborasse
feruntur. Adlusit ad harmonie genus quod Lydium
dicitur. Nam & magorum preces, incantamenta vo-
cantur & carmina. Meminit Diogenianus, & item
Hesychius, putans idem esse Λυδῶς νόμος, ac si dicas
μυσθῶ νόμος, quod Lydi profecti sunt a Mysis, & ipsi di-
uinationibus deditissimi. Addit aliam causam, quod
Lydi flammeis muliebribus soleant ornare capita, unde
quadrare videtur in effeminatos. Atqui si nobis
quoque diuinare liceret, Lydi curribus & equitatu ua-
luisse leguntur, ita Λυδίας γάρμος idem erit, cum eo qui
apud Suidam dicitur ἄρματις νόμος, siue ἄρματις μέ-
λος, ita dictum quod primum inuentum sit de Hec-
to-re, qui curru traheretur, ut narrat Homerus.

Lydi mali, post hos Aegyptij &c.

Λυδοὶ πονηροί, δὲ οὗτοι δ' ὡς ὅτι πῶς,
Τρίτοι δὲ πᾶσι τὸν κατὰ τὴν ἐξουσίαν τοι. id est,
Lydi improbi, post hos secundi Aegyptij,
Tertij. Cares perditissimi omnium.
Tempestiuiter vtemur, si quando mali cum malis con-
ferentur, & collatus cum sceleratoribus, ita demum
minus illaudatus aliquis videtur. Velut apud Athe-
neum Antiphanes cum ἰχθυοῦν ὁλοῦσ' fecisset omnium
sceleratissimos, tamen excepit mensarios, his quoque
nocentiores. Diogenianus.

Lutum sanguine maceratum.

THEODORVS Gadareus Tiberij Caesaris in arte rhe-
torica præceptor, perspicuus in eo adhuc adolescente
seuitiam quandam cum ingenij stupore coniunctam,
inter obiurgandum illum, subinde vocare solet, πηλὸν
αἷματι συμπαραμύζον, id est, Lutum sanguine macera-
tum, luto tarditatem innuens, sanguine crudelitatem.
Auctor Suetonius. Non omnino dissimile, quod scurra
quispiā Athenis iecit in Syllā, σικαμίνων ἰσθ' ὁ σύλλας,
ἀλαφίτῳ παραμύζον, id est, Morum est Sylla, farina ua-
riegatum. Quod enim Plutarchus dixit σικαμίνων,
interpres vertit morum. Notauit autem formam Syl-
le in cuius facie alioqui candida; sublucebat rubor nō
perpetuus, sed veluti maculis inspersis.

Liberæ capræ ab aratro.

Ελευθερὰ αἰγὴς ἀρότρων,
Immunes capræ ab aratris.
Hemistichij heroici carminis proverbiale, dictū olim
ab iis qui se ab onere quopiam, aut molestia liberatos
glorietur. Veluti si quis parasitus iactet facilitatē suā,
quod ad reipub. munia non vocetur, cum ad nullam ho-
nestam functionem sit adpositus. Zenodotus auctor.

Lis litem ferit.

Εἰς δ' ὅτι ἀντιφύττον. id est,
At lis feritur de lite vicissim.
Hemistichium est heroicum. Resecanda iniuria est, nō
retalianda. Alioqui quis erit reciprocandi mali finis,
- si vicissim contumelia contumelia reddatur? Carmen
extat inter præcepta Phocylidis,

Περὶ δὲ

Γερμανίῳ ἡμεῖς ὅθεν ἔστιν ἀντιφύττον.
Germanium illi, quod alio commemorauimus loco,
 Δίκην δὲ κλέων ἔτικτε, καὶ βλάβαν βλάβη. *id est,*
Litem parit lis, noxa item noxam ferit.

*Lignum tortum haud
 umquam rectum.*

Ξύλον ἄγκυλον, ὅθεν ποτ' ὄρεόν. *id est,*

Numquam rectum tortile lignum.

Hemistichium Heroici carminis & hoc. Distorta, pra-
uaq. ingenia, vix umquam ad bonam frugem traducū-
tur. Qui semel inueterauit in vitiis, raro fit ut ad bo-
nam mentem redeat. Effertur ad hunc modum, τὸ ξύλον
σκαμβὸν, ὅθεν ποτ' ὄρεόν, id est, Lignum prauum num-
quam rectum. Vsurpauit Galenus libro De pulsuum
differentia quarto, κείνοισι μὲν ὅθεν ἀποκρινόμενοι, πρὸς
δὲ μὲν αὐτοὺς λέγοντες τὸ τσκαμβικόν, ὡς ἐπὶ σκαμβόν, ὅ
θεν ποτ' ὄρεόν, ὅτε καὶ ἰσχυρὸν μεταπέσοι μοχλόθεν, id est,
Illis quidem nihil respondentes: ceterum apud nos ip-
sos dicentes illud e comœdia, quod nec tortum lignum
fit rectum, nec arbor annoxa sitransferatur, emittit sto-
lones. Hic pro ἡμᾶς, excusum erat ἡμᾶς, pro καὶ
δρυν, καὶ ὅθεν. Id admonuisse referebat, ne quis hanc
scripturam corrumpere. Posterius hoc prouerbum
ante recensuimus. Horatius inctaphoram vnde ducta
fit, ostendit.

Naturā, inquit, expellas furca, tamē vsq. recurrit.
Indicat enim ductam esse ab iis, qui furca admota co-
nantur arboris distorta nitium emendare. Confirmat
hoc & sententia prouerbialis,

Φύτιν πονηρὰν μετὰ βλάβην ὁρ' ἔλγει. *id est,*

Ingenia praua vertere haud procliuē sit.

Lesbiis digna.

Λισβίων ἀξία, *id est, Lesbiis digna. De rebus irritis di-*
cebatur, ob id, quod Lesbii ob vanitatem vulgo male
audirent. Fortassis non male quadraret & in sordidos
atque impuros. Nam hac etiam nota quondam illis
inusta est. Vnde λισβίων dictum, pro eo quod est, pol-
luere & conspurcare. Aristophanes,

Μετὰ σπύρον δὲ λισβίων τοὺς ἐμπεδοκλέους. *id est,*

Spurcabit, ac iam polluet conuiuium.

Lemniam manu.

Λεμνία χεῖρ, *id est, Lemnia manu, dictum est pro eo quod*
est, nefaria, impia, crudeli. Natum ab historia pro-
uerbium, quam alias retulimus in Lemnio malo.

*Lepus apparens, infortunatum
 fecit iter.*

Φαεῖς ὁ λαχὼν δούλοισι ποιεῖ τρεῖς, *id est,*

Inauspicatum iter obuius facit lepus.

Vulgo creditum etiam his temporibus, occursum lepo-
ris omen esse parum felix, iter ingressis. Torqueri po-
test ad interuentum cuiuspiam, qui videatur incommo-
dum aliquod adlaturus. Meminit Suidas.

Lingua bellare.

Γλώττη πολεμίζον, *id est, Lingua bellare dicuntur, qui ma-*
gnifice conuitiantur, ac minantur hosti, sed cum tutum
est. Sic enim Menelaus Græcorum ignauiam incusat
Iliados H.

Ωμοὶ ἀπειλητῆρες ἀχαιῖδες ἐκ ἐτ' ἀχαιοί. *id est,*
Heu Graiæ neque iam Grai, tantumq. minaces.
Adiustit huc & Vergilius in Aeneide:

-An tibi Mauiors

Ventosa in lingua, pedibusq. fugacibus istis

Semper crit?

Hac enim Turnus in Drancem lingua pollentem in
consiliis, alioquin imbellem. Idem Rutulos maledicos
facit:

O verae Phrygiæ, neque enim Phryges.

Et tunicae manicas & habent redimicula mitræ.

Sic autem loquitur Hector apud eundem Homerum,
Iliados v.

Καὶ κεν ἔγδον ἐπὶ πᾶσι καὶ ἀδελφεῖσι μαχόμεν,

Εγχείδ' ἀπ' ἀλλήλων ἐπὶ πᾶσι φέρτεροι εἶσιν. *id est,*

Sane ego vel diuis possim contendere lingua,

Ucrim basia durum, multo quia viribus illi

Præcellunt.

Porro vera fortitudo neque maledica est, neq. minax.
id quod innuit Homerus Iliad. libro 5.

Τὸν δ' ἔπειτα πρὸς τὴν κερταχάδα ἐκ τῆς,

Ἀλλὰ πρὸς τὴν κερταχάδα ἐκ τῆς.

id est,

Huic nihil emendare respondit belliger Hector,

Quin magis coninus insiliit,

Et eiusdem operis libro tertio fingit Græcos tacitos in
prælium ire.

Οἱ δ' ἀρ' ἴσαν σιγῇ μὲν καὶ πρὸς τὴν ἀχαιοί

Εν ἑμῶν μὲν καὶ περὶ ἀλλήλων ἀλλήλοισιν. *id est,*

Ast ibant taciti, vim spirantes Danaidae,

Atque animo prompti auxilium sibi ferre vicissim.

Et Aristophanes in Nubibus,

Γραῖαν βλάβαν καὶ τὴν γλώττην πολεμίζον, *id est,*

Poscens consultans, & lingua prælia miscens.

De his eleganter apud Linium dictum libro ab vrbe
cond. 7. In castris seroces, in acie pauidi. Apuleius uer-
bo festiuitate nouato, verbigerari dixit, pro verbis di-
gladiari. Et Hesychius indicat, γλωτταπολεμίζοντες dictos,
qui pro armis lingua uterentur. Hoc nomine signa-
ri possent et qui assidis uenenum in lingua circumferunt.
Hexælius ad Hermodorum, οἱ τῶς γλώττης ἔχοντες
τὸ ὄπλον ἀπὸ σερμῶν καὶ χόρμας. id est, In linguis habe-
tis arma, posteaquam abstulistis pecunias. Causidico-
rum ac rhetorum est, γλωτταπολεμίζοντες ἢ δὲ μαχόμενοι.
id est, Linguis bellare atque pugnare.

Larus hians.

Λάρος κίχωνος, *id est, Larus hians. Dicebatur, ubi quis ani-*
dus inhiaret prædæ. Est enim Larus auis auida, vo-
raxq., quam eandem Græci κίχων appellat. Aristophanes in Equitibus:

Λάρος κίχωνος πύτρας δὲ μὲν κερτῶν.

Quæ Latine quidem commode reddi non possunt. Cleo-
nem enim ob rapacitatem Larum vocat, quod quem-
admodum auis in scopulis obuersatur, siquid piscium
possit venari, ita ille versaretur in Reipublicæ nego-
tiis administrandis, suum interim agens negotium.
Plutarchus apud Athenæum libro Conuiuium tertio,

Στὴν δ' ἀρ' ἐπ' ἔδον ἰόν, οὐδ' ὅτε δὲ οἱ ἦν παρὰ σίτον

Χαίρε φάον, πονῶντι λάρω ὁρνεῖ ἐκίκοις. *id est,*

At vero adueniens in limine stabat

Cbarephoon parasitus ei vicinus, aui non

Ii

3

Dis similis

Diffimilis vulgo dicta est Larus, esurienti.
 Apud eundem libro 8. refertur hic trimeter,
 Οὐδ' ἔστιν ὡς τοῦ λαροῦ νῦν σῦντος. id est,
 Esse vti laros opsoniorum avidos Syros.
 Larum Theodorus Gaza vertit Gauiam, cuius mentio
 nem facit Plinius, inter maritimas Halcyonē & Mer-
 gam, libro decimo, capite trigesimo secundo.

Late viuens.

Ἀλλ' ἂν βιώσας, id est, Falle viuens. Admonet adagium, in
 humili fortuna vitam esse feliciorē iis qui obscure
 viuunt, & a publicis negotiis ita semoti, vt cum vita
 decessissent, nemo illos uixisse sentiret. Nam λατὶ βιώ-
 σας, ad verbum commodē non potest reddi, verū hanc
 habet sententiam, quasi dicas, nemo te sentiat in vita
 fuisse. De hoc adagio recte dictum sit nec ne Plutar-
 chus commentarium conscripsit, si modo non fallit in-
 scriptio. Adlusit ad id Horatius,

Nec vixit male, qui natus moriensq. fefellit,
 Id est, quem nemo sensit, nec produntem in hanc vi-
 tam, nec excedentē e vita Adlusit huc, ni fallimur,
 Ouidius in libris Tristium,

Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra
 Fortunam debet quisque manere suam.
 Recensetur apud Suidam prouerbij nomine.

Labyrinthus.

Λαβύρινθος, id est, Labyrinthum olim vocabat orationem,
 aut rem quampiam uehementer impeditam & inextri-
 cabilem. Veluti si quis philosophiæ studium Labyrinthum
 vocet, quod semel ingressis nullus umquam sit
 exitus. Aut voluptatis studium Labyrinthum vocet,
 quod aditus ad eam procliuus, exitus difficillimus. Sū-
 ptum a Labyrintho Dædali, quod antrum fabulæ po-
 nunt in Creta, sinuosum & inexplicabilibus ambagi-
 bus inextricabile, in quo seruabatur Minotaurus. Di-
 ctum putat Suidas παρὰ τὸ μὴ εἶναι λατὶν, id est,
 quod osium non habeat, indicans & in garrulos ac ni-
 gaces competere, qui sermonis nullum inueniunt exi-
 tum, si semel garrire cæperint. Gregorius Theologus
 in epistola ad Eusebium Cæsariensem, torquet in versi-
 pellem, ἐπεὶ οὐδὲν πρὸς ἀνδρὶ ποιοῦμαι τοὺς λόγους οὐτὶ ἀπο-
 πόντα τὸ φθόνος, καὶ τὸ ἐλπίδος φθόνος πάντων ἐξούτα
 τὸν καὶ ὅτι μάλιστα σοφοῖς πλείονα καὶ ποικίλοις λαβύ-
 ρινθους, id est, Quoniam cum eo viro loquor, qui non so-
 lum non amet mendacium, sed et qui in alio possit quā
 ocysime deprehendere, etiam si vel maxime callidis
 variisq. labyrinthis inuoluatur. Huic non dissimilis
 erat Meander. Id erat picturæ, genus ortum ab exē-
 plo labyrinthorum cuiusmodi videmus & hodie in
 nonnullis pavimentis. Utitur Prudentius in carmine,
 cuius initium, Cultor Dei,

O tortuose serpens
 Qui mille per Meandros,
 Frondesq. flexuosas
 Agitas quæta corda.

Hinc & Meandro Lydiæ fluuii nomen, quod flexuo-
 sus erret.

Labore laboriosus.

Πόνος ποικίλος, id est, Labore laboriosus. Ipsa figura hyper-
 bolen habet laboris immodici. Refertur a Suida pro-

uerbij titulo, Hac forma Theophilus apud Athen. c. 1
 lib. 13. dixit de insigniter formosa & procera, καλὴ καὶ
 μέγιστος μέγας, τίχνη σοφῆ, Quasi dicas, forma
 formosissimam, magnitudine magnam, arte artificem, siue
 sapientia sapientem. Extat autem apud Aristophanē
 in Lysistrata. Subest autem & iocus ob amphilogiam
 vocis. πόνος enim Græcis vt laboriosum ac miserum
 ita significat & malum astutumque.

Laciadæ.

Ὠλακιδῶν, id est, Laciadæ, vulgatum convitium in mæ-
 chos. Populus quispiam est Aetice Laciadarum, tribus
 Oeneidis, apud quos ingens raphanorum copia. His
 autem vtebantur in adulteros deprehensos ludibrij
 causa. Refertur apud Suidam.

Laborem ferere.

Πόνος πείρα, id est, Laborem ferere, vulgo dicebantur, qui
 frustra laborarent, quasi nihil fructus e labore repor-
 taturi, præter laborem ipsam. Auctor Diogenianus.

Labrax Milesius.

Λαβραξ μιλῆσιος, id est, Labrax Milesius. In solidum &
 auidum dicebatur. Labrax enim piscis genus lato oris
 rictu, vnde escam totam vna cum arc. faucibus corri-
 pit, atque ob id facile capitur. Vnde apud Plautum le-
 noni Labracis nomen. Aristoteles hunc adnumerat
 inter eos qui præda laniant. Linguæ est ossæ,
 & adfixa, cor triangulum. Aristophanes apud Athe-
 naeum libro 7. labracem piscium sapientissimū appellat,
 Λαβραξ ὁ πᾶντων ἰχθύων σοφώτατος.

Apud Miletiū Asiæ ciuitatem prægrandes, & item
 plurimi Labraces esse dicuntur propter stagnum influ-
 ens in mare. Gaudet enim hic piscis aqua dulci. Ari-
 stophanes in Equitibus,

Ἀλλ' εἰ λαβρακὸς καταφύγειν μιλῆσιος
 Χολονησιαίαν. id est,

Haud cum lupos voracris Milesios,
 Facies tumultum.

Nam quidam hunc piscem esse putant, qui Latine Lu-
 pus dicitur.

Lauares peliam.

Λάωας τὸν πελίας, id est, Laues Peliam. Dictum apparet,
 vbi quis salutem pollicitus adfert exitium. Aut vbi
 quis prodesse conatus, ingens addit malum, Ductum a
 notissima Pelia fabula, quem dum filia a Medea per-
 suasa student ad iuuentam reuocare, lebeti feruenti
 impositum occiderunt. Fortassis non intempestiuiter
 dicitur, vbi quis falsa spe ductus inanem sumit ope-
 ram. Veluti si quis arte, quam vocant Alcimicam
 fretus, sibi promittat futurum, vt e stanno fiat argen-
 tum, ex ære aurum. Refertur in adagiorum collecta-
 neis, quæ Plutarchi feruntur nomine.

Iterum atque iterum ad Pythum via.

Ἀδὺς αὖ πύθεω ὁδός. id est,

Iterum atque iterum Pythum versus via.
 Dictum de iis, qui molesti sunt eadem de re iterū atq.
 iterum percunctando. Quemadmodum solent ignari
 via, quencumque obuium habuerint, de via rogare.
 Porro Pythus ciuitas Apollini sacra, quæ visebatur a
 plerisq. Apparet e comædia sumptum. Est enim he-
 mistichium

misichium iambicum: verum ex qua non indicat Diogenianus, & nobis non succurrit. Finitimum illi, ὁ δὲος κέρειος, id est, Iouis Corinthus.

Cum Delphis sacrificauerit, ipse carnes absomit.

PLUTARCHVS septimo libro τῶν συμποσίων, hūc senarium veluti prouerbialiter citat.

Διὰ τοῖσι θύσας αὐτῶς δ' ἑορτὴν κέρσας. id est, Carne ipse Delphis immolata vescitur.

Ostendit dici solitum de iis, qui vocatis conuiuiis ipsi cibos adpositos deuorant, ut illis spectare tantum liceat, non uesci. In Delphicis enim sacris, is qui immolat victimam, ea vescitur. Contra fiebat his sacris, quæ Hecate inferebantur, ex quibus nihil redibat ad eum, qui offerebat, præter sumum & tumultum. Quamquam & in diuersum sensum accipi potest, ut intelligamus Delphicum sacerdotem nihil impertiri de victima ei qui victimam dedit: ita sit aliquoties, ut edax conuiuium, seu pluribus adductis edacibus umbris, velut harpyis, cenā omnem deuoret, esuriēte qui vocauit. Adagium torqueri potest etiam ad illos, qui beneficio, quod alij dedisse videntur, ipsi si uuantur.

Ἰθμιαῖος,

Ἰθμιαῖος olim dicebantur, qui parum commode, parumque salubriter uiuerent, propterea quod Isthmiorum ludorum tempus morbis esset obnoxium, ob ingentem hominum conuentum. Meminit Suidas & Hesychius. Fortasse non absurde dicitur in hos, qui frustra conantur, propter Isthmi professionem a multis infelicitate ætati. Qua de re dictum est nobis alibi copiosius.

Hyperberetæa.

ὑπερβηρετῶν id est, Hyperberetæa, dicebantur olim admodum serotina, quæq. vix tandem aduenirent. Apud Macedones extremus anni mensis. ὑπερβηρετῶν appellabatur. Vnde quæ in longum proferebantur, Hyperberetæa dicebantur, perinde quasi apud Latinos dies decembria. Et ὑπερβηρετῶν, comperendinantes. Suidas existimat eum esse mensē apud Macedones, quem nos octobrem vocamus, quod tum sera sit ætas, & quæ tum proueniunt, post legitimum tempus prouenire videantur.

Vlysis remigium.

HOMINES nequam & voluptatibus addictos Horatius in epistolis Ulyssis remigium appellauit, prouerbiali nimirum figura.

Remigium uisiosum Ithacensis Vlyssi.

Vt qui nec a Circes poculis temperarint, nec a Loto-phagis auelli potuerint, nec a Solis bubus abstinerint. Vnde Homerus Odysseæ primo,

Αὐτῶν γὰρ σφιδάσσιν ἀπαθάλισσιν ὄλοντο Νῆπιον.

Ipforum siquidem uecordia perdidit illos Amentes.

Non dissimili figura dixit, sponso Penelopes, & Alcinoos, voluptarios & virtutis negligentes. Item alio loco Phacæ appellat, nitidum & bene curata cute,

-Vt possim pinguis Phæaxq. reuerti.

De Phæacibus Homerus Odysseæ libro 8.

Αἱ εἰ δ' ἡμῶν δαίς π' φίλῃ κίε' αἰς π' χορῇ π' Εἰματα τ' ἔμμοιβ' ἀλοιτρεὰ π' ἑορτὰ καὶ δῶνα. id est, Nos vero semper capiunt, citharæq. choriq.

Et variæ vestes, & balnea calda, thoriq.

Idem de procis Penelopes, Odysseæ libro primo:

Τῶν περὶ σὺν μὲν τῶν τε μέλει, κίε' αἰς καὶ ἀοιδῶν,

Ρῶν, ὡς ἀλλότριον βίον τὸν νῦν ποιεῖν ἰδύσιν. id est,

Istos sollicitant hæc, contentus, citharæq.

Et facile, ut qui aliena sient impune vorantes.

Zaleucilex.

Ζαλευκὴ νόμος, id est, Zaleuci lex. De edicto mandatoque plus satis rigido parumque humano dicebatur. Zaleucus quidam Locrensibus iis, qui vocantur Epizephyrij, leges tulit acerbiores, quales feruntur & Draconis fuisse leges apud Athenienses, vere Draconis, ut ille dixit, non hominis. Non dissimile illis, Manliana imperia, & Phalaridis imperium. Meminit historia Valerius Maximus libro 7. cap. 5. Etenim cum filius Zaleuci secundum ius ab eo constitutum ob crimen adulterij utroque oculo carere deberet, ac tota ciuitas in honorem pænam adolescenti remitteret repugnauit aliquandiu, postremo populi victus precibus suo prius, deinde filij oculo eruto, salua lege, supplicij modum temperauit.

Zopyri talenta.

Ζωπύρη τάλαντο, id est, Zopyri talenta. De præclaris factis, magnoque æstimandis. Hic Zopyrus Darij regis amicus erat, qui sibi nares & aures conscidit, & omne corpus flagris cruentauit, ut iis argumentis Babylonis fidem faceret, se Dario male velle, a quo tam immaniter esset acceptus. Itaque Babyloniorum ciuitatem ingressus, eam Dario prodidit. Vnde Darium dixisse ferunt, se unum Zopyrum integrum malle, quam centum Babylonas capere. Et oblato malogranato, tantum optauit sibi Zopyrorum, quantum ibi granorum inesset, ut narrat Herodotus libro tertio. Meminit Plutarchus in apophthegmatis. Adagium recepit Zenodotus.

Vna scutica omnes impellit.

Μία μάστιξ πάντας ἐλαύνει.

id est,

Vna scutica incitat omnes.

Hemistichium Heroicum de negotio dictum, quod facile fieret, videlicet a promptis omnibus, ac suapte sponte currentibus. Fortassis apte dicitur & in hos, quos eadem causa impellit, puta eadem spes lucri, studium commune, idem amor aut odium. Sumptum ab aurgis. Auctor Suidas. Vsurpat Plutarchus in vita Lycurgi scribens urbem Lacedæmoniorum ἀπὸ σκυτάλης μίας καὶ τριῶντος ἀρχέσασθαι τῆς ἐκείνου ἐκείνης καὶ βασιλείας, id est, Scytala ac sago imperantem Graciæ spontanea volentique.

Tamquam Chalcidica nobis peperit vxor.

Ὡς ὅτι χαλκιδικὴ τίτοκος ἡμῶν γυνὴ, id est, Tamquam Chalcidica peperit nobis vxor. De ea dicebatur, quæ liberos quam plurimos peperisset. Tradunt heroinā quāpiam fuisse nomine Comben, cui cognomen fuerit Chalcidi, quod prima arma ærea consecerit. Ea viro coniū-

I i 4 sta

Est centum liberos enixa dicitur. Sicuti proditum est in Euboicis annalibus, & attestatur Aristus Salaminus. Quidam ad Chalcidem Eubæe civitatem referunt, quod e Chalcidensium officinis ingens armorum arcorum & quadrigarum vis prodiret. Stephanus enim ab officinis ætariis urbi nomen additum putat. Usurpare licebit, ubi significabimus, multum litium, bellorum, aut curarum alicunde natum.

His Medus non insidiabitur.

Τὰς μὲν δὲ & πολὺν, id est, Hæc Medus non observabit. Cum Xerxes exercitum in Græciam traducere pararet, ut auctor est apud Zenodotum Dicæarchus, Græci desieratis rebus facultates suas absumpserunt, ne multum reliquum fieret, quod hostis tolleretur, ita dicentes, Hæc Medus non observabit. Eaq. vox in adagium abiit, ubi quis largius impenderet sua, ne uenirent in aliorum manus. Veluti si quis pecunias suas erogaret amicis, ut eas liberis turpiter absumpturis subducatur, recte dixerit, τὰς μὲν δὲ & πολὺν. Aut si cuius opulentus pecunias extruendis ædificiis absumat,

In Orci culum incidas.

Αὐτὸν πρὸν τῷ ποταμῷ, id est, In Orci culum incidas. Sermo perniciem & extremam exitum imprecantis. Recensetur a Diogeniano, cognatus illis, βλάξ' ἐς κόρυκαον. βλάξ' ἐς κόρυκαον.

Inuitus Iupiter nouit.

Ἀκὼν μὴ ὁ ζεὺς οἶδεν, id est, Inuitus quidem Iupiter nouit. Vbi quis pollicetur quippiam, sed inuitus. In quibusdā codicibus legitur, ἄκων μὴ ὁ ζεὺς οἶδεν, id est, Inuitus tamquam Iupiter cognouit. At videtur & recte quadraturum, ubi serius pœnas dant nocentes, ut ad fine sit ei quod alibi referimus, ζεὺς κατὰ δὲ χρεῖος τίς τὰς ἐπιθέσσει. Etenim qui sero dat, aut punit, grauatum id facere videtur.

Excubias agere, aut ditari.

Φερεῖν ἢ πλεῖν, id est, Excubias oportet agere, aut diuitem esse. De iis dicebatur, qui ampliter facerent sumptus de alieno. Nam ut diuites, quibus amplares domi est, large profundunt, ita milites non parcunt opibus alienis, sed prodigunt gnauiter, & scelere parta perdunt sceleratius. Athenienses excubiis agendis insulares magno stipendio conducere solebant. Non dissimile illi,

Ἰππὸς μὲν φέρει, βασιλεὺς μὲν τρέφει, id est, Equus me portat, alit rex.

Intra septimam.

Εὐτὸς ἰβδόμης, id est, Intra septimam, Subaudi lunam. Edictum erat Athenis, ne ante septimum diem mensis, exercitum educerent. Recte fortassis utemur hoc adagio, quoties admonebimus mature, suoq. tempore negotium adgrediundum. Meminit Zenodotus, Suidas & Hesychius, nec præterea quidquam adscribunt. Vi de num adlissum sit ad id, quod alio retulimus loco, ἰβδόμος βέδς, id est, septimus bos: &

Τὸν ἰβδόμον βέν ἡ σὸν παρρημα, id est,

Et septimum venustus adagio bouem.

Quod pueris sextum mensē egressis farinaceus bos

fingi consueuerit, qui luna primum apparentis cornua representaret.

In cotyla gestaris.

Εἰς κοτύλῃ γίγνεται, id est, In Cotyla portaris. Suspiciamus diem de iis, qui arbitrio alieno, quo libitum esset, huc atque illuc ducerentur. Aut ubi quis indulgentius foueretur. Tractum est adagium a genere lusus puerilis, qui dictus est, ἐὶς κοτύλῃ. Huius meminit Iulius Pollux libro 9. de rerum vocabulis. Erat autem huiusmodi, Vnus quispiam reductas in tergum manus coniungebat, stringebatq. Rursus alter impositis in eas genibus tollebat, suis interim manibus oculos gestantis obtegens. Et ad hunc gestatus modum, ἐὶς κοτύλῃ portari dicebatur, quod manuum complexu gestaretur. Nam ἐὶς κοτύλῃ Græcis cum alia permulta, tum manus etiam cauiam partem significat. Hunc lulum Iulius Pollux ait aliis item vocabulis appellari, velut ἐν πᾶσι δακτύλῳ & καὶ ἐν στήθεσιν.

In apes irruisti.

Εἰς μέλισσας ἐκόμαστος, id est, In apes insilisti. Vbi quis præter opinionem in ingens agmen, velut examen malorum immergitur, quemadmodum euenire solet iis, qui imprudentes in apum nidum incidunt. Circūuolantibus & impetentibus undiq. illis, & fugientem etiam insequentibus, haud facile discedit sine vulnere quisquis inciderit. Solent autem iuuenes comessabundi in conuiuium æqualium irruere, quemadmodum Alcibiades apud Platonem irruit in conuiuium Agathonis. Et Syrus in Adelpis de Demea qui se proripit in conuiuium filij. Abiit, comessatorem haud sane commodum præsertim Ctesiphoni.

Orci galea.

Ἐἰς κόρυκα, id est, Orci galea; diffitari solitum in eos, qui se met arte quapiam occultarent. Paræmiam ad huiusmodi fabulam referunt. Acrisio de masculis liberis tollendis oraculum consulenti responsum est, e Danae filia ipsius nasciturum filium, a quo occidendus esset: itaque territus arcem thalium subterraneum parauit, in quo filiam inclusam adseruabat, ne cum viro quopiam rem habere posset. Iupiter autem amore virginis correptus, in aurum transformauit sese, atq. ita per impluium in Danaes gremium illapsus, eam grauidam fecit. Natus est Perseus. Quod simulatq. rescisset pater, ipsam matrem una cum infante, scrinio inclusam, in mare præcipitem dedit. Porro scrinio forte fortuna ad Seriphum insulam delato, Dictys sublatum ad se Perseum aluit. Polydectes autem Dictys frater, qui Seriphiis imperitabat, Danaen amare cepit. Verum Perseo iam adulto, non potuit ea potiri. Proinde conuocatis amicis, & inter hos Perseo, ait se velle certamen edicere super Hippodamiae Oenomaï filia nuptiis. Perseus autem exillmans si cum Gorgonis capite pugnaret, neminem posse obsistere, præter alia postulauit equos, duellumq. Mercurij ac Paladis peruenit ad Phorci filias, Memphedem, Ennyo & Dino. Has aiunt statim natas anus fuisse, tñ unicū duntaxat oculum fuisse tribus, vnicū item dentem, his vicissim inter se tres utebantur. Hæc cum Perseus abstulisset, repositis illis, ait redditurum sese, si

se, si viam commostrarant, quæ ad nymphas duceret. Erant his nymphis alata talaria, & cibis quaspiam, quam arculam seu peram putant fuisse. Habebant & Plutonis galeam, quam qui gestaret, is quoscunque voluisset nidebat, ipse nemini conspicuus. His igitur instructus Perseus, uoluerat iam ob talaria, sicuti diximus, ad Gorgonas tres sorores, Euryale, Stheno, Medusa. Erant his capita, draconum squamis obsita, præterea dentes maximi, sium instar, ad hæc manus & alæ, quibus per aera ferebantur. Aderat insuper ea vis, ut obtuentes sese, in saxa uerterent. Porro sola Medusa e tribus mortalis erat. Hanc igitur impetit Perseus. Et oculis defixis in clipeum æreum, per quæ tamen ipsam Gorgonis imaginem aspiciebat, manum porrigens, quam Pallas in Medusam dirigebat, caput Medusæ defecuit. Aduolantes reliquæ duæ sorores, Perseum quidem insequabantur, verum cum illum ob galeam Plutonis videre nõ quirent, retro abiit. Itaque Perseus reuersus in Seriphum, Polydecten aggressus est, amicorum auxilium implorantem. Quibus ad regiam concurrentibus, Perseus Gorgonis ostenso capite, quotquot obtucrentur, in saxa vertit. Sublato igitur Polydecta, & Dicty in fratris locum instituto, Gorgonis caput Palladi dedit, galeam Mercurio, cuiq. hac peram ac talaria, ille rursus nymphis restituit. Reliquum fabulæ, quam longius prosequitur Zenodotus, quandoquidem ad enarrationem adagij nihil attinet, omittimus. Vtitur hoc Plato libro de Republica decimo, dicens semper honesta propter se sequi oportere, etiam si quis Gygis anulum, uel Plutonis habeat galeam. Quibus ex verbis colligitur, eandem esse huius prouerbij sententiam, & illius, γυγὶς ἀνέστη, id est, Gygis anulus. Vtrumque enim æsimili fabula natum est. Proinde recte accommodabitur & ad eos, qui rara quadam felicitate quidquid volunt efficiunt. Cuius generis est etiam illud, virgula diuina. Vsus est & Origenes libro primo aduersus Celsum hæreticum, declarans magis conuenisse, ut Christus, in Aegypti fugiens, subduceret sese Herodis infantiæ, quam si sub Plutonis casside latitans eundem sefellisset. Adagium manasse videtur ex Homero, apud quem Iliados quinto, Pallas sese Orci galea tegit, ne videretur a Marte,

Τὸν μὲν ἄρ' αἰεὶ χεῖρε μέλαινας, κατὰ χθονὶ
Διὸς αἰδοῦς κωλύει, μή μιν ἰδὼι ὀβριμὰς ἄρας. id est,

Ille quidem cecidit ingulatus marte cruento.

At se Orci texit galea Tritonia Pallas,

Ne Mars hanc virtute insignis cernere posset.

Admonet interpres, prouerbio dici, εἰς δ' αὖτις αἰδοῦς κωλύει, id est, inluere Orci galea, de homine qui occultis insidiis nocere molitur. Aristophanes ἐν ἀχαρνέσιν,

ἀλλὰ βεὶ δ' ἴμεν γ' ἑνὶ καὶ πᾶσι ἡρώδῃμα,
ὅκα ποδὶ δ' αὖτις αἰδοῦς κωλύει,
ἄτ' ἱεραὶ καὶ μεχάρτε τις σιτυρε. id est,

Meaq. causa sumito ab Hieronymo,
Orci galeam bispidam nigrantibus pilis,
Dein explicato dolos & artes Sisyphi.

In fermento iacere.

Εν τῷ μύτῳ κείσθαι, id est, In fermento iacere, dicebantur, qui animo essent agro, quiq. iracundia turgeret. Plau

tus in Mercatore, Uxor tua in fermento iacet, pro eo quod est, intumescit ira. Idem in Cassina, Nunc in fermento tota est. Ita turg et mihi. Nota translatio. Fermentum enim & acorem habet & tumorem.

In eo ipso stas lapide, in quo præco prædicat.

CHRYSALVS seruus in Bacchidibus Plauti, senem irridens, quem argento defraudabat, O stulte, inquit, nescis nunc venire te. Atqui in eo adstas lapide, ubi præco prædicat. Quadrabit, ubi quis præsens, videns, audiensq., tamen deluditur. Nam uendi etiam hodie vulgo dicuntur, quibus fit impostura. Quod autem meminit lapidis, id traductum est a lapide quodam editiore, quem Romæ fuisse complurium auctorum testimonio constat, unde præcones in auctionibus res venales nunciabant. Vnde M. Tullius vilissimos homunculos de lapide emptos appellat. De colono dictum est alibi.

Inus dolores.

Ἰνὸς ἄλγος, id est, Inus dolores. Ino Cadmi filia, ex Athamante duos peperit filios, Learchum & Melicertam, præterea filiam Strycleam, Athamas autem versus in infantiâ, reliquos liberos arcu percussit, occiditq. Ino cum Melicerta sese in mare abiecit. Et hanc quidem Megaras undis adpulsam Megarenses multo cum honore exceperunt, iuxta persoluentes Leucothoe nomine commutato: illum vero Corinthum delatum, Corinthij sepelierunt, & in eius honorem Isthmios ludos instituerunt: nomine item commutato vocantes Palæmonem. Hinc ortum adagium, ut intolerandum, & exanimantē, ut ita dixerimus, dolorē significantes dicerent, Ἰνὸς ἄλγος. Nam Achos proprie dolor dicitur apud Græcos, qui prorsus obstupescit, sui. sensum adimit homini. Melicrates Tyrius apud eundem Zenodotum, unde hec retulim⁹, fabulā, quæ paramiæ dedit occasionem, narrat ad hunc modum. Athamanti prius fuerat uxor Nephele, ex qua duos sustulit liberos, Hellen & Phrixum. Hac defuncta secundam duxit uxorem Ino. Ea veluti nouerca tendens insidiis Nepheles liberis, persuasit indigenis mulieribus, ut se mina in terram iacienda prius frigerent, id est, adurent in sartagine. Ceterum ubi res male euenisset, neque quidquam is annus produxisset, Athamas in hac rerum angustia Delphos misit, qui consulerent oraculum. Verum Ino legatos muneribus corripit, ut domum reuersi dicerent, respondisse deum, ita demum penuriam annonæ depellendam, si Hellen & Phrixum occidissent. Itaque persuasus Athamas, Phrixum & Hellen ad aram admouit immolaturus. Verum dii miseri, aurei velleris ariete uelatos illos per aera sustulerunt. Et Helle quidem cum sese in arietis tergo non satis teneret, delapsa est in mare, quod ab ipsa Helleponticum appellatur. Phrixus autem in Colchicam regionem incolumis delatus est. Athamas ira deorum iracundiam uersus, Inus liberos aggressus est, quemadmodum modo demonstraui.

In omni fabula & Dædali execratio.

Εν παντὶ μύθῳ καὶ δαυδάλῳ μύθῳ, id est, In omni fabula & Dædali execratio. Quadrat in auctores atrocium facino-

facinorum, aut ingentium calamitatum. ut frequenter illorum incidat mentio, sed non sine detestatione. Tra dunt ab hac ortum fabula. Pasiphae regina Cretæ, tauri amore capta, Dædalum exorauit, ut sibi vaccæ ligneam ad proximam ueræ vaccæ simulationem effin geret. In hac inclusa mulier, e tauro concepit, ac Mi notaurum monstrum abominandum peperit. Minos au tem certis de causis iratus, Atheniensibus indixit, ut quotannis septem virgines, & totidem adolescentu los mitterent Minotauri obiciendos. Horum omnium quoniam Dædalus causam dedisse videretur, in eum vulgo dira imprecabantur, unde res in prouerbiū abiit.

In parte vel ignem præde-
tur aliquis.

Εν τῷ μέρει τις καὶ πῦρ σκυλεύεται.

id est,

Prædetur aliquis per vices ignem quoque. Suidas admonet dictum de iis, qui parum aqua rese runt in commune. Cum enim res communis commissa fuerit manibus vnius aut paucorum, maxima pars pe nes eos haeret, qui diuidunt. Quid. n. nō prædetur qui p datur ignē? qui sic est natura cōmunis, ut ipse nihilomi nus possideas, posteaquam & aliis fueris impartitus. Amicitia facit omnia communia, verum ubi ventum est ad partitionem, quisque studet quod potest rapere. Nescimus an scribæ vitio pro σκαλύειν deprauiatum σκυλεύειν, ut pertineat ad enigma Pythagoræ.

In nihil sapiendo iucundif-
sima vita.

SOPHOCLES in Aiaçe mastigoforo, sub persona Aia cis, qui iam ab insania resipuerat,

Εν τῷ φρονέειν ὅτι μὲν οὐδὲν ἴσως βίος.

Τὸ μὲν φρονέειν ὅτι, καὶ τὸ ἀποδύωσι κακόν. id est,

Suauissima hic est vita, si sapias nihil.

Nam sapere nil, doloris expers est malum.

Hanc sententiam docti citant prouerbij loco. Consenta neum est autem, vulgo iactatum fuisse, vel eius argu mento fabula, quam Horatius narrat de quodam Ar giuo, qui felicius existimaret insanire, quam sapere & ringi

-Pol me cecidistis amici,

Non seruastis, ait, cui sic extorta voluptas,

Et demptus per vim mentis gratissimus error.

Huic concinit illud Ecclesiastæ dictum, In multa sa pientia, multa indignatio. Et, Qui addit scientiam, adii ciet & laborem. Heraclides Ponticus apud Athenæū auctor est, Trasylum Axonensem Pythodori filium hoc insaniæ genere correptum fuisse, ut existimaret naues omnes quæ in Pireum appellerent suas esse, eas appellentes summa cum uoluptate recipiebat. Sol uentes dimittebat, ac prosequabatur, in summa felix erat, perinde quasi tantarum rerum dominus. Si quid perisset, nō requirebat: si quid esset in colūme, vehemē ter gaudebat, aliis iactans suam fortunam, donec Cri to frater e Sicilia reuersus correptum hominem trade ret medico. Ceterum is ad se reuersus, negauit vmq̃ suauius vixisse sese, quam cum eo mētis errore tenere tur. Siquidem cum tantum adesset uoluptatum, nihil vmq̃quam sensisse moléstia,

-Cuius

Ignem palma.

Πῦρ παλάμῃ, id est, ignem palma, dici solitum, si quando protinus aliquid intellectum esset a quopiam, ut si scō mate dicto, statim sentiat aliquis in se dictum. Sumptū videtur ab iis, per lulum ignem admovent manibus alienis, qui subito sensu excitati resiliere solent, risumq̃ mouere spectantibus.

Sub cultro liquit.

S V B cultro linq̃ui dicitur, qui in presentaneo periculo de feritur. Sumpta metaphora a victima, quæ iam iam ferienda sub cultro esse dicitur. Confine illis, Inter sa trum & saxum, Inter malleum & incidem. Horatius in Sermon.

-Fugit improbus, ac me

Sub cultro liquit.

Non admodum abludit hinc Aristophanicum illud, & ἀχρεόστιν,

Ἰπὲρ ἐπὶ τῆς ἐλπίδος τῶν κατὰ τὴν ἔχον λείπον, id est,

Sū paratus verba facere, caput epixeno admonēs. Est autem ἐπὶ τῆς ἐλπίδος, truncus, in quo coqui secant car nes. Est in eadem fabula multus deinde iocus in ἐπὶ τῆς ἐλπίδος. Conuenit in eos qui periculo capitis parati sunt adfirmare quidpiam.

Fores habet tritas, ut pastorum casæ.

Τὰς θύρας ἔχει πετριμένῃς ὥστε αἱ ποίμναι, id est, Ostium habet tritum, ut sunt casæ pastorum. Ironia prouer bialis in homines inhospitales, aditu difficiles, sibi viuē tes, semper occlusis foribus, quod pastores procul ab hominum commercio semotos vix vmq̃quam quisquam interuifit. Meminit Diogenianus.

Apio opus est.

Τὸ σελίνος δένδρον, id est, Apio est opus. Ita loquebantur, quoties morbum capitalem innuebant, & vitæ pericu lum imminere. Nam olim monumenta defunctorum apio coronabantur. Plutarchus in Sympostiis, καὶ τοὺς ἐπισφαλῶς νοσούντας δένδρον τὸ σελίνος φαρμάκον, id est, Et qui periculose ægrotant, iis dicimus apio opus esse. Idem prouerbij meminit & causam addit in vi ta Timoleonis. Subest autem adagio iocus, adludens ad coronas victorum, quæ ex apio fiebant, præsertim in ludis Isthmiis, teste Diphilo apud Athenæum li bro sexto,

Ἐπὶ τῇ σελίνῳ μαχόμεθ' ὥστε ἰθὺμοις. id est,

Super apio certamus ut solet Isthmiis.

Ialemo frigidior.

Ἰαλίμος ψυχρότερος, id est, Ialemo frigidior. De cantione oratione, argumento, ioco aut eiusmodi re quapiam su pra modum frigida, recte dicitur. Quidam aiunt Iale mon, lugentis vocem fuisse. Nam ἰαλίμος, Græci di cunt pro complorare. Euripides in Troadibus. Ialemō accipit, pro eiulatione & luctu, ὅς τις ἰαλίμος, διατρεπέν- ἐν, Δακρύειν, ἐκ δακρύων καταλείβεται. Ἡμετέροις δό μοισι, id est, Qui eiulatus, quiq̃. luctus, lacrymæq̃. su per lacrymas distillantur in nostris edibus. Et Ari stophanes apud Athenæum, grammaticus opinamur, in distichionibus Atticis, & ῥήμοις, inquit, ὑμεῖς αὖτε, & δὲ πάντας ἰαλίμος, id est, In nuptiis Hymenæus, in luctu Ialemus.

Ialemus. Alij tradunt Ialeumum Calliopes fuisse filium, infelicem, nulliusq. precij hominem, præsertim in cantu supra modum frigidum, unde ἰαλίμω οὐδὲν id est, Ialemi cantilenam, pro frigida dicunt ac miserabili. Martialis item iocans in oratorem quendam frigidum ait, illum unum idoneum esse, Qui Thermas refrigeret. Neronianus. Hesychius indicat & hoc pacto efferrī proverbium ἰαλίμω οὐκ ἔστιν ὄρεας, id est, Ialemo miserabilior. Idem indicat ἰαλίμω dici, quod nullius sit precij, quemadmodum Latini naniās appellant, cum ea vox proprie sonet lugubres cantiones.

Humi hauris.

Χαμαὶ ἀντλάει, id est, Humi hauris. De inaniter laborante dicebatur. Nihil est enim quod solo haurias, hoc est, ab imo putei fundo, si is siccus sit. Apparet dici posse quoties exhausta copia, non multum superest quod haurias. Zenodotus meminit.

Humi serpere.

ΗΥΜΙ serpit oratio, quæ pressior humiliorq. est, quam oportet, semper quasi iacens, numquam adsurgens. Horatius,

Nec sermones ego mallem

Repentes per humum, quam res componere gestas.

Idem in Arte poetica,

Serpit humi tutus nimium, timidusq. procellæ.

Quod quidem aut a nauigantibus translatus est, aut ab iis, qui procumbentes in terram ita reptant, ne erectos turbo ventorum auferat. Gregorius Nazianzenus in oratione contra Eunomianos deflexit ad homines, ostendens non esse cuiuslibet de rebus diuinis disserere, & παρὰ τὸ οὐχ οὐ γὰρ τὸ πρᾶγμα ἐστὶν αὐτῶν, αὐτὰ τὰ χαμαὶ ἐρχομένω, id est, Non est cuiusvis nec adeo vilis res, atque humi gradientium. Quamquam nihil veritas, & hic res aut actus ones intelligi vulgares humilesq. Simillimum est huic, aut fortassis idem quod habet Pindarus in Olympiis, οὗτοι χαμαὶ περὶ τῶν λόγων ἰσχυρῶς, Haud quaquam sermones humi reptantes attingas. Item in Pythiis, χαμαὶ περὶ τῆς δ' ἀρετῆς οὐκ ἀπὲρρεῖται, id est, Humile vero verbum non effutit. Sumpsisse metaphoram videtur ab auiibus haud procul a terra subuolantibus, quod idem Pindarus tribuit graculis, καλοῖσι ταπεινὰ νύμφοι. Ut huic respondeat, Aquila in nubibus.

Holerum adpositiones.

Αἰτ' ἀρχαῶν προδῶκαι, id est, Holerum additamenta. De re nullius momenti. Sumptum videtur vel ab holeribus adpositis in mensa. vili nimirum cibo, uel auctariis holerum, quæ non nunquam emptores sordidi ac tenues requirunt. Auctor Diogenianus.

Fictilis homo.

Κεραμὸς αἰθέρωπος, id est, Homo fictilis, id est, mollis, imbecillus, fragilis. Ductum a vasis testaceis, quæ facile comminuuntur. Finitimum illi, Homo bulla. In quibusdam codicibus legitur, κεραμὸς αἰθέρωπος. In nonnullis, κεραμὸς αἰθέρωπος. Quorum postremum nobis magis arridet. Cerameus enim figulum sonat, ceramos vas fictile. Sic & fœculum hominem dicimus, ferreum, ceruicem, quernum, adamantinum. Contra

quod eximium videri volumus aureum dicimus. Inde illud poetis frequens, χρυσὴ ἀνδρῶν id est, Aurea Venus. & τῆς δικαιοσύνης χρυσοῦν πρῶτον, & χρυσοῦν ὁμολογῶν δικασ, id est, Iustitiæ vultus aureus, & iustitiæ oculus aureus, ut ex Pindaro, ni fallimur, refert Athenæus libro 12. Idem hodie quoque aurea verba gemmeos mores dicimus, M. Tull. Academicarum questionum libro secundo, de libello loquens, quem Crantor scripsit de lucili: Est enim, inquit, non magnus, verum aureolus, & ut Tiberoni præcepit Paternus, ad verbum ediscendus libellus, Quidquid autem vile, κεραμεὶς sive κεραμεύς, dicunt Greci. Ita Paullus hominis appellat vasa fictilia, χαμαὶ δὲ τὸν βασιλικὸν τὸν ἐπὶ σκεύειν ἐρεχόμενον. M. Tullius ætione in Verrem sexta: tum illos capisse prætori dicere, putasse se id quod audissent alicuius precij scyphos esse Pamphili, Luteum negotium esse, non dignum quod in suo argento Verres haberet. Et alicubi Luteum hominem appellat, contemptum nulliusq. precij, interdum ipsam Lutum.

Hipparchorum tabula.

Ἰππάρχων πίναξ, id est, Hipparchorum tabula. Dicitur conueniet, quoties haud impune futurum significamus, si quid peccetur. A Syracusanis natum adagium. Apud hos enim mos erat, ut Hipparchi, hoc est, equitum præfecti in tabellis describerent militum nomina, qui ordinem deseruissent. Meminit Zenodotus. Hesychius indicat, apud Lacedæmonios Hipparchum dici, qui iuuenibus præfectus esset. Is in tabula notabat eos, qui quidpiam indecore fecissent.

Heteromolia causa.

Ετερομόλιος δὲ καὶ, id est, Causa Heteromolia, dicitur apud Græcos, quæ ab altera duntaxat agitur parte, nullo præsentem qui contradicat, & π' τὸ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ, id est, Quod alter duntaxat accedat. Simillimum illi, ἐρημὸς δίκην, id est, Deserta causa. Vsurpabitur non ineleganter, ubi quis damnat absentem, recte ἐτερομόλιος δίκην quis dixerit. Apud Hesychium sic effertur ἐτερομόλιος δίκην,

Harmodij cantilena.

Αρμόδιος ὑλάς, id est, Harmodij cantio: De lugubribus ac tristibus dicebatur. Simillimum illi, ἐδμητὸς μέλος, id est, Admetimelos. Aristophanes cum aliis aliquot locis, tum in fabula, cui titulus, ἐχεμύς.

Οὐδὲ παρ' ἐμοὶ ποτε τὸν ἀρμόδιον ἀντιποι. id est,

Nec umquam apud me carmen Harmodij canet.

Interpres indicat, cantilenæ genus fuisse, quod in comitis cani consueverit in Harmodium & Aristogitonem quod hi Pisistratidarum tyrannidem sustulissent. Eius carminis hoc erat initium, φίλτατε ἀρμόδιε, ἐτὶ πρὸς τὴν καὶ, id est, carissime Harmodi haud quaquam mortuus es. Refertur a Suida ac Diogeniano.

Haud canit paternas cantiones.

Οὐ πατρῴα ἀνὰ μέλη, id est, Haud paternas canit cantilenas. De eo iactatum, qui a paternis moribus degeneraret. Solent liberi maiorum suorum cātiunculis, quas admodum pueri didicerunt, delectari. Terentius in Adelphis, Pol. Aeschine, haud paternum istuc dedisti.

Non

Non certatur de oleastro.

Ὁ πολίτης ὁ ἀγὼς, id est, Hoc certamen non est oleastro. Quoties non de nugis, neque de gloria aut corollis, sed de re seria ac pecunia ageretur. Siquidem in plerisque certaminibus victoriæ præmium erat oleagina, aut querna, aut alioqui frondea corona. Meminit Diogenianus.

Hasta caduceum.

Ἄερον κερύκεον id est, Hasta caduceum. Dicitur solitum, quoties aliquis simul & minaretur, & ad concordiam invitaret. Ex oraculo natum, quod huiusmodi fertur.

Ἀνδρὶ ἡ Γεφυραίων φίλος οἶκος id est,

Viro Gephyræo grata est domus.

Admoniti erant Gephyræi, ut sequentes Atheniensium exercitum, ubi illos desectos conspicerent, ibi manerent. Itaque cum Athenienses ab Eumolpo oppugnarentur, ad Tanagram iter instituerunt, hac specie, ut dux caduceum præferret, iuuentus armata a tergo consequeretur, ut simul & pacem petere viderentur, & ad bellum nibilo segnius parati, si quis lacefferet. Recenset Suidas, & meminit Polybius libro historia.

4. Legatum, inquit, ad Byzantios Aridicen misere, & cum eo Polemoclen cum tribus trircibus, volentes id quod est in proverbio, hastam simul & caduceum Byzantiis mittere. Simillimum est huic quod eleganter usurpauit D. Hieronymus, Scuto pacem petere.

Gallorum incusare ventres.

Ἀλεκτρύων μὲν φιδω κοιλίας, id est, Gallorum incusare ventrem. De edacibus, ac luxu multum absumentibus facultatum. Huic enim animanti venter mirifice calidus, ita ut omnia statim concoquat. Aristophanes in Vespiis,

Ἀλεκτρύωνος μὲν φιδω κοιλίας ἔχει.

Ταχὺ γὰρ καταπίει τὸ ἐσθλόν. id est,

Mibi dixerat ventrem esse gallinacei,

Velociter enim concoquet hoc argentulum.

Hoc genus homines, Græci dicunt καταπίει τὸ ἐσθλόν, id est, deuorare substantiam, id enim est atrocius, quàm καταφάγειν. summam autem profusionem ac cellerrimam indicant verbo ἀφαίρειν, id est, sic absumere, ut nusquam appareat vestigium. Vtitur his omnibus, sed postremo frequentissime Aeschines in Timarchio, πᾶντ' ἀφαιρεί.

Ardens vestis.

Ἄρdens πύλος, id est, Ardens vestis, siue quemadmodum in aliis legitur exemplaribus, ἀίτης δὲ πύλω, id est, Incensus in veste. Zenodotus prodidit dici solitum de iis, qui seditionem mouerent, calumniasq. sererent. Existimat autem adagium natum a veste Nessi Centauri sanguine infecta, quam a Deianira missam cum induisset Hercules, incensus igni sacro perit. Porro fabulam idem recenset ad hanc ferme sententiam. Reliquis Centauris expugnatis ac confectis ab Hercule, Nessus vnus omnium suffugerat. Is peruenit ad flumen Euenum, & in eius ripa versans, solitus est adeuntes transmittere. Deinde euenit, ut Hercules in Trachinē ad Ceycem, vna cum Deianira proficisceretur. Posteaquam igitur ipse iam fluvium transmisisset Nes-

somandauit, ut Deianiram transferret. At is inter transuehendum, vim cepit adferre mulieri. Quod simul ac Hercules intellexisset, videlicet illa vociferante, Nessi præcordia iaculo perfodit. At is sentiens letale vulnus, neque se posse mortem effugere, mulierē arcessit: si vis, inquit, tibi amatorium efficacissimū parare, quo possis Herculem inflammare in amorem tui, & si quando deperibit aliam, in tui cupidinem reuocare fac illum meo sanguine perangas. Atque ea persuasus, Nessi sanguinem e vulnere fluentem apud sese seruauit. Itaque postquam Trachinem adiisset, ac rursus inde profectus Oechaliam adortus ciuitatē cepisset, reliqua populatus, Iolen puellam captiuam secum abduxit. Immolaturus autem Ioui parenti victimas ob res bene fortunatas, ad Deianiram mittit, iubens ut sibi vestem aliquam magnificam mitteret. Illa certior facta de Ioles raptu, veritaq. ne Hercules illam pluris quam sese faceret, ut est, Zelotypum mulierum genus, vestem Nessi cruore tinctam, imbutaq. mittit, phyltrum se mittere rata. Hanc indutus Hercules, rem diuinam peregit. Ceterum ubi calefacta uesset, venenum excitatum: corpus grauiter adurere cepisset, auellere conatus est, verum iam ita penitus adhaeserat, ut non sine carnibus ipsis reuelli posset. His itaque malis dis cruciatus Hercules, in Trachinem deducitur. Interim illa, cognitis iis quæ acciderant, suspensio spontaneam mortem sibi conscivit. At Hercules iussit Hyllon, nam hunc ex Deianira sustulerat natum iam grandem, Iolen duceret uxorem. Quo facto, in monte Oeta rogum extruxit, eumq. conscendit. Porro cum illo iubente, nullus ex Herculis comitibus auderet ignem subdere, videlicet metu contagii, pastor quidam forte repertus, qui ignem immitteret, atque huic officij præmium sua tela dono dedit. Ardente iam rogo ferunt nubem non sine conitru obsepsisse Hercule, atq. ita sublatum ad deorum consortium. Adagium referri non absurde poterit & ad vestem illam, quam Medea venciis imbutam, Iasonis nouæ nuptæ dono misit: quidam existimant nephtia infectam fuisse. Itaq. admotis vndiq. ex nuptiarum ritu tedis, flamma transiit, pariter & puellam & patrem auxiliari cupientē excussit. Huius rei mentionem facit Euripides in tragædia, cui titulus Medea.

Senecta leonis præstantior hinnulorum iuuenta.

Γέρων λιόντος κρείττον ἀμείων νεβρῶν, id est, Leo senex virgenter potior hinnulo. Citatur apud Stobæum ex Hippothoonte poeta. Senectus viri fortis ac strenui præstantior est iuuenta quorundam ignauorum et imbecillium iuuenum. Venustius fiet, si longule transferatur. Veluti si quis ingenium docti senis & exercitati præferat ingenio parum eruditi iuuenis. Dicitur non inepte & in senectutem crudam, uiridemq. animiq. viribus adhuc pollentem, in quam competet illud Euripidis ex Ione,

Τὸ τε πόδες μὲν βραδύ, τὸ δὲ νῦν ταχύ. id est,

Tardus quidem pes, animus est velox tamen.

Eodem pertinet illud eiusdem in Andromacha,

Ραχὼν γὰρ γυνὴν, καὶ νῦν ἰσχυρὸν θυμὸν ἡ

Κρίσταν.

id est,

Gnaues

Gnaus senex & iuuenibus compluribus
Præstat. Aristophanes alicubi,

Εὐὸ τὸ μὲν νεμίζω γῆρας εἶναι κρεῖττον, ἢ πολλῶν κικί-
νυς νεανιῶν, id est,

Meam senectam præferendam existimo
Complurium comis adolescentium.

Nudior paxillo.

Εὐνότερος πατάλα, id est, Nudior paxillo: De extrema
paupertatis homine dicebatur hæc hyperbole. Nam
paxillis corticem quoque detrahimus.

Herculei labores.

ΗΡΑΚΛΕΟΥ ΠΟΝΟΙ, id est, Herculei labores, bifariam accipi-
tur, partim plurimi atque ingentes, quique vires des-
derent Herculanæ, quemadmodum usurpauit Ca-
tullus,

Sed te inquit, querere iam Herculis labos sit.

Item Propertius,

Deinde ubi pertuleris, quos dicit fama labores
Herculis. Ac rursus alibi,

Non labor Alcida.

M. Tull. lib. de Finib. 2. At cum de omnibus gentibus
optime merere, cum opem indigentibus salutemq. fer-
res, vel Herculis perpeti arumnas. Sic enim maiores
nostri labores non fugiendos tristissimo verbo arumnas
etiam in deo nominauerunt: exigercm ex te &c. Par-
tim Herculei labores dicuntur, qui sunt eiusmodi, ut
aliis quidem maximis adferant commoditates, ceterum
auctori suo nihil ferme fructus adducant, præter ali-
quantulum famæ, plurimum inuidiæ. Idq. ita fato quo-
dam accidisse putant, quod ἐπὶ τῇ ἡγεμονίᾳ, id est,
quarta natus luna credatur, sicut alio dictum est loco.
Homerus poetico more causam in Attendam & Iu-
nonem reuocat, quæ infesta Herculi, tamquam ex pelli-
ce nato, periculis omnibus illum obiecit. Celebrantur
igitur, atque etiam enumerantur a poetis Herculanæ
labores: quorum omnium longe difficillimus ac maxi-
mus hydra Lernæa, malum pertinax, ac propemodum
inexpugnabile illi, qui iam omnia deuicerat. Cuius sym-
bolo veteres inuidiam exprimere voluisse, satis indi-
cat Horatius in Epistolis, cum ait,

-Diram qui contudit hydam

Notaq. fatali portenta labore subegit,

Comperit inuidiam supremo fine domandam.

Consuevit enim hæc terribilissima pestis pulcherrimorum
facinorum esse comes, eximiamq. virtutem non aliter
quam umbra corpus assequi, ut apposite dixerit Iose-
phus in opere De Iudæa capta; ἀμύχανον δ' ἐπὶ ὑπερ-
δύαμις φέροντα φέρει, id est, Nulla ratione fieri potest,
ut recte factis effugias inuidiam. Quis enim um-
bram effugiat inuidiæ, nisi pariter & virtutis lucem
effugerit? Cohærent inuicem hæc duo, ac rem omnium
optimam res omnium pessima comitatur. Proinde Pin-
darus videtur non sine causa scripsisse,

Τὸ δ' ἀχύνεται θόρον ἀμείβομενον τὰ καλὰ ὄντα.

Grauitè & indigne ferens, nimirum quod est indignis-
simum, præclara facta inuidiæ præmio pensari. Neque
vero parum concinne veteres illi videntur inuidiæ
symbolum Excetra tribuisse, primum palustri malo,
quod quemadmodum tradunt etiam naturalium caus-
arum vestigatores, magis huic morbo sint obnoxij, qui

humili abiectoque animo præditi sunt, sunt autem qui-
bus sanguis inest frigidior, Eamq. ob causam & apud
Næsonem,

-Inuidia domus est in vallibus imis

Abdita, sole carens, non ulli peruia vento;

Tristis, & ignavi plenissima frigoris, & quæ

Igne vacet semper, caligine semper abundet.

Neque vero cum simplici portento res, sed centum ar-
mato capitibus, quorum si quis unum aliquod execu-
rit, in eius locum protinus duo suppullulent. Ea videli-
cet inuidiæ natura est, ut si contra lucteris, magis
ac magis irrites: si quando coneris splendore virtutis
opprimere, tum insurgat acrior, & intumescat. Hic si
recidas, illic maior aboritur. Carptim extingui non po-
test, vix tandem obruitur. Verum id per paucis conti-
git, ac vix etiam ipsi Herculi. Quamquam enim liuor
velut ignis, alta petit, est tamen omnino aliquid us-
que adeo perfectum & illustre, ut eo non possit attingere.
Quo loci peruenisse sese gloriatur Horatius,
cum ait,

Inuidiaq. maior.

Ac rursus alibi,

Et iam dente nimis mordeor inuido.

Iam uero quid aliud est, quod obtruncatores isti clau-
cularij solent in eos euomere, qui pulcherrimis sudori-
bus orbi prodesse conantes, præclarum aliquid moliri
tur, quam merum virus, ac venenum plusquam leta-
le. Quandoquidem generosis & excelsis animis sua
fama quæ impetunt isti, non paullo carior antiquiorq.
solet esse, quam ipsa vita.

Effugi malum, inueni bonum.

Εφύγον κακόν, ὕψον ἀμεινον.

id est,

Enasi mala, sum nactus meliora.

Hemistichium prouerbiale, dici solitum, si quando for-
tuna lautior cupiam contigisset. Natum auit a cere-
monijs nuptialibus. Nam Athenis mos erat, ut in nu-
ptijs puer quissimè induceretur undique spicis frondi-
bus, & quernis glandibus opertus, coronatusq. cunas
gestans panibus impletas. Dicebat autem hæc:

Εφύγον κακόν, ὕψον ἀμεινον.

Ea vox bene ominabatur sponso. sponsoq. tamquam ad
meliorem usque fortunam profecturis. Malum enim
vocabat spinas & glandes, panes bonum, propterea
quod steriles spinæ, iuxta prouerbium, quod alio po-
sumus loco, ἐπὶ ἀκαρπείᾳ. Et glandibus visitabant
agrestes illi prisca, iuxta illud, ἀκαρπείᾳ, ἀκαρπείᾳ.
Reperio frumentorum usum, glandium esus fastidiri co-
pius. Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte signifi-
cat id dici solere ab iis qui initiabantur, cum peractis
iniuriis, quibus agitabantur ante mysteria, iam ad ho-
norem initiationis admitterentur. Nam Aeschyni
obicit, quod noctu ministrans initiandis, abstergo lu-
to iussit eos dicere:

Εφύγον κακόν, ὕψον ἀμεινον.

Aristophanes in Pluto,

ὅπου πλεονάζει ἡ εὐδαιμονία, id est,

Ubi diues est, haud lente gaudet amplius.

De iuvene qui nactus Plutum fastidiit animum, cui pau-
per morem gesserat. Diuersum est huic quod Iulius
Pollux lib. 6. refert ex Eupolide:

Οἷος παρὸντος, ὅστις ἀρᾷ πιεῖν.

id est,

Præsentè vino bibere acetum maluit.

K K Ada-

Adagium a Zenodoto refertur.

Aegypti nuptiæ.

Αἰγυπτιαὶ γάμοι, id est, Aegypti nuptiæ, inauspicata & infelices dicebantur. Sumptum e notissima fabula Aegypti, qui filios quinquaginta, totidem fratris filiabus maritos dedit. At hi præter unum omnes a sponsis iugulati sunt. Torqueri poterit in simulatam amicitiam, aut in munus honoris gratia datum in speciem, cum re uera queratur perniciēs ei cui datur. Ita non nunquam ex adfinitatibus aut fœderibus principum atrociam nascuntur exitia.

Aedilitatem gerit sine populi suffragio.

PLAUTVS in Stichō: Sine populi suffragio, tamen aedilitatem hic quidem gerit. Vbi quis imperiosior est in alieno negotio, aut in aedibus alienis. Nam Plautus ad Parasitum respicit in domo non suam mandantem & imperantem, non aliter ac sua. His confine est quod habetur apud Ciceronem libro tertio De legibus. Sed quæro quid hac re sit turpius, quam sine prouocatione senætor, legatus sine mandatis. Item in decimatertia Philippica: Senator voluntarius lectus ipse a se.

Pax redimenda.

DIVVS Augustinus. Homilia 10. narrat apud Patres huiusmodi vetus prouerbum fuisse celebre: Vt habeas quietum tempus, perde aliquid. Raro carent lite, qui nusquam sustinent de suo iure concedere. Magnum interdum est lucrum, iactura rei molestiam & inquietudinem exclusisse.

E duobus tria vides.

Εκ δύοιν τρία βλέπεις, id est, E duobus tria vides. Iocus prouerbialis in eos, qui vel ætate, vel ebrietate, vel alio quopiam oculorum vitio cæcutiunt. Huc pertinet illud Maronis:

Et solē geminum, & duplices se ostendere Thebas.

Item illud Iuuenalis:

-Et geminis consurgere mensa lucernis.

In antiquis quibusdam exemplaribus inuenitur scriptum hoc παῖτο, & δύοιν τρία βλέπεις, id est, In duobus tria vides, idq. dici solitum, ubi quis aliud pro alio videt, fallentibus oculis. Venustius fiet, si ad animi iudicium deficiatur.

Edentulus vescentium dentibus inuidet.

DIVVS Hieronymus epistolam illam eruditissimam, quam ad Magnum oratorē inscripsit, huiusmodi clausit prouerbio. Cui quæso, ut suadeas, ne vescentium dentibus edentulus inuideat, & oculos caprearum talia contemnat, hoc est, ne quod ipsi non contigit, aliis inuideat. Sic enim est ferme hominum quorundam ingenium, ut quisq. laudet quantum se sperat assequi posse: si quid ultra vires suas esse senserint, id negant di sci oportere. Breuiter paucos inuenias, qui quod in se se desperent, in aliis probent. idq. non alia in re magis quam in litterarum studiis. Hieronymus videtur Græcam illam reddidisse sententiam.

Αὐτὸς πυνυδὲς τοῖς ἐχθροῖς μὴ φθόνῃ. id est,

Ne pauper ipse iis inuide, qui possident.

Iisdem vescentes cepis.

Τῶν αὐτῶν ἐμὸν ἐχθρῶν, id est, Qui idem ederunt thymum. Prouerbiali figura dictum ab Aristophane in Pluto. Congruit in pauperes ac bonos viros inter sese amicos. ὅμοιοι enim vilissimum herbarum genus, quo tenues & agrestes, vicumq. vitam sustinent: quidam cepam agrestem esse putant, etiam si dissentiant Plinius & Dioscorides. Suidas admonet agrestis ac uilis herbarum genus esse, cuius usu Comicus paupertatem vescentiū voluerit intelligi. Quemadmodum Hesiodus per maluam & asphodelum tenues significauit. Huic adfinem quod scriptum est apud Iuuenalem:

-Quis tecum scetile porrum

Sutor, & elixi veruecis labra comedit?

Solidos e clibano boues.

ARISTOPHANES in Acharnensibus:

Παρετίθει δ' αὖτις ὄλκας

Εκ κριθῶν βῆρας.

Καί τις ἂν πῶπῳτι βῆρας κριθῶν, id est,

Deinde nobis præbuit

E clibano totos boues, & quis rogo

Conspexit umquam clibano coctos boues?

Antiphanes apud Athenæum libro quarto, facit quendam quærentem de frugalitate Græcorum, qui paullulum carniū apponerent, cum maiores soleant totos boues, ceruos & arietes assos apponere. Quin & regi Persarum coquum, totum camelum assum, atque etiam num calidum apposuisse. Idem in eodem libro tradidit ex Herodoto, apud Persas diebus nataliciis fuisse morem, ut diuites bouem, asinum, equum & camelum apponerent totos in clibano aut camino coctos. Prouerbialis hyperbole de barbarica rerum copia, siue de laucis adfatim subministratis. Antiquius enim in deliciis erant cibi in clibano cocti. Primum enim panis in clibano decoqui cæptus, quem κριθῶν, id est, clibanarium vocabant, eaq. res usque adeo visa est noua, ut etiam prouerbio locum fecerit: deinde carnes & pisces eodem modo coqui cæperunt. Unde & thunni, & id genus alia, in clibano cocta, xeniorum vice miscebantur amicis.

Drachmæ grando.

Δραχμὴ χαλαρόσα, i. Drachma grandinans. De lucro, quod tāquam calitus emissum obtigit. Nā olim theatrale premium erat drachma, quæ velut grandinis in morem in populum spargebatur. Id a Diophanto tradunt institutum. Vnde si quando grando accidisset, per iocum aiebant, δραχμὴ χαλαρόσα. Missilium mos nec hodie totus extinctus est. Auctor Zenodotus. Meminit & Hesychius.

Duodecima artium.

Δωδεκάμηχανον, id est, Duodecim artium, appellabant callidum, versutum, versipellē, vāfrū, ac variis instrumentum dolis. Narrant scortum quoddam fuisse nomine Cyrenē, cui cognomētū inditū δωδεκάμηχανον, propterea quod in peragēda Venere duodecim figuris usa fuisse dicatur. Imitatū est aut ex Hypsipyle Euripidis tragœdia, in qua δωδεκάμηχανον ἄστρον, scripsit, citante Suida.

Suida. Refertur & in Ranis Aristoph. tametsi interpres pro ἀσπον legi se videtur ἀντρον, ut intelligamus de membro pudendo muliebri. Aristophanes sic habet, πολυὰς τὰ μὲν μέλη φέρον, ἀνὰ τὸ δὲ καμύχασον κυρή- νες μελοποιῶν, id est, Audes tu mea vituperare carmi- na, qui per duodecim artes Cyrenes poemata fin- gis.

Vnde sensus ambiguus est, potest enim accipi vel de eo qui duabus federit sellis, vel cui nomen sit dissyllabū.

Zenodotus huiusmodi citat epigramma:

Μισὸν τ' ἀνδρῶν τ' εἰπλοῦν πεφυκότα,

Χρυσὸν λόγῳσι, πολέμιον δὲ πῖς τρόποις.

id est,

Equidem virum odi duplicem, sermonibus

Probis amicium, ceterum hostem moribus.

Est aliquoties & apud Homerum, Odysseæ Σ.

Οἷ' ὡς μὲν βάζεσι, κακῶς δ' ὅπῃθεν φρονέουσιν. id est,

Qui bene cum dicant, retro mala mente volutant.

Rursum, Odysseæ Ρ.

Εἰδ' ἄ' ὁρῶντες, κακὰ δὲ φρονέοντες ὁδοῦμεν. ἰ.

Qui bene cū loqueretur, atrocia mente premebant.

Iterum eiusdem operis Σ.

Θίλῃ δὲ θυμὸν

Μελιχίῳσι ἐπέεσσιν, νόος δὲ οἱ ἄ' ἄκα μολοῖν. id est,

-Pectora blandis

Lenibat dictis, at mens diuersa parabat.

Apud Platonem in Hippia minore citat aliquis hos Homeri versus, qui dicuntur ab Achille ad Ulysses,

Χρὸν μὲν δὴ τ' μένῃς ἀπὸ καλῶς ἀπομπεῖν

Ωπὸρ δὴ φρονέω τι καὶ εὖς τετελεσθαι δέω.

Εχέρεος ᾧ μοι κείνος ὁμῶς ἀδίδωκε πύλησιν,

Οὐκ ἔφρον μὲν κούειν εἰ φρονέειν, ἄλλο δὲ ἔμπν. id est,

Nam decet ingenie quod sentis voce profari.

Haud secus atque Orci portas hominē execror illū

Quisquis corde aliud celans, aliud sonat ore.

Domi manere oportet belle

fortunatum.

Οἱκοί μινεῖ δὲ τὸν καλῶς ἐνδύμενον. id est,

Domi manendum est, cuncta cui sunt prospera.

Cū suppetit copia facultatum, is si velit felicem agere vitam, domi uiuat. Nusquā enim uiuitur comodius, nusquam liberius. Qui eget, peregrinando rem querat, ac fortunæ experiatur aleam. Ita Menander,

Οἱκοί μελέν' χρὸν καὶ μελέν' ἐνδύμενον,

ἢ μὴ κέ τ' εἶναι τὸν καλῶς ἐνδύμενον. id est,

Domi manere oportet, ut liber fiet,

Aut liber esse destinat qui diues est.

Potest in hunc quoq. detorqueri sensum. Qui sibi bene conscius est, ne capret ex alienis laudibus gloriam, sed sit suarum virtutum conscientia contentus.

Per hastæ cuspidem currere.

Δι' ὀφθαλμοῦ δρῶμεν, id est, Per acutam currere dicebantur, qui in remagnopere periculosa uersarentur. ὀφθαλμὸν. hastam, siue hastæ cuspidem vocant. Translatum videtur vel a circulatoribus, qui per summas hastarum & gladiatorum cuspides ingrediuntur. Vel a militari consuetudine, qua fieri solet, ut qui mortem commertus videretur, is nudus per medias topiarum hastas, hinc atque hinc intentatas, ire cogeretur. Nec absurdum, si de Thracia saltatione intelligatur, de qua nobis alias dictum est.

Alia Menecles, alia porcellus loquitur.

Ἀλλὰ λέγει μενεκλῆς, ἄλλὰ τὸ χοιρίδιον. id est,

Non eadem loquitur succula, quæ Menecles.

Vbi quis multum verborum effudit, quæ nihil ad rem pertineant. Nobis subesse proucrbium videtur, tametsi nondum satis liquet unde natum sit. Adludit ad illud Lucilius in epigrammate, quod quoniam est argutum & elegans, non pigebit subscribere.

Χοιρίδιον ὃ βῶν ἂν πολλὰ λέκκα καὶ μέγα ὄργα.

ὅν χ' ἄρ' ἰληφας μενέκλειον μενεκλῆς.

Οὔτε δὲ μοι κοινόντι πρὸς ὀρέοντα δαν καλῶνται,

Οὐτ' ἂν πῶρ καλῶνται τὰς ἀπὸ ἐξομολογῶν.

Ἀλλὰ πρὸς ἱντυ χιῶν ἰχθυόμα κρῖσιν, ὡς τε τὶ ποιῶ

Ενέα δὲ μοι ἐξέλε, καὶ λακιδ' ἀμόνοι,

Γὰρ καὶ μὲν κἀντι νόμος χ' ἄρ' ἰν, ἢ μέγα κρ' ἔω

Ἀλλὰ λέγει μενεκλῆς, ἄλλὰ τὸ χοιρίδιον. id est,

Succula, bos, & capra mihi periere Menecles,

Ac merces horum nomine pensa tibi est,

Nec mihi cū Othryade quidquā estne fuitne negoti

Nec fures ullos huc cito Thermopylis.

Sed cōtra Eutychidē nobis lis, proinde quid hic mi

Aut Xerxes facit, aut quid Lacedæmonij?

Ob pactum et de me loquere, aut clama uero clare,

Multo aliud dicit sus, aliud Menecles.

Cum huius epigrammatis argumento conuenit & illud quod est apud Martialem lib. 6.

Non de vi, neque cade, nec veneno;

Sed lis est mihi de tribus capellis.

Vicini queror has abesse furto.

Hoc iudex sibi postulat probari.

Tu Cannas, Mithridaticumq. bellum,

Et periuria Punici furoris,

Et Syllas, mariosq. Mutiosque,

Magna voce sonas, manuq. tota.

Iam dic posthume de tribus capellis.

In Martialis epigrammate hoc ipsum tota manu, prouerbij speciem gerit. Solent enim rhetores in contentione manu rotata gesticulari. Vtrumque igitur in eum recte dicitur, qui ἐπαγώνισα καὶ ἀπεσθόνουσα, hoc est, extra causam quæ sunt, & ad rem nihil attinent, dicit. Aliud sus, aliud loquitur Menecles: & dic de tribus capellis.

Haud annuncias bellum.

Ὁ πόλεμον ἀγγίλλεις. id est, Non annuncias bellum. Dici solitum, ubi quis rem oppido letam annunciat, quod bellum res sit omnium calamitosissima: & tamen ad huius rumorem hodie pleriq. mortales hilare scunt, nimirum sceleratissimum illud Carum genus, qui malis humani generis aluntur. Iulianus, in epistola ad Basilium. ἢ μὲν παρρησιαζομένην, ὃ πόλεμον ἀγγίλλεις, ἔγω δὲ πρὸς δέλω ἐκ τῆς κομῆσεως, ὃ χρυσὸν ἀγγίλλας ἐπὶ πῶν, id est, Prouerbio dicunt, haud bellum annuncias. Ego vero illud addiderim ex comædia: O aureorū nuntius verborū. Conduplicauit prouerbium Iulianus, quādoquidē & hoc prouerbiale, χρυσὸν ἀγγίλλας ἐπὶ πῶν. Sumptū est autē ex Aristophanis Pluto. Verba sunt senū chorū ex plentiū ad Carionem, qui Pluti annunciat aduentum. Vsurpauit & Plato in Phædro, ὃ πόλεμον ἀγγίλλεις. id est, Haud sane bellum annuncias.

KK

2

nuncias.

nuncios. Ac rursus libro de Legibus tertio. Pindarus in Pythiis hymno quarto, τὸν δ' ὁμῆρε, καὶ τὸν σπεύμενος πόρτῳ, ἄγγελον ἴσταν ἔφατι μάλιστα πρῶτον τι παρ' ἑστέ, id est, Quin ex Homeri dictis & illud conferens orna. Nuntium bonum ait honorem maximum in omni negotio ferre: Versus autem quem citat Pindarus, hic adfertur ab interprete:

Εὐλὸν καὶ τὸ πτόκτου, ὅτ' ἄγγελος ἀσιμα ἔδδ'. i.

Hoc quoq; præclarū est, ubi nuntius optima nouit. Extat autem Iliados O.

Machinas post bellum adferre.

Τὰς μηχανὰς μετὰ τὸν πόλεμον κομίζεν. i. Machinas post bellum adferre dicebantur, qui peracto negotio, sero adhiberent apparatus. Brutus in Epistola quadam ad Lycios, αἱ μηχαναὶ μὲν οὖν τῶν πόλεμων, ὡς ἡ παρομιμία, κομίζονται, id est, Vestrae machinae post bellum, uti proverbio dicitur, adductæ sunt. Adludit ad illud Platonis, quod alio reddidim' loco, ἔτις χεὶρ τοῦ πολέμου μεταλχέειν, id est, Ad istum modum oportet ad bellum accedere. De Melitide dicitur suo loco, quem aiunt in Troiam venisse, quo Priamo ferret suppetias, ciuitate iam capta.

Leuissima res oratio.

Κεφάλαιον πρῶτον λόγος, id est, Leuissima res oratio. Synesius in epistola quadam ad Theophilum, πρὸς τὴν αἰσώπικον γλῶσσαν, σέθενχεσθαι ἀδελφὶ προσηγορίῳ τῶν χειρῶν, καὶ τὸ τοῦ λεγόμενον, κεφαλῆς πρῶτον, βραχυτάτῳ τιμωρίῳ ἔξειττε, id est, Homo præcipiti lingua cum incidisset in uirum manu magis præcipiti, iuxta id quod dici solet, rei leuissimæ nempe sermonis, grauissimas pœnas dedit. Porro quod Synesius adducit, propemodum videtur esse apud Platonem lib. de legibus 4. ἡ δὲ καὶ τῶν καὶ πλεονῶν λόγων βραχυτάτη ἐστὶν, id est, Propterea quod lenium ac uolatilium verborum grauissima sit pœna. Refertur & apud Plutarchum in libello περὶ ἀρετῆς, ex auctore Platone. Apud Homerum passim obuium est illud,

Εὔτε πεισθὲντα προσέειπε.

id est,

Verba volucra dixit.

Verba alata cognominat, quod facile euolent, ac reuolare nesciant. Proinde Horatius,

Et semel emissum volat irreuocabile verbum.

Eam sententiam citat ex Menandro,

Οὐτ' ἐκ χειρὸς μετὶντα κερταρὸν λίθον

ῥᾶν κατὰ χεῖρ, ὅτ' ἀπὸ γλώσσῃς λόγον.

id est,

Nec durus ulli emissus e manu lapis

Neque sermo lingua, facile compesti valet.

Alibi indicauimus ἀπὸ τῶν λόγων dici Græce, id est uerba sine pennis, quæ premit apud se qui audiuit, nec sinuit ad alios euolare.

Non omnia eueniunt quæ in animo statueris.

Homerus Iliados Σ.

Αἶψ' ὁ Ζεὺς ἀδράκων νόμαται πάντα πλαντᾷ. id est,

Iupiter haud quidquid animo conceperis, illud Perficit exemplo.

Pindarus in Olympiis,

Ραχὰ δὲ ἀδρόποις παρὰ νόμον ἔπασσεν. id est,

Multa mortalibus præter animi sententiam eueniunt,

quod ipsum citauimus & alibi. Recte utemur, quoties significabimus, non euenire protinus quidquid spe votisq; conceperimus.

Murem ostendit pro leone.

Νῶ ἀντὶ λείοντος ἀπέδρα, id est, Murem pro leone ostendit, proverbiali schemate dictum, pro eo quod est, ingētia pollicitus & fortia, longe diuersa exhibuit. Synesius in epistola quadam ad Anastasium, ἐκ κεραυνῶν ὅδ' αὖτ' ἐξ ἐπὶ καὶ τρεῖς καὶ πέντε ἀμύχας λαοδρησάμενος, καὶ πάντα ἐπαγατηνόμενος ἀπὸρ ἀνιέρηδαι καὶ παρ' ἐμῶν, πάντες αὖ ἐτιμωσάμην, ἀπέδρα τὸ κατὰρμα μὴ ἀντὶ λείοντος, id est, Cum inclamasset in illum bis aut ter, ac de plaustro, quod aiunt, conuictus insectatus, nihilq; non in eum esset uociferatus, cum eiusmodi uel a meipso dicta fuisse, maximi fecerim, deinde murem pro leone exhibuit scelus. Sumptum apparet a bestiariis, qui ridiculi gratia multa polliciti, quasi leonem immanem & insolitæ magnitudinis emissuri, uno murem emittunt in caueam.

Inuicem & inuidus vicinorum oculus.

Αἰκίρπυς in epistola quadam ad Encymonem, δυνάμει καὶ βέλτερος ὁ γειτνών ἀφελόμενος φρενὶ ἢ παρομιλίᾳ, id est, Inimicus & inuidus vicinorum oculus, ut dictum est proverbio. Extat autem apud Aristotelem libro Rhetoricorum 2. Vicinus inuidet vicino, iuxta Hesiodi sententiam. Nec inuidemus iis a quibus longo absumus intervallo, sed quos propemodum speramus adsequi. Vnde Flaccus,

-Inuidia, quia maior.

Et alibi,

Et iam dente minus mordeor inuido.

Bona terræ.

Τὰ τ' ἡγεῖται ἀλά, id est, Terra bona. De bonis & immensis & omnigenis, quasi dicas, quidquid terra progignit, omnium rerum parens. Menander in epistola ad Glyceram, βασιλικὸς ἐπιχρύσεος τὸ δὲ λεγόμενον τοῦ το, τὰ τ' ἡγεῖται ἀλά, id est, Regaliter pollicens, iuxta illud quod vulgo dicitur, terræ bona. Finitimum illi, Montes auri pollicens.

Palumbem pro columba.

Φάππας ἀντὶ περισσῶς, i. Palumbem pro colūba, subaudi verbum ad sententiam accommodatum. In epistola Mormæ cuiusdam ad Chremetem: αὐτοῖς δὲ λυσταμῶσιν ἔτυχον ὅσον, νόμῳ δὲ σολῶ αὐτῇ περισσῶς ἐπέε νῆμα μοι φάππας ἀντὶ περισσῶς φασίν, ἑταῖρα ἀντὶ νόμῳ, id est, Redemptam tibicinam quam forte amabat, sponsaq; stola amictam mihi induxit columba loco palumbem, ut aiunt, meretricem pro sponsa. Vfus est Plato in Theæteto, λαβόντων φάππας ἀντὶ περισσῶς, i. si velut accipiat palumbem pro columba. Error est in re, nō in ipsa sciētia. Palūbes aut colūbis sunt ad similes. Cōueniet, ubi quod deterius est, & adulterinū pro eo quod est præstātius ac legitimum supponitur,

Cilix haud facile verum dicit.

Κίλις οὐδ' ἀπὸς ἀλυσθῆναι, i. Cilix haud facile uerū dicit. Dionysius in Epistola ad Rusticum scholasticum, λόγος ἐστὶν παλαιός

παλαιός, μὴ ῥ' αἰσὶν ἀληθεύειν τὸς κίλικας, i. *Vetus*
verbum est, Cilices haud facile verum dicere.
Quamquam ἀληθεύειν aliquoties est re praestare quod di-
xeris. Quadrabit in hominem avidum lucri, & ob id
sapenumero dicentem non quæ vera sint, sed quæ vti-
lia. Natum adagium a moribus eius gentis, quo nomi-
ne nunc vulgo notant Vltratraiectinos.

Culicem elephanti conferre.

Κόρυς περὶ ἐλὶ φαντί, περὶ βέλῳ, id est, Culicem elephanti
conferre dicuntur, qui minima maximis comparant.
Libanus ad Casilium, τὸ δὲ ἐμὸν τῷ τῷ, οἷον καὶ ὁ ἐλ-
αῶντι περὶ βέλῳ, id est, Ego vero perinde sum,
quasi culex cum elephante collatus. Huius generis
est & Vergilianum illud,

Sic canibus catulos similes, sic matribus hædos
Noram, sic parvis componere magna solebam. &
- Si parva licet componere magnis.

Dum clauum rectum teneam.

Ὅν κ' clauum rectum teneam, id est, dum meo fungar of-
ficio. Significat autem, non imputandum euentum pa-
rim prosperum artifice, modo is præstiterit quod artis
est, Quintilianus libro 2. Institutionum, proverbiale
fuisse demonstrat. Nam & gubernator, inquit, vult
salua naue in portum peruenire: si tamen tempestate
fuerit obrepens, non idcirco minus erit gubernator, di-
cetq. notum illud,

Dum clauum rectum teneam.

Videtur hemistichium e poeta quopiam sumptum. Nō-
nulli citant ex Ennio,

Dum clauum rectum teneam nauimq. gubernem.
Huc adlusit Marc. Tullius libro Epistol. famil. 12.
Vna nauis est iam bonorum omnium, quam quidem
nos damus operam, ut rectam teneamus, utinam
prospero cursu. Sed quicumque venti erunt, ars no-
stra certe non aberit. Idem Pindarus Pythiorum
hymno 1. ὅν κ' αὖ δὴ καὶ περὶ αὐτῶν εἴρηται, id est, Guberna-
iusto clauo exercitum.

Incus maxima non metuit strepitus.

Ἀκμὸν μέγιστος δ' φοβέται τὸς φόρυς, id est,

Nihil tumultus metuit incus maxima.

Excelsus animus non commouetur minis, aut fortuna
sauiensis procellis. Translatum ab incendiis fabro-
rum ætariarum, quæ tametsi hinc atque inde tundan-
tur crebris malleorum ictibus, tamen haud ullaquam
loco commouentur. Vergilius huiusmodi constantem
animum querno robori similem facit; Idem de animo
inexorabili,

Quam si dura silex, aut flet Marpesia cautes.

Extat apud Græcos distichon integrum huiusmodi,

Ἀκμὸν μέγιστος δ' φοβέται τὸς φόρυς,

Καὶ τοὺς ἐχέτω πρὸς αὐτὸν ἰλκσσα βίαν. id est,

Strepitum ac tumultum maxima incus haud timet,
Constans nec animus quamlibet violentiam.

Veneri suem immolauit.

Ἀφροδίτην ὅν τιδ' αὖ, id est, Veneri suem immolauit. Dicit
solitum, ubi quis munus offert minime gratum. Inuisus
enim Veneri suus propter Adonidem illius amasium apri-
dente peremptum. Aut contra, cum quis alium in

gratiam alterius ledit. Quemadmodum caper macta-
tur Libero, non quia gratus, sed quia nocuit.

Non licet bis in bello peccare.

Ἀμαρτὴν ἐκ ὧσιν δ' ἴς ἐκ' ἀλλήλων, id est, In bello bis errare
non licet, in rebus periculosis non tutum est labi. Nam
si semel erretur, ædum est de capite, nec est secundo er-
rori locus. Vel quod in bello, quia cuncta tumultu pe-
ragantur, non detur spacium renocandi restituendiq.
si quid perperam sit institutum. Vnde Homerus, cum
alibi, tum Iliados P.

Ὀλίγη δ' ἔ' ἀλλήλων περὶ μάχης.

id est,

At uero exigua est interpretatio belli.

Proinde in his rebus, in quibus si semel erratum fue-
rit, non est quod in posteris sarcias, cautim ac circūspe-
cte agendum, admonente vel Mimo illo non infestius:

Deliberandū est diu, quidquid statuendū est semel.

Huc pertinet quod a Catone citat Vegetius. In aliis
rebus si quid erratum est, potest postmodum corrigi,
prætorum delicta emendationem non recipiunt, cum
statim pœna sequatur errorem. Aut enim confestim
pereunt qui ignaue imperitq. pugnaverunt, aut in su-
gam versi, uictoribus ultra pares esse non audent.
Adagium videtur natum ex apophthegmate: cum La-
machus quendam manipuli ducem increpasset, quod
perperam quiddam eisset, isq. responderet, se non ite-
rum commissurum quod commiserat: In bello, inquit
Lamachus, ne licet quidem peccare bis: quod primus
error sæpe uitam dimat.

Panidis suffragium.

Πανίδας ὧσιν, id est, Panidis suffragium. In eos torque-
batur, qui stulte atque incrudite iudicarent. Auiunt
Panidem hunc Chalcidis regem fuisse, qui Hesiodum
Homero prætulit: perinde quasi dicas, Midæ suffra-
gium, quod is quoque Panis agrestem cantionem ante
posuerit Apollinis musicæ. In genere conueniet in iu-
dicia vulgi, cui sere semper pessima pro optimis pla-
cuerunt. Huius suffragiū Menandrum aliquoties su-
perauit Philemon. Euripides cum quinque & septua-
ginta tragædias scripserit, in solis quinque vicit. Pli-
nius ætate sua de recitatoribus scribit: Si quando trā-
sibus, inquit, per basilicam, & uoles scire quomodo
quisq. dicat, nihil est quod tribunal ascendas, nihil
quod præbeas aurem: facilis diuinatio, scito cum pes-
sime dicere, qui laudabitur maxime. Quapropter
Socrates in Critone Platonis, illud in primis vult esse
sapienti fixum decretumq. ne quid opinione vulgi cō-
moueatur, immo suspectum habeat, quidquid senserit
vulgo vehementer adridere. Scitum est illud Antisthe-
nis apud Diogenem Laertium, cui cum dixisset quispiā
Multi te laudant, Quid, inquit, mali feci? Huic simili-
tum quod Plutarchus in Apophthegmatis refert de
Phocione, cui dicenti cum populus Atheniensis præ-
ter morē alacribus studiis adfentiretur, conuersus ad
amicos, Quid hoc, inquit, est rei? Numquid impru-
dens perperam?

Pattacione calumniosior.

Παττακίωνος συκοφαντὴς καὶ ὧσιν, i. Pattacione calumniosior.
Ab euentu natum. Nam Pattacion quispiam infamis
calumniator, cui cum mos esset bonis viris calumnias

KK 3 Struere,

struere, atque hoc tam sædo questu parare rem, tandē deprehensus conuictusq. pœnis dedit capite. Huic præcipuum studium fuit, probati nominis iuuenibus negotium faceßere. Idem popularibus conuitiis lapidatus est, quod fur esset, & ædium perissor. Talis fuit apud Athenienses Hyperbolus. Refert Suidas.

Omni pede standum.

Ὅλας ποδὶ, id est, *Omni siue toto pede*, pro eo quod est, *summa*, ui, summoq. nisu. Refertur a Suida. Quintilianus Instit. orator. lib. 12. Itaque in his ætationibus, omni, ut agricolæ dicunt, pede standum est. Videri poterat traductum ab iis, qui in acie cōstāter partes suas tuentur, neque locum deserunt: aut a palæstritis, quorum artis est, scite pedem figere: nisi Quintilianus ab agricolis profectum esse testaretur.

Callum ducere.

PROVERBIALES metaphora sunt, Callum ducere, & occalleßcere, siquidem ad animum actorqueantur. Quintilianus libro 12. Et ingenio adhuc alendo callū inducere. Sæpicule legimus apud M. Tullium, occalluisse aures, cum assuetudo sensum mali adimit.

Extra organum.

QVINTILIANVS libro 11. Et his diuersa vox, & pæne extra organum: cui Græci nomen amaritudinis dederunt, supra modum ac pæne naturam vocis humanæ acerbæ. Extra organum dicitur, quod immodicum est, & extra vulgarem mensuram. Veluti si quis leges Platonis huius ætatis ciuibus proponeret. Ductum est ab organo musico, quod intra vigesimam vocem consistit. Conueniet item in vehementer clamosum.

Toto organo.

QVINTILIANVS libro 11. Est enim quædam ad auditum accommodata non magnitudine, sed proprietate ad hoc velut tractabilis: utiq. habens omnes in se qui desiderantur, sonos, intentionesq., & toto, ut aiunt, organo instructa recte dixeris, quæ numeris omnibus constant, & vndique quadrant. Sumpsum & hoc a musicorum instrumentis.

Vltra linum.

Υπὲρ τὸ λινόν, id est, *Vltra linum*. Lucianus in Ioue redarguit: Οὐδὲν γὰρ οὐ τοῦ γενεῖν ἄνθρωπος τὰ νόμιμα μοιρῶν οὐδὲν ὑπὲρ τὸ λινόν, id est, *Neque enim quidquam ita fieri poterit, præter Parcarum legem, & ultra linum. Ultra linum dixit pro eo quod est, extra decretum fatale*. Adlusum est autem ad filia trium Parcarum. Confine illi quod alias retulimus: ὑπὲρ τὸν ἀτράκτον, id est, *Vltra fustum*.

Omnia secunda, saltat senex.

OMNIA secunda, saltat senex Iocus proverbialis, quo conueniet vii, quoties res prius in periculum adducta, præter expectationem feliciter exierit. Seruius enarrans illum Maronis versiculum ex tertio Aeneidos libro,

Lustramurq. Ioui, votisq. incendimus aras:

adagium refert explicatq. his verbis: Sciendum sane moris fuisse, ut piaculo commisso, ludi celebrarentur. Nam cum iracundia matris deum Romani laboraret, & eam nec sacrificiis nec ludis placare possent, quidā senex stans ludis Circensibus saltauit, quæ sola fuit causa placationis. Vnde & natum prouerbum: Omnia secunda, saltat senex. Idem Seruius explicans locum eiusdem poetæ in Aeneidos 8.

Vt celsas videre rateis, atque inter opacum
Allabi nemus, & tacitis incumbere remis,
Terrentur visu subito, cunctiq. relictis
Consurunt mensis, audax quos rumpere Pallas
Sacra vetat.

Cum aliquando, inquit, Romæ ludi Circenses Apollini celebrarentur, & Hannibal nunciatus esset circa portam Collinam ingruere, omnes raptis armis concurrunt. Reuersi postea cum piaculum formidarent, inueniunt saltantem in circo se: em quendam, qui cum interrogatus, dixisset se non interrupßisse saltationem, ductum est hoc prouerbum, Salua res saltante senex. Verrius apud Festum Pompeium huiusmodi fabulam adfert: C. Sulpitio, & C. Fulvio consulib. M. Calpurnio Pisone prætore urbis faciente ludos, subito nunciato hostium aduentu, e foro ad arma concursus est. Sed postquam victores redissent in theatrum, ne ludi intermissi religionem adferrent, & instaurari oportere dicerent, inuentum est ibi. C. Pomponium libertinum hominem grandem natu, ad tibicinem saltasse. Itaque gaudio non interruptæ religionis editam vocem, nunc quoque celebrari. Sunt qui C. Volumnium arbitrarentur appellatum fuisse, qui ad tibicinem saltarit. Meminit huius & T. Liuius alicubi, ni nos fallit memoria. Huic finitimum est illud quod alio diximus loco, γλαυξ ἱππας, id est, *Noctua volauit*. Aristophanes in Vespis, Γλαυξ ἦν ἡμῶν πρὶν μάχεσθαι το σὺν δὲ ἱππας, id est, *Nostri enim ante præliū ulula peruolauit agmina*. Significat victoriam non virtute militum, sed Minervæ dexteritate contigisse.

Gladium dedisti, qui se occideret.

ADAGII formam habet, quod scripsit Plautus in Trinummio. Gladium dedisti, qui se occideret, id est, *mini strasti materiam & adiumentum ad perniciem*. Veluti si quis amanti adolescenti pecuniam det in manum: aut iuueni temerario mandet magistratum: aut mulieri permittat quo luceat eundi licentiam. Dedit & Aeneas Didoni gladium quo se occidit. Quo quidem loco multa Seruius, quæ nobis alio loco dicta sunt in pro uerbio, ἡ χεὶρ ἡ δόξα δόξα.

Alicenum arare fundum.

Ἀλλοτρίον ἀρεῖν ἀρουῶν, id est, *Alienum aruum arare*. Prouerbiali metaphora dictum est pro eo quod est, *alienum agere negotium, aut cum alienis vxoribus habere rem*. Theognis in sententiis,

Ἐχθαῖρα δὲ γυνὴ καὶ πορὶ δόμον, ἀνδρὰ δὲ μάργον,
Ὅς τινος ἀλλοτρίῳ βίβλητ' ἀρεῖν ἀρουῶν. id est,

Est iniusta mihi mulier vaga, inersq. maritus,

Alterius fundum quisquis arare cupit.

Plautus item de marito adultero, Fundum alienum arat, suum incultum deserit. Huic similis color est apud iureconsultos, Alienos irrigare agros, tuis sitiētibus.

tibus. C. de feruit. & aqua. cap. præfes. Durum est & crudelitati proximum, ex tuis prædiis aqua agmen ortum, sitientibus agris tuis, ad aliorum usum, vicinorum iniuria propagari.

Fluius, quæ procul ab-
sunt, irrigat.

Ῥοταμὸς τὰ πῶρ' ἔξω ποτίζων, τὰ δ' ἔγγιστον καὶ ταχέϊ πει, id est, Fluius quæ longe diffita sunt, irrigat, quæ proxima sunt, præterit. De his dici conuenit, qui bene merentur de externis & nihil ad se pertinentibus, suos negligunt. Refert Diogenianus. Apparet inde ductum, quod ubi fluius oritur, minor esse solet, minusq. argilla secum trahens: & quo longius recessit a fonte, hoc est copiosior uberiorque.

Magno flumini riuiulum inducis.

Ῥοταμῷ μεγάλῳ ὀχετὶ ἵπτεαι, id est, Magno flumini canale inducis, id est, maximis rebus pusillum & inutile momentum addis. Commemoratur a Suida. Finitimum est illis, Syluæ addere ligna, mari aquam, soli lucernam.

Nepatris nomen quidem dicere possit.

SYNESIUS in epistola quapiam aduersus Andronicum: ἀνδρώπῳς ἔκ' ἔχον ἑπὶ τὴν ὀνομασίαν πατρός, ἃ καὶ ἔδ' πατρός φασί, id est, Homo qui aui nomen dicere non possit, immo ne patris quidem, ut aiunt. Quadrat in uehementer obscuros & spurios, incertoq. patre natos. Quod genus est & illud Iuuenalis.

Quorum nemo queat patriam monstrare parentis. Unde Plutarchus existimat spurios dictos nothos, quod duabus his litteris prænotari soleant, s. v. hisq. si significari, sine patre.

Ne si bos quidem vocem edat.

ALCIPHON in epistola Glycæ ad Menandrum, ἀλλὰ τὸ πρὸς μὲν ἑλπίδι τὸ πρὸς μάταιον εἶναι, δ' ἑὶ βέλους, τὸ λεγόμενον, φησὶν εὐαγγελιστὴν αὐτῷ, id est, Hoc autem nullo pacto crediderim, ne si bos quidem fuerit eloquuta. Hinc dictum est, quod in annalibus frequenter commemoratur bos humanam uocem reddidisse. Legimus, nisi fallimur, apud Platonem non dissimili figura dictum, etiam si quercus eloqueretur. Nam olim e quercubus Dodoneis reddebantur oracula.

Aegæum nauigat.

Τὸν αἰγῶνα πλῆ, id est, Aegæum nauigat, ut subaudias κόλπον. Aelianus in epistola quapiam: Γεωργίαν καὶ μεθ' ἧν ἀπολεπὴν ὁ γέντων λάχης ἐπὶ τὴν νῆα, καὶ πλῆ τ' αἰγῶνα φασί, καὶ ἄλλα πελάγει μετρεῖ, ἡλικυματίζει, καὶ λάρυβιον (ἢ) ἀνέμοις μάχεται διαφόροις, id est, Vicinus Laches relicta agricultura & agricoltationis usu, nauem conscendit, atque Aegæum, ut aiunt, nauigat, reliqua q. metitur maria, & in fluctibus agens, lari vitam uiuit cumq. variis ventis dimicat. Persius item in quinta Satyra,

Ocyus ad nauem, nihil obstat quin trabe vasta

Aegæum rapias.

Arbitramur hoc mare ceteris esse periculosius ob frequentes scopulos. Hinc est illa M. Tullii metaphora, in Diuinatione: Intellego quam scopuloso difficilique loco

uerfer. Nec infrequens est apud Hieronymum, E scopulosis locis enauigauit oratio, quoties sentit expeditam quæstionum difficultatem. Quadrabit igitur in hominem ob lucri studium nihil omnino periculi recusantem.

Liberi poetæ & pictores.

LVCIANVS in Dialogo quem inscripsit ὁ πρὸ τ' εἰκόνων. Κάτι παλαιὸς ἔτος ὁ λόγος, ἀνδρόνους εἶναι ποιητὰς καὶ γράφιας, id est, Atqui vetus hoc dictum est, liberos esse poetæ ac pictores. Idem in Demosthenis Encomio, τὸ μὲν δὲ ποιητικὸν φῶλον ἐλπίδων, id est, Atqui poeticum genus liberum. Sentit autem liberum esse poetis et pictoribus impune, quidquid velint fingere. ἰνόνων Græcis est causa siue accusatio. Magistratum itaque de quo cogebatur rationem reddere qui susceperat, ὑπεύθυνον appellabant, Liberum autē & de quo non exigebatur ratio ἀνδρώπῳς. Indicat hoc Aeschinis oratio aduersus Ctesiphonem. Diphilus apud Athenæum libro 6. de poetis,

ὅς ἐστι

ἔστιν ἅς ἐν ἅπαντα καὶ ποιεῖν μόνος.

id est,

-Quibus licet,

Et facere solis quidlibet atque dicere.

Ad quod adlusit Horatius, cum ait,

-Pictoribus atque poetis

Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Nam poetæ numine aguntur, eoq. illis frustra præscribas. Seneca libro. De vita beata 1. Siue Platoni, inquit, credimus, frustra poeticas fores compos sui pepulit, siue Aristoteli, nullum magnum ingenium sine mixtura dementiae fuit. Est autem plurimum cognatio nis inter poeticam & picturam. Hinc est quod Simoni des, auctore Plutarcho, τὴν μὲν γράφιας ποιεῖν σὺν πᾶσι καὶ πρὸς ἅνθρωποις, τὴν δὲ ποιεῖν γράφιας λαλῶσαι, id est, Picturam tacitam poesim appellauit: poesim autem loquentem picturam. Proinde Horatius,

Ut pictura poesis erit.

Torqueri potest in eos, qui pertinaci & obstinato sunt ingenio, quosq. necesse sit suis moribus relinquere. Aut in mulieres quibus nihil non permittitur, aut in principes quibus omnia laudi dantur.

Per transennam inspicere.

PER transennam inspicere, Prouerbiali nimirum figura dictum est, pro eo quod est, non propius neque singillatim, sed procul & summatim inspicere. Translatum a negotiatoribus, qui mercibus quas contrectari nolunt, cancellos obiciunt: quidam etiam vitrum pellucidum opponunt, ut prætereuntibus procul modo contemplari liceat: nec explicant eas nisi licitatori idoneo. M. Tullius De oratore libro primo: Si in aliquam domum plenam ornamentorum, vel in villam venisses: si ea seposita, ut dicis, essent: tuq. valde spectandi cupidus esses, non dubitares rogare dominum, ut proferri iuberet: præsertim si esset familiaris: similiter nunc petas a Crasso, ut eam copiam ornamentorum suorum, quam constructam vno in loco, quasi per transennam prætereuntes strictim aspeximus, proferat, & suo quidque in loco collocet.

KK

4

Ne

Ne de lite pronuncies.

M. TULLIUS libro epistolarum ad Atticum 7. Obsecro μήν δίκην, praesertim in te, a quo nihil unquam uidi temere fieri. Notauit Cicero carmen prouerbiale, quod citatur cum ab aliis multis, tum a Luciano libello De calumniis,

Μήτι δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφὶν μύθων ἀκρόσῃς, id est,

Ne iudex fueris, partes ni audieris ambas.

Nonnulli tribuunt Hesiodo, sed falso. Vnde Tullius ἄνθρωπος ὁ δὲ κενός: appellat, cum sit Phocylidis. Admonet autem non temere pronunciandum de quopiam, nisi re ultro citroque diligenter cognita. Citatur & apud Aristophanem in Vespiis:

Ἡ πεσοφὸς ὅν ὕσις ἰφασκε, πρὶν ἂν ἀμφοῖν μύθων ἀκρόσῃς,

Ὅκ ἂν δικάσῃς.

Sapiens fuit is, quisquis dixit,

Prius ac partem audieris utramque

Ne iudicem agas.

Eandem sententiam sic extulit Euripides in Heraclidis:

Τίς ἂν δίκην κρίνοισι, ἢ γνοίῃ λόγον,

Πρὶν ἂν περὶ ἀμφοῖν μύθων ἐκμάθῃ σοφῇ id est,

De lite qui nam iudices, aut qui queas

Pernosse rem, prius atque partem audieris

Utramque?

Adlusit huc Seneca in Medea,

Qui statuit aliquid parte inaudita altera,

Aequum licet statuerit, haud æquus fuit.

Fertur inter Græcicas sententias & hic senarius:

Ἀνέξετασον μὴ κέλας ἢ μηδὲν αἶμα id est,

Ne quempiam punito, rem ni expenderis.

Duobus pariter euntibus.

M. TULLIUS Epistolarum ad Attic. lib. 9. Vna fuisse semus, consilium certe non defuisset, τὸν τι δὲ ὄρχομινω. Idem Epistolarum familiar. libro 9. ad M. Varronem: uolebam prope alicubi esses. Si quid bonæ salutis. τὸν τι δὲ ὄρχομινω. Adposite citatur apud Platonem in Protagora, docens opinionem reddi firmiorem, si fuerit ab altero comprobata. Locus est apud Homerum Iliad. K. ubi Diomedes iturus exploratum, quid agant Troiani, comitem postulat. Id enim fore tum iucundius, tum tutius. Carmen sic habet,

Ἀλλ' εἰ τις μοι ἀνὴρ ἄμ' ἐπιοῖτο καὶ ἄλλος,

Μέλλων θαλπωρῆς, ἢ περσαλιώτῃσιν ἔσται,

Σύν τε δὲ ὄρχομινω, καὶ τι πρὸ τῶν ὀρέωνται,

Ὅππῃς κείδ' ἔσται, μούσῃς δ' ἐπὶ τῇ νόστῃ,

Ἀλλὰ τι εἰ θεῶν δὲ νόος, λείπῃ δὲ τι μὴ γίγῃ. id est,

At mihi si qui alius ueniat comes, ille futurus

Solamen, fueritq. simul fiducia maior,

Si duo coniuncti ueniant. Dein hic prior illo,

Si quid opus facto uidet. At qui solus & vnus,

Quamuis perspiciat, tamen est mens segnior illi, &

Consilium tenue.

Apuleius in libello De daemonio Socratis, autumat allegoriam non infrugiferam huic Homericæ subesse figmento, videlicet periculosis in rebus adhibenda duo consilium & opem. Ulysses quoniam prudentissimus fingitur, consilij symbolum habet: Diomedes, utpote iuuenis viribus antecellens, auxilij sustinet imaginem,

Apulei ex eo loco verba sunt hæc: Itidem cum rebus creperis & adflictis speculatores deligendi sunt, qui nocte intempesta, castra hostium penetrent, nonne Ulysses cum Diomede deliguntur: veluti consilium et auxilium, mens & manus, aninus & gladius.

Manu ferendum, non thylaco.

Τῇ χειρὶ δὲ πείρειν, ἢ μὴ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ, id est, Manu se mentem facere oportet, non autem tota corbe. Dicitur Corrinæ ad Pindarum poetam, ut auctor est Plutarchus in commentario quem inscripsit, ποτὶ τὸν ἀέλιω αἰὶ κατὰ πόλεμον, ἢ κατὰ σοφίαν ἐκδοῦναι. Modus in omni re seruandus, & pedetentim ab aliis ad alia transeundum. Ab agricolis ductum est: qui cum serunt, non semel effundunt ipso vase, sed manu rara spargunt semina, ut vniuerso aruo occupatio sufficiat. Ad eundem modum ita dispensanda est benignitas, ut multis suppeditare possis. Ita moderandus est labor in litteris, ut ad alia quoque vitæ munia suppetat animi vigor.

Gallos quid execas?

Γάλλους τί τιμῶς; id est, Gallos quid execas? Quid ætius agis? Nam Galli Cybelis sacerdotes sua sponte sunt execris testibus. Quid spolias nudum? Cur affligis afflitum? Quamquam id ad quamuis inanem operam significandam conueniet. Quemadmodum illa, Latrem lauas, Aetium agis.

Quanto asinis præstantiores muli.

THEOGNIDIS illud ipsissimam prouerbij faciem habet,

Γνοίης δ' ὅσον ὄντων κρείσσονες ἡμίονοι. id est,

Noris vii quanto muli asinos superent.

Dicendum ubi quis longo intervallo præcedit. Refer-

tur apud Athenæum libro Dipnosophistarum 7. Sumptum videtur ex Homero, cuius hi versus sunt Iliados x.

Ἀλλ' ἐπὶ δὴ ῥ' ἀπὲν ὅσον τ' ἐπὶ ῥ' ἀπὲν πέλονται

Ἡμίονων, αἱ γὰρ τι βλάῃν περσέειναι εἰσιν,

Ελκίμεται νεώσι βαθείας πικτ' ἀρότρων. id est,

Verum ubi tantum aberat, quærit pars ultima sulci

Mularum. Siquidem hæc bubus longe potiores

Ducere per pinguem segetem compactile aratrum.

Rursum Odysseæ b.

Τῶν δὲ εἰμὶ ὄχ' ἀρίστους ἐν κλυτόνῃσιν ἀμύμων.

Ὅσον τ' ὅς γε νεῶς οὐρεσὶ πέλει ἡμίονοι,

Τόσον ἐπεκπεροῖαν λαοὺς ἰκέδ' ἐλπίοντο. id est,

Hos cursu anteibat Clytoneus splendidus omnes

Quantum mularum sulcus præcedit in aruo

Tantum is præcurrrens populos, metam attingit, illos

A tergo linquens.

Olim bubus, asinis & mulis proscindebant arua. Aratrum igitur quod a mulis trahebatur, multo celerius perueniebat ad sulci finem, cum arator inuertit aratrum, quam quod trahebatur a bubus. Hesiodus item mulos ταλαφύγας vocat.

Ne quid suo suat capiti.

TERENTIUS in Phormione prouerbiali figura dixit, Ne quid suo suat capiti, pro eo quod est, ne quid mali illi conciliet. Expressum est ad illud Homericum Iliad. 6.

Ὅκ

Οὐκ ὅφελον τρώεσσι κατὰσπαμένην κακὰ ῥάτ' εἶναι,
An suere iniuisse non debebam mala Troiæ?

Idem Odysseæ τ.

Εἰναι τις ὅσ' σφιν κακὰ ῥά πομον ἀμφίεποντες
Ἐαυτοῖσι δόλοισι, π. id est,
Annium illis nonum mala iam suimus, tentantes
Fraudibus omnigenis.

Rursum Odysseæ π.

Τίη δέ σ' ἡλεμέχ' ὅθ' ἄν' αὐτὸν τι μέρον το
Ὶπ' ἴης, id est,
Cur tu Telemacho mortem suis, exitiumque?

Vestis virum facit.

Εἰματα αὖτε, id est, Vestis vir. Id hodie quoque vulgo tri-
tissimum est. Aiunt enim ad hunc modum. Vestitus
virum reddit, qui habet, induat. Idem affirmat Quin-
tilianus libro Instit. 8. Et cultus, inquit, concessus
atque magnificus, addit hominibus, ut Græco versu te
statum est, auctoritatem. Hunc autem versum, quem
citatur Fabius, opinamur esse illum apud Homerum
Odysseæ ξ.

Ἐκ ὅσ' τοι τούτωι φάτις ἀνδρῶν πρὸς ἀνδράων
Εἰδ' αὖ, id est,

Quippe homini ex istis surgit bona fama decusq.
Paullo inferius in eodem libro quantum momenti cul-
tus vestium adferat, ad conciliandam homini formam
dignitatemq., satis indicat, cum Nausicaam puellam
ita de Ulysse loquentem facit:

Ῥεῖδ' ὅσ' ῥ' ὅσ' δ' αὖ μοι ἀνέλιος δόξ' ἵστα,
Νῦν δ' ἐνίσσιν ἵοναι, τοῖς οὐρανὸν ὄρουσι χερσίν. id est,
Ante videbatur specie sædissimus esse,
Nunc diuis similis, magnus quos pascit Olympus.

Νῦν ante nudus, iam vestes nitidas induerat Ulysse,
ac protinus alius esse visus est.
Ἐξέτ' ἐπειτ' ἀπαυδὼν ἐκὼν ὡς εἶνα βαλάνης
Κάλλει καὶ χερσὶ σίλβαν. id est,
Deinde procul, veniens ad litora pontica sedit
Fulgescens forma, atque leporibus.

Teneri calidis balneis.

Ἀπαλοὶ θερμολυσίας, i. Teneri calidis lauacris, in molles
et luxu diffuentes dicebatur. Nam antiquitus ca-
lida balnea deliciarum nomine taxata fuisse, vel Ho-
merus testis est Odysseæ ι, inter voluptuariæ vitæ de-
licias ea commemorans,

Αἰδ' ὅμιν δαΐς τι φίλῃ κίεχ' ἵς τε χοροῖσι,
Εἰματ' ἑμμοιβὰ, λοιτρά τε θερμὰ καὶ δύναι. id est,
At semper cordi nobis, epulæq. choriq.,
Cantusq. et variæ vestes, et balnea calda,
Concubitusque.

Refertur adagium ab Eudæmo his quidem verbis,
Ἀπαλοὶ θερμολυσίας, ἀβροὶ μαλθακονύκας, id est, Teneri
calidis lauacris, delicati lectorum mollicie. Huc ad-
lusit Persius, cum ait,

Elisæq. nates labefactat forcipe adunca.

Dextrum pedem in calceo, sini-
strum in pelui.

Δεξιὸν εἰς ὑπόδημα ἀριστερὸν εἰς ποδὸν ἡλκῶν, id est, Dextrum
pedem in calceum, sinistrum in peluim. Subaudi ver-
bum ad sententiam accommodum mittit, aut ponit.
Suidas ex Aristophane citat, aitq. dici solere in eos

qui se norme commode ad rei præsentis conditionem
applicare, proq. loco, tempore, negotiis, aliam atq. aliâ
sustinere personam: Est autem carmen hexametrum
heroicum,

Dextrum in calceolo, leuum uero in podonipetro.
Podoniptrum vas, in quo pedes lauantur, unde et vo-
cabulum inditum a Græcis.

Dædali alæ.

Δαδάλου πτερά, id est, Dædali alæ: Dicitur solitum, ubi quis.
alioqui non satis idoneus ad negotium conficiendum,
artis alicuius, aut auxilij accessionem adiungeret. Aut
cum quis urgente necessitate, ad noua confugit consi-
lia. Nota fabula, quæ prouerbij ministravit occasiōē
nempe de Dædalo, qui nouo commento adfuit alis
elapsus est e manibus Minois.

Date mihi peluim.

Δότε μοι λεκάνην, id est, Porrigite mihi peluim, ubi quid
vehementer molestum esset, ita ut ferri iam diutius
non posset, peluim sibi porrigi iubeant, quasi præ bi-
le nausæq., et fastidio rerum uomituri: veluti si quis
orationem supra modum indoctam non ferens, aut so-
phisticis naniis offensus dicat, δότε μοι λεκάνην, id est,
Porrigite mihi peluim. Refertur a Suida. Extat au-
tem apud Aristophanem et Νεφέλας. Et Plutarchus in
Politiciis citat e Platone comico.

Dares Entellum prouocas.

DARES Entellum prouocas, et prouerbij speciem ha-
bet, et apud eruditos videtur in ius prouerbij cessisse.
Sic enim Hieronymus ad Augustinum, Memento, in-
quit, Daretis et Entelli. Conueniet uti, si quando qui-
spiam iuuenili temeritate lateffet aliquem, non perim-
de promptum ad suscipiendum certamen, uerum in-
tolerandum, si semel inierit. Qui senum ferme mos,
ut libenter suffugiant negotia, suscepta pertinaciter
gerant. Sumptum est ex 5. Aeneidos libro, ubi Da-
res quispiam iuibus fretus, et ferox iuuenta, ultro
prosilis in medium, quemuis ad certamen prouocat:
ad surgente nemine, deterritisq. reliquis, iam perinde
quasi victor, præmium flagitat ab Aenea. At Entel-
lus senex, et iam pridem ab huiusmodi genere certa-
minum sepiatus, instigante partim Aeneas, partim ve-
terum victoriarum memoria, tandem surgit cestibus
dimicaturus. Is diu suo consistens loco, iuuenem inso-
lentius circumsilientem tulit, donec frustrato ictu lap-
sus, pudore sic recanduit, ut Daretem iam longe impa-
rem plane confecturus fuerit, nisi eum Aeneas inter-
cedens eripuisset.

Ad cynofarges.

Ες κυνόφαρος, id est, Ad Cynofarges, prouerbiali conui-
tio dicebatur, quemadmodum εἰς μακαρίαν, et εἰς κόρα
κασ. Erat autem Cynofarges locus in Attica quispiam,
in quo nothi, spuriiq. exercebantur, cui nomē inditum,
ἀπὸ κυνὸς ἀργός id est, A cane albo, seu veloci. Nam
Græcis ea vox ἀργός, utrumq. significat. Qui colligit
historias ex orationibus stelioticis Gregorij Nazian-
zeni, tradit Cynofarges dictū ἀπὸ τῆς κυνὸς καὶ φαρος,
commutato κ in γ. Nominis causam hanc adscribunt.
Cum olim Diomus quidam Atheniensis, auctore Ste-
phano,

phano, nam Suidas Didymum ponit. sacrificaret Herculi, canis quidam albus, aut, ut alij dicunt, velox aquila, victimæ partem abreptam in locum quendam deposuit. Quo prodigio territus, cum deum consulisset, responsum est, ut eo in loco Herculi sacellum extrueret, in quem victima deportata fuisset. Nam cum Herculi placere. Porro, quoniam Hercules nothus fuit, utpote ex adultera natus, & tamen virtute suis diis æquum honorem adsecutus: idcirco visum est, ut inibi qui spurij fuissent, & neque patris neque matris nomine ciues, exercerentur. Nec abhorret ab his quod scribit Plutarchus in libello quem inscripsit ἐρωτικόν, Εἰ δὲ ἐν καὶ τῷ τοῦ πατρὸς διὰ καλὴν ὁρῶτα βῆλῳ καὶ νόθον ὁπποῦν εἰς κωδοῦς κερταπλῶτα, τῶν γυναικωνίτιν, μὲλλον δὲ ὁπποῦν εἰπὼν τινὰ ληροῖ γυναικὸν καὶ ὁρεῖν, ὅν οὐκ ἔστι μελέων καὶ θεοῦ τῶν περὶ τὴν πόλιν, id est, Quod si igitur hunc quoque morbum oportet vocare amorem semineum ac nothum, veluti in Cynosarges conicientem nos in muliebri conclaue, magis autem, sicut aquilam quandam dicunt gnesion, id est, ingenuam germanamq. ac montanam, quam Homerus nigram & venatricem appellat. Vnde uel contumelia caussa dicebatur, εἰς κωδοῦς κερτα, uelut in spurium, vel impre-cando, quasi dicas, in malam crucem. Postea consentaneum est hoc quoq. loco garrere cæpisse philosophos & sophistas. Nam Suidas testatur tria fuisse gymnasia, I. yceum, Cynosarges, & Academiā. Meminit huius rei & Plutarchus in Themistoclis vita quæ ait fuisse nothum. Erat autem extra portas Atheniensium Hercules gymnasium, quo spurij adolescentes sese cōferebant exercitij gratia, quod & ipse deus nothus ac matre mortali natus esset. Huc Themistocles adhuc adolescens arte pelliciebat & ingenuos aliquot adolescentes, quo paulatim tolleretur nothorum & legitimorum discrimen.

Cythnicæ calamitates.

Κυθνιώτικα συμφορὰ, id est, Cythnicæ calamitates. Zenodotus Aristotelem auctorem citat, Cythnios usque adeo diuexatos afflictosq. fuisse ab Amphitryone, ut in pro uerbiis abierint, κυθνωτικὰ συμφορὰ, pro maximis cladi-bus, & immensis calamitatibus. Est autem Cythnus ex insulis Cycladibus una, contra Dryopidem sita, teste Stephano.

Cythonymi probum.

Κυθωνίμω ἀχόρ, id est, Cythonymi dedecus. In hominem dicebatur vehementer infamem, scđiq. nominis, cuiusq. nomen iure supprimi debeat: vel ob malefacta, vel ob calamitates. Vnde & Græca vox a celando nomine dicta. Et hodie dissilitant vulgo, tegendam ollam, quoties inuimus scđius esse facinus, quam ut auctoris faciendā sit mentio. Auctor Zenodotus.

Cyziceni stateres.

Κυζικῆναι σκῆπτρα, id est, Cyziceni stateres. De re scite scalp-pta. Hoc enim subindicant πείροι μολόγοι. Nam hi nummi olim celebres erant, quod eleganter scalpri viderentur. Representabant altera parte Cybelen deorum matrem, facie muliebri, altera leonis imaginem at magis videtur fore locus prouerbio, cum hominem signifi- camus inæqualem, ac sui dissimilem: aut qui longe

aliud agat quam præ se ferat. Quemadmodum nummi Cyziceni ex uno latere Cybelen ostendebant effemi- natam, ex altero leonem. Stater is valebat 28. drach- mas Atticas, unde & de re magni precij videtur pos- se dici. Cyzicus autem erat ciuitas Propontidis. Qui- dam eiusdem nominis urbem ponunt in Sicilia. prouer- bij præter alios meminit Suidas.

Cyrnia terra.

Κυρνια γῆ, id est, Cyrnia tellus, dicebatur regio latrociniis infamis, cuiusmodi ferunt olim fuisse Cynnum. Est au- tem Cynus insula quædam ad boream opposita Iapy- giæ mellificio nobilis, auctore Stephano, verum ob la- trocinia fuit inaccessa nauigantibus. Plinius autumat hanc esse Corsicam, In Ligustico, inquit, mari est Corsi- ca, quam Græci Cynnon appellauere. Gens hæc & ho- die male audit. Prouerbiū non inepte detorquebitur in hominem alieni rapacem ac violentum. In colle- ctaneis Zenobij per Aldū editis reperitur, κυρνια ἄτη, id est, Cyrnia noxa.

Cinyræ opes.

Κινύρας πλεῖστες, id est, Cinyræ opes. De immensis diuitiis dicebatur. Simillimum illi, Mida opes, Nam huius re- gionem opulentissimam fuisse, Naso satis indicat Meta- morphoseos libro decimo.

Gratulor huic terræ, quod abest regionibus illis, Quæ tantum genuere nefas, sit diues Amomo, Cinnamaq., costumq. suam, sudataq. ligno Thura ferat floresq. alios Panchaica tellus, Dum ferat & myrrham.

Pindarus in Nemeis meminit Cinyræ prædiuitis, οὐκ εἶναι φουδωδὲς ὀλβίας ἀδέρωποι πέρμονώτερας, ὅπως καὶ κινύραν ἱβερὸν πλεῖστον ποντίαν ὁπποῦν κινύραν, id est, Deo fauente, felicitas hominibus stabilior, quæ sane et Cinyram opibus cinnulauit olim in marina Cypro. Pro uerbiis meminit & Plato lib. De legibus secundo, Εἰν δ' ἀρεὰ πλεῖστη μὲν κινύρα καὶ μίδω μάλιστα, ἡ δὲ ἀδίκαι, ἀδίκαια τὴν ἐν τῇ ἀδικίᾳ, id est, Quod si ditior quidē fuerit quam Cinyra aut Mida, sit autem iniustus, & miser est, & moleste uiuit. Suida in dictione καταγ-νέστω referat hunc ad modum, καταγνέστω τιβωνε βαδύτῳ, ὅτι τὰ κινύρα πλεονώτερον, καὶ τὰ ῥόδα γὰρ πλεονε-τρυνήδωτον, ὅπως τὸ ἡ παρομοίᾳ ὡς σοὶ πληρώσει δὲ πάλαι οὐ γινώσκεις, id est, Consenesce Tithono profun- dius, Cinyraditius, Sardanapalo deliciosus, ut in te compleatur prouerbiū, Bis pueri senes.

Minus de istis laboro quam de ra- nis palustribus.

Μῆλα μοι τ' τοιούτων εἶναι, ἢ πονεῖν τὸ τοῖς τίλμασι βατράχων, id est, Nihil maior mihi rerum istarum cura, quam ranarum in limo versantium. Prouerbialis hyperbo- le qua significamus nihil omnino ad nos pertinere ne- gotium. Recte dicitur & in obreſtatores, quorum oblocutiones dicemus nos fortiter contemnere. Siqui- dem rana tamen si assidue obganniant, oblatrentq. præ- tereuntibus, & odiosam illam cantionem iterent sine fine, βρεκικικ ἐξ κοῦξ κοῦξ, tamen nemo commouetur.

Cucurbita sanior.

Κολακώτης ὑγίειος, id est, Cucurbita salubrior. Suidas & Zenodo-

Et Zenodotus pro adagio referunt. Athenæus libro 3. citat hunc versiculum ex Epicharino,

Υγίαιεν τ' ἢ ἐν τῇ κολοκύθῃ πολὺ. id est,

Eratq. longe sanius cucurbita.

Versus Græcus constabit si legas ἵτις. Nam ut nos adduximus, habetur in Athenæo edito per Aldum. Unde sit natum, non indicat. Proinde diuinandum id inde ductum, vel quod cucurbita non facile læditur acris vitio, propter crustum quo tegitur, id quod ea variis remediis efficax esse perhibetur, quemadmodum indicat Dioscorides libro 2. Item Plinius lib. 20. cap. 3. Nec una tantum species ad remedia valet, & sativa quam Græci κολοκύθη appellant: valet inanis intus sylvestris, quam Græci σιμφων, ut ait Plinius, dicunt. valet & sativa minor κολοκωτίς quasi dicas cucurbitulam. Nobis videtur non absurde ductum hinc prouerbiū, quod cucurbita undiq. turgeat integra, nec rimis biens, nec uermiculis obnoxia. Est autē integritas & obsecitas corporis, sanitatis argumentum. Cognatum illi quod alias recensimus, κρότωνος ὑγιέστερος, id est, Crotone salubrior.

Cum deo quisq. & gaudet & flet.

Ξὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ χαίρει καὶ ὠδύρεται. id est,

Deo volente, quisq. ridet atque flet.

Admonet adagium rerum humanarum celerem esse commutationem, neque in nobis situm, ut res perpetuo secundæ sint, verum viciumq. fortunæ l. b. u. fuerit, uel secundis rebus attollimur, uel aduersis affligimur. Extat hic versiculus apud Sophoclem in Aia ceflagellifero. Idem sibi vult illud Euripideum ex Iphigenia Aulidensi,

Οὐκ ὡς πᾶσι σ' ἐφύθον ὁ ἀρχαῖος,

Ἀράμιμον ἀτρεῖς.

Δὴ δ' ὅτε χάρει καὶ λυπῶμαι.

Θυτὸς ὅρ' ἐφύε καὶ μῦθος εἰλῆς.

Τὰ θεῶν ὅτω βεβλήμεθα ἔσται. id est,

Non te seuit ad omnia læta

Agamemnon Atreus.

Gaudere atque dolere necesse est.

Mortalis enim es. Sin tu nolis,

Tamen eueniet, sic diis placitum.

Cum deo sit Græcis, quod sit fauente numine. Contra, sine deo, quod absque deorum fauore. Pindarus in Pythiis hymno quinto, δ' ἐὼν ἀτρεῖς, id est, Non sine diis. Idem eiusdem operis hymno nono,

Οὐκ ἔστι δ' ἐν ἐργασίᾳ ἀδ' ἐὼν πράξις ὁδοῖτε βεβλήμεθα. id est,

Velox actio iam diis accelerantibus breuesq. via.

Rursus hymno decimo,

Οὐδ' ἐν τελευτῇ σου,

Οὐδ' ἐν ποτὶ φωνῇ σου ἔμμεν ἀπίστον. id est,

Cū dii peregerint, nihil videtur esse incredibile.

Et Vergilius,

Haud equidem, sine mente reor, sine numine diuū.

Ita quod præter spem ultro obtingit, diuinitus fieri dicitur. Aristoph. in Equitibus,

Ἀλλ' ὅδ' ἐπεὶ πρὸς ὁρᾷται

Ὡς περ καὶ τὰ θεῶν εἰς ἀγῶνιν. id est,

Sed ipse in concionem prodit huc

Tamquam deo volente.

M. TVLLIVS in Verrem actione quinta, Qui Metello

diuinitus hoc venit in mentem? Et Horatius libro 3.

Oda 4. Non sine diis animosus infans. Et σὺν τοῖς μούσῃς, id est, musis fauentibus, σὺν τοῖς ἐσθίῃς, id est, diis bene iuuantibus. Festiuium est quod de Stratonico refert Athenæus libro 8. Is cum esset parum insignis citharædus, haberetq. in ludo suo nouem Musarum imagines, & Apollinis unā, discipulos duos, rogatus a quopiam quot haberet discipulos, σὺν ἐσθίῃς, inquit, δῶκεν, ludens amphibologia. σὺν ἐσθίῃς. accipi potest, annumeratis diis fauentibus. Porro veteres præcipuum numen tribuebāt fortunæ, cui tribuitur quidquid felicitat aut secus euenit: de qua Demosthenes in oratione ad Philippi epistolam, μεγάλη ὅρ' ἐστὶν, μάλλον δὲ τὸ θάνατον ἢ τὸ χεῖρον ἐστὶν πρὸς ἀπὸ τοῦ καὶ τὸ ἀνέροισιν πρὸς γυμναστικῇ, id est, Magnum enim momentum, immo verius totū est ipsa fortuna ad omnes hominum actiones. Item Aeschines in Apologia, πᾶσι παρέχεται βίαια. ἢ τὸ χεῖρον πᾶσι τὰν ἐνὶ κοίτῃ, id est, in fortunæ manu sunt omnia.

Cum Coryco luctari.

Πρὸς κορυκὸν γυμναστικῇ, id est, Aduersus Corycum luctari dicebatur, qui sumeret inanem operam. Opinamur Corycum palestrien fuisse quempiam inuictum. Nisi malimus Corycum esse manticam coriaceam, ut adagium ad fine sit illi, Vtrem vellis. Verum hoc sensu Hesychius scribit per ω et υ. Suidas scribit per ο & ι. Porro talis pugnata est Apuleio in Thessalia.

Curetum os.

Καρετὸν σῖμα, id est, Curetum os. Dicitur solitum, si quando quis numine afflatus loqui videretur, propterea quod Curetes Cybeles comites furore quodam sacro perciti, diuinare viderentur. Refertur a Zenodoto. Meminit & Hesychius.

Melius nobis est quam heri.

PROVERBIALEM habere figuram videtur illud Aristophanis in Pluto,

Ὡς ἀνὴρ ἰδὺν ἄμεινον ἢ χεῖρος πρὸς πόρον. id est,

O Blesideme melius atque heri mihi est.

Cum significamus fortunam in melius commutatam. Itē illud Theocriticum, quod alio citauimus loco,

Τὰ χ' αὐρίον ἔστι τ' ἄμεινον.

Melius cras forsitan habebit.

Nam heri & cras, pro præterito futuroq. tempore posita sunt.

Cretenses sacrum.

Οἱ κρητικὲς τῷ εὐσθίῳ, id est, Cretenses sacrum, subaudi faciunt, aut simile quidpiam. Adagium Zenodotus ad huiusmodi refert fabulam. Tempestate iactatus Agamemnon, delatus est in Cretam, ingressusq. Polyrrhen (nam id est Creta insula oppidum, ab ouium copia sic appellatum, auctore Stephano) rem diuinam fecit. Interea vero captiui consensu nauibus aufugerunt. Quæ res cum illi renunciaretur, fertur dimidiatum & imperfectum sacrificium, & iam incensam victimam reliquisse, curriculoq. ad maris litus properasse, perturbatum maiorem in modum, animoq. consternatum. Ibi vix vnā reperisse nauem reliquā qua deuectus est, multum imprecatus malorum eius insulæ cultoribus. Vnde si qua res per tumultum, ac turbulente fieret, κρητικὴν εὐσθίαν, id est, Cretense sacrum vocabant.

Vnice amās dederat cui musa bonumq. malumque.
 Extat aut hoc carmen Odyssæ 6. De Demodoco. Rur-
 sum Pindarus hymno 5. πόνων δ' οὐτις ἀπόκαρσις ἴσιν,
 οὐτ' ἰσμεν, id est, Laborum autem exors nullus est nec
 erit. Ac mox τα καὶ τὰ νίμων, id est, hæc sortiens, vide
 licet bona cum malis. Interpres adducit & alium Pin-
 dari locum, qui est in Pythiis hymno 3. ὃ παρ' ἰσλὸν
 πόνων σὺν δύο δ' αἰώντων βροτοῖς ἀδύνατοι, id est, Ad
 unum bonum duo simul mala partiuntur mortalibus
 immortales. Adducit & illud Homericum, quod alibi
 retulimus ex Odyssæ 6.

Δοιοὶ ὅτι πῖλοι κατὰ κέρας ὃς δὲ οὐδ' αὖ, id est,

Dolia namq. Iouis duo sunt in limine posita.

Huc pertinent & illa de quibus nobis alias dictū est,
 ubi mel, ibi fel: ubi vber, ibi tuber, & huius generis
 alia. Nec alienum arbitramur ab hac sententia, quod
 prisca Romani duas diuas coluerunt, Angeroniam
 atque Volupiam, alteram ab angoribus dictam, alte-
 ram a voluptate, & Angeronia quidem pontifices in
 sacello Volupie sacrum faciunt, significantes dolores
 ac voluptates in vita hominum inuicē mixtas esse.
 Addunt Angeronie simulacrum in ara Volupie fuisse
 collocatum, quod dolor comes sit voluptati, & vo-
 luptas dolori, hac figura, ut os habeat obligatum atq.
 signatum, hoc ænigmatē significantes, eos qui dolores
 & anxietates animi dissimulant, patientie beneficio
 ad maximam pervenire voluptatem. Huiusmodi ser-
 me Macrobius libro in Somnium Scipionis primo. De-
 sinam si Aeschyli versum adscripsero, quem Iulius
 Pollux libro sexto capite 11. testatur extare apud
 Aristophanem:

Ὁδυλλυγίας τ' ἀγὰ κοκκιῆς ῥόον. id est,

Et dulciter acre temperabis punicum.

Huius enim pomi grana gratam quandam habent acri-
 moniam. Ad eundem modum temperata est vita mor-
 talium.

Feliciū multi cognati.

Τῶν εὐτυχούντων πάντες ἐστὶ σοὶ γινώσκ. id est,

Cognatus vnus quilibet feliciū.

Id hodieq. vulgo dicunt, locupletum plurimos esse co-
 gnatos. Huc adlusit Terentius in Phormione, At si ta-
 lentum rem reliquisset decem, primus esses, memori-
 ter progeniem vestram vsque ab avo atque atavo pro-
 ferens. Pindarus in nemeis hymno 10. sic extulit γνώ-
 μων. Οἷχεται τιμὰ, φίλων πατρὸς φῶτι, παῦροι δ' ὅ
 πόνοι πῖσοι βροτῶν, id est, Perit honos, viro privato ami-
 cis, pauci autem mortales in rebus asperis fidi. Pla-
 to in epigrammate,

ἡ μόλις ἐγνώσκ

Τούτ' ἐπεὶ ὡς οὐδ' αὖτε οὐδ' ἔχοντι φίλος. id est,

An tandem expertus nosti verbum vetus illud,

Quod qui nil habet, huic nullus amicus adest,

Amantium iræ.

Τῶν φιλοῦντων ὀργή, id est, Amantium iræ. Vbi qui non ex
 animo indignantur inuicem, aut de iracundia neutiquā
 duratura. Terentius in Andria, Amantium iræ, amo-
 ris redintegratio est. Et iuxta Græcam sententiam,

ἐργὴ φιλοῦντων μικρὸν ἔχει χρόνον. id est,

Pusillo amantium durat ira tempore.

Atque huiusmodi diffidiola quæ non nunquam inci-

dunt inter amicos. modo absit amaritudo, quasi reno-
 uant amicitiam excusso diuturnæ consuetudinis tadio.
 Quod eleganter indicat & Mimius ille Publia-
 nus,

Discordia fit carior concordia.

Primum recte valere, proxima for-
 ma, tertio loco diuitiæ.

PLATO libro de legibus secundo, λέγεται ὅτι, ὁ ἀριστὸν
 ὑγιαίνειν, ὁ δὲ δεύτερον δὲ καὶ τρίτον δὲ πλοῦτος, i. Aium
 enim optimum, ac potissimum esse bonam valetudinē,
 proximum formam, tertium diuitias. Meminit huius
 adagii aliis quoque locis. Stobæus citat hæc ex Scle-
 rio quodam, ὑγιαίνειν μὲν ἀριστὸν ἀνδρὶ ἐστὶ τῶ, ὁ δὲ δεύτερον δὲ
 φωνὰ καλὴν γινώσκω, τρίτον δὲ πλοῦτὸν ἀδύνατον, ἵνα τὸ πρῶτον
 τὸν ἀβὸν μὲν τὸ φίλον, id est, Bona valetudine esse opti-
 mum est homini mortali. Proximum specie honesta
 præditum esse. Tertium opes habere citra fraudem.
 Quartum ætate vigere cum amicis. Plato autem li-
 bro De legibus primo effert ad hunc modum, ἡγίαια
 μὲν ὑγιεινὰ καὶ δὲ δεύτερον, τὸ δὲ τρίτον ἔχον, τὰ τὰ τὸν
 δὲ πλοῦτος, ὁ δὲ τὸν ἀβὸν ἀβὸν, id est, Primum
 locum obtinet bona valetudo, secundum forma, tertiu
 robur, quartum opes, haud cæcæ, sed acutæ. Hic ordo
 votorum olim popularibus etiam cantilenis
 celebrabatur, teste Platone in Gorgia. Fertur inter
 Græcos sententias huiusmodi senarius:

Ὅτι καὶ ὑγιαίνει καὶ ἔσται ὁ δὲ βίος. id est,

Quam bene valere, melius in vita nihil.

Item alter huic, similis,

ὑγιὲς καὶ νόος ἔσται τῶ βίῳ δὲ βίος. id est,

Recte valere & sapere, duo vitæ bona.

Quo spectat etiam illud Iuvenalis,

-Ut sit mens sana in corpore sano.

Et Horatius.

-Valeat possessor oportet.

Aristo Sicyonius pæana scripsit in laudem sanitatis,
 ut refert Athenæus libro 15.

ὑγιὲς πρὸς βίῳ μακρόν

μὲν τὰς νόσους τὸ ἀσθενεῖν βίῳ τῶν,

σὺ δὲ μοι πρὸς βίῳ σὺν ἰσχυρὸς εἶς. id est,

Sanitas antiquissima deorum, Tecum vitam quod re-
 liquum est vitæ, Tu vero mihi propitia cōiūctrix esto.

Ac mox, μετὰ τοῖς μακροῖς ὑγιὲς, πέντε πάντες, καὶ ἀ-
 μνη χαρίτων ἴσας, Σίβου δὲ χάρις οὐτις ἀδύνατον, id
 est, Tecum diua sanitas florent omnia, ac renidet gra-
 tiarum ver. Absque te vero nemo felix. Aristoteles
 libro Rhetoricorum secundo, exemplum sententia, que
 non egeat epilogo, hoc est addita ratione, quod sic om-
 nibus persuasum sit, refert, Ἀνδρὶ δὲ ὑγιαίνειν ἀριστὸν ὅτι
 ἡμῶι δοκεῖ, id est, homini bene valere optimum est, ut
 mihi quidem videtur. Videtur esse senarius, sed cor-
 ruptus, Aristoteles Moralium ad Eudemium lib. 2. nar-
 rat aliquem in vestibulo templi, quod est in Delo Apol-
 linis, hanc scripsisse sententiam, Eidem non adesse om-
 nia, bonitatem, honestatem, ac iucunditatem: ac quod
 iustissimum esset, fecisse honestissimum, optimum au-
 tem bene valere, omnium vero iucundissimum, poti-
 ri quod quis amat. Philosophus vero felicitatem cum
 sit optima & pulcherrima, tamen eandem iudicat esse
 iucundissimā, Hæc enim diuidit vulgus, cū re vera sine

Ll coniun-

nam, in seditionem nos conicias. Sed seipsum adhortetur quisque, ne semper prae lente augens patinam, neque modis omnibus, praterito nasturtio & olea, ad faciem & piscem desciscens, ex repletione corpori seditionem concitet, ac tumultum & diarrhoeas. Crates eo detorsit dictum, ut appareret, poetam cuiuspiam, ut pertineat ad homines impendio sumptuosos. Adlusit autem ad morem plebis, quae solita sit excitare seditiones, si conspiciat optimates sibi praeponi. Nam a lopade adponebantur cibi lautiores, id quod licet colligere ex Luciani Saturnalibus. Lens legumen est vilissimum ac plebeum.

Pudebat recusare, & non audebant suscipere.

M. TULLIUS in epistolis ad Atticum versum hunc Homericum, cuius proverbialem non semel usurpavit, Αἰδοῦναι μὴ ἀνίστασθαι, Νίσσας δ' ὑποδύχου. id est,

Detrectare pudor, formido subire vetabat.

Quo licebit uti, quoties incidit eiusmodi negotium, ut aliud suadeat honestas, aliud utilitas: & decorosum sit non suscipere provinciam, rursus periculosum suscipere. Potest accommodari etiam ad illos, qui rogati neque negare audent ob pudorem, neque praestare tamen volunt quod rogantur, ob diversum animi vitium. Est autem hic versus apud Homerum Iliados II. Ubi Hector quemlibet e Graecorum ducibus ad singulare certamen provocat, & reliquis omnibus cunctantibus surgit Menelaus,

Οὐκ ἐφείδεις δ' ἄρ' ἐκ πάντας ἀκλῶν ἐκένοντο σιωπῇ,
Αἰδοῦντο μὴ ἀνίστασθαι, Νίσσας δ' ὑποδύχου. id est,

Sic ait, interea tenere silentia cuncti,

Detrectare pudor, formido subire vetabat.

Sphaeram inter sese reddere.

PLUTARCHUS in libello De cognoscendo profectu, μάλα πρὸς τὸ φιλόνομον καὶ δουρεῖ. ὅθεν τὰς συνήσεις ὑπὸ τῶν πεπαιγμένων τοῖς λόγοις, ὡς ἐν ἡμετέροις καὶ σφαιραῖς. ἰσχυροῦσι πρὸς ἀλλήλους, τῶν λατρεῶν καὶ κατεσκευασμένων, ἢ τῶν μακρῶν καὶ διδασκάλων χωρὶς, ἢ τῶν μακρῶν καὶ διδασκάλων χωρὶς, ἢ τῶν μακρῶν καὶ διδασκάλων χωρὶς. Maxime si questionum ambitio contentioque remittitur, sicque desinimus argumeta, seu lora sphaeraeque, sic vicissim inter nos redde te, ut magis gaudeam scribere aut deicere, quam discere aut docere. Est apud Platum Euthydemus, ὃ δὲ διονυσόδωρος ὡς ὁ περὶ σφαιραῖς καὶ ἐξ ἡμετέρων τῶν λόγων, πάλιν ἰσοχάζει τοῦ μετὰ τοῦ, id est, Dionysodorus tamquam sphaeram exceptum sermonem rursus iaculabatur in adolescentem. Meminit de lusu genere Iulius Pollux, libro de rerum vocabulis 9. Seneca quod Graeci de sphaera tradunt, ad pilae lusu refert, ostendens eam commoditatem requiri inter dantem beneficium & accipientem, quae est inter mittentem pilam & excipientem. Volo inquit, Chrysippi nostri uti similitudine de pilae lusu, quam cadere non est dubium, aut mittentis studio aut accipientis. Tunc cursum suum servat, ubi inter manus utriusque apte ab utroque & iactata & excepta versatur. Necesse est autem lusor bonus, aliter illam collusori longo, aliter brevi mittat. Eadem beneficii ratio est, nisi utrique personae dantis & accipientis apta tur, nec ab hoc exhibit, nec ad illum perveniet ut debet. Si cum exercitato & docto negotium est, audacius pilam mittemus: utcumque enim venit, manus illam expedita & agilis repercutiet. Si cum tyrone & indo-

cto, non tam rigide nec tam excusse sed languidius, & in ipsam dirigentis manum remisse occurremus. Idem faciendum est in beneficiis &c. In eodem libro aliquando post, Sicut in lusu est aliquid, pilam scite ac diligenter excipere, sed non dicitur bonus lusor, nisi qui apte & expedite remisit quam acceperat. Non dissimilis est, quem hodie pila vocant, cuius meminit Horatius.

Namque pila lippis inimicum & ludere crudis.

Athenaeus libro primo docet, σφαῖρα lusu olim dictum φαινύδα ἀπὸ τῆς φρίσεως τῆς σφαιρίδων, quae verba quid sibi velint, non satis intelligimus, magis arbitramur dictum, σφῶτε φάνομαι, quod sphaera missa emicet. Ibidem citatur carmen Antiphanes,

Σφαῖρα λαβὼν

Τὸ μὴ διδῆς ἔχεις, τὸν δ' ἔφθον' ἄμα,

Τὸν δ' ἐξέκρεσι, τὸν δ' αἰσινῶσα πάλιν,

Κλαυκτάσι φωνῇ.

id est,

-Sumpta pila

Gaudebat huic dedisse, at hunc fugit simul.

Excussit hunc, at rigeat alterum

Tuba in modum sonante voce.

Quadrabit adagium in eos qui se vicissim differunt incessant. Confine, sicut opinamur, illi Persiano,

Cedimus, in j. vicem praebemus crura sagittis.

Iuxta Senecae sententiam, quadrabit etiam in eos qui sibi mutuo adsentantur & colludunt in disputatione.

Animo agrotanti medicus
elatio.

CELEBRATUR hic versus apud Graecos proverbiū vice, citaturque a Plutarcho ad Apollonium:

Υγχεῖ νοσήσεις εἶναι ἰατροὶ λόγοι.

id est

Agroto animo medicus est oratio.

Sumptum adparet ex Aeschyli Prometheo,

Οὐκ ἐν προμνήδῳ τὸ τοῦ γινώσκαι, ὅτι

Οργῆς νοσήσεις εἶναι ἰατροὶ λόγοι.

id est,

Non hoc quidem te praeterit Promethee,

Morbo quod irae medicus est oratio.

Et ira, iuxta Stoicos, nihil aliud est quam furor brevis.

Iluc adlusit Horatius in epistolis,

Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem

Possis, & magnam morbi depellere partem.

Ex opinione Stoicorum, cupiditates animi morbos appellat. His philosophia medetur pharmacis verborum, id est, monitis salubribus. Et apud Terentium arguit sese Menedemus, qui non ut decuit tractavit agrotum animum adolescentis. Ut enim in corporum morbis pro ratione valetudinis, alia atque alia adhibentur pharmaca, itidem in animi malis non eadem adhibenda est oratio. Sed interim blandius monendum, interim acrius iurgandum, nonnumquam dissimulandum, & imprudenti pharmakon admonendum. Feruntur in eandem sententiam & hi senarii,

Λόγος ὅς ἐστι φάρμακον λύπης μόνος,

id est,

Dolori enim medetur una oratio.

Et,

Λόγῳ μ' ἐπεισας φάρμακον σφωπώτω.

id est,

Sermone flexisti optimo me pharmaco.

Et,

Ο λόγος ἰατροῦς τὸ κατὰ ψυχὴν πάθος.

id est,

Animo laboranti medicus oratio est.

Isocrates in oratione De pace, eleganter usurpavit hanc sententiam, ὑμᾶς δὲ χρὴ, πρῶτον μὲν τὸ τοῦ γινώσκαι, ὅτι τῶν πρὸς τὸ σῶμα νοσημάτων πολλὰ ἔσονται καὶ πένον-

πλάκα καὶ τὴν ἰατρὴν ἐνέρωται. ταῦς δὲ ψυχῆς ταῦς νοσέ-
σαι καὶ μετὰ τὴν πνεύματι ἐπιθυμῶν, εἰς τὴν ἀλλοφρό-
μακον, πλὴν λόγος οὐ τοῦτον τοῖς ἀμαρτανολογίαις ἐπι-
πλήθειν. ἰσχυρὸν ὅτι κατακλέσθαι ἐστὶ τὰς μὴ κἀνσας καὶ
τὰς ποικίλ' ἰατρῶν ὑπομείναι, ἵνα πλείονας ἀλγυδόνων ἀ-
παλλάξωμεν, τὰς δὲ λόγους ἀποδοκιμάζοντες πρὶν εἰδέναι σα-
φές, εἰ τοιαῦτα ἔχουσι τὴν δύναμιν, ὥς τ' ὁφείλωσαι τὰς
ἀκύνονται, id est, Vos autem illud in primis scire oportet
quod aduersus corporis morbos multa variaque re-
media a medicis reperta sunt, animis vero ægrotanti-
bus, ac prauis cupiditatibus oppletis, non est aliud re-
medium quam oratio quæ non vercatur errantes incre-
pare. Deinde deridiculum esse, cum medicorum ustu-
ris ac sectiones perferamus, ut a grauioribus crucia-
tionibus liberemur orationem reuicere priusquam liqueat
an huiusmodi vim habeat, ut utilitatem adferat audien-
tibus. Verum ut amica, salubris, & in tempore adhi-
bita oratio, remedium est efficax ac presentaneum, ita
sermo inanicus, aut pestilens, aut non in tempore di-
ctus, letale venenum est.

Si quid mali, in Pyrrham.

Εἰ τί κακόν, εἰς πύρρον. id est, Si quid mali, in Pyrrham,
subandandum recidat, aut abeat, aut eiusmodi quid-
piam. Ad hunc modum malum, si quod timeretur, de-
precabantur abominantes, & in hostium caput impre-
cantes. Vnde & illa figura Græcis pariter ac Latinis
scriptoribus familiaris, hostibus nostris hoc eueniat.
Ouidius:

Hostibus eueniant conuiuia talia nostris.

Idem tertio De arte amandi,

Hostibus eueniat tam sædi causa pudoris.

Idem libro tertio Fastorum,

Eueniat nostris hostibus ille color.

Idem libro secundo Elegiarum,

Hostibus eueniat vacuo dormire cubili.

Hostibus eueniat vita seuera meis.

Idem libro tertio Elegiarum,

Eueniat nostris hostibus ille pudor.

Rursum Vergilius libro tertio, Georg.

Dij meliora piis, erroremque hostibus illum.

Idem in 4. Aen. de Mezentio,

-Dij capiti illius generique referuent.

Propertius:

-Hostibus eueniat lenta puella meis.

Et Horatius in Odis:

Hostium uxores, puerique cæcos

Sentiant motus orientis austrum.

Et Terentius in Heautontimorumenos, in sene seipsum
excruciente. Au. obsecro te, isthuc inimicus fiet. Idem
in Eunuchos, Vtinam sic sint qui mihi male volunt. Ori-
ginem prouerbij tradunt huiusmodi. Quondam Pyr-
rhæos, quotquot erant finitimi, graui odio perseque-
bantur: unde si quod malum aliquando videretur im-
pendere, id abominantes, precabantur ut in Pyrrhæos
auerteretur dicentes, εἰς τὴν πύρρον. id est, In Pyr-
rhæorum regionem. Est autem Pyrrhæa, Lesbii insula
ciuitas, auctore Stephano. Est & altera inter Prienen
& Miletum. Nescimus an librariis sit imputandum,
quod Plutarchus in Conuiuio sapientum pro Pyrrhæa
refert Prienen. Verba Plutarchi sic habent, καὶ ὁ ἐλάς
καλῶς, καὶ τὴν κακὴν ἵππον αἰετὶς εἰς πύρρον. δὲ ἐλάς

ὁ θῖας, ὃς δὲ λυσεῖ αὐτὸς τὸ πρῶτον. id est, Ac Thales
ridens, siquid, inquit, mali, rursus in Prienen. Soluet
enim Bias, quemadmodum soluit prius. Nobis vide-
tur loci nomen data opera mutatum, quod Bias effes
Prienaus, ita ioco Pyrrina mutata est in Prienen.

In tuum ipsius malum lunam
deduces.

Εἰ σε αὐτὸ τὴν σελήνην κατέλιπε, id est, Aduersus te ipsum
lunam detrahis. Malefica mulieres incantamentis qui-
busdam lunam in terram detrahere credebantur anti-
quitus. Vnde Vergilius,

Carmina uel cælo possunt deducere lunam.

Et Horatius in Odis,

Per atque libros carminum valentium

Refixa cælo deuocare sydera.

Et rursus in Sermonibus,

-Lunamque rubentem

Ne foret his testis, post magna latere sepulcra.

Item Iuuenalis,

Vna laboranti poterit succurrere lunge.

Creditum est olim, huiusmodi sagas oculis ac pedibus
priuari solere. Aglaonice quæpiam, cum per Astrolo-
giæ cognitionem defectus præsciret, iactabat se lunam
e cælo detracturam in terram. Atque eius iactantia
pænas dedit, de quo dicitur in prouerbio, Lunam de-
trahere. Prouerbiū igitur hinc sumptum, dicebatur
de iis qui suis ipsorum artibus sibi malum accerferent.
Quod genus, si quis callidis rationibus effecisset, ut
accerferetur aliquis, deinde eueniret, ut ab eo quem ac-
cerferendum curasset, subuerteretur.

Coruus aquat.

Κόρυς ἀφ' ὕδατος. id est, Coruus aquat. Dici solitum, ubi quis
non citra negotium, citraque ingenium consequeretur
ea quæ cuperet. Aut ubi quis rem nouis ætatibus ten-
taret efficere. Ductum ab apologo de coruo cum siti-
ret, congestis lapillis aquam ex imo suo in summam
vasis oram euocante. Quod Plinius ut rem gestam
memorat libro decimo capite 44. sed probabilius uide-
tur, ut adagium referatur ad eam fabulam, quam Fa-
storum libro secundo narrat Ouidius ad hunc modum.

Forte Ioui Phæbus festum solenne parabat,

Non faciet longas fabula nostra moras.

I mea dixit auis, ne quid pia sacra moretur.

Et tenuem viuis fontibus adser aquam,

Coruus inauratum pedibus cratera recuruis

Tollit, & aereum peruolat altus iter.

Stabat adhuc ficus duris densissima pomis,

Tentat eam rostro, non erat apta legi,

Immemor imperij sedisse sub arbore fertur,

Dum fierent tarda dulcia poma mora.

Iamque satur, nigris longum capit unguibus hydrum.

Ad dominumque redit, sicque verba refert.

Hic mihi causa moræ. viuarum obfessor aquarum,

Hic tenuit fontem, officiumque meum.

Addis ait culpa mendacia Phæbus, & audes

Fatidicum verbis fallere velle deum?

At tibi dum lactens hærebit in arbore ficus,

De nullo gelidæ fonte bibantur aquæ.

Meminit huius & Hyginius, et Aelianus De naturis
animan-

animantiis libro primo, Proinde prouerbum magis videtur conuenire in cessatorem.

Conuenerat Attabas & Numenius.

Σωλήθων ἀπ' ἑαυτοῦ καὶ νουμηνίου. id est,

Coniunctus est suo Attabas Numenio.

Quidam legunt Attagas. Dicitur solitum quoties improbus aggregatur cum improbo. Diogenianus tradit hos insignem par furum fuisse. Meminit huius Diogenes Laertius in vita Timonis Nicei. Nam hoc prouerbio notabat eos, qui putabant intellectu attestante sensibus esse credendum, cum ipse nec rationi nec sensibus assentiendum putaret. Simillimum illi, quod alibi dictum est, Cum Bitho Bacchius.

Mali commatis.

Πονηρὸς κόμματος. id est, mali commatis, dicebatur improbus, contemptus & reiculus quispiam. Sumpta metaphora a reprobatis nomismatis. Aristoph. in Pluto:

Εἰκελὶδ' ὄναι τὴν πονηρὸν κόμματος. id est,

Videtur esse non probati commatis.

In sycophantam dictum, iam ad paupertatem famēque redactum, posteaquam Plutus oculos receperat. Inter pres ostendit, comina genus esse vilissimi nomismatis. Sonat autem perinde quasi dicas, male monetæ. Rursum in eadem fabula,

Οὐ γὰρ ἐκείνους τὰς πονηρὰς κόμματος. id est,

-Non erit

Illius esse hunc improbi commatis.

Apud eundem in Ranis, τῶν κακίστων κόμματος. Idem in Concionatricibus,

Καὶ κακὸν νόμοι τὸ κόμμ' ἰδέναι τ' ἐκείνους. id est,

At istud hercule comma mihi fuit malum.

Reddit caussam, quod cum abisset in forum empturus farinas, iamque peram supposuisset, præco clamauit, me quis reciperet areos nummos, sed argento venderentur omnia. Ad hanc formam pertinent etiam illæ, seu prouerbiales metaphors, καὶ βδ' ἄλλος ἀνέρωπος, & καὶ βδ' κλάσιν, pro eo quod est, imposturæ facere, & καὶ βδ' ἄλλ' αἰ, pro impostura, quæ voces reperiuntur cum alias frequentius, tum Platonis libro De legibus 11. si quis forte certius desiderabit testimonium. Proinde qui moribus sunt improbi, eos καὶ βδ' ἄλλος vocant, quasi dicas adulterinæ monetæ. Appositius autem ad oris figuram, morum & indolis indicem referetur. Siquidem quemadmodum nummus inspecta imagine cognoscitur illico, probatusne sit an adulterinus, itidem ex ipsa statura hominis forma deprehenditur ingenium, vel Euripide teste, cuius hæc sunt in Ione:

Γυνὴν δ' αὖ ὥς τὰ ποικίλα γ' ἀνέρωπων πέρι,

Τὸ ὄψιν τις εἰ πεφύκεται δυνάμεις. id est,

Plerumque species ipsa, simul aspexeris

Hominem arguit, generosus is sit, an secus.

Beneuolus trucidator.

Εὐνους σφακτίας. id est, Beneuolus occisor. Conuenit in hos qui cum summam adferant perniciem, tamen beneuolentia speciem admiscunt. Tractum aiunt ab Oreste, qui trucidata matre Clytemnestra, parentale conuiuium velut in illius honorem exhibuit. Quidam & ad Antigonum regem referunt, qui posteaquam Semelen e medio sustulisset, ossa tamen illius summo cum hono-

re curauit ad matrem deportanda. Sicut quibus magis placet, ut adagium ad Ptolemaum Philopatoris filium refertur: is matrem Brenicem in Palatio ipsius vinculis constrictam, Sosibio tradidit adseruandam, ubi illa non ferens eam filij contumeliam, sumpto veneno interit. At ille perturbatus insomniis, monumentum in medio urbis extruxit, quod nunc sepulcrum appellatur. In hoc una cum matre maiores omnes suos composuit, & inter hos Alexandrum Magnum. Nec hoc contentus officio vir pius, templum eidem constituit in Aegialis, cui nomen indidit, Berenices seruatricis. Hæc ferme Zenodotus. Confine est illud quod alibi recensimus, Intempestiua beneuolentia nihil a similitudine differt. Ita Flaccus,

Nil moror officium quod me grauat.

Nec parum scite dixit Ennius apud Ciceronem lib. Offic. 2.

Benefacta male locata, malefacta arbitrator.

Corytheo deformior.

Κορυθῶς εἰς χείρας. id est, Corytheo deformior. Aiunt Corytheum quempiam fuisse hominem insignite stultum ac vecordem, ad hoc forma infelicissima & dissimilimaque, cui liberi item fuerint omnes patrem referentes: unde vulgaris dictus est iocus in hominem bardum, ac perinde deformem. Refertur adagium a Zenodoto.

Contra torrentem niti.

CONTRA torrentem niti dicuntur, qui frustra certant cum iis, quos vincere non queant. Sumptum a natantibus, qui solent secundo natante flumine, maxime si torrens fuerit. Quod si contra nitantur, nihil promouerint. Usurpat hoc adagium Aurelius Augustinus in epistola quadam ad diuum Hieronymum. Et laudatur a Iuuenale Crispi prudentia, qui Domitiani violentia cōcesserit, et ingenio alioqui insanabili obsecundarit.

Ille igitur numquam direxit brachia contra

Torrentem.

Item Cuius:

Stultus ab obliquo qui cum discedere possit,

Pugnat in aduersas ire natator aquas.

Gregorius Theologus ad Eudoxium rhetorem; Τὸ δὲ μὴ βιάζεσθαι τὸ ὡς ποταμὸς καὶ ἡ παρρησία παύειν. id est, non esse cogendum fluminis impetum, docet etiam prouerbum.

Vsq̄ ad aras amicus.

Μέχρι τῶν βωμῶν φίλος εἶμι. id est, Vsq̄ ad aras sum amicus. Tamen si non est huius instituti quælibet apophthegmata colligere, tamen hoc ita commode dictum, et specie vsque adeo prouerbiali, præterea sic a magnis celebratum auctoribus, ut merito videatur in hunc ordinem cooptandum. Responsum est autem a Pericle, quem cum amicus quispiam rogaret, ut in causa quadam sua gratia falsum deieraret, δὲ μὴ ἵφην συμπεραίνει τοὺς φίλους, ἀλλὰ μέχρι βωμῶν. id est, Oportet me commo dare amicis, sed vsque ad aras, ita refert Gellius. Commodius refert Plutarchus in libello, περὶ δυνάμειος, μέχρι τῶν βωμῶν φίλος εἶμι. i. Vsq̄ ad aras sum amicus. Ad monet prouerbiū, non nūquā, quo consulamus amicorum commodis, eorūque voluntati more geramus, fas videri paululum a recto deflectere, verū eatenus, ne propter hominem amicū numinis reuerentiam violemus. Olim iurantes aras manu contingebat. Porro quatenus

Ll 3 &

et quousque sit ab honesto deflectendum amici causa, copiose, docteq. disputat Aulus Gellius libro nocturnarum Atticarum primo, capite tertio.

Codali chœnix.

Κοδάλι χœνις. id est, Codali chœnix, siue demensum. De magnis mensuris dicebatur, auctore Suida. Neque præterea quidquam super hac re mihi repertum est adhuc apud auctores. Coniectare licet, ortum a seruo quopiam edaci, cui chœnix fuerit alius capax, et hac arte fraudarit herum. In collectaneis quæ titulo Hesychij circumferuntur, reperimus Condalum piscem aut eundem, aut certe ad finem Cestreo, quem Γαζα vertit Mugilem. Sed idem meminit alibi huius proverbij ἀνδράκα χœνις, subindicans fuisse quempiam adilem qui maioribus mensuris solitus sit uti.

Concha dignus.

Κόγχης ἴσως, id est, Concha dignus. Rem nullius precij concham dicunt Græci, quemadmodum Latini nauci aut floccum. Unde quod contemptissimum, nulliusque rei significabant, id κόγχης ἴσως dicebant.

Conto naviga.

Κοντὸ πλῆν. id est, Conto navigare, dicebantur, qui sic rebus uterentur, quemadmodum uti conveniebat, aut qui vitæ genus suo accommodatum ingenio sequerentur. Neque enim contus ad ullum alium usum accommodatus, quam ad navigationem. Idem non ad quavis vitam quivis idoneus est. Utaris licebit, si quæ ad morere voles, ut quaque re utatur ad id in quod inuēta sit, ut quorsum servas nummos tuos, non in hoc natos ut spectentur, sed quo vitæ subsidio sint: conto navigandum est. Refertur a Suida.

Cydi pœnam debet.

Κύδης δὲ κλέω δειλὴν id est, Cydi pœnam debet. κύδης prima producta, gloriam significat: eadem correpta, τὴν λαίδηριον καὶ κακολογίαν. id est, Maledictum et conuitium. Unde et verbum deduxere κύδης, pro eo quod est conuitiari. Proinde cum quis ob rem friuolam veluti verbū aliquod temere dictum deferretur vexareturque, eum proverbio dicebant κύδης δὲ κλέω ἐκπτικίνα, καὶ κύδης δὲ κλέω δειλὴν, hoc est, conuitij pœnam dependisse, et maledicti pœnam debere. Nam antiquitus maledicta dicebatur iis, qui petulantius in quempiam aliquid dixissent.

Cnips in loco.

Ο κνίτ ἐς χœρεα. id est, Cnips in regione. Dictum in eos, qui subinde sedem mutarent, et aliunde alio demigrarent. Cui vitio sese obnoxium fuisse confitetur Horatius, est autē ο κνίτ, siue κνίτ, nā utrumque reperimus, vermiculus innascens materiis. Is eroso ligno, semper locum mutare nititur: Quidam efferunt proverbium hoc modo, κνίτ ἐκ χœρεα. id est, Cnips e regione, ut subaudias demigrat. Plinius libro decimosexto, capite quadragesimo primo, inter pelles materialium teredinem commemorat, vermen gravissimo ad portionem capite, sic appellatum, quod dentibus erodat, sed proprie vocari teredinem, quæ in mari materiam infestat. Addit huius generis Cerasten vocari, qui simul atque tantum eroderit, ut circumagat sese, generat alium. Hæc an huic

proverbio cōgruant dubitamus, nā Græci tradunt κνίπες esse animalculum volucre et ξυλεφάγον, non dissimile culici. Id si verum est, non videm⁹ qui consistat, quod ab Aristotele proditum est, aucti ξυλοφάγῳ, quem Latini, ni fallimur, picum Martium appellant, ob id rostro fodere arbores, ut κνίπες in ligno latētes euocet. Suidas ait a κνίπες, qui est genitivus casus huius nominatiui κνίπ, fingi nominativum κνίπες, eamque vocem significare, parvum, tenuique. victu viventem, nimirum ad Cnipsis exemplum, qui lignorum arrosu pascitur, cibo non admodum lauto. Proinde cōsentaneum videtur, adagium dici posse in sordidos, duro parcoque victu viventes.

Cyclobori vox.

Κυκλοβόρε φωνή. id est, Cyclobori vox. De clamoris et vehementer obstreperis dicebatur, aut quibus vox esset vitiosa raucaque, Cycloborus fluvius quidam Atticæ, non perpetuus sed torrens, ingenti strepitu defluens, unde ductum proverbium. Aristophanes in Equitibus.

Ἀρτοφ, κερράκης, κυκλοβόρε φωνὴν ἔχων. id est, Clamorus, audius, voce Cyclobori obstrepens.

Thasium infundis.

Θάσιον ἐς ἔχας. id est, Thasium miscuisti. Dicitur solitum videtur, ubi quis vinum non aqua, sed alio quopiam efficacioris vino dilueret. Nam Thasia vina laudatissima quondam fuisse, testatur et Apuleius apologia prima, Olitori, inquiens, et cauponi merito concessum est, olus et vinum ex nobilitate soli commendare, vinum Thasium, olus Phliasium. Et Plinius capite septimo naturalis historiae libro 14. inter transmarina vina Thasium Chiumque in summa gloria fuisse scribit. Est autem Thasus insula iuxta Thraciam: unde proverbium, Thasus bonorum. In ea insula narrant fuisse Staphylum, quem deperierit Bacchus. Sumptum est ex Aristophanis Pluto, quo loco versus hic est,

Εἰ θέσιον ἐς ἔχας, τί κόπως κ' ἔνδ' εἶ. id est, Merito profecto, si Thasion infunderas.

Anus quadam queritur adolescentem amatorem pridem ita sibi solitum adulari, ut diceret illam suavisime olere. Ad id per iocum respondens Chremylus, negat esse mirum, si ita visum fuit adolescenti, cum illi vinum Thasium odoratissimum proponere sit solita. Interpretis addit ἐς ἔχας dictum pro ἐκίνας. id est, infundebas, pro miscebas.

Κλεπεριάζειν.

Κλεπεριάζειν vulgato conuitio dicebantur ὅ, qui puerorum amoribus oblectarentur, aut, ut ait Diogenianus, mulieres immodice libidinosæ. Unde natum sit proverbium, non satis liquet, nisi quod Hesychius docet κλεπεριε Græcis sonare naturæ muliebris vicinam partē, unde receptum ut κλεπεριάζειν appellarent libidinosam contractionem, attestante et Suida.

Claudia na tonitrua.

FESTVS Pompeius innuere videtur, Claudiana tonitrua in vulgi sermonem abiisse, scribens ideo vocata Claudiana tonitrua, quod Claudius Pulcher instituerit, ut ludis post scenam factis, lapidum coniectus ita fieret,

fieret, ut veri tonitrus similitudinem imitaretur. Nā antea leues admodum & paruos sonitus fieri solitos, cum clani & lapides in labrum aneum conicerentur. Quadrabit adagium, si modo videbitur in adagionum gregem recipiendum, in homines immodice clamorosos, & odiose obstreperos. Simillimum illi, quod alibi retulimus, δῶδ' ὄντων χαλκίον. id est, Dodonaeum aes.

Claudi more tenere pilam.

M. TULLIUS aduersus Pisonem scribit in hunc modum: Græcus primum distinguere illa atque diuidere, quemadmodum dicerentur, iste claudus, quomodo autem, pilam retinere, quod acceperat testificari. Hactenus Cicero. Proverbum congruit in eos, qui quidquid a præceptoribus acceperint, siue id doctum, sit siue indoctum, nullo defectu, nulloq. iudicio tenere solent, ac se qui. Sumpta metaphora a claude diffidente suis pedibus, & ob id pertinaciter columnis innitente. Nisi si cui magis referendum videtur ad lusum pilæ, quam claudus ita demum accipit, si comode illi mittas. Alio qui pedibus tardus non potest utcumq. missam accipere. Seneca libro De beneficiis septimo: Quid si me remittere pilam maneo inbeas? hoc est, dare beneficiū illi, qui non sit idoneus ad accipiendum. Plautus in Aulularia: Tum autem interdus, quasi claudus sutor domi sedet totos dies. Generatim conueniet in omnes, qui de alieno pendenti iudicio, alieneq. inniuntur auctoritati, quemadmodum isti, quibus satis est dixisse, κῶτος ἴψα.

Loripedem rectus derideat.

ET sane quam elegans est, & plurimum habet figuræ proverbialis illud apud Iuvenalem,

Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus. Quo conueniet uti, quoties aliquis id aliis approbat mali, cui sit ipse obnoxius, aut aliena castigat vitia, a quibus ipse non sit immunis, perinde quasi claudus claudicationis vitium per contumeliam obiciat. Oportet cum quam maxime vacare culpa, qui in alium paratus est dicere: & stultissimum est, in alium iacere, quod in ipsum possit retorqueri.

Quis enim tulerit Gracchos de seditione querētes?

Si fur displiceat Verri, si homicida Miloni?

Celebratur illud Leonis Byzantij, cui cum maledicis quispiam approbasset vitium oculorum, ipse gibbo deformatus: Humanum, inquit, conuitium in me iecisti, cum ipse Nemesim in dorso portes.

Clisthenen video.

Κλειθένην ὄρω. id est, Clisthenen video. Clisthenes hic male audit, & comicorum conuiitiis laceratus est, quod parum vir haberetur, seseq. cultu indecoro velut in mulierem transfigureret, Sardanapalum illum Assyrium imitatus. Aristophanes οὐ βίσημορ' ἔσταις,

Ὁρᾷς σε αὐτὸν, ἔμειδ', ἀλλὰ Κλειθένην. id est,

Te ipsum vides? non per Iouem, sed Clisthenem.

Suidas refert, & ait conuenire in eos, qui leui, derafaq. sunt cute. Nam hic mos Clistheni, barba derafa semper esse, quo iuuenis etiamdum videretur. Effertur & ad hunc modum, Κλειθένης ἀρετῆς ὄρος. id est, Clisthene intemperantior, de cinado & deliciis effeminato, contrarium illi, ζῶαντος ἰγνείας ὄρος. id est, Ze-

nonc temperantior.

Coturnissare.

Κιχλίον, proverbio dicebatur, qui pinguibus coturnicibus, aut turdis vescerentur, aut qui riderent lasciuie parumq. decore. Proinde & κιχλίσμοι, risum mollem & impudicum appellant. Quadrabit igitur uel in liguritores & cupediis additos, vel in lasciuus ludentes. Sturni nihil non imitantur, & turdus a Plinio recensetur inter aues, quæ sermonem humanum imitantur. Nam auctores uocem hanc varie transferunt.

Cilicium exitium.

Κιλίκιος ἄλσος. id est, Cilicium exitium. De crudeli & immani dicebatur. Cilices enim ob piraticam quæ exercebatur, & assiduas hostium depredationes, infames erant immanitatis & crudelitatis nomine. Quapropter & Attici vindictas acerbiores, κιλίκιες ἀπελλabant. Meminit præter alios Hesychius. Similis formæ est, quod apud Iureconsultos legimus Isauricū pro crudeli immaniq. latrone.

Cilicij imperatores.

Κιλίκιοι στρατηγοί. id est, Cilicij duces. Dicebantur homines hirsuti, & pilis obsiti. Unde & saga pilis contexta Cilicia vocantur. Auctor Dogenianus. Simpliciter autem κιλίκιοι dicebantur, rufi, sordidi & magni, unde & λαλίκιστοι dicuntur, qui prauis sunt moribus, & κιλίκιοι λόγοι barbarica suffragia, quod illi sortibus in galeam missis soleant decernere. Memorantur κιλίκιοι, qui cum essent serui, heris eiectis occuparunt regionem. κιλίκαν ἀλῆα alias recensuimus.

Ciuitates ludimus.

Πόλις παίζουσα. id est, Ciuitates ludimus. Lusus genus quoddam est, in quo calculis ludebatur olim, quos antiquitus πόλις, id est, urbes vocabant. Neotrici χόρεον, hoc est, regiones appellare ceperunt. Vsurpauit adagium Cratinus in Fugitiuis. Hic nimirum locus est, ni fallimur, quem Iulius Pollux citat libro de rerum uocabulis nono, παγιδιονίδα πόλιν βρασιλῆος τῆ ποδὶ κῶλας, ἢ ἢν λέγομεν, καὶ νῦν καὶ πόλιν, ἢν παίζουσιν. id est, Pandioniam ciuitatem regis, supra modum adulatrici. Nosti quam dicimus, & canem & ciuitatē quā ludunt. Genus autem lusus describit his uerbis: ἡ δὲ πόλις παίζουσα παλαιὰ, πλείονας ἔστι, χόρεον ὡς γράμματα ἔχον διακεκμημένα. καὶ τὸ ὑπὸ πλείονας καλεῖται πόλις, τῇ δὲ φύσει ἑκάστη κύων. διακεκμημένη δὲ εἰς δύο τῆ φύσεως κατὰ τὰς χόρας, ἢ τὴν καὶ παλαιὰν ἔστι περίληψιν τῆ φύσεως ὁμοχόραν, τὴν ἑτέραν ὁμοχόραν αὐαρίτην. id est, Qui uero complurium calculorum dicitur lusus, laterunculus est regiones in se continens, in lineis sitas. Et laterunculus quidem ipse ciuitas appellatur. Ceterum unusquisque calculus canis. Porro cum calculi sint duobus distincti coloribus, lusus hæc ars est, ut comprehensis duobus calculis unicoloribus, eum qui diuersi coloris est, tollas e medio. Adlusit ad hoc proverbium Plato lib. De Republica 4. ἐκείνη γὰρ αὐτῶν πόλις εἴσι παμπολιώδης, ἢ πόλις, τὸ τῶν παίζοντων. id est, Nam illarum unaquæq. plurimæ sunt ciuitates, non ciuitas quæadmodum dicere solent ludētes. Refert Zenodotus, quæquæ idem adagij sensum non indicat. Quare cuiq. quod uero proximum videatur, coniectandum relinquitur quæ-

L l 4 drati-

draturum videtur, quoties suum quisque commodum quacunque sectatur via, & amulo, competitoriq. modis omnibus tendit insidias. Ab hoc lusu manasse videtur, qui nunc vulgo scacarius dicitur.

Cissamis Cous.

Κίσσμις κόος. id est, Cissamis Cous, Hunc aiunt pecuariis gregibus supra modum diuitem. Verum angustia quot annis apparere solitam, quæ pulcherrimam omnium pecudem raperet. Et cum insomnis apparens hominem commonisset, ut sepeliret sese, & ille negligeret, euenit ut tum ipse tum vniuersum illius genus radicatus interiret. Hæc ferme Zenodotus. Et hoc quoque proverbum, Delium aliquem natatorem requirit. Apparet ad fine, quod alibi dictum est, Aderit Temesfens genius.

Carcini poemata.

Καρκίνος ποιῦατα. id est, Carcini poemata. Dicebantur ea quæ viderentur obscurius & instar ænigmatis dicta. Carcinus poeta quispiam fuit, cuius & alius meminimus in hoc opere, in quem iocatur Aristophanes in comædia, cui titulus, κίρκινος.

Εὐδαιμονίας ὁδὸς φαιρὴς τὸ καρκίνος σπασίλωρ. id est, Qui visus est felicius uel Carcini strobilis.

Is finxit Orestem ab Ilio coactum, ut matricidium confiteretur, per ænigmata respondentem, auctore Suida qui testatur prouerbum a Menandro usurpatum in falso Hercule. Stratoniceus apud Athenæum libro 8. cum audisset quendam imperite canentem, rogauit cuius esset cantio: cum is respondisset Carcini, πολλὸν μᾶλλον ἢ καὶ ἑρῶν. id est, Multo sane magis, inquit, quam hominis. Nam καρκίνος Græcis & cancerum animal significat. Itaque iocus ex ambiguo captatus est.

Carica victima.

Καρκίνον θύμα. id est, Caricum sacrum. De macilenta hostia, minimeq. esculenta dicebatur. Hinc ductum, quod Caribus populis mos fuerit, canem immolare. Non inconcinne torquetur ad cibum appositum, insipidum, & quem nemo velit attingere. Solent sordidi quidam, data opera, cibos putres, & ingratos palato, suis apponere, partim quod minoris emanant, partim quo minus absumatur epularum in conuiuio. Hos eleganter quis dixerit, τὸ καρκίνον θύμα παρατίθειν. id est, Caricum sacrum apponere.

Callicyriis plures.

Καλλικυρίων πλείους. id est, Plures Callicyriis. De maxima quidem illa, sed surdida hominum turba dicebatur. Callicyrii dicebantur exulum serui, qui Syracusis agricolatorem exercebant, auctore Timæo. Quoniam autem ingens erat id genus hominum multitudo, prouerbio receptum est, ut si quos admodum numerosos significare vellent, καλλικυρίους appellarent. Aristoteles in Republica Syracusanorum, ostendit eam seruorum turbam ex omnigenis populis in unum confluisse. Erant autem eodem loco Callicyrii apud Lacedæmonios captiui, apud Thessalos penes, qui vocantur apud Cretenses Elarotæ, apud Aegyptios Hebræi. Solitum est adagium hoc potissimum usurpari, si quando significabant metuentam multitudinem, quæ nune

ro freta, non numquam opprimit dominos. Nam & hi serui plures erant dominis, quamobrem etiam expulerunt illos. Hæc ferme referuntur a Suida.

Cera tractabilior.

Κεράς ὑπλατὴς ὁρᾷ. id est, Cera tractabilior. De vehementer docili dicebatur, aut de ingenio facili, tractabiliq. & in quemuis habitum sequaci. Horatius.

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper.

Persius quinta Satyra,

Artificemq. tuo ducit sub pollice vultum.

Rursum Horatius,

- Argilla quiduis imitabitur vda.

Est autem hoc cera peculiare, ut manibus contrectata mollescat. Et hinc varia rerum formæ solent effingi. Erat & picturæ genus e ceris coloratis, quemadmodum e tessellis lapidum ac lignorum. Quamquæ rudis ætas similior est argillæ quam ceræ: primo quidem fingi potest dum tenera est, verum ubi duruit ingenium, non facile refingitur in aliam speciem, sed quemadmodum dixit Plato libro de Repub. 4. κινδυνώδην γούμῃ καὶ πικρῇ δίασθ' ὅποι αὐτὶς ἐρμήσῃ, τοιούτῃ καὶ τὰ ἐπόμενα εἶναι. id est, Periculum est, ne ad quæcumque se quis appulerit a pueritia, talia sint & quæ sequuntur.

Occisionis ala.

Φόνος πτερόν. id est, Interfectionis ala, de subito interitu dici solitum. Sumpta metaphora ab alatis iaculis, quæ repente mortem adferunt. Quamquam magis probat Zenodotus, ut accipiamus φόνος πτερόν dictum περιφρασίᾳ. id est, per circuitionem, pro morte, quasi sit & ipsa alata.

Celmis, in ferro.

Κέλμις ἐν σιδέρεω. id est, Celmis in ferro. Dicit consuevit de iis, qui præter modum suis fiderent iuribus, tamquam inexpugnabiles inuictiq. ceteris. Celmis, ut scribit Zenodotus, vnus fuit ex Idæis Dactylis, qui cum matrem deorum Rheam uiolasset stupro, deinde a reliquis fratribus reiectus est. Ab hoc ferrum solidissimum cudi solebat. At huius historiæ mentionem factam apud Sophoclem in Satyris. Enarrator Apollonij de Dactylis Idæis inter quos & Celmis, refert hos versus auctore Phronide,

- Οἷα γόνις

Ἰδῶι φρύγες ἀδρις ὀρέεροι, οἱ κ' ὄρεον

Κέλμις, δαμναμένη δὲ τι μίγας καὶ ὑπὸ βίος ἀκμῶν

Εὐπαλαμοὶ ἐξ ἁ ποταμοῦ, εἰς ἀδριανίνας.

Οἱ γὰρ τοὶ τίχυντο πολυμήτιος ἠφαιστείης

Εἶρον δὲ εἰρήνης: νάπαις ἰδὼτος σίδερον,

Ες πύρ τ' ἠνιγκκας καὶ ἀρίπριπες ὄρον ἰδμεν. id est,

- Illic habitabant

Montigina Phryges Idægens arte celebris

Celmis, Damnameneusq. ingens, Aetioq. superbus

Montanæ docti cultores Adrastæ.

A quibus ars Vulcania primis esse reperta

Dicitur, & nigrum numerofo in monte repertum

In varios usus monstrarunt cedere ferrum,

Impositumq. igni miro splendescere cultu.

Cestum habent Veneris.

Τὰ κοπεῖδες κισὸν habere dicuntur, qui nouis modis quælibet

libet in amorem sui pelliciunt. Sumptum est autem ex Homericæ Iliados 3 quo loco Iuno concubitura cum suo Ioue, Venere adit, atque ab ea cingulum gratiarum & amorum conciliatorem commodato petit. Hunc poeta describit ad hunc modum,

ἢ, ὅς πο' σὺνδ' σφιν ἰλίσχτο κείον ἡμάχα

Φοικίλον. ὃ δ' αὖ οἱ βελκτῆρι πέντα πύκτο.

Εἰς ὅς μ' ἐφίλοτο, ὃ δ' ἴμερος, ὃ δ' ὄρεσις
παρφασις, ἢ τ' ἐκλεψὶ νόον πύκα πο' φρονέοντων.
Τὸν ῥ' αὖ οἱ ἐμβάλε χροσίν, ἵππος τ' ἴφατ' ἐκ τ' ἐνὸς μ' αἰ.
Τῇ γὰρ τὸν ἡμάχα, πῶς δ' ἰγ' ἀττίο κόλπο,

Φοικίλον ὃ δ' αὖ πέντα, πύκτο χαπῶ. ὃ δ' αὖ σέ φημι
ἀπρηκτὸν γένεσθαι, ἢ, τ' ἐφίσι τῇσι μεσσησας. id est,

Sic ait, & soluit pectore textile lorum.

Picturatum, in quo lenimina cuncta ferebat.

Huic inerat desiderium, huic amor, huic muliebris

Blandiloquentia, quæ quidem & egregie sapientē

Furtivus adiuta dolis, fallitq. capitq.

Quod manibus simul imposuit, sic ore locuta est:

Hanc cape nunc, sinuiq. tuo succingito zonam.

Contextam varie, per quam quæcumq. parabis

Tolliccor, nil tu frustra tentaueris unquam.

Meminit huius & Theocritus in Adonidis epitaphio,

Σοὶ δ' ἄμα κείος ὀδῶλε. id est,

Tecum una & cestus perit.

Est igitur cestus Veneris, cingulus efficax ad illesta-

menta gratiarum & amorum, quo illa dicitur Martē

sibi conciliare. Meminit huius & Martialis,

Collo neſte puer meros amores,

Cestum de Veneris sinu calentem.

Idem alibi,

Sume Citheriaco medicatum neſtare ceston,

Uſſit amatorem balteus iſſe Iouem.

Rurſum alibi,

A te Iuno petat ceston & ipsa Venus.

Duplex erit huius vsus adagij, siue cum dicemus cui-

piam cestum esse Veneris, quod neminem non inflam-

mat amore sui: siue cum dicemus iam opus esse Vene-

ris cestu, aut ne illum quidem profuturum ei, cui per

etatem vires ac forma defluerit, quiq. iam exeges ef-

ſe factus videatur. Nam florens ætas ſuapte ſponte

ſuſcit amoris, ſenectus aut muneribus aut pharma-

cis ſibi conciliet oportet, quamquam nec his rationi-

bis efficere poteſt ut ametur.

Pontificalis cœna.

OLIM cœnas ſumptuoſas opiparasq., pontificales ap-

pellabant. Ad quod adludens Horatius in Odīs,

Absumet hæres Cecuba dignior

Seruata centum clauibus, & mero

Tinguet pauimentum ſuperbum

Pontificum potiore cœnis.

Quo quidem in loco interpres admonet, prælautas cœ-

nas prouerbio pontificales appellari ſolitas. Macro-

bis libro Saturnalium tertio vetuſtiſſimam quandam

pontificis cœnam deſcribit, ſummo apparatu, & om-

nigenis lauticiis affatim inſtruatam. Plautus in Me-

nachmis conſimili figura Cereales cœnas dixit. Ce-

realeis inquiens, cœnas dat, ita menſam extruxit. Tā-

tas patinarias ſtruices concinnat. Standum eſt in le-

cto, ſi quid de ſummo petas. Legimus & adipales cœ-

nas, & adipoſas, & adiciſſales. Terentius in Thor-

mione, dubiam cœnam dixit, pro lauta, copioſaque.

Cepas edere, aut olſacere.

Κεράμνα ἰσθίον. id eſt, Cepas edere, dicebantur ioco pro-
uerbiali, qui lacrymari viderentur. Nati a Biantis
apophthegmate. Is enim Alyattæ regi ſibi per nun-
cium miſſum denunciante, ut quam primum ad ſe ve-
niret. reſpondit ad hunc modum, ἰγὼ ἀλλὰ τῷ κεράμνῳ
κεράμνα ἰσθίον. id eſt, Ego iubeo Alyattam cepas ede-
re, hoc eſt, ἡλατῆς καὶ ἰμῶς πέω, id eſt, Flere & eiula-
re. Quibus verbis extremum regis contemptum indi-
cabat. Duſtum eſt. hinc prouerbiū, quod ceparum
odor, ut eſt acris, conſueuerit lacrymas oculis excu-
tere. Ariſtophanes, κεράμνον δ' ἀρ' εἰδ', imitans illū
vel citra cepas ſleturum. Quoniam autem idem effi-
cit ſinapi, nihil vetat & hinc prouerbiū ducere. Co-
lumella in carmine,

Seq. laceſſenti ſletum ſactura ſinapis.

Mox & cepa meminit:

Atque oleris pulli radix, lacrymoſa. cepa.

Simili figura neque diuerſa ſententia dicti ſunt κερά-
μνον οσφραίνεσθαι, id eſt, Cepas odorari qui ſlerent. Ari-
ſtophanes in Ranis,

Τὶ δ' αὖτα κλάσας, κεράμνον οσφραίνεσθαι. id eſt,

Quid quaſo lacrymas? cepe odoror ſcilicet.

Hæc ſerme Suidas. At Plinius lib. 20 cap. 5. tradidit
eas & de lacrymationi, & caligini oculorum mederi.

Nec hoc pugnat cum his quæ diximus, ſiquidem edu-
cendo purgant. Xenophon in Sympoſio dixit κεράμνον

ἰσθίον. id eſt, olere cepe, quod in ſordidos & illotos con-
gruit. Huic adſine eſt, σκαρδίζειν, pro moleſtia adſce-
re, ſiue ad lacrymas adigere: Ariſtophanes in Equi-

tibus ſub perſona populi Athenienſis, σκαρδὸν φίλον
μ' ἰσθίον. id eſt, dū ais te diligere me, alliaſti me.

Quamquam ea vox a Comico riſus gratia conſecta eſt.

Scarabeo nigrior.

Κατὰ γὰρ μύλας τῶν σκαρ. id eſt, Scarabeo nigrior. In ſædos &
vehementer atros, ac fuſcos. Nam ſcarabeus ani-
mal inſigni & ſædo nigrore eſt, de quo inferius plura
dicuntur.

Chalcidiffare.

Χαλκιδίζειν καὶ χαλκιδόειν, dicebantur, qui rapaciores,
& plus ſatis ad rem attentī viderentur. Chalcidenſes
in inſula Eubœa populi, comœdia veteris conuiuiis no-
tati ſunt, quod auarioribus eſſent. Heſychius indicat eā
gentem male audiſſe ob ſædos puerorum amores, &
hinc natum prouerbiū conuiuium in ſimili morbo obno-
xios.

Phicidiffare.

Φικιδίζειν. id eſt, Phicidiffare, dicebantur vulgo, puero-
rum obſcœnis amoribus dediti. Quidam maluit ad
eos reſerre, qui litteræ immodice & ad ſaſtidium uſ-
que conſueuerint uti. Siquidem ea gens litteram ſo-
lita eſt in e commutare. Quo quidem vitio notantur &
Eretrienſes, atteſtante prouerbio, φικιδίων. id eſt,
Eretrienſium rho. Hodie iocus eſt vulgi in Piccardos:
cum Lutecianæ ſæminæ ob linguæ delicias, & vertant
in σ. Maſſa ſonantes pro Maria.

Cantharo

Cantharo astutior.

Καντήρα σιζώτερος, id est, Cātharo astutior, aut callidior. Zenodotus ait, Athenis cauponem fuisse quempiam, nomine Cātharum, quem ob maleficia & imposturas ac proditones, capitis affecerint supplicio, proinde vulgo receptum, ut in versutos ac impostores diceretur. At vero propius videtur, si referatur ad animantis naturam, & ad apologum Aesopicum, quo narratur, quemadmodum sc. arabeus tanto aquila inferior viribus, tamen ingenio superavit auium omnium reginam.

Canis tamquam Delum nauigans.

Αἰὲς ὡς οἱ ἐν δέλῳ πλεῖον, id est, Canis tamquam in Delum nauigans. In supinum, otiosum, securum, ac voluptariam agentem vitam dicebatur. Nam Athenis facilis, ac tuta in Delum nauigatio. Vnde fiebat, ut qui illuc soluerent, inter nauigandum securi, nihilq. periculi metuentes canerent. Mos autem erat Atheniensibus, ut quotannis nauim solemnī adparatu religionis causa, Delum mitterent, id quod indicat Plato in Critone. Vnde consentaneum est, qui hac vestabantur, hymnos quosdam in Apollinis laudem solitos decantare.

Cauius amor.

Καυίος ὄρε, id est, Cauius amor. De fūdo amore dicebatur, aut ubi quis ea desideraret, quae neque fas esset concupiscere, neque liceret assequi. Biblis Cauium fratrem impotenter adamauit, a quo cum esset repulsa, sibimet necem consciiuit. Ouidius,

Biblis in exemplo est, ut ament concessa puella.
Adagium refertur a Diogeniano, praeterea ab Eustathio in Dionysium.

Scarabæi umbræ.

Καράρα σκιά, id est, Scarabæi umbræ. Dictum est de inani metu, quod hoc insectum sub noctem repente aduolans horribili bombo, non numquam terrere soleat parum attentum. Recensetur a Diogeniano.

Papyri fructus non postulat magnam spicam.

Βύβλος δὲ κατὰ τὸ ἐκ αὐτῆς μέγαν σπῆραν, id est,

Byblus virens haud postulat spicam grauem.

Etiamsi Græcus senarius vitiatum est in αὐτῇ. Apud Aeschylum in Supplicibus ita legitur,

Βύβλος δὲ κατὰ τὸ ἐκ αὐτῆς μέγαν σπῆραν, id est,

Fructus papyri haud sustinet spicam grauem.

Dici solitum de iis, qui suis ipsorum bonis frui non possent, propterea quod Byblus ob culmos inualidos, spicam granis onustam ferre non potest. Proinde prodit quidem spicas, sed inanes. Byblus autem iunci species, quam Latini papyrus appellant. Apparet in Græco carmine αὐτῇ: deprauatum pro κατὰ, quod indicat vel ipsa metri ratio.

Budoro more.

Βυδὸρος νόμος. Aut ut alibi reperimus, **Βυδὸρος νόμος**, id est

Budorum more, seu lege, Suidas ac Zenodotus interpretantur de iis, qui digni sint, ut bouis riu excorientur. Diogenianus exponit de admirandis. **Βυδὸρος**, aut **Εἶσος** Stephano, promontorium est oppositum Salaminī. **Βυδὸρος** Magnesiæ ciuitas, quam Homerus **Βυδὸρος** appellauit. **Βυδὸροι** populi sunt Scythiæ, sic appellati, quod a lūbus vehantur, utpote **αμαξόβιοι**, id est, Plaustris adiuu vice utentes: Vnde videtur bisariam adlusum ad etymologiam **νῆος** τὸ, **βυδὸς** δὲ **νῆος**, καὶ τὸ **βυδὸς** δὲ **νῆος**, id est, Ad bouum excoriationem, & bouum donationem. Strabo libro 10. commostrat Euboicæ flumen Budorum. Idem indicat montem Salaminis prospectatē in Atticam. Rursus Plinius lib. 4. cap. 12. inter Gelonos & Agathyrsos refert Budinos. Ceterū quid hæc ad prouerbiū faciant nō videmus. Hesychius indicat **βυδὸρος** esse **μοχλὸν** quo boues excoriantur. Locus erit prouerbio, si quis dicat cum improbo non argumētis, aut legibus, sed **βυδὸρος νόμος**, agendum, quemadmodum apud Terentium audit Sano. Nam si molestus pergis esse, iam intro arripere, atque ibi usque ad necem operiere loris.

Bæotica auris.

Βυδὸρος οὖς, id est, Auris Bæotica. In pingui iudicio hominem quadrat. Bæotorum stoliditas compluribus prouerbiis locum fecit. Simillimum illi, **Auris Batana**. Diogenianus meminit adagii. Sunt qui scribant, olim Anaxagoram recitantem apud Thebanos librum Thebaidos, cum uidisset attentum neminem, clauso codice dixisse, **οὐκ ἔστι καλὴ δὲ βυδὸς τοῖς βυδὸν ἵπτοι ἔχουσι**, id est, Iure vocamini Bæoti, qui quidem aures habeatis bouum: videlicet adludens ad etymologiam nominis. **βυδὸς** enim bos, & **οὖς** aures, atque ex his Bæotorum nomen videtur compositum. Quin Homerus Iliad. 5. Bæotorum gentem pinguem appellat.

Παρὰ δὲ οἱ ἄλλοι

Νῶν βυδὸς τοῖς μάλα πύοντα δῆμον ἔχοντες, id est,

Sed rura tenebant

Proxima Bæoti, quorum crassissima gens est.

Notauit & Horatius Bæotorum tarditatem in epistola ad Octauium Augustum,

Quod si

Iudicium subtile videndis artibus illud

Ad libros, & ad hæc musarum dona voca res,

Bæotum in crasso iurares acre natum.

Quo loco demiramur, neminem interpretum quæsisse quid sibi velit, quod Horatius pinguitudinem ingenij Bæotis tribuit, velut ei genti peculiarem, cum apud Latinos auctores nullum sit huius rei testimonium. Cognatum huic est, quod alibi commemorauimus, Bæotica cantio, quæ rusticana parumq. modulata potest intelligi, ut crassis auribus crassa conueniat harmonia. Quamquam Eustathius in Iliad. β. de cantione non nihil variantem narrat historiam. Sunt, inquit, qui putent Bæotiam dictam a boue. Nam cum Europa Phœnicis filia a Ioue rapta esset a Sidone Cadmus raptæ frater a patre missus est ad inuestigandum sororem. Eam ubi nusquam inuenit, profectus est Delphos consulturus oraculum. Deus respondit, ne sollicitus aut curiosus esset de Europa, sed sequeretur ducem bouem, ibiq. cōderet ciuitatem, ubicumq. bos defatigata procumberet. Hoc responso accepto per Phœcenium regionem fecit

fecit iter. Dein cum incidisset in vaccam iuxta Pelagionis pascua, hanc euntem secutus est. Ea cum universam Boeotiam peragrasset, fessa procubuit, quo loco nunc est Thebanorum ciuitas. Cadmus cum eam iuuenecam vellet immolare Palladi, misit aliquot e suis comitibus qui e fonte Aretiade haurirent aquam ad sacrificium. At draco eius fontis custos quem Marti sacrum esse creditum est, nam & fons ipse a Marte nomen habet, excitus strepitu complures ex his qui missi fuerant confecit. Quod indigne ferens Cadmus draconem interfecit, & admonitu Palladis interfecti dentes seuit, unde extiterunt illi terrigenæ fratres. Eam ob rem indignatus Mars, cum pararet Cadmum interficere, vetitus est a Ioue, qui Cadmo in matrimonium dedit Harmoniam, Martis ac Veneris filiam, hac lege ut priusquam sponsam attingeret, seruiret apud illam seruitutē annuam. Tum ut nuptiis epithalamium canerent Musæ, ac deorum quisque nuptiale munus daret Harmoniæ. Hæc Eustathius. Equidem arbitramur hanc fuisse primam originem adagij, utcumq. postea detortum est ad alios vsus. Constat autem Thebanos olim musices fuisse studiosissimos. Argumento est illud quod refertur de Alcibiade, qui mirantibus quod negligeret musices studium, tyrā hoc lemmate damna bat, quod hominis vocem imitaretur plectrum, quod habitum formamq. liberalem mutaret in illiberalem. Tibiam gemino reiecit argumento, & quod sic immutaret os hominis, ut vix a familiarissimis agnosceretur, & quod homini propriam adimeret vocem, loquē diq. facultatem eriperet. Mox adiecit, cantent igitur Thebani, qui loqui nesciunt.

Botrus oppositus botro maturefcit.

Βοτρε πρὸς βοτρε παύεινται, id est, Botrus iuxta botrū maturefcit. Huius prouerbij varius esse potest vsus. Vel ubi pares in negotio quopiam videri volunt aliqui, & tantundem adferre momenti, ut nullus alteri debeat concedere. Vel cum significabimus mutuis officiis opus esse, ut sit simillimum illi, quod alibi retulimus, χεῖρ χεῖρ νίπτει. Vel si quando dicemus, talem quēq. euadere, cum qualibus habet consuetudinem. Habet enim hoc assiduitas, ut vicinis vitia faciat communia. Quemadmodum testificatur senarius ille quem enarrator Pindari citat ex Aristarcho,

Χαλὸς παρὼς καὶ ἐνὶ, τὰ χεῖρ μάλιστα. id est,
Claudio propinquus si vel uni vixeris,
Disces & ipse claudus ingredi breui.

Hoc quamquam alio loco nobis citatum est, nimirum in adagio, Si iuxta claudum, tamen quoniam scripturā offendimus nonnihil a priore diuersam, libuit per occasionem denuo referre. Translatum est adagium ab vniuersis, quæ mutuo oppositu maturitatem inter se vicissim & dant & accipiunt. Quo respicit illud Iuuenalis,

Vnaq. conspecta liuorem ducit ab vna.
Adagium recensetur a Suida.

Boues messis tempus expectantes.

Βοὺς ἀμύτον ἐπιτηρώμετες, id est, Boues messē obseruantes. Dicitur solum, ubi quis ingentium emolumentorum spe

laborem sumeret. Quidam sic efferunt, Βοὺς ἐς ἀμύτον, id est, Bos in messē. Subaudiendum respicit, aut eiusmodi quippiam. Inde ductum, quod boues messis tempore, maiore laborant fructu, propterea quod inter trituram pascuntur interim, & pabulum largius apponitur. Contra cum vere aut hyeme proscindunt aruum, hoc molestior est arandi labor, quod nullo præ sente fructu leniatur.

Bos Homolottorum.

Βὸς ὁ μολοτῶν, id est, Bos Homolottorum, dicebatur in plurima distractus ac veluti dissectus negotia. Poterit & ad rem referri, ut si quis argumentum nimis minutatim diuidat, ita ut conscindere & conserpere magis, quam diuidere videatur. Zenodotus prodidit Homolottos populos, dissecto in minimas partes boue, sædus iungere. Morem hunc Scythis fuisse testatur Lucianus in Toxaride.

Bos apud acruum.

Βὸς ἐν σφαιρῷ, id est, Bos in acruo. De splendide ampliterque viuētibz, quiq. in vberē rerum affluentia, prolixius faciunt sumptum. Aut quemadmodum ait Suidas de iis, qui in media rerum copia constituti, non sinuntur præsentibus bonis frui. Translatum arbitrat a bubus trituram exercentibus, quibus quod os obligatum habeant, nam id faciunt quidam, non licet vesci tritico, quod exciunt, ut simile sit illi: Tantalus inter undas sitiens. Simile quiddam refert Iulius Polux libro septimo, de seruis in piſtrino laborantibus, quibus machina rotunda circa cernicem addebatur, ne manum ori liceret admovent. Id factum ne deuorarent farinam. Machinam appellant πωτικὴν ἢ κερδῶν, quod arceret a deuorando. Quod bubus non faciebant Iudæi, hoc illi faciebant hominibus.

Aut oportet tragædias agere omnes, aut insanire.

ἢ χρὴ τρεῖς ἢ πέντε ἢ μίαν, ἢ οὐδέν. id est,
Aut furere oportet, aut agere tragædias.

Dicitur solum de iis, qui semper quasi stupent, frigentq. & nec gaudere possunt ex animo, nec dolere. Porro tragædia vehementissimis constant affectibus, ita ut tragædias agere, videatur esse quiddam insanie si millimum. Proinde Lucianus in commentario, cui titulus πῶς διὰ τὴν ἰσορίαν συγγράζει, narrat Abderitis ex Euripidis tragædia recitante tragædo Archelao publicitus febrim obortam: eam septimo post die transisse in insaniam, ita ut omnes ingenti voce versus quosdam ex Archelai Andromeda pronunciarent. Quāquam Plato poetis omnibus sacrum quendam tribuit furorem. Et Aristoteles in Problematis meminit de Maraco quopiam Syracusano, qui tum meliora fecerit poemata, cum mente esset alienatus. Eodem spectat illud Horatianum,

Adde poemata nunc, hoc est, oleum adde camino.
Finitimum videtur illi, quod alio retulimus loco:

Ἡ δὲ χελώνη κρεῖα φακίνῃ μὴ φακίν.
Quem senarium Athenæus citat ex Terpsione doctore Archistrati. Nos alio retulimus loco.

Aufer Mothonem a remo.

Ἀφεκ τὸν μάκων ἀπὸ νόπης, id est, Aufer mothonem a remo.

remo. Admonet adagium non obstrependum, nec obturbandum importunius iis, qui rebus alioqui seriis sunt occupati, veluti, si quis reipub. curis sollicito, musicam adferat, aut de capite periclitanti, versus amatorios recitet. Mothon enim saltationis genus sœda, seruilis ac tumultuosa. Lacedæmonij vernas, hoc est, seruos domi natos, μούσων appellat: aut eos qui ingenuorum filios instituunt, quos Athenienses vocant αἰ κέρεισσι. Vnde & in viles ac sordidos homines cōvitiū esse cœpit. Alij putant Mothonem hominem fuisse quempiam saltatorem & ebriosum. Sunt qui credant Atticos Mothones vocatos, quod hos demitos ad Ierulia ministeria compulissent. Ad hunc modū Græci grammatici de Mothone nugantur. Iulius Pollux libro quarto, tradit Mothonem genus esse saltationis molestum ac nauticum. Atque hinc sane videtur ortum proverbium, vt accipiamus ἀπὸ κώλης, pro eo, quod cō, a remo profectum.

Aurum Colophonium.

Χρυσὸς ὁ κολοφώνιος, id est, Aurum Colophonium. Zenodotus ostendit dici solitum de auro probatissimo, quod apud Colophonios aurum optimum soleat fieri. Cuiusq. auctores Aristophanem in Cocalo, & Herodotum, qui spectatissimum aurum, & purum putum, vt veteres dicebant, χρυσοῦτον, dixerint. Venustius fiet, si longius defleatur, velut ad mores vehementer incorruptos, aut ingenium exquisitum & eximium.

Afini mortes.

Οἱ ἀφ' ἁρτί, id est, Afini mortes, subaudiendum narrat. Dicebatur in eos, qui narrarent absurda, ridicula. dictu, cuiusmodi fuerit, si quis longa narratione persequatur afini pericula, quemadmodum Vlyssis descripsit Homerus. Apuleius in Metamorphosi sua, plane iuxτὰ τὴν ἀφ' ἁρτί commemorat. Adagium refertur a Suidæ.

Afinus compluitur.

Οἷος ὁ ἄσιν, id est, Afinus compluitur. Cephisodorus apud Suidam in Amazonibus, Σκώπῃ μ' ἔγω δὲ τοῖς λόγοις ὄρας ὄραμα, Rides, at afini more ego verbis compluor. Vnde dictum apparet in eos qui maledictis nihil omnino commouerentur. Quemadmodum afinus ob cutis duriciem adeo pluuia nihil offenditur, vt vix etiam fulem sentiat.

Aspersisti aquam.

ASPERSSISSE aquam dicitur qui dicto quopiam rediderit animum, ac metum ademerit. Mutuo sumptu ab iis, qui in deliquio quam Græci ἀννοοῦντες appellant, aspersa in faciem aqua ad sui sensum reuocantur. Plantus in Bacchidibus: Enax, aspersisti aquam. Idem in Truculentis: Aspersisti aquam, iam rediit animus. Quod Terentius simpliciter: Reddidisti animum.

Arcadiam me postulas.

Ἀρκადίαν μ' αἰτῶ, id est, Arcadiam me postulas. Diogenianus proverbij duplicem ostendit usum. Conuenire enim vel in magna, vel in vtilia petentem. Vnde sit natum non indicat: qui huic scriptori fere mos. Ceterum Herodotus lib. 1. satis docet natum ex oraculo,

Ἀρκαδίαν μ' αἰτῶ, μίαν μ' αἰτῶ, ἔδῃ τι δώσω.

Arcadiam me oras, magnū petis, haud dabo quidquid. Notat hoc proverbium Cicero in epistola ad Atticum libro quarto, Quod mihi mandas de quodam regendo, ἀρκαδίαν, tamen nihil pratermittam.

Arcadas imitans.

Ἀρκάδης μιμνῶμεν, id est, Arcades imitantes. Zenodotus indicat dictum in eos, qui aliis non sibi laborant. Plato Pisandro scribit illum Arcadas imitari, quod comœdias a se conscriptas aliis edendas traderet ob inopiam. Adagium hinc ductum, quod Arcades olim inter Græcos bellicosissimi, suis auspiciis, suoq. titulo numquam hostem vllum superarunt, verum aliis suppetias ferentes persæpe. Vnde illud illis fatale videbatur, aliis vincere, non sibi.

A quinque scopulis defiliare in fluctus.

Ἀπὸ πέντε ὄρεων περὶ τὴν κώμα, id est, A quinque defilare rupibus in undam. Hoc vsurpari solet ab iis, qui iam impatientes presentium malorum minantur semet in quoduis potius malum præcipituros, quam vt perpetiantur. Confine nimirum illi, quod alias retulimus: Suspendio deligendam arborem. Ad hoc adludit pastor ille Vergilianus:

Præcepit aerij specula de montis in undas
Deferat extremum hoc munus morientis habeto.

Aqua præterfluit.

Ἵδωρ παρ' ἑξῆς, id est, Perfluit aqua, siue præterfluit. Zenodotus & Suidæ admonent dici solitum de eo, qui nihil negotij recusaret, & quidlibet quod mandatum esset, effecturum sese polliceretur, quippe vsque adco promptus ad quiduis suscipiendum, vt nec nauim perfluentem ingredi graueretur, contempro aqua influentem, cuius est adfluere ac defluere.

Aquila non captat muscas.

Ἀετὶς οὐ λαβεῖν τὰς μύσας, id est, Aquila non aucupatur muscas. Summi viri negligunt minutula quæpiam. Animus excelsus, res humiles despicit. Aut egregie docti non nunquam in minimis quibusdam labuntur. Et maximis occupati negotiis, ad pusilla quædam conuertiunt. Effertur & citra negationem adagium, αἰτῶς μύσας λαβεῖν, id est, Aquila venatur muscas, quoties magnis minima sunt cura. Huic non absimile est, quod habet Gregorius theologus in Epistola ad Eudoxium rhetorem, μὴ αἰτῶν ἀπὸ τῶν καλῶν αἰτῶν, id est, non sustineres tenere primas inter graculos aquila.

Augetur sors.

Ἀυγίζεσθαι, id est, Incaprificatus es. Suidæ putat in mollem & infrugiferum conuenire. Sunt qui referant ad eos, qui tueri non queant id, quod nati sunt boni. Adagium vsurpauit Hermippus in Militibus. Eius rationem huiusmodi reddunt Suidæ & Zenodotus. Aiuu mariscis, qui caprifici satus est, innasci vermiculum, quem Græci αἰῶνα vocant, horum vim colligunt rustici, deq. fici ramis suspendunt, ne videlicet satus ante tempus, & immaturi defluant. Nam vermes protinus per rimas irrepunt, atque hoc modo maturescunt fici. Theophrastus libro De plantis 2. culices hos ficarios

rios nasci putat e granis mariscarum, quod simulatq. euolarint illi, nulla grana insint. Euolare penna fere, aut pede in pomo relicto. Sed complura de caprificandi ratione inibi, si cui libeat cognoscere. Idem similia ferme libro de causis plantarum 2. cap. 12. Plinius etiam libro decimoquinto, cap. decimonono. Et Aristoteles libro De natura animalium quinto. Unde arborem, cui hoc maturitatis remedium adhibitum non fuerat, ἀεικνέον appellabant, atque hinc deinde transferbant in hominem inutilem, a quo nihil bonae frugis esset expectandum. Vox composita est, ἐκ τοῦ αἰετὸς τικτὸς μέρει & ἀεικνέον, quasi dicas, incaprificatus.

Repariazare.

Ἀντιπαρισίαι, id est, Repariazariū. De iis dicebatur, quos peniteret instituti, quique a conuentis discederent, ab historia natum. Parij cum aliquando a Thebanis bello premerentur, petierunt ut a bello desisterent, se ciuitatem in potestatem illorum tradituros. Hac lege cum destitissent Thebani, & Pariis interea spes auxilij fuisset alicunde offensa, pactum irritarunt, bellumq. cum Thebanis integrarunt. In le siētum prouerbiale verbum ἀντιπαρισίαι, pro irritare pacta, Pariorum exemplo. Prouerbij meminit & Stephanus in dictione παρισίαι re ferens ex auctore Ephoro, nisi quod in historia variat. Cum enim Miltiades vehementer urgeret Parios iamq. tractari cœptum esset de delenda urbe, ἡ σylvā quædam circa Myconum ultro cœpit ardere. Parij suspicantes quod Datis regie classis præfectus excitato igni signum ipsis dedisset, rescissis conuentis noluerunt tradere ciuitatem. Adstipulatur Aemilius in vita Miltiadis. Est autem Paros una ex Cycladibus, quemadmodum & Myconus.

Mari e fossa aquam.

Θαλάμη ἐκ παραδέντος ὕδατος, id est, Mari e lacu aquam, subaudiendum, infundis. Simile illi, ἄλλος ἀρερε, id est, Gleba aruum. Ouidius in elegijs amatorijs: In freta collectas alta, quid addis aquas? Cognatum illi quod alibi recensuimus: In syluam vehere ligna, & oleum camino addere.

Hamaxiæa.

Ἀμαξιῶα. Prouerbiali verbo dicebantur ampla, magnificaq. perinde sonat, quasi Latine dicas, plaustralia, id est, tanta, ut iustum plaustrum onus videri possint. Unde ἀμαξιῶα ῥήματα dicebant eo pacto, quo Flaccus dixit, sesquipedalia verba. Quod genus sunt illa apud Aristoph. in Vespijs:

Οὐδὲν οἷος κοφάτω δὲ κοταλαπάρων τρέπων.

Apud Plantum item in Curculione militis nomē The- rapontigonoplatagidorus, quo se trapezita ait se peni- mero quattuor totas expleuisse ceras, dum scribit in suis rationibus. Extat iocus cuiusdam in Hermetem quempiam huiusmodi sesquipedalium verborum af- fectatorem:

Gaudet honorificabilitudinitatibus Hermes

Consuetudinibus sollicitudinibus.

Athenæus libro decimo, referens olim taxatam fuisse Thessalorum edacitatem, cœnas illorum vocat ἀμαξιῶας, siue καπαγιῶας, adfert carmen Aristophanis & ταχυσιῶας,

Τὶ πρὸς τὰ λυδῶν δειπνᾶ καὶ τὰ θεσσαλῶν,

Et rursus,

Τὰ θεσσαλῶν μὲν πολὺ καπαγιῶτα, id est,

Ad Lyda quid seu Thessalica conuiuia?

Thessalica sunt multo magis plaustralia.

Porro Thessali vehicula dicunt καπαγιῶα. Item libro 7. tradidit apud Sicyonios congros capi permultos ἀδραχέας, hoc est, tantæ magnitudinis ut iusto pondere ba- iulum onerent, non nullos etiam ἀμαξιῶας, hoc est, ius- tum onus vehiculi. Quin & ἀγινῶα dicta sunt ingen- tia, vel a talento quod apud illos habebatur maius ce- teris: vel a sarcinis negotiatorum, varias complecten- tibus merces, quæ Hesychius testatur Græcis dici ἀγινῶα, Sic enim scriptum est, antepenultima acuta. Eas sarcinas qui commercantur appellari ἀγινῶα- λας. Addit & nomisma quoddam argenteum ingens dici Græcis ἀγινῶα.

Museum demetere.

Ἀμύνειν, id est, Museum demetere: dici solitum, ubi quis tener adhuc & intempestius durius tractaretur aut tolleretur emolumentum prius quam opportunū esset. Translatum ab iis, qui statim ut ager obduci cœ- perit herba, demetunt, nec sinunt adulescere gramen. μῦνον enim muscus, & additione litteræ ἀμύνειν sicut ἀσχεύει pro ἀσχεύει.

Extis pluit.

Ἀλασιν, id est, Lucanicis pluit. Sermo prouerbialis de prodigiosa rerum copia, qui iocus etiam hac tempesta- te durat apud idiotas. Siquidem ἄλας Græcis exti ge- nus est, ex quo frustulati conciso facta conficiuntur, quod cibi genus in Comæum iocum abiisse videtur, unde viles & contempti ἀλασιν ὀνόμαζον vocantur adagio. Confinis illi δραχμὴ χαλαρῶσα, id est, Drachma gra- dinans.

Aliis lingua, aliis dentes.

Ἀλλοῖσι γλῶττι ἀλλοῖσι νύκτι γύμφοι.

id est,

His lingua, at illis sunt molares iniuicem.

De loquacibus & edacibus dici consuevit. Quemad- modum non raro fit in conuiuiis: ut alijs garrientibus, & fabulis potius quam cibis intentis, alij interim taci- ti, strenue quod adpositum est, deuorent. Venustius erit si longiuscule detorqueatur, ueluti si quis minetur se facto nociturum ei, qui verbis dimittat læserit. Poe- tis est lingua, qua inuehantur: at principibus sunt mo- lares quibus eos conficiant.

Improbi consilium, in extremum incidit malum.

Ἀπὸν τῆς κακῆς βελῆς πρὸς ὑπέρτατον ἄγαν.

Incidit extremam in noxam mens improba tandē. Heroicus prouerbialis in eum, qui postea quam diu pec- cavit impune, tandem in calamitatem incidit, ut pœ- nas omnium scelerum semel dependat.

Aliud noctua sonat, aliud cornix.

Ἀλλοῦ λάλει ἄλλο κοράνη φέγγει, id est, Aliud noctua sonat, aliud cornix sonat. Vel, alia noctua, alia vox cornicis. Accomodari pōt uel ad eos, qui decertāt cū longe pre- stantioribus, uel ad illos, inter quos ob morum, inge-
M m niq.

niiq. pugnantiam, minime conuenit. Siue cum est alius alio longe facundior. Quemadmodum enim auem etiā si non videris, tamen e cantu licet dignoscere, ita stilius diuersus prodit ὁδὸν πύργου.

Reperire rimam.

PROVERBIALI figura dixit Plautus in Curculione: Aliquam reperietis rimam, in caussatores ac tergiuersatores, qui nulla in caussa tot fidei vinculis adstringi possunt, quin aliquid inueniant quo elabantur. Similiter Horatius:

-Centum adde catenas,
Effugiet tamen hæc scelcratus vincula Proteus.
Ductum ab auibus aut muribus captis.

Album panem pinso tibi.

Ἀλκὸν μᾶλλον φουδῶσαι, id est, Album panem pinso siue tēpero tibi. Dici solitum, ubi quis magnarum rerum spes amplas ostendit. Est enim maza panis genus. Porro Græcis album panem in deliciis fuisse, locis aliquot testatur Lucianus, nominatim in libello de mercede seruientibus. οὐδὲ ὅτι οὐκ ἔστιν ἀπὸ τοῦ ἑσπερίου, id est, Ne per somnum quidem unquam albo pane saturatus. Et D. Hieronymus in epistola ad Nepotianum, simillam inter delicias ponit. Quid prodest, inquit, oleo non vesci, & molestias quasdam, difficultatesq. ciborum querere, caricæ, piper, nuces palmarum, similia, mel, pistacea. Ac ne fuisse quidem Romæ pistores ad Persium usque bellum, annis ab urbe condita, super quingentos octoginta: testis est Plinius libro 18. cap. 11. ubi rationes aliquot arte conditi panis ostendit. Porro quod primum e triticea farina redditur, candidius est: rursus quod ex ordeacea postremum, id magis est album, ut indicat in problematis Aristoteles sectionis 21. prob. 3. & 7. eiusque rei causam reddit. Græci panes elegantiores λευκοὺς appellabāt, sordidiores φασκούς, id est, fuscus seu nigros. Sic Alexis apud Athenæum libro tertio.

Λευκοὺς ὑφ' ὅκτων, τὸν δὲ φασκὸν τοὺς ἵσσε, id est, Panes quidem albos octo, dein totidem nigros.

Huc pertinet illud, ex iure hesterno, panem atrum vorant. Narratur ibidem quiddam non illepidum de Diogene Cynico qui cum placenta vesceretur, percontanti quid comederet, respondit se panem edere bene confectum. Hoc adiicere visum, ut intelligamus, olim miras fuisse delicias in panibus conficiendis. Apud eundem libro quarto, describitur conuiuium Atticum, in quo commemorantur & panes λευκοὶ & φασκοί, id est, albiore niue.

Candidum linum lucri caussa ducis.

Λευκὸν λινὸν καὶ φασκὸν, id est, Candidulum linum ob lucrum ducis uxorem, In eum quadrat, qui dotis causa ducit vel deformē vel anī. Porro linū vocat uxore, vel quod apud ueteres solæ mulieres lineis uteretur: vel quod viro adligetur matrimonio, et libera esse desinat. Nam linon Græci non numquam usurpant pro vinculo. λευκὸν λινόν autem Iunonis epithetum apud Homerum, ab albis vlneis. Refertur a Diogeniano.

In capras sylvestres.

Κατ' ὤρεας ἀγρίαις, id est, In capras seras. Abominanti

est, sermo, & malum deprecantis, inq. sylvestres capras auertentis, confine illi, quod alibi dictum, εἰς πύργου, id est, in Pyrrham. Item illi:

Hostibus eueniant conuiuia talia nosiris.

Vsus est adagione Athenæus libro Dipnosophistarum secundo: μυρτίλιος ὅς ἐφ' ἑσπερίαις, ὁ ἄσπερος εἰς ὠρεας ἡμᾶς ἀγρίαις ἀποπέμπων τοὺς ζῴοντάς τας, ἡγύσας δὲ τὸν δελφὸν ὅς τοις ὑπομνήμασιν αὐτοῦ μνημονεύει τῆς λέξεως, id est, Nam Myrtilius assenerabat, velut ad capras sylvestres nos relegans querentes, Hegesandrum Delphum in commentariis suis, eius dictionis meminisse. Ad capras sylvestres posuit pro eo, quod difficillimum esset inuentu, aut quod nusquam est. Citauerat enim ex auctore testimonium, quod mox Plutarchus negat apud illum extare. Ad hoc prouerbium adludit Apuleius in asino, fingens Psychen a Venere mitti ad Arietes agrestes.

Adsint dij beati.

Σὺν δὲ θεοῖς μακάριος.

id est,

Felices adsint superi.

Sermo est bene ominantis in re quapiam aggrediunda. Sic enim præfari solent rhapsodi, hoc est, carminum Homericorum recitatores & interpretes. Quemadmodum & citharædis cantaturis mos erat Apollinem, ut dexter adesset carmine inuocare, ἔχ' ἄν' ἐξέμει' λαχέμε, id est, At multum salue rex. Quin & testamentum condituri præfabatur omnis causæ, τὸ το καλὸν εἴσο, id est, Hoc bene sit. Item apud Romanos dicturus in concione simili precatione utebatur, ut felix ac faustum esset Reipublica, quod dicturus esset. Refertur apud Zenodotum.

In Aphannis.

Εἰς ἀφάνειον, id est, In Aphannis. Stephanus tradit Aphānas locum quempiam esse Siciliæ, vehementer obscurum & ignobilem, unde & nomen adductū apparet. Hinc natum prouerbium, εἰς ἀφάνειον, id est, Aut in Aphannis, de incertis, & quæ nusquam sunt. Zenodotus ait natum ex huiusmodi casu. Sybaritæ quondam oraculum adcentes, orabant ut sibi victoriam aduersus Crotoniatas concederet, idq. Crotonitatis ipsis præsentibus. Quidam autem Crotoniatarum per iocum respondit ad hunc modum: Istam quidem consequemini in Aphannis. Sybarita credens id a deo responsum, admiratus est, quid sibi vellet hoc verbi Aphanna. Prouerbium ait quadrare in eos, qui se putant inuictos, & nulli tolerandos esse. Verum Stephani nobis magis probatur interpretatio.

Ad id quod erat opus.

Εἰς τὸ δόν, id est, In id quod opus erat. subaudiendum, insumpsi, aut simile quiddam. Natum a iunctis ex oratione Periclis. Narrant hunc datis pecuniis impetrasse ab Astyanacte Lacedæmoniorum rege, qui iam bellū parabat, ut ex Attica discederet. Deinde cum esset populo rationem eius pecuniæ redditurus, puderetq. palam titulum insumptæ pecuniæ proloqui, teste significauit, εἰς τὸ δόν, inquit, ἀνέλωσα πάντα ταύτα εἰς τὸ δόν, id est, in usus necessarios tantum talentorum insumpsi. Hæc ferme referuntur a Zenodoto. Notauit adagium & Aristophanes in Nebulæ:

ἄσπερος

ὅπως περικλίνεις εἰς τὸ δῶν ἀπώλισα. id est,

Ita ut Pericles perdidit in quod oportuit.

Quo loco interpres varias adfert historias, unde proverbium ortum putent, quæ si quis requireret, unde petere possit, ostendimus. Eleganter torquetur per iocū in eos, qui sic administrarunt pecuniam alienam, ut non possint idoneam rationem reddere.

Adactum iusiurandum.

Ἐπακτὸς ὄρκος, id est, Adactum iusiurandum dicebatur, vel quod non vernaculum esset, sed peregrinum, & aliunde adscitum, ut indicat Zenodotus: ut si quis Græcus Scythico more iuret, ut τὰ κινάκω καὶ τὸ ἀνιμον, id est, Per ventum & acinacem. Nam per suos deos nunquam gens iurare consuevit: vel quod non spontaneum, sed adactum vi: vel quod sponte susceptum nemi ne cogente, si Suidæ credimus, & etymologico. Sunt enim tria iusiurandi genera, unum quod ἰπώμοτον vocant, alterum quod κατὰ νόμον, tertium quod ἰπώκτον. Hesychius contra ἰφ' ὅν τ' ὄρκος ἀγνή, ἢ ἀδελφικός, id est, Ad quod alius adigit non spontaneum. Hoc inter adagia non recensuissimus, nisi Zenodotus prior in hoc albo posuisset.

Scabrosior leberide.

Κοττότερος ἡ βερρίδε, id est, Asperior leberide. De vehementer asperis & insuauibus. Nam leberis Græcis dicitur exuium illud vel serpentum, vel piscium exuium seneham, quod & σόληρ vocatur: id autem asperrimum esse constat, nimirum ob summam siccitatem. Refertur a Suida.

Procul auribus nuntius veniat.

Ἀπ' οὐρατος ἄγγελος ἔλθει. id est,

Procul absit nuntius aure.

Sermo deprecantis nuntium male auspiciatum. Suidas ex Callimacho citat. Hom. item Iliad. 7.

Αἰεὶ δὲ μοι ἀπ' οὐρατος ὄνδρ' ἔννεπε. id est,

Ista velim mihi sint procul auribus.

A Puro pura defluit aqua.

THEOGNIS in sententiis Elegiacis,

Εἴμ' ἐδίλως πλύνει, καὶ φάλλος ἀμείνον ἀπ' ἄρκου

Αἰεὶ λουκὸν ὕδωρ ἔρβουται ἡμετέρης, id est,

Rursū aqua de summo mihi vertice defluet usque

Limpida, si innocuum forte lauare pares.

Hoc distichon, quoniam subesse proverbium videbatur, adscripsimus. Quadrabit in hominem usquequaque inculpatus & innocentem, quem etiam si quis aliquando vocet in crimen, tamen non solum fama illius non contaminatur, verum etiam illi prior redditur. Nec sine causa laudi tribuunt illud Catoni Censorio, quod toties accusatus & vocatus in ius, nepe quater & quadragies, semper iudicium sententiis fuerit absolutus.

A lupi venatu.

Ἀπὸ λύκος ἐτίσσει, id est, A lupi venatu. Dici solitum, ubi quis protinus re infecta discedit. Aut de negotio molesto, & agresti. Neque enim tutum est lupum insequi, neque is facile capitur, cum reliquarum ferarum venatus non vulgarem adferant voluptatem, Meminit Suidas.

A subeunte portum naui.

Ἀπὸ κατὰ δουμένους, id est, A subeunte, subaudi, naue lucrum capias. Admonet adagium celeritatem ad questum plurimum valere. Et in negotiatorem illud in primis competere, ὅπως ἀπὸ πύλων, id est, Somnus abesto. Sumptum a mercatorum diligentia, qui merces statim emunt ab ipsis nautis in portum appellentibus. Tum enim & minoris emuntur, & maiori distrahuntur, lucro. Trahi poterit ad eam sententiam, ut si quis dicat statim arripiendam oblatam occasionem lucrī. Aut tum rogandum quempiam, ubi fortuna recentem aliquam commoditatem obiecerit. Nam sumus plerique tum ad gratificandum benigniores. Persius in quinta Satyra metaphoram variauit, cum ait:

Tolle recens primus piper e sitiente camelo.

Id est, ilico cum adhuc de via sitit camelus, qui merces attulit. Proverbij meminit Suidas.

A bis septem vndis.

Ἀπὸ δὲ ἑπτὰ κυμάτων, id est, A bis septem vndis. In eos cōpetit, qui a noxia quapiam purgati sunt, propterea quod antiquitus mos esset, homicidio pollutos vestes suas bis septem innundationibus, immersionibusque lavare. Testis Suidas.

Exigit & a statuis farinas.

Αἰ τί μ' καὶ τοὺς ἀνδρείους τὰς ἀλφίτας. id est,

Sane cibum & signis ab ipsis exigit.

In eum dicendum, qui nullius misertus, undecumque quod potest auellit, vel ab ipsis mortuorum statuis. Simillimum illi, καὶ τὸ νικητὴν φέρεις, id est, Et a mortuo tributum colligis.

Athos celat latera Lemniæ bouis.

Ἀέως καλύπτει πλοῦρ' ἡ λεμνία βόεις, id est,

Athos obumbrat latera Lemniæ bouis.

Ubi quis officit, aut molestus est, aut gloriam cuiuspiam obscurat, aut alioquin obsistit. Tradunt in Lemno bouis fuisse simulacrum ingēs, candido factum lapide. Id Athos mons tamen si longo dissitus intervallo, tamen ob summam celsitudinem, obscurat umbra sua. Est autem Athos Thraciæ mons ingens, adeo ut umbram iaciat ad stadia trecenta, teste Stephano. Meminit huius Apollonius Argonauticon libro primo:

Ἡριδὲ νιασομένοισιν ἄλω ἀνίτη καὶ κολώνη,

Θρηκίη, ἢ τὸ αὖτον ἀπὸ πρὸς τὴν λεμνὸν ἐὼς τὰς

Οὐρονίς, ὅθεν καὶ ἑὺσελὸς ὀλέας ἀνίσταται,

Ἀκροτάτῃ κορυφῇ σκιάται, καὶ ἐς ἄχρ' ὑψέιναι, id est,

Solis ad exortum vada salsa secantibus alto

Vertice sese ostendit Athos, mons Thracius, is qui

Dissitus a sacra tanto discrimine Lemno,

Quantum alata die valeat transmittere nauis,

Hanc tamen aerij contingit verticis umbra.

Quin lōginquā etiam contingit ad usq. Myrinen.

Proverbij meminit & Plutarchus in Moratibus, cum alias tum in commentario, quem inscripsit De facie parente in orbe lunæ, testis umbram porrigi per septingenta ferme stadia. Theocriti Scholiastes versiculum hunc citat ex Sophocle.

Ἀδὸς σκιά(η) νῶτα λεμνίας ἄλως.

id est,

Athos obumbrat terga Lemniæ maris.

Δ m

2

Trasce

Præsentem mulge, quid fugien-
tem insequeris?

Τὴν πρῆσταν γάλακτι τὴν ἀνέστηκα δάκναι, id est,
Præsentem mulgeto, quid insequeris fugientem?
Heroicus proverbialis admonens præsens lucrum nõ
omittendum spe commodorum, quæ non item ad ma-
num videntur esse. Sumptum ex Cyclope Theocri-
ti, Scholiastes citat consimilis sententiæ versum He-
siodium:

Νῦν ποὺ δὲ τὰ ἔτοιμα λιπὼν τ' ἀπὸ τοῦ μὲν δάκναι, id est,
Stultus qui non præopta sequens, id præopta relinquit.
Existimat eundem habere sensum quod alibi nobis di-
ctum est, τὸ εἶλθον καὶ βῆναι ἔλκεται.

Quid ad Mercurium?

Τὴν πρὸς τὸν Ἑρμῆα, id est, Quid ad Mercurium? Idem cum
illo ἔστιν πρὸς τὸν Βάκχον, & nihil ad Bacchum, Nihil ad rem.
Nam Mercurius orationis auctor. Competunt in eos
qui loquuntur aliena ab eo quod agebatur.

Quid Achivos a turre iudicatis?

Τὴν τὴν ἀχαιοὺς ἀπὸ τῆς πύργου κρίνειν, id est,
Cur iudicatis Danaïdas de mænibus?
Dici conveniet, quoties quis pronunciat de re non sa-
tis accurate considerata. Aristides in Themistocle:
τί τῶν τῶν ἀχαιοὺς ἀπὸ τῆς πύργου κρίνειν; id est,
Quid in his Achivos de turre iudicamus? Sumptum
apparet ex Iliados γ. quo loco Priamus in mænibus
Troianorum, arcessitam Helenam percussatur quæ nã
essent, quos procul in Græcorum exercitu conspiceret,
& Agamemnonis formam laudat ad hunc modum:
Ὅς τις δὲ δ' ἐστὶν ἀχαιοὺς ἀνδρῶν πρὸς μέγας π,
Ἡ πομπὴ κεφαλῶν καὶ μὲν ἄνδρες ἀνδρῶν ἔστιν,
Καλὸν δ' οὐ πομπὴν ἔχοντα ἔχοντα ἔχοντα,
Ὅς δ' ἔτι περὶ τῶν ἀχαιῶν ἔστιν ἀνδρῶν ἔστιν. id est,
Ille quis ē cedo, Graius homo, magnusq. bonusq.
Sunt alij hunc fatcor superantes vertice plures.
Verũ æque pulchri memini me cernere numquam
Nec reverendum æque regem præferre videtur.

Nec inconcinne torquetur ad eos, qui in tuto consti-
tuti, de iis iudicant, qui in periculo versantur. Quem-
admodum faciunt ij, qui in turre, aut vallo sedentes,
otiosi spectant, iudicantq. præliantes, ac in multis ani-
mi robur aut consilium desiderant, quod ipsi nequaquã
præstaturi forent, si in eodem discrimine versarentur.
Aristides in Themistocle: εἰ μὴν ἐχθροὶ οὐ μὲν τῆς ἐκ
λαοῦ ποτὶ τὸ πῶ πλοῦν, λέγειν καὶ τῶν δυνάμεων τῶν
αὐτῶν δυνάμεων, καὶ ἀνέμους ἐξ ὧν τὸ ἔλκεται ὑποπῶ τῆς χιτῆς,
id est, Atqui non parvi refert, si quis medio in mari,
de iis loquatur, qui in navi sunt, animiq. præsentiam
demonstret, sedensque procul a procella interpra-
rietes.

Quid usus cepis putridi?

Τὴν χρῆσιν τοῦ πορρωτάτου κρεμμύτος, id est, Quis usus putrefacti
cepis? De rebus aut etiam hominibus, reūculis, &
quorũ nullus usquã est usus. Etenim cū cepe sit herba,
per se vilissima, simul atq. cõputruit, nihil esse põt abie-
ctius. Cognatum illi Plautino, vitiosa nuce non emam.

Philoxeni non.

Τὸ φιλοξενῆς ἔστι, id est, Philoxeni non. Dicendum, ubi quis

obstinare vel inficiatur, vel recusat: aut ubi quis alteri
nescit concedere, neque quidquam ad gratiam loqui.
Philoxenus poeta, quemadmodum alibi diximus, vs-
que adeo non potuit carmina Dionysii probare, ut mi-
luerit reduci ad fodinas lapidarias.

Meos corymbos necto.

Τὴν ἐμὴν κερύμβους πλῆκω, id est, Meos necto cincinnos.
Vbi quis respondet, quod nihil pertinet ad interroga-
ta. Refertur ad hunc modum, χαῖροις ὑπὲρ ἡλίου, τὴν ἐ-
μὴν κερύμβους πλῆκω, ἔσσι λέγειν πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀκοί-
τις οὐ τῶν ἐμῶν, id est, Salve Hypsipyle. Meos corymbos
necto. Non tibi loquor ista de re. Maritus meus
hic est? Ex aliquo comædiæ loco sumptum apparet,
in qua persona quæpiam per dissimulationem, diversa
responderit. Quod genus est & illud apud Teren-
tium in Phormion. cum Phadria rogatus, ubi nam es-
set Antipho, respondens iterat salutationem, deinde,
aut illum recte valere. Est consimilis locus & apud
Plautum in Mercat. Iam machæra est in manu. Nã
si eo te introducam. Tollo ampullam, atque hinc eo,
& reliqua. Nam locus longior est, quam ut citra te
dium possit recenseri. Confine ei quod alibi recensui-
mus ἀμύσσει ἀπὸ τῆς.

Compendiaria res improbitas.

Σύντομος ἡ πονηρία, ἢ ἡ ἀρετή, id est, Compendiaria
res improbitas, virtus longa. Qui semel addixit ani-
mum vitis, is quidvis flagitij facile patrabit. At sin-
gulæ virtutes magno sudore parande. Fitq. quadam
naturæ corruptione, ut quæ turpia sunt, vel αὐτοδιδε-
κται protinus arripiamus, quæ honesta vix laboribus
diutinis inculcentur. Plutarchus in apophthegmatis
tribuit hoc dictum Cleomeni. Cum prædo quispiam in
agrum Lacedæmoniorum fecisset incursionem, atque
vbi captus esset dixisset, Ideo hæc se fecisse, quod non
esset quo aleret militem, proinde ad eos vertisse sese,
quibus superesset nec impartirentur, Cleomenes οὐκ ἔ-
μας, ἢ φρενὴ πονηρίας.

Vmbra pro corpore.

Σκια αὐτῆς τοῦ σώματος, id est, Vmbra pro corpore. Quoties
aliquis magnum quiddam videbitur affectus, cum ni-
hil tandem auferat præter titulum, aut spes meras.
Mutuo sumptum ab Aesopica fabula de cane, qui dū
vmbra carnium, quod ea maior appareret captat,
veras amisit carnes. Sam quidem iambi cō carmine Ga-
brius quidam, utcumq. complexus est hoc pacto:

Φερόντων ποταμὸν πλησίον κύνων κρείσσον,
Κύνων ἑαυτῶν, ἢ κύνων εἰς ὕδωρ βλεπόντων.
Χαίρων δὲ λαίπρον τοῦ καὶ τοῦ λαβόντων κρείσσον,
Ἀπεσφαιτο καὶ τῶν οὐκ ἐκράτην, id est,
Iuxta fluentem deferens carnes canis,
Dum pronatus in amne conspicit alteras,
Et hians deorsum ut easce carnes prenderet,
Amisit has quoque, quas tenebat antea.

Sinopissas.

Σινωπίσσις, id est, Sinopissas, id est, lascivius. A Sinope scor-
to quodam nobili, celebratæq. lascivius, cui nomẽ hinc
inditum videtur, quod noxiis esset oculis. Athenæus
libro 15. docet Aeginensem. Fuit & Sinope Aesopi
filia, cui nihil carius fuit virginitate.

Vitias

Vitiat lapidem longum tempus.

Σάπην καὶ πῖτριν ὁ πολὺς χρόνος.

id est,

Saxa etiam longum faciet putrescere tempus.

Nihil in rerum natura saxo durabilius. At id quoque temporum diuturnitas absument. Quod poeta nimium iniungunt, cum fingunt Saturnum temporis deum, saxum Iouis loco suppositum deuorasse. Ouidius libro De ponto 4.

Gutta cauat lapidem, consumitur anulus usu,
Et teritur pressa vomer aduncus humo.

Sileni Alcibiadis.

Σίλωνι ἀλκιβιάδῃ, id est, Sileni Alcibiadis, apud eruditos & in prouerbiū abiisse videntur, certe in collectaneis Græcorum prouerbij vice referuntur, quo licebit vti, vel de re quæ cum in speciem, & prima, quod aut fronte vilis ac ridicula videatur, tamē interius ac propius contemplanti, sit admirabilis: vel de homine, qui habitu vultuq. longe minus præ se ferat, quam in animo claudat. Aiuunt enim Silenos imaginuculas quasi fuisse seculares, & ita factas, ut diduci & explicari possent, & quæ clausæ ridiculam ac monstruosam tibiicinis speciem habebant, apertæ subito numen ostendebant, ut artem sculptoris gratiorem iocosus faceret error. Porro statuarum argumentum sumptum est à ridiculo illo Sileno Bacchi pædagogō, numinumq. poetorum morione. Quandoquidem habent & illi principum nostratum exemplo suos καὶ τοιοῦτους. Proinde apud Athenæum libro quinto adolescens Critobolus irridens Socratem senem ac deformem, dicebat illum πάλι τῶν σαλίων αἰχία, id est, multo Silenis deformior: locus autem est apud Xenophontem in conuiuiō. Socrates, οὗτος ὁ καλῶν ἄνθρωπος κομπούσις, Vt istud iactas quasi sis formosior. Critobolus, ἢ δὲ ἀπὸ τῶν σαλίων ὁ σπυρτικοίς, αἰχίῳ ἂν ἴλω id est, Ita per Ionem, aut omnium Silenorum qui sunt inter Satyros turpissimus fucro. Et Alcibiades apud Platonem in conuiuiō, Socratis Encomium dicitur, eū Silenis eiusmodi simile facit, quod is multo alius esset propius intuenti, quam summo habitu specieq. videretur. Quem si de summa, quod dici solet, cute quis aestimasset, non emisisset asse. Facies erat rusticana, taurinus aspectus, nares simæ mucroq. plenæ. Sannionem quempiam bardum ac stupidum dixisses. Cultus neglectus, sermo simplex ac plebeius, & humilis, ut qui semper aurigas, cerdones, fullones & fabros haberet in ore. Nam hinc fere sumebat illas suas ὑσπερβολαίς, quibus urgebat in disputando. Fortuna tenuis, vxor qualem ne vilissimus quidem carbonarius ferre posset. Videbatur mirari formas adolescentulorum, videbatur amare, & zelotypia tangi, cum eum ab his affectibus δὲ πασῶν abesse compererit etiam Alcibiades. Denique iocus ille perpetuus non nullam habebat morionis speciem. Cum ea tempestate, ad insaniam usque ferueret inter stultos, profitendi sapientiæ ambitio, nec vnus esset Gorgias, qui se nihil nescire iactaret, & ardionibus huiusmodi nusquam nō referta essent omnia, solus hic hoc vnum scire dilectabat, quod nihil sciret. Videbatur ineptus ad omnia reipublicæ munia, adeo ut quodam die quiddam apud populum adorsus agere, cum risu sit explosus. Atqui si Silenum hunc tam

ridiculum explicuisses, videlicet numen inuenisses potius quam hominem, animum ingentem, sublinem, ac vere philosophicum, omnium rerum pro quibus ceteri mortales currunt, nauigant, sudant, litigant, belligerantur, contemptorem, iniuriis omnibus superiorem, & in quem nullum omnino ius haberet fortuna, & usque adeo nihil timentem, ut mortem quoque nulli non formidatam contempserit, in tantum ut cicutam eodem ebiberit vultu, quo vinum solet, utq. iam moriens etiam in Phædonem suum iocaretur, adinonens, ut voto se liberans Aesculapio gallum persolueret, perinde quasi sumpto pharmaco, iam sanitatis beneficiū sentiret, cum exiret e corpore, unde omnes animi morbi scatent ac pullulant. Proinde non iniuria cum id tempestatis plena sophis essent omnia, solus hic morio, sapiens oraculo pronuntiatus est, & plus iudicatus est scire, qui nihil sciebat, quam hi qui nihil nescire se prædicabant, immo ob idipsum iudicatus est plus ceteris scire, quod vnus omnium nihil sciret. Huiusmodi Silenus fuit Antisthenes, baculo suo, pera, pallioq. maximorum regum fortunas antecellens. Huiusmodi Silenus fuit Diogenes, vulgo canis habitus. Verum in hoc cane diuinum quiddam animaduertat Alexander Magnus, principum ut videbatur, omnium κομπούσις & alpha, cum animi magnitudinem admiratus, optaturum se diceret, ut ni Alexander esset, Diogenes esset: cum hoc magis optare debuerit Diogenis animum, quod Alexander esset. Huiusmodi Silenus fuit Epictetus, seruus, pauper, claudus, ut indicat illius epitaphium, sed idem, quod est felicissimū, carius superis, id quod sola vitæ præstat integritas cum sapientia coniuncta. Hæc nimirum est natura rerum vere honestarum: quod habent eximium, id in intimis recondunt, adduntq. quod contemptissimum, id prima specie præ se gerunt, ac thesaurum ceu vili cortice dissimulant nec prophanis ostendunt oculis. At vulgarium & umbraticarum longe diuersa ratio, summa specie blandiuntur, quodq. pulcherrimum habent, statim obuiis ostentant: sin penitus introspicias, nihil minus sunt, quam quod titulo specieq. præ se ferebant. Adeo quidquid in omni rerum genere præclarum est, id minus in conspicuo est. In arboribus flores & folia blandiuntur oculis: ipsa se late moles ostentat. At semen, in quo vis est omnium, quam est res minutula, quam abdita, quā non lenocinans aspectui, quā nō ostētatrix sui? Aurum & gemmas in altissimas terræ latebras abdidit natura. In elementis, quæ vocant, quod quidq. præstantius est, hoc longius a sensibus est remotum, & clut aer & ignis. In animatum genere quod est optimum & efficacissimum, id in intimis abditum habent. In homine quod est maxime diuinum & immortale, id solum cerni nō pot. In quouis rerū genere, materia pars vilior, maxime patet sensibus, forma vis et beneficiū, utilitate sentitur, & tamē ipsa procul abest a sensibus. Rursum in corporis physici temperatura, cū phlegma & sanguis sensibus sit familiaris & pateat, id quod plurimum confert ad vitam, minime patet, nepe spiritus. Demū in vniuerso, quæ maxime sunt ea non videtur, veluti substantiæ, quas separatas vocant. Et quod in his summū est, id a sensibus quam maxime sepositum est, nempe deus, adeo ut nec intelligi, nec cogitari possit, cum hīs sōis sit vnicus omnium.

M m

3

Sarone

Sarone magis nauticus.

Salaminia nauis.

Σαρόνης ναυτικός, i. Sarone magis nauticus. Aiunt hunc fuisse deum quempiam nauticum. Vnde & Saronico mari cognomen inditum. Congruet in horrido cultu hominem, & moribus feris, quod genus nautas plerumque videmus esse. Aut in negotiatorem per omnia maria uolitantem. Meminit & Saronis, & ab hoc cognominati maris Arisii: in Themistocle, Οὐδ' ἴνα τὸν πᾶντα χρόνον τὴν θαλάσσαν οἰκῶν, ὅς ποτε τὴν γλαυκὴν φασί τὸν ἀδελφεὺν, ἢ τὸν σάρονα τὸν ἐπώνυμον τῆς τοῦ λῆξης, id est, Nec uti per omne tempus in mari habitent, quemadmodum aiunt facere Glaucum Anthedonium, & Saronem mari cognominem. Pausanias in Corinthiacis Saronis facit mentionem, qui Alcibiade regioni maritimæ imperarit. Huic diuersum, quod ait in Ranis Aristophanes,

- Ρῶς δ' αὖτις ποταμοῦ

ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ πᾶτος, ἄτ' αὖτις ποταμοῦ

ὡς ἐστὶν ἰλαύνειν,

id est,

- Quo nam modo

Potero imperitus, & a mari alienissimus,

Salaminis expers, atque nauim agere rudis?

Assidua stilla faxum excavat.

Πάντε ἐδ' ἀλεχέσθαι κοιλίαν πέτραν, id est, Stillicidiū perpe-
tuum faxum excavat. Admonet, nihil esse tam durū,
quod non emolliat: nihil tam arduum, quod non effi-
ciat assiduitas. Quandoquidem stilla aquæ, nimirum
res tam tenuis ac leuis faxum etiam durissimum ex-
hauriat, quod vix ferro possis euincere. Plinius tra-
dit, inueniri silices, formicarum pedibus attritas, idq.
grauissimum exemplum esse putat, quantam vim ha-
beat assiduitas. Menander apud Stobæum,

- Ρᾶντα γὰρ

τῶς ἐδ' ἀλεχέσθαι κατὰ ποικίλιν περὶ γυμνά. id est,

- Nam vinci solent

Assiduitate quælibet negotia.

Ouidius.

Quid magis est durum saxo, quid mollius vnda?

Dura tamen molli saxa cauantur aqua.

Galenus: περὶ κρᾶσεων libro tertio, eandem sententiam
refert, carmine Heroico, ἔγω δ' ἀπὸ κακῶν καλῶς ἀ-
νέω δολοί.

Πέτραν κοιλίαν ῥάντε ὕδωρ ἀλεχέσθαι. Id est,

Ita nimirum & illud recte dictum videtur,

Stillula mollis aquæ lapidem assiduo canat ictu.

Huc adferunt Homeridæ, quod cum poculum plenum
ceteri vix tollerēt a mensa, solus Nestor facile nulloq.
negotio sustulerit, cum esset admodum senex, & viri-
bus multis inferior, verum hoc illi dabat usus et exer-
citatio. Nam Homerus facit Nestorem φιλοπότῳ.

Homeri carmē sic habet,

Ἀλλος μὲν μοῖραν ὁδοποιήσας τε καὶ πείρης

πλῆθον ἔδωκεν, νῆες δ' ὁ γέρον ἀμολγντίαιες. id est,

Vix alij poculum poterant sustollere mensa

Plenū, at grandæuius Nestor facile abstulit illud.

Quæ sententia non solum accommodari potest ad assi-
duitatem, sed huc quoque, quod ea facile facimus, quæ
libenter facimus.

Σαλαμινία ναῦς, id est, Salaminia nauis, de præuolocibus
dictatum est. Celebratur enim vel in primis nauale
bellum aduersus Xerxem gestum apud Salaminem, si
ue quod ex triremibus, altera Salaminia vocari con-
suevit, altera πᾶραλος. Aristophanes in Anibus, ἴτε τοῦ
χίμα, πᾶραλος ἢ σαλαμινία. Vnde & Bacchus eo, quem
modo citauimus loco, σαλαμινίαν appellat sese, quod
bellicarum rerum ac remi ducendi esset ignarus. Ad-
lusit autem poeta, sicut opinamur, ad prouerbiū quod
alibi retulimus, δικαίῳ τῷ ἰλαύνειν τὸ εἶδός τε, id est, Opor-
tet ducere remum cum qui norit. Plutarchus in vita
Periclis nauim robustam & in qua velut in triariis
vltimum sit præsidium, Salaminiam appellat, Οὐδ' αὖτις
παρεῖν εἰς τὸ πλῆθος, ἢ αὐτὸν ὡς τὸ σαλαμινίαν τρι-
ραν, φησὶ κριτέλας, πρὸς τὰς μεγάλας χρεῖας ἐπεδίδες, id
est, Nec semper obambulans in turba, sed ueluti Sala-
miniam triremem, ut inquit Critolaus, sese ad maiorem
rerum usum præbens. Scholia quæ feruntur in Ari-
stophanem tradunt Athenis duas fuisse naues vsui pu-
blico destinatas, e quibus Salaminia subueheret ad iu-
diciū euocans, Paralus aueheret. Nam Theoris eos
vehebat, qui voti aut religionis ergo Delphos aut alio
quopiam proficiscerentur.

Pyrrhandri commentum.

Πυρρᾶνδρος μηχανήματα, id est, Pyrrhandri commentum, de
callido inuento. Hic Phyrhander sycophanta quispiā
fuit, insignite versutus, notæq. malitiæ. Aristophanes
in Equitibus,

Καὶ νῦν δ' ἵν' καὶ τὸ πύρρανδρος τὸ μηχανήματα, id est,

Ac per Ionē fuit quidē Pyrrhandrica ista techina.

Ἀζηλος πλῆθος.

Ἀζηλος πλῆθος, vocabatur, cum quis suas dotes ignoraret.
Veluti si quæ formosa cum sit, putida esset tamen, si-
biq. displiceret. Aut si quis fecundus, infacundus sibi
videretur. Porro felicitatis non minima pars est, ut
quisq. sua norit bona. Proinde Maro,
O fortunatos nimium, bona si sua norint
Agricolæ.

Est finitimum illi, ὁ τυράλῃς πλοῦτος, id est, Cæcæ di-
uitiæ. Nam ζῆλον aliquoties idem est, quod admirari
ac felicem ducere. Vnde ἀρίζων vocant conspicuum
& illustre. Cui diuersum est ἀσυχον, quod nemo mira-
tur. Quis autem miratur quod est abditum ac retru-
sum? Plutarchus in vita Lycurgi facit Theophrastū
huius dicti auctorem: laudat enim Lycurgum, qui suis
institutis effecisset, ut apud Spartanos diuitiæ nec es-
sent obnoxia furibus ac prædonibus, quod ille vocat
ἀζῆλον, nec admirabiles, quod appellat ἀζῆλον, nec omni
no pro diuitiis haberentur, quod ille vocant ἀπλῆτον
πλοῦτον, quasi dicas opes inopes. Verū ipsa Plutarchi
verba subscribam, vel in hoc, quo perspicuū fiat, quāta
gratiæ parte fraudetur, qui malit auctores in aliam
linguam versus legere, quam sua lingua loquentes au-
dire. Μία μὲν οὖν καὶ τὸ αὐτὸ ἵν', μέγιστον δὲ τὸ τὴν πλοῦτον
ἀσυχον, μᾶλλον δὲ ἀζῆλον ὡς φησὶ θεόφραστος, καὶ ἀπλῆτον
ἀπὸ τῆς ἀσυχίας, τῇ κοινότητι τῶν δεινῶν. Addit mihi Pla-
tarchus his ex rebus extitisse dictum illud celebre,
Plutum ex omnibus ciuitatibus quæ sub sole sunt, ἵνα
ῥνα

una Sparta seruari τυφλόν, id est, cecum ac repositum, non aliter quam tabulam animam carentem & immobiliem. Ex hisce verbis simul & illud colligitur, idem pollere τυφλός ὁ πλούσιος καὶ ἄφελος ὁ πλούσιος. Cacusm. n. dicitur, non solum quod non videt, verumetiam quidquid luce caret. Quamquam autem festiuius proverbum detortum est ad Spartanorum frugalitatem, tamen quadrat potius in eos, qui suas opes sibi possident, easq. recondunt aut defodiunt etiam. Aristophanes in Cócionatricibus ἀφελὴν πλούτην appellat nummos in arca reconditos. Nam domus & agri celari non possunt. Nullus usus est picturæ repositæ, nihilo maior diuitiarum abstrusarum. Nam in usum paratæ sunt opes. Sic Flaccus in Odis,

Nullus argento color est, avaris
Abdito terris.

Et Pindarus in Nemeis hymno primo, Οὐκ ὄχμαυ πο-
λὴν οὐ μετρώω πλούτων κατακρύψας ἔχειν, ἀλλ' ἰόντων
εὐπείθειν, καὶ ἀκούσαι φίλοις ἐκπαίδειν. id est, Non de-
sidero multas in ædibus opes habere abstrusas, sed
his quæ adsunt bene frui, ac bene audire, amicis sup-
peditans.

Dicas tria excuria.

Εἰπὲς τὰ τρία περὶ τὴν αὐλῆς, id est, dicas tria de curia.
Antiquitus qui iudicium sententiis fuissent ad capitale
supplicium condemnati, prius quam ad mortem duce-
rentur, ea facultas concedebatur, ut vino ciboq. exple-
ti, tria quædam quæcumq. libitum esset dicerent. Quæ
simul atque dixissent, promulgata damnatione produ-
cebantur ad supplicium. αὐλῶν enim olim vocabant eis
locum, quo damnati ducebantur, quem necotici ἀρ-
χίων appellunt. Apud Suidam legitur, περὶ αὐλῆς, δὲ
δὲ casu, id est, iuxta curiam, siue iuxta septum. Usus
adagij apud neminem adhuc reperitur. Est dici solitum
ubi quis petulantius loqueretur, sed magno suo malo,
aut exitium imprecaretur alicui. Adagium refertur
a Zenodoto.

Pyraustæ gaudes gaudium.

Χαρὰ πυραύστῃ χαίρεις, id est, Gaudium pyraustæ gaudes.
De momentaria, fluxaq. voluptate. Ostendimus
alicubi pyraustam ad lucernas aduolantem, ambustis
alis perire, unde & proverbium, πυραύστῃ μύθος, id est,
Pyraustæ fatum. Cuius alibi meminimus.

Περὺγίζειν.

Περὺγίζειν dicitur, qui conatur et gessit quippiam efficere.
Sumptum a pullis animum, cum adhuc inuolucres sunt
alas mouentibus. Lucianus usurpat pro indecore &
scurriliter gesticulari, libello De mercede seruitutibus.
Aristophanes in Pluto,

καὶ σὺν λίγα μὲν οὕτω δύνασαι πρὸς τοῦτο
ἀλλὰ φλυαρεῖς, οὐ πέρυγίζεις, id est,
Tu mihi non dum fari potis es super hac re,
Sed nugaris gesticulando.

Et Diphilus apud Athenæum libro sexto, inducit para-
situm hunc in modum loquentem,

Γένηται καὶ χάρω τίκαί περὺγίζωμαι. id est,
Latorq. gaudeoq. & alas verbero.

Ante barbam doces senes.

Ἐπὶ τὴν κεφαλὴν διδάσκεις τοὺς κίροντας, id est, Ante barbā

doces senes. Cum imberbis maiorem natu docet. Est
autem figura proverbiales, quod ait Persius, Ante pi-
los:

-Et rerum prudentia velox

Ante pilos venit, dicenda, tacendaq. calles.

Hanc prudentiam, quam præcoquam, seu præcoccem
appellant, vulgo non admodum fausti ominis habitā,
ostendit Apuleius in secunda Apologia, scribens hunc
senarium nobilem & celebrem fuisse, poetæ cuiusdam,
neque enim nominat.

Odi puerulos præcoei sapientia.

Nec Fabio placet præcox ingeniorum genus, quod ne-
gat ad frugem solere peruenire. Pindarus in Py-
thiis hymno quinto, sic laudat quæpiam, κρείσσεια μὲν
ἀλικίας νόον φέρειται, γλώπῃν τε, βαρύνει δὲ τὰν ὑπὲρ
ὅτι ἐρεῖν αὐτὸς, id est, Præstantiorem quam pro ætate
mentem, alie linguamq. audacia vero pernix inter a-
ues aquila.

Bellum; Cononi curæ fuerit.

Πόλεμος κόνωνι μέλις.

id est,

-Curabit prælia Conon.

Hemistichium est heroici carminis, nec satis liquet
unde sumptum. Porro Conon dux Atheniensium fuit
multum in belli negotijs exercitatus. Primum nauali
prelio superatus a Lysandro Lacedæmoniorum duce,
redintegratis copiis, eundem terrestri prelio vicit, &
Athenarum libertatem restituit. Proinde conueniet
ad hunc modum respondere, curanti negotium, quod
ad se nihil attineat. Item Hector Andromachæ suæ
Iliados 2.

Πόλεμος δ' ἀνδρῶν μέλις.

id est,

-Viris curæ sunt bella futura.

Et Turnus apud Vergilium,

Arma viri bellumq. gerant, quicquid bella gerenda.

Antehac putabam te habere cornua.

Ἐπὶ τοῦτο σὶ ὥρῳ κούρῃ ἔχει, id est, Antehac crede-
bam tibi esse cornua. De his, qui prius habiti fortes ac
strenui, postea cum res virum postulat, apparent igna-
ui. Unde & Comicus cornutam bestiam vocat homi-
nem paratum se defendere: Cornutam bestiam pe-
tis. Et Horatius,

Parata tollo cornua.

Apud eundem scurra iocatur in scurræ accepto comi-
tio minitatem capite moto, cum in fronte scædam ha-
beret cicatricem. Quid faceres, inquit, si cornu tibi nō
esset excisum, cum sic mutilus miniteris? Deinde Dia-
lectici cornutum appellant syllogismum, dilemma ve-
lut inexpugnabile.

Priusquam mactaris, excorias.

Ἐπὶ τὸ ἀχθεῖν δέσιν, id est, Priusquam mactaris, exco-
rias. Dicendum, ubi quid præpostere fieri videtur. Vi-
deri potest ex Homero sumptum, apud quem sæpe ex-
coriatur taurus prius quam occiditur. Figura quam
Grammatici περὺγίζειν appellant. Finitimum illi quod
alibi retulimus, Ἄξιον agere. Nam id etiam ada-
gium M. Tullius putat ad consilij præposteri signifi-
cationem pertinere. Sic enim scribit in Dialogo de
Amicitia, Præpostere enim utimur consiliis, & acta
agimus, quod vetatur vcteri proverbio.

M m

4

Prius

Prius quam assa sit farina.

Πρὶν δὲ πῖσσι ἀνίχεσθαι, id est, Prius quam coxeris farinam, subaudiendum, inspergis, aut simile quidpiam. Eustathius in Odyssea 7. refert utrumque, tum hoc, tum illud proximum. Solitum autem est, assis carnibus apud quosdam inspergere farinam.

Plures adorant solem orientem, quam occidentem.

Πλείους προσκυνοῦσι τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντα ἢ δύοντα, id est, Plures adorant solem orientem, quam occidentem. Iuveni magis adhaeretur quam seni. Plutarchus scribit, Pompeium hoc adagio minatum Cinnae. Sensit autem Pompeius, se solem esse orientem, nimirum iuuenem in dies magis fama crescentem: illum occidentem, utpote affecta iam aetate, & cuius dignitas gloriaque iam consensesceret. Ceterum quod Pompeius erat Cinnae, hoc Caius Caesar post fuit Pompeio. Simile quiddam Atheniensis libro tertio ex poeta quopiam, ἐκ αἰδῶ τοῦ παλαιῦ, κενὴ ᾗ ἄμα κρείσσον, νέος δὲ νέος βελτιώνεται, id est, Non cano vetera. Noua si quae sunt, eadem & meliora sunt, Iupiter qui iuuenis est regnat. Mos erat antiquis adorare solem, quem deum existimant, & a Persis praecipue colebatur, nomine Mithrae. Itē apud Aegyptios Osiridis, apud Graecos Apollinis, apud alios aliis atque aliis nominibus. Hunc orientem salutabant religionis causa. Quem morem tradit Socrati fuisse Plato. Ferunt & ab elephantis adorari solem in exortu. Salutabatur & occidens, sed a paucioribus. Habet & cuiusque hominis aetas suam vespere, quae simul atque aduenit, iuuentae gratia vertitur in aedum. Ita senex quidam apud Alexidem.

Ἡδὲ ᾗ ὅ βίος ἐμὸς ἰσθίεται ἄγε. id est, Mea quippe seram vita ducit vespere. Sub occasum autem solis incumbunt umbrae, unde Euripides,

Τί δ' ἄλλο, φωνὴ καὶ σκιὰ γέροντος ἀνδρὸς. id est, Quid aliud atque vox & umbra vir senex?

Auro loquente, nihil pollet quaeuis oratio.

Χρυσὸς λαλῶν τις πᾶς ἀπρὸς κτήνῳ λόγος, id est, Puerum ᾗ ἰδὲ καὶ πρὸς οὐκ ἐκείνῳ. id est, Auro loquente, ratio quaeuis irrita est, Suadere siquidem nouit, & loquens nihil.

Proverbium indicat munera ubique longe plurimum valere. Vulgaris iocus ait, tinnulas rationes praecipuam habere vim ad persuadendum, pecuniam indicans.

Pellenæa tunica.

Πελλωνῶδες χιτὼν, id est, Pellenæa vestis. De prisco cultu. Pellene peruetusta Achaia ciuitas, Protei patria, in qua diuersa vestimentorum forma fieri consueuerunt, attestante Suida. Iulius libro De rerum vocabulis septimo, prodidit Lenas pellenicas olim nobiles fuisse, adeo ut in Iunoniis ludis ac certaminibus victori lacerata pellenica praemii vice daretur. Adstipulatur Strabo libro Geograph. 8. Diuersum igitur videtur illi, quod alibi diximus, Mimus. Lenidensis. Lepidius erit,

si per ironiam adhibeatur. Veluti si cui per laboriosum ac diutinis officiis vile munusculum missum sit, dicamus, πελλωνῶδες χιτὼν contigisse. Romae quoque vestes xeniorum loco missitari solitas indicat Iuuenalis.

Aquilam cornix prouocat.

Αἰτὼν κορυμνὸς ἐλίσσεται, id est, Aquilam cornix prouocat. Tradunt peculiare cornicibus esse irritare aquilam. Verum illa negligit prouocantem, intelligens nimirum sibi ab illa noceri non posse. Locus igitur fuerit adagio, si quando leuiusculus quispiam homuncio, qui neque prodesse queat, neque ledere, maximis viris oblatrat. Quemadmodum Menelaus apud Euripidem in Iphigenia Aulidensi de vatibus,

Κεῖ δὲ γ' ἀχρεὺς ἐστὶ χρῆσιμον παρὼν. id est, At nihil habet nec utile, nec inutile.

Lupus pilum mutat, non mentem.

Οὐλὸς τὴν τρίχην, δὲ τὴν γνώμην ἀλλάττει, id est, Lupus pilum, non ingenium mutat. Seneca canicem adfert improbis, non item aufert malitiam. Canescunt enim lupi, velut & equi more hominum per aetatem.

Laqueus laqueum cepit.

Ἀπὸ τοῦ ἑαυτοῦ τοῦ ἐλπίδα παρὰ γὰρ, id est, Laqueus laqueum, ita ut videtur, cepit. Vbi malus malum obseruat. Veluti adulter adulterum, fur furem, perfidus perfidum, quod interdum usu venit, ut dum duo sibi vicissim insidias tendunt, uterque deprehendat alterum.

Ipsam ostij limen tetigisti.

Αὐτὸν κίρκηκας τὸν βελτὴν ὁ ἕρας, id est, Ipsum attigisti limen ostij pede. Dici solitum, quoties ad rem ipsam peruenitur. Aristophanes in Ranis, Ἀλλ' ἴσ' ἐπ' αὐτὴν τὴν ἕραν ἀφίγμενος. id est, Sed noueris venisse te ipsas ad fores.

Gallus insilit.

Ἀλεκτρώων ἐπιπηδᾷ, id est, Gallus insilit. Vbi quis semel victus, redintegrat certamen. Agallorum certaminibus sumptum. Nam is huic animanti mos est, ut ad pugnam assiliat, quo magis ledat calcaribus suis, in hunc usum a natura adfixis.

Nunc ipsa viuunt sapientia.

Αὐτὴ νῦν σοφία, id est, Nunc ipsa viuunt sapientia. Applaudentis & adgratulantis est sermo, si quid aliquando videtur scite & arte dictum, factumue. Festiuus erit, si per ironiam efferatur in eos, qui res egregias stultissime tractant.

Nunc ipsa floret musa.

Αὐτὴ νῦν ἀνθεὶ ἡ μουσα, id est, Nunc ipsa floret musa. Superiori simillimum. Vbi quid erudite, sacunde, venuste dictum aut scriptum uidebitur, quasi musis bene fortunatis. Et hoc venustius fiet per ironiam, ubi quis sibi videtur mirifice dicere, cum dicat insulsiissime.

Onus nauis.

Ἀχρεὺς νῆος, id est, Onus nauis. In inertes & inutiles iace re conueniet, αὐτὸ τὸ ἄχρεὺς νῆος. Confine illi, -Εὐτὸς ἰσὺν ἀχρεὺς ἀνδρῶν, id est, Telluris.

-Telluris inutile pondus.
Quadrabit & in magnum, eundemq. molestum. Na-
ues enim longæ plus oneris ferunt quam currus. De
Hamaxicis alibi dictum est.

Marinam auditionem fluuiali
abluit sermone.

Ἀλμυρὰ δὲ καὶ τὸ ἀπεκλῦτα τοιοῦτο λόγῳ, id est, Salsugino
sum sermonem potabili diluit oratione: ubi quod erat
audire molestum, id diuersa oratione velut edulcatur.
Quod erat gustus, id traductum est ad aures. Et enim
quod palato aqua marina, id auribus oratio tristis aut
contumeliosa. Item, quod palato liquor fontanus, id
auditiui sermo placidus ac benignus. Vsurpat adagiū
Plato in Phædro, Ἐπιθυμῶ ποτίμα, λέγει δὲ ἄλμυρὰν
ἀκούω ἡ ποικίλα δὲ, id est, Cupio sermonem velut ama-
rum potabili sermone diluere. Item Athenæus Di-
pnoSophistarum libro tertio, ἐπὶ τούτοις λεχέσιν ὁ κύ-
βελκος πικρὴν ἢ πικρὴν δὲ λικάναν, ἢ ἢ λέγειν ἄλμυρὸν λέγειν
γλυκύσιν ἢ ποικίλῃ δὲ γλυκύσιν, id est, His dictis Cynul-
cus poscit decoctam, dicens amarus sermones dulci-
bus lymphis oportere diluere. Cynulcus usus est
voce Romana cum Græce loqueretur: siquidem Ul-
piano indignanti, quod voce insolenti ac barbara ute-
retur respondit, se in vrbe Roma usum esse vocabulo
vrbis Romæ vernaculo. Nam illic sic loquebantur,
poposcit frigidam, poposcit calidam aut decoctam,
subaudientes aquam.

Arcadicum germen.

Ἀρκάδων βλάστημα, id est, Arcadicum germen, de grandi-
bus & ignauis dici solitum. Iuuenalis,

-Quod Lena in parte mamillæ

Nil salit Arcadico iuueni.

Arcades olim male audierunt ob stuporem ingenij.
De quorum immanitate multa Athenæus libro 14.
qui primi musicam omnem in ciuitatem recipere no-
luerunt, nec ullas liberales disciplinas, quarum cul-
tu mansuescunt hominum ingenia. Vnde & cæli vi-
tio, & neglectu disciplinarum, in summam morum im-
manitatem efferati sunt. Lucianus in libello De Astro-
logia, tradit Arcades ob eam causam stupidos habi-
tos, quod ceteris omnibus amplectentibus astrologiā,
soli cōtempserint, se seq. fecerint antiquiores ipsa luna.
Vnde & προσκλιμαίνοντες dicti. Idem epigrammatum io-
cis notati sunt, ut βαλαροφάγοι, id est, glandibus victi-
tantes. Nam is priscorum hominum cibus erat: non-
dum repertis frugibus. Epigramma sic habet,

Ροῖοι δὲ ἀρκάδων βαλαροφάγοι ἀδριεῖσιν, id est,
Multi in Arcadia sunt, quæis alimonia glandes.

Aristophanes in Auiibus variis titulis irridet eos qui
iactant antiquitatem suam,

Καὶ τοὶ δὲ αὐτὰς

Ἀρχαῖοι τοὶ, πρὸ τοῦ πικρῆς, καὶ τιτάνων ἰόντων.
Id est,

At antiquiores & Crono, & Titanibus suis.

Hic rhodus, hic saltus.

Ἀὐτὰς ῥόδου, αὐτὰς πόντου, id est, Hic Rhodus, hic saltus.
Vulgo iactatum de his, qui sese de negotio quopiam ia-
ctaret insolentius, cuius fides non extaret. Sumptum
ex apologo, qui fertur inter Aesopicos. Adolescenti

cuidam iactanti sese, quod dum Rhodi esset, admirabi-
les fecisset saltus, quidam ex auditoribus interpellato
sermone, ἰδὲ ῥόδου, inquit, ἰδὲ πόντου, id est, Ecce Rho-
dus, ecce saltus. Conueniet igitur, ubi quis iubetur
re præstare, quod alibi se fecisse iactat. Ouidius,

-Sua narret Vlysses

Quæ sine teste gerit.

Arbitramur huic ad fine, quod dictum est apud Theo-
critum in Hodæporis,

Ἀντὶ μοι παρσίσεις, καὶ αὐτὸς βωκυλίσσεν, id est,

Mecum istic certa, simul istic pascito tauros.

Quidam cum tutum est, gloriosa loquuntur: ubi præ-
stopericulum, tergiuersantur: his occini poterit hoc
carmen. Simili figura Græci cum iubent protinus nu-
merari præsentem pecuniam, αὐτὰς καπαβῆλε, id est,
Hoc ipso loco deponc. Apud Athenæum libro sexto,
ἰπὶ τῷ γ' αὐτὸς γέρον αὐτὰς καπαβῆλε, id est, Deinde si
pecuniam præsentem numeraris. Quamquam in ex-
cufis codicibus habetur, αὐτῶς, sed mēdose, ni fallimur.

Archidamicum bellum.

Ἀρχιδάμειον πόλεμος, id est, Archidamicum bellum. De
bello sauo crudeliq. dicebatur. epitheto sumpto ab Ar-
chidamo duce Lacedæmoniorum, qui maximis copiis
impressionem fecerit in Atticam, eamq. decem annis
diuexarit. Grauißimam autem noxam inflixit Achar-
nenßibus, succisis omnibus arboribus, ut testatur &
Synesius in Encomio Caluicij. Proinde cum funditus
tolluntur omnia, bellum Archidamicum dicebatur. Me-
minit adagionis & Demosthenicarum dictionum inter-
pres, indicans extitisse apud Lysiam. Archidami sæ-
nitiam memorat & Pausanias in Laconicis.

Mortuum vnguento perungis.

Νεκρὸν μυρίσαι, id est, Mortuum vnguento perungis. De
sumptu superuacuo, sine cum sero quid adhibetur.
Moris erat apud priscos, maxime Aegyptios, defun-
ctorum cadavera ne putrescerent, vnguentis perunge-
re. Qui mos & his temporibus apud principes durat.

Mortuus iacet pedens.

Νεκρὸς καὶ πεδῶν, id est, Mortuus iacet pedens. Dicitur
solitum, si quando pauper simularet opulentiam. Apud
vnum Apostolium Byzantium reperitur.

Rudentes & remos cum ar-
mis commutauit.

Ναῖα καὶ κωπῆας αὐτὸς ὁ πλοῦν ἡμάρταν, id est,
Mutant armis remos & nautica vincla.

Conueniet ubi quis artem, aut quæstum solitum relin-
quit, gloriæ cupiditate commotus, velut si quis e nauta
fieret miles, e negotiatore sacerdos. νῆμα funes nautici
sunt, κωπῆαι, ligna unde remi parantur.

Niobes mala.

Νιόβης πᾶσι, id est, Niobes dolores. De maximis & acer-
bissimis malis dicebatur. Erat Niobe filia Tantali,
uxor Amphionis, quæ filios habebat sex, totidem puel-
las. Eo successu insolens contempsit Latonam, quæ non
nisi duorum mater esset, Apollinis ac Dianæ. Hanc
enim fabulæ narrant, post occisos liberos, quos per-
multos habebat, præ dolore in saxum cōuersam fuisse,
illud innuentes, immodico dolore diriguisse. Id sa-
xum

Num quod fabula dedit occasionem, in Siplyo Phrygia confici tradit Homeri Scholiastes, lacrymarum fontes emittens. Ovidius Metamorph. libro 6. fabulā elegantissime narrans, de saxo sic loquitur,

Plet tamen, & validi circumdata turbine venti
In patriam rapta est, ubi fixa cacumine montis
Liquitur, & lacrymis etiā nunc marmora manāt.
qui funditus percunt, Græcis παυοικί & παυοικίδω dicuntur, veluti cum pestilentia nullum in familia reliquum facit.

Radit vique ad cutem.

Εὐρη εἰς χροῖ, id est, Ad cutem usque radit. Grammatici citant ex Sophocle. De eo dicebatur qui nimium exacte videretur agere cum aliquo. Sumptum a tonsoribus, qui quosdam per pestinē radunt, relictis pilorum quasi stirpibus, quosdam citra pestinē ad viuā usque cutem. Plautus in Captiui duo, Sed utrum strigim ne dicam attonsurum esse, an per pestinē nescio: verum si frugi est, usque admutilabit probe. Loquitur de hero diligentius omnia percunctaturo, & tamquam ad cutem rasuro. Cognatum illi, ad vinum rescare.

Signum bonum, aut malum.

Σύμβολος ἀγαθός ἢ καὶ φάλος, id est, Signum bonum, aut certe malum. Vbi quis de re incognita diuinat incertus. Symbolum aiunt augurium appellari, quod sumitur e sternutamentis: id autem ad Cererem pertinebat. Et hominis primum occursum, ex quo signum aliquod euentus captabant, symbolū appellabant. Ceterū hic loquendi color antiquis olim familiaris erat, testibus Homero & Platone, item apud Horatium Tiresia.

- Quidquid dicam, aut erit, aut non.

Duos insequens lepores, neutrum capit.

Ὁ δὲ πῶκατος διέκων, ὁ δὲ τῶρον κητελαμβάνει, id est, Qui duos insequatur lepores, neutrum capit. Huius proverbij sensus est, Qui simul duplex captat commodū, utroque frustratur. Effertur in Græcorum collectaneis, & citra figuram, Δύοιν ἐπιβυμῶσι αὐδὲ τῶρε ἔτυχεν, id est, Ambo concupiscens, neutrum adsecutus es.

Cui multum est piperis, etiam oleribus immiscet.

Ὁ πολὺ ἔχων πῆπερι, τίθει καὶ λαχάνους, id est, Qui multum habet piperis, etiam oleribus admiscet. Cui rei cuiuspiam largior adest copia, ea profusius utatur licebit. De pusillo parcius insuendum. Ut, cui multum suppetit facultatum, huic licet opipare uiuere. Nam piper oleribus admiscere soleri testatur & Martialis, Vt sapiant satue fabrorum prandia betæ,

/ O quam sepe petet vina piperq. coquus.

Non nihil suspicamur & hoc Apostolium a vulgi sece hausisse. Tame si vititur Hermolaus Barbarus in epistola quadam ad Picum. Huic simile quod alibi retulimus, Putre falsamentum amat organum.

Domus amica, domus optima.

Οἱ καὶ φίλος, ἵκος ἀγίος,

id est,

A fini caput ne laues nitro.

Ὁ καὶ φίλος μὴ πλάνην νίτρος, id est, A fini caput ne laues nitro.

- Est grata domus, domus optima semper.

Nusquam commodius, nusquam liberius, nusquam lautius homini uiuere contingit, quam domi. Quidam per iocum detorquent ad testudinem, de qua fertur apollonius huiusmodi: Iupiter cum animantium omne genus ad nuptias rogasset, venissentq. reliqua, præter unā testudinem (nam hæc peractō coniuiui, tum demum aduenit) Iupiter admirans percunctatus est, quid nam illi fuisset in mora. Atque illa respondit, ἵκος φίλος, ὁ καὶ ἀγίος. Iratus ille, iussit ut quocumq. iret, domum suam secum circumferret. Vnde per iocum affectata obscuritate sic describitur apud Ciceronem, libro De diuinatione secundo,

Terræ tardigradam, domoportam, sanguine cassam. Nam terræ pro terrigenam, legendū opinamur. Quin & iura publica fauent primato domus. Sic enim Caius Pandect. libro quarto tit. de in ius vocando. Pleriq. putauerunt nullum de domo sua in ius vocari licere, quia domus tutissimum cuiq. refugium ac receptaculum sit: eumq. qui inde in ius vocaret, vim inferre videri. Similia Paulus libro 50. Tit. de regulis iuris.

Ad apologum adlusit M. Tullius in Epist. quadam ad Dolabellam: Hæc loca venusta sunt, abdita certe, & si quid scribere velis, ab arbitris libera, sed nescio quomodo ἵκος φίλος. Itaque me reserunt pedes in Tusculanum. cui respondet illud, alibi a nobis positum,

Οἱ καὶ μόνον δὲ τῶν καλῶν ἐστὶν ἀμύμονα. id est, Domi manendum est, fata cui sunt prospera.

Nam huic demum,

Οἱ καὶ φίλος, ἵκος ἀγίος.

Alioqui cui sit vxor rixosa domi, & nihil quod edatur, huic domus carcer est. Ceterum Plutarchus hoc genus hominum ignauum, quod tecto gaudet, & vmbra, quodq. semper amat desiderare domi, ἵκος φίλος appellat, quasi dicat, custodes domus. Et in libello περὶ τῆς ἐλευθερίας, non probat hanc ἵκος φίλος καὶ ἀγίος. Idem in Præceptis coniugilibus refert, Phidiam Heleorū Venerem ita sinxisse, ut testudinem calcaret, tacite significans, vxoribus domi manendum esse, silendumq. Idem narrat, Aegyptiis hunc fuisse morem, ut nupte sandaliis non uterentur, ne videlicet domo vniquam prodirent. Huc adscribendum quod refert Plutarchus in vita T. Flaminij. Is dehortans Achaicos ne sibi iur dicarent insulam Zacynthiorum, dicebat, κινδυνεύει ἂν ὁ πῶκατος αἰχμῶναι πρὸς τὸ τῶρον τὴν καὶ φίλον τὴν λαογονίαν, πρὸς τὴν ὥσιν, id est, Periculum ipsis fore, quemadmodum testudinibus, si longius a Peloponeso proferrent caput. His non dissimilia T. Livius de bello Macedonico libro sexto, ubi sic loquitur Quintius: Si utilem possessionem eius insulæ censerem Achæis esse, auctor essem S. P. Q. R. ut eam vos habere sineret: ceterum si cut testudinem, ubi collecta in suum tegumen est, tutam ad omnes ictus video esse, ubi exerit partes aliquas, quodcumque nudauit, obnoxium atque infirmū habere: haud dissimiliter vobis Achæi clausis vndiq. maris quod intra Peloponnesum est, termino, ea & iuncta tueri facile: si semel auiditate plura amplectēdi hinc excedatis, nuda vobis omnia quæ extra sint & exposita ad omnes ictus esse.

nitro. Ne multum sumptus opera ne impendas in re vilem ac sordidam. Finitimum illi, τὸ χεῖρον ποικίλλειν, id est, Ollam variegare.

Afini mandibula.

Ὁ γυνέος, id est, Afini mandibula. Conuenit in edaces alioqui stolidos & ignauos. Cuiusmodi pingit Horatius:

Nos numerus sumus & fruges consumere nati. Hefychius citat ex Eupolide, dictumque in homines edaces. Addit & loci nomen esse.

In occipitio oculos gerit.

Ὁπίθεν κεφαλῆς, ὁμαχὰ ἰχθῆ, id est, In occipitio oculos habet. De versutis & circumspectis, quosque neuqua proclue sit fallere. Quod genus hominum Persius Ianos appellat.

Et Homerus a principe requirit, ut oculatus sit πρὸς ὤμα καὶ ὀπίσσω, id est, A fronte & a tergo. Plautus in Aulularia. Quae in occipitio quoque habet oculos.

Lutum nisi tundatur, non fit urceus.

Ὁ πᾶσι μὴ δαρήν κέχρηται, id est, Lutum ni tundatur, non fit testa. Citra laborem nullus euadit in vitrum absolutum. Et hoc, ni fallimur, Apostolus hausit a vulgi sece: homo non perinde ingenio elegans atque palato: quemadmodum accepimus ab his, qui cum domesticis consuetudine nouerant.

Viri iureiurando, pueri talis fallendi.

Ὁρεοὶ αἰδοῦντο, ἀδελφὸς δὲ παῖδες ἰσταίνον, id est, Iure iurando viros, talis pueros oportet fallere. Docet viris nulla re citius imponi posse quam iureiurando, quod nemo tam improbus esse credatur, qui id velit violare. Lyfandri Lacedaemoniorum ducis apophthegma, auctore Plutarcho.

Aues quæris.

Ὁρεῖν τι, id est, Aues quæris. Rem vagam, & captu difficilem sequeris. Persius,

An passim sequeris coruos, testaque lutoque?

Item Aristoteles, τὰ πετρώματα φύκει, id est, Sectari volantia. Et ante hunc Plato in Euthyphrone, τὶ δὲ πετρώματα τινεῖς φύκει, id est, Quid autem volantem quempiam insectaris?

Mons cum monte non miscetur.

Ὁρεὶ ὅρεϊ μίγνυται, id est, Mons cum monte non miscetur. Non conuenit inter pariter elatos aut pariter potentes. Etiam si Plinius tradit, duos montes concurrisse, erepiti maximo assultantes recedentesque magna hominum turba spectante, idque luce.

Qui canem alit externum.

Ὁς κύναν τρεῖς ξένους, τὸ δὲ μόνον λῆος μέλει, id est, Qui canem alit peregrinum, huic præter funiculum nihil sit reliqui. Qui beneficium collocat in ingratum, perdit operam. Nam canis alienus relicta fune quo adligatur, pristinum dominum repetit.

Cum Nibas coccyssaerit.

Ὁτ' αὖ νίβας κοκκύσῃ, id est, Cum Nibas coccyssaerit. Simillimum illi, Ad Græcas Kalendas. Tradunt in

Thessalonica Macedonia ciuitate vicum esse, cui nomen Nibas, ubi galli numquam vocem edant. Quemadmodum & cicadæ mutæ sunt alicubi. Porro quod illic locus addit gallinaceo, id ars efficit, addito collo circulo e sarmentis, si qua fides Plinio, qui hoc retulit libro 29. cap. 4. Hefychius addit, Nibades dici capras cristatas, ut ab eis expectetur τὸ κοκκύειν, quod est, gallinaceorum.

Ignis non extinguatur igni.

Πῦρ δὲ σβέννεται πῦρ, id est, Igni non extinguatur ignis. Malum malo non tollitur: ira non sedatur iracundia, sed ferocitas sedatur lenitate, malum patientia tollitur: iniuria beneficio vincitur. μὴ πῦρ πῦρ alibi retulimus ex Platone & Plutarcho.

Ne terra quidem iuuat.

Ὁδὲ ἀπὸ γῆς ὄνισκος, id est, Ne terra quidem profuit, id est, ne minimo quidem: perinde quasi dicat, ne glebam quidem impertiuat: aut ne terra quidem hospitio dignatus est: ut apud Maronem,

-Hospitio prohibemur arena?

Bella cient primaque vetant consistere terra.

Nullus emptor difficilis bonum edit obsonium.

Ὁ δὲ τις δυσώπης χρηστὸν ὀφεικὶ κρείσσον, id est, Difficilis emptor haud bona emit obsonia.

Qui nimium vili sudet emere, semper merces vitiosas emit. Nam haud conueniunt, paruo emere, & rem egregie bonam emere. Conueniet in hos, qui paullulo labore conantur egregias assequi litteras, quæ non contingunt, nisi maximis ac diuturnis vigiliis. Ni fallimur, subnotauit hoc proverbium Iulius Pollux libro, De rerum vocabulis sexto, cum negat vocem δυσώπης usurpatam ab auctoribus: sed tantum reperiri in proverbio.

Non potes Thetidem simul & Galateam amare.

Ὁδὲ ἀνίσταται τίς ὅς τε καὶ γαλαττίαν ἀνί, id est, Non potes simul & Thetidem & Galateam amare, id est, non potes, idem diuersa sequi, velut litteras & pecuniam, voluptatē & gloriā, mundū & CHRISTVM. Nam Galatæa fluuiio male conuenit cum marinis fluctibus. Declarat hoc Iuliani dialogus inter Galateam ac Do ridem. Sufficamur & hoc e vulgi sece haustum.

Lucrum malum, æquale dispendio.

CELEBRATVM Hefiodium dictum, Μὰ κακὰ κερδαίνει, κακὰ κέρδη ἴσα ἀπαιτῶν, id est, Ne male lucreris, mala lucra equalia damnis.

Vtinam hanc sententiam cum mortales omnes, tum præcipue negotiatores, non scriniis, sed pectori inscriberent suo, decernerentque non esse lucrum, quod iactura bonæ mentis comparetur: neque quidquam vtile esse, quod non idem sit honestum. Verum his magis aridet illud Enniamum,

Vnde habeas quærit nemo, sed oportet habere.

Sophocles Hefiodiam sententiam latius extulit,

Ὅτι ἐξάπεντος διὰ τὸ κερδαίνειν φιλεῖν.

Ἐκ τῶν γὰρ αἰχρῶν λυμμάτων πλείονας

ΑΠΟ-

Απαιτούμεν ἰδούεις ἀπὸ τῶν μόνων. id est,

Non undecumq. lucra gaude quærere,

Pleuroque siquidem turpibus de quæstibus

Auferre damnum, non salutem videris.

Feruntur in eandem sententiam aliquot senarii prouerbiales,

Καθ' ὅσον πονηρὸν ζημιᾶν αἰετὶ φέρει, id est,

Dissendio usque est fraude quæsitum lucrum. Et,

Τα δ' ὡχρεῖ καὶ φέρει συμφορὰς φέρει τοῦ. id est,

At turpe lucrum adducit infortunium.

Huc pertinet quod alibi retulimus ex Isthmiis Pindari, τὸ δὲ πᾶρ δ' ἴσμεν γλυκὺ πικρὸν τὰ μέν παλιν. id est, Quod præter iustum est dulce, exitum habet amarissimum.

Thericlei amicus.

Θηρικλείς φίλος, id est, Thericlei amicus. Dictum in bibosos. Thericles primus excogitavit poculum, ut citatur auctor Eubulus. Dictum est autem inuentum inuentoris vocabulo. Siquidem Græci vitreum poculum οὐρίκλειον vocant, auctore Suida. Fertur apud eundem & illud Θηρικλείς τίκτον κῆλεξ, id est, Thericlis filius calix. Huius dicti auctorem citat Athenæus Theopompum in Nemea. Antiphanes Θηρικλείον οὐρίκλειον appellat. Sed plura super hac re prodidit Athenæus libro 11. ostendens Thericlem Corinthium quempiam ætate Aristophanis Comici fuisse figulum, qui noua arte primus cterebintho tornatile poculum finxerit, quod a fictilibus non potuerit dignosci. Cuius reimmeminit Theophrastus in libris de plantis: poculum erat satis profundum, auriculis bruciis, ut ad illa gestari posset, ad veteri effigiem imitatum, quemadmodum refert idem Athenæus, & incertum virum poculo nomen sit inditum ab homine, an homini a poculo. Alij malunt Thericleum dictum, ὅτι τὸ δ' ὅρα εὐρίκλειον ὡς τὸ πτυχὸν οὐρίκλειον, id est, quod ferarum pelles illi fuerint insculptæ. Pampilius Alexandrinus mauult hinc dictum, quod Bacchus hoc poculo libans feras exturbare soleat. Sed nominis controuersiam relinquamus. Illud constat, eiusmodi poculi genus postea dictum Thericleum, insuper & crateres dictos Thericleos. Similiter & intus lignea, foris inaurata pocula, nihilominus Thericlea vocata, quæ Callimachus χρυσόκλειον dixit. Immo quidquid nouo artificio reperisset aliquis, Thericleum appellabatur. De patris Thericleis meminit Plutarchus in apophthegmatis Scipionis minoris, tamquam de re singulari ac preciosa.

Theagenis hecateum.

Θηαγένης ἱεκάτειον, id est, Theagenis hecateum In superstitiosos ac ridicule meticulosos dictum est. Hic Theagenes legitur usque adeo fuisse superstitiosus, ut domi haberet Hecates simulacrum, nec usquam pedem moueret, nisi illo consulto. Vnde & καπνός, id est, fumus est cognominatus, quod magnifice polliceretur, cum esset pauper. Qua de re meminimus alibi.

Fiducia pecunias amisi.

I A C T A T V R & hodie, vereq. dicitur fiducia plerisque mortalium falli. Videtur autem ex antiquorum relictum prouerbis: quandoquidem apud Theoguidem legitur hic versiculus,

Πίσμη χρεῖματ' ὄλεσται, ἀπίσμη δ' ἐλάσται. id est,

Fiso res periit, diffiso salua remansit.

Proinde non pessime monet Epicharmus, νῆφει, καὶ μὴ μνησθὲν ἀπίσιν. id est, sobrius eslo, & memineris diffidere. Quamquam nulli fidere, inhumanum est: omnibus fidere, stultum. Hoc honestius, illud tutius. Propter quod ut idem ait Theognis,

Ραῖρ' ἐπὶ πολλῶν πίσυνος ἔχεται νόον. id est,

Paucis e multis fidus adest animus.

Aliud stans, aliud sedens.

N V L L V S inficias iuerit, prouerbiali figura dictum illud Sallustianum in Cicronem, Aliud stans, aliud sedens loquitur. Quo licebit uti, cum summam inconstantiam animi significamus, quasi tantillum momentum atque interuallum commutet hominis sententiam. Homerus Iliados N. huiusmodi versiculo notat hominis inconstantis ingenium,

Ἀλλὰ μετὰ κλίβη, καὶ ἐπ' ἀμφότερας πόδας ἵκει. id est, Verum claudicat, inq. pedes utrosque vacillat.

Eandem sententiam sic effert Pindarus in Nemeis hymno tertio, ὅδε δ' ἰδὼκετ' ἔχων τεφρῶς ἀνὴρ ἄλλοι' ἀλλὰ πνέων, ὅποι' ἀτρεκέϊ κατὰ πόδι, μηρία δ' ἀρτίων ἀπλεῖ νόον μενέτω. id est, Qui vero tenet ea quæ didicit, obscurus homo alias aliter atque aliter affectus, numquam certo ingressus est pede, sed innumerabiliū virtutum imperfecto intellectu gustum capit. Præsert autem Pindarus naturam institutioni: quod qui natura bonus semper sui similis est: qui vero nititur eruditione, cum multa tentet, nec firmus nec absolutus est vlla in re.

Lingua amicus.

Ἀπὸ γλώττης φίλος, id est, Lingua amicus, qui verbis ostendit, non re præstat beneficium, Aut qui non amat ex animo, sed beneuolentiam oratione præ se fert. Quod genus inducitur Candidus apud Martialem. Et apud Homerum Odyssæa Σ.

Οἳ τ' ἐν μὲν βλάττοι, κακῶς δ' ὀπίθον φρονέουσι. id est, Qui recte dicunt, a tergo praua uolunt.

Theognis in sententiis,

Ἀλλὰ δόκη μὲν παρὶν ἀπὸ γλώττης φίλος ἔναι,

Χρεῖμα δὲ συμμίσγεται μὴ νύ μιν δὲ τίεν. id est,

Sic facito, ut lingua cunctis videaris amicus,

At factis cuiquam te caue miscueris.

Contra Sophocles in Antigone,

Δόξεις δ' ἐγὼ φιλοῦμαι οὐ σέργω φίλῳ. id est,

Non diligo hanc, verbotenus quæ diligit.

At idem Theognis paullo post, damnat huiusmodi genus amicorum,

Μὴ μ' ἐπισιν μὲν σέργει, νόον δὲ ἔχει καὶ φρίνας ἀπὸ μὲν. id est,

Nec me diligit verbis, cum mens alibi sit.

Rursum alibi,

Μὴ μοι ἀνὴρ εἰν γλώττῃ φίλος, ἀλλὰ καὶ ὄργῳ. id est,

Ne lingua mihi quis sit amicus, sed mage factio.

Simillimum est huic quod alibi refert idem, μὴ χριπρὸν γορίαν, id est, usque ad salutationem.

Ρεχέμα μὲν ἔσθ' ὁ φίλος παρὶν δύσκολον, εἰς δὲ πολλοὺς

Κεῖ χιδόνει πάντες μὲν χριπρὸν γορίαν. id est,

Res perdifficilis quidem amicus, sunt quia multi

Atque adeo cunctis pæne, salute tenus.

Saturni

Saturni podex.

Κρέας πυγῆς, id est, Saturni culus: de carnibus vetulis, iamq. mancis & sensu vacantibus. Quidquid enim putre iam & effatum intelligi volebant olim, id Saturnium vocabant. Meminit Diogenianus, nec tamē explicat. Suidas & Hesychius admonent, ita dictam carnem ob vetustatem stupidam ac sensus expertē, a Saturno deo, qui multa proverbia nobis dedit. Ad animis translatus non nihil habebit gratiæ.

Qui vitat molam, vitat farinam.

Ο φεύγων μύλον, ἀλλὰ φεύγει τὴν αὐτήν, id est, Qui fugit molam, fugit farinam. Aut, Deuitat quicumque molam, fugit ille farinam. Nam omisso articulo, videtur hemistichium carminis heroici. Qui refugit industriam, non fructur emolumentis. Sunt qui malorum stridoribus offenduntur, cum sine molis non liceat vivere. Sic quidam uxorum mores ferre non possunt, cum optent liberos. Dicunt et hodie vulgo, qui querit oua, gallinarum cacalismi, ut vulgo vocant, Latini gloriare dicunt, ferat oportet. Finitimum illi ἐπὶ μίλῳ ἐπὶ μίλῳ, id est, Neque mel, neque apes.

Ἀνωμίτρετος ἐδίδευσίτω.

Ἀνωμίτρετος ἐδίδευσίτω. Admonet iniquum non admittendum. Geometriam enim æquabilitatem accipiunt, ut apud Aristidem in Themistocle, ὅτι καὶ διὰ τὸ πῶτος καὶ ἡνωμίτρετος, id est, Vbi opus est, & æquabilitate, & geometria. Idem in Pericle, καὶ δὲ ἡνωμίτρετος καλὸν, καὶ ἡ κατ' αὐτὴν ἰσότης, id est, Si honesta est geometria, & quæ cum illa coniuncta est æqualitas. Vnde Lycurgus arithmeticam seu popularem ac turbulē tam eiecit e Lacedæmone: geometriam induxit, tamquam modestæ oligarchiæ, & legitimo regno conuenientem, teste Plutarcho. Sed mea quidem sententia, magis valebit perinde proverbium, quasi dicas, ἀνὴρ ποδῶν, id est, illotis pedibus, hoc est, tenere & imparatis. Nam hæc erant apud veteres prima philosophiæ rudimenta, musica, & Geometria. Quibus disciplinis si qui non essent initiati, non admittebantur in scholam Platonis, cuius hanc ferunt fuisse inscriptionem, ἡνωμίτρετος ἐδίδευσίτω. Loquitur ad hunc modum & Taurus philosophus apud Gellium: Nunc autem istis, qui repente pedibus illotis ad philosophos diuertunt, non est hoc satis, quod sunt omnino ἀβέλγητοι, ἀμεσοί, ἀνωμίτρετοι, id est, Speculatiua, Musica, Geometriæ ignari. Precipuum autem admirator geometriæ fuit Pythagoras, quem tradunt ob inuentum unum problema, sacrificasse diis. Id erat huiusmodi, Datis duabus figuris adicere tertiam ab his diuersam, quæ alteri sit æqualis, alteri similis. Tum Philo qui geometriam ἀρχὴν καὶ μητρόπολιν appellavit omnium disciplinarum, quod hæc rerum intelligibilium imagines, uerique vestigia, tamquam in politissimo speculo demonstret, mentemq. purgatam paulatim abducat a sensu. Plato quoque dixisse creditur, deum ipsum ἡνωμίτρετον, siue quod geometrica speculatio animum a rebus corporis abducat ad ea, quæ semper eodem sunt modo. Deus autem ab omni materia purissimus est. Siue quod in Timæo principia mundi diuisit in tria, deum, materiam, &

ideam. Materia quiddam est omnium quæ subsistuntur, maxime confusum & incompositum. Idea exemplarium pulcherrimum, deus causarum optima. Cum igitur ita condiderit mundum, ac semper ita seruet, ut materia sit æqualis, idea similis, videtur explicare Pythagoricum illud problema, cuius modo meminimus. Hæc itaque & alia id genus multa, Plutarchus Symposiacæ decadis octauæ problemate secundo. Plato videtur æmulatus solēnem morem tale quidpiam inscribendi foribus. Spado quidam effeminatus, cum ostio domus inscripsisset, ὁ δὲ κακὸν εἰσὶ τῷ, Diogenes, At herus, inquit, domus, qua tandem ingreditur & Socrates apud Platonem in Theæteto disputaturus de rebus subtilioribus, ἀίρει δὲ, inquit, περισκοπῶν, μάλιστα τῶν ἀμυντῶν ἐπακούει. id est, Obserua iam circumspectans, ne quis prophanus exaudiat. Imitatus est Pythagorā, qui sic præfatur,

Αἰσῶ σὺν τοῖς ἑτέροις ἐπὶ τῷ βίβλωι. id est, Cordatis cantabo, fores tamen obde prophane. Cuius alibi meminimus.

Serpens ni edat serpentem, draco non fiet.

Οφίς ἂν φάγῃ ὄφιν, δράκων δ' ἐνέσταιται, id est, Serpens ni si serpentem edat, non futurus est draco. Potentes aliorum damnis crescunt, & optimatum fortunæ non in tantum augerentur, nisi essent quos exurgerent. Quem admodum inter pisces & beluas, maiores viuunt laniatu minorum. Quamquam nobis quidem & hoc dictum secem vulgi videtur oler.

Certamen non accipit excusationes.

Ἀγὼν δ' ἀχέται σχήματα, id est, Certamen non admittit excusationes. Plato libro De legibus sexto, ἡ δὲ ἀγῶνα περὶ πόλεως ἐπὶ τῷ δέχεται σχήματι, id est, Verum aiunt certamen non admittere causationes. Et, ἀγὼν περὶ πόλεως οὐκ ἀχέται σχήματα, id est, Certamen non expectat occasionem. Cum agitur periculo, non conuenit tergiversari. Aut si maius, in presentaneo periculo non oportet occasionem expectare quemadmodum aliis in rebus. Veluti si quis in morbo capitali medicum opperietur insignem aut procul arcessendum. Huc pertinet quod legimus apud Quintum Curtium libro septimo: Sed neceffitas ante rationem est, maxime in libello, quod raro permittit tempora legere.

Phallus deo.

Φαλλὸς τῷ θεῷ, id est, Phallus deo. Dicitur solitum, ubi parum quidem honesta, sed tamen apta tribuuntur, quasi dicas, ἐν τῇ ἐκ ἀμύδῃ, id est, In matellam immerere. Plutarchus in commentario, περὶ τῆς φιλοπλῆστίας, ostendit hanc fuisse priscorum in ludis solēnibus pompam, ut primo loco duceretur amphora vini, & clematis, id est, fabæ genus: post aliquis hircum trabeat: deinde nucum sportulam gestabat alius: postremo loco Phallus ferebatur. Ea erat effigies obsceni membri virilis. Cur autem in mysteriis fuerit receptum, causam reddit Plutarchus in libro De Iside & Osiride. Columella in carmine ipsam Priapum Ithyphallum vocat,

Nn -Sed

-Sed truncum forte dolatum

Arboris antiquæ numen venerare Ithyphalli.

Et Pompeius ostendit, Ithyphallum dici membrum viri pudendum. Vnde & hodie Itali si quem contemnit hoc nomine notant. Non nulla de Phallis Herodotus libro secundo. Dicitur est alibi de Phallis Bacchi, nempe in proverbio, Erebinthius Bacchus.

Obturbas frustra uelut vnda.

Οχλῆς μάττω μὲν, καὶ ὁ ἄνθρωπος,

id est,

Turbas me ut vnda inaniter.

Id est, Incassum mihi molestus es. Fragmentum carminis est ex poeta quopiam. Translatum ab vnda caute assidue verberante. Quo pertinet illud Maronis, Quam si dura silex aut stet Marpesia cautes.

Optimum obsonium labor senectuti.

Ὁ τὸν ἀριστὸν πόνος τῶν γῆρας, id est, Optimum obsonium senectutis labor. Laborandum in iuuenta, quo seni suppetat commodius viuendi facultas. Diogenes rogatus, quid esse miserrimum censeret, respondit senectutem inopem. Adagium autem videtur mutilum. Nos opinamur, πόνος, id est, labor legendum, ut intelligas, senectutis imbecillitatem exquisitoribus cibis esse fulciendam, qui quo suppetant seni, paranda res est in iuuenta,

Omne æs alienum cepe, & multa allium.

Πᾶσι χεῖρας κρέμμεν, καὶ τὸ τίμημα σκόρδα, id est, Vniuersum æs alienum cepe, & multa allium. Subaudiendum in. Cum quis obstrictus multo ære alieno, optat ut paruo dependere possit quidquid debet. Non nihil veremur ne & hoc Apostolus hauserit, non ex auditoribus priscis, sed e suis combibonibus.

Oportet omnibus corydalis.

Πᾶσι κορυδαλιστὶ χρὴ λόγον ἐγγίνεσθαι, id est, Omnibus galeritis oportet cristam inesse. Citatur ex Simonide, & usurpatur aliquoties a Plutarcho, nominatim in vita Timoleontis, in hunc sensum: nullum esse mortalis ingenium, cui non sit aliquod vitium admixtum, cui perinde secundum hominis naturam sit non carere vitio, ut galeritæ naturale est habere cristam. Plutarchi verba subscribamus, ὅτι δὲ χρὴν ὡς ἐπικρατὲς μόνον πᾶσι κορυδαλιστὶ λόγον ἐγγίνεσθαι κατὰ σιμωναῖδαν, ἅλλα καὶ πᾶσι δημοκρίτειά τε κορυδαλιστὶν. id est, Quoniam autem oportet, ut videtur, non solum omnibus galeritis cristam inesse, quemadmodum dixit Simonides, verum etiam omni democriticæ sycophantæ. Meminit Corydi Aristophanes in Auiibus, assignens ex Aesopo lepidam fabulam. At enim hanc auem fuisse omnium antiquissima, videlicet ante natam quam esset terra, cumq. pater illius morbo perisset, nec esset sepulcro locus, in capite sepelisse patrem, unde & crista tumuli loco est. Inibi Corydo regnum decernitur. In eadem indicat Philoſteti cuidam turbato capite deformato, fuisse nomen Corydo. Congruit huic dictum Cratetis, quod refertur apud Laertium, vix esse quæquam, qui prorsus omni vitio careat, sed omnibus malis punicis aliquod inesse granum putre.

Toto deuorato boue, in cauda defecit.

Πᾶσι ἐκτετραχὸν τὸν βόυν, εἰς τὴν ἐξ ὅλης ἀπὸ καμῶν, id est, Toto deuorato boue, in cauda defecit, hoc est, reliquo negotio peraſto, in extremo fine delassatus est. Videtur esse senarius, sed deprauatus. Sapit tamen vulgi seccum & hoc.

Iuxta fluuium puteum fodit.

Πᾶσι ποταμὸν φεῖν, ὁ δὲ πῦλον, id est, Ad flumen puteum fodit. De stultam & inanem sumente operam. Finitimum illi. In syluam importat ligna. Putei fodiuntur ob aquarum inopiam.

Mutabilior Metra Erisichthonis.

Μεταβλητὸς ἔσται μῆτρας ἡ ἐρσιχθόνης, id est, Mutabilior Metra Erisichthonis. In eum congruit, qui secum non constat, sed subinde aliam atque aliam personam sumit. Extat in priscorum fabulis Metram puellam in varias rerum figuras transfigurari solere. Res autem sic habet. Erisichthon quidam Theſſalus absumptis facultatibus, ad extremam deuenit inopiam. Huic erat filia puella præstanti forma, nomine Metra. Quam ubi prostituisset, adolescentes qui comcebant ad illam, varia munera deferabant, alius equos, alius boues, aut verueces. Nam id temporis non dum auri, argenti, gemmarum ue erat usus. Porro Theſſali per iocum dicebant, Metram Erisichthonis verti in ea omnia, quæ illi ab amatoribus filia donabantur. Atque hinc proverbium. Fabulam Erisichthonis tractat Ouidius libro Metamorphoseon 8.

Catella Melitæa.

Μελιτῶν κωιδέες, id est, Melitæa catella. Quadrat in eum qui habetur in deliciis, ac lautius in otio alitur ad uoluptatem, non ad usum Triplex enim canum genus. Quidam habentur ad usum uenandi, quos appellant ἰχθυότα, quasi dicat vestigatores. Quidam adium custodiæ præficiuntur, qui dicuntur, οἰκοῦντες, id est, custodes domus. Quidam animi causa nutriuntur, & ad lusu duntaxat muliercularum, hos μελιτῶν, siue μελιτῶν appellant. De quibus est illud Platonis, τὰ κωιδέες καὶ μελιτῶν τὰς δεσποτίας, id est, Catellæ dominas imitantes. Et Gorgo apud Theocritum in Syracusiis, profectura duo mandat famulæ, ut infantem vagientem placaret, & catellum reuocaret intro. Lucianus falsissime ludit in Stoicum barbatur, cui in eodem sedenti uehiculo domina catellam committit, obtestans illum per ea quæ sunt in uita dulcissima, ut diligenter curet. Est in famulis diuitum huiusmodi ministrorum genus, quos illi non ad ministerium, sed animi causa domi habent.

Nec cinerem vitans, in prunas incidas.

Μὴ τίτῃς φθόνον εἰς ἀνθρώπων πύρε, id est,

Ne cinerem fugiens in carbonariam incidas.

Ne sic defugas malum hoc aut illud, ut in aliud longe manus incurras. Videtur heroicis deprauatus, constabit, si pro πύρε legas καπνίπῃ.

Syrus cum non sis, ne syrisſa.

Μὴ ὡς σῦρος μὴ σῦρις, ἰ. Cum non sis Syrus, ne syrisſa. Ne

Ne sumas personam parum decorum, ne velis alius videri quam sis. Aut cum sis natus ingenuus, ne moribus agas seruum & barbarum. Nam Syri male audiebant ob morum molliciem, Est autem facetus iocus, ex amphibologia huius verbi σαρξω, quod significat, & syrissare, & fistula canere.

Nemoue festucam.

Μὴ κερφοῖς κίμην, id est, Ne moue festucam. Iocus prouerbialis, ubi quis omnis strepitus impatiens est. Quosdā videas usque adeo morosos, ut quidquid agas offendatur, etiam si stipulam duntaxat moueas.

Cum paruula est, bona videtur spina.

Μικρὸς ἡ ἀκαταξία, id est, Cum pusilla est spina, bona videtur. Pueritia semper amabilis. Quemadmodum spina quoque innoxia est, atque adeo vesca etiam, donec etate durecat. Sentit de asparagis. Sic est rerum humanarum conditio, ut omnia suapte sponte degenerent in peius. Citatur ex Diphilo,

Ρολίος πικρὸς ἐστὶν ὁ χρόνος ὁ γένει,
Χωρὶς μεταπλάτων πάντες ὡς τὰ χείρα. id est,
Est canus artifex o Iupiter, dies:
Nam gaudet omnes deteriores reddere.

Moschus canens Bæoticum.

Μόσχος ἔδων Βαϊώτικην, id est, Moschus canens Bæoticum. Moschus hic citharædus fuit imperitus, qui circa respirationem vocem in longum producebat. Bæoticum autem vocat cantionis genus, veluti Phrygium aut Dorium. Quadrabit in multiloquos, sed tamen inepte loquaces.

Filum contentionis tunc erat.

Μίτος ὁρίδος τὸ τ' ἔν, id est, Filum contentionis tunc erat. Dici solitum in pertinaces, cum uterq. peruicax est, neuterq. concedit alteri. Est aliquoties in epistolis Hieronymianis, finiculum contentiosum ducere: nec apud aliū legisse meminimus, præterquā apud Tertullianum in principio libri Aduersus Iudeos. Apparet natum a ludo, quo duobus hinc atque hinc funem tenentibus, uterq. conatur alterum ad se trahere. Hinc & illud ductum arbitramur, quod alibi retulimus: Ne rumpamus, dum nimium tendimus finiculum.

Neque cæcum ducem, neque amentem consultorem.

Μὴ τι τυφλὸν ὁ δὴ γόν, μὴ τι ἀνάντων σύμβουλον, id est, Neq. cæcum ducem, neque amentem consultorem. Subaudiendum adhibeas. Disce, sed a doctis. Consilium pete, sed a consultis. Contra Horatius:

Cæcus vii si monstrat iter, tamen aspice.

Mus non ingrediens antrum, cucurbitam ferebat.

Μὴς εἰς τρώϊλιν δ' ἡρῶν, κολοκύντην ἔφερε, id est, Mus non potens subire antrum, gestabat cucurbitam. In eū congruit, qui cum ipse sibi consulere non possit, aliis conatur opitulari. Aut qui conatur maiora viribus suis. Videtur ab apologo natum, sed anili, ni fallimur.

Nouos parans amicos, ne obliuiscere veterum.

Νέας φίλους ποίω, λήσσει τῶν παλαιῶν μὴ ἐπιλασθάναι, id est, Nouos parans amicos, optime, veterum ne obliuiscere. Torqueri potest & ad mutua studia, ad quæ comenit non numquam respicere, etiam posteaquam diuersæ te addixeris disciplinæ. Veluti si moneas, qui se ad iuris studium contulerit, ut obiter recurret ad bonas litteras. Vsurpatur ab Hermolao Barbaro in epistola quadam ad Picum Mirandulanum.

Etiam dormiens somniat.

Ουκροπολὺ καὶ καθεύδων, id est, Somniat etiam dormiens, hodie quoque vulgo dicitur, quoties significant aliquē toto pectore rei cuiuspiam addictum, deditumq. Siquidem iis euenire solet, ut quæ interdum voluerint animo, noctu somnient. Aristophanes in Nebulis, Ουκροπολὺ καὶ καθεύδων ἐπὶ πικρῶν. id est, Et dormiens equestre studium somniat.

De iuvene dictum est, qui studio alendorum equorum rem patriam omnē absinpsit. Item paullo superius, ουκροπολὺ ἐπὶ πικρῶν, id est, Equosq. somniat. Dicit aliquis, quid miri si quis dormiens somniat? Sed ἡμεῖς πολλοὶ non tam est somniare, quam somnia interpretari, & hinc spē concipere aut facere. Porro curā illā iuuenis somnium vult videri poeta. Ita bis somniat eadem & vigilans & dormiens, Plautus cōtra, ἴγίλας somniat dixit. Terentius: Num ille somniat ea, quæ uigilans voluit? Et apud Horatium Europa sic loquitur.

-Vigilans ne ploro

Turpe commissum, an vitiis carentem

Ludit imago Vana?

Chordæ vice.

Ὡς ἂν ἰ χερδῆς, id est, Tamquam chordæ loco. Cōueniet, ubi quod alicubi diminutum videbatur, suppletū aliū de significabimus. Plutarchus in Sympoticis prouerbij vice videtur usurpasse: καὶ ταῦτα μὴ, inquit, ὡς ἂν ἰ χερδῆς κείδω, πῶς ὑπὸ σὲ πεφλοσσομεθαίμεν. id est, Atque hæc quidem chordæ uice addita sint iis, quæ abs te sunt erudite disserta. Sumptum est a Locrensi fabula, quam exposuimus in prouerbio. ἀκατέλιος πῆλιξ, id est, Acanthia cicada.

In caput præcipitari.

Ἐπὶ κεφαλὴν ἀδιδῶν, id est, In caput impelli, hoc est præcipitem dari, dicebant eum, qui per summam contumeliam expelleretur, uel potius qui funditus perderetur. Est in Luciani libello De mercede seruientibus. Vsurpauit non absimili figura Terentius: Auctores erant, ut illam præcipitem darem. i. ut extirparē adibus. Plutarchus in Stoicorū contrarietatibus, ὁ δὲ χρόσις ποῖος ἐνέκα τῆς χρηματισμῶ τῆς σοφῆς ἐπὶ κεφαλὴν εἰς πεντικὰ ποῖον ὡθεῖ, καὶ σκυδὼν ἐπιμίχεται. Chrysippus sapientē fenoris gratia præcipitem dat in Paticapæum, et Scytharum solitudinem. Paticapæum urbs Scythiæ ad Bosphorum, auctore Stephano, arbitramur idē esse quod ait Seneca libro de beneficiis sexto, Alia detinebo diutius, alia expellam & capite agam. Notauit nō nihil adagij formam Phœnix Colophonius apud Athenæum libro 12. de Nimo rege Assyriorum agens,

N n 2 qui

qui pro corporis voluptatibus omnia contemnebat.
Scizentes illius sic habent,

Ἄλλ' ἐν χερσὶν ἐστὶν πικρὰ καὶ πίνυι
Καὶ ἐν πλάτῃ παύσαι καὶ περὶ ὧν ὦν. id est,
Sed erat edendo, poculumq. miscendo
Præstans, reliqua autem cuncta abegit in saxa.
Id est, prorsus contempsit.

Ἀπορῶς πόλεμος.

M. TULLIUS Epistolarum ad Atticum libro nono,
Huius igitur belliego particeps & socius, & adiutor
esse cogor, quod & ἀπορῶς ἐστὶ cum civibus. ἀπορῶν
vocat perpetuum, & atrox & irreconciliabile. Sui-
das ostendit, ἀπορῶς ἐχέειν dici eos, qui in concordia
redigi non possunt. Sonat serme, quasi dicas inconsu-
derabiles, ut docendi causa sic loquamur. Conueniet
in similitudinem ac dissidium amarulentum. Vnus est
eo proverbio diuus Chrysostomus homilia in Matthæum
quadragesima septima. Item diuus Basilus in epistola
quadam ad Athanasium, καὶ τὴν αὐτὴν ἐξ ὧν τῶν
ἀνθρώπων τῶν καὶ ἀπορῶς πόλεμος, & αὐτοὺς λίγχοι
καὶ τρυπὸν μελοδίας, τῆς περὶ ἡμῶν κινεστικῆς, id
est, Quod si rogentur quæ causa sit huius nec indicti,
& sine sacris suscepti belli, narrant cantica quædam
esse & speciem melodix, quæ apud nos obtinuit. Aeschi-
nes in oratione, τὸν παρὰ πρεσβύτας, ἐξ ὧν οὐκ ἐρίων ἦν
οὐδ' ἄν ἐκ πόλεμος, ἀλλ' ἐξ ἐρίων πόλεμος ἀκέρυκτος. id
est, Ex quibus non pax fieret e bello, sed ex pace bellum
non indictum, hoc est, vehemens & atrox. Idem in ea-
dem, εἰ δὲ ἴσονται τῶν πόλεμων αἱ μὴ εὐδυναὶ τῆς πο-
λείας, αἱ δὲ θωρακαὶ τῆς τραγῶν, ἀπορῶς καὶ ἀκέρυκτος
τῆς πόλεως ποιεῖται. id est, Quod si bellorum causæ
quidem erunt oratorum, dona vero ducum, efficietis
ut bella & sacris carent & denunciationibus. Ete-
rim qui indicit, qui mittit faciales, qui sacrificat, ipsa
mora sit lenior: & hoc consilio probabile est huiusmodi
mora reperit, velut in iure citationem triplicem, li-
tis contestationem, in matrimonio libellum repudiij, &
solemnia verba, Tua tibi habet: quo dum hæc aguntur,
residat impetui ille impotens.

Ab Eteobutadis ducit genus.

Εἰ ποσὺν ἀνέλας τὸν ἥντος, id est, Ab Eteobutadis ducit
genus. Dicitur solitum de iis qui maioribus illustribus
& antiqua nobilitate sunt oriundi, videlicet a Buro
quopiam, qui sacerdotes Athenis instituit. Et ab hu-
ius posteris postea summi magistratus creabantur. Ve-
nistius erit, si per ironiam sumatur in hominem obscu-
rum, aut notabilitatis & imaginum ostentatorem.

Ergini cani.

Εἰ γὰρ πόλαι, id est, Ergini canities. De canicie præprope-
ra, id est, quæ ante diem legitimum accidit. Erginus
filius fuit Clymenis, unus ex Argonautis. Cum autem
Hypsipyle Thoantis Lemniorum regis filia funerales
ludos manibus parentis proposuisset, Erginus adole-
scens præter ætatis rationem iam canus, accessit inter
reliquos decertaturus. Irrisus est autem a mulieribus.
Lemniacis, ob intempestivam capitis caniciem, & pro-
verbio locum fecit, hoc insignior, quod superatis omni-
bus athletis pulcherrimam victoriam reportavit.
Festinus autem fiet, si per ironiam dicetur in se-
nes iam canos, qui tamen iuvenes etiam dum haberi

velint, caussantes eam caniciem non ex annis, sed e cu-
ris, aut aliunde præmatutam accidisse. Poterit torque-
ri & in illos qui ætate iuvenes, iam tum ingenio, mo-
ribusq. senem agunt. Et quibus rerum prudentia ve-
lox, Ante pilos venit, ut inquit Persius. Nulla vero
res citius adcelerat senium quam animi cura, amor,
odium, invidentia, metus ac maror. Huc pertinet il-
lud Theocriticum in Aita,

Οἱ δὲ ποτὲν τις οὐδέ τι γυνάκεσσιν. id est,
Verum quos amor angit, in una luce senescunt.

Scholiasies adducit consimilem versum ex Odysseæ T.
Αἰψὰ δ' οὐ κακὸν τι βροτοῖς κακὰ γυνήσδεσσιν. id est,
Rebus in adversis venit accelerata senectus.

Pindarus item in Olympijs,

Φύονται δὲ γυνεὶς οὐκ ἀνδράσι πόλαι.

Εμαὶ καὶ παρὰ τὸν ἀλκίαν εὐκίττα χρόνον. id est,

Nascuntur & in iuuenibus iuris cani, frequenter &
præter ætatis conueniens tempus. Desiderantibus om-
ne tempus longum est.

-Sic piger annus

Pupillis, quos dura premit custodia matrum.

Et hodie prædicant nautæ in præsentī naufragij pericu-
lo de repente oboriri canicem.

Εσκιμαλίζω.

Εσκιμαλίζω σὲ χεῖρ. Hoc gestu contumeliam, despectumq.
supremum significabant. Est enim Græcis, ἐσκιμαλί-
σω, medium digiti ostendere, contractis ceteris, igno-
minia causa, aut strepitu digitorum significare cōtem-
ptum. Vnde et apud Iuvenalem, quod alibi retulimus,
Manderet laqueum, mediumq. ostenderet vngue.
Suidas citat ex Aristophane senarium hunc. Extat
autem οὐκ ἐν ἡμῶν.

Οὐδ' ἐπὶ πονηρῶς δὲ ὅρως οὐκ ἔσται,

Καὶ τὴν δρεφτὴν διὸν ἐσκιμαλίττω. id est,

An non vides, ut gestiat falcis faber,

Medioq. monstret vngue lancearium?

Quid autem proprie significet ἐσκιμαλίζω, qui scire cu-
piet, e Suida discat. Elegatius magisq. proverbialiter,
ad fortunam, ad eruditionem, aut aliud quippiā, quod
plane contemnitur, detorquebitur.

Extrema extremorum mala.

Εχάτων ἔχαστα κακὰ διαπέρχεται. id est, Extrema extre-
morum mala acciderunt. In ipso schemate sita est pro-
verbij ratio, quemadmodum in initio operis admonui-
mus. Ad hanc formam pertinere videtur, quod apud
Athenæum lib. 15. scripsit Hipponax, κακὸν κακὰ, id
est, Malorum mala pro summis malis. Item quod qui-
dam Atticam, ἡ χάρις ἡ ἀδελφία, id est, Græcia Græciā
dixit, quasi dicas Græcia florem. Quod genus sunt &
illa, ἡ χάρις ἡ ἀδελφία. Et δὲ ἐν ὧν ὁ ἀδελφός. Et ἐν τῷ κνυ-
ταίος. Hunc sermonis typum Græci videntur ab He-
bræis μυμνο sumpsisse, qui vehementiam & ἐπιτοσίῳ
eiusdem dictionis congeminatione significant.

Cucurrit quispiam ne pluvie madefce-
ret, & in foueam præfocatus est.

Ετερχέτις μὴ βερεθῆαι. καὶ αἱ βόθρον αὐτὸν πνίγη. i. Cucurrit
quispiam, ne cōspargeretur aqua, & in foueā præfocatus
est. Vbi quis leuius malum incautius fugiens, in maxi-
mum

num incurrit. Videtur a vulgo sumptum ab Aposto-
lio, cuiusmodi multa scientes pratermisimus.

Heterognathus es.

Εἰ ἑτερογενής εἶ, id est, Heterognathus es. In edacem dici
consuevit, quod ob voracitatem alternatur, utraque
mandibula cibum commanderet. Nam hinc dictum
ἑτερογενής, quod nunc in hanc, nunc in illam mandi-
bulam cibum transferat. Hesychius tamen interpre-
tatur de duris ac male morigeris, translatum putans
ab equis.

Urbanus nihil æqui cogitat.

Ὁὐρανὸς οὐδὲν δίκαιον ἀνὴρ ἔσθαι, id est,
Urbanus æqui nil bonius cogitat.

Admonet rusticam vitam innocentiorē esse, ut quæ
sola cum solis habeat commercia terris. Contra qui de
gunt in urbibus, propter contagia negotiorum & ho-
minū astutiores euadere, unde & astuti, παρὰ τὸ ἄστυ
dicti putantur. Potest & huc adcommodari paræ-
mia, quod eximæ morum ciuitati & urbana blandi-
loquentiæ fere comes esse solet astutia. Contra qui mo-
ribus sunt subagrestibus, iis plerumq. est fides certior,
animusq. syncerior. Versus est Senarius, sed deprau-
uatus. Et Terentianus Demea ait, In astu aliud ex
alio venire malum.

Patroclo sordidior.

Πατροκλῆς καὶ παρὸς τὸν παρὸς, id est, Patroclo parci-
or. In diuitem
quidem, sed oppido quā sordidū ac parciū. Hic. n. Patro-
clus posteaquā ad summas opes euectus est, aut ut ali-
dicunt, ex quo natus est, nūquā est usus balneo, parsi-
monis caussa. Taxatur ab Aristophane in Pluto,

Εἰ πατροκλῆς ἔρχομαι, id est,

Ex Patrocli venio domo.

Plutum enim squalidum dixerat, & situs plenū. Pro-
uerbij meminit etiam Eudemus.

Omnis herus seruo monosyllabus.

Ὅτις ἄνθρωπος δούλος μονόσῳλος, id est, Omnis herus ser-
uo monosyllabum. Heris & potentibus breuissimo tā-
tum verbulo est opus, ut vel adnuunt, uel renuant
καὶ ἄλλοι. Sic uolo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Ser-
uis autem & impotentioribus, multis opus est verbis
ut exorent, aut persuadeant. Effertur integre ad hunc
modum, πᾶς ἄνθρωπος δούλος μονόσῳλος, τὸ δὲ ἐκτελέσει
μικρόν. id est, Omnis dominus seruo monosyllabum.
At supplicare longum. Adnotatum est a doctis, mo-
nosyllaba & dissyllaba nomina conuenire seruis: cu-
iusmodi sunt μὲν, quo nomine fuit seruus Epicuro. Ce-
terum Athenæus lib. 5 citat Herodicum, qui contem-
ptus gratia grammaticus appellat μονόσῳλος, Γω-
νισόμυθος, μονόσῳλοι. Quod in angulis latitent bom-
bicum more, quodq. de minutis vocularum tractent.
De Lysimacho dixit Demosthenes, ni fallimur, regnum
ipsius nihil differre a scena comica, quod impendio de-
lectaretur ridicule dictis, eoq. ab hoc oēs discedere dis-
syllabos, hoc est, histriones. Notauit. n. Bithen & Pa-
rin, qui nihil apud illum non poterant, ut Athenæus
lib. 14. Rursus nomina magnatū faciunt polysyllaba,
qualia sunt, Ariobarzanes, & Nabuchodonosor, &
apud Plautū Polypyrhopolines, & Megalodorus.

Penicillare.

Πενικίλλει μὲν δούκι, perinde valet quasi dicas, suctum fa-
cere, quod idem dicitur περικίλλει. Nam πενικίλλει, Gra-
cis comam non genuinam sed adposititiam significat,
quam quidam galericum vocant. Hinc πενικίλλομαι
πῶς, doli.

Cicadis pleni.

Τετρίγων ἀνέμιστοι, id est, Cicadis operiti. In gloriosos ac stul-
tos olim dicebatur, aut obsoletis, ac iam desitis videntes.
Atiquitus enim Atticis mos erat, capillorum cincin-
nis aureas cicadis addere. Vnde & τετρίγωνες dicti
sunt, hoc indicio significantes, ἀνέμιστοι esse sese, id
est, indigenas, quemadmodum & cicade non aliunde
commigrant, sicut pleraq. alia, sed inibi nascuntur ubi
uiuunt, Aristophanes in Nebulis,

Αρχαῖα καὶ δὴ παλαιά, καὶ τετρίγων ἀνέμιστοι,

Καὶ κακίδες, καὶ ἰσχυροί, id est,

Priscæ hæc sane atque obsita canis, nec non repleta
cicadis,

Ac Cecide cum Euphonis.

Cecides perunctus quispiam fuit dithyramborum
scriptor. Euphonia item, festum priscum & iam olim
ob vetustatem desitum. Quæ sane omnia prouerbiali
schemate sunt dicta.

Quid de pusillis magna præcæmia?

Τί μικρὸν περὶ μεγάλα προεμίαι, id est, Quid de minutis
rebus magna texis præcæmia? Vbi quis in re non ina-
gni momenti, verbosa utitur prælocutione. Nā Athen-
is interdicebat præco dicturis in concione, ne vel præ-
fatione, vel affectibus vterentur, rem modo expone-
rent, καὶ προεμίαν καὶ πρῶτον, id est, Absque præcæmiis
& affectibus. Ut aliquot locis indicat Lucianus. Ad
quod adlusit etiam Terentius, Etiam præcæmium ince-
pat. Et Horatius,

- Quorsum hæc tam putida tendunt?

Leuiter huc adludens Aelius Spartianus in Aelio Ve-
ro, Et quoniam, inquit, nimis pauca dicenda sunt, nec
deberet prologus enormior esse quam fabula, de ipso iam
loquar. Plutarchus in Adopthegethymatis Laconicis ad
Cleomenem Cleombroti filium refert, qui cum alter
quispiam vteretur oratione plus satis proluxa, Τί, in-
quit, μὲν μικρὸν περὶ μεγάλα προεμίαι, ἵσον ἢ ἐνὶ πρῶ-
τῳ, ποσὲ τὸν καὶ ὁ λόγος, ὃ χρῆται, id est, Quid mihi de
paruis magna facis præcæmia? Nam quanta res fue-
rit, tanto sit & oratio, qua vteris.

Tunc canent cygni, cum tace-
bunt graculi.

Τὸ τ' ἄσποντοι κύκνοι, ὅταν κολοιοὶ σιωπῶσι, id est, Tum ca-
nent cygni, cum tacuerint graculi. Hoc est, tum loquen-
tur eruditi, cum garrulis non erit loquendi locus. Aut
inter garrulos & obstreperos non est eruditus dicendi
locus. Usurpauit adagium Gregorius Theologus, in
epistolis, πᾶντοι καταφλυαρῶν ἡμῶν τῆς σιωπῆς, ὥστε
πρεσβυτέρων ὅσοι μάλιστα μὴ ἀλῶν, μάλιστα δὲ σύντρομων, ὅτε
τὸ τ' ἄσποντοι κύκνοι ὅταν κολοιοὶ σιωπῶσι, id est, Ave-
desine tuis nugis obstrepere nostro silentio, aut tibi
referam prouerbum, ut verissimum, ita breuissimum,

N n 3 Tunc

Tunc canent cygni, cum tacebunt graculi. Ita nunc loquuntur, Cicero, Vergilius, Horatius, & tacent Pero, Philiscus, Menius. qui vivis illis obstrepebant, tanto loquaciores, quanto indoliores.

Malis ter mala.

Τὴς κακῆς τρεῖς κακὰ, id est Malis ter mala, hoc est, digna dignis eveniunt. Hanc paræmiam aiunt ab huiusmodi quadam fabula profectam. Narrant Attagines aues cum primum e Lydiæ in Aegyptum essent deportatae atque in sylvas dimissæ, coturnicis vocem edidissēs deinde evenit, ut desiccato Nili fluminis aluco, pestilentia regionem Aegyptiorum infestaret, magnamque hominum vim absumeret. Inter hæc Attagines vocē edere cœperunt humanam & articulata, aliquanto maiorem puerili, dicentes hæc verba, τὴς κακῆς τρεῖς κακὰ, id est, Malis ter mala. Atque huius quidem fabula auctorem citat Athenæus libro nono, Socratem in opere De finibus, sic efferens adagium, τρεῖς τοῖς κακῆς τρεῖς κακὰ. Circumfertur inter Græcos sententia & hic versus,

Εὖλα δὲ καὶ ἀγαθὰ καὶ δὸς θεός. id est,
Viro bono bona largiuntur cæliæ.

Referuntur & hi senarii ex poeta quopiam, in commentariis De audiendis poetis,

Εἰ μὲν γὰρ τῶν κακῶν ἐκλυμαίνων
Κακὰς ἀποβλέπει καὶ παρὰ δὲ βροτοῖς. id est,
Consilia si quis destinarit improba,
Huic necesse est, præmiun ferre improbum.

Canis peccatum sus dependit.

Τὸ καὶ κακὸν, ὅς ἐστι τιτὸς, id est, Canis malum sus dependit. Quoties pro iis quæ peccavit alius, alius dat pœnas. Ex quo nam euentu natum sit, non liquet, nec ad modum refert. Sapiet enim vulgus.

Interfecta musica.

Ἐκκικόπῃ ἡ μουσική, id est, Interrupta est musica. Veteres in conviviis eruditis confabulationibus uti consueverunt. Post cantores, histriones, saltationes induci cœpta. Unde quidam moleste ferentes interrumpi sermones suos, dicebant, ἐκκικόπῃ ἡ μουσική. Quæ vox in proverbium translata est, quoties aliquis internueniens sermonem institutum interpellaret. Simile quiddam legitur apud Platonem, licet in præsentia locus non occurrat.

Chamæleonte mutabilior.

Χαμῆλειον τοῦ μεταβαλλοῦτος, id est, Chamæleonte mutabilior. Chamæleon commemoratur inter animantia, quæ colorem mutant. Huius figuram diligenter describit Aristoteles libro De naturis animantium 2. Quod ad coloris mutationem attinet, hæc tradit, τῆς δὲ χροῖας ἡ μεταβολή, ἡ μεταβολή αὐτῶν γίνεται ὡς καὶ οἱ μέλανες ταύτην ἔχουσιν ὅτι τὸ κροκοδιάλον, καὶ οἱ χροὶ καὶ ἄλλοι, οἱ σαῦροι, μέλανι, ὅπως τὸ περδάλιον, διὰ τὸ ποικιλεῖν. γίνεται δὲ καὶ ἄπαντὸς σώματος αὐτῶν ὡς ταύτην μεταβολή. καὶ ὅτι οἱ ὀφθαλμοὶ συμμεταβάλλουσιν ὁμοίως τῷ λοιπῷ σώματι, καὶ ἡ κίνησις αὐτῶν ὡς ἡ ἐκφυγὴ εἰς καὶ ἀπὸ τῶν χρωμάτων. ἀποβήσκει δὲ ὁ χροὶς γίνεται, καὶ παυσιπνοῦς αὐτῶν ἡ χροὶς τοιαύτη ἐστὶ. id est, Mutatur autem illi color, cum inflatur. Fitque nunc

niger, non absimilis Crocodilorum, nunc pallidus, cuiusmodi lacertarum, nunc rursus nigris variegatus maculis, qualis est pardorum. Accidit autem huiusmodi mutatio coloris per omne corpus siquidē & oculi & cauda, in eundem cum reliquo corpore abeunt colorem. Motus huius animantis admodum segnis, qualis est ferre testudinum. Pallefcit moriens. Examinato color idem durat. Hæc Aristoteles, His ferme consentanea tradidit Plinius libro 8. cap. 33. illud addens, hoc animal toto corpore reddere colorem quæcumque proximum attigerit, præter rubrum & album. Competit igitur adagium in hominem versipellem, siue inconstantem, ac pro tempore sese vertentem in omnem habitum. Plato in Ione, καὶ ἀπὸ χροῶς ὡς ὁ περδάλιον παρὰ τὸ μεταβαλλόν, ὅτι μεταβάλλει καὶ αὐτὸ, id est, sed prorsus Protei in morem temet in omnem vertis speciem, dum sursum ac deorsum volueris. Aristoteles Moralium Nicomachiorum primo Chamæleontis vocem usurpat ad exprimendum inconstantis vitium.

Suus cuique crepitus bene olet.

Ἐκαστος αὐτῶν τὸ βήμα, μὴ γλυκίον ἢ ἄγαν, id est, Vnusquisque suum ipsius crepitum in illo suaviorem existimat. Hoc est, nemo est cui sua mala non videantur uel optima. Aristoteles Moralium Nicomachiorum nono, καὶ πολλὰ ὅσα τῶν ἰσχυρῶν τιμωρίῃ, οἱ ἴσχυοντες καὶ οἱ βέλτεροι λαβόντες, τὰ ὅσα οἱ καὶ ἄλλοις ἐκείνοις φάνηται πολλὰ ἄγαν, id est, Pleraque enim non eodem pretio æstimantur ab his qui habent, & ab his qui cupiunt accipere. Nam sui cuique & quæ dat, videntur esse multi pretij. Hic locus magis congruebat proverbio, suum cuique pulchrum, sed ea pagina iam exierat manus nostras. Proverbium de crepitu suspicamus ab Apostolio e vulgi fece haustum. Nondum enim quemquam reperimus, cui suus crepitus bene oleret. Illud verū est, homines vehementius abhorrere ab alienis excrementis & crepitu quam a suis.

E poculo perforato bibere.

Ἐκ περὶ μέρους κλικος πίῃν, id est, E perforato poculo bibere, dicuntur qui futiles sunt parumque feliciter continent arcana sibi credita. Sapiet & hoc vulgus.

In pulicis morfu deum inuocat.

Ἐν ψύλλῳ δὲ δὲν ἐπὶ πικρῇ γὰρ, id est, In pulicis morfu deum inuocat, in eos dictum, qui quantumlibet leni de re graviter perturbantur, perinde ut in maxima. Tractum ab Apologo qui fertur inter Aesopicos. Quidam offensus dolore pulicis pedem mordentis subsedit, & Herculem ἐλεῖν αὐτὸν, imploravit. Mox desiliente pulice, male precatus est Herculi, qui cum in tantillo periculo vocatus non tulisset opem, non videri verisimile, eum in gravioribus adfuturum. Simile est quod refert Aristoteles Moralium Nicomachiorum 7. de vehementer timidus, ὅτις δὲ δὲν αὐτῶν καὶ φοβησὴ μὲν. Veluti qui metuit omnia, si vel mus obstrepat. Hanc timiditatem appellat ἐνριώδης, hoc est, ferinam.

Kίβδλος, id est, adulterinus.

Quod simplex non est, neque syncerum, id vulgato verbo Græci κίβδλος vocant. Hinc ducto vocabulo, quod aliud præ se ferant, aliud tegant. περὶ τὸ κεύθον τὸ δὲ

λαί. uel quod Athenienses ob summum in Chios odium, si cui male uellent, huius nomen nominati solent insculpere, addita littera, iisq. in terram abiectis dira imprecari. παρὰ τὸ τὸς χίους ἐδιδόθη. Sed proprie nummum subaratum κίβδον appellant. Et κίβδον in synceritatem seu corruptelam, uelut Aristophanes,

Κίβδον δ' ἔστι τὸ βίβδον κίβδον. id est,

Corruptionem uita ademit plurimam,

Et κίβδον corrumpere fūco. Et qui pallent, κίβδοντες appellant, quod aliquid morbi uicii ne subesse videatur. Quemadmodum in nummis quoque color nō nunquam arguit fūcū. Conueniet igitur in amicitia insynceram et fictam, aut in hominem blando vultu, sed animo virulento. Veluti Pisides citante Suida.

Περὶ μὲν τῶν πέντε δὲ

Κίβδοντες ἐστὶν ὁμοῦ τινος, ὡς λόγος. id est,

Rerum diuinarum prorsus unus auctor est,

Vulgo ut loquuntur, quisquis insyncerus est.

Aut in orationem insynceram, ut Plato libro De legibus 5. Τὰς δ' αὖ τιμὰς διίσκοπὼν ὁ τῶν τινος ἀληθινοῦ, καὶ ὅσαι κίβδοντες. id est, Rursum honores oportet considerare, qui nam ex his veri sint, qui adulterini. Rursum eodem in libro ὡς πρὶν μὴ τῶν τινος κίβδοντες ποτὶ φασὶν ὅτι οὐκ ἐστὶν ἀλλοῦ τινος, id est, Ut neque ipse adulterinus aliquando cuiquam appareat, sed simplex & verax semper. Hoc igitur a nummis traductum, si ad diuersas res traducatur, prouerbiale fiet. Sed huius rei mentionem fecimus in prouerbio, πονεῖς κίβδοντες.

Nemo malus hoc sciet.

Οὐδὲς κακὸς ἔσται τὸ πρῶτον, id est, Nullus malus hoc sciet, quoties rem egregiam & cognitu dignā significamus. Plato De legibus libro 5. ὅσον ὅδ' ὁ νόμος ἐπιταγῆς μὲν ἀγαθὸν ἐν τυγχάνῃ πᾶσι τῶν πρὸς τὸν νόμον, τῶν ποιομένων κατὰ τὸν νόμον, καὶ τῶν ποιομένων παρὰ τὸν νόμον, ὅστις ἔσται πρὸς κακὸς ὢν, ἀλλ' ἔμπροσθεν τῶν ἐπιταγῶν ἔστι νόμος. id est, Quantum enim bonum sit, quod nunc praecipitur, omnibus rebus publicis, si modo paruerint, ordinem & apparatus adducens, nullus umquam iners & malus cognoscet, quemadmodum veteri prouerbio dicitur, verum & peritus, & moribus equis praeditus. Huic confine est, quod idem posuit in Lachete: ὅσον ὅδ' ὁ νόμος ἔσται, id est, Non sus quibus hoc norit. Natum apparet a mysteriis deorum, quae non nisi ab initiatis, ac puris cognoscifas erat.

Moenia ferrea, non terrea.

PLATO lib. De legibus sexto, πρὸς δὲ τὸν ὁμιλῶντα, ἰδὼν γ' αὖ τὴν πρῶτην ἐμφυφθῆναι, τὸ καὶ δὲ δὲν ἰσὺν τῶν γὰρ κατὰ κίβδον τὰ πρῶτα, καὶ μὴ ἐπαινεῖν τὸν δὲ νόμον. καὶ δὲ δὲν ἰσὺν τὸν νόμον, καὶ μὴ ἐπαινεῖν τὸν δὲ νόμον. id est, De mœnibus autem Megille equidem cum Sparta cōsenferim, ut mœnia videlicet humi deposita, dormire sinamus, neque huius rei gratia rursum velimus excitare. Recte quidem & poeticum dictum super his canitur, Mœnia aerea magis ac ferrea esse oportere quā terrea. Prouerbio iactatum fuisse videtur, & habet veluti enigmati figuram. Inniuit autem non oportere tuamentum ciuitatis in mœnibus collocare, sed in

uiris armatis, quorum consensus murorum inexpressibilium vice, ciuitatem optime tuetur. Adludit autem Plato ad apophthegma Laconicum, cuius meminit Plutarchus. Equidem arbitramur & Horatium huc leuiter adluisse, cum ait,

-Hic murus abeneus esto.

Nemo nos insequitur.

PLATO libro De legibus decimo, ὡς δ' ἂν τὸ παρὲντι δὲ προτιμῶν βραχυλογίᾳ μὲν ὡς ἀμύχανος, ὅστις ὅδ' ἔστι, πρὸς τὸν νόμον ἐπὶ τὸν νόμον. id est, Nam in praesentia nihil est cur breuiloquentiam prolixitati anteponamus. Quandoquidem nemo nos insequitur, qui festinare cōpellat, quemadmodum vulgo dicunt. Hoc paræmia etiam hodie tritum manet, cum significant liberum esse, diutius in re quapiam immorari: Nemo nos, inquit, impellit.

Mare proluit omnia mortaliū mala.

Θάλασσα κλύει πάντα τ' ἀνθρώπων κακὰ. id est,

Hominum vniuersa proluit pelagus mala.

Refertur ab Eustathio in primū Iliad. Homericæ. Exstat autem apud Euripidem in Iphigenia Taurica. Natum est ab euentu huiusmodi. Refert Diogenes Laertius. Euripidem Platoni comitē fuisse peregrinationis cum Aegyptum adiret: ubi cum morbo suo corripere-
tur, comitali, ni fallimur, sacerdotes Aegyptij morsione marina sanarunt hominem. Hinc postea versiculū hunc composuisse:

Κλύει ἐκ θαλάσσης πάντα τ' ἀνθρώπων κακὰ,

Tamquam aqua marina morbis omnibus mederetur. Quin hodie morsos a cane rabido, si nouies mergantur in mare, putant a rabie liberari.

Canere de Telamone.

Αἰὼν τὰ πελαγονία, id est, Canere cantionem Telamonis. De querulo sermone dictum prouerbum, quod Telamon impotentiū fleuerit, Aiacem filium periisse apud Troiam, praesertim hoc genere mortis. Eustathius enarrans carmen illud Homericum quod est in Catalogo nauium,

Αἶας δ' ἐκ στελαμῖνος ἄνε δ' ὁ καὶ δίκαιος ἦν,

commemorat hanc paræmiam, καὶ τὸ αἰὼν πελαγονία παροιμιᾷ λέγεται, ὅτι σκαυὶς μέλας δ' ἀρῆς, πᾶσι πελαγονία δ' ἀρῆς. id est, Et quod prouerbio dicitur canere cantionem Telamonis, ab aliquo cantu, cuius initium, Fili Telamonis Aiax belliger. Simillimum est illud, quod alibi retulimus, αἰὼν δ' ὁ καὶ δίκαιος ἦν, id est, Admeti cantilena, & Harmodij cantilena.

Argiua calumnia.

Αργίᾳ φασὶν, id est, Argiua infectatio, de calumniis & delatoribus dici solitum. Nam Argiuos olim notauit antiquitas, tamquam sycophantas & litium audios. Testis Eustathius in Catalogum nauium adagium ex Pausania citans. Testis & Diogenianus in Collectione.

Initio confidens, in facto timidus.

EUSTATHIUS enarrans septimum Iliados librum, Nn 4 huiusmodi

huiusmodi refert paræmiam, ἐκαστός πρὸς ὅγχε, ἐκ ποῦδ
καί, id est, Audax ante negotium plerūq. ignauus.
Citat idem ex Epieharmoni, κακὸς ἐκέρχεται μὲν αὐτότερος,
ἐπιπικρὸς δὲ, id est, Ignauus statim admodum de se
confidit, post autem fugit. Videmus hoc usu venire
vulgo, ut qui sunt audacissimi, et magniloquentissimi,
prius quam appareat periculum, ubi res virum posu-
lat, ibi sint animi nullius.

Γοργὸν βλέπει.

Γοργὸν βλέπει, aliquoties apud Lucianum, pro acerbis
oculis obtueri. Sumptum e fabula Persei et Gorgus.
γοργὸν dictum putant πικρὰ τῆς ὀφθαλμοῦ, quod irati acerbis
oculis obtineantur. Item Homerus Iliad. 6. de He-
ctore.

Γοργὸς ὁμμάτ' ἔχων ἡβήτοισιν ἀφ' ὧν. id est,
Gorgonius oculis, quales et Martis atrocis.
μαρτιῶν βλέπειν aliis commemorauimus.

Tolle digitum.

Ἄρει δέκτυλον, id est, Tolle digitum. Vistum te fatere.
Nam hoc signo qui in confictu succubisset, τὴν ἡβή-
την agnoscebat. Persius in Satyra quinta:

Nil tibi concessit ratio et digitum excre, peccas.
Cognatum illi, quod alio dictum est loco, Dare herbā.
Huc, ni fallimur, respexit diuus Hieronymus in dialo-
go Luciferiani et Orthodoxi, cum ait: Si tollo manū,
cedo, vicisti. Athenæus libro sexto, ex Antiphane re-
fert hos versus, in tragicos poetas,

Ὅταν μὲν δ' ὄντων τ' ἐπ' αὐτῷ ἵτι,

Κομιδὴ δ' ἀπὸ πικρὰς οὐ τοῖς δρᾶμασιν,

Ἀἰετοῖν ὅπου δέκτυλον τὴν μηχανήν. id est,

Vbi nil habent quod dicere queant amplius,

Sed prorsus hærent explicanda in fabula,

Repente tollunt machinam digiti vice.

Paullo aliter usus videtur M. Tullius libro in Verrem
6. Accurrunt tamen tutores, digitum tollit Iunius pa-
trius. Nam hic videtur esse gestus comprobantis, aut
se profitentis emptorem, siue conductorem. Siquidem
et hoc pacto olim ferebantur suffragia, et in auctio-
nibus eodem, qui volebat, declarat se emptorem aut
conductorem.

Videberis, me videns, plane Mar- tem videre.

Βαίπειν δ' αὐτὸς δ' ὅστις μ' ἀρῶ. id est,

Martem videre me, videberis palam.

De his qui se strenue pollicebatur opitulaturos, ac Mar-
tem quandam acturos. Est alicubi, apud Aristopha-
nem. Nam locus non dum occurrit.

Bos in ciuitate.

Βέος πόλις, id est, Bos est in ciuitate. Dicitur ubi quis ad
nouos honores euehitur. Lyfias bouis imaginem æ-
ream in arce collocavit Athenis. Ea res in vulgi io-
cum cessit. Nam in agris bouum usus est, non in vrbi-
bus. Quadrabit et in eos, qui præter meritum euehun-
tur ad summos honores.

Brasidas quidem vir bonus.

Βρασιδᾶς μὲν αἰετὸς ἀγαθός, ἃ δὲ λακεδαιμόνων, ποῦδ ἔχων
καὶ ῥέονας, id est, Brasidas vir bonus quidem ille, sed La-

cedamon multos habet præstantiores. Aduersus eos
qui se non modo primos, verum etiam solos existimant.
Natum ex apophthegmate, quemadmodum docet
Plutarchus in Laconicis, et item in vita Lycurgi. Fi-
nimum illi Multi Manij Aricie.

Hedera post anthisteria.

Ἀνθιστέρια μετ' ἀνθιστέρια, id est, Hedera post Anthisteria. Cui
fero quidpiam adhibetur. Nam hinc habent nomen
quod eo mense plurima e terra efflorescant. Apparet
in iis ludis morem fuisse coronari hedera. De Anthi-
steriis, id est, floralibus festis diximus in prouerbio,
καὶ ῥέονας, id est, Cares foras. Videntur illa fuisse
que Latini vocant Bacchanalia. Hedera autem Eac-
cho sacra erat, unde κίθαρ ἔχον dicti, qui in ludis illis fe-
rebant hederas. Conuenit cum eo quod alibi retulimus
μετὰ τῷ ἱερῷ, id est, Post festum.

Ex Academia venis.

Ἀκαδημαῖος ἄκας, id est, Ex Academia venis. De seu-
ro et Composito seu docto. Sumptum a Platonis scho-
la. Quamquam et per Ironiam torqueri poterit in sa-
stusum, et vultu terrore philosophum agentem. Quin
Athenæus libro 12. significat dictum in nitidos, et
cultu insigni, quod his Plato delectaretur mundiciis.
Ita Antiphanes philosophum elegantius cultum ubi
depinxisset, apud hunc ipsum, τί μακρὰ δὲ λείπον, ὅπως
αὐτῷ ἐξείη τὴν ἀκαδημαῖαν δόξαν, id est, Sed quid
neceffe est plura dicere? Ipsam videre videor mihi
Academiam.

Senem erigere.

Εἰς γὰρ δ' ὁρῶν φλαῦρον ὅς τις πῖστοι. id est,

Erigere durum est, qui cadat iuuenis, senem.

Haud facile dediscuntur a senibus, vitia, quæ pueri di-
ciderint, et in omnem inhererint vitam. Et tamen in
senectâ quoque conandum, ut vitiis careamus, quan-
tumvis inhererint.

Terra defossam habes.

Τὴν γὰρ ἔχων ἔχων, id est, Terra defossam habes. In eâ qui
non impertit, neque profert suas dotes. Sumptum ab
auaris, thesaurum humo defodientibus. Quod apud
Plautum facit Euclio. Itidem Horatius in Epodis:

-Haud parauero,

Quod aut auarus ut Chremes terra premam,

Discinctus aut perdam ut nepos.

Senescit bos.

Τὸν δὲ βέος, δ' ὅστις πῶς τε βέος. id est,

Bos consenescit, at opera multa sunt bouis.

Cum ob ætatis imbecillitatem aliquis inutilis redditur
ad obeundum munus. Nam diuitum vulgus haud
aliter ministris vitur, quam equis et canibus, aut
paullo etiam inhumanius dum vsui sunt, allicunt: ubi
senuerint, reiciunt. Vnde consultum est, ut unusquis-
que sibi paret, quo senectutem suam commodius so-
ueat, alataque, ne tum cogatur ex aliena liberalitate pe-
dere, cum a nemine non contemnetur. Ac memine-
rit Diogenis apophthegmatis, qui rogatus, quid nam
esset in hac vita calamitosissimum, respondit, κενὸν ἀπο-
εός, id est, Senex egens.

Sus

Sus acina dependes.

Απίστιος χείρ γίγασκε,

id est,

Acinos sus improba pendes.

Lues quod admisisti, reddes quod abstulisti, non sine sanore. Quadrabit, ubi pusillum commodi magno dependitur malo. Natum apparet a rustico quopiam, qui verbis hisce comminatus sit sui pascendi racemos.

Dum cessat boreas.

ARISTOTELES in Problematis sectione 26. problemate 57. iuxta Theodori supputationem, testatur hunc versiculum proverbio celebrem fuisse.

Αρχομένης τενορε, καὶ λήγοντος βορέαο.

id est,

Surgit ubi notus exoritur, boreasq. residit.

Quo significabant tempus oportunitate prospere navigationi. Subauditur enim δι πλῆθους, siue πλῆθος, propterea quod auster minus vehementer oritur: desinit autem perquam vehemens, diversum accidit in Aquilone. Atque huius rei philosophus causam admodum probabilem reddit. Nos enim, inquit, ad septentrionem potius quam ad meridiem vergimus, & aquilo flat a septentrionibus, auster a meridie. Hinc fit, ut ille statim vehementior proxima inuadat loca, deinde vehementiam suam ad longius remotos transferat, propinquis ortui mitior. Hic e diverso, ad meridiem positos, primum urgeat: post ubi praterit, mitior ad nos veniat. Licebit & longius detorquere proverbium nec id sine gratia, si quando significabimus tempus adesse commodum & aptum gerenda rei, ut cum illo congruat, quod alibi positum est: Cum pluit, moliendum.

In uulnerabilis ut Caneus.

Ατρέστες ὑπάρχεις ὅς ἐστιν ἀνίκητοι, id est, Inuulnerabilis es ut Caneus. De his, qui ladi non possunt. Est in poetarum fabulis, Caneum inuicere Neptuni nullo telo violari potuisse. Ceterum iuxta fidem historiarum, Caneum Thessalum quempiam fuisse rei bellicae cum primis peritum, adeo ut cum multis praeliis interfuisset, nunquam vulnus acceperit. Denique cum Lapithis auxilium ferret aduersus Centauros, deprehensus solus, ab hostium multitudine obrutus est, citraque corporis vulnus exstinctus. Itaque Lapithae, cadauere integro reposito, sparserunt riuorem, Caneum in omni vita inuulnerabilem fuisse. Venustius enunciatum per comparisonem.

Sale perunctus hic adiuuabitur.

Αλλ' ὅνδε σαρμὰ χεῖρ ὀνείριον ἔχει,

id est,

Acri sale hic perlutus adiuuabitur.

In eos dicebatur, qui vel etate, vel vino delirarent. Quidam ab viribus translatus existimant, qui sale loti redduntur meliores, quod salis acrimonia, coriorum crassitudinem emendet. Itidem temulentia laborantes mos erat sale & oleo perungere. id aduersus ebrietatem existimabatur. Quidam a vasis testaceis ductu malum, quae sale imbuuntur, quo fidelius contineant liquoris infusum. Sumptum est autem proverbium ex Aristophanis Nebulis.

Atqui non est apud aram consultandum.

Αὐτὸς δὲ πρὸς τὸν θεὸν πρὸς τὴν ἀρὰν, id est, Atqui nihil opus iuxta aram cogitare. Consultandum antequam incipias, in ipso negotio sera consultatio. Sumptum a sacrificiis, qui pro ritu sacrorum omnia praeparant, priusquam accedant ad aram. Nam in ipsis sacris periculosum existimabatur, si quid parum rite dictum ac factum fuisset a sacerdotibus, aut patrimis ac matrimis. Declarat M. Tullius in oratione De responsis. Aruspium: An si ludus constitit, aut tibicen repente contuit, aut puer ille matrinus & matrima si terram non tenuit, aut thesaurum, aut lorum omisit, aut si edulis verbo aut nutu aberrauit, ludi sunt non rite facti.

Mars haud concutit sua ipsius arma.

Αἰεὶ τὰ αὐτοῦ ὅπλα ὁσχεύεται, id est, Mars sua ipsius arma non iactat. Commode feruntur quibus assuetus, quaeque nobis quadrant, etiam si sint grauissima. Iactatus enim, quod incommode ferimus. Unde Iuuenalis.

Nec iactare iugum vira delicere magistra.

Ita studiorum labor qui occideret athletam, non grauat eruditum.

Smaragdus in luce obscurus.

Αἰνὸς τὸς ἐν τῇ φανερῇ, id est, Insignis smaragdus, in luce quidem obscurus. In eos iactis solitum, qui praepostero ibi semet occultarent, ubi maxime conueniebat edere virtutis speciem Plinius inter smaragdorū varietates commemorat, qui dicti sint cæci, quod colore sint obscuriore. Id nity magis in sole deprehenditur, cum ingens color ille suauiter virens, nec sole mutetur, nec umbra, nec lucernis, ac ne aquis quidem. Quemadmodum idem docet Plinius libro 37. capite sexto.

Martis pullus.

Αἰεὶ τὸν πόλεμον, id est, Martis pullum, vocant ad bella magno pere propensum. Aristophanes in Auiibus,

Αἰεὶ τὸν πόλεμον, ὅς ἐστιν ὁ πόλεμος.

id est,

Pullus Gradini, o pulle rector atque heres.

Sentit autem de gallo, qui quod omnium auium sit pugnacissimus bellacissimusque, unde & crista & calcariibus armatus est, Marti sacer est. Vel quod is olim fuerit adolescens Marti in deliciis habitus, qui consueverit obseruare, Marte cum Venere cubante, ne quis deorum interueniret. Deinde cum illo dormiente Sol aduenisset, Marsque turpiter esset deprehensus, iratus gallo adolescentem in auem commutauit, manentibus etiam num pristinae naturae vestigiis. Narrat hanc fabulam Lucianus in Gallo. Proverbum meminit, & Laertius in vita Diogenis Cynici.

Vtrem mergis vento plenum.

Αὐτὸς δὲ πρὸς τὸν θεὸν πρὸς τὴν ἀρὰν, id est, Vtrem mergis vento plenum. Competit in eum, qui frustra conatur, ut qui castigat inemendabilem, quod inflatus mer, quantum vis immergas, rursum emicet. Natum videtur ex oraculo Sibyllae, quod illa edidit de ciuitate Atheniensis.

Αὐτὸς δὲ πρὸς τὸν θεὸν πρὸς τὴν ἀρὰν, id est,

Vt ringris, sed mergere nemo ualebit.

Durus

Durus alloquijs.

Αἰνικτὸς ἄνθρωπος προσωρεμένηστιν, id est, Immobiles sine inflexilis alloquio. Ductum a cera, quæ tractando mollescit. αἰνικτὸν autem dicitur, quod non queat liquefieri. Competet igitur in hominem inexorabilem.

Profectus ad apaturia.

Ἀπὸ τῆς ἀπατούριας ἐπαγὰ ἐς θαρρηλιώνας, id est, Profectus ad apaturia, rediit Maio. Dicitur solitum in eos, qui licentius immorarentur negotio cuiuspiam. Athenis festum erat, quod Apaturia vocabant, id triduo peragebatur. Primum diem appellabant δόρημα, propterea quod sub noctem conuenientes φερέτορες conuiuium agerent. Secundum appellabant ἀνὰ ῥέυσιν, quod in eo rem diuinam facerent Ioui Phratrion, ac Mineræ. Tertium κεριδτιν, quod iuuenes & puellæ in gentem transcriberentur. Meminit Suidas copiosius de hoc festo: verum ea non multum attinent ad explicandum proverbum.

Ego tibi de alijs loquor, tu res spondes de cepis.

Εγὼ σκέροδε σοι λέγω, σὺ δὲ κρόμυ ἀποκρίσεις, id est, Ego tibi loquor de alijs, tu respondes de cepis. Simillimum illi, ἄλλος ἀποτεν, cum aliud respondetur quam rogatoris, vel contra, cum inepte respondetur inepte sciscitanti. Confinia sunt inter sese cepæ & allia.

Aurificem te futurum credebas.

Χρυσόχουσι ὦς, id est, Aurificem te futurum arbitrabare. Natum aiunt ab huiusmodi quodam euentu. Inuenerat aliquando fama apud vulgus Atheniensium, in Hymetto monte magna auri fragmenta videri, quæ a formicis illis pugnacibus seruantur. Itaque quidam creduli sumptis armis exierunt illas expugnaturi: qui cum re infecta, frustra quoque sumpto labore redirent in urbem, irrisi sunt a ceteris ciuibus, illud obiectantibus, σὺ δὲ ὦς χρυσόχουσι. Tu credebas te futurum aurum. Meminit huius rei Enbulus in fabula cui titulus Glaucons.

Ἡμεῖς ποτ' ὡς ἄνθρωπος κεκρίπιδας ἐπαύρομεν,
Λαβόντες ἐς ὑμῶν ἔρεβαν ὁπλᾶ,
Καὶ σὺ ὡς μύρμηκας ἡμεῶν τριῶν
Ὡς χρυσόπιδας ψήματα πεφνήτορες. id est,
Quondam viris nos Ceropidis persuasimus,
Sumptis ut armis montem Hymettum incurrerēt,
Contraque formicis cibaria tridui
Ferrent, velut fragmentula auri fusilis
Apparuissent.

In penultimo versu aut mendum est, aut defectus: fortasse προσὺν legendum σίτον. Itaque certe constabit versus,

Καὶ σίτον ὡς μύρμηκας ἡμεῶν τριῶν.

Extat & apud Platonem libro De republica 5. Τὶ δὲ ἡν ὁ τὸς ἐρασυμάχος, χρυσοχόνος, ἐς τοῦδε νῦν οὐδέτις ἀφίχεται, ἀλλ' ἐ λόγων ἀκροσόμενος. id est, Quid autem erat tuus Thrasymachus, si aurifusor, ad eos qui nunc hic sunt, aduenisset, ac non potius rationes audiret. Aeschines, ἀποφοιτήσας ποτὶ τὸ τῶν δῶλον ὅτι χρυσοχόνος ἐμαίθεον, ἀλλ' ἐπὶ προκείμενον αὐτῷ πράξηναι ποίχην. id est, Cum hinc se subduxerit, perspicuum est quod au-

rum fundere didicit, potius quam id facere pati ne, quod ipsi propositum erat. Paræmia conueniet, ubi quis ingentes spes animo concepit sed discedit frustratus. Quod fere solet accidere iis, qui suo sumptu mittunt, qui terras peruestigent incognitas, aut qui sornaces alcimisticas omnia sua profundunt.

Seiuncta sunt Merrhæ ac Siloam fluenta.

Χωρὶς τὰ μερῆα καὶ σιλωὰς ῥέεμα. id est,

Seiuncta sunt Merrhæ, ac Siloam flumina.

De longo interuallo diffitis inter sese. Veluti si quis dicat, inter amicum & adulatorum plurimum interesse. Finitimum illi, χωρὶς τὰ τὸ μυσσὸν καὶ φευγῶν, id est, Separata sunt possessiones Mysorum & Phrygum. Apparet neotricum esse proverbum.

Υδὸ δόρυρα.

Υδὸ δόρυρα δὶον πὲρ σῶ. De minis, ac terriculis inanibus: aut cum ostenditur arte periculum, cum re nullum sit periculum. Translatum a militari astutia, qua fit, ut ad terribandos hostes noctu diuersis locis ignes incendunt, ut ingens exercitus esse credatur. Eos ignes adsimulatos, ὑδὸ δόρυρα vocant. Non habebit proverbij gratiam, nisi transferas ad eos qui simis verborum territare student aliquem, aut in fraudem illicere. Sic enim interdum falluntur & nautæ.

Pfyra Bacchum.

Ψύρα τὸν δῶνον, id est, Pfyra Bacchum, Stephanus & Suidas citant e Cratino, Ψύρα τὸν δῶνον ἄχοντες. id est, In Pfyra Bacchum ducentes. Rursum οὐκ ἐμύσα, Ψύρα πτωσάτω ἀχέ. id est, Et in Pfyra Spartam duces. Annotatum est & ab Hermolao Barbaro. Dictatum adagium, ubi vinum appositum in conuiuio nemo gustat: aut de sordido apparatu. Pfyra pusilla quæpiam insula est haud procul a Chio, in qua vinum non prouenit. Meminit & Sraho libro 14. Hanc Homerus Odysseæ γ. ψύρην appellat. In Græcorum commentariis reperitur scriptum aliquoties Ψύρα finali circumflexo, sed mendose, ni fallimur.

Caput vacuum cerebro.

Ὡς κεφαλὴ, καὶ ἐγνέφαλον δὲ ἔχει, id est, O quale caput & cerebrum non habet. De his qui corporis specie præcellunt, ingenio carentes. Natum ex Apologo, qui circumfertur inter Aesopicos. Vulgo quoque vecordibus & insipidis aiunt cerebro vacuum esse caput.

Crudelis Bacchus.

Ὡμικρὸς δῶνοντος, id est, Crudelis Bacchus. Bacebo quondam viuos homines sacrificari mos erat. Vnde in crudeles conuenit: siue quod temulentia reddat feroces & immites.

Hoc calceamentum consuit Histæus, Aristagoras induit.

Τὸ ἐπὶ δόρυμα ἔρεατε μὴ ἰστιάος, ἐπεδύσατο ὁ ἀρισταγόρας, id est, Hoc calciamentum. Histæus quidem consuit, ceterum Aristagoras induit. Diogenianus admonet dici solitum in eos, qui callide sua malefacta in alios reiciunt. Adagium natum est ex huiusmodi historia. Histæus quispiam patria Samius, Dario amicus, ab eodem

eodem in Persidem missus est, illic diutius commoranti inaccessu patriæ reuiscendæ desiderium. Verum cum a rege commeatum impetrare non posset, scribit ad Aristagoram ex fratre nepotem, ut Iones ad defectionem sollicitaret, videlicet ut hac occasione dimitteretur. Excogitavit autem novum litterarum transmittendum genus, cuius meminit & Aulus Gellius Noctium Atticarum libro decimo septimo, capite nono. Scruo cuidam spectata fidei, diu oculos agros habenti, capillum ex omni capite, tamquam medendi causa deradit, caputque eius leue litterarum formis cōpingit. His litteris quæ voluerat scripsit. Hominem postea quo ad capillum adolescet, domi continet. Renatis pilis, ad Aristagoram mittit. Et cum ad eum ueneris, inquit, mandasse me dicito, ut caput tuum, sicut nuper egomet feci, deradat. Seruus ut imperatum erat, ad Aristagoram venit, mandatum domini adfert. Is non esse frustra ratus, capite deraso litteras legit, ac mente Histiae cognita, totam ferme Ioniam ad defectionem traxit. Darius posteaquam hæc cognouisset, descivisset Iones, Histieum in consilium adhibet, quem potissimum in Asiam mittere oporteat ad res componendas. Is persuadet ut sese mittat, utpote idoneum ad faciendam defectionem Ionum. Itaque posteaquam in Asiam deuenisset, iamque in suspitionem venisset Sardiū præfecto, tamquam auctor huius motus fuisset, hoc audiuit ab eodem, & τὸ τοιοῦτον ἔχει καὶ ταῦτα τὰ πρῆγμματα, τὸ τὸ ὑπὸ δόμῳ ἐξέρχεται καὶ σὺ, ὑπεδύσατο δὲ ὁ κλέπτης, id est, Sic hæc res habent Histiae. Tu quidē calcem hunc consiisti, ceterum Aristagoras induit. Meminit & Herodorus quinto & sexto libro, in hunc modum efferens quemadmodum retulimus. Significabat autem eius consilij primum fontem & auctorem fuisse Histieum, administratorem Aristagoram. Ea vox deinde, ut fit, vulgo cognita commentij nouitate, in populi fabulam abiit. Videtur magis conuenire, quoties in astutis & improbis consiliis alteri alter auxilio est, mutuique opera sese iuuant. Nam dare consilium, est tamquam calcem consuere: uti consilio & exequi, est velut induere calciamentum.

Quæ non posuisti ne tollas.

Αὐτὸ καὶ τίς, καὶ ἄλλος, id est, Quæ non deposuisti, ne suffollas. Citatur a Platone lib. De legibus undecimo, tamquam ex poeta quopiam. Laertius refert inter Solonis leges, sentiens, opinamur, de terminis agrorum non mouendis, quos maiores fixissent. Conuenit in furaces, & in eos, qui repetunt quod non crediderunt: item qui sibi postulant acceptum ferri, quod non præstiterunt.

Bulbos querit.

Βουλβός, ἡ τι, id est, Bulbos queris. Iocus prouerbialis in eos, qui iuxta Persium,

Obstipo capite desigunt lumina terræ.

Plutarchus in Sympotiacis, καὶ ὅς ὁ κλάμχος οὐ ποτὶ καὶ παροικισθῆς ἐφ, βουλβός δὲ μικρότερον διεφύγει πύκταυον, ἢ ἔχον δυνάμιν αὐτὴν παρὰ καὶ πόρῃ σὺ καὶ τὸ δέμας τῆς φοικῆς, id est, Etenim ridiculus iste, inquit, & prouerbio obnoxius bulbus, haud ideo fulmen effugit, quod pusillus sit, sed quod vim habeat contrariam fulmini, quemadmodum & ficus arbor, & vituli marini pellis. Porro risus prouerbialis, de quo memi-

nit Plutarchus, sumptus est, ex Aristophanis Nebulis, ubi Strepsiades Socratis ingreditur scholam, admittatur discipulos Socratis prono capite terram spectantes. Respondentique, ciuipiani:

Ζητῶσιν ἔτοι τὰ κατὰ γὰρ βουλβός καὶ

Ζητῶσι, μὴ μὴ τὸ πῶς φροντίζῃ,

Εἰς ὅς δ' ἴσ' ἴσ' εἰς μετὰ καὶ καλῶς.

id est,

Querūt habet quæ terra Strapsiades. Bulbos scilicet

Querunt, rei sed cura ne quid istius

Vos angat, ego enim noui ubi sint magni & boni.

Quod si quis malit referre ad id, quod est apud eundem poetam in Pluto, τὰ πῶς ἐμὴν φροντίζῃ, id est, Qui eandem mecum cepas edistis, equidem haud magnopere repugnarim. Significat autem tenues amicos, qui, ut ait Terentius, paupertatem una tulerunt graui. Persius item Satyra quarta, de sordido & impendio tenaci, parcoque.

Hoc bene fit, tunicatum cum sale mordens

Cepe, & sarratam pueris plaudentibus ollam.

Extat apud eundem Aristophanem in Concionatrici-bus & alius de bulbo iocus huiusmodi, κατὰ πύκταυον βουλβός, id est, Qui deuorauit bulborum ollam. Verba sunt amica ad iuuenem detrectantem coitū, quod unus duabus par esse non posset, καὶ ἄλλος inquit, ἐὰν αὐτὸς κατὰ πύκταυον βουλβός, id est, Nam bulbos iritare Venerem, testatur & Martialis:

Nil aliud bulbis, quam sicut esse potes.

Et Columella in carmine:

Iam Megaris ueniunt gepitalia semina bulbi.

Sunt autē multæ bulbi species, sed omnes, inquit Dioscorides libro secundo, habent acrimoniam, & calore Venerem stimulant, quemadmodum cruce: de qua Columella,

Excitet ut Veneri tardos eruca maritos.

Suidas duo de cepis adagia refert, καὶ μὴν ἔστιν αὐτῶν, id est, Cepas edere: & καὶ μὴν ἔστιν αὐτῶν, id est, Cepas odorari, quæ suo reddidimus loco.

Exacta via viaticum querere.

SENECA in libello De moribus, Quid enim stultius est, quam quod dici solet, via deficiente, viaticum querere, aut augere? Quadrat in senes auaros. Laborat. n. ca atas plerumque hoc vitio: ut quo minus superest vite, hoc magis sit de victu sollicita. Contra iuuentus huius studij vel maxime negligens est. M. Tullius in Cato ne Maiore, Auaritia vero senilis quid sibi velit, non intelligo. Potest enim quidquam esse absurdius, quam quo minus via restat, eo plus viatici querere?

Omissa hypera, pedem insequeris.

Αφείλετο ὑπὲρ αὐτῶν, τὸν πόδα διεκί, id est, Omissa hypera, pedem sectatur. Conuenit, ubi quis omissis his quæ magis ad rem attinebant, leuicula quæpiam curat. Hypera nautici funes sunt, quibus antennarum cornua traducuntur. Pedem autem vocant imam clauis partem. Verum hyperarum maximus usus in nauigando. Suidas adagium citat ex Hyperide. Item qui scripsit scholia in Demosthenem, ex libro πρὸς τοὺς ἑλεῖς primo.

Beccafelenus.

Βεκεσίλωος, prouerbio dicebatur stupidus ac delirus, syderatus, aut admodum senex. Beccus Phrygum antiquissima

quissimæ lingua panem significat: auctore Herodoto libro secundo σελήνη lunam. Vnde Arcades, qui volūt mortalium omnium antiquissimi videri, προσέλωσι dicuntur, tamquam antiquiores ipsa luna. Quod notat Apollonius libro Argonauticon quarto,

Ἀρκάδες οἱ καὶ πρόσθι σελήνης ὕδονται.

Tsamnichus autem rex, hoc argumento deprehendit, Thrygios omnium antiquissimos fuisse, quod pueri qui nullam vocem hominis audierant, Bacchum sonarent. Suidas hoc loco iocans, negat mirum videri debere, si caprarum vocem imitati sunt, qui fuerunt a capra nutriti. Nam id asserit Herodotus. Utitur Plutarchus libro primo. De vitis philosophorum, καὶ ὅς πλάτων ὁ μεγάλος φωνεῖ εἰς τοὺς θεοὺς ἵπτασθαι τὸν κόσμον πρὸς ἑαυτὸς ὑπὸ σύγματος, ὅς μιν λήρην βεκεσελένης, καὶ τὰς τοὺς ἀρχαίας κλωιδίας πρηνεῖς. id est, Etenim Plato vocalis cum ait, deus condidit mundum ad suam ipsius imaginem, olet delirationem Becceselenam, quemadmodum loquuntur veteris comædiæ scriptores. Sumpsum est proverbium ex Aristophanis Nebulis,

Καὶ πῶς ὦ μωρὲς σὺ καὶ κρονίων ὄζων καὶ βεκεσελένης. id est, Et quo pacto stolide tu, & Saturnia olens, & Becceselen.

Quo loco complura super hac dictione referuntur ab interprete, si quis forte requirit.

Imperitus anaxyride indutus omnibus id ostentat.

Ἀμυβίς ἀνεγείρεται πορτίβιμος, παῖσι τὰ ὅτι τὸν εὐδύνει, id est, Imperitus subligaculum siue brachas indutus passim eas ostendit. In eum congruit, qui propter insolentiam, etiam ineptissimis rebus effertur. Nam rerum imperitis quidquid peregrinum ac novum est, videtur elegans. Erudi i quidam putant Anaxyridem Græcis dici quas Latini vocant brachas, siue feminalia, quæ tegebant mediam corporis partem una cum feminibus. Brachæ igitur Barbaricæ vestis genus erat, sed præcipue Gallorum quorundam. Vnde & Gallia Brachata dicta est. Anaxyridem vero & Persis in usu fuisse declarat Strabo. Vidimus & Venetiæ patritios iuvenes si quando peregrinantur, gaudere Gallicis subuculis, absque veste superiore, quod idē domi non faciunt. Quadrabit & in eos, qui sibi videntur aliquid, quod Gallice loquantur inter Germanos, aut qui vocibus obsoletis, obscuris aut peregrinis venditant sese. Subolet hoc ab Apostolio additum ex huius ætatis adagiis.

Minerva suffragium.

Ἡ ἀδωὰς ἡ σοφία, id est, Minervæ suffragium. De exacto iudicio: contrarium illi, ὅς ἐκρινεν, id est, Sus iudicavit. Sed lepidius fiet, si per ironiam efferatur in stupidum, & nullius iudicij hominem.

Per parietem loqui.

Διὰ τὴν χεῖρα λαλῶν, id est, Per parietem loqui. Dicitur qui rīdicule quid facit. Siue quod obstante pariete neuter alterum audit, siue quod ad eum modum colloquuntur amantes: ut testatur Ovidius de Pyramo & Thybe.

Interuallo perit fames, & optime perditur.

Διὰ μισθὸν καὶ λιμὸς ἰσθῆναι καὶ κῆλιν ἀπόλαυται, id est, Inter-

capedine optime perit fames. Mora multis rebus adfert remedium, & maxime iracundiæ. Invenitur etiā hoc interpretamentum, ut sit sensus: Extincto famelico, fames item pereat necessum est.

Statuam faucibus colas.

Ἀνδρίατα γαργαλίζεις, id est, Statuam colas gutture. De re maiorem in modum absurda, quæ fieri nullo pacto possit. Veluti si quis hominem præpotentem & invictum frustra conetur opprimere. Nec enim lique scit statua.

Amens longus.

Ἀνδρὸ μακρόν, id est, Amens qui longius, hoc est, quod vulgo diffidant, pralongis mentem dcesse, pusillis nimium adesse animorum. Sumpsum videtur ex Sophocle, apud quem hi versus sunt in Aiace flagellifero,

Οὐδ' οἱ πλάτεις

Οὐδ' ἐν ῥύνω τοι φῶπις ἀσφαλέσταται,

Ἀλλ' οἱ φρονέωπις εἶ.

id est,

-Non enim his

Qui porriguntur mole vasta corporis,

Latoq; tergo, nitio oportere maxime,

Verum mage illis, qui valent prudentia.

Videtur in eadem ferme sententia fuisse Homerus. Tydeum fingens corpore pusillo, ceterum strenuum. Sic enim ait Iliados E.

Τυδεὺς τοι μικρὸς ὤφ' ἔγω δέ μ' αἶμα, ἔχ' ἄμα χυτὴς.

Strenuus in pugna Tydeus, sed corpore parvus.

Idem habetur in obsceno carmine:

Utilior Tydeus, qui, si quid credis Homero,

Ingenio pugnax, corpore parvus erat.

Et apud Statium:

Maior in exiguo regnabat corpore virtus.

Antiope luctus.

Ἀντιόπη δεινός, id est, Antiope luctus. Dicit consuevit, ubi quis immerens calamitatibus affligitur, deinde malis eximitur. Natum adagium ab Antiope fabula, quæ Nyctei filia fuisse narratur. Ea cum esset a ciue quodam vitata, pater gravius irascens, ad fratrem Lycum mittit, ut de ea supplicium sumeret. At ille, quod uterum ferre videret, misertus, pepercerat. Itaque peperit Zethum & Amphionem, quos ille in montem abiicit. Erat autem huic uxor nomine Dirce, quæ simul atque sensit virum suum Lycum Antiope captivæ amore, puellam in montem abductam tauri cervicibus adligat, suspensis a cornibus tedīs ardentibus, parans illam hoc extitij genere conficere. Verum ad vociferationem Antiope cōcursum est, cum a vicinis rusticis, tum ab Amphione Zethoq; qui matrem agnitam eripiunt, a Dirce pœnas sumunt.

Fuge procul a viro maiore.

Ἀλλ' ἀπὸ μείζονος ἀΐσθ'.

id est,

Qui te fortior est, hunc tu vitare memento.

Caue a commertio potentium: habe commertium cum aequalibus. Etenim optimatum familiaritas, aut servitium facit & turpē: aut si nescias adulari, periculis obicit. Cum paribus ut multo suavior, ita tutior etiā vita est. Pindarus in Nemeis ἡ δὲ δικάτω, χαλεπὸν δ' ὅρις ἀνθρώποις ὁμιλῶν κρασσίνων. id est, Caue certamē congregi cum

cum hominibus potentioribus. Congruit cum eo quod alibi dictum est, Procul a Ioue & fulmine, & illo Longe regum manus. Herodotus in Vrania, καὶ ὅτι νῆαμις ὑπὲρ ἀνθρώπων ἡ βασιλῆος ἐστὶ καὶ χεῖρ ὑπερμῆκος. id est, Etenim potentia regis supra hominem est, & manus prelonga.

Absque baculo ne ingreditor.

Ἀνὸν εὐλα μὴ βῆσι, id est, Absque ligno ne ingrediare. Inermis ne sis: uerum semper ad manum sit, quo depellas, si quis forte querat ledere. Natum aiunt a Cleomene quodam Atheniensium duce. Is cum esset in insaniam versus, quod omnibus haberetur exosus, baculum gestans, obambulare consuevit, quo propulsa ret impetentes.

Anus cothoniſſat.

Γράει καὶ ἀνὶ ὀμῶν, id est, Anus cothoniſſantes. De vetulis indecore lasciuientibus. καὶ ἀνὶ enim temulentum significat: inde fictum verbum καὶ ἀνὶ ὄμῳ. Athenæus libro undecimo variis auctoribus cothonem esse ostendit poculi genus, unde dicatur καὶ ἀνὶ ὄμῳ, pro inebriari, & καὶ ἀνὶ ὄμῳ ipsa temulentia. Et Hesychius admonet, Græcis hominem temulentum appellari cothonem, quemadmodum Latini lagænam vocant aut uitrem. Horatius in Odis, in anum uxorem pauperis Ibyci,

Te lana prope nobilem

Tonsæ Luceri:sm, non citharæ decent,

Nec flos purpureus rosæ,

Nec poti' uetulam sece tenus cadi.

De anu saltante dictum est alias.

Nudo capite.

Γυμνὸς κεφαλῇ, id est, Nudo capite facere quæpiam dicuntur, qui palam ac citra pudorem omnem faciunt. Qui rem pudendam faciebant, is mos erat centonibus caput operire. Plautus in Captiui duo: Ipsi de foro tam aperto capite ad lenones eunt, quam in tribu aperto capite fontes condemnant reos. Neque refert utrum hic aperto, an operto legas per ironiam: nam sensus idem utriusque lectionis. Usus est hoc prouerbijs titulo & Cyrillus, interpretans Ioannis Euangelium, & diuus Chrysostomus in Encomio Babylæ martyris. Tegit & Socrates faciem apud Platonem in Phædro dicturus vituperationem amoris.

In re mala, animo si bono utare, adiuvat.

MERETVR omnino Plautinus ille senarius ex Captiuis duobus ut inter adagia recenseatur, In re mala, animo si bono utare, adiuvat. Fortiter ferendo vincitur malum, quod euitari non potest. Eandem sententiam paullo secus explicat in Pseudolo,

Bonus animus in re mala dimidium est mali.

Mulieris oculus.

Γυναικὸς ὁ ὀφθαλμὸς τοῖς ἀκμάζουσιν βίλος, id est, Mulieris oculus spiculum iuuenibus est.

Et Vergilius:

-Vritq. videndo

Femina. Idem:

Vt vidi, ut perij, ut me malus abstulit error.

Illud alias recensuimus, ἐκ τῶν ὁρῶν γίγνεται τὸ ὄν, id est, Ex aspectu nascitur amor.

Decempes umbra.

Δεκά πεσπια ἐστὶ, id est, Decempes umbra est, id est, cernandi tempus. Veteres umbris notabant horas diei. Lucianus in Gallo: Σωὶ χεῖρ ἐπισκοπῶν ὁ ποσάπων τὸ σι χοῖον ἰν. id est, Adsidue obseruans quot pedes haberet linea. Olim qui vocabant ad cenam, designabant ad quam umbram solarij vellent adesse conuiuias. Itidē qui vocabantur ne venirent ante tempus, rogabant, ad quam lincam esset ueniendum. Porro umbra decē pedum erat gratissima parasitis, cenæ spem faciens, quemadmodum & fumus largior exiliens e culina. Huius adagij usum nullum videmus, nisi si quis significare volens hominem vehementer edacem, dict illi magnopere placere umbram decempedem. Aut nihil agere quempiam nisi obseruare umbram decempedē, quomodo vititur Aristophanes in Concionatricibus,

Σοὶ δὲ μέλιον

Ὅταν ἡ δεκάπων τὸ σι χοῖον

Διπαρὰς χοῖον ὡς διπλόν.

id est,

Verum hoc fuerit tibi cura,

Vbi facta sit umbra decempes,

Ad lautam adcurrere cenam.

Ammianus lib. 2. tradit, apud Persas nullam horā præscriptam sumendi cibum præterquam regibus, sed suum cuiq. ventrem solarium esse: & apud Plautum, si satis cōmeminimus, parasitus quispiā destomachatur in eos qui horologiorum usum commenti sunt, cum venter sit optimum horologium. Adagium refertur a Suida.

Diagoras Melius.

Διαγόρας ὁ μέλις, id est, Diagoras Melius. In sceleratum ac sædistragum & impium. Hic capta Mēlo vixit, & Atheniensium sacrorum mysteria usque adeo cōtempnit, ut complures auerterit a religione, deterrueritque iam vellent initiari. Præterea arcana illa mysteria, quæ nefas est prophanis edere, ille impius in vulgus extulit, modis omnibus irridens. Quas ob res ab Atheniensibus proscriptus est, eamque proscriptionem palam in arca columna posuerunt, addito præmij loco talento, si quis hominem occidisset: si quis viuum adduxisset, duobus. Meminit huius Aristoph. in Aulis,

ἢ ἀποκτείνῃ τις ὅμῳν διαγόραν τὸν μέλιον,

Ἀμφὶ βίην τελευτῶν, ἢ πὶ τῶν τυραννῶν τις τινα

Τῶν τιμῶν τοῦ ἀποκτείνῃ.

id est,

Si quis e vobis Diagoram Melium interfecerit,

Premium feret talentum, siq. quis quē e mortuis.

Interemerit tyrannis.

Sedecim pedibus superauit,

Η ΑΥΔΟΥ ΑΥΑΜ alienum est a prouerbiali figura, quod in Pericle scripsit Aristides, nempe Pericle oratorem reliquos in dicendo sedecim præterisse pedibus, λέγων, inquit, ὡς ἡ καὶ δεκά μὴ ποδῶν ἡρῆ τις ῥήτορας ἐπὶ τοῖς λόγοις, μὲν δὲ πλείους ἢ πεκαδύειν ἐπὶ τοῖς χεῖλεσιν, πάντα δὲ ἴσαι φλυαρίαν πρὸς ἑαυτοῖς, id est, Dicens illum sedecim pedibus præterisse rhetores dicendo, atque in vnus illius labijs insedisse suadelam.

O o

quandam

quamdam. Cetera vero omnia nugas præ hoc fuisse. Itaque sedecim pedibus pro maximo intervallo dixit. Sumpta metaphora a stadiis cursorum. Locus autem hic de Pericle est apud Eupolim comicum, in comædia cui titulus, Δῆμοι.

Κράτιστος ἔστις ἰχθυεὶς ἀνθρώπων λέγων,
Οποῖοι περὶ λέει ὄψοι οἱ ἀγαθοὶ δρομῆς
Εκκαδικὰ ποδῶν ἡρεῖ λέγων τοὺς ῥήτορας.
Ταχὺς λέγων μὲν, πρὸς δὲ αὐτῶν τῶν ταχέων,
Πρώτους ἐπεκαβίβου ὅς τοις χίλισιν. id est,
Hic inter homines plurimum unus polluit
Dicendo, quoties præteribat, uti bonus
Agilisq. cursor, sedecim spatio pedum
Linquebat a se ceteros iam rhetores.
Sermonem celer erat, celeritati aderat huic
Suadela quædam illius insidens labris.

Hos versus & Aristoph. adducit in Acharnensibus ex Demis Eupolis adiunctis his duobus,
Οὕτως ἐκάλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων,
Τὸ κατ' ἄνδρα ἐγκατέλιπε τοὺς ἀκρωμένους. id est,
Adco mouebat, atque solus rhetorum,
Aculeum in animis liquit audientium.

M. Tullius in Bruto: Quam deam, inquit, in Periclis labris scripsit Eupolis sessitanisse. Huius immodicam eloquentiam idem taxauit in eadem comædia,
Εν πύλαις δὲ γὰρ πορικλέως ὁ ὕμνιστος
Ἡρακλῆς ἐβρόντα, ἑωικύκα τὴν ἰθάδα. id est,
Pericles at indignatus hinc Olympius
Tonat, coruscat, miscet omnem Græciam.

Porro quod ad suadelam attinet, id imitatus Ennius apud Ciceronem in Catone Maiore, M. Cethegum Suada medullam dixit. Ab huius prouerbij forma non discrepat illud Aristophanis, ἐκ τῶν νεφελῶν,
Τῶν ἰχθύων ἵνα λέγων ἐκ τῶν πεδίων ἀρίστον. i.
Vt Graiorum dicar gentem stadiis præcedere ceteris.
Lepidius etiā erit, si pro pedibus parasangas dixeris.

Saxum volutum non obducitur musco.

Λίθος κυλινδόμενος τὸ φῦκος οὐ ποιεῖ, id est,
Musco lapis volutus haud obducitur.
Qui non potest eodem in loco consistere, raro fit ut distescat. Id totidem pane verbis etiam hodie dicunt. Simile illud Fabij, Planta quæ sapius transfertur, non coalescit.

Lityersam cantionem canis.

Αἰτῶσα ὡδὴν ἀδῆς, id est, Lityersam cantionem canis. Lityerses nothus erat Midæ regis. Hic cum ageret in Celænis, exceptos eos qui aduenissent, compellebat ut secum meterent, deinde præfectis capitibus, reliquum corpus manipulis inuoluebat. Idem instituit, ut in honorem Midæ thericos, id est, æstiuus aut messorius hymnus caneretur, unde ductum prouerbium, ut qui non ex animo canerent, aut qui coacti canerent, hi Lityersam cantionem canere dicerentur. Menander in Chalcædonio,

Αδόντα λῆτιν ἔρω αὐτὸν ἀρίστη τίς.

Meminit huius fabulæ Iulius Pollux lib. de rerum vocabulis 4. capite πρὸ ἀσμάτων ἐδύκα. Sed hoc nouat, Lityersam loris cedere solitum, quos metendo vicisset, sed cum aliquando incidisset in messorum se robustiorē,

ab eo trucidatum fuisse. Quosdam autē auctores esse, Herculis manu periisse. Proinde cantionem eam ad patris desiderium leniendum fuisse repertam. Lityersæ meminit & Theocritus.

Lydum in planiciem prouocas.

Λυδὸν εἰς πεδίον προκαλεῖς, id est, Lydum in campum prouocas. In eum competit, qui lacescit iam dudum ad id propensum, ac promptum. Notati sunt Lydi, quod ad bellum capeffendum a quo propensiores essent. Herodotus libro primo, docet Lydos equitatu valuisse. Proinde Cresius optat Iones equitatu venire oppugnatum Lydos. Finitimum ei quod alibi recensuimus, ἢ πονεῖς πεδίον.

Sublata lucerna nihil interest inter mulieres.

Λύχνε ἀρῶς τοῦ γυνὴ πᾶσι καὶ αὐτῇ, id est, Lucerna sublata nihil discriminis inter mulieres. Sentit Adagium, nullam mulierem non esse impudicam, si detur facultas sine teste peccandi. Recenset Apostolus, & usurpatur a Plutarcho in Præceptis connubialibus.

Lyfistrati diuitias habes.

Λυσιστράτου πλῆτον πλεῖν, id est, Lyfistrati diuitias diues es. Prouerbialis ironia de magnopere tenuibus. A Lyfistrato quodam tractum, extreme paupertatis hominem.

Exspecta bos aliquando herbam.

Μένε βέζε ποτὶ βεῖανον, id est, Exspecta bos olim herbam. Dicendum ubi quid sero contingit. Laborat enim bos in agricolando, sed aliquando gustatura herbam enatam. Finitimum illi,
-Et adhuc tua messis in herba est.

Exspecta anus.

Μοῖε γράω, ἰμὸν σε πᾶντα φιλήσω, id est, Exspecta anus meum filium, te suauitaturum. Nam priusquam adolefcat puer, illa decesserit. Confine superiori, cum serapes ostenditur.

Magnus versator in re pusilla.

Μέγας κυλικτὴς ἐν μικρῷ καὶ πράγματι, id est, Versator ingens in negotio leui.

Nam addita coniunctiuncula constabit versus. Quadrat in eos qui arte parum honesta sibi diuitias parant. Natum ab Eudamidæ apophthegmate. Is erat Archidami filius, frater Agidis. Cum musicus quidam feliciter videretur cecinisse, quispiam ex iis qui aderat rogabat Eudamidam, quid de eo sentiret: respondit, αἰὶνός καλὸς καὶ ἐν μικρῷ πράγματι, id est, Magnus delinitor in re parua, quod existimaret operosam esse scientiam, sed nihil adferentem utilitatis. Recensetur a paræmiographis. Refertur & a Plutarcho in Laconicis, nisi quod illic legitur, καλὸς καὶ ἐν μικρῷ πράγματι, quod oratorum sit delinere ac mouere affectus. Huic non dissimile est quod Musonius ait apud Aul. Cellium, libro quinto capite primo, in eos qui modulati vocum ac lenociniis verborum excitant inanem applausum auditorum: Sci to, inquit, illic non philosophum loqui, sed tibicinem canere.

Surdafter

Surdafter cum surdaſtro litigabat.

Δυσκώφους δυσκώφους ἐκρίνετο, καὶ πολὺ μᾶλλον
Surdafter cum surdaſtro litigabat. Iudex autem erat
utroque ſurdior, cum res agitur inter vnde quaq. ridi-
culos ac ſultos. Extat in hanc ſententiam epigram-
ma Græcum Nicarchi,

Δυσκώφους δυσκώφους ἐκρίνετο, καὶ πολὺ μᾶλλον
Ἦν ὁ κριτὴς τῶν τῶν δὲ δυσκώφους,
Ὡς ὁ μὲν αὖ πάλιν, τὸ ἐνοικίον αὐτὸν ἀφίλεον
Μιλῶν πενθ', ὃ δ' ἐφ' ἡνυκτὸς ἀλλήλει κέοι.
Εὐβλέψας δ' αὐτοῖς ὁ κριτὴς λέγει, τίς γὰρ μάχεται,
Μητὲρ ἢ υἱὸν, ἀμφότεροι τρέφει.

Id Thomas Morus olim adoleſcens, ſcite vertit hunc
in modum,

Lis agitur, ſurdusq. reus, ſurdus fuit actor,
Ipſe tamen iudex, ſurdus utroq. magis.
Pro adibus hic petit as, quinto iam menſe peraſto.
Ille refert, tota nocte mihi aſta mola eſt.
Aſpicit hos iudex, & quid contenditis? inquit,
An non vtrique eſt mater? vtrique alite.

Docui te vrinandi artem.

Εἰ δ' ἀπὸ σικυβιδῶν, καὶ σὺ βυβιδῶν με ζῆναι, id eſt, Docui te
vrinandi artem, & tu me vīs demergere. In eos qua-
drat, qui benefacta malefactis retolant, & benefi-
cium acceptum in eius ipſius vērunt perniciem, a quo
acceperunt. Sapit fecem.

Pro eleganti medico malus poeta.

Ἀρτίχρηστος ἱατρεὺς, κακὸς ποιητὴς καλεῖσθαι ἐπιθυμῶ, id
eſt, Pro venuſto medico malus poeta dici cupis. In eū
dici ſolitum, qui non contentus artis ſuae profeſſione, in
qua locum mediocrem obtinebat, pergit aliena profite-
ri, in quibus non perinde ſit exercitatus, nec parē pro-
inde gloriam reportaturus. Periander quiſpiam non
incelebris fama medicus, & eius artis vel cum primis
doctus, ad poetices ſtudium deſlexit, & ineptos quos-
dam verſiculos ſcribere cepit. Hinc vulgaris iocus
increbuit. Plutarchus in Apophthegmatis Laconi-
cis tribuit hoc dictum. Archidamo Ageſilai filio.

A remo ad tribunal.

Ἀπὸ κώπης εἰς τὸ βῆμα, id eſt, A remo ad tribunal. Dici ſo-
litum, ubi quis repente ab infima conditione prouehi-
tur ad honeſti muneris adminiſtrationem. Taxat De-
madem oratorem, Syrianius Hermogenis interpres,
qui citra cognitionem artis, ſtatim ad agendas cauſas
irruerit, ἀπὸ τῆς κώπης εἰς τὸ βῆμα τὸ τε λόγον χροῖν
τὸ βῆμα πρὸς τὸν λαόν, id eſt, Qui illotis, ut aiunt, mani-
bus a remo ad tribunal irruit.

In cælum expuis.

Εἰς ἔρανον πῦρος, id eſt, In cælum expuis, id eſt, facis quod
in tuum ipſius recidat caput. Aut obloqueris his qui
facile poſſint ledere. Siquidem qui in cælum expuit,
primum videtur cælites ipſos adficere contumelia: de-
inde ſe ſæpius, ut ſputum in ipſius faciem recidat.
Conſine illi: πρὸς κοίτην λακτίζειν, id eſt, Aduerſus
ſtimulum calciurare.

Vnus deus, & plures amici.

Εἰς θεὸς καὶ πολλοὶ φίλοι, id eſt, Vnus deus, & plures ami-

ci. Prouerbiū admonet quamplurimos eſſe paran-
dos amicos, quod hi ſecundum deum plurimum opitu-
lari poſſint. Quamquam Heſiodo non probatur πολυ-
φιλία, neque rurſum ἀφιλία.

Si caſeum haberem, non deſide-
rarem obſonium.

Εἰ τυρὸν ἔχον, οὐκ αὖ ἐδύμην ὄψας, id eſt, Si caſeum habe-
rem, non egerem obſonio. Dicendum, ubi quis mini-
mis viliffimiſq. contentus eſt. Refertur apud Plutarc.
in Laconicis, cum Lacon quiſpiam cauponi dedisset pa-
randum obſonium, atque is peteret caſeum & oleum
quibus illud condiret, Non opus, inquit Lacon, fuiſſet
mihi obſonio, ſi caſeum habuiſſem. Si quis pro caſeo
malit hoc loco butyrum, cum eo non pugnabimus: vi-
detur enim butyrum magis congruere oleo.

In antrum haud legitimum, ſtimu-
lum impingis.

Εἰς τριμαλίην εἰς ὅτι μὴ τὸ κοῖτρον ὤψας, id eſt, In ſorameⁿ
haud licitum, ſtimulum trudiſ. Diſſerium Sotadis in
Philadelphum, qui ſororem Arſinoen exemplo Iouis
uxorem duxerat, quo quidem dicto offeſſus rex, capi-
tis ſupplicium ſumpſit de eo qui dixerat. Meminit Plu-
tarchus in libello De liberis educandis.

Quamquam non dixeris, tamen
apparet e pelle.

Εἰ μὴ λίγης, ἀπὸ τῆς δέρματος φώνη, id eſt, Etiam ſi non di-
cas, pelle prae te ſers. Res ipſa redarguit mendacem,
& oris habitus. Vnde illud Ciceronis, Niſi fingeres, nō
ſic diceres. Videtur ex apologo natum.

Decipula murem caput.

Εἰλαπεν ἡ παγὶς τὸν μῦν, id eſt, Laqueus murem caput. De
recte meritoq. deprehenſis, & malo dignis. Quaſi di-
cas, lupus in foueam incidit, aut aper in caſſes.

Iſdem elitteris comœdia ac tra-
gœdia componitur.

Εκ τῶν αὐτῶν τραγῳδίας γίνονται καὶ κωμῳδία γράμματα, id
eſt, Ex iſdem litteris comœdia tragœdiaq. compo-
nuntur. Conuenit in eos qui eadem de re norunt diuerſa
ſingere. Aut qui eadem opera diuerſa poſſunt.

A fronte præcipitium, a tergo lupi.

Εμπροσθεν κρημνός, ὀπίσθεν λύκοι, id eſt, A fronte præcipi-
tium, a tergo lupi. Cum aliquis hinc atque hinc duo-
bus maximis premitur malis, ut in vtrumque incide-
rit, pereundum ſit.

Oſcitante vno, deinde oſcitāt & alter.

Εἰς ἕνα ὄντος μετὰ χυκὸν ἵτθες, i. Cum oſcitāt vnus, ſta-
tim oſcitāt & alter. Dicendum quoties exemplo pec-
cati, ſtatim prouocatur aliquis ad ſimile facinus. Fit
autem hoc occulta quadam naturæ vi, ut qui viderit
oſcitantem, cogatur & ipſe oſcitare. Cuius rei cauſam
etiam reddere conantur philoſophi. Simili modo tran-
ſeunt & quidam animorum affectus. Socrates apud

Plazone in Charmide, ὅς κριτίας ἀκρόασι ταῦτα, καὶ ἰδοὺ με ἀπορώτω, ὥστε οἱ τὸν χατμομάς κατατι-
κρὺ ὁρώντες ταῦτον τοῦτο συμπαύχουσιν, καὶ κείνος ἰδοὺς μοι
ὕπ' ἰμοῦ ἀπορώτωτος ἀγχαδῶμαι καὶ αὐτὸς ἀλῶναι ὑπὸ
ἀπορίας. id est, Hæc vbi audiuit Critias, moq. uidisset
hesitantem, quemadmodum ij qui ex aduerso vident
oscitantes, eodem affectu corripuntur, itidem & ille
mibi visus est mea dubitatione cogi, vt & ipse a dubita-
tione corripetur. Oscitantiam autem Latini vocant
torporem & indigentiam. Qui cum ignavis viuit,
facile fit illorum similis. Omnes enim procliuēs su-
mus a labore ad libidinem, vt ait Comicus. Torpedo
piscis suo contactu protinus torpidum reddit. Plato
in Menone, δοκίμους μοι ὁμοίους τὰς εἶναι ταῦτα τῇ πλῆ-
τεια νεκρῇ τῇ βαλάντῃ, καὶ ὅτι αὐτῇ τὸν αἰὶ πλησιέστερον
καὶ ἀπὸ μέρους νεκρῶν ποιεῖ, καὶ σὺ δοκίμους μοι νῦν εἰμὶ τοῖς
τὸν τι ποιοῦν καὶ νεκρῶν. id est, Videris mihi simili-
mus esse isti latæ torpedini marinæ. Nam hæc quoq.
semper cum qui accedit ac tangit, torpidum reddit. Et
tu videris mihi quoque tale quiddam fecisse ut tor-
peam.

Inter cæcos regnat strabus.

Εν τοῖς τοποῖς τῶν τυφλῶν λαμῶν βασιλεύει, id est, In regio-
ne cæcorū rex est luscus. Inter indoctos, qui semidoctus
est, doctissimus habetur. Inter mendicos, qui paullulū
habet nummorum, Cræsus est. Sapit vulgi secem.

In area latitas.

Εν ἄλλῳ ἀρρηκτῷ, id est, In area occultaris. De eo qui in
eo versatur negotio, vt non possit non esse conspicuus.
Aut qui sic latitat, vt a nemine tamen non conspicia-
tur. Nam in area nullæ latebræ.

Cum licet fugere, ne quære litem.

Εξὲν φυγῇ μὴ ζῆτε δίκην, id est, Cum fugiendi potestas
est, ne quære litem. Ab Alcibiadis apophthegmate na-
tum. Is cum e Sicilia citaretur ab Atheniensibus, vt
criminibus responderet, abdidit sese, negans litigandū
esse, si quo modo liceret effugere. Subiicientibus
aliis, Νό igitur cōfidis patriæ de te iudicaturæ. Immo,
inquit, ne matri quidem crediderim. Metuerem enim
ne foris imprudens albi calculi loco nigrum immitte-
ret. Alcibiadis sententiæ subscriberet, quisquis litium
expertus est. Græcis unico verbo dicuntur φυγοδικεῖν,
qui litem detreçant.

In tergo bouis defedit.

Επὶ βέρεος ἐκαβίβητο, id est, In tergo bouis defedit, id
est, supplex implorat auxilia. Natum adagium a con-
suetudine vernacula Scythis, quemadmodum testatur
Lucianus in Taxaride. Nam apud hos si quis forte læ-
sus esset, neque suppeteret ulciscendi facultas, immo-
lato boue carnes minutim sectas coquebat, ipse in ter-
gore humi strato sedebat, manibus in tergum reductis.
Idq. maximum supplicandi genus apud illos habeba-
tur. Accedebat quicumq. vellet opitulari, & carnium
portione gustata, dextroq. pede tergori imposto, polli-
cebatur pro uiribus auxilium futurum. Atque hoc sæ-
dus apud Scythas sanctissimum habebatur.

Hospites indigenam.

Επιπλεῖ τον οἶκον, id est, Aduena inquilinum, subaudien-
dum, ἐξέβαλε, id est, eiecit. Vtus fuerit, cū alienæ pro-
fessionis quispiam alium in propria vincit arte.
Quod genus, si theologus in arte grammatica superet
grammatices professorem. Aut si arrogatus, aut ado-
ptiuus, filium eiceret e familia, aut miles ascititius eii-
ceret colonos.

Rifus Sardonius.

Σαρδωνίος κίλως, id est, Sardonius rifus. De risu ficto, aut
amarulento, aut infano denique. Et sensus & origo
proverbi adeo varie tractatur ab auctoribus, vt ve-
reamur, ne rifus hic Sardonius non citra rifum lega-
tur, tamen accingimur referre quædam. Zenodotus in
colleclancis suis Aeschylum citat, qui huiusmodi fer-
me tradiderit, in opere De paræmiis, Gentem esse quā-
dam Carthaginiensium coloniam, quæ Sardonem regio-
nem inhabitet, ei morem esse, senes septuagesimum præ-
tergressos annum Saturno sacrificare, ridetes interim,
ac mutuo sese complexantes. Nam turpe ducebant,
in funere aut eiulatum cadere, aut lacrymas profun-
dere. Hinc ad simulatum rifum, Sardonium vocari cœ-
ptum. Timæus apud eundem Zenodotum ait, Sardo-
nii consuetudinem fuisse, vt filij parentes iam grande-
uos iuxta fossam, aut præcipitium, in quo sepeliendi so-
rent, collocarent, atque inde sustibus cadentes, in eam
darent præcipientes. At illi interim pereuntes ridebant,
existimantes eam mortem felicem atque egregiam,
quod liberorum impietate interirent. Sunt qui dicant,
in Sardorum insula herbam nasci quandam, cui Sar-
doæ cognomen sit, Apiastro similem. Eam sapore quā-
dam esse dulcem, verum gustatam, ora hominum in ri-
dus dolore contrahere, vt veluti ridetes emorian-
tur. Hoc sensisse videtur Solinus, cumq. hoc Seruius gram-
maticus enarrans hunc ex Vergiliana Thyrside locū,
Immo ego Sarδοῖς videar tibi amarior herbis.

Atque his ferme confinia tradit Lycophronis inter-
pres de risu Sardonio. Seruium secutus Latinus Dre-
panus in Panegyrico, Serenos ergo, inquit, vultus in-
duebamus, & ad illorum vicem, qui degustato Sardo-
rum graminum succo scriuntur in morte ridere, imita-
bamur læta mærentes. Neque rursus desunt, qui Sar-
donium rifum cognominatum autumant, ἀπὸ τῆς σισι-
νέας τὴν ὀδοντίασ, quod dentes aperiat atque renu-
det, cuiusmodi rifus esse solet eorum qui non ex animo
rident. Hinc & iocus ille parasiti Plautini conque-
rentis, quod suis dictis nullo pacto iuuenes arrisissent,
ac non saltem canes fuissent imitati, vt dentes ostende-
rent. Et Apuleius, Restrictis forte si labellis riseris.
Id genus rifum descripsit Homerus Iliados O. de Lu-
none loquens,

Ἥδ' ἐγὶ λασι

Χείλεσιν, εἴ μ' ἐταπώνη' ὄφρ' εἰ κινῶισι

ἰάεθ'.

id est,

Illa quidem labiis ridebat, nubila porro
Frons minime renitebat.

Ad id facit quod scribit Aristophanes in Pace,

Ἡρώμενες ἐπ' ἀπάλαισι ὁ σισινέας. id est,

Inuicem in se exasperatis osq. diducenibus.

A canibus

A canibus ducta metaphora, quibus hoc iræ indicium est, nudare dentes. Quem morem aiunt equis etiā inesse, si quando parant mordere: unde vulgo nunc risum huiusmodi, risum equinum vocant. Rursum alij perhibent, apud Sardinios fuisse receptū, ut ex captiuis pulcherrimos quosque, ac natu maximos, qui septuagesimum excessissent annum Satvano mactarent, ridentes in morte, propterea quod id forte ac virile videretur. Citatur auctor Clearchus, Carthagine solemnem iussisse morem, ut in magnis votis puerum Saturni manibus imponerent. Huius statua fingebatur ærea, manibus porreclis. Sub eo fornax erat, ea succendebatur, puer itaque ignis vapore contractus ac tortus, ridentis speciem exhibebat. Denique & Simonidem allegat Zenodotus, nouæ fabulæ auctorem. Ait enim Talum quempiam æreum virum priusquam in Cretam perueniret, in Sardiniam accessisse, ubi non paucos mortales neci dedit. Qui cum morientes ringerentur, risus imaginem quandam exhibentes, proverbio locum fecerunt. Addunt non nulli, cum e Sardinia in Cretam transmittere vetaretur: illum in ignem defluisse, quandoquidem ærei corporis erat, deinde Saturnios pectori suo admotos necare solitum, Emoriebantur autem velut in amplexu, ac ridentibus adsimiles, nimirum risu incendij vi diducto. De hoc Talo ridicula narratur fabula. Aiunt enim hunc a Vulcano ex ære fuisse fabrefactum, Minoiq. dono missum ad Creten sis insulæ tutelam. Erat autem illi unica duntaxat vena, eaq. a summa ceruice, ad imos vsque talos porrecta. Ter in singulos dies insulam obibat, excubias agens. Itaque & Argo nauem a Colchide cum Iasonem redeuntem vetuit in portum Cretensem appellere. Sed a Medea deceptus periit, ut non nulli dicunt, dato veneno, quod insaniam immiteret: ut alijs placet, cum illa pollicita se illum immortalem redditurum, clauum qui summæ venæ erat adfixus, eduxit, atq. ita sanguine totoq. corporis humore defluente periit. Rursum alij tradunt interisse percussam arcu a Pæante circa talum. Dioscor. lib. 6. inter venena prodidit herbæ speciem esse quandam, quam quidam ranunculam appellant Latine, Græci batrachion: eam a regione, in qua copiosius prouenit, Sardoam, siue Sardoniam dicunt: quæ pota siue comesta mentem adimat, labijsq. contractis risus speciem præbeat. Atque inde in hominum vitam sinistra ominis venisse de risu Sardonio proverbium. Meminit huius herbæ & Plinius lib. 25. circa finem Strabo libro Geographiæ 11. scribit in Cambyse-na, quæ flumen Alazonium accolit, aranearum genus quoddam nasci, quod alios ridendo cogat emori, alios flendo desiderio suorum. Quidam addunt de Tarcotella, cuius morsum interitus cum risu sequatur. Quin & Aristoteles De partibus animalium lib. 3. ait, icctu etiā traiecta præcordia, in præliis risum attulisse litteris proditum esse, idq. accidere calore quem moueat vulnus. Mortuus est & Zeuxis pictor ridendo, dum sine fine ridet anum a se pictam, & Chrysippus conspiciens asinum rescentem ficis. M. Tullius Epist. famul. lib. 7. ad Fabium Gallum, Videris, inquit, mihi vereri, ne si istum habuerimus, rideamus καλῶς σαρκῶν: significans futurum, ut si Caesar rerum potiretur, multis ar ridere atque applaudere congerentur, quæ magnopere displicerent. Lucianus in Asino, σαρκῶν καλῶν τις

ἔλεγον, id est. Sardonicè ridentes aiebant. Risum innuit contumeliosum & subsannantem. Idem alibi, ὁ δέ τις δὲ τὸ σαρκῶν ἐπὶ γέλωτος ἰτιμῶν παρῶν. id est, Dammis autem Sardonio arridens risu, magis etiam irritauit. In eodem sensu videtur usurpatum & a Platone lib. De repub. 1. cum scribit Thrasymachum, quem amarulentum & arrogantem ubiq. facit, Sardonicè risisse, καὶ ὅς ἀκρόατος ἀκράχας ἔτι μᾶλλον σαρκῶν καὶ ἔπειν. id est, His ille auditis edito cachinno, valde Sardonicè risit, ac dixit Homerus in eodem aliquot locis huius risus mentionem facit in Odysseæ 7. narrans quemadmodum e procis quispian, puta Ctesippus Ulyssin in edibus suis habitu speciemq. mendici sedentem, arrepto e stortula bouis pede percussit, atque ille capite commo dum deflexo declinasset icctum,

Μήδισι δὲ, inquit, ὁρμῶ

Σαρκῶν καλῶς τοῖον.

Quo loco Eustathius interpres admonet eum ridere risum Sardonium, qui diductis modo labris rideat, ceterū intus aut iræ, aut molestia discruciat. Veteres. n. risum Sardonium vocasse, quoties aliquis despectum non solum ridet, sed etiam irridet: distam autem παρὰ τὸ σιγηῖναι τὰ χαλῶν, id est, a diducendo labia. Quomodo fere rident, qui apud sese perniciem alicui destinant, quemadmodum Ulysses mox sublaturus e medio procos, idq. iam tum in animo statuens, risit risum quemdam subamarulentum. Consimilè risum risit apud Hesiodum Iupiter iratus Prometheus propter ignem furto sublatum. Carmen adscriptimus, quod quidē est in 1. libro operis, cui titulus, ἔρα καὶ ἡμέραι:

Τὸν δὲ χολώσας μετὰ πρὸς τῇ νεφέλῃ ἤρεται Ζεύς.

Ἰαπετιονίδῃ πάντων πρὸς μὲν δαΐδω

Χαίρης πρὸς κλέψας, καὶ ἑμὰς φρένας ὑπερπέυσας.

Σοῖτ' αὐτῷ μέραι πᾶμα, καὶ ἀδράσιν ἰσχυροῖσι,

Τοῖς δ' ἐγὼ αὐτὶ πρὸν δάσω κακὸν οἶκον ἅπαντες.

Τόρπονται κατὰ θυμὸν ἐόν, κακὸν ἀμφαχάτωντες.

Ὡς ἔφατ' ἐκ δ' ἐκέλευε πατὴρ ἀδράν τιεῖν πῖ.

Huic animo infensus, qui nubila colligit, inquit,

Proles Iapeti multo technisq. dolisque

Inter mortales vnus doctissimus omnes,

Imposuisse mihi gaudes, ignemq. tulisse.

Nempe ingēs atroxq. malū, & tibi postq. futuris,

Quis ego pro raptō igne malū dabo, quo simul oēs

Gaudebunt, propriumq. malum fouisse libebit.

Sic satius, risitq. parens hominumq. deumque.

Risum hunc fatalem interpretantur, quoties imminet perniciēs a satis destinata. Cuiusmodi fuit & ille procorum, quem describit Homerus eodem libro, quem paullo ante citauimus, alioq. retulimus loco,

Μυνηρεσι ὃ παρῶν ἀέην

Ασφισον μέλον ὄρεσι, παρὶ πλάγῃ δὲ νόημα,

Οἷδ' ἂν γναβῶσι καλοῖν ἀπατρίοισιν,

Αἰμοφόρον τε δὲ δὴ κρεῖα ἡδίστον, ὅστι δ' ἀρξοφείων

Δακρυόφιν πῖμα πλάστο, γόνδ' ὡς το θυμός. id est,

Diua procis mouit validum Tritonia risum

Haud comescendum, ac animum stupefecit, at illi

Iam malis sine mente quidem risere alienis,

Carnis frustra & cruda & sanguinolenta uorantes,

Interea lacrymis implentur lamina, fletumq.

Sensit & ipse animus.

Opinamur & Sardoniū risū accipiendū, quē Homerus Iliados H. tribuit Aiaci singulare certamen inuenti,

Τὸς αὖ αἶψα ἄρτω παλὸς, ὄρκος ἀχαιῶν
Μηδίων βλασφύσσει πρώτοισιν. id est,
Sic ingens Ajax surgebat mirus Achium
Terribili ridens vultu.

In vetustissimis quibusdam in Hesiodum commenta-
riis epigramma reperitur, quo prouerbiū de risu Sar-
dano non ineleganter explicatur, id est, huiusmodi:

Σαρδὼ τις ἐστὶ νῆος ἱβηροτόφου,
Εὐνὴ βοτάνη φάρτικῇ γῆς ἐκτρέχει
Σελινοειδὴς σαρδάνη κικλημένη.
Βιβρομένη δὲ τοῖς ἀπείροις αὐτίκᾳ
Σπασμὸς τε ποιεῖ καὶ κλάωται ἐμφόσῃς,
Καὶ πότμος δούης καὶ μέλας μορὸς,
Ἀλλ' οἱ δὲ φασὶ σαρδάνους τοὺς βαρβάρους
Γηγῶντας αὐτῶν τοὺς μηχανῶντες ἐχράτους
Ἀγνὴ λαβύοντας εἰς ἀπόκρημνον τόπον,
Κτίσιν τε τούτους ὅς τε ῥοπαλίας καὶ λίαις,
Επειτα ῥ' ἵππῃν ἐκ πέτρῶν τοὺς ἀβλίς
Γελάοντας εἰκὴ παιδιῶς πατρὸς τοῖς.
Ἀλλοὶ δὲ τοὺς ἐννοκοντας ἀρίστῃ πλῆθον
Γελάωντας πικρικᾶς παροργισίᾳ,
Καὶ τοὺς κυκλόμενους καὶ σφαγὰς τῶν περὶ μάτων.

Id quoque nos nostro more propter imperitiores Lati-
num fecimus, hoc modo,

Quædam insula est vocata Sardo Hiberiæ,
In qua herba perniciofa surgit e solo,
Cui Sardani nomen, apia stri præferens
Figuram at ea comesa ab imprudentibus
Mox ora contrahit, atque risus exhibet
Speciem, deinde protinus mors occupat
Imitata risum. Ceterum sunt qui ferant
Gentem esse quandam Sardanorum barbaram
Ætate qui fessos parentes in loca
Prærupta raptos deserant, atque ibi neci
Saxisq. fustibusq. dent miserrimos
Ex arduis subinde præcipitent petris.
At inter isthæc impiis ridet iocis,
Luduntq. temere parricidis lusibus.
Aliis magis probatur hæc sententia,
Ridere eos qui sic necantur, quippe qui
Spectent suorum pignorum uesaniam,
Citasq. rerum & æstuaris vices.

Pausanias in Phocæicis tradit, Sardoam insulam ser-
pentes gignere innoxios. Præterea eam a venenis her-
barum prorsus immunem esse, nisi quod vñā alit exitia
lē, apij specie, quæ iuxta fontes quidē proueniat, non in-
ficiat tamen fontium aquas: eā qui ederint, ait ridētes
emori. Atq. hinc Homerū, & post Homerū alios ada-
giū induxisse, ut dicerēt eos ridere risum Sardoniū, qui
risum riderent τὸν ὠδονι γῆς, hoc est, omnino insa-
num. Itaque non absurde videtur accipi posse risus
Sardonius, pro risu demente, quoties instantibus malis
insane ridetur. Siquidem legimus C. Gracchum in am-
biendo magistratu repulsum, aduersus inimicos inso-
lentiū ridentes inelamasse, cos Sardonium ridere ri-
sum, ignaros quam magnis tenebris ex suis affibus cir-
cumsunderentur. Hoc in Gracchorum vita Plutar-
chus. Idem in commentario de superstitione, Ενταῦθα
τοῖς σκόπῃ τὸν ἀβίον, κλάωται μὲν μακρῶν καὶ σαρδάν-
ιον κλάωται. id est, Hic itaque confydera eum, qui nullos
credit esse deos, insanum quidem & Sardonium riden-
tem risum. Interpres quispiam Hesiodi, risum Sardo-

nium interpretatur, risum πλάτων, id est, amplum, ubi
quis ore vehementer diducto ridet, quem eundem, opī
namur, κλάωται συγκροσίων appellant, id est, risum cō-
cutientem. Cui quidem interpretamento suffragatur
ipsius etymologia vocabuli, quam paullo superius ostē-
dimus, ἀπὸ τῆς σαρδάνου τοῦ ἀδύτου. Postremo non
omnino videbitur absurde Sardonius risus accommo-
dari posse, ad risum luctuosum ac tristem, cuiusmodi tri-
buit Homerus Iliados 2. Andromachæ, tamquam is
indiciū fuerit animi, mortem Hectoris præsagientis:

Ἡ δ' ὅρῃ μιν κνῶδι δέξτο κόλπον
Δακρύων κλάσασα. id est,

Illa sinu accepit spiranti, flebile ridens.

Eudemus in collectaneis dictionum rhet. ait placere
non nullis, ut de risu cōtumelioso accipiat, ubi quis
despectum contemptumq. ridet, de quo prouerbiū etiā
fertur, Ἀφ' ὧν καὶ τακλᾶς με, id est, & sublimi me de-
rides. Addit idem lapidis esse genus, qui risus Sardo-
nius appelletur. Suidas scribit hinc etiam verbum effi-
ctum, ut σαρδάνη dicantur, qui Sardonium rideant ri-
sum. Sed iamdudum libet a risu Sardonio discedere,
idq. faciemus, si prius illud addiderimus, epithetum
hoc Sardonium variis formis inueneri apud auctores.
Apud Lucianum & Ciceronem σαρδάνιον legimus,
apud Homerum σαρδάνιον, apud Verg. Sardoum, a-
pud Lycophronem enarratorem σαρδάνιον, κλάωται, apud
Plutarchum σαρδάνιος, εἰ τις ἐστὶ τ' ὕψους σαρδάνιος κί-
λως, id est, Si quis est animi Sardonius risus. Stepha-
nus indicauit dici σαρδάνιον, & σαρδάνιον. Tametsi
non omnia ab eadem voce manant. Nam a Sardo siue
Sardon insula, cui quondam nomen fuerat Ichnusæ,
deducitur Sardonius, Sardous & Sardonicus. A Sar-
dos Illyriæ ciuitate proficiscitur σαρδάνιος, unde, sicuti
credim', mutato in α, σαρδάνιος. A Sardis Lydiæ oppi-
do Sardonios & Sardianicus. Ex his succurrit conie-
ctura in epigrammate Græco, quod modo citauimus,
non legendum fortassis ἱβηροτόφου, sed ἱβηροτόφου.
Vsurpauit adagium Saluianus lib. 7. Sardonicis quod-
dammodo herbis, omnem Romanorum populum putes
saturatum: moritur & ridet.

Facta iuuenum, consilia medio-
crium, vota senum.

CELEBRATUR hic versus moralis apud Græcos:

Εργα νέων, βλάται δὲ μέσων, εἰχαὶ δὲ γέροντων. id est,
Vota senum, consulta virorum, & facta iuuentæ.

Huius adagiū meminit Aristoph. grammaticus. Hype-
rides in oratione contra Autoclem ex Hesiodo citauit.
Nam illius creditur esse carmen. Sensus per se liquet,
nempe ad rem gerendam adhibendos iuuenes. Nam
viribus ætas ea præpollet. In consilium adfiscendos
mediocris ætatis uiros, propterea quod in his non nihil
detrito virium vigore, valet tamen usu rerum aucta
prudentia. Senes utpote religiosi solent a superis opti-
ma precari. Ceterum neque viribus iam utiles, neq.
mente satis constantes ætatis vitio. Euripides in Me-
lanippo apud Stobæum,

Ραλαῖς ὄντος, ὄρῃ μὲν νεωτέρων,
Βλάται δ' ἵχασιν τῶν μεραιοτέρων κέρτος. id est,

Dictum est vetustum, Facta iuuenum, ceterum
Magis valent consilia natu grandium.

Idem innuit Pindarus cum ait,

Νέότητι

Νιότητι μὲν ἀρήσκει ἐξ ὅσων δεινῶν πολέμων. id est,
Iuuentuti congruit audacia crudelium bellorum.
Item Homerus Iliados P. docet in bello requiri vires,
in consultationibus orationem:

Εν ᾧ ἡ χερσὶ πῶς πολέμου, ἰπείων δ' οἱ βλάη,
Τῷ οὔτι χερὶ μὲν ὀφέλλει, ἀλλὰ μάχιδται. id est,
Bella manu constant, at consultatio diffis.

Illic pugnandum est, neque profunt aspera dicta.
Apud eundem Nestor in consilijs præcipuus, bello inu-
tilis. Plutarchus in commentario, cui titulus, Εἰ περι-
σβυτῶν πολυπύον, Καὶ μάλιστα σὺν ἡμῶν πόλις, οὐδ' α-
βλαῖ, μέροντων, καὶ γένων ἀνδρῶν ἀρτενέουσι αἰχμαῖ. id est,
Et, maxime seruatur ciuitas, vbi consilia senum, &
iuuenum virorum præcellunt lanceæ. Aeschines in
oratione contra Ctesiphontem testatur, hoc Solonis le-
gibus fuisse cautum, vt in consultatione natu maxi-
mus primus diceret. Et apud Athenienses olim fuisse
morem, vt præco facturus dicendi facultatem ita sona-
ret, τις ἀρεῖν βούλει τῶν ὑπὲρ παντᾶ κοῦτα ἰτὴν μέν-
των, id est, Quis vult concionari ex iis qui quinquagesi-
mum excefferunt annum?

Silentij tutum præmium.

Σιγῆς ἀκινδων ἡρεσ, id est, Tutum silentij præmium. Ari-
stidis in defensione Periclis ex Cio quoriam poeta ci-
tat. Plutarchus in apophthegmatis Augusto Casari
adscribit, qui Athenodori consilium approbans subie-
cerit, ἰσὶ καὶ σιγῆς ἀκινδων ἡρεσ, uersus integer talis
videtur,

Ακινδων ᾧ ἰσὶ τῇ σιγῇ ἡρεσ, id est,
Vacat periculo præmium silentij.

Vsurpat Horatius Odarum libro tertio,

Est & fidelituta silentio Merces.

Silendo nemo peccat, loquendo persape, Iam olim in
proucrbio est, nobilis illa Simonidis sententia, quæ cele-
bratur & apud Latinos proherbij loco,

Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.

Etiā si Valerius Max. lib. 7. cap. 2. sententiam hanc
tribuit Xenocrati: Quid, inquit, Xenocratis respon-
sum quam laudabile? Cum maledico sermoni quorun-
dam summo silentio interesset, vno ex his quærente,
quid solus linguam suam cobiberet: Quia dixisse me,
inquit, aliquando pœnituit, tacuisse numquam.

Felicitas multos habet amicos.

Εὐτυχία πολὺ φίλος, id est, Felicitas multos habet amicos.
Simillimum illi quod alibi retulimus,

Τῶν εὐτυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς. id est,
Felicibus cognatus est vel quilibet.

Notior est sententia, quam vt requirat interpretem.
Contra in rebus aduersis ait nulli aut pauci sunt ami-
ci. Pindarus in Nemeis Oda X.

Οἷχεται τιμὰ φίλων περὶ μέγα
Φῶτι, παύροι δ' οἱ πόνοι πῖσσι βροτῶν

Καμὰτε μεταλαμβάνειν. id est,
Perit honor amicorum afflicto viro, pauciq;
aduersis fidi mortales ad laboris societatem.

Stulto ne permittas digitum.

Εὐνὴν δ' ἀκτυλον μὴ δειξέμε, ἵνα μὴ καὶ τὴν παλάμην κακ-
πίη, id est, Stulto digitum ne ostenderis, vt ne palmam
etiam deuoret. Nihil permittendum imprudentibus,

quantumuis pusillum. Siquidem in maximis lædunt, si
vel tantillum commiseris, Sapit & hoc vulgus.

Opta vicino vt habeat, magis
autem olla.

Εὐχετὸ πλησίον ἔχειν, ὡς πλέον δὲ τῇ χύτρεα, id est, Opta vt
proximus habeat, magis autem vt olla. Potissimum est
habere domi, quibus est opus. Proximum, vicinum ha-
bere diuitum, a quo possis petere. Videtur e vulgise
ce hausum.

Habet & musca splenem.

Ἐχει καὶ ἡ μύα σπλῆνα, id est, Habet & musca splenem. Si-
millimum illi:

Et pueri nasum Rhinocerotis habent.

Item illi, αἰσὶ καὶ μύρμηκι χολός, id est, Inest & formi-
cæ bilis. Olet fecem.

Camelus desiderans cornua, etiam
aures perdidit.

Ἡ κάμηλος ἐπιθυμῶσα κέρατων καὶ τὰ ὠτα προσπαύει-
σεν, id est, Camelus dum affectat cornua, & aures in-
super perdidit. Conuenit in eos, qui dum peregrina se-
ctantur, ne sua quidem tumentur. Sumptum ex apolo-
go de camelis, qui per oratorem cornua a Ioue postu-
larunt, ille offensus stulta postulatione, aures quoque
refecuit, & hoc Apostolij videtur,

Hercules & simia.

Ἡρακλῆς καὶ πίθηκος, id est, Hercules & simia. De minime
congruentibus. Simia dolis valet, Hercules viribus an-
tecedit. Ad fine illi, Formica camelus. Nota est fabula
de fratribus Perferis, quos Hercules comprehensos a
claua suspendit. Los ferunt versus in Simios.

Aut manenti vincendum, aut
moriendum.

Ἡ μὲν δὲ ἀποθανεῖν, ἢ νικᾶν, id est, Oportet aut manen-
tem vincere, aut interire. Dici solitum, vbi certa stat
sententia, aut negotium aliquod absoluere, aut immo-
ri. Translatum ab instituto Lacedæmoniorum, qui hoc
animo prælium inibant, vt aut victores redirent do-
mum, aut victi occumberent. Celebratum est Lacæ-
næ cuiusdam apophthegma, quæ filio tradens clipeum
dixerit: ἢ τὸν, ἢ τὸν, Aut hunc, aut super hunc, La-
conice significans, aut referendum clipeum, aut in eo
moriendum.

Maritimus cum sis, ne velis fie-
ri terrestris.

Θαλάσσιος δ' ὢν, μὴ ποτε χερσαῖος γένης, id est,
Si sis marinus, abstine a terrestribus.

Admonet non mutandam conditionem, ne in melius
quidem. Verum unicuique tuendum id vitæ genus, ad
quod vel institutus a natura videtur, vel in quod casu
incidit. Mutuo sumptum ex apologo quodam Aesopi-
co, qui fertur huiusmodi: Cancer quidam relicto ma-
ri, cæpit in agro quodam pasci. Ibi forte conspectus a
vulpe, protinus arreptus ac deuoratus est. Itaque pe-
riturus sero deplorauit stultitiam suam, quod marini
generis cum esset, ad terrestrium animantium partes
desciscere voluerit. Est apologus non dissimilis de lu-
po tibiis canente, ac mox canibus irruentibus deplo-
o 4 rante,

rante, quod ex coco factus esset tibicen. Hermolaus Barbarus ad Picum inuertit non ineleganter prouerbium, *χρῆταις ὄν μὴ σί. α. ἐλάσσας*, id est, Terrestris cum sis ne quassieris mare.

Thynni more.

Θύνναι δ' ἰκλῶ, id est, Thynni more, videre dicuntur, qui limis aut altero oculo obliq. inspiciunt. Aeschylus apud Athenæum libro septimo,

Τὸ σκωδῶν ὀμυα παρὰ βέλων ὄνναι δ' ἰκλῶ. id est, Oculum sinistrum admolens Thynni modo.

Siquidem Aristoteles indicat Thynnos non cernere nisi leuo oculo, ut ibidem citat Athenæus, cum paullo superius ex eodē auctore dixerit illum cernere dextro, sinistro cecutire. Plinius libro nono, cap. 15. dicit illos utroq. hebetes esse, dextro tamen plus cernere. Refertur idem versus ex eodem auctore apud Plutarchum in dialogo De comparatione terrestrium ac marinarum, Addit eum piscē altero oculo cecutire, eoq. cum immigrant in mare, adherent terris ad dextram, cum emigrant, contra. Potest & ad eos referri, qui acriter ac diligenter inspiciunt. Persius,

Non secus ac si oculo rubricam dirigat uno.

Idq. Aristoteles Sectionis 3. 1. probl. 3. & 4. vere putat euenire, propterea quod oculorum initia ab eodē dependeant. Unde fit, ut altero oculo, vis illa quæ duos monebat, ad unum conferatur, hoc acrior, quo contractior.

Canis reuersus ad uomitum.

Κἄν ὡς τὸ ἴδιον ἐξέρχεται, id est, Canis ad proprium uomitum. Quadrat in eos qui relabuntur in eadem flagitia, a quibus aliquando sunt expiati. Refertur in epist. diui Petri, his quidem verbis, *Συμβιβῆκε ὃ αὐτοῖς, τὸ ἄλλοτε παροίτας, κἄν ὡς τὸ ἴδιον ἐξέρχεται*, καὶ ὅς λασσαμένοι ἐς κύλισμα βορβόρων. id est, Accidit autem illis illud veri prouerbij, Canis reuersus ad proprium uomitum, & sus lota ad uolutionem cæni. Sumpta uidelicet metaphora a canibus resorbentibus quod euomerint, & siñbus ab amne protinus ad cænum recurrentibus.

Canis das paleas, asino offa.

Καὶ δίδως ἄχνην, ὅπως ὁ δῶς, id est, Canis das paleas, asino vero offa. Cum res præpostere distribuuntur. Veluti si quis indocto munus mittat litterarium, erudito flosculos, aut gladium, balteumue, militi librum. Siquidē munera hoc ipso sunt ingrata, quod apta non sunt. Interdum vertuntur in contumeliam.

Præmouere venatum.

Προσβῆναι τὴν ἐρείαν, id est, Præturbare feram. Aristides in Pericle citat ex Platone, ὡς πῦρ γ' αἰὲν φασιν αὐτὸς ἀνίστασθαι τὴν ἐρείαν. id est, Igitur ad eum modum quod ipse ait, turbauit uenationem. Ceterum verba Platonis in Lyside sic habent, Ποῖός τις ἐν αἰσῶσι δοκῇ ἐαρεντής εἶναι, ἢ ἀποσοβοῖ ἐρεῖαν καὶ δυσάλωτο πέραι τὴν ἀγέαν ποιοί, id est, Qualis igitur tibi videatur esse uenator, si inter uenandum excitet feram, & captum reddat difficiliorem? Dicit solitum apparet, ubi quis non satis dissimulat quod molitur. Quemadmodum usu uenit, ut fera tumultu excitata intellectus insidius, subducatur sese.

Rectam ingredi viam.

Τὴν ὁδὸν βυθίζειν ὁδόν, id est, Rectam ambulare viam dicitur, qui nusquam defleuit ab honesto. Aristides in Pericle, ὡς πῦρ βυθίζειν παραγούσα καὶ τὴν ὁδὸν ὁδόν σῶσαι καὶ τὴν παραμύχην. id est, Ut ordine incedatur, & recta seruetur via, iuxta prouerbium. Philon de humanitate, Ὅδον γὰρ διὰ λειοφόρον ἀγνοῶν ἐφ' ὁσίοις ποταμοῖς τὰ αὐτῶν ἡπίστατο. id est, Viam enim publicam, quæ ad æquitatem duceret, didicerat hanc. Plautus in Cassina, Nunc ego Pol in rectam redi semitam. Itē paullo post, Sciens de via in semitam regredere. Iubet autem ancilla, ut qui imprudens verum effutuerat, redeat ad simulationem quam instituerat.

Αὐτὸς κατὰ βυθίαν.

Αὐτὸς κατὰ βυθίαν, id est, Hoc ipso deponere loco. Aristides in Pericle, ποῦ μὴ δὲ λέγων ὁ πλάτων καὶ ἀργῶν καὶ δαλῶν αὐτὸς κατὰ βυθίαν, μὴ πού τις καὶ τρώας ἐγχεῖται θύρας. id est, Iam de loquacibus o Plato, ignavis ac timidus, protinus deponere, ne forte aliquis deus alius Troianos exigit. Interpres indicat prouerbium esse, sumptumq. a victoribus qui vetant, ne victus aliquo discedat, sed inibi porrigat herbam, & victorem agnoscat, ac victoria præmium persoluat. Vfus erit quoties statim & absque mora iubemus aliquid exhiberi, veluti probationem eius quod dixerit aliquis, vel promissum, vel specimen artis in qua gloriatur sese polleere. Vsurpatur & apud Platonem.

Ostium obdite prophani.

Θύρας ἐπίειδαι βίβηλοι, id est, Fores occludite quique prophani. Sumpta est aduersio ex Orpheo, cuius hoc citatur carmen,

Φείγεσθαι δὲς θέμις ἐστὶ, θύρας ἐπίειδαι βίβηλοι.

Fas quibus est audire loquar, vos turba prophana obturate fores.

Iubet ut prophani ostium auribus imponant, ne quid arcani sermonis possit ingredi. Aristides in Pericle, λέγων δὲ ταῦτα πρὸς ἐς ἐξέλι, τῶν δὲ βίβηλων ἀλγος ὁλόγος πάντως. id est, Loquar hac apud eos, quibus audire fas est. Propfanorum autem leuis omnino ratio est. Conueniet vii, si quando significabimus nos de rebus arduis & arcanis locuturos esse. Huc respexit Horatius, cum scribit in Odis,

Odi prophanum vulgus, & arceo,

Fauete linguis, carmina non prius

Audita, musarum sacerdos

Virginibus puerisque canto. Ouidius,

Lingua fauens adsit nostrorum oblita laborum,

Quæ puto dedit iam bona verba loqui.

Ante sacrificium præco clamore solebat iubere populum fauere linguis, hoc est, verba boni ominis loqui, unde & fauentia dicitur bona ominatio. Item Seneca de philosophia agens: Et ipsam ut deos, & professores eius ut antisites colite, & quoties sacrarum litterarum mentio interuenerit, fauete linguis. Hoc verbum non ut plerique existimant a fauore trahitur, sed imperatur silentium, ut rite peragi possit sacrum, nulla voce mala obstrepete. Sed plusculum habebit gratia, si per ironiam adhibeatur.

Ad

Ad restim funiculum.

Εἰ ποῖρα χοῖριον, id est, Ad restim funiculum, subaudiendum addis, aut reddis, ubi quis iisdem rebus abundat, aut similia similibus pensat. Cognatum illi, λινὸν λίνον συναπτεῖς, id est, Linum annectis lino. Veluti si quis mendacium attexat mendacio, dolum dolo, nugamentum nugamento.

Salem & fabam.

Ἀλα καὶ κύαμον, id est, Salem & fabam, subaudiendum proposuerunt, aut si quod aliud ad sententiam magis appositum verbum. Diogenianus admonet dici solitum de his qui fingerent se scire quidpiam, quod nesciret, atque hinc esse natum proverbiū, quod olim mos fuerit, ut diuini salem & fabam proponerent.

Εκπερδικίσαι.

Εκπερδικίσαι Græci proverbiali metaphora vocant elabi ac suffugere, Aristophanes in Auiibus,

Ὡς παρ' ἡμῶν εἶναι ὡς χερὶν ἐν ἐκπερδικίσαι. id est, Quippe apud nos turpe non est, suffugere de cassibus.

Ductum est ab auiibus quæ non nunquam elabuntur e retibus seu laqueis. Auiunt autem perdicem præcipue calliditatis ad id, ut aucupii manus effugiat. Quia quidem de re liber ipsius Aristotelis verba subscribere, quæ scripta sunt libro De natura animantium nono, καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν τικτοσὺν καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν, ἵνα μάλιστα καὶ τῶν αὐτῶν τὸν τύπον πληρῶς χοῖρον περιτρεφόντων. ὅταν δὲ τις εὐρύθην περιτρεφὼν τῇ νοσή, περιτρεφόντων ἢ περὶ τῆς εὐρύθνης, ὡς ἐπὶ λινῷ εἶναι καὶ ἐπὶ σῶμα ὡς λινὸν ἀνέχον ἐπὶ αὐτῷ, ὡς ἀδιδόχῃ τῶν νοσῶν ἐκαστος. μετα δὲ ταῦτα ἀπὸ πᾶσαι αὐτῆς ἀνακαλύπτειται πάλιν, id est, Nec eodem in loco pariunt, & incubant oua, ne quis animaduvertat si diutius in eodem assideant loco. Porro cum inter venandum incidere quispiam in nidum, preuoluitur perdix ad pedes venantis, perinde quasi capienda sit, ad eumque modum illum allicit ad sese quasi capturum, donec interim pulli singillatim effugerint. Quod ubi factum est, & ipsa subuolans pullos reuocat. Hæc tenus Aristoteles. Neque vero grauioribus hic adscribere, quod in eandem ferme sententiam scribit Plutarchus libro, cui titulum fecit, πῶς ὁρα τῶν ζῶων φρονιμώτερά, τὰ χερσαῖα ἢ τὰ θαλάσσια, id est, Vtra animalia sunt prudentiora, terrestria an marina. Ἀλλ' ὡς δὲ πανταρχία ὁμῶς μετα τῆς φιλοσόφου περὶ δικῆς ἐπιδείκνυται. γὰρ μὲν νοσῶντες ἐκείνοι μὲν πῶς φεύγοντες διωκόμενοι δὲ αὐτοὶ δακνόμενοι καὶ καταβλόντας ὑπὸ τοῦ βιῶντος τινὰ ἢ σφριπτόν ἄνω περιτρεφόμενοι τὰ σώματα, εἶναι ἐπὶ λινῷ ἀνέχονται. Αὐτοὶ δὲ τὰς δακνόμενους ὑπὸ τοῦ γαστρίαν, καὶ πορρωτάτω ἐκείνους ἐμποδὼν διαπετόμενοι καὶ κατὰ μικρὸν ἐκαστὸν μὲν, μέχρις αὐτοῦ ἄλγος ἀνέχονται δὲ ἐκ τῶν αὐτῶν μακρὰν ἀποπύσονται τῶν νοσῶν. id est, Aliam vero calliditatem una cum proles amore coniūctam perdices exhibent. Nam pullos adhuc inuolucres consuefaciunt, ut supinos prosternant sese, glebam aut palearum tegumentum aliquod impositum corpori sustinentes, atque ita veluti oblecti deliteant, ipsæ interim venantem alio abducunt hac arte. Alliciunt illum ad sese, prouolantes ad pedes, ac paulatim prodeuntes, ac tandem speciem ostendunt capiendi sui donec eam procul a pullis abstraxerint. Ex his verbis satis

liquet, quid sibi uelit ἐκπερδικίσαι, nimirum elabi, perdi cum arte ingenioque. Interim adlusum est ad cauponem quendam insigniter improbum, cui nomen inditū Perdix, quod claudicaret. Eius meminit Aristophanes in Auiibus.

Munus Leuidensæ.

MUNUS Leuidensæ. Cicero proverbiali nimirum figura vocat munus vile, minimique pretij, cuiusmodi uulgaribus amicis missitare diuites consueuerunt. Sic enim scribit ad Dolabellam, lib. Famil. epist. 9. Oratiunculam pro Deiotaro quam requirebas, habebam mecum, quod non putaram. Itaque cam tibi misi. Quam uelim sic legas, ut causam tenuem et inopem, nec scriptione magnopere dignam. Sed ego hospiti veteri & amico, munusculum mittere uolui Leuidensæ crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera. Seruius ostendit Leuidensam vestis genus esse vile, raro, tenuique textu. Quondam inter hospium xenia, vestes in primis erant. Unde & apud Iuuenalem queritur quispiam vestes donari, uilo crasso, coloreque malo:

Et male percussus textoris pectine Galli.

Proinde M. Tullius orationem suam parum elaboratam atque expolitam, Leuidensæ munus appellat. Eleganter accommodabitur ad munus leuiculum, aut officium uulgare, non admodum ex animo, neque diligenter præstitum amico cuiquam uulgari. Huic diuersum est illud πικρὴν ἡμιχίτων, id est, Pellenæa tunica. Et συλοτόντος χαλαμύς, id est, Silofontis chlamys.

Multi discipuli præstantiores magistris.

M. TULLIUS lib. Epist. famil. nono. scribens Varroni senarium quendam refert, haud dum scimus ex quo posita. Cuius sententia etiam hodiernis temporibus uulgo celebratissima fertur. Aduenit, inquit, Dolobella. Eum puto magistrum fore.

Πολλοὶ μαθηταὶ κρείσσοις διδασκάλων. id est,

Plerique discipuli magistros antecunt.

Ad varios usus potest accommodari, vel ad simplicem sensum, puta frequenter euenire, ut discipulus eruditione superet eum a quo litteras, aut artem quampiam didicit. Aut per iocum, cum significabimus, improbitate uinci, qui malitiæ doctus fuit: ueluti si quis deciperetur ab eo, cui uiam ac rationem imponendi demonstrasset aliquando. Siue cum quis ordine conditioneque inferior, tamen plus ualet quam is qui non parere, sed imperare uidetur.

Ad Herculis columnas.

Ἡράκλειος στήλη, iam olim in proverbio sunt, ut admonet Pindari interpretes. Sic enim uulgo dici solere, τὰ πέρα καὶ δὲ ἱερῶν ἐπὶ ὁρίζεται, id est, Quæ ultra Gades, inaccessa. Quo significant, ultra columnas Herculis non esse quo progrediari. Columnas has Hercules ibi fixisse dicitur, cum boues uestigaret Geryonis, tamquam illic esset suprema orbis meta. Pindarus in Nemeis, καὶ δὲ εὖ τὸ πέρα ὅριον ἐπὶ ὁρίζεται, id est, Non ulterius accessus ad occidentem, ultra Gadira. Item alibi,

Εἰ δ'

Εἰ δ' ὦν καλὸς ὁδὸν τ' οἰκίῳτα μὲρ φῶ,
 Αἰετὶς αὖ ποταμὸς ἰπὸ βῆ
 Ρῶς ἀριστὰ φέροντες, δὲ ἴτι πρὶ σῶ
 Αἰετὶς αὖ ποταμὸς ἰπὸ βῆ
 Ὑπὲρ ἄρχαίης ποταμὸς ἰπὸ βῆ
 Ηρώς εἰς δὲ ἰπὸ βῆ
 Νωτιλίης δὲ ἰπὸ βῆ.

Sentit Aristophanis filium ad extremam peruenisse laudem, ultra quam non possit crescere; qui quidem egregiæ formæ, facta adiunxerit illustria. Quod si quis præterea quidquam laudis requirat, id perinde esse, ac si quis ultra columnas ab Hercule fixas conetur transire. Rursus in Olympii hymno tertio.

Νῦν πρὸς ἰχθυίαν ἔλ-
 ρων ἀρετῶν ἰπὸ βῆ
 Οἱ κόβον ἱερὰ κλῖος ἐν ἡλῶν. τὸ πρὶ σῶ
 Δ' ἐστὶ σὺ ποῖς ἀβῆτον
 Κρόφοις.

id est,

Nunc sane ad extremos limites virtutibus perueniens Theron, attingit a domo Herculis columnas. Quod autem ultra est, sapientibus pariter, & insipientibus inaccessum. Consimilem in modum usus est Gregorius Nazianzenus in Monodia, sentiens Basilium eo perfectionis peruenisse, ut longius progredi negatum esset humanæ naturæ. Heraclides Ponticus in allegoriis Homeri, improbos Homeri poematis interpretes, exigendos putat. ὅτι ἐν ἱερὰ κλῖος ἐν ἡλῶν καὶ τὸν χιθῶνα ὡς ἰπὸ βῆ δὲ ἀβῆτον, id est, Ultra Herculis extremas columnas, & inaccessum Oceani maris.

Ciceris emptor.

EQUIDEM arbitramur & illud inter proverbia referendum, quod ait Horat in Arte poet. Ciceris & nucis emptor, infimæ sortis hominem, de quâ ima plebe quædam significans:

Offenduntur enim quibus est equus, et pater, et res,
 Nec si quid fracti ciceris probat & nucis emptor,
 Aequis accipiunt animis, donant uel corona.

Nemo quemquam ire prohibet
 publica via.

PROVERBII speciem habet & illud Plautinum ex Curculione: Nemo ire quemquam prohibet publica via. Quo significant rerum communium æqualem omnibus usum esse, neque cuiquam vitædum vitio, quod ius publicum concedit. Plantus ad sensum turpiculū deflexit, nempe ad usum scorti publicitus prostantis. Videtur autem effectum ad imitationem Pythagorici symboli iubentis, τὸν λωφὸν βαδίζειν, id est, Publicam ingredi viam, aut contra τὸν λωφὸν βαδίζειν. Quo quidem respexisse videtur Flaccus in Arte poetica, cum ait,

Publica materies priuati iuris erit, si
 Nec circa vilem patulumq. moraberis orbem,
 Nec verbum verbo curabis reddere.

Hinc belli initium.

INTER proverbia quæ sumuntur ex adlusionibus auctorum, nobis non videtur illud silentio prætereundum, quod ex Thucydide, usurpauit Lucianus in Pseudomante, καὶ κατὰ τὸ δεικνύειν ἀρχιτεταὸν ὁ πόλεμος οὐδὲν

id est, id est, Et iuxta Thucydidem, iam hinc belli initium. Id ad varios usus poterit accommodari, siue cũ ad incipiendum negotium adcingi significamus, siue cũ alicunde natam similitudinem innuimus, ac tumultuum rerum exortum. Ad eundem Thucydidis locum, non dubium quin adluserit Aristoph. in Acharnensibus:

Καὶ τὸ δεικνύειν ἀρχιτεταὸν πόλεμος.

Atque illud, καὶ τὸ δεικνύειν, eo loco frequentius iterat, quo magis consentaneum, illum adlusione ad iocum abusus fuisse.

Inanium inania consilia.

Κενὰ καὶ βλαβερὰ, id est, Inanium inania consilia. καὶ κενὰ καὶ λαγύνηται, id est, Inanium inanēs cogitationes, cum quis sua spe frustratur. Cognatum est, μωρὰ μωρὸς λέγει, id est, Fatuus fatua loquitur. Natum autem ex euentu. Nam Archias stipulatus a Demetrio quingenta auri talenta, ut Cyprum proderet, re deprehensa, arrepto sunt ex his quibus tenduntur tentoria, suspendit sese. Refertur in Græcorum collectaneis.

Nutricum more male.

Καὶ ὡς ἀ τὶ τὸ καὶ σιτίης κακῶς, id est, Pascis profecto more nutricum male.

In vetustissimis quibusdam prouerbiorum collectaneis reperitur, quæ quidam Plutarcho tribuunt. Extat autem apud Aristophanem in Equitibus, qui quidem & metaphora rationem explicat his versibus:

Καὶ ὡς ἀ τὶ τὸ καὶ σιτίης κακῶς.

Μασωμενός ὃς τὸν μὲν ἄλλοιον ὃς γίβεις,

Αὐτὸς δ' ἐκείνους τριπλάσιον κατὰ πικρὰς. id est,

Pascis profecto more nutricum male.

Nam ubi manderis, paululum huic in os dein inseris.

Ipsæ aut præ illo vel triplum glutis cibi.

Conueniet igitur in eos qui de lucro paululum aliquid impertiunt sociis. Aut qui sic facultates alienas administrant, ut maximam partem in suos conuertant usus, id quod hodieque tutorum vulgus facit.

Amphictyonum confessus.

Ἀμφικτυονικὴν σὺν δριμύτι, id est, Amphictyonicus confessus. De frequenti grauium virorum conuentu. Dicitur a conuentu illo Græcorum olim celebratissimo, qui Amphictyonum dicitur, vel ab Amphictyone Deucalionis filio, qui cum rerum potiretur, gentes Græcicas dicitur conuocasse, ut citatur auctor Theopompus in 8. historiarum libro ac testatur Pausanias in Phocæis. Porro populi qui in id consilij conuenire soleant, numerantur 12. Iones, Diores, Perrhæbi, Bæoti, Magnetes, Achæi, Phthij, Molientes, Dolopes, Aeneanes, Delphi, Phœcenses. Vel inde nomen inditum Amphictyonum, quod undecumque ad id consilium ex omni Græcia conueniretur, ut placet Anaximeni, & Androtioni in Atticarum descriptione rerum, apud Pausaniam, in eo quæ modo ostendimus loco. Quo quidem et alia complura super hac re non indigna lectu referuntur, si quis forte requireret. Nos ad enarrationem prouerbij putamus hæc esse satis. Venustius fuerit adagium, si per ironiam torqueatur ad indoctorum conuentum, qui sibi tamen Solones esse videantur.

Etiam capillus vnus.

CELEBRATVR & Mimus, Publianus admodum prouerbiali

prouerbiali specie.

Etiam capillus vnus habet vmbra[m] suam.
Quantumuis pusillum commodum iuuat, quantumli-
bet exiguum delictum nocet.

Xenocratis caseolus.

Ξενόκρατος τυρίων, id est, Xenocratis caseolus. De cibo qui
perquam diu durat, priusquam absimatur. Quamquā
nihil vetat, quo minus ad alia quoq. transferatur, pu-
ta ad vestem, ad librum, ad pecuniolā aut simile quid-
piā, quo sic parce, circūspēcteq. quispiam vitur, ut quā
diutissime duret. Sumptum adagium ab admirabili Xe-
nocratis philosophi frugalitate. Quem tradunt sepe nu-
mero obsonia iam rancida facta abiecisse, neque raren-
ter enuisse, ut cum cadum aliquem relinire vellet, iā
vinum reperiret in acorem versum. Proinde proue-
rbium apposite dicitur in sordidos quosdam, quibus bic-
mos, omnem penum consue scruare, quoad fuerit cor-
ruptus, perinde quasi nefas sit, rebus synceris & in-
tegris frui. Adagium refertur in Stobæi collectaneis.

Bellum omnium pater.

Ὁ πόλεμος πάντων πατήρ, id est, Bellum omnium pater. Lu-
cianus veluti prouerbio iactatum refert, in commenta-
rio de ratione conscribendæ historiæ, μάχων δὲ ἐκχυδί-
δαι καὶ κρόδῳ τοῦ καὶ ζῶοντος, ἡμῖν ἀπάντες, καὶ ὡς ἐοικὼς
ἀλλήλους ἀρῶν, ἵκανοὶ τοῦ πόλεμος ἀπάντων πατήρ, ἥτις καὶ
συγγράφας πρὸς τὸς ἀγέτους, ὑπὸ μίᾳ τῇ πλῶγῃ. id
est, Quin potius Thucydides, Herodoti, Xenophontes
nobis erant omnes. Adeo, ut verum esse videretur il-
lud, quod dicitur, Bellum rerum omnium pater: siquidē
tam multos scriptores produxit unico ictu. Prouerbiū
ideo dictum est, quod bellum omnium rerum nouan-
darum auctor est, ut ex eo veluti nata videantur uni-
uersa. Nisi quis malit ad philosophorum quorundam
decretum referre, qui dixerunt, rerum summam e lite
progigni.

Phanæianua.

Φανίας βίη, id est, Phanæianua. Eustathius in Ody-
sææ ostendit dictum de his qui simulant sese conge-
stas opes habere, quæ nusquam sunt. Ductum a Pha-
nia quodam, qui falsum de se præbuerit opinionē, quasi
multam diuitiarum vim domi constructam ac recondi-
tam haberet. Diximus alibi de Phani ianua, in prouer-
bio Phani ostium, quod an idem sit cum hoc, nec ne, vi-
derint docti.

Εκλίνισαι.

Εκλίνισαι. Prouerbiali figura dictum ostendit Eustathius
in tertium Iliados. Sumpta metaphora a piscibus, qui
suffugiunt a retibus, quiue ab hamo elabuntur. Nam
lina retia dicuntur etiam Latinis, ut Maroni,

Humida lina trahunt.

Inest autem piscibus quibusdam genuina quedam cal-
lidas et retium textis elabendi, quemadmodum ele-
gāter de Cestreo narrat Oppianus libro tertio. Sed car-
men ipsum, quandoquidem auctor non admodum ad-
huc vulgaris est, adscribere præstat:

Κεῖρεν μὲν πλὴκτῆσιν ὅσῳ ἀγκυρῶσι λίγιοι
Εκλίνισαι, δὲ λανθῇ τὸν πόρδρον ἡ γυνὴ σῶν.
Υψὲ δ' ἀνέρεσθαι κελύμειος ὕδατος ἀκρεῖ,
Ὅρθος ὅσῳ ἀνέρεσθαι δίνος ἄλματι καὶ φῶν

Ὁρμήσαι, βελῆς δὲ σαόφρωνος δὲ ἐμάρτυρος.
Ρομάκι γὰρ ἔπρησι καὶ ὕδατος πέισμα καὶ φελῶν
Ριπιδίως κερὰ τοῦ καὶ ἐκλίνισαι μόνον.
Εἰ δ' ὅ γ' ἐφορμυτὶς περὶ τὸν δόλον αὐτὴς ἐλιδῇ
Ες βέρχον δὲ ἐπ' ἐπὶ τοῦ βελῆτος, δὲ δ' ἀνέρεσθαι
Αχνύμενος, πύρι δὲ μάχων ἀπὸ πᾶσι ταῖς ἑρμῆς, id est,
Cestrens dum trahitur sinuosis equore textis,
Haud illum qua suffugiat, latet, arsque dolusque.
Subsilit in sublime alacer, saltuq. citato
Viribus cniit quantum valet omnibus undas
Emicat in summas sublato corpore toto.
Ingenio fortuna fauet, nam subera sæpe
Quæ summos tollunt funes, retinacula cassis
Transsilit, & solum elabens fugit improbus atrium.
Sin primum expertus subsultum, in retia rursum
Delapsus recidat, iam nec pugnare laborat
Anxius, aut frustra niti, doctusque periclo
Nec iactat sese, neque sursum promicat umquam.

De permultis item aliis piscibus ad eundem comme-
morat modum, quibus artibus elabuntur capti. Sed re-
liqua persequi prælongum. Illud non iniucundum sci-
tu, quod de pisce Torpedine narrat poeta Claudianus,
quemadmodum illigatus hamo, subducatur sese, vi vene-
ni per linum atque harundinem ad piscatoris usque
manum immissa. Carmen sic habet.

Si quando vestita cibus incautior æra
Hauferit, & curuis frenari senserit hamis,
Non fugit, aut vano conatur vellere morsu,
Sed propius nigra iungit se callida seta,
Et meminit captiua sui, longeque per undas
Pigra venenatis effundit flamma venis.
Per setam vis alta meat, fluctusque relinquit
Absentem vincitura virum, metuendus ab imis
Emicat horror aquis, & pendula fila secutus
Transit harundineos arcano frigore nodos,
Viltricemque ligat concreto sanguine dextram.
Damnosum piscator onus, prædamque rebellem
Iactat, & amissa redit exarmatus habena.
Aristophanis interpretes putat ab auibus traductum.
Consimili figura Persius Satyra quinta,
Ne trepidare velis, atque arctos rodere casses.

Αἰγυπιαῖον.

Αἰγυπιαῖον dicebantur astuti & impositores. Sumptum a
moribus eius gentis. Theocritus ἐν συγκαταστάσει,

-Ὀδὴς κακοῦργος

Δαλίττω ἢ ἴοντα παρὶ ἐπὶ ὠν αἰγυπιαῖσι, id est,

-Ledit sceleratus

Astu Aegyptiaco obrepens iam nemo, nocet ue-
De moribus Aegyptiorum testatur & illud ex Ae-
schylo, quod alibi retulimus,

Δενοὶ πλὴκτῆσιν τοῖς μηχαναῖς αἰγυπιαῖσι. id est,

Aegyptij miri struendis artibus.

Citat hoc prouerbiū Synesius in Encomio Caluitij.
Quamquam non numquam αἰγυπιαῖον accipi solet,
pro eo quod est adurere, ut in hoc carmine,

Χρῶς δὲ τὸ πῶ σὺ ὕλας λαμπρῶν φλογί

Αἰγυπιαῖον.

Tuum colorem Phæbus ardens igneis
Flammis aduret.

Ne

Nebolus quidem relictus.

Οὐδ' ἔγκυρος λέλειπται, id est, Ne bolus quidem relictus est, hoc est, nec vel pauxillum. Eustathius enarrans tertium *Odyssæ* librum, citat hinc Eupolidis versum
Οὐχ' ἔλειπται τὸν ἱμῶν εἰς ἔγκυρος. id est,

Nebolus e meis relictus rebus est.

Nam ἔγκυρος, id apud Græcos significat, quod nos vulgata voce magis quam Latina, morsellum dicimus, a verbo κῆπιον, quod est auide comedo.

Rex aut asinus.

Βασιλεὺς ἢ ἄσινος, id est, Rex aut asinus, hoc est, aut victor, aut victus. Simile illi, ἢ τρεῖς ἢ τέρας κῆποι, aut ter sex, aut tres tali. Eustathius *Odyssæ* sextum enarrans librum, ostendit metaphoram ductam ab his qui ludunt sphaera, quibus qui vicisset, rex appellabatur, qui victus fuisset, huic asino nomen erat. Plato in *Theaeteto*, ὁ δὲ ἀμάρτων, καὶ διὰ τὸ ὅτι φασὶν οἱ σφαίρωντες, ὅς ἐστι ἀμάρτωνος ἀμαρτήτης, βασιλεὺς ἢ μῶν, id est, Qui aberrarit, is desidebit, quemadmodum dicunt ἢ qui sphaera ludunt, asinus: qui vero nihil aberrans viccrit, rex noster esto. Iulius Pollux libro de rerum vocabulis ἢ sphaera ludendi quattuor modos commemorat, quorum primus appellatur ἐπισκυρσις, alter ἀσινισμός, seu φασίς, tertius ἀποδείξις, quartus ἐρῶσις. Quorum postremum, nam is ad proverbum proprie facit, describit his verbis, ἢ δὲ ὁρῶντα, ἢ μὴ ἀντικλῶσας αὐτὸν ἀποδείξει τὸν σφῆρα εἰς τὸν ἐρῶντα. τοῖς δὲ ἢ ἀλαμοῖς φιλοτιμία πρὶν εἰς γὰρ αὐτὸν ἐμπνεῖν, ἀρπάζει, ὅτι ἐπὶ τὸν ἀμάρτωνος ἐρῶντα ἐμπνεῖν ὑποδύομαι, ὅτι ἐπὶ τὸν τοῖς πρὸς τὴν σφῆρα ἀμάρτωνος ἀμάρτωνος, τὸ πᾶν πρὶν πᾶσι μᾶλλον ἢ ὅτις, καὶ ὁ μὴ ὑποδύομαι ὅς ἐστι ἀλαμὸς καὶ πρὶν ἐπὶ τὸν πρῶτον, ὁ δὲ νικῶν βασιλεὺς πᾶν καὶ ἐπὶ τὸν πρῶτον, id est, *Vrania* vero lusus sic habet. Aliquis resupinans sese, sphaeram in calum mittit. Reliquis autem certamen erat ut eam prius quam in terram recideret, raperent, id quod in *Phæacibus* significare videtur Homerus. Sane vero cum adversus parietem sphaeram misissent, numerus subsultuum censebatur. Et qui victus fuisset, is asinus, appellabatur: & quidquid imperatum esset, faciebat. Rursus qui vicisset, is & rex erat, & imperabat. Haftenus Iulius. Porro locus quem ex Homero citat, est *Odyssæ* 6. ad hunc modum:

Τὸν ἔα περιστρέψας ἥκε σιβαρῆος ἀπὸ χειρὸς,
Βίμβροσος δὲ λίθος κατὰ δ' ἐπὶ πῆγαν ποτὶ γαίην
Φάσκει δολιχέρηται γαυρίκλυτοι ἄνδρες
Λαίης ὑπὸ τῇ εἰπάς, ὅδ' ὑπὲρ πᾶσι τοῖς σήμασι πάντων. ἰ.
Versatum hunc valida submitit in aera dextra,
Intonuit lapis. Ast in humum formidine sidunt
Phæaces gens gnara maris, ratibusq. superba
Ob saxi iactum, verum id procul omnia signa
Transuolat.

Ab hac forma non videtur alienum quod est apud Plautum in *Pænulo*, Rex sum, si ego illum hodie hominem ad me illexero. Licebit uti, cum significabimus, iactandam aleam, quæ vel summos reddat, vel infimos.

Stellis signare.

Ἀστὲρ εἰς σημειώσθαι τὴν ὁδὸν, id est, Stellis viam signare dicuntur, qui notulis quibusdam & coniecturis rem alio

qui peruestigatu difficilem inquirunt. Eustathius exponens quintum *Odyssæ* librum, admonet convenire in eos qui longam ac desertam ingrediuntur viam. Sumpta metaphorā a nautis, qui in nocturna navigatione viam stellarum observatione conieciunt. Quemadmodum apud Homerum *Vlysses* *Odyssæ* libro quinto,

Ἀντὶρ ὁ πᾶσι δὲ ἰδὺν το πᾶσι τῶν
Ἡμεῖς, εἰ δὲ οἱ ὕπνος ὡς βλεφάρων ἐπιπῆ,
Πλειάδας δ' ἐσφαῖντι, καὶ ὅτι δ' ὄντα βλάτω,
Ἀρντὸν, ἢ καὶ ἀμαρτῶν ἐπὶ κλισίῃ καλίσσιν. id est,
At clauo ille sedens, navim mira arte regebat,
Numquam corripuit nutantia lumina somnus.
Verum *Pleiadas* spectat, seriq. Booten
Occasus, vrsamq. alio cognomine curram.

Adlusit huc eleganter M. Tul. lib. *Academi*. quæst. 4. cum ait, Absoluti sapientis esse, non duci opinionibus, sed certo verum tenere, idq. ductu & indicio *Cynosura*, quæ quod minore orbe circumferatur, utpote polo vicinior, certius monstrat viam, etiam si minus sit conspicua. At nondum perfecte sapientem, dum ubique quod probabile videtur, amplectitur, interdum errantem, veluti *Helicen* sequi, quæ ut clarior est, & magis oculis perspicua, ita non perinde certa via monstratrix, quod latiore ambitu circumagatur, eo quod a polo seu vertice mundi longius absit. Verba Ciceronis sunt hæc, Nec tamen ego is sum, qui nihil umquam falsi adprobem, qui numquam adsentiar, qui nihil opinor. Sed quærimus de sapiente. Ego vero ipse & magnus quidem sum opinator, non enim sum sapiens, & meas cogitationes sic dirigo, non ad illam parvulam *Cynosuram*,

Qua fidunt duce nocturna *Phænices* in alto,
ut ait *Aratus*, eoq. directius gubernat, quod eā tenet,
Quæ cursu interiore, breui convertitur orbe:
sed ad *Helicen* & clarissimos septentriones, id est, rationes has latiore specie non ad tenue elimatas. Eo fit ut errem, & vager latius. Scimus factam alibi huius proverbij mentionem, verum quoniam nacti eramus quadā non indigna cognitu, visum est hic repetere.

Sambucam citius.

ADAGII speciem præ se gerit Persianum illud carmē,

Sambucam citius caloni aptaueris alto.

Cuius usus incidet, si quando significabimus, aliquem a disciplina percipiendam, siue munere gerendo nimis alienum esse. Siquidem *Sambuca* organum est musicorum, quod haud quaquam congruat caloni. Quamquam *Athenæus* libro 14. indicat & bellicum instrumentum dici *Sambucam*, quod machinæ in morem admovebatur hostium mœnibus. Calones autem vocantur militum ministri, qui vallos ac ligna gestitant. Unde & nomen inditum autumant grammatici. Porro cum milites sint imperiti musices, multo magis calones. Quamquam potest non absurde accipi de *sambuca* militari machina, quæ ritu organi musici, chordis quibusdam intenditur. Ad hanc intendendam haud quaquam idonei sunt calones, utpote stolidi, & ob id ipsum ad infima ministeria retrusi, quod disciplinæ militaris prorsum rudes sint et indocile, unde *Persius* non citra improprietatem addidit alto, propterea quod homines prælogi etiam proverbio recordia notantur, ἄρσος ὁ μακρὸς.

Nostræ

Nostræ farinæ.

ΘΙΥΣ ΔΕ Μ farinæ dicuntur, inter quos est indiscreta similitudo. Quod enim aqua ad aquam collata, idem ad farinam farina. Persius in quinta Satyra.

-Nostræ paullo ante farinæ

Pelliculam veterem retines.

Perinde quasi dicat, nostri gregis, nostræ conditionis. Pertinet ad illam classem, eadem cera, & Idem pulvis, de quibus alibi dictum est. Simili tropo Seneca dixit, Eiusdem notæ libro tertio, epistola. 24. His adiicias & illud eiusdem notæ licet, tantam hominum imprudentiam esse, immo dementia, ut quidam timore mortis cogantur ad mortem.

Nulla scopo iaculati.

ΑΝΚΟΠΕ ΤΕΛΕΙΩΝ, id est, Absque scopo iaculati dicuntur, qui nihil certi propositum habent quod sequantur, & ad quod instituti consilii, sui rationes referant. Lucianus in Toxaride: ἡ ἀνκοπε τῶν τελείων, αὐτὴ ἐλόμενοι διαπύττω, ἡ δὲ ἐπὶ τῷ ἰπποκράτει φησὶν, id est, Quoniam in præsentia nullo proposito scopo iaculati sumus, denuo. adscito arbitro, alia amicorum paria apud illum referamus. Persius Satyra tertia,

Est aliquid quo tendis, & in quod dirigit arcum?

An passim sequeris cornuos, testaq. lutoque?

Securus, quo pes ferat.

De pulmone reueller.

ΔΥΒΙΥ Μ non est, quin ad prouerbiorum formam pertineat & illud Persianum, De pulmone reueller, pro eo quod est stultam & arrogantem opinionem animo eximere.

Dum veteres auis tibi de pulmone reuello.

Tumorem, animumq. fastum in pulmone collocant, unde μέλα πνέον apud Græcos. Et idem Persius alibi,

Grande, aliquid, quod pulmo animæ prælargus anhelet.

Quos non tollerent centum Aegyptij.

Οὐς οὐκ ἔρουντ' αὐτ' οὐδ' ἐκ τῶν αἰγυπτίων, id est,

Quos ferre nec centum queant Aegyptij.

De molestis dici solitum, ac moribus intolerandis, seu fastu præturgidis. Inde ductum, quod Aegyptij pleriq. gestandis oneribus quæstum non satis honestum facillate consueverint, unde & ἄχθοφοι dicti, in iocum prouerbialem abierunt. Refertur adagium ab Eudemo in collectaneis, distionum Rhetoricarum, & ite a Suida. Extat autem apud Aristophanem in Ranis, ad hunc modum,

Δὲ ἄρματ' ἰσπίθκει καὶ νεκρὸν δὲ ὦ,

Οὐς οὐκ ἔρουντ' οὐδ' ἐκ τῶν αἰγυπτίων, id est,

Duo plaustra, duoq. item imposuit cadauera,

Qua ferre nec centum queant Aegyptij.

Idem in Amibus,

Οὐκ αἰγυπτίος, ἡλινδοφόρος, id est,

Non Aegyptius lateriger.

Consimili modo Lucilius apud Nonium,

Quem neque Lucanis oriundi montibus tauri

Ducere pro telo validis cervicibus possent.

Rursum idem alibi,

Hunc iugamulorum, pro telo ducere centum

Non possint.

Aegyptius laterifer.

Αἰγυπτίος, ἡλινδοφόρος, id est, Aegyptius laterum gestator.

Suidas nominatim prouerbij titulo refert. Extat autem apud Aristophanem in Amibus: ibi quarit quispiam quis composuisset equum Durium in arce Palladis, centum cubitorum? Cui respondetur,

Ορητίς, οὐδὲν ἄλλος, οὐκ αἰγυπτίος

ἡλινδοφόρος, οὐ λινδοφόρος.

id est,

Aues, nec alius vllus, haud Aegyptius

Laterifer, aut faber lapidarius.

Quadrare videtur in sordidum, atque infimæ sortis hominem, in quem usum etiam Carum vilitas usurpata est: aut in eum, qui molestis negotijs premitur. Admonitus modo Aegyptios in vulgi fabulam ac risum abuisse, quod asinorum ritu vectandis corpore oneribus quæstum facerent. Ad quem laborem hoc exercitatiores illos fuisse coniicimus, quod in effodiendis lacunis, limoq. exportando, ac lateribus argillaceis, huiusmodi opera potissimum opus erat apud Aegyptios, ob limum quem inuehit Nilus. Nam illic passerres aut hirundines monstrarunt artem e luto construendi parietes. Argumento est, quod Hebræi, cum apud illos agerent, adacti sunt, luto, lateribusq. gestandis fernilem operam præstare Pharaoni. De mulis Marianis alibi reperies.

Cenare me doce.

ΔΑΝΟΥ ΜΕ ΔΙΔΩΣΚΕ, id est, Cenare me doce. Prouerbiali figura dictum est ab Aristophane in Ranis. Tempesti- niter usurpabitur, si quando docere, præire, aut etiam refellere conatur aliquem imperitus negotij, de quo disceptatur. Verba sunt Bacchi ad Herculem de tragædis iudicantem, cum exercitior esset in norandis tau- ris, quam pensiculandis poetarum carminibus.

Rhamnusus.

Ράμνουσις, id est, Rhamnusus. Eudemus in distionibus. Rhet. admonet, id cognominis olim seu prouerbio additum sapientibus ac moderatis viris. Nec explicat adagiationem. Vnde coniectare licet, vel ab eius gentis moribus dictum, vel a dea Rhamnusia, quæ modum in omni negotio docet adhibendum. Quæmodum alias susius a nobis ostensum est.

Papæ Myxus.

Παπα μύξος, id est, Papæ Myxus. In gloriosos & iactabundos dici consuevit. Nam βαβαστοporis & admirationis significationem habet. Myxus autem sacerdos quispiam fuit Dianæ gloriosus & magniloquus: qui se fingebat omnia mirari. Refertur a Suida & Zenodoto.


Lenticulam angulo tenes.

Φακού γωνίας κρατίζε, id est, Lentum angulo tenes. De negotio quod fieri nullo pacto queat, propterea quod hoc leguminis genus angulis careat. Refertur a Suida, ne quis contemnat.

Patrocli occasio.

Πατροκλῆς περίφωσις, i. Patrocli occasio, siue prætectus. Diogenianus ostendit dici solere de iis, qui cū ob metum

Pp non



non ausint proprias deplorare calamitates, deſcēt eas
sub pretextu iuſtus alieni . Plutarchus in commen-
tario cui titulus, Quomodo quis se citra inuidiam lau-
dare poſſit, καὶ μὴ δοκῶν πατέρα κεν προεῖπιν, σφας
δ' αὐτας δι' ἐκείνων ἐπαίνῳ, id eſt, Et ne videamur Pa-
troclum occasionem, sed nos ipſos per illos laudare .
Agit enim de iis qui laudandis aliis ſuas ipſorum lau-
des inſinuant . Opinamur ſumptum a Patrocli mori-
bus, in quem aliquoties iocatur Ariſtophanes .

Exiguum oboli pretium .

Μικρὸν τε δὲ ἀλγε τιμὸν, id est, Exiguum oboli pretiū. Suidas citat ex Maryca Eupolidis, conuenire in homines nequam, nibiliq. Quamquam nihil obstat, quo minus ad rem contemptam transferatur. Meminit & Eudemus. De similibus multa retulimus antea, obolaris homo, homo tressis, homo trioboli, homo vix dupondio aestimandus. Iustinianus iuvenes primum ad iuris studium ingressos dupondios appellari voluit, velut extremæ classis. Nam qui iam proficessent, prolytas ac lytas appellauit, quasi dimissos.

Phœnicum pacta.

Φαινικῶν τῶν ἑλλήνων, id est, Phœnicum conuenta. Phœnices qui Carthagine potiri sunt, cum primum ad eam adpulsissent regionem, postularunt ab iis qui id temporis Libyam incolebant, ut sibi liceret diem & noctem hospitio terræ uti. Quod cum impetrassent, iamq. exacto concessi temporis spatio, iuberentur excedere finibus, recusarunt, adfirmantes se pactos ut sibi fas esset illic noctesq. ac dies commorari: uidelicet ambiguitatem vocum ad suum commodum detorquentes. Vnde proverbium esse natum aiunt, de pactis insidiosis & astutis. Auctores Suidas ac Diogenianus. Quin in totum omnes Phœnices dicti sunt, qui quæstus essent audi. Vnde Pindarus in Pythiis hymno secundo, φαῖνικῶν ἐμπόλων, id est, Phœniciam negotiationem dixit. Et interpres citat ex comico quopiam, ἐνδοῦς φαῖνικῆς νόμου, id est, Protinus Phœnix fio. Item ex Sophocle.

Ἐν τῷ ἴδιῳ καὶ πρῶτῳ ὡς φοινίξ αἴνῃ. id est,
Phœnix ut vir, capit emere ac vendere.

Postremo Plato libro de Republica tertio de his agens,
qui putant magistratui convenire mendacium, inquit,
μὲν κακόν, ἔλα φρονικόν τι. id est, Nihil pulchri est,
sed potius Phœnicense quiddam.

Pufillus quantus Molon.

Μικρὸς ἄλλος μολὼν, id est, Pusillus ut Molon. De vehementer brevis statura corporis homuncionibus. Suidas ostendit duos fuisse Molones, nota corporis bremitate, quorum alter histrio fuerit, alter fur, honesti scilicet quæstus uterque.

Per antiquum diem.

*Δὲ παλαιᾷς μέγας . De re admodum obsoleta priscaq.
Refertur a Diogeniano . Finitimum illi, quod hodie nō
inscite iactatur in scholis philosophorum, Magno Pla-
tonis anno .*

Perierunt bona.

Εἶτα πὶ καλὰ, id est, Perierunt honesta, Hippocrates
Mindaro Lacedaemoniorum duci fuit ab epistolis, eo

interfecto ab Atheniensibus Hippocrates in Lacedæmonem huiusmodi scripsit epistolam, ἔφη τὰ κακὰ, μὲν δαρος δ' ἐπ' αὖτ' ἀποσπεύς; significans interfecto duce rem esse deploratam. Adagium recenset Diogenianus, historiam recenset Xenophon in περὶ κληρονομικῆς, libro 1. Græca senario constant,

Periere honesta, Mindarus sublatus est.

Qui nimium properat, serius
absoluit.

PLATO in Dialogo, cui titulus De regno, περὶ τοῦ βασιλείου
 ἡμᾶς καὶ νῦν παρὲν τὸ κατὰ τὴν παροιμίαν πέτερος, ποιοῦν,
 οὐχ' ἡσύχους εἶναι θεωροῦντας, συνκίναται βραδύτορον. id est,
 Fecit enim ut nunc quodam nobis acciderit, quod pro-
 verbio dicitur. Quod nam? ut dum parum recte per-
 otium diuidimus, serius perfecimus. Idem in 7. de
 republ. adlusit ad proverbium, ἐπιδιδόναι ὅτι τὴν ταχὺ
 πάντα δεικνύναι, μᾶλλον βραδύον. id est, Diminfecto, in-
 quit, omnia celeriter percurrere, tardior sum. Idem in
 Cratylo simile quiddam habet, ἵνα μὴ οὐλώμεθα ὡς οἱ
 οὐδ' αἰνῆν νύκτων πορεύοντες, ὅτι δὲ δὲ, καὶ ἡμέρας ὡς τὰ
 πρῶτα ματα δόξομεν αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ, ὅτι πῶς ἐκλυθεύομεν
 ὅταν ἴδωμεν τὰς διανοίας. id est, Ne nobis usu veniat, ut
 quemadmodum qui apud Aeginetas noctu obambu-
 lant, serius perficiunt iter, itidem nos ad rem ipsa veri-
 tate serius quam oportet peruenisse videamur. Scitū
 est & illud diui Augustini aduersus Petilianum, iis qui
 perturbatione aliqua festinant, usu uenire non num-
 quam ut vestem aut calceos peruerse induant, quæ res
 postea moram adserat. Idem usu venit his qui multa
 simul agere conantur, neque quidquam adsequuntur.
 Plato lib. de Republ. 3. ὅτι τις ἕκαστος, ὃ μὴ αἰετὶ τι-
 θόμενα καλῶς ἐπιτηδεύοι, ποῦναι δὲ οὐδ' αὖτ' ἐπὶ τῷ ἐπιχει-
 ρεῖ ποῦναι ἐκαστὸς ἐκαστος, πάντων ἀπαιτηγῶν αἰ. id est,
 Vnusquisque recte, vnum studium exerceat, multa ne
 quaquam. Immo si id tentarit, multa aggressus, omni-
 bus frustrabitur. Idem eiusdem operis lib. 10. docet
 idem accidere iis qui non veritate, sed fucis ac malis
 artibus properant ad honorem, οὐχ' οἱ μὴ δυνάστες καὶ
 αἰδοῖναι θεῶν οὐδ' ἀνθρώπων, ὅσοι αὖτ' εἰσὶν ἐν ἀπὸ τ' κέ-
 τω, ἀπὸ δὲ τ' αὐτῶν. τὸ μὲν πρῶτον ἐξ ἑωὺς ἀποπιδίδωσι,
 πλουτῶντες δὲ κατὰ μάλα οὐ γίνονται, τὰ οὐκ αὐτῶν οὐκ
 ἔχοντες καὶ ἀσεφάνοι ἀποτρίχυνται. id est, An non isti
 artifices & iniusti idem faciunt quod solent cursores
 quidam, qui bene quidem currunt ab inferiore loco, a
 superiore vero nequaquam. Primum quidem celeri-
 ter profligunt, ceterum in fine cursus ridiculi sunt, at-
 que auriculas in humeris habentes incoronati semet
 abripiunt. Monet adagium insitituende rei non iam
 celeritatem quam curam adhibendam esse, ne postea
 sit in mora, quod in operis ingressu fuerit. erratum.
 Item in re bellica plus efficit Fabij cunctatio, quam M.
 Minutij præceps temeritas. Siquidem is vnus Hanni-
 balem multis iam præliis inuictum, non viribus, sed
 lentitudine superauit. De quo præclare Ennius apud
 M. Tullium in Catone maiore:

Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

Non ponebat enim rumores ante salutem.

Ultra catalogum.

ὑπὲρ τὴν κατάλογον ἦν, id est, *Ultra catalogum vivit. De eo dicebatur,*

dicebatur, qui multum atatis viueret, ut iam præscriptum illum annorum numerum præterisse videretur. Et, ni fallimur, apud Lucianum. Refertur a Suida.

Ultra peram sapere.

Τὸ πρὸς τὴν πέρην φρονεῖν, id est, Ultra peram esse sollicitum. Prouerbiæ figura dictum apud Lucianum in Timone, ἐλπίσκειν ὅτι καὶ μετρίων χρόνῳ ἵνα τὸ φιλοσοφῶντα, ὅτι μὲν ὑπὲρ τὴν πέρην φρονεῖν, id est, Oportet enim philosophi paucis contentum ac frugalem esse, neque quidquam ultra peram querere. Quadrabit vel in philosophum, vel in pauperem, sed præcipue in Christianum. Confine illi, Vita doliaris.

Vir videbatur naus supplicans
scopulo.

Ἀνὴρ ἰοικὶ νῆος ἰκτινίμῃ πέτρῳ. id est,
Vir visus esse est, naus obsecrans petram.
De stupidis ac stolidis, quibus aliud pro alio videtur, dictum indicat Suidas, ducta metaphora a naue quæ impingit in scopulum.

Viro esurienti necesse est furari.

Πεινῶντι καὶ πένι ἴσθ' ἀπαγκάως ἔχειν, id est,
Famelicus vir esse furax cogitur.
Suidas prouerbij nomine refert, quod congruat in eos qui extrema adæsti necessitate, quid faciunt. Velui si qui confiteatur se mentitum, dicat, quid facerem, aut quid mentendum erat, aut in summam veniendum infamiam, πεινῶντι καὶ πένι. Aut si quis auidus gloriæ, aliena pro suis edat, cum ipse de suo nihil possit egredi: comedere.

Vixit, dum vixit, bene.

Vixit, dum vixit, bene. Est in Hecyra Terentiana. Prouerbiale fuisse, vel senex indicat, rogans num præter unam sententiam nihil attulisset. Conuenit in eos qui molliter ac suauiter viuunt, atque faciunt sumptus, ut non multum iuuent heredem. Est autem amphibologia in verbo viuere, quod interdum simpliciter viuere est, interdum genialiter vitam agere, ut apud Catullum,
Viuamus mea Lesbia atque amemus.

Fumantem nasum vrsi ne tentaueris.

PROVERBII speciem habet & illud apud Martialem, Rabido nec perditus ore
Fumantem nasum vrsi tentaueris vrsi.
Sit placidus licet, et lambat digitosq. manusque,
Si dolor & bilis, si iusta coegerit ira,
Vrsus erit, vacua dentes in pelle fatiges.
Admonet non esse tentandos, qui possint nocere.
Consimili modo Synesius in Encomio Caluitij scripsit, Canem naribus prendere, pro eo quod est, prouocare mordacem & nociturum. Hac parte corporis ista potissimum vrsos irritari docent bestiarij.

E tribus malis vnum.

Τὸν τρεῶν κακῶν ὅ, id est, Trium malorum vnum. Suidas prouerbiū indicat apud Menandrum extitisse.

Sumptum autem a Theramene, qui cuidam e tribus malis vnum indixerit, e quibus quod vellet eligeret. Unde & Aristophanes apud eundem Suidam in Triphalete, ἰγὼ ὅ, ἀπολαραμύνης διδοίκα τὰ τρεῖς τῶν κακῶν. id est, Ego enim a Theramene metui tria hæc. Quæ sint autem ea tria, quare in prouerbio τὰ τρεῖς τῶν κακῶν. Id usurpauit Alexander in Aepolis. Aristides ait oraculum solere tradi obsignatum, quod qui solueret prius quam fas esset, vnum e tribus malis illum manebat, aut oculorum orbatio, aut manus, aut linguæ iactura. Sunt qui dicant iis, qui sententia capitali damnati fuissent, tria solere deferri, gladium, laqueum & aconitum.

Quam facile vulpes pyrum comest.

PLAUTVS in Mostellaria, Tam facile vinctes, quam vulpes pyrum comest. De re factu procliu. Quod nihil negotij sit vulpi dentatissima, pyrum edere.

Contrahere supercilium, inflare
buccas.

Οὐρὸς ἀπαυῶντι καὶ γνάβες φουδῶντι, id est, Adductis supercilij, & inflatis buccis. In fastuosos ac turgidos dictum Suidas admonet. Siquidem in supercilij, sicut aliis ostendimus, arrogantiae sedes. Horatius inflatas buccas ad iracundiam retulit argumentum:

-Quin Iupiter ambas

Iratus buccas inflat.

Diuus Augustinus in libris Confessionum, Buccis typhocrepantibus. Quo loco non nulli perperam typo legunt. Mirum est autem Augustinum voce Græcica tantopere delectatum, ut cum fastum dicere posset typhum dicere maluerit, nisi quod ea iam usu Latine donata videbatur. Traductum a ranis, quæ per iram inflantur. Notus est apologus. Aesopicus de rana per arrogantiam dirupta. Horatius,

Crescentem tumidis infla sermonibus utrem.

Sus comestatur.

Τεῖνον μῆστοι, id est, Sus saltauit, aut comestatur. Diogenianus ostendit dici solitum de iis, qui præter decorum quidpiam facerent: quiq. rerum successu præter meritum obiecto, semet insolentius efferunt. Attingunt & Suidas & Zenodotus. Est autem Græcis καμᾶσθαι iuuenum amantium more coronis, cantilenis, saltationibus, ceterisq. iuuenilibus nugis lasciuire, & in domos alienas irrumper. Irrumpunt & sues, unde Theocritus in Syracusis:

Ἀδρὸς ὄχλος ἀδινῶν ὁ πόρ' ὕει. id est,

Turba simul conferta suum more irruit:

Ceterum qui rusticiore sunt ingenio, mirum quam hæc dedecant. Locus erit ubi natura seuus et agrestis adfectat videri festiuus.

Dat veniam coruis, vexat censura
columbas.

NON tam ouum ouo simile, quam illud prouerbij speciem præ se fert, quod est apud Iuuenalem,

Dat veniam coruis, vexat censura columbas.

Pæna legū exercetur in humiles quospiam, et a quibus ob ingenij mansuetudinē aliquid emolumentum potest auferri. Rapacibus ignoscitur. Sumptū est ab apophthegmate

Τρ 2 mate

mate Anacharsidis, qui hoc dicto elusit Studium Solonis in conscribendis legibus, quemadmodum refert Plutarchus in vita Solonis, ὁ τὸν νόμον τοῖς ἀρχαίοις ὁμοίως ἔσκεν. καὶ οὗτος ἵσταντο ἡμῶν τὴν κῆρυκα καὶ ἀποδοῦναι, ὡς καὶ οὗτος, ἀποδοῦναι οἷον. Leges aranearum telis ad similes dicebat, propterea quod in illas si quid leuius, aut imbecillum incurrerit, haeret: sin maius aliquid, dissecat ac fugit. Ad eandem pertinet sententiam, quod in Phormione ait Terentius,

Quia non rete accipitri tenditur, neque miluio,

Qui male faciunt nobis illis qui nibil faciunt tēditur.

Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur.

Sutorium atramentum.

21. TULLIUS libro epistolarum nono ad Patum, Iā pater eius accusatus est a M. Antonio: sutorio atramento absolutus putatur. Subesse videtur prouerbiū. Sentit, opinamur hominem absolutum fuisse, iudicium corruptela, non citra infamiam. Est enim huiusmodi sutorium atramentum, ut neque magnopere atram imprimat notam, neque nullam tamen illinat maculam. Infamiam enim atramenti symbolo poeta significant, ut Horatius,

-Hic nigræ succus loliginis, hæc est

Aerugo mera.

Is quidem succus quidam est, quem plerisque mollium piscium, maxime Sepiis inesse scripsit Aristoteles li. De partibus animalium 4. eū tunica contineri membrana, emitti vero fistula quadā: quæ effundunt in metu, & aqua infuscāt, ne queat deprehendi. Rursus Horatius,

Sed velut intractata notam labemque remittunt

Atramenta, fere scriptores carmine sædo

Splendida facta linunt.

Ceterum quod Græci Chalcanthum appellant, Cornelius Celsus fere vertit sutorium atramentum: cuius frequenter meminit in medicinis, præsertim lib. 5. Colligitur ex ære. Vnde Græcis nomē χαλκάνθη, quasi dicās flos aris. Vnde suspicamur magis dici maculam, quam agre possis diluere. Nam atramentum quod scriptorium vocant, facilius diluitur, nec inhaeret corio. Plinius in epistola simili figura dixit, Vitelliana cicatrice stigmosum.

Surda testimonia.

Κεφαλαία τεύχεα, id est, Surda testimonia, dicuntur quæ feruntur per tabulas, propterea quod hæc rogata nihil respondeant. Ut non discrepet ab illo, Muti magistri. Vnde surdis agere testimoniis prouerbio dicuntur, qui vel procul absentes, vel vita desinētos modo citant, ne queant deprehendi.

Perdere naulum.

IUVENALIS in Satyra, cui initium, Stēmata quid faciunt. Præconem Chxrippe tuis circumspice pannis, Cum Pansa eripiat, quidquid tibi nacta reliquit, Iamque tace, furor est post omnia perdere naulum. Domitius Calderinus, ut inter recentiores haudquam malus auctor, admonet prouerbiū esse in eum, qui cum multa amiserit, reliquum etiam velit perdere. Sumptam autem metaphorā a mercatoribus, qui cum nauigant, si minus, quantum cupiunt, lucrari possunt, student ut saltem recuperent ex mercibus diuen-

ditis, quantum pro vettura nauali soluerunt. Aristippus interrogatus a quodam, num esset ubiq. ridens, εἰ δὲ νῦν, ἴφην, παρὰ πόδῳ τὸ ναυλόν, καὶ πενταχῶς ἔμει. id est, Naulum igitur non perdo, inquit, si quidem ubiq. sum. Refertur a Plutarcho in commentario, cui titulus, εἰ δὲ διδάκτῃ ἡ ὄρετι.

Siculiffare.

Σικελίζειν, id est, Siculiffare, Eudemus indicat antiquitus usurpatum, pro eo quod est, auisterum esse, tetricumque. Et eum quidem in modum Epicharmiū usum esse. Ceterum aliis placere magis referendum ad improbos & vafros. Non dubium quin ab eius gentis moribus sit sumptum. At Athenæus Dipnosophistarum lib. 1. indicat, adagium natum ab Androne Siculo, qui morē inuexerit ad tibiam saltandi, gesticulandique.

Sedens columba.

Ἡμεῖς πελαγεῖ, id est, Sedens columba. Suidas prouerbiū titulo commemorat, indicatque dici solitum, de supra modum mansuetis ac simplicibus. Nam columbae cum auolant, fallunt ceteras pernecitate volatus, cum sedent, nihil mitius, aut simplicius. Neque quidquam habent, quo se tueantur aduersus miluos & accipitres, præter alarum velocitatem. Videtur dici posse & in eos, qui simplicitatem simulant, quo magis imponant, propterea quod mos sit aucupibus, exoculatam columbam in reti ponere, quæ subsultans, ceteras columbas alliciat. Ea Græcis dicitur παλεύτρια, a verbo παλεῖν, quod est seducere, siue in laqueum illicere. Aristophanes in Auiibus de columbis loquens,

Καὶ ἰπὸν καὶ καὶ παλεῖν δὲ μένεις εἰ δὲ κτλ. id est,

Et cogit paleutriam agere, alligatas in reti.

Vide lector num legendum sit ἡμεῖς, id est, illaqueata, id enim patitur, quo fallat alias.

Simia barbata seu caudata.

Πίδακος πόρον ἱχθῶν, id est, Simia barbam portans. Aristophanes εἰς ἀχαρνέας, δὲ πίδακι τὴν πόρον ἱχθῶν. Interpres admonuit adlusum esse ad illud Archilochii, τοῖσι δ' ὃ πίδακι τῷ πυγῇ ἱχθῶν, id est, Talem o simia caudam habens. Dici solitum de ridiculis. Regulus Rustichum Stoicorum simium dixit, contumeliae gratia, ut refert Plinius in Epistolis, opinamur quod barba & pallio Stoicum ageret verius quam moribus. Idem Aristophanes alio quodam loco quosdam δῆμο-πιδάκες appellat, quasi populi simias. Est autem hoc animal natura κλωποιοῖον, nec in alium usum videtur natum, cum nec valeat ad esum ut oves, nec ad adiū custodiam ut canes, nec ad onera gestanda ut equi. Athenæus lib. 14. narrat Anacharsim philosophum, genere Scytham, cum in conuiuium inducerentur homines ad risum mouendum edoctrus, solum omnium non risisse. Tandem cum inducerentur simia, cepit ridere: rogatus causam, Hæ, inquit, natura sunt κλωποιοῖοι, illi fingunt.

Sibi canere.

Εαυτῷ ψάλλειν. Sibiipsi canere, dicitur qui non ad alieni arbitrium facit quidpiam, sed animo obsequens suo. In Platonis conuiuiο iubent tibi canere sibiipsi canere. Et canto

cantor quispiam, Antigenidas opinamur, iubet discipulum, quod populo non admodum gratus esset, sibi canere & Musis. M. Tullius in Eruto, Id enim est summi oratoris, summum oratorem populo videri. Quare tibicen Antigenidas dixerit discipulo sanc frigeni ad populum, Mibi cane & Musis: ego huic Brute dicenti ut solet apud multitudinem, Mibi cane & populo dixerim. Diuus Hieronymus ad Ismeniam refert, huius discipulum. Atque is non iussus est sibi canere, sed præceptor qui poterat iudicare.

Si leonina pellis non satis est, vulpina addenda.

Αν ἡ λειωντὴ μὴ ἐξικέτω, τὴν ἀλώπεκιν προσέτατον, id est, Si leonis exuium non sufficit, adde vulpinum. Cum viribus res obtineri non potest, dolus adhibendus. Adagium natum est ex apophthegmate Lysandri. Nam is, quemadmodum in eius vita memorat Plutarchus, irridere solitus est, qui velut ab Hercule prognati, bellum apertis viribus, citraque dolum gerendum esse censebant, cum ipse magis existimaret boni ducis officium esse, quo leonina pellis non attingeret, eo contendendum adfuta vulpina. Quod quidem propemodum indicat & Maro, cum ait,

-Dolus an virtus, quis in hoste requirer?

Adagium refertur a Zenodoto. Huic adfina est quod apud Plutarchum in vita Syllæ Carbo dixisse memoratur. Cum enim Sylla non solum aperto Marte, sed dolis bellum gereret, ait οὐκ ἀλώπεκι καὶ λέοντι πολέμῳ ἐστὶ τὴν σύλα τυχὴν ἐκποικίσσειν, ἢ οὐ τῆς ἀλώπεκος ἀλὶὸν τὸ μάχων, id est, Quod bellum gerens cum vulpe ac leone, quorum utrumque habitabat in animo Syllæ, a vulpe vehementius angeretur. Apud Aristophanem quidam dicitur, κυναλωπῆς, quod caninam impudentiam cum vulpina astutia coniunxisset.

Siculus miles.

Σικελὸς στρατιώτης, id est, Siculus miles. In peregrinum ac mercenarium militem prouerbiali ioco dicebatur, propterea quod Siculi temporibus Hieronis exorico milite plerumque uterentur, auctore Zenodoto. Conueniet in hominem lucri gratia, nullum ministerij genus recusantem. Adfina est illi, quod de Care dictum est alibi.

Pro bonis glomi.

Αὐτ' ἀγαθῶν ἀγαθίδες, id est, Pro bonis glomi. Dicit consuevit, ubi quis beneficium, quod in alium contulisset, cumulate, cumque senore reciperet. Agathides enim Græcis glomi dicuntur: verum adlusionis decus in voce Græca est, quod in sermone Latino reddi non potest. Meminit Suidas.

Sine pennis volare haud facile est.

ΜΑΝΕΤ etiam hodiernis temporibus vulgo celebre, quod est in pænulo Plautina: Sine pennis volare haud facile est. Idem in Asinaria: Defraudem te ego? Age sis, sine pennis vola. Locum habet, cum deesse significamus adminicula, sine quibus negotium peragi non possit. Reperitur apud idoneos auctores, Accidere alas, pro eo quod est, adimere materiam, facultatemque conandi quippiam, Et, Addere alas. Horatius simili forma dicit Decidere pennas.

Vnde simul primum me dimisere Philippi,
Decis humilem pennis.

Et Cicero ad Atticum libro quarto, Qui mihi pennas inciderant, nolunt easdem renasci. Idem in Academicis dixit: Incidere nervos, pro adimere vires. Cognatum est illi quod alibi retulimus, sic πῦρ ξάων, id est, Ignem diuidere. Quod pro impossibili retulit Plato libro De legibus 6. ὁλίγος δὲ ποῖον τὴν νύμφη τὴν πᾶσαν τὸν εἰς πῦρ ξάων, id est, Ut propemodum legum conditor faciat, quod solent, qui ludunt, in ignem impingentes istum, hoc est, inaniter laboret: quod ignis mox in se coeat. Eius generis est illud apud Platonem in Eryx, κατὰ μάχον δὲ αὐτὸν ἐγὼ ὅτι ἴσον εἶναι πιστῶ, ἔπειτα τὸ λιγύμενον λίβον ἐκείνῳ, id est, Vbi cognouissim tale esse hominis ingenium, ut illi suadere nihil aliud fuerit quam lapidem decoquere. Hæc fatemur aliis locis tempestiuus potuisse dici, sed non omnia locis omnibus occurrunt.

Siphniassare.

Σιφνιαζέω, id est, Siphniassare. Suidas indicat prouerbio dici solere, pro eo quod est manum admoovere politico: sumptum esse a moribus Siphniorum, qui libidinis causa id facilius consueverint. Est autem Siphnus insula quæpiam, haud procul a Creta, cui quondam nomen fuerit Merope, vel hoc nobilis elogio, una e Cycladibus. Refert eam & Plinius libro quarto, capite duo decimo, prouerbium indicat & Stephanus.

Iuxta melam.

Κατὰ μέλῳ, id est, Iuxta melam. Suidas ostendit prouerbio dici solere, ubi quis incerta coniecturis persequeretur. Sumpta metaphora a medicis, ulcus internum immisso per fauces instrumento quopiam explorantibus. Id enim instrumentum μέλῳ vocant, & μέλῳ, ad hunc modum tentare.

Non idem sunt scriptura & Leucæus.

Γραφὴ καὶ λευκαῖος ἑταῖρος, id est, Scriptura & Leucæus non sunt idem, aut non conueniunt. Vbi quis aliud scribit, aliud facit, aut dicit. Recte iacietur in eos, qui stare pactis nolunt. Nam hæc plerumque syngraphis constant. Aut in eos quorum vita non congruit cum libris editis. Versus Græcus constabit si addas λίγος. Coniicere licet Leucæum fuisse male fidei scribam.

Bellicum canere. Receptui canere.

ALIAS admonuimus, ferme prouerbiales esse metaphoras, quæ sumuntur a bello, veluti Bellicum canere pro eo quod est, animare atque exhortari. M. Tullius Philippica 7. Bellicum me cecinisse dicunt. Item Canere classicum dicitur, qui excitat dissidium. Receptui canere, pro finire. M. Tullius Philippica 12. Quis. n. reuocante & receptui canente senatu properet dimicare? Quintilianus libro. 12. cap. quæ post finem studia, Quare antequam in has ætatis veniat insidias, receptui canet, & in portum integra naue perueniet. Signa canant apud Martialem, id est, iam congregiamur: & apud Plautum, Collatis signis depugnare: apud eundem Versis gladiis depugnare. Quin hoc ipsum collatis signis, haud dubie prouerbij speciem habet, cum

P p 3 signifi-

significamus seriam & exactam de re disceptationē,
ut M. Tullius in epistolis ad Atticum, Vt cū Maphra-
gognis collatis. Apud Iuvenalem,
-Hæc tubarix. Id est, hoc belli initium.

Pithon formosus.

Πίθων καλός, id est, Pithon formosus. Conueniet ubi quis
per adulationem falso laudatur. Pindarus in Pythiis
hymno 2. καλὸς τοι Πίθων παρὰ πᾶσιν αἰὶ καλός. id est,
Formosus Pithon semper apud pueros formosus. In-
terpres ostendit sumptum a pueris adulantibus simi-
le, subinde diffidentibus καλὸς Πίθων. Videtur autem pi-
thon esse diminutiuum huius dictionis Πίθκος, quasi
dicat similiolus. Taxat Pindarus oblique quendam,
vel quod ab indoctis laudatus tolleret cristas, vel
quod ipse adularetur Hieroni, laudans non laudanda.
Est autem φιλαργία peculiaris huic animanti, adeo ut
laudes sentiant & speculis delectentur, & suos catu-
los contrectari gaudeant, ipsiq. suos catulos comple-
xu necent. Ad gratiam loqui veteres dicebant χαρι-
γλωτῆν, quo verbo vsus Aeschylus in Prometheus
vinctus, docet Athenæus libro quarto, Eodem referen-
te qui incunda potius quam vera loqui studio habe-
bant, ἡδυγλωτῆν dicebantur.

Semel rubidus, ac decies pallidus.

Ἀπαξ πυρρὸς καὶ δέκα τὸν χλωρὸς, id est, Semel rudibus, &
decies pallidus. Suidas admonet dictum de iis, qui mu-
tuum accipiunt, quos necesse est crebro tum rubescere
pudore, tum metu pallefcere. Rubescere, dum petunt
mutuum: pallefcere, dum soluendo non sunt, & metuunt,
ne trahantur in ius, aut in neruum.

Semper seni iuuenulam subiice.

Αἰὶ γέροντι νύκτα ἐπιβέβηκε κόρη, id est,
Semper puellam virginem subiice seni.
Senarius prouerbialis admonens ut prouectioris eta-
tis viri, puellam ducant magis quam animum, ne si fri-
gus acceperit frigori, languente Venere, steriles exi-
stant nuptiae. Quamquam nō inepte trahetur ad alios
item vsus, quoties significabimus ita rerum coniun-
ctionem temperandam, ut quod alibi diminutum sit,
aliunde suppleatur: videlicet ut seni conuictor adda-
tur iuuenis, quo senilis ætatis tristitiam, huius hilari-
tas moderetur: rursus iuuentutis exultantiam, seni-
lis seueritas temperet. Item, ut loquaculus adiunga-
tur, plus satis taciturno, audaculus timido, pauper di-
niti. Prouerbiū meminit Diogenianus.

Semper superioris anni prouen-
tus melior.

Αἰὶ τὸ πῆρσι βελτίω, id est,
Superior annus semper antepositur.
Cum præsentia displicent, & anteferuntur anteacla.
Diogenianus admonet id acclamatum ab Atheniensibus
in rebus Macedonicis. Sumpta metaphora ab agri-
colis, qui semper de præsentis anni fructibus querun-
tur apud dominos. Huc pertinet illud Horatianum,
-Laudator temporis æcli
Se puero.

Sacra nihil sunt.

Τὰ ἑύχρηστα εἶναι ἐστίν, πλὴν γένεα καὶ κότρη, id est, Sacra

nihil sunt præter malas & cornua, de victimis maci-
lantis. Trahetur non inconcinne ad cibum minime
esculentum, Refertur a Suida.

Scytharum solitudo.

Σκυθῶν ἐρημία, id est, Scytharum solitudo, pro summis ca-
lamitatibus, exitioq. dictum est, apud Aristophanem
ὁ ἄχαρνός,

Ἐξολέσθαι συμπλᾶκος τὰ τῆ σκυθῶν ἐρημία. id est,
Impeditum deperire Scythicæ solitudini.

Quo loco commentator indicat prouerbiū dici soli-
tudo de ingenti solitudine: ductum autem inde, quod
Scythæ nullis certis sedibus vtantur, sed vagi seran-
tur in plaustis. Eamq. ob causam, regio feris abun-
dat. Meminit adagij & Q. Curtius libro rerum ab Ale-
xandro gestarum 7. apud quem Scytharum legatus
ad hunc loquitur modum: Scytharum solitudines Græ-
cis etiam prouerbiis audio eludi. Nos desertæ & hu-
mano cultu vacua magis quam urbes & opulentos a-
gros sequimur. Usurpat & Plutarchus in libro de
Stoicis contrarietatibus, quemadmodum ante retuli-
mus in prouerbio, In caput præcipitari.

Scindere glaciem.

SCINDERE glaciem, est aperire viam, & in incipiē-
do negotio priorem esse. Translatum a nautis, quorū
unus aliquis præmittitur, qui flumine concreto, gla-
ciem prærumpt, reliquisq. viam aperiat.

Viuus fueris, vel cepe solum
accipiens.

Ζῶνς γίνῃσθαι, κρομμύς μόνον λαβόν, id est,

Si cepe tantum sumpseris, iam vixeris.

Zenodotus & Suidas ostendit in eos dici solitum, qui
ere quapiam pusilla, magnam opinionem consequun-
tur. Natum apparet ab ægroto, qui medico porrigen-
te cepe, reuoluerit, herbam alioqui plebeiam, nec eam
admodum salubrem corpori.

Sapientes tyranni, sapientum
congressu.

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν σωσιστῆς, id est,

Commertio sapientium princeps, sapit.

Zenodotus citat ex Aiace Locrensi, addens eundem
versiculum, a Platone citatum esse Euripidis nomine.
Certe huius nomine comperimus adductum libro de
Rep. octauo,

Σοφοὶ τύραννοι τῆ σοφῶν σωσιστῆς,

Quo magis admiramur quare Aul. Gellius citet ex
Theateto Platonis, nisi forte scribarum vitio pro
Theage deprauatum est Theateto, nam & in Theage
refertur. Aul. Gellius libro 13 ostendit eundem apud
utrumq. fuisse, apud Sophoclem, in eiusdem nominis
fabula, & apud Euripidem. Quemadmodum & alij nō
nulli versus apud Euripidem inueniuntur, quos eosdem
apud Sophoclem & Aeschylum licet inuenire. Por-
ro versiculum quem modo citauimus, Gellius notæ
vetustatis esse dicit, ut intelligas velut in prouerbiū
abiisse. Atque vtinam quam est grauius simul &
elegantius scriptus, tam placeret ætatis nostræ princi-
pibus, in quos illud fere dixeris:

Μῶρεϊ τυραννὶ τῶν καλῶν σωσιστῆς.

Leonis

Leonis exuium super crocoton .

Λεωντὶ ὑπὲρ κροκωτῶν, id est, Leonis exuium super crocoton. Cum duo quæpiam copulantur, quorum alterum cum altero nequaquam congruit. Sumptum a Baccho, qui hoc ornatu descendit ad inferos apud Aristophanem, ut veste muliebri, delicataq. indutus esset, ei. q. vesti leonis exuium impositum gestaret, quo videlicet Hercules creditur, formidabilis videretur inferis. Hunc igitur ad eum modum adornatum, sic in Ranis ridet Hercules,

Αἶψ' ὅς γ' εἴμ' ἀποδύσσει τὸν γάλον
Ὀρὼν λειοντίῳ ὑπὲρ κροκωτῶν κηρύλλῳ. id est,
Risum profecto haud sum potis compescere.
Crocoton additum leontæ conspiciens.

Nec aures habeo, nec tango .

Nec aures habere, nec tactum proverbio dicebatur, cui in manifestis ab omnibus reclamabatur. Hieronymus in præfatione declamationis, de matre & filia reconcilianda. Cur autem vercar appellare declamationem cum ipse quodam in loco nominatim hoc argumentum exercitij causa confictum a se subsignificet? Posteaquam enim, inquit, arguendo crimina, factus sum criminofus, & iuxta tritum vulgi sermone proverbium, iurgantibus & negantibus cunctis, nec aures me credo habere, nec tango: id est, taceam necesse est, & quod audio; tangoq. quasi nesciam. Potest videri sumptum ex Aristophanis Thesmophoriazusi, μὴ τ' ἀκούω μὴ τ' ὀρώ. id est, Neque audio, neque video.

Priusquam fortiaris, communia deuoras .

Πρὶν λαχεῖν, τὰ κοινὰ καταφάγει, id est, Priusquam sortitio facta sit, communia deuoras. In eum competit, qui non expectata partitione, rem inuadit. Ductam metaphoram indicat. Suidas a conuiuio, in quibus antiquitus mos erat e cibis suam cuiq. portionem distribuere, quemadmodum ex compluribus Homeri locis licet conicere, apud quem illud oppido quam frequens,

Καὶ ἐπεὶ ἐσθίει το δαιτὸς ἑστῆς.

Deinde receptam apud non nullos, ut citra distributionem propositis in commune cibis, quisq. quantum vellet, sumeret. Id quod indicat Plautus: Patinarias struit struices. Huius rei mentionem facit & Plutarchus in Sympotiacis, excutiens utra consuetudo magis probanda videatur. Porro proverbium sumptum est ex Equitibus Aristophanis:

Ἐπεὶ τὰ κοινὰ πρὶν λαχεῖν κατὰ δίκην. id est,
Quando publica, antequam illa fortiaris, deuoras.

Resin foro nostro vertitur .

PLAUTINVS Tranio in Mostellaria: Vbi egomet video rem verti in meo foro. Prouerbialiter dictum, pro eo quod est, posteaquam intelligo fortunas nostras commutari in diuersum, Traductum a mercatibus, in quibus rerum pretium pro tempore sæpenumero commutatur. Aut certe a iudiciorum formulis, & explicandarum litium. Cui diuersum est illud: In alieno foro litigare. Cognatum illi: Uti foro, quod alibi dictum.

Quodcumque in solum venit.

QUODCUMQUE in solum venit, id est, Quidquid in

rerum natura producit. M. Tullius libro De natura deorum 1. Hinc quodcumque in solum venit, ut dicitur, effingis atque efficis. Ridet atomos Epicureorum, ex quibus illi cuncta progigni credunt, quidquid usquā nascitur in vniuerso. Idem in ep. ad Patum. Et Varro apud Nonium.

Quando id fieri non potest.

NIHIL dici potest nec venustius, nec moralius ea sententia, quæ extat apud Terentium in Andria: Quoniam id fieri quod vis non potest, id velis quod possis: & δὴ μὲν οὐκ ὅτι θέλει, θέλει δὲ δύναται, Plurimum decoris adiunxit ea verborum conuersio. Qualis est in illis: Non viuendum ut edas, sed edendum ut viuas. Est autem adagium hoc finitimum illi, δὲ το παρὸν εἶναι ποιεῖν, id est, Oportet id quod adest boni consulere. Et Martialis inter felicitatis calculos commemorat, ut Quod sis, esse velis,

Quantum non miluus oberret.

QUANTVM non miluus oberret.

Prouerbialis est hyperbole, de homine supra modum locuplete, cui tantum sit agrorum, quantum nec miluus peruolet. Persius:

Dives arat Curibus, quantum non miluus oberret.

Id imitatus Iuuenalis Satyra nona.

-Tot miluis, inquit, intra tua pascua lassis.

Sic & apud Plutarchum tragicus quispiam,

Σπερεὶ δ' ἀρρερεὶ δ' ὠδὴν χ' ἡμετέρων ἀδόν,

Βόρην καὶ τὸν χυρὸν.

id est,

Arum colo bis sex dierum iter, solo

Berecynthio.

Plinius libro decimo octavo latifundia vocat, a quibus ait Italia perniciem inuectam fuisse, proinde veteres ita censuisse: Satius esse minus ferere, & melius arare.

Ptolemaica lis.

Πτολεμαϊκὴ δίκη, id est, Ptolemaica lis. Diogenianus indicat dici solitum in litium auidos. Anus quæpiam fuit Ptolemæis, quæ quodam vixit, lites agitabat, nec umquam a causis agendis erat feriata.

Prouoluitur ad miluios.

Προκυλινδίδται ἰκτῖνος, id est, Adorat miluium. Initio veris prodeunt miluij, quare lati tenues, quod iam hyeme sint leuati, prouoluuntur, eosq. velut adorant. Accommodari potest in eos, qui noua spe gestiunt. Suidas proverbij loco commemorat. Item Iuuenalis: -Durate, atq. expectate cicadas. Sumptum est autem ex Auiibus Aristophanis, προκυλινδίδται τοῖς ἰκτῖνοις. Causam adscribit interpres in eadem, docens quattuor partes anni per aues denunciari hominibus. Ver attribuit miluis.

Prienensis iustitia .

Πρίηνου δίκη, id est, Prienensis iustitia. Suidas ostendit conuenire cum significamus, aliquem in iudicando plurimum excellere. A Biante Prienensi sumptum, cuius integritas in iudicandis causis in proverbij abiit ut dicatur, διὰ δίκην βίαντος τὸ πρίηνως κριτάων. id est, In iudicando præstantior Biante Prienensi. Citatur

Pp 4 ex

ex Hipponacte iambographo, a Strabone libro Geographias decimoquarto, & in vita Biantis a Diogene Laertio. Etiam Demodici Lerij Trochaicus:

Εἰ γὰρ ἄγας τὴν δὴν, δικάζεις τὴν περὶ τῶν δίκων. id est,
Si quis agas causam, Prienes fac uti timore agas.

Hipponactis Scazon sic habet,

Αἰετὰ δικάζεις βίαντος τὴν περὶ τῶν κρητῶν. id est,
Si qua iudicas, Biantem fac Prieneum vincas.

De Bochoris & Rhadamanthi iudicio diximus alias.

Primum Marsin filiis laudatus est.

Τὰ πρῶτα ἀφ' ἧς εἰς τὴν παιδείαν ἐπληροῦτο, id est, Initio Mars laudabatur ob filios. De iis, qui initio specimē aliquod indolis egregiae prae se ferūt, deinde paulatim in alios degenerant mores. Quemadmodum evenit Romanis olim strenuis, & Martem generis auctorem virtute referentibus, post in degenerem prolapsis molliciem, ut non sine causa Iuuenalis exclamarit,

-Sed unde

Hæc tetigit Gradiue tuos vrtica nepotes?

Proverbium refertur a Suida.

Phrynichi lucta.

Τὸ φρυνίχης πέλαιμα, id est, Phrynichi luctatio. Diogenianus indicat diffitari sœtium de iis, qui astu dolisq. negotium peragunt. Fuit is Phrynichus Lacedæmonum proditor, quem vetus Comædia carbone notavit.

Pro malo cane suem repositis.

Ἀντὶ κακῆς κωδὸς σὺν ἀπατίῃ, id est, Pro malo cane suem repositis, id est, pro re vili pretiosam. Sus enim esculentus, canis haudquaquam vescus est. Refertur a Diogeniano.

Prudens in flammam mitto manum.

DIVVS Hieronymus quodā in loco proverbium usurpat huiusmodi: Prudens in flammam manum immittit, pro eo quod est, sciens expono me discrimini, malisq. obiticio. Sumptum videri potest ab historia Mutij Scaule. Extat & apud Ciceronem.

Proba est materia, si probum adhibeas artificem.

A PLAVTO dictum in Pænulo non sine proverbij specie: Proba est materia, si probum adhibeas fabri. Egregia quidem indoles, si recte instituat. Felix ingenium, si præceptor contingat idoneus. Aut magnificentum negotium, si modo scite tractetur. Metaphora notior est, quam ut sit indicanda.

Illo respiciens, sed hic remitte bona.

ÆSCHYLVS in Ranis Aristophanis, cupiens redire ad superos,

Εὐχόμενος αἰ, εἰ δὲ δὴ δ' ἐβέλομαι. id est,

Disurus illic, num hic quidem haud volo eloqui.

Cui Bacchus ad hunc modum responderet,

Μὴ δ' ὅτι σὺ γὰρ αἰετὰ δὴ ἀνὴρ τ' ἀρετῆς. id est,

Minime profecto, quin magis hic profer bona.

Interpres admonet ad lusum ad paræmiam,

Εὐχόμενος αἰ, εἰ δὲ δὴ δ' ἐβέλομαι. id est,

Illuc tuens, at huc remitte commoda.

Conueniet cū aliud prae nobis ferimus, aliud facimus: aut cum aliis adblaudimur, in alios re beneficium cō-

ferimus. Quidam a Charitibus mutuo sumptum existimant, quarum una a tergo respicit, & alteri munus offert, adridens alteri.

Ranæ aquam.

Βατρεῖχ' ὅς ποτε, id est, Ranæ aquam, subaudiendum ministras. Vbi quid exhibetur, quo vel præcipue gaudet is qui accipit. Veluti si quem nauis bibacem ad bibendi certamen prouoces, aut homini loquaculo narrandi materiam & occasionem subministras. Diuersum ab illo, βατρεῖχ' ὁ νότος. Recte accommodabitur, ubi quid datur abundanti. Nam ranis affatim est aquæ. Apud Athenæum refertur hoc carmen in Syracusanos,

Οἱ πίνουσι μόνον βατρεῖχ' ὅς ποτε, ὅς ἐν ἰδρύτι. i.

Qui absq. cibo viuunt ranarum more bibentes.

Theocritus in Ergatinis:

Εἰς τὸς ὁ πῶ βατρεῖχ' ὅς ποτε βίος, ὅς μελεδύνει

Τὸν πὶ πῶν ἐκχύνει, παρὲς ὅς ἀφ' ὅσον αὐτῶν.

O pueri ranæ vita est optabilis, ut quæ

Non metuat, potans effundere, copiamque.

Larga subest illi.

Pastor taxat parsimoniam Ergodote, quod sudantibus maligne præberet potum, cum ranis in otio viuentibus liceat bibere quantum libet. Sunt & hodie bibones quidam, qui sibi videntur perire siti, quod non in ipsis doliis habitent. Huic non dissimile est illud, Equum in planiciem. Illud autem diuersum, ἀσφάλκας εἰς κορυφῆν, id est, Talpam Coroncam. Est autem Coronea Bæotiae ciuitas, quæ talpam non gignit, & si aliunde inferatur, emoritur. Ita Stephanus, quemadmodum scarabeus in loco Thraciæ iuxta Olynthum, auctore Plinio.

Post bellum auxilium.

Μετὰ τὸν πόλεμον ὁ σὺμμαχία, id est, Post bellum suppetia. Quoties serius adhibetur remedium. Refertur a Suida. Natum est, aut certe usurpatum a Diogene Cynico. De quo Laertius huiusmodi fabulam narrat. Adolescens quispiam iactantior nuper uxore ducta, et tulum huiusmodi inscripsit adibus suis: ὁ τῶ δὴος παῖς καὶ ἰνίκος ἔρε κλῆς εἰς τὴν κατωκί, μὴδὲν εἰσὶ τῶ κακῶν. id est, Iouis filius Callinicus Hercules hic habitat, ne quid introeat mali. Diogenes adscripsit, μετὰ τὸν πόλεμον ὁ σὺμμαχία. id est, Post bellum auxilium, videlicet indicans, iam tunc receptum in eas malum, cum ipse malus immigrasset. Conuenit cū Platónico illo, quod alibi commemorauimus, μετὰ τὸν πόλεμον ὁ κακῶν. id est, Post bellum adesse. Brutus in epistola ad Lycios, αἰ μὴ καὶ ὑμεῖς μετὰ τὸν πόλεμον ὡς ἡ παροίμια, ἐκομίσασθε. id est, Machina vestra post bellum, ut habet proverbium, allata sunt. Item in epistola ad Myrenses, ὅς ποτε βραδύτης ἵσον ἔχει πρὸς μὴδ' ὅπως νομοῖτο τὸ ἀπ' ἐκ τῶν. id est, Nam tarditas in bello perim de est, ac si nihil omnino sit factum, quod frustra factum est. Quintilianus in declamatione cadaueris passi, duas habet sententias non absimiles proverbio. Quid quod medicina mortuorum fera est? Quid quod nemo aquas infundit in cineres? Sic indicat serum remedium. Siquidem agrotō mortuo sero venit medicus. Et adibus in cinerem redactis sero infunditur aqua.

Pinguis

Pinguis venter non gignit sensum tenuem.

DIVVS Hieronymus in epistola quadam, citat huiusmodi proverbum apud Græcos celebratum: Pinguis venter non gignit sensum tenuem. Quamquam fateatur id elegantius sonare Græce quam Latine. Græcus autem senarius extat apud Græcos huiusmodi:

Πάχυντα γαστήρ λεπτόν δ' ἰκτεὶ νόον, id est,

Subtile pectus venter obesus non parit.

Refert & Galenus contra Thrasylbulum, velut vulgo iactatum, καὶ τὸ το ἀπάντων χιδοὶ ἀδρόπων ἀδύτου δίο

τι πάντων ἐστὶν ἀλλοίωτον, θε γαστήρ ἢ παχύνει τὸν νῦν δ' ἰκτεὶ τὸν λεπτόν. id est, Et hoc ab omnibus prope hominibus canitur, eo quod omnium verissimum est, quod

venter obesus non gignit mentem subtilem. Apud Lacedæmonios infame erat, si quis corpore fuisset vehementer obeso.

Agatharchides apud Athenæum libro 12. refert Anclidem ob delicias supra modum corporulentum, in concionem adductum fuisse, atq. illic a Ly-

sandro vehementer obiurgatum, minimumq. abfuisse quin in exilium agcretur, idq. futurum minitatos Lacedæmonios, ni vitam frugalius institueret.

Et ibidem Menander de quodam obeso loquitur, παχὺς ὄψε

ἰκτεὶ νόον. id est, Obesus etenim sus premebat os viri. Admonet adagium, luxu corporis hebetescere mentis aciem.

Quemadmodum scribit etiam Horatius:

-Nam corpus onustum

Hæsternis vitiis animum quoq. prægruat ipsum,

Atque affigit humo diuinæ particulam auræ.

Plutarchus apud Cellium ostendit pueros multo pastu stupidioris ac tardioris ingenij euadere.

Piscem natare doces.

Ἰχθὺν μάχιδου διδάσκει, id est, Piscem natare doces. Perinde est ac si dicas, doctum doces. Confine illi quod alibi retulimus, ἀλφεινὰ μάχιδου διδάσκει, id est, Delphinum natare doces. Quod idem ad hunc effertur modum, ἀλφεινὸν κορυμβὰς συμβαλεῖν. id est, Delphinum quemadmodum natare oporteat cōsulis. Auctor Diogenianus.

Pitana sum.

Πιτάνη ἐμὴ, id est, Pitana sum. Zenodotus indicat dici solitum de iis, qui in extremas redacti calamitates, ab iisdem denno in pristinam felicitatem restituantur. Sic enim euenisse quondam Pitaneæ Aëolix ciuitati. Nam hanc a Pelsagis in seruitutem redactam, Erythræi in libertatem pristinam vindicarunt.

Pistillo retusius.

PROVERBIALIS est hyperbole, quam in epistolis usurpauit diuus Hieronymus, Pistillo retusius, pro eo quod est, minime acutum. Timon Misanthropus Cleanthem ob ingenij tarditatem appellat, ὀλμων ἀπολμων, id est, Pistillum siue mortarium ignauum. Et Chrysippeum acumen, apud eundem per ironiam usurpatur in stupidum. Et Cornutus syllogismus, pro ratione ridicula, friuolaque.

Partitio non prælocatio.

Μετὶς δ' ἑνὶς, id est, Sortitio, non prælocatio. Olim cum ii qui viribus præpollerent, cibum eriperent imbecilliori

bus, manus interim in illos iniicientes, excogitata est, ut sortibus ex æquo diuideretur epulum, idq. ab omnibus acclamari ceptum, μετὶς δ' ἑνὶς, id est, Partitio, non strangulatio. Ea vox in proverbium abiit. Quo licebit uti, si quando significabimus, non esse locum violentiæ, sed ex æquitate iuris oportere tractari negotiū. Plutarchus in collectaneis, si modo illius sunt, citat his verbis, μετὶς δ' ἑνὶς, id est, Partitio est, non strangulat. Admonet & Suidas hac forma proverbium afferri.

Paries dealbatus.

Τοῖχος κεκονίαμενος, id est, Paries dealbatus aut incrustatus. Lucianus, Myrronis & Praxitelis colossos ad huiusmodi ferme similitudinem trahit in Gallo, quod foris multo niteret ebore, multo fulgerent auro, variisq. coloribus arriderent: præterea Iouis, aut Neptuni representarent imaginem, fulmen aut tridentem dextra tenentes, ut plane numen aliquod esse viderentur, cum intus nihil apparet, præter picem, clauos, araneas, mures, atque id genus sordes alias, haudquaquam ad exteriorem illam imaginem respondentes. Atque huiusmodi principum esse vitam adfirmat, quorum si strepitum & apparatus inspicias, nihil felicius, nihil deorum vitæ similis: sin curas, suspiciones, odia contemplere, quibus intus discruciantur, nihil calamitosius. Seneca Philosophos, qui cum docerent honesta, turpiter viucrent, similes esse scripsit quorundam medicorum pyxidulis, quarum tituli remedium pollicerentur, cum intus venenum occultarent. & diuerso, qui meliores sunt intus, quam oratione, quamq. prima illa vitæ specie, quasiq. fronte præ se ferunt, hos Plato Silenis ad similes facit, de quibus alio diximus loco.

Ollam alere.

Χύτραν τρέφειν, id est, Ollam alere dicebantur, qui metum ostenderent, quo deterrerent querapiam. Veluti si quis præsidium alicubi collocatum habeat, quo minus vicini res nouas moliantur. Sumptum id est a amore ciuitatis Atheniensis, in qua ollas in testis disponere consue runt, ad deterrendas vlulas, quarum illic maxima vis. Nam illarum strepitum omne genus animi reformidat. Adagium refertur tum a Suida, tum a Diogeniano. Sumptum est ex Aristophanis Comædia, cui titulus, Aues.

Οτι μὲν δὲ μάχιδου λαμβάνει τὸν χύτραν.

Τὴν δὲ χύτραν ὠφελεῖται;

Γλαῦξ μὲν δ' ἐπεὶ οὐκ ἐστὶν.

Pugnare sane oportet simul & ollas sumere.

Sed quid iuuabit olla?

Vlulas nos tum non adibit.

Oleum & sale oporteret emere.

Τὸ ἔλαιον καὶ τὴν ἀλά δὲ ἀνῆλθαι. id est, Oleum & salē oporteret emere. Refert adagium hoc Aristoteles Rhetoricorum libro secundo, tractas de locis & enthymematibus. Proponit autem huiusmodi exemplum antistrephontis: Sacerdos quædam dissuadebat filio, nequando verba faceret apud populum. Nam si iniusta suaseris, inquit, deos habebis iratos: sin iusta, homines. Id hoc pacto ἀντιστρέφειν, id est, reciprocatur filius. Immo expedit orationem habere apud populum. Quandoquidem

quidem si iusta dixerō, dii me amabunt: si iniusta, homines. Atque huiusmodi genus argumentationis cōfine putat proverbio quo iubemur, oleum ac salem emere: τὰς ἰδ' ἐστὶ τὰ αὐτὸ. ὡς λέγουσιν τὸ ἔλαιον πρὸς αὐτὸ καὶ τοὺς ἑλᾶς. id est, Hoc autem idem est cum eo quod dici solet, oleum emere & salem significans opus esse non numquam remediis contrariis, nunc acrimonia, nunc lenitudine. Sal enim mordet ac siccatur. Oleum lenit ac humectat. Sic medici oleum addunt sali, ne plus satis erodat: & qui sapiunt, admonitionis acrimoniam bonis verbis leniunt.

Tamquam suber.

Ὡς φησὶς, id est, tamquam suber, de iis, qui non norunt dissimulare, aut qui nesciunt mergi aduersis fortune procellis. Exstat apud Pindarum. Tractum a natura ligni, quod non solum ipsum non mergitur, verum etiam alligatum aliis ne fidant, sustinet. Vnde retibus adsuitur, & natantibus subditur.

Obtrudere palpum.

OBTRUDERE palpum apud Plautum, est arte, sucoque decipere. Ego, inquit, isthuc aliis dare condidici, mihi obtrudere non potes palpum. Vnde & Palpari pro adulari, & Palpones adulatores vocamus a simili metaphora. Metaphora tracta est ab equisonibus, qui ferocientibus equis, plausu manus adblandiuntur, ut ostendimus alibi.

Ne quis vmquam Megarensibus.

Μηδὲ ποτὶ μηδέ τι μεγαρέων γένετο σαρφώτης, id est, Numquam quisquam sapientior sit Megarensibus. Scommma proverbiale, iaci solitum in stupidos. Dictum est autem per adulationem de Megarensibus, auctore Diogeniano.

Nulla candidorum virorum utilitas.

Οὐδὲν λευκῶν αἰδράων ὀφελος ἡ σαρφοτομήν, id est, Nullus candidorum virorum usus nisi ad cerdonicam. In molles & effeminatos dictum, ac veluti voluptatibus natos. Id enim innuit, opinamur, per cerdonicam, iuxta illud Martialis:

-Quid ad te,

De cute quid faciat ille, vel ille sua.

Ceterum in negotiis gerendis inutiles. Contra qui nigra sunt cute, & hispida, hi magis allegandi sunt ad administrandam Rempublicam. Vnde & Herculem μέλαμπυρον appellarunt, tamquam strenuum, & mollicie alienum, quemadmodum alibi demonstratum, in proverbio Ne in Melampyrum.

Nox humida.

Νύξ ὕγρη, id est, Nox humida. De malis ingruentibus dici solitum, auctor est Diogenianus. Quemadmodum de latiore fortuna dicimus, exoriri lucem. Apud eundem est, νύξ δαούια, id est, Nox spissa, de nocte hyberna. Quæ si cui non videbuntur in adagiorum numerum referenda, is ea rescribat Diogeniano, si libet.

Quid ad farinas?

Τί πρὸς τ' ἀλφίται, id est, Quid ad farinas? id est, quid attinet ad parandas facultates? Nam ἀλφίται pro vitu, pro quoque re familiari ponere, poetis est familiare.

Aristophanes in Nebulis:

Τί δέ μ' ὠφελήσει οἱ ἐνέμοι πρὸς τ' ἀλφίται, id est, Quid me numeri tandem ad farinas iuuerint? Id recte detorquebitur ad artes steriles, ut poeticam, ὅθεν πρὸς τ' ἀλφίται, quod vulgo dicunt de pane lucrando, sermone celebri magis quam erudito.

Numeris Platonis obscurus.

PROVERBIALIS hyperbole videtur, quam usurpat M. Tullius in epistolis ad Atticum, libro 7. Aenigma Oppiorum ex Uelia, plane non intellexi. Est enim numero Platonis obscurus. Id ideo dictum, quod Plato numeris Pythagoricis obscurat suam philosophiam, ac veluti nebulas quasdam offundit, præcipue in Timæo. Nam Pythagoras omnem fere philosophiæ rationem ad numeros traxit. De quibus permulta Macrobius in commentariis quos edidit in Somnium Scipionis.

Nihil ex agro dicis.

Οὐδὲν ἐκ ἀγρῶ λέγεις, id est, Nihil e rure loqueris, id est, Nihil humile, neque triviale. Quod enim parum elegans, parum expolitum, id ex agro profectum dicitur. Contra quod festiuium, quod lepidum, id urbanum ac civile vocant. Meminit Suidas.

Nihil graue passus es, nisi.

Οὐδὲν πένονθαι δεινὸν εἰ μὴ πρὸς τὸν αἶν, id est, Nihil graue accidit, nisi tibi vindicatis. Meminit Diogenianus. Nemo lædatur, nisi a seipso. Nemini fit iniuria, si eam existimet ad se non pertinere.

Ne spina quidem vulnerabit bonos.

Μηδ' ἀχρεὶς ἀμύνη τὰς ἀχρείας, id est, Ne spina quidem vulnerabit bonos. Nemo molestus fuerit innocenti. Nam spina natura pungit quemlibet. Sed ubique tuta est innocentia vitæque integritas.

Næra & Charmione.

Νᾶρα καὶ χαρμίον, id est, Næra & Charmione. De fide amicis dici solitum scripsit Zenodotus, quiq. non dubitarent vel mortis esse comites amicis. Erat autem hoc amicitia genus laudatum apud Aegyptios, quod appellabant σωαποσίμωντων, id est, commorientium. Quibus hoc necessitudinis genus placebat, in hac lege copulabantur, ut si alteri fatale quidpiam accidisset, alter ultro mortis socium sese adiungeret. Hoc fœdere coheserant Antonius & Cleopatra. Significat & Horatius libro 2. Oda decima septima, simile quiddam erga Mecenatem:

-Ille dies utramque

Ducet ruinam, non ergo perfidum
Dixi sacramentum, ibimus, ibimus,
Vt cumq. præcedes, supremum
Carpere iter comites parati.

Rursum alio loco:

Quid nos? quibus te vita sit superstitis
Lucunda, si contra grauis.

Sed ut redeamus ad proverbium, Næra & Charmione, duæ erant Cleopatra reginæ pedisseque, quæ spontaneam Cleopatra mortem sunt imitæ: ac semivivæ repertæ sunt, domina iam mortuæ coronam capite delapsam

lapsam reponentes. Est quidem historia memoratu cum primis digna, nec iniucunda cognitu, verum eam si quis forte requireret, petat licebit ex Plutarcho in vita M. Antonij.

Neque nullis sis amicus, neque multis.

CARMEN illud Hesiodi, sicut & alia pleraque, cessit in proverbium:

Μη δὲ πολλοῖσιν, μηδ' ἀγαθὸν καλεῖσθαι. id est,

Nec multis, at nec nulli dicaris amicus.

Aristoteles libro Morali nono, tamquam proverbio iactatum citat, ac dictum probare videtur, propterea quod prorsum citra ullius amici consuetudinem vivere, serinum atque iniucundum esse videatur. Rursum nec vehementer amare possumus simul multos, nec pluribus morem gerere. Quin & Lucianus in Toxaride narrat apud Scythas, πολυφιλίας, id est, complurimum amicitiam non aliter infamem fuisse, quam apud alias gentes, unius mulieris cum pluribus viris consuetudinem. Quamquam diversus sentit M. Tullius in libro De amicitia. Et Plutarchus in commentario ἀλλὰ πολυφιλίας.

Nebulas diuerberare.

Νεφέλας ξάλλειν, id est, Nebulas diuerberare, dicitur, qui vel in re stulta, vel quæ fieri non queat, frustra sumit operam. Meminit Diogenianus. Suidas suspicatur ductum, ab eo qui dixit nebulas esse lanam expansam, quasi similiter debeant carminari.

Myconius vicinus.

Μυκόνιος γείτων, id est, Myconius vicinus. In eum, qui inuocatus ad conuiuium accedit. Nam hoc nomine Myconios notauit antiquitas, quod liguritores essent, & alienæ appetentes mensæ. Ad hunc modum Suidas. Zenodotus autem ait conuenire in sordidos, atque humiles homunciones, propterea quod ea insula, inter cōtemptas habitas sit, obsterilitatem, atque ob id gentem auidiusculam, & alieni appetentiorum fuisse. Athenæus idem ferme testatur in primo sermone Dipnosophistarum, citans hunc ex Archilocho versum, quo taxauit Periclem quendam, ὅς ἀκατενὺς πικρὸν εἰς τὸ συμπόσιον μυκόνιον δικά. id est, Velut qui inuocatus irruerit in conuiuia Myconiorum more. Idem addit Myconios, quod inopes essent, utpote sterilem insulam incolentes, ὡς γὰρ ἐστὶ καὶ πλείονες fuisse notatos. Egestas. n. facit anidos alienarum rerum, unde & Cratinus Ischomachum quendam gula mancipium, Myconium appellavit.

Mortuos videns.

Νίχρες ὄρον, νίχρωσιν ἔχεις περὶ χυμάτων, id est, Tibi occident res, mortuos si somnias.

Refertur a Suida tamquam vulgo iactatum de diuinatione, quæ sumitur ab insomniis, superstitione multo omnium vanissima. Id tamen ita dictum est, quod mors finis sit omnium huius vitæ malorum.

Mortui non mordent.

Οἱ περὶ νεκρῶν οὐ δύνανται, id est, Mortui non mordent. Id etiam hac tempestate vulgo diffusum. Natum ex apophthegmate Theodori Chij, qui fuit Ptolemæi regis in arte Rhetorica præceptor. Hic enim in consilium ad-

scitus, cum deliberaretur, verum Pompeius ab Aegypto repellendus esset, an admittendus, censuit receptum occidendum, addens hoc dictum νίχρες οὐ δύνανται, id est, mortuos non mordere. Refert Plutarchus in vita Pompeij.

Adscisce ad extremum scientiam.

Εἰ μὴ εἰς ἄκρον τὴν ἐπιστήμην, id est, Adcerse ad extremum scientiam. Non statim utendum extremis ingenij viribus, verum ubi iam urget ultimum periculum, tum ad artes confugiendum.

Miserrimum fame mori.

SENTENTIA etiam cantionibus apud veteres celebrata, teste Platone, Miserrimum mortis genus, fame mori. Sumpta est autem ex Homericæ Odysseæ M.

Ρᾶν τις μὴ σὺν τοῖς ὄντιναι διλοισι βροτοῖσι,

Λιμῶ δ' οἰκτίσον θνήσκον καὶ πότμον ἐπιπύον id est,

Dura quidem miseris mors est mortalibus omnis,

At perisse fame, res vna miserrima longe est.

Plato libro De republica tertio refert hoc carmen, veluti pestilens moribus adolescentium, cum nulla mors sit misera quæ honestatis gratia appetitur. Accommodari poterit in sordidos quosdam, qui quo parcant nummis, defraudant genium suum: aut in eos qui perreunt inscitia veri,

I modo venare leporem, nunc

Itym tenes.

PLAVTVS in Captiui duo, I modo venare leporem, nunc Itym tenes, proverbiali figura dixit. Id est, hanc interim cenam, qualemcumq. certam habes, quare aliteram si potes potiorem. Itys enim avis, quem a Phaside Scythiæ flumine. Phasianum vocant. Proinde cum iubeamus, ut qui nactus sit commodi quidpiam, ad aliud sese adcingat, non intempestiuiter hoc utemur adagio. Verum opinamur hunc Plauti locum, ut sunt alij pleriq. deprauatum esse: legendum autem, nec Itym, ut habent codices, nec Ichthyn, ut perperam mutauit quidam, cum nec avis, nec piscis quidquam faciat ad venationem leporis, sed Ichthyn. Nam est id animal de genere mustellarum, quod incuniculos immititur, ut prædam eliciat. Latini Viueram appellant. Suidas ostendit idem animal insidiari piscibus. Meminit huius Aristoteles libro de naturis animalium nono, capite sexto. Quamquam non indicat insidiari leporibus, sed auibus & aluearibus. Quod si recte constat Ichthyn esse viueram, Plinius octauo libro indicat præcipuam viueris gratiam fuisse, propter venatum leporum & cuniculorum. Iniiciunt, inquit, eas in specus, qui sunt multiformes in terris, unde & nomen animali, atque ita eiectos superne capiunt.

Minimo prouocare.

MINIMO prouocare, est contemptum ad certamen prouocare. Sumptum a gestu prouocantium ad pugnam minimo digito porrecto. Horatius in Sermonibus,

-Ecce,

Crispinus minimo me prouocat. accipe, si vis,

Accipe iam tabulas, uidetur nobis locus, hora,

Custodes, videamus vter plus scribere possit.

Elegantius ad res animi torquebitur. Vt, unus hic gram-

grammaticis theologos omnes omnino prouocat :

Minore finire pomærio, &
his similia .

PROVERBII rationem sapiunt huiusmodi ferme me-
taphoræ : Finire pomærio : Præstitueret metam : Cir-
cumscribere cancellis, & si quæ sunt consimiles. Var-
ro in libris De re rustica : Eo melius fecisse quosdam,
qui minore pomærio finierunt, exclusis partibus, quæ
non pertinent ad hanc rem . Idem eiusdem operis li-
bro primo : Ars sit, an quid aliud, & a quibus carce-
ribus decurrat ad metas . Cicero libro de Oratore pri-
mo, Exiguus quibusdam finibus totum oratoris munus
circumdedit.

Mens peregrina .

Νοῦ τὸν ξένον, id est, Mentem peregrinam habere dicun-
tur cogitabundi, nec satis ob id attenti ad ea, quæ coram
aguntur . Iocus Aristophanis, & ἡ χαρὶς τοῦ, in Euri-
pidem tamquam dialceticis viuentem argutiis, id quod
indicat etiam Fabius Quintilianus in Institutionibus,
his versibus :

Οὐ καὶ δὲν ἐστὶν εἰ γινώσκων ἔχων.
Πῶς καὶ δὲν, εἴτ' ἐκ καὶ δὲν, ἰστέως δὲ κέρων,
Οὐδὲς μὲν ἔξω συλλέγων ἐπύλλων,
Οὐ καὶ δὲν, ὡς δὲ δὲν καὶ δὲν ἀβαστὰς πρὸς αὐτὸν
Τραγῶδ' ἔχει. id est,
Est intus, haud est intus idem si sapis.
Qui nam intus & non intus? optime senex .
Nam mens foris abest colligens epyllia
Non intus, ipse at intus est, tragædiam
Scribens supinus .

Epyllia versiculos dicit, voce diminutiua ab epos . Idem
in Equitibus ,

Πρὸς τὸν λέγοντ' αὐτὸν
Κίχωνας, ὁ γὰρ δὲν παρὸν ἀποδημιῶν. id est,
Usque ad loquentem inhiat, at ipsa mens tua,
Præsens, peregre est.

In eundem sensum Terentius: Præsens, absens ut sis.

Mitior columba .

Ἐξήτ' ὅς ποτιτρεῖται, id est, Mansuetior columba. Columbi-
na simplicitas, ac mansuetudo, laudatur etiam in diui-
nis litteris . Nam hoc est columba in auibus, quod o-
uis in quadrupedibus . Ipsa nulli animantium medita-
tur noxam, nec aliunde præsidium habet aduersus mil-
lios, quam a celeritate volandi . Adagij meminit Dio-
genianus .

Ad porcellum da mihi mutuo
tres drachmas .

Εἰς χοιρίδιον μοι νῦν δέ μιν τρεῖς δραχμαί. id est,
Ad porcellum da mihi mutuo tres drachmas.
Dicebatur ab eo, qui mori decreuisset, aut qui vellet
initiari . Nam initiandi consueuerunt immolare porcū.
Suidas ex Aristophane citat. Est autem in Pace :
Εἰς χοιρίδιον μοι νῦν δέ μιν τρεῖς δραχμαί,
Δεῖ γὰρ μὴδὲν αὐτὸν πρὶν τελευτᾶν. id est,
Qui porcum cum mihi mutua nunc tres drachmas,
Initiandus sum prius, ac mortem oppetam.

Mulieris podex .

Γυναικὸς πύξ, id est, Mulieris podex . In ignauum ac de-
fidiosum dicebatur . Ignauum animal mulier, & quo

minus habet mentis, hoc inhonestis voluptatibus est
addictius . Amat otium, & fucorum in morem, quæ-
admodum ait Hesiodus, virorum laboribus quæsitæ si-
bi insumit, id quod indicat etiam illud prouerbum, ὁ-
νὸς ὄνος. Et omnino tales permultas habet Gallia . At-
qui Hollandia innumeras habet, quæ sua industria vi-
ros otiosos & voluptarios alunt.

Mulieris animus .

Γυναικὸς φρενίς, id est, Muliebre ingenium . Diogenianus
ostendit dici solitum in stultos . Videtur autem magis
quadrare in imbelles & inconstantes . Vnde est illud
Ennianum,

Vos etenim iuuenes, animos geritis muliebres,
Illaq. virgo viri . Et Terentius :
Noni ingenium mulierum.
Nolunt, ubi velis : ubi nolis, cupiunt ultro .

Perendinum ventum prædicere .

Τὸν τριτάτον ἀλμὸν προγινώσκων, id est, Perendinum ven-
tum præscire dicuntur, qui coniecturis, quod multo post
euenturum sit, colligunt . Sumptum a nautis, aut a ne-
gotiatoribus . Pindarus :

Σοφὶ δὲ μέλλον τριτάτῳ ἀλμὸν ἰμαίνων. id est,
Sapientes futurum perendie ventum nouerunt.
Idem demum est sapere, non solum quod ante pe-
des est videre, verum id quoque quod procul abest, pro-
spicer .

Caute loquacior .

Παχίαισ λαλίστατος, id est, Caute loquacior . Prouerbi-
alis hyperbole, in hominem immodice, ac permolestè gar-
rulum . Sumpta metaphora a cautibus, quæ quoniam
assiduus fluctibus tūduntur, multo resonant fragore .

Lepori esurienti etiam placentæ fici .

Αχρὶ πεινῶντι καὶ πλεονεκτήσει σῦκα, id est,
Lepori esurienti & placentæ pro ficis.
Suidas tradit dictum de iis, qui compulsi necessitate,
res etiam pretiosissimas absumunt . Fortassis natum
ab huiusmodi quapiam fabula, qualem de senarrat
Apuleius, quod adactus fame, placentas primum lam-
bere, deinde etiam comesse didicerit.

Lex & regio .

Νῦμος καὶ χώρα, id est, Mos siue lex & regio . Admonet
prouerbiū quemadmodum & aliis obiter indicaui-
mus, seruendum & obsecundandum esse moribus re-
gionis, in qua verseris . Zenodotus adscribit, unicuiq.
genti suas quasdam esse leges, & instituta viuendi .
Nam Persarum mos est, ut inter pocula temulentī
consultent, ac reges suos pro numine adorent . Deinde
qui sunt pares, osculantur inuicem : inferiores genam
modo contingunt potentiorum . Natos pueros post
quadriennium demum inspiciunt . Gordij regem cre-
ant eum, qui sit inter ipsos quam maxime corpulentus .
Syracci coronam deferunt ei, qui proceritate corporis
reliquis antecellat, atque, ut quidam narrant, cui ca-
put sit longissimum . Stymphali, mulierem eam in ho-
nore habent, quæ cum pluribus viris habuerit consuetu-
dinem . Montani Messageta, in viis cocunt . Saitroma-
ta inter pocula filias vendunt . Mazusius abstinet &
mulierū congressu, nisi si quana bello ceperit . Tibareni,
post

post uxoris partum, ipsi perinde quasi pepererint, remittunt capite cubant. Apud Cecertios opifices onera gestant, donec occurrat, qui emat. Sidones parentes deuorant excepto capite. Nam hoc inuuant. Essea, aut iuxta alios Heniochi, natos lacrymis prosequuntur, defunctos gaudio. Echiuri si quando a morbo reualuerint, canibus semetipsos obiciunt. Orgempei, neque domos habent, nec animante vescuntur. Sicut autem calui, non ipsi modo, verum etiam mulieres, idq. aiunt accidere, propter aqua vniu. nam, quam bibunt. Thyseta diis ossa sacrificant, ipsi vescuntur carnibus. Tauriscythae homines immolant. Byzoni mediterranei lacte bubulo victitant, nec villo praeterca vescuntur cibo. Beres omnium loco, canum greges alunt. Aethiopes, qui dicuntur Colcenses, byzias. Quin homines non pauciores ingeniorum & morum discrimina. Ad ea quoad fieri potest accommodare sese, polypumque piscem imitari, non minima prudentiae pars est.

Aegis venit.

Aegis venit, id est, Aegis venit. Suidas indicat prouerbio dici solitum de his, qui petulenter & impudenter agerent. Refertq. ex Phœtæ, qui μαι κκεδ αμυν αμιν. Aegis autem Graecis varia significat, pellicem tegmen quod gestant. Asri praeterca maris intumescens undas, ac procellas ventorum, idq. lingua Dorica unde ταιρη, reperitur, pro vehementer flate. Alij malunt esse quid e coronis contextum, aut re ex coronamentis contextum. Sic ait, usurpationem, apud Herodotum libro 4. & apud Lycurgum. Nec desunt, qui putent significare sacerdotem, quae Albenis solita sit ferre sacram Aegidem, itaq. ingredi ad eos qui nuper duxissent uxores. Apparet in huiusmodi sacris multum fuisse licentia.

Multam syluam gestas.

Δοχμω πορνυ φορε, id est, Syluam multam portas. Dictum in Phormionem militem quendam hirsutum, densa pilorum obsitum sylua, cuius & alibi facta mentio. Quadrabit in agrestem & stupidum, cuiusmodi ferme sunt milites. Refertur a Suida.

Leonem videre, hostium praelia portendit.

Δοχμω πορνυ φορε, id est, Cernere leones, hostium pugnam indicat. Translatum vel a somniorum coniecturis, vel ab obseruantibus auguria. Meminit, Suidas. Huiusmodi versiculos indicantes quid quodq. portendat somni, videmus diligenter commemoratos a Suida & Hesychio, Larus in paludibus.

Αρε, id est, Larus in paludibus. Suidas scribit dictatum de iis, qui faciles sint ad dandum. Ductum a Laro aue, quam eandem αρεν appellari putant, quamquam Theodorus Gaza hanc fulicam vertit, illam gauiam. Ea quoniam facile decipitur, illiciturque proinde prouerbio locum fecit.

Issa.

Issa, id est, Issa. Prouerbialis erat acclamatio in eos,

quibus littera forte cecidisset. quique modis omnibus essent infortunati. Hæc Suidas, qui prouerbum citat ex Menandri Menandri, testatur, & alibi usurpatum apud autiores. Coniectare licet, eam litteram in fortibus, inauspicatam fuisse. Martianus Capella in nuptiis Philologiae & Mercurij, testatur hanc litteram inuisam fuisse Appio Claudio, quod dentes mortui, dum exprimitur, imitetur.

In tua ipsius harena.

IN TUA ipsius harena, id est, In tua ipsius arte. Sumptum a gladiatoribus, solitis in harena digladiari. Neque vero parui referre horum, nota an ignota dimicarent harena.

In saltu vno duos apros capere.

IN SALTU vno, duos apros capere. Est eadem in re duos pariter deprehendere. Plinius in Casina. Iam ego uno in saltu lepide apros capiam duos.

Ignis ad torrem.

Ignis ad torrem, id est, Ignis ad torrem veniens. De negotio, quod raptim, facileque conficitur, quasi cum ultro ignis ad torrem transuolat, ob materiei siccitatem. Meminit Diogenianus. Simile fuerit, Ignis ad naphthan. Est autem Naphtha bituminis genus, ad quod flamma uel e longinquo transuolat.

Hippolytum imitabor.

Hippolytum imitabor, id est, Hippolytum imitabor. Diogenianus in prouerborum collectione ait. distitutum de iis, qui statuisserent pure, casteque vivere. Nota est fabula, vel apud Euripidem, vel apud Senecam, quem admodum is iuuenis odio seminei generis, Diana studiis sese totum addiderit, despecto Veneris numine. Sic enim loquitur apud Euripidem:

Τὸν σὺν ὃ κερὶν ποτὶ ἐγὼ χαίρειν λέγω. id est, Veneri tua, longum valere renuncio.

Nihil agere.

SUIDAS hunc versiculum citat e Cratipi fabula, cui titulus, Hore,

Καὶ ταῦτα περὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ ποιεῖν. id est, Atque ista faciens quidam ait, faciens nihil.

Admonetque subesse prouerbum, quod quadret in eos, qui frustra laborent. Apud Latinos item nihil agunt, qui sumunt inanem operam, ut apud Terentium, Ceterum hoc nihil agit. Celebratur & illud Attilij, Satius est otiosum esse, quam nihil agere.

Herculis cothurnos aptare infanti.

HERCULIS personam, aut cothurnos aptare puero, est minimis applicare maxima, quæ nequaquam vel congruant, vel deceant, veluti si quis rem humilem oratione tragica persequatur. Quintilianus lib. sexto, de peroratione, Nam in paruis quidē libris, hæc tragedias mouere, tale est, quasi personam Herculis & cothurnos aptare infantibus velis. Plutarchus commemorat apophthegma quoddam Agesilai, non admodum ab hoc alienum. Cui cum sophista quispiam hoc nomine laudaretur, quod res minimas dicendi artificio maximas efficeret, negauit is vel cerdonem bonum

num sibi videri, qui paruo pedi, magnum induceret calceum: significans orationem oportere cum re congruere, non aliter quam vestis conuenire debet corpori.

Grues lapidem deglutientes.

Αἱ γράου λίθες καταπιπύουσι, id est, Grues lapillos deglutientes. Suidas ex Aristophane citat, ostendens di ei solitum de iis, qui summa prouidentia gerunt negotium. Idq. inde uulgi sermonem venisse, quod grauius hic mos sit, ut quoniam admodum sublimes uolat, magniq. ferantur impetu, neque possint deorsum afficere, lapillos gessent, quos si quando fatigari caperint inter volandum, ex alto deiciant, quo uidelicet e cadentium strepitu percipiant, utrum supra terram, an supra mare uolent. Quod si lapillus in mare decidit, pergitur uiam: sin in terram, interquiescunt. Nec his dissimilia refert Plinius lib. 10. cap. 23. Quando proficiscuntur, inquit, consentiunt. Volant ad prospiciendum alte, ducem quem sequantur, eligunt. In extremo agmine per uices qui acclament, dispositos habent, & qui gregem uoce contineant: excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede sustinentes, qui lassatis somno decidens, indiligentiam sono coarquat. Cetera dormiunt capite subter alam condito, alternis pedibus insistentes. Dux erecto pronidet collo, ac praedicat. Ac paullo post, Certum est, inquit, Pontum transuolaturas primum omnium angustias petere, inter duo promontoria Criumetopum & Carambin, mox saburra stabiliri. Cum medium transferint, abiici lapillos: cum attigerint continentem, & e gutture arenam. Haec Plinius. Porro locus, quem Suidas citat, est in Auiibus Aristophanis:

Εκ μὲν καὶ λίθων ὡς τρεῖς μυρία
Γράουσι τιμολίθες καταπιπύουσι λίθες.
Venere gruuum terdena ferme millia,
Libycis ab oris, deuoratis maximis
Saxis.

id est,

Interpres hoc loco eadem ferme quae Suidas.

Fortuna æstuararia.

Τύχη ὑγίαιος, id est, Fortuna Euripus, siue volubilis, quod uicissim nunc huic fauere soleat, nunc illi. De qua Boetius,

Ex æstuantis more fertur Euripi.

De mari Euripo alio diximus loco. Quemadmodum autem mare habet accessus ac recessus æstuarios, ita nihil est in rebus humanis perpetuum. Nullum autem mare crebrius aut celerius recurrit, quam Euripus. Pindarus in Pythiis hymno tertio metaphoram sumpsit a uentis, ἥ ῥος μακάρων τυγχάνοντ' ὑπὸ χίμῳ, ἄλλοι δ' ἄλλοιαι πύλαι ὑπὸ πτόν ἀρίμων. ὁ δὲ δὲ ἐξ ἐξ μακρόν ἀδύδον ὄχιται. id est, Oportet ubi contigerit a diis frui. Ceterum alias alij sunt uentorum flatus. Felicitas autem mortalium, non uenit diu mansura. Interpres citat versus Euripidis,

Κάμνουν ὅς τοι καὶ ἰσχυρὸς αἰσμοφορεῖ,
καὶ πνέουσιν ἀρίμων ἐκ τοῦ εὐρύω ἰχθυόεντος,
Quin & laborant calamitates hominibus,
Nec habent vigorem semper auræ flamina.

Tua res agitur, cum proximus ardet paries.

Et hodiernis temporibus indocto uulgo passim in ore est, tum nobis esse cauendum cum vicini domus ardet. Admonet prouerbum, ut ex alterius malo sumamus exemplum, alienoq. periculo discamus nostris rebus consulere. Sumptum est ex Horatianis Epistolis,

—Ecquid

Ad te post paullo ventura pericula sentis?

Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet.

Et Vergilius,

Iam proximus ardet

Valegon.

Fontibus apros, floribus austrum.

DVBIVM non est, quin ad prouerbiorum classem pertineat, quod est apud Maronem in carmine Bucolico, Sive quid uoluui misero mihi, floribus austrum.

Perditus & liquidis immisi fontibus apros.

Vbi quis optat nocitura. Nam uentus floribus inimicissimus, precipue auster, ob violentiam.

Ollaris deus.

Χυτρεὺς θεός, id est, Ollaris deus. Dicebatur in hominē humilē & contempte sortis. Aristophanes in Nubibus,

Οπ καὶ σὶ χυτρεῖς ἴστα βίον ἡγοῦσαι. id est,

Quando arbitrabar te quoque ollarem deum.

Magnidij, ebore, auro & argento sculpebantur. At plebij illi & minutuli, quod genus sunt Silenus & Priapus, qualibet materia fingebantur, ligno nouiūquam & luto, quo uidelicet argento finguntur & olle. Vnde non inepte quadrabit in eum, qui studeat haberi inter aulicos optimates, sed nec opibus pollens, nec auctoritate valens apud principem. Cognatum est illi, καὶ κορκορεὺς ὁ λαχέτης. id est, Et Corcorus inter olea: aut illi, ἐξυτρεῖς. id est, Nihil sacri. Refertur in Zenodoti collectaneis.

Oetæus genius.

Οἷταος δαίμων, id est, Oetæus genius. Diogenianus ait se rociā & arrogantiam huic demoni uehementer inuisam fuisse, nec inultam finire solitum: unde tumidis ac praeferoscibus minitabantur Oetæum demonē. Colleſtanca uulgata prouerbum referunt ad auctorem Clearchum. Est autem Oeta mons finitimus Trachini atque eodem nomine ciuitas Meliensium. Proinde similis erit huius usus prouerbij, qualis est illius, Aderit Temesſæus genius.

Aequales calculi.

Ἰσοὺ ἑταίροι, id est, Aequales calculi, si quādo parum abest ut condemnnetur aliquis, et tamen absoluitur: aut cum nutat animus, ambigitq. utram in partem se defleſcat, rationibus hinc atque hinc uelut ex equo adhortantibus, ac deterrentibus. Quemadmodum est apud Terentium, Cum in dubio est animus, paullo momento huc uel illuc impellitur. Suidas ostendit metaphoram sumptam a prisca consuetudine iudiciorum, qua reus equalibus iudicum sententiis absoluebatur, at non citra periculum. Cur autem potius absoluendum, quam damnandum reū ueteres existimarint, cū pares essent sententiæ, multas causas reddit Aristoteles in proble-

problemate quodam. Multis enim nominibus visum est conuenire, ut reliquis paribus, reo magis, quam a-
ctori faueatur: vel quod accusator accedit paratus, ac praemeditatus. Reus ad multa non prauius compellitur respondere. Vel quod consentaneum sit reum, ut qui maiore periculo dicat, ob metum quaedam praetermisisse potius quam actorem. Vel quod in ancipiti negotio potius ad eam partem oporteat vergere, ubi si forte erratum, peccetur leuius. At minus est malum absolvere nocentem, quam innocentem damnare, praesertim in capitalibus causis, ubi si contingat errare iudicem, non est quo farciat in posterum erratum suum, extincto iam homine. Contra, si elabatur nocens, poterit alio iudicio poenas dare. Vel quod accusatio propior est suspicioni malevolentiae, quam defensio, quare cum in ceteris nihil appareat discriminis, de a-
ctore potius male iudicamus, quam de reo. Haec et alia quaedam huiusmodi tradit Aristoteles. Igitur ut tutissimo liberatur a transsa, qui calculis omnibus absoluitur, ita periculo proximius fuisse videtur, qui paribus calculis, iam quasi favore quodam elabatur.

Luscinia deest cantio.

LUSCINIAE deest cantio. Prouerbialis allegoria, perinde quasi dicas, Mulieri desunt verba, poetae versus, oratori color, sophista cauillum, Nulla enim auius aequae canora, atque luscinia, etiam femina, sicuti testatur Plinius libro 10. cap. 29. Sed haud fuerit alienum ipsius verba subscribere. Luscinis, inquit, diebus ac noctibus continuus quindecim garritus sine intermissione cantus, densante se frondium gemine non in notissimum digna miratu aue. Primitum tanta vox, tam paruo in corpore, tam pertinax spiritus: deinde in una perfecta musica scientia, modulatus editur sonus. Et nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, compulatur intorto, promittitur, reuocatur, infusatur ex inopinato: interdum et secum ipsa murmurat: plenus, grauis, acutus, creder, extensus: ubi visum est, vibrans, summus, medius, imus. Breuiterque omnia tam paruulis in faucibus, quae tot exquisitis tiliarum tormentis ars hominum excogitauit. Plautus in Bacchidibus.

Ego quoque pol metuo ne lusciniole desuerit catio.

Ego ex bono in bonum ductus sum.

Εγὼ μὲν ἐκ τοῦ καλοῦ εἰς καλὸν μετέβην, id est, Ego quidem e bono in bonum transii. Suidas indicat dici solitum de his, qui bonum institutum, bono commutant. Innuit autem natum a quodam, qui ex bono citharodo factus sit poeta tragicus. Est enim poetica musicae confinis artis, unde et musicam artem poeticen vocauit Terentius. Sumptum est adagium ex Ranis Aristophanicis.

Anguillas captare.

Εγὼ χέλωι ἔλαυνον, id est, Anguillas venari dicuntur, qui priuati copendij causa, cient tumultus. Inde ducta similitudine, quod cum aqua stat immota, nihil capiunt qui, captant anguillas: cum vero sursum ac deorsum miscet

ac perturbant aquam, ita demum capiunt. Quadrabit in eos, quibus tranquillo Reipub. statu, nihil est emolumentum. Proinde seditiones gaudent exoriri, quo ciuitatis publicum malum, in suum priuatum vertant commodum. Prouerbiū exstat apud Aristophanem in Equitibus.

Ὅπου γὰρ οἱ τὰς ἐχέλας ἐκρούμενοι πέπονθας,
Ὡτὲρ μὲν ἡ λίμνη κατὰ σὴν, λαμβάνειν ἔδιν,
Ἐὰν δ' αἰὲς τὴ καὶ κατὰ τὸν βέρβερρον κυκώσιν,
Αἰετοὶ καὶ σὺ λαμβάνεις, ἐν τῷ πάλιν περὶ αἵρε. id est,
Nāq. accidit tibi, quod anguillas qui aucupantur.
Vbi quicta stat palus, nil piscium reportant.
Contra luiti si mouerint sursum atq. itē deorsum,
Capiunt: ita ipse capis, ubi rem publicā inquiras.

Ego faciam omnia more Nicostrati.

Εγὼ ποιῶ ὡς πέποιθε καὶ τὰ Νικοστράτην, id est,
Ego cuncta more fecero Nicostrati.
Pro eo, quod est egregie. Nam hunc Nicostratum a-
iunt comædiarum actorem fuisse talem, qualis apud Romanos praedicatur fuisse Roscius. Itaque propter artis famam, in vulgi formonem abiit. Suidas prouerbiū titulo recenset.

Duplex cappa.

Διπλὴν κάππα id est, Duplex cappa, velut enigma, quo malum aliquod significabant. Siquidem gemino cappa, scribuntur κκα, Simili figura Plautus furem, trium litterarum hominem appellauit.

Tria cappa pessima.

Τρεῖς κάππα κακίστη, id est,

Tria pessima cappa.

Iactatum est hoc olim enigmatis vice, quo trium gentium mores notati sunt, Cappadocum, Cretensium, et Cilicum. Augustinus in grammaticis indicat fuisse tortum in Cornelium Syllam, Cornelium Cinnam, et Cornelium Leutulū. Creditumque est in libris Sibyllinis horum nomina tribus hisce litteris fuisse designata. Est item clausula carminis heroici.

Temulentus dormiens non est excitandus.

PROVERBII speciem habet, quod admonet Theognis, Sopitum ebrium non oportere excitari somno. Similimum est autē illi, κακὸν εὖ κείμενον μὴ κινεῖν. id est, Malum bene conditum ne moueas. Non est refricandum odium, cui iam tempus induxit obliuionem. Non est renouandum animi vulnus, cui iam obduci cicatrix capit. Theognidis carmen sic habet,

Μὴ δ' εὐδόντ' ἐπὶ γὰρ σιμωνίδῃ, ὅν τιν' ἔμειν
Ὁδρυχέσθ' αἶνον μάλ' ἀποκρύπτειν ἔχει id est,
Ne cuiquam e nobis somnum depelle Simonida,
Oppressum vino quem sopor alius habet.

Vtroq. nutans sententia.

Διχῶς ἢ γνῶμαι. i. Vtroq. claudicantes sententia, aut animus huc atq. illuc versatilis. Sic et arbitramur legēδε διχῶς per ω magnū, ut sit, utroq. claudicantes. Nā in vulgaris libris per ω micron scriptum reperitur. Conueniet igitur in hominem lubrica fidei et incertum

Rq 2 rum

κῆν partium, in quem congruet illud Homericum,
 Ἀλλ' αὖτις κλάσιν, καὶ ἴπ' ἀμφοτέρω πεδύσσιν . i.
 Claudicat incessu, pedibusq. vacillat vrisq.

Dentata charta.

DENTATA dicuntur mordacia. M. Tullius ad fratrem libro 2. Calamo & atramento temperato. Dentata etiam charta res agitur. Et Seneca dentatos sales esse non vult. Rursus & dentula quæ morfu careant.

Daulia cornix.

Δαυλία κορυών, id est, Dauliam cornicem, lusciniam vocant poetae: siue quod Tereus in Daulide Phocidis cum ea vixerit, siue quod illic Philomena mutata sit in auiem. Non videamus quid sibi velit adagium, nisi forte dictum est in garrulos, aut canoros. Magis autem suspicamus Zenodotum, siue Zenobius, is siue quisquis alius fuit, hoc proverbum fuisse commentum, quo locum faceret narrandæ fabulæ, quod idem in non nullis aliis ab eo factum coniecimus.

Cum musis.

Μὴ μεσοῦν, id est, Cum musis: hoc est, Musis bene fortunantibus, de doctis, aut iis, quæ doctè dicuntur: aut quemadmodum ostendit Suidas, cum illitteratus inter eruditos viuit, ut per Ironiam efferatur.

Amicos tragædos æmulatur.

Τὸς ἱπάρχει τραγῶδες ἀγωνίζεσθαι, id est, Amicos tragædos æmulatur. Suidas & Didymo citat, addens dici solitum de his, qui sese accommodarent, & morum severitatē summerent, ad æmulationem aliorum. Sumptum ab histrionibus tragædiarum, qui cum sint leuissimi nebulones, tamen ubi deum aut regem agunt in fabula, tunc cultu, voce gestuq. maiestatem quandam imitantur.

Aesopicus graculus.

Ἀἰσώπιος κολοῖος, i. Aesopicus graculus, dicitur, qui aliena sibi usurpat, aliorumq. bonis sese uenditat. Usurpat Lucianus in Pseudologista. Horatius,

-Moueatur cornicula risum

Furtiuus nudata coloribus.

Extat apologus inter alios, qui Aesopi nomine circūferuntur. Pindarus in Nemeis hymno tertio, ἔδ' ἀπο τριανδῶν τις ἀδρὶ φέρει, κρείσσονος, ἢ καὶ οὐ μάλιστα. id est, Neque rerum alienarum cupiditates viro meliores sunt ad ferendum, e domesticis inquire. Reprehendit suam digressionem poeta, iubetq. ut quem suscepit celebrandum, laudet e propriis virtutibus potius, quam ex alienis.

Aries cornibus lasciuiens.

Κρεῖος ἀσὶ λυγρότερος, id est, Aries cornibus lasciuiens. Diogenianus ostendit conuenire in magnos, ac lasciuos. Pruriunt cornua arietibus bene pastis, quod idem accidit bubus. Vergilius.

Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam: vitulum lasciuiemtem indicans. Hesychius indicat originem prouerbij. In arce Palladis aries erat repositus ingens æreus, quem Plato comicus dixit ἀσὶ λυγρότερον, non tam ob lasciuam, quam ob ingentem molem. Conseruitur enim sum equo Durateo. Veteres enim non solum ἀσὶ λυγρότερον dixisse quod esset lasciuum & indo-

mitum, verum etiam quod esset prægrande: quemadmodum Eupolis αἰμὼν ἀσὶ λυγρότερον dixit pro magno vento. Hæ sunt grammaticorum cruces, ne æreus ille aries sit formidabilis ob ingentia cornua. At, quid vetat etiam ventum dici lasciuum & intemperantem, quod suo arbitrio ludit ubi velit? Nobis videtur adagium conuenire & in stolidos, præter meritum euectos ad dignitatem.

Ductus per Phratores canis.

Ἀγέμετος δὲ φρατὸρ ὧν ὁ κύων, id est, Ductus per Phratores res canis. Vbi quis incidit in eos, quibus pænas det. Canis enim apud hos protinus occiditur. Apud Athenienses populus in tribus erat distributus, unicuiusque tribus tertia pars φρατρία dicebatur, & huic præfatus φρατρίστας. In comitiis igitur si quis canis intercurrisset, continuo petebatur a populo.

Calabri hospitii xenia.

PROVERBIVM subesse videtur in his Horatii versibus, quos scripsit in Epistolis:

Non quo more pyris vesci Calaber iubet hospes,
 Tu me fecisti locupletem, vescere sodes.

Iam satis est, at tu quantum vis tolle, benigne.

Non inuisa feres pueris munuscula paruis.

Tam tencor dono, quam si dimittar onustus.

Vt lubet, hac hodie porcis comedenda relinques.

Itaque Calabri hospitii munera recte dixeris, rusticana, leuiaq. quæq. magis onerent accipientem, quam inueniunt: aut quæ donantur contempta. Siquidem Calabri, quod pyris abundent, consueverunt ea hospitibus affatim apponere, deinde saturos, bellariorum vice donum auferre iubent. Quod si recuses, eadem porcis obijciuntur. Atqui istud baud est dare munus, sed abijcere. Is demum dat, qui simul & pretium muneris expendit, quod largitur, & eius meritum quem eo donat. Notatus est apud Athenæum Antiochus cognomento Illustris, qui quod erat reliquum pecuniæ solet effundere verius quam largiri, interdum in viis publicis stans dicere consuevit, τὴν ἡ τύχη διδασκαλίαν. id est, Cui fortuna dat, capiat, & abiecta pecunia discedebat.

In ostio formosus.

Εὐδὲρα καλός, id est, In ostio formosus. De iis, qui adamantur, vulgoq. gratiosi habentur. Sumptum a veterum consuetudine, qui formosorum, aut amasiarum nomina, arboribus, foliis ac parietibus inscribant, ὁ δὲ ἄνθρωπος καλός. Ad id adludens Aristophanes in Vespiis,

Καὶ γὰρ δὲ αὖτ' ἰδὲ μέγα νεγρομύσιον

Τὸν πυριλάμπρος ἐὶ εὐδὲρα δῆμον καλόν.

Ἰὼν παρίγραψι πλεονάζοντι καλός. id est,

Ac per Iouem scriptum uspiam si viderit

Demum venustum in Pyrilampus ostio;

Adscribit ac Cenum venustum proxime
 Adscribit.

Idem ἐὶ ἀχαρνύσιν,

Τὸν δὲ δῆμον ἄνθρωπος, ὅς ἐστι καὶ

Εὐτοιοί τοιχοὶς ἐγγραφὸν ἀδελφῶν καλοί. id est,

Is vestri amans haud fuisse erat, nam in ædium

Muris, venusti Athenienses scripserant.

Alteri versui Græco superest syllaba, tamen sic hæc
 Aldina

Aldina editio, suspicamur inuersum ordinem distionum. Constat si legas hoc modo, *Εν τοῖς ἱεροῖς τοῖς αἰσθητοῖς καὶ τοῖς ἡρώδεσσι καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς ἡρώδεσσι καὶ τοῖς ἡρώδεσσι καὶ τοῖς ἡρώδεσσι*, nisi magis placet ut legamus, *Εν τοῖς ἡρώδεσσι καὶ τοῖς ἡρώδεσσι καὶ τοῖς ἡρώδεσσι καὶ τοῖς ἡρώδεσσι*, quasi blandientes ciuitati, hoc in illius mœnibus scripsissent. Apud Atheniensem lib. 6. refertur ex auctore quopiam, quod qui Atheniensem rem publicam administrabant adsentabantur populo, dicentes cetera quidem omnia esse Græcorum communia, verum illud esse proprium Atheniensibus, quod viam nossent, quæ perduceret in cælum. Quisquis legerit encomium Aeschini et Menonis apud Platonem, intelliget quam formosos pinxerint Athenienses, miro dicendi artificio illis blandientes. Interpres distichon hoc citat ex Callimacho,

Αἰὲτ' ἐν δὲ φύλλοισι κεκομμένα τῶν ἀνθρώπων
Γράμματα, καὶ ἐν πτελέσσιν ὄντα καλὰ, id est,
Litterulas tot ferte insculptas frondibus hisce,
Cydippen pulchram quot memorare queant.
Id imitatus Maro,
-Teneris, inquit, incidere amores
Arboribus: crescente illa, crescetis amores.
Torquere licebit & in eos, qui falso per adsentationem laudantur.

Caput scabere, & consimilia.

CAPUT scabere, unguis arrodere, gestus hominis sunt cogitandi, & de mutando, cuius pœniteat. secum agitantis. Vnde trahuntur in usum proverbialem. Horatius libro 1. Satyra decima, -Sed ille
Si foret hoc nostrum fato delapsus in æuū,
Detereret sibi multa, recideret omne, quod ultra
Perfectum traheretur, & in versu faciendo
Sæpe caput scaberet, viuos & roderet ungues.
Sæpe stylum vertas, iterum quæ digna legi sint
Scripturus.

Id imitatus Persius,
Nec pluteum, inquit, cædit, nec demorsos sapit ungues,

Idem alibi,
-Crudum Chærestratus unguem
Arrodens ait hoc.

In superiore taxat poetarum in scribendo negligentiam. In altero describit adolescentem de mutanda antea facta vita ratione cogitantem.

Caricus hircus.

Καρικὸς τρέφει, id est, Caricus hircus. Diogenianus indicat distitutum de vilibus & contemptis. Hesychius indicat usurpatum a Sophocle. Carum populus quod passim in bellis mercenariam locarent operam, seu vilis vita, in contemptus proverbium abiit. Vnde & Plato καρικὸν αἰετὸν πικρὸν: id est, Caricum homuncionem dixit, pro villi nihiliq., quemadmodum alio dictum est loco. Fieri potest, ut proverbium eo respiciat, quod Carus pro hirco solent immolare canem, ut indicatum est in proverbio, Caricum sacrificium.

Bullatæ nugæ.

VENTOSA atque inania bullata dicuntur: Sumpta metaphorâ, παρὰ τῶν πομφολύγων, de quibus alias dictum est in proverbio, homo bulla. Persius,
-Bullatis ut mihi nugis

Paginaturscat.

Bullatas nugas appellans inanem perstreptentium vocum cogeriem, in quibus nihil subsit solidioris sententiæ. Horatius nugæ canoras vocauit in Arte poetica,
Quam versus inopes rerum, nugæq. canoræ.

Bolus ereptus e faucibus.

BOLVS e faucibus eripi dicitur, quoties commoditas aliqua, quæ iam propemodum tenebatur, præter expectationem subito præripitur. Terentius in Scipium excruciente, Crucior bolum tantum mihi esse ereptum subito e faucibus. Bolum autem dixit, quod Græci vocant βολή. Metaphora per se liquet.

Scarabeus Aquilam quærit.

Καὶ βάρος αἰτ' αὐτῷ, id est, Scarabeus Aquilam quærit, Cum imbecillior, atque impotēior, mali quidpiam molitur, struitq. insidias inimico longe potentiori. Est & altera lectio, ὁ καὶ βάρος αἰτ' αὐτῷ, id est, Scarabeus Aquile obstetricatur. Sensus ferme idem est, siue legas βαρὺ, siue βαρύνει. Competit enim in humilem & imbecillum, qui viribus longe præpollenti, malitiosis insidiis, & clanculariis dolis perniciem machinatur. Aristophanes in Eysistrata,

Υποχολὰ θροῦντι τὴν ἰσχυρὰν καὶ βάρυναι, id est,

Supramodum irascor tibi, Scarabeus Aquilæ ego te, Quando oua paræ obstetrici iuuabo.
Super hac re fertur apologus quidam apud Græcos non inlegans, quem Lucianus indicat Aesopicum esse, cum ait in Icaromenippo fabulatum fuisse Aesopum, quæadmodum aliquando Scarabæi & camelus cælum conscenderint. Porro quod ad fabulam Scarabæi & Aquilæ attinet, ad hunc habet modum. Est iam olim aquilæ um generi, cum vniuersa Scarabeorum gente, vetis atque antiqua similitas, ac bellum prorsus internecinum, planeq. quod Græci solent dicere, ἀποφθοῦς ἡ ἐλπίς. Nam odio dissident plusquam Vatiniano, adeo ut ne Iupiter quidem ipse, ὁ καὶ τοῖς ἐστὶ μέγιστος, & qui totum nutu tremefecerat Olympum, rem inter eos componere, ac dissidium finire potuerit, si modo vera narrant apologi. Sed erit fortassis, qui Aesopiarum fabularum rudis & ἀπλοῦς admiretur, quid tandē negotij sit cum aquila Scarabeo. Quæ cognatio, quæ vicinitas, quæ adfinitas. usque adeo dissimilibus intercedat. Nā inter hos qui vinculis eiusmodi copulantur potissimum dissidia solent oriri præsertim inter principes. Ad hæc, quæ nam tam atrocis odij causa, postremo vnde tantum animorum Scarabeo, ut cum Aquilæ populo bellum suscipere non dubitarit. Rursum, quæ contumelia tantopere fuerit offensus Aquilæ ὡς αὐτῷ, ut hostem tam humilem non contempserit, ac suo vel odio iudicaret indignum. Videlicet argumentum ingens, longa est iniuria, longæ ambages, ac res omnino maior, quam ut humana facundia queat explicari. Quod si musa quæ grauata non sunt olim Homero distare βατράχοι, μαχίαι, nobis quoq. relicto tantisper Helicone, dignentur adesse, rerum summam pro virili conabimur exponere. Quid enim tam arduum esse possit, quod illis auspiciis non audeant homines? Sed quo res cognitu fiat illustrior, prius quàm ad ipsum negotij caput veniamus ducis utriusq. mores, formâ,

indolem, ingenium, quam licebit paucissimis perstringam. Primum igitur illud succurrit admirari. quid olim Romanis viris aliqui sapientibus venerit in mentem, qui cum huius alius symbolo sese præter ceteras nationes iactent, ac diis proximos ducant, cum huius auspiciis tot victorias reportarint, tot egerint triumphos, tantum abest, ut bene merita gratiam referant, ut non toleranda etiam adficiant contumelia. Nam autem unam omnium maxime masculam, et inuisi roboris, emasculant, emirantque ac propemodum Tiresiam reddunt ipsi non admodum mares, siquidem apud Græcos plane mas est ἀνδρῶν. idque nisi fallimur, longe magis quadrat in eum, cui summus ille pater et rex, hominumque deumque. Regnum in aues vagas Permisit, expertus fidelem Iupiter in Ganymede flauo, Tum ei, qui ceteris diis procul absistentibus, solus irato Ioui, trifidula tela porrigat, nihil etiā proverbio deterritus, ἡ δὲ ἔκαστος δις πικρὰ καὶ κεραιώ. Neque vero sine gravi ratione factum arbitramur, ut inter tam multas avium nationes, tamque numerosas tribus, Aquila potissimum sit visa idonea, cui non solum avium ἀντὶ τῶν, verum etiam senatus populusque poeticus, suffragiis omnibus monarchiam decerneret. Nam quantum ad avium iudicium attinet, ad hanc partem plerumque propendebant, ut pavoni rerum summam committerent. Siquidem huius pulchritudini, splendori, sublimitati, fastuique plane regio, regnū debere videbatur. Ac prorsum in hanc sententiam itū fuisset, nisi quædam longo rerum usu callida, cuiusmodi sunt cornices, coruique, perpendissent, futurum ut si pavonem rebus præfēcissent, eveniret, quod cōplures iam annos in monarchiis quibusdam videre datum est, nimirum ut solo nomine strepituque regem ageret, Aquila nihilo secius, vel sine populi suffragiis, regnum gereret. Ceterum poetas viros sapientissimos illud arbitramur perspexisse, non alia magis imagine regum mores ac vitam effingi potuisse. In quovis enim rerum genere, semper fuit eritque bonorum paucitas. Et aliud sæculum alios gignit. Sed paucis, si videtur, hinc contentionem admoueamus. Iam primum si quid omnino est in vocabulo, ut certe est, apte profecto Græcis ἀντὶς dicitur ἀντὶς ἀνδρῶν, quod est propemodum raptor impetu, et concitus feror. Quædam aues natura placide sunt, ac mites, tum quæ feræ sunt, tamen arte cultuque cicurantur, ac mansuescunt. Sola aquila, nec est habilis ad ullam disciplinam, nec ullo studio potest mā suescere. Tantum impetu naturæ præceps fertur, et quidquid valde libuit, idem postulat sibi licere. Libet ne spectare pullum animo vere aquilino? Graphice depinxit Horatius,

Qualem ministrum fulminis alitem
Olim iuventas et patrius vigor
Nido, laborum propulit inscium,
Vernique iam nimbus remotis
Insolitos docuere nifus
Venti paucem, mox in ouilia
Demisit hostem uiuidus impetus.
Nunc in reluctantes dracones
Exit amor dapis atque pugne.

Melius intelligunt hoc anigma regiones expertæ. Deinde cum sex, aquilarum genera commemorentur, tamen illud inter omnes conuenit, quod rostro sunt vehementer adunco, nec minus aduncis unguibus, ut vel

ex ipso corporis habitu possis intelligere, carniuoram esse auem, quietis ac pacis inimicam, pugnis, ac prædationibus natam. Et quasi parum sit carniuoras esse, sunt et quæ ossifragæ dicantur, et sint. Age si quis iam physiognomos non omnino malus, vultum ipsum et os aquilæ diligentius contempletur, oculos avidos atque improbos, rictum minacem, genas truculentas, frontem toruam, denique illud quod Cyprius Persarum regem tantopere delectabat in principe γερων, nonne plane regium quoddam simulacrum agnoscet, magnificentum ac maiestatis plenum? Accedit huc et color ipse funestus, teter et inauspicatus, fusco squalore nigricans. Unde etiam quod fuscum est ac subnigrum, aquilum vocamus. Tum vox inamæna, terribilis, exanimatrix, ac minax ille querulusque clangor, quem nullum animantium genus non expauescit.

Εἰ δὲ καὶ μὴ δόξωσιν, ἵνα δὲ καὶ αὐτὸς ἴδωμαι
Ἡ πονηρὰ αἰετὸς ἰὼν γέρας, ἢ ὁδυσῆος
Ἀεὼν ἰλὸν, ὃ δὲ καὶ καχολόγηται ὅτι καὶ ἰκώμεαι.
Αἰετὶ illa non minus βασιλική.

Μὴ γὰρ τοὶ εἰς χράσματος, ὅσοι θεοὶ εἰς ὃ δὲ λήμψω,
Ἀετὸν ἰὼν ὅτι καὶ τοὶ ἀχτῆες χῆρας ἐφείω.

Iam et viuacem esse aquilam, ab auctoribus proditū est. Ea tamen cum ad extremam peruenerit senectutem, nihil adhuc sitit, nisi sanguinem, cuius sucu vitæ omnibus inuisam prorogat, nimirum rostro superiore adeo crescente, ut carnes depasci non possit. Atque hinc ortum est adagium illud notissimum, αἰετὶς γέρας, in senes ætate vinosiores, cum aliqui omne ferme genus hoc avium, quibus adunci sunt ungues, aut non bibant omnino, aut certe perquam raro, si quidem Aristoteli credimus. Et tamen hæc si quando bibunt, aquam bibunt. Sola aquila sanguinem sitit. Ergo rostro intorto natura certe non semper nouerca, reliquis animantibus utrumque consuliisse videtur, et inextinguibili voracitati modum aliquem imposuisse. Quemadmodum et hac ratione prospexit, quod non sinat aquilam oua parere plura tribus, nec pullos alere plures duobus. Atque adeo si Musei versiculo credimus, quem testem adducit Aristoteles,

Excludit binos, edit terna, educat unum.

Atque per hos ipsos dies, quibus incubat, incubat autem ferme tricenos, naturæ providentia cibum illis ne gaudet, inuersis interim et unguibus, ne videlicet omnium ferarum sætus raperentur. Itaque per id tempus pennæ albescent inedia. Atque hinc odium in sætus proprios. Sed parum βασιλικῶς erat instructa aquila, si tantum adunco rostro, si tantum aduncis unguibus ad prædandum esset armata, nisi additi fuissent oculi plusquam Lyncei, et nec ad clarissimum solem conuietes, quo quidem experimento sætus suos an legitimi sint, explorare dicuntur. Itaque prædam quamuis e longinquo speculantur, quam destinant inuadere. Quamquam avium regi bini duntaxat sunt oculi, rostrum unicum, ungues pauci, venter item vnicus. Verum tamen esset eadem fortassis aliquanto minus noxia, nisi ad arma dotesque corporis astus accederet ingenij, hoc est, nisi nocens per se ferrum ueneno tingetur. Ungues suos quoties ingreditur, contrahit, ne videlicet aciem deterat, minusque valeant in prædando, id quod habet cum leonibus commune. Neque quemuis impetit, sed eum duntaxat quo se credat viribus

ribus esse superiorem. Neque se repente precipitem dat in terram, more ceterarum, cum prædam appetit, sed sensim demittit, ne impetu illisa offendatur. Ne leporem quidem, nam hunc maxime petit, aggreditur, nisi viderit in plana descendisse. Neque quovis grasatur tempore, ne quis opprimat fatigatam: sed a prædio ad meridianum ad prædandum prouolat, reliquis horis otiosa sedet, donec hominum conuentu fora compleantur. Tum quod occiderit non inibi statim deuorat, ne quis subito hostium incurfu, incautam deprehendat in præda: sed exploratis prius ac subinde refectis viribus, prædam in nidum, velut in castra deuexit. Nam quibus artibus ceruum se præstantiorem capiat, mox dicitur. Illud in primis memorandum ingenij documentum, testudinem raptam, ex alto, speculata locum idoneum, in saxum aliquod dimittit, ut ad eum modum rupta testa carne vesci possit. Quamquam in Aeschilo parum aquilinis fuit oculis, cum in huius albicantem caluariam, saxum esse rata, demissa testudine, miserum occideret, ut vel ob hanc unam causam, optimo iure poetis omnibus conueniat inuisam esse. Atque id quidem nunc assidue veluti suo iure facit. Ceterum primitus testudinem dolis ad id pellexit, dum persuadet illi futurum, uti sua opera, volandi artem perdisceret. Atque hac spe sublatam in altum, deiecit in saxum, ut illius calamitatem tyrannico more verteret in suas delicias. Leporem potissimum, venatur Aquila, unde & leporaria cognomen additum uni generi, perinde quasi ducem Africanum aut Numantium appelles. Neque contemnit imbellem hostem, sed esculentum appetit, ut etiamsi parum gloria veniat ex victoria, non parum tamen auferatur emolumentum. At fit aliquoties ut cum maxime leporem captat, tum maxime capiatur, ista pennato iaculo, dicatque prouerbiū, quod illi ferimus acceptum, τοῖς ἰδιούτῳσι τοῖς ἐπὶ τῷ οὐρανῷ οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος. Audet & cum ceruo configere, inferior tamen futura, nisi vulpinam adderet pellē. Nam astu supplet quod, viribus est diminutum. Commissura cum hoste, prius in puluere volutat sese. Deinde cornibus insidens ceruinis, puluerem pennae collectum, in oculos spargit, alis ora verberans, donec exoculatum in rupes det precipitem. Sed est eidem acrior, multoque magis anceps cum dracone pugna etiam in aere. Draco maleficis artibus oua confectatur Aquila. Illa vicissim hostem ubicumque visum rapit. Nam quod illi cum vulpe simultas est irreconciliabilis, nemo mirabitur, quisquis cognorit, quam olim regaliter illam acceperit. Inierat cum vicina necessitudine, cumque incubanti pastus deesset, proxima catulos in nidum sustulit. Reuersa autem vulpes, cum que catulorum suorum indignam spectaret laniationem quod vnum poterat, immortales testata est deos, atque inter hos præcipue Iouē φίλον amicitia violata vindicem. Et audisse videtur ista vota deus aliquis. Pauculis post diebus euenit, ut Aquila prunam carnibus e sacrificio raptis hærentem, in nidum deuexerit imprudens. Igitur absente Aquila, igni paulatim ventis excitato, nidus conflagrare cepit. Pulli territi, præcipientes se dedere, nimirum adhuc inuolucres. Vulpes delapsos excipit, & in cauum delatos deuorat. Ac post id quidem temporis, nihil omnino conuenit inter Aquilam & vulpem, quamquam id sane non mediocri vulpinæ gē-

tis malo: Quo tamen an digna videri debeant, quæ quondam leporibus συμμαχίας aduersus Aquilam petentibus auxilium negarint, ut refertur in annalibus quadrupedum, ex quibus Homerus βατραχομυομαχίας est mutuatus. Iam vero acre dissidium est & cum uulture, velut homotechno, & edacitatis æmulo, tametsi hoc quidem nomine, ut crudelior, ita & generosior Aquila, quod non deuorat animal, nisi quod occiderit, nec per ignauiam alienis insidit cadaueribus. Nam sitam iure habet exosam, quæ miris artibus Aquila oua frangere studet. Pugnat & cum ardeolis quod hæc auis vnguibus freta, non vereatur eam aliquoties adoriri, adeo dimicans acriter, ut in conflictu emoriatur. Neque vero iam mirum, quod illi parum conuenit cum oloribus, aue nimirum poetica: illud mirum, ab iis sæpenumero vincitam pugnacem belluam. Nec cum gruibus satis conuenit, ob id, quod illi impendio placeat Democratia, a quibus tamen ingenio superantur. Etenim cum grues e Cilicia demigrantes montem Taurum aquilis plenum parant transmittere, ingentibus lapidibus, quo vocem cohibeant, in os sumptis, noctu tacite transuolant, atque ita deceptis Aquilis tuto traiciunt. Sed peculiaris quædam cum Trochilo, nam id est aui nomen, simultas intercedit, non ob aliud, ut autumat magnus ille deambulator, nisi quod huic quoque regis ac βασιλέως nomen tribuitur. Idque potissimum apud Latinos. Proinde ceu regni affectatorem extremo persequitur odio. Quamquam non is hostis est, cuius vires metuat Aquila. Nam Trochilus imbecillis est ac fugax, solertia tamen et ingenio præditus, fruticetis & cauis abdit sese, ut quamuis a potentiore facile capi non possit. Quin olim cum certamen volandi cum Aquila suscepisset, vicit astu magis quam viribus. Denique cum Cybindo bellum gerit internecinum, adeo, ut sæpenumero coherentes prædanrur. Est autem Cybindus nocturnus accipiter. Atque in reliquis animantium ordinibus aliis cum aliis partim bellum est, partim amicitia. Multos habet inimicos vulpes, attamen coruum habet amicum, cuius auxiliis aduersus Aesalon auem, catulos suos diuexam adiunatur. Eidem bene conuenit & cum serpenti bus, cum æque cuniculis gaudeant. Crocodilus hostem habet Ichneumonem, sed cum Trochilo familiaritas est, adeo ut illi liceat vel in ipsas belluæ fauces impune penetrare. Vni Aquila cum nullo prorsus animante, nec amicitia, nec adfinitas, nec sodalitas, nec consuetudo, nec fœdus, nec induciæ. Hostis est omnibus, & neminem non habet hostem. Siquidem non potest non omnium esse hostis, qui omnium malo viuit ac saginatur. Proinde sibi conscia, non nidulatur in plano, sed in præruptis & excelsis rupibus, aliquoties & arboribus, sed præaltis, videlicet tyrannicum illud secum volens, Oderint dum metuant. Proinde cum Ciconiæ sacræ sint Aegyptiis, adeo ut occidisse sit capitale, apud Romanos sacri Anseres, Miluiis apud Britannos nemo neceat, suibus parcant Iudæi, nec Delphines venabantur antiqui, neque ledere fas erat, sed si quid in venatu peccassent, pauculis modo plagis puerorum more castigabantur. At in Aquilas ubique gentium eadem lex est, quæ in lupos, ut præmiū sit, qui communem omnium hostem occiderit. Ergo nec amat ullum, nec amatur ab ullo animante Aquila. Leonem animal tam

immane retulisse gratiam homini de se benemerito, & vitam dedisse, a quo pedis sanitatem acceperat, prope creditum est ab omnibus. Draconem seruasse nutrium suum, & ad agnitam vocem accurrisse, credunt permulti. Quin & aspidem, ad mensam cuiusdam quotidie ventitare solitam, ubi sensit ab vno catulorum suorum hospitii filium interemptum, eum occidisse, nio latiq. hospitij pœnam & de suo partu sumpsisse, neque præ pudore deinde in eas ades reuersam, retulit Philarchus, neque desunt qui credant, scribendum existimauit Demetrius Physicus, recensendum Plinius. Item Pantheram ob catulos eductos e fouea, hominem officiose produxisse, donec egressus solitudines in viam publicam redisset. Aristophani grammatico puellam Stephanopolidem adamanti, riuales erat Elephanus. Eamq. rem ut omnibus notissimam, & omnium sermone celebratam retulit Plutarchus. Apud eundem draco quissiam perditæ amat puellam Actolidem. Nam Delphinium erga homines amor, erga Arionem seruatum, erga Hesiodum in litus deuectum, & virginem Lesbiam cum amatore seruatum, erga puerum uectis & reuectum officium, propemodum inconfesso est. Ad virginem ab Aquila adamatam, nec hi credunt, qui credunt omnia. Nam fatale quoddam huius & in homines odium, vel hinc colligis licebit, quod Prometheus deorum omnium *καὶ τῶν θεῶν* addita sit in Caucaſo carnifex. Et tamen in tam multis vitiis est, quod laudare possis. Minime bibaces sunt, minimeq. ſalaces, quæ maxime sunt rapaces. Nam quod Ganimedem rapuit Aquila, Ioui rapuit, non sibi. Ergo cum innumerabiles sint animi species, atq. inter has aliæ plumarum opibus ac picturis admirandæ sicuti pæones: aliæ candore niueo insignes, ut olores: aliæ contra decenti nigrore lucentes, ut corui: aliæ corporum proceritate præminentes, veluti Struthiones: aliæ fabulosis etiam miraculis celebres, ut phœnix: aliæ fecunditate commendatæ, ut columbæ: aliæ gratæ lautorum mensis, ut perdices, ac phasides: aliæ loquacitate iucundæ, ut psittaci: aliæ cantu mirabiles, ut luscinie: aliæ fortitudine animi præstantes, ut galli gallinæ: aliæ deliciis hominum natæ, ut passerculi: tamen ex vniuersis, vna Aquila viris tam sapientibus idonea visa est, quæ regis imaginem representet, nec formosa, nec canora, nec esculenta, sed carniuora, rapax, prædatrix, populatrix, bellatrix, inuisa omnibus, omnium pestis, quæ cum plurimum nocere possit, plus tamen velit quæ possit. Nec alio iudicio leoni mandatæ est regnum inter quadrupedes, quo non alia bellua, vel immanior vel putidior. Canes cum ad multa sunt vsui, tum ad hoc præcipue, quod pro rebus hominum excubias agunt. Boues agricolantur. Equi & elephanti belligerantur. Muli & asini gestandis oneribus sunt viles. Parasitatur simia. Draco vel hoc vtilis nomine, quod vsum marabhi monstrarit ad oculorum aciem acuedam. Leo nihil nisi, hostis ac deuorator omnium, nec nisi viribus ac metu tutus, planeq. regium animal, quemadmodum & Aquila. Quod videntur perspexisse, qui nobiles illos clipeos leonibus quam maxime hiantibus & explicatis ad prædam vnguibus insigniunt. Sed ad Aquilam redeamus, cui ob dotes quas commemorauimus, tā eximia, ob tā egregia in omni animantium genus merita, senatus populiq. poetarum, magno consensu de-

creuit, primum, ut rex omnium, atque etiam tunc, id est, diuinus appellaretur. Deinde satis honestum in cœlydera lacu dederunt, ac stellulis aliquot insignierunt. Postremo minus inter cælitates honorificum mandarunt, ut solus arma ministraret irato Ioui, quibus orbem commouet vniuersum. Quoq. id impune possit, illud quoq. tribuerunt, ut vna animantium, nec metuat fulmen, nec ledatur a fulmine, sed iisdem oculis fulmen emicās obtineatur, quibus aduersum aspicit solem. His addiderunt sapientissimi illi Cæciq. Romani, ut in legionum suarum vexillis, primas teneret Aquila, essetq. vexillorum ipsorum cœuxillifera, posthabitis etiam lupis, Romani gentis nutritiis, posthabitis Minotauris, & apris, non extrema rapacitatis bellis, posthabitis deniq. & equis. Nam his quattuor animantibus insignita vexilla, quondam Aquilam sequebantur. Paulo post, nec comites eos est passa, sed illis in castris relictis, ipsa sola prodibat in prælium. Hanc inquit quæ dignam cœsuerunt, quæ totius orbis monarchæ, sceptri signa, clipeos, domos, vestes, vasa, ministeria decorat, cum tamen vulturum, ni fallimur, augurio conditum sit Romanum imperium, non Aquilarum. Addidit hoc augurum collegium, ut si cuius adibus infederit Aquila, aut si pileum in caput alicuius immitat, imperium portendatur. Habes e ducibus alterum, nunc ad Scarabeum veniamus, est animal, ac vix etiam animal, quippe cui sensus aliquot desint, ex insectorum infima gente, quod infami sane vocabulo Græci *καὶ δακτυλ*, Latini Scarabeum appellant, aspectu tetrum, odore tetrius, sonitu teterrimus, alis crustacea vagina obtectis. Quin magis totus ipse Scarabeus nihil est, nisi crustum. Nascitur in excrementis, hoc est, animantium stercoreibus, in iisdem viuunt, versatur, oblectatur, deliciatur. Præcipuum huic studium pilas quam maxime potest ingentes componere, seu pastillos, non ex odoribus, sed stercore, potissimum caprino: nam id illi prorsus amaracium olet. Eas miro conamine voluit auersus, pedibus posterioribus, quos habet longiores, superne iniectis, capite in terram prono. Quod si quando contingat, ut aduersus collem aliquem onus protrudant, elapsis subinde pilis, ac deorsum recurrentibus, putes te Sisyphum voluentem saxum videre. Nec defatigantur, nec conquiescunt. Tantus operis ardor, donec in antrum suum deuexerint. In his pilis, ut ipsi nati sunt, ita sætus etiam suos educant, & teneros adhuc aduersus hyemis rigorem nidulantes fouent. Scimus nulli non esse notum Scarabeum, ut qui passim sit obuius, nisi sicubi nulla omnino sunt stercorea. Sed non est eadē omnium species. Etenim sunt, quibus nigro quodam uirore luceat crusta. Pleriq. tetro nigrore horret. Sunt non nulli grandiores, prælongis, ac bisulcis armati cornibus, cacumine forcipibus dentato, ea cum visum est, ad morsum contrahunt, stringuntq. Sunt item rutili, & iidem prægrandes, qui terram aridam fodiunt, atq. illic nidos ponunt. Sunt qui metuendo bombo, formidabiliq. strepitu prouolent, ut imprudentem non medio-criter territent. Sunt & aliæ formarum discrimina. Verum illud commune est omnibus, e stercore ortus, e stercore victus, in stercore vita delictumq. Iam opinamur futurum, ut aliquis Romanis ducibus impense fauens Aquilæ vicem deploret, cui cum tam humili, tamq. plebeio hoste res inciderit, autam regali, quem vincere

vincere gloriosum non sit, a quo vinci turpissimū, & cui abunde multum laudis contingat, quod cum Aquila decertarit, etiamsi victus discesserit. Apud poetas pudet Aiacem Vlyssis aduersarij tam imbellis, & Aquila cogitur cum Scarabeo conflictari? Rursum alius magis etiam demirabitur, unde huic insecto vilissimo, tantum animorum, tantum audaciæ, ut non sit veritū cum aue multo pugnacissima bellum suscipere. Tum unde opes, vires, facultates, auxilia, ut tot iam annos bellum ducere potuerit. Verum si quis hunc explicet Silenum, et contemptum hoc animalculum propius ac veluti domi contempletur, tam multas in eo dotes haud vulgares animaduertet, ut omnibus diligenter pensatis, propemodum Scarabeum se malit esse, quā Aquilam. Ne vero nobis reclamet & obturbet quisquam prius atque rem cognouerit. Primum in hoc Aquila prestat etiā Scarabeus, quod senectam quotānis exuit, ac subinde repubescit. Deinde in tantulo corpore, quantum animi robur, quam Heroica mentis vis, quantus ad inuadendum impetus, ut nihil iam sit ad Scarabeum Homericam misce. Nam hinc, si fallimur, quibusdam Scarabeis nomen etiam inditum, ut tauri dicantur. At cum tauris nec leones temere congregiuntur, tantum abest, ut id faciant Aquila. Iam uero, nec ingenium vulgare, nisi quis sine causa, vel natū olim, vel ubiq. celebratum existimet, Græcum illud pro- uerbiū, κατὰ φύσιν ἀποβήσθαι, quo nimirum singularis quedam & incomparabilis tribui videtur sapientia. Neque nostra refert, si quis cauilletur eum parum bene habitare, in domicilio deformi. Quamquam quod ad corporis quoque formam attinet, absit modo vulgaris & iudicium occupans imaginatio, non est quod contemni possit Scarabeus. Etenim si uere proditum est, a Philosophis, eam figuram quam vocant sphaericam, non modo pulcherrimam esse, verum etiam modis omnibus optimam, nec aliam magis demiurgo illi placuisse qua cælum hoc, rem omnium multo pulcherrimam fabricaretur, cur nō et formosus videatur Scarabeus, qui ad huius speciem longe propius accedit, quā Aquila? Denique si equus in suo genere formosus est, si canis in suo, qui minus in suo placeat Scarabeus? Nisi omnes omnium formas nostra metimur: ut quidquid ad hominis formam non adceperit, id continuo deforme iudicetur. Nā colorē Scarabei nemo, putamus, calumniabitur, ut qui gemmas etiam non nullas commendet. Porro quod animantium excrementis, ad suā commoditatem abutitur, ingenij laus est, non crimen. Quasi uero non idem faciant Medici, qui cum multorum animantium, tum hominis etiam excrementa, nō illinunt solum, verum in potione ministrant in morbis. Nec pudet Alcumistas, ad quintam illam essentiam eliciendam, uti fimo. Nec agricolas, quo quidem hominum genere nullum fuit olim honoratius, stercoribus arua saginare. Sunt & populi, quibus ad incrustandos domiciliorum parietes, fimus pro gypso est. Eodem contuso, & ad solem exiccato, id ignis alimentū vitur lignorum vice. Cyprij boues suos humano stercore saginant, nec saginant tantum, sed etiam medentur. Sed illi, inquis, res tam putida bene olet. Stultum uero sit nasum hominis in Scarabeo desiderare. Si quidē id homini peculiare, odore sui fimi offendi. Nec idem accidit in ullo ceterorum animantium. Felicio-

itaque nobis Scarabeus, non immundior. Quamquam homines quoque non tam res offendit, quam opinio: nam priscis illis mortalibus, res ipsa non perinde atque nobis visa est abominanda, quam auspiciatissimo uocabulo latamen appellarunt. Nec dubitarunt Saturno deo, Sterculei cognomē addere, nimirum honoris causa, si quidem Macrobio credimus. Nam prodidit Plinius, Stercuto Fauni filio, hinc non nomen solum, uerū etiam immortalitatem contigisse in Italia. Porro in Græcia res eadem duobus regibus summam peperit gloriam. Augeæ qui excogitavit, Herculi qui diuulgavit. Deniq. numquam abolebitur regij senis memoria, quem Homerus, ut in Catone tradit, Cicero, manibus suis letificantem agros, nec alia re quam qua delectatur Scarabeus, posteritati consecrauit. Imperatorum Romanum nihil offendeat loci putor, cum emolumento coniunctus, cur Scarabeum a tantis commoditatibus tam leue deterreat inconueniens, ut iam demus incommodum esse? Denique cum videamus Scarabeum in stercore purum esse, semperq. crusta nitida, contra Aquilam etiam in aere putere, quæso uter altero mundior? Equidem hinc etiam nomen inditum arbitramur, ut κατὰ φύσιν, ueluti κατὰ φύσιν sit appellatus, nisi si quis malit a Centauris dictum Cantharum. Nam ne putes Scarabeum ob naturam sordidam a lauitiis abhorrere, idem rosis impensissime delectatur, easq. vnice adpatit, si quidem Plinio credimus. Quod si quis forte dotes has leues ac vulgares existimet, illud certe nemo non fatebitur magnificum, & ingenti crista dignum, quod antiquitus inter sacras imagines, & in uatum mysteriis cum primis habitus est Scarabeus, egregij bellatoris aptissimum symbolum. Siquidem ut refert Plutarchus in commentario de Iside & Osiride, in Hieroglyphicis Aegyptiorum picturis regis simulacrum erat oculus, addito scepro, quo uidelicet vigilantia, cum recta iustaq. rerum administratione coniuncta, significabatur. Nam illis, opinamur, temporibus adhuc eiusmodi reges erant, multum Aquila dissimiles. At Thebis ait idem imagines quasdam fuisse repositas, quæ manibus carerent: eæ iudices representabat, quos oportet ab omni munerum corruptela quā maxime seiunctos esse. Atque inter has unam oculis quoque carentem, quæ iudicij præsidem adumbrabat, quod hunc oporteat omni prorsus affectu vacare, tantumq. rem ipsam spectare, personam non respicere. Aderat, non corchorus inter olera, quod pro uerbio dicunt, sed inter sacras imagines Scarabeus, sigillo insculptus. Et quid tandem per hoc nouum symbolum, nobis innuebant sapientissimi homines? Rem uidelicet haudquaquam vulgarem, nempe belli ducē egregium & inuictum. Nam hoc quoque Plutarchus indicat, ne quis sic a nobis cōsuetum existimet. At dixit imperitior aliquis. Quid Scarabeo cum duce belli? Per multa sane congruunt. Principio uides, ut totus armis luceat Scarabeus, nullaq. pars corporis sit non diligenter crustis ac laminis communita, ut non melius armatus uideatur Mauors Homericus, cū illi maxime sua instruit panoplia. Adde nunc militarem adsultum, cum horrendo ac Panico bombo, canuq. vere militari. Quid enim insuauius classicorum sonitu? Quid æque uictorū tympanorum strepitu? Nam tubarum vocē, quæ nunc reges tantopere delectantur, olim Busirida non

non ferebant, quod asino rodenti videatur adsimilis. At ei genti, inter abominanda habebatur asinus. Adde laboris inuoluendis oneribus patientiam, inuictum animi robur, ac vitæ contemptum. Ad hæc negant in Scarabeorum gente feminam inueniri, sed omnes esse mares. Verum quid magis congruere potest in sortem imperatorem? Quin & illud ad rem apte quadrat, ut idem indicat Plutarchus, quod in delicatis illis pilis, de quibus dictum est, sætus suos edunt, fouent, alunt, educant: nec alius est locus nascendi, quam cibi. Verum hoc mysterij non facile sit interpretari. Rectius exponunt imperatorij milites, qui norunt quid sit & ἀντιβία, qui norunt χαμνία, qui in obsidione nudi duras hyemes duriorum famæ sæpe numero pertulerunt, qui vitam ægram, non iam herbarum radicibus, sed sædo victu produxerunt, qui menses aliquot in nauibus exegerunt. Si quis huius vitæ sordes perpendat, mundus erit Scarabeus: si quis miseriam, est quod Scarabeo inuideat. At hæc est laudatissimorum imperatorum fors & conditio, ne quis forte contemnat. Denique non usque quaque contemnendum existimabit Scarabeum, quisquis secum reputarit, magos ac medicos maximis hominum malis ab hoc animante remedia petere. Siquidem cornua Lucanorum, sic enim appellant hoc genus, non modo gestantur in crumena, verum etiam de collo suspenduntur: non numquam & auro inclusa, aduersus omnes infantium morbos. Quid quod in efficacissimis vixq. credendis remediis, ni Plinius auctor esset, parem cum Aquila vim obtinebit Scarabeus? οὐδὲν ἴσους ἔχοντες Scarabeus, smaragdo gemma insculptus: nec enim e quouis ligno fingitur Mercurius, iuxta prouerbum, nec quamuis gemmam se dignatur Scarabeus, sed smaragdo gemmarum nitidissima expressus, ut diximus, si de collo suspēdatur, at nō nisi Cynocephali capillis, aut certe plumis hirundinis, aduersus omnia veneficia præsentaneum adfert remedium: nec omnino minus efficax, quam moly, quod Ulyssi quondam dedit Mercurius. Nec solum aduersus hæc valet, verum etiam non vulgariter confert, si quis quocumq. modo regem adire paret. Idem capitis grauedinem auertit, non mediocriter per Iouem malum, præsertim potioribus. In his igitur tam mirandis remediis, sapientes illi magi nullum faciunt discrimen inter Aquilam & Scarabæum. Proinde quis ipsum Scarabeum despiciat, cuius et imago lapillis insculpta, tam habet vim? Admonet nos gemmarum mentio, ut illud etiam adiiciamus si quid Aquila sibi placet cognomine gemma ætate, nec hac laudis portione cedere Scarabeum. Nam huic quoque nomen debet Cantharias, totam animantis speciem mire referens, ut non effigiem expressum, sed viuum ac verum Scarabeum intra gemmā conditum dicat. Postremo si quid hoc ad rem pertinet, non paucioribus adagiis nobilitatus est ille simo prognatus Scarabeus, quam rex auis Aquila. Nam si quis Aquila factioni studens, neget hac parte cum ea conferendum esse Scarabeum, quod olim apud Thebanos crassos homines inter numina habebatur, non admodum, refragabimur modo meminerit hoc honoris aquilæ cum Crocodilis & Cercopithecis, denique & cum cepis ac ventris crepitu esse commune, quandoquidem apud Aegyptios hæc omnia portenta, diuinos honores inuenerunt. Et si quo calculo

dignum est in hac collatione numinis inane vocabulū, non defuerunt, qui Scarabeo quoque tribuerint diuinitatem. Vtrumque ducem utcumq. depinximus. Superest iam, ut tam atrocis belli causas repetamus. Olim in Aetna monte leporem quempiam insectabatur Aquila, iamq. contractis vnguibus præda sic imminebat, ut afflatu propemodum exanimatum animal & alioqui timidum, ad proximum Scarabei cauum velut ad asylum confugerit. Quandoquidem in rebus desperatis, extremoq. discrimine, præsidium vendelibe & petitur & speratur. Erat autem is Scarabeus, quem admodum inquit Homerus, οὐκ ἔστιν ἄλλος. Nam in eo monte Scarabeorum natio, felicissima sobolis esse perhibetur, adeo ut hinc οὐρανὸς ἰσχυρὸς prouerbio sit nobilitatus, videlicet ob insignem corporis magnitudinem. Ad huius igitur antrum confugiens lepus, supplex ad eius genua se prouoluit, obsecrans atque obtectans, ut ipsius penates sibi vitæ præsidio sint aduersus hostem immitissimum. Iam primum hoc ipso sibi non nihil placebat Scarabeus, quod extitisset qui ipsi suam vitam debere vellet, quique rem tantam a se præstari posse crederet. Denique cui suum antrum, quod omnes homines obturatis naribus execrantes prætere solent, idoneum videretur ad quod salutis causa velut ad sacram aram aut principis statuam confugeret. Consectum igitur prouolat obuiam Aquilæ Scarabeus, et huiusmodi dictis furentem lenire conatur. Quo maior est tua potestas, hoc magis conuenit te parere innoxiiis. Noli lares meos innocentis animantis interitu funestos reddere. Sic tibi tuus nidus semper ab huiusmodi calamitate sit immunis. Generosi regūq. animi est, dare veniam & indignis. Profit nihil commerito domicilij reuerentia, quod cuiq. tutum & inuiolatum esse vult æquitas, sinunt leges, adprobat consuetudo: profit deprecantis, si non auctoritas, certe studium. Quod si genus nostrum & Scarabeia despicias arma, At sperato deos memores fandi atque nefandi. Si nihil te mouent penetralium uiolatorum vices, intuum caput aliquando redituræ, certe Iouem maximū reuerere, quem in vno facto ter offendes. Meus est hic hospes, offendes εἰς μέγα, meus est supplex, et ipse pro illo tibi, violabis ἱερὸν τόπον: denique pro amico deprecor amicus, offendes φίλον. Scis quam certas iras concipere soleat iratus Iupiter, quam acriter vindicet lacepsus, qui seuienti ministras arma. Nec omnia permit rit suis, nec omnia condonat affectibus. Sed plura parantem dicere Scarabeum, Aquila vexatum alis, contemptum in terram præcipitat. Leporem frustra supplicem, sub oculis Scarabei crudelissime ingulat laniatq. laniatum in immitem nidum deportat: neque vel tantillum valuerunt apud eam nec preces, nec mīnæ Scarabei: quem tamen haud aspernata fuisse, si quantum audacia viribusq. pollet, tantundem polleret prudentia: aut si in mentē venisset, olim leonem in extremo vitæ discrimine, a mure seruatum fuisse, & omnium quadrupedum tyranno, quod dii vix dare poterant, id a tam infimo contemptoq. animalculo per occasionem datum esse: si cogitasset formicam beneficio prouocatam, columbæ vitam dedisse, ad morsu aucupis calcaneo. Adeo nullus est tam humilis, tam abiectus fortis, qui non possit per occasionem, & prodesse amicis, & nocere inimicis, vel potentissimo. Verum id temporis

temporis nihil horum succurrebat Aquilæ, tantum præfenti præda potitur, fruiturq. Ea contumelia descendit altius in pectus magnanimi Scarabei, quam quisquam credidisset. Stimulabat excelsum ac titanicum animus: hinc pudor, quod in causa tam æqua, parum sua ualisset auctoritas: hinc misericordia, quod innoxium animal & imbellis, tam immaniter esset laniatus: hinc dolor, quod ab Aquila tam ferociter, atque id tam impune contemptus esset, baud quaquam, ut ipsi videbatur contemnendus. Siquidem nulli sua levis est auctoritas. Iam succurrebat & illud, fore ut uniuersum Scarabeorum genus in contemptum veniret, si semel id factum Aquilæ cessisset impune. At tum quidem temporis, quoniam ulciscendi facultas non erat, omnino regium quiddam exhibuit Scarabeus. Nempe hoc ipsum, quod de Agamemnone, ceterisque regibus dixit Calchas,

Εἴπορ' ὅς περ χάλκῳ καὶ αὐτῇ μὲν κατὰ πέτρῃ,
Ἀλλὰ καὶ μετὰ πιδύον ἰχθὺς κοίτῃ, ὅ γ' ἔρξεται
Εὐσεβέσσιν ἰοσι.

Omnes igitur artes, omnes dolos in pectus aduocat. Nec vulgarem molitur penam, internecionem, ac plane περὶ ἀλέγας in animo voluit. At cum ipsa quidem Aquila hoste tam bellaci, Martem experiri, non satis tutum esse ducebat: non solum ob id, quod copius esset inferior, verum etiam quod Mars stupidus deus ac recors, nec minus cæcus quam ipse Plutus, aut Cupido, plerumq. faueat causæ deteriori. Quod si maxime par viribus fuisset, si felicius pugnarent hi, quorum melior esset causa, tamen esse videbat, in quo grauius excrucietur Aquilam, & odium suum plenius vindicta satiet, si posteritate sublata, viam etiam & sentientem Aquilam longa morte exanimaret. Nulla in re grauius disruciantur parentes, quam in liberis. Adeo ut qui sui corporis sanctissimos negligunt cruciatus, filiorum tormenta non ferant. Viderat asinos per ignes obiectos, miro vitæ contemptu, pullis suis succurrere: viderat exempla huius animi in animantibus permultis. Existimabat ab his communibus affectibus, non esse alienam Aquilam. Denique suo generi tutius esse iudicabat, si inimicum tam pertinacem ab ipsa, quod aiunt, stirpe perdidisset. Audierat, opinamur, celebratum illud prouerbium,

Νῆπιος δὲ περὶ ὅρα κτείνανσ' αὐδὲ κατὰ λίπην.

Titillabat & blanda quædam spes, si facinus successisset, futurum ut profligata Aquila, ipse regno potiretur. Atque ut dolor non solum sortes facit & intrepidus, verum etiam sagaces, diligenter explorat, quo loco spem suæ posteritatis hostis recondidisset. Quo peruestigato, Vulcanum adit, qui cum illi non nulla familiaritas est, ob coloris similitudinem. Exorat, ut arma sibi cudas, quæ neque sint onerosa volanti, & tamen aduersus mediocrem vim tucantur. Armatur a summo vertice ad imum usque calcaneum Vulcanus Scarabeum, his armis quibus adhuc utitur: nam antea muscarum more incrimis erat. Nidus erat procul illinc semotus, in excelsis præruptoq. scopulo, multa sarmentorum ac stipularum vi congestus & communis. Huc nobis protinus egregius Scarabeus aduolat ne an adreperit, parum liquet, certe peruenit. Sunt qui dicant tum cum pennis Aquilæ feriretur, adherentem clanculum ab insciente Aquila in nidum deportatum

esse. Et quo nec homines, quibus non est aliud animal insidiosius, nec ad nocendum ingeniosius, peruenire potuissent, eo penetrauit Scarabeus. Inter stipulas in insidiis abdit sese, ac tempus nactus idoneum, Aquilæ oua protrudit e nido, aliud post aliud, donec nullum reliquum faceret. Ea delapsa, comminuta sunt, ipsi pulilli in formæ adhuc miserabiliter in saxa elisi, prius orbativita sunt, quam vitæ sensum acceperunt: nec hac tam atroci pœna contentus fuit Scarabei dolor. Est gemma cum primis nobilis, quam ab Aquilæ nomine Græci vocant Aetitem: non dissimilis est ouo, sexu quoque distinguitur, nam in femina sætum inclusum inuenias, pulli prope modum speciei. Mira vis, ad eliciendum partum. Quamobrem hodieq. parturientibus admouetur, quo partum acceleret. Huius itaque generis par, Aquila solet in nido suo ponere, alioquin numquam positura oua, aut certe non exclusura pullos. Tantum etiam thesaurum deicit e nido Scarabeus, quo pariendi facultatem in posterum eripiat, lapides acutis excepti saxi minutatim dissiliere. Ne hæc quidem adhuc satis visa sunt iræ Scarabei. Leuem calamitatem putat, nisi dolore quoque ac lamentis hostis frueretur, itaque rursus abdit se penitus in stipulis. Redit Aquila, nouam sui generis cladem conspicitur, videt sua viscera frutitulum discepta: videt nobilis gemmæ non æstimabilem iacturam: queritur, clangit, fremit, stridet, eiulat, obstat ut deos: ac suis illis oculis, quos iam dolor etiam acuebat, hostem tam potentem circumspicit. Atque omnia potius in mentem veniunt reputanti, quam Scarabeus ille contemptus. Dira minatur, dira precatur ei quisquis tantæ calamitatis fuisset auctor. Quantam interea voluptatem animo persensisse credis Scarabeum, dum hæc audit? Quid faciat misera? Rursus in fortunatas insulas illi deuolandum fuit, neque enim aliunde importatur & τίτνε, alterum par inueniendum. Nidus in locum multo semotiorem editioremq. transfertur. Rursus oua ponit, & huc nihilo secius ignotus hostis penetrat: populatur omnia, totam superiorem renouat tragædiam. Rursus hinc in tutiorem arcem demigrat Aquila: alia deponit oua, alios adbibet Aetitas. Rursus adest Scarabeus. Nec modus nec finis fugiendi atque insequendi, donec delassata tot cladibus ales, constituit sacram mouere ancoram, ac suis diffusa viribus ad deorum præsidia confugere. Iouem adit, exponit calamitatis suæ tragædiam, hostem tam potentem, eumq. quod esset grauiissimum, ignotum: ut tanta passæ, facultas etiam ulciscendi criperetur. Addit hanc suam perniciem ad ipsum quoque Iouem pertinere periturum imperij munus, quod ille donasset, mutandum armigerum, si quemadmodum instituit hostis, pergeret: esse non nihil assuetis ac notis uti ministeriis, etiam si nouitas in suscepto Ganymede feliciter successisset. Mouet Iouem satellitis sui periculum, præsertim cum recens rapti Ganymedis officium hæceret animo. iubet, si uideatur, in suo ipsius sinu deponat oua. Aut illic, aut nusquam omnino in tuto futura. Pareret ales, ac in summi Iouis sinu, extremam gentis suæ spem deponit, multum obtestata, per felicissima illa oua, quæ quondam illi Leda pepererat, ut sua bona fide tueretur. Quid non efficit pertinax animi dolor? Vereamur ne cui res supra veri fidem esse videatur. Ad ipsam

ipsam summi Iouis arcem inuictus subuolat Scarabeus, nescinus an numinis alicuius favore adiutus. Pastillum in hunc usum e stercorebus paratum in sinum illius demittit. Iupiter ut est sordium insolens, quippe in purissima mundi parte habitans, & a terreno contagio longissimo senectus intervallo, dum offensus teterrimo odore, sinum e sinu studet excutere, oia Aquila deiicit imprudens, quæ videlicet ex alto delapsa, perierunt, & prius quam terram contingerent. Atque ita tandem cognitus est, ille torclaudium artifex: & hoc ipsum voluptatis cumulum addidit Scarabeo. Inuit agnoscere. Contra Aquila, nam rem gestam ex ipso didicit Ioue, non mediocriter doloris pondus adiecit, tam contemptus suæ calamitatis auctor, Quandoquidem est & hoc non nullum mali solatium, si quis a magno superetur hoste. Hinc velut de integro dierum inter eos coortum bellum, Aquila pro viribus ubicumq. confectam Scarabeorum gentem vexat, rapit, proterit, perdit. Vicissim Scarabeus in Aquila perniciem nervos intendit universos. Itaque prædandi, insidiandi, iugulandi, nec mora, nec requies, nec ullus omnino finis futurus videbatur, nisi utraq. gente pariter sublata funditus, ut Cadmeam victoriam diceret: adeo gladiatoris animis, uterq. in alterum affectabat viam. Nec vinci poterat Aquila, neque cedere nouit Scarabeus. Tandem Iupiter in tantis rerum periculis sic currendum putat, conatur priuatim inter eos rem componere. Quo magis conatur, hoc magis borum incrudescit odium, gliscunt ira, feruescunt pugna. Et erat ille quidem haud dubie propensior in Aquila partem: sed e diuerso mouebat exemplum longe perniciosissimum, securi licuisset impune in hostem, aut eum contemnere. Proinde facit quod in extremo rerum discrimine solet, deos in consilium aduocat: pauca prælocutus rem, ut est gesta proponit. Præcomio Mercurij sit dicendi potestas, rogantur ac dicuntur sententia. Variatur est studij. Dij contemptiores fere fanebant Scarabeo, ex maximis etiam Iuno vehementer huic studebat, nimirum odio Ganymedis, Aquila rebus insensa. Tandem in hoc senatusconsultum pedibus itum est, quod arguta voce pronunciauit Mercurius, Vulcanus in as incidit, uti bellum æternum Scarabeus & Aquila suo gerant arbitratu. Quod cuique acciderit incommodi, ob id in ius vocare non liceat, bello imputetur. Quod rapuerit, id iure belli possessurum, tantum, non placere diis internicionem ullius gentis. Proinde triginta dies, per quos intubat Aquila, temperetur a manibus, feruentur inducia. Nec fas sit Scarabeis per id tempus in publicum prodire, ne videlicet ad inediam ac fouendi laborem, belli quoque studium accederet Aquila. Addidit illud ex suo studio Iupiter, idq. reclamantibus non nullis, Aequum est, inquit, ex tam immensis terræ spatiis, vel exiguum angulum, velut asylum superesse meo satelliti, quo tutus sit a Scarabeorum incursum. Neque vero nouum exemplum induco. Sunt loca que lupum nesciunt: sunt in quæ non immigrant venena: sunt in quibus non uiuant talpæ. Metabor & ipse in Thracia iugerum aliquot spatium apud Olynthum, in quod si quocumq. modo prudens, imprudens, volens, nolens, pedem intulerit Scarabeus, capitalis esto: nec fas sit exire semel ingresso, verum inibi torquat sese, donec emoriatur.

Loco nomen tribuitur Cantharolethrus, ut vel ipso monitus vocabulo sciat Scarabeus actum fore de se, si contra nostrum senatusconsultum non vereatur in eum locum irrumpere. Rhodo exultat Aquila, ne cui videatur inhumanum Olyntho excludi Scarabeum.

Sic ait, & totum nutu tremefecit Olympum. Adfremebat omnis deorum confectus. Valet in hodiernum usque diem senatusconsultum, semperq. valebit. Scarabeis & Aquilis durat exitiale bellum, per eos dies, per quos incubat Aquila, nusquam appareret Scarabeorum filij. Locum enim, quem designauit Iupiter, summo studio vitat: quod si quis importet, protinus examinatur. Eiusq. rei, si quia forte requireret, testimonium perhibet Plinius libri undecimi cap. 28. Atque hoc quoque grauior auctor Plutarchus in commentario de animi tranquillitate. Sed inuoluntaria, sed ad prouerbiorum negotium redeamus, Meminisse huius fabula Comicus Aristophanes, & huius, hys qui, dem versibus;

Εν τοῖσιν ἀσπίδι καὶ λῶνι ἐνυγέει,

Μόλις περὶ τῶνδε εἰς ἐξέχρηται πόδες.

Διὰ τὴν εὐρίαν μύθον, ὃν πατρὸς πατρὸς,

Ὁσπερ καὶ τὸν ἄνθρωπον καὶ τὸν ἄνθρωπον,

Ἡ δὲ κατ' ἐχέρας αὐτῶν πάλαι ἦν ὁρμή.

Ὅτι καὶ οὐκ ἔστιν, καὶ πάλαι ἦν ὁρμή.

In fabulis id est reperitur æsopis,

Adiisse diuos unicuique emolucris.

Haud credibilem ais fabulam pater pater,

Adiisse diuos animal obsecrum atque oleum.

Peruenit olim inquam, ob similitudinem asperam,

Quæ illi fuit cum Aquila, qua volucris illius,

Et expectens penam ab hoste mutas.

Admonet autem apologus, non esse cuiquam contem-

nuendum hostem, quamuis infirma fortuna. Sunt enim

hominuculi quidam, infima quidem sortis, sed tamen

malitiose, noui minus atque, quam Scarabei: neque nisi

non prouident, neque minus abiecti, qui tamen perniciaci

quidam ingenij malitia, cum ulli omnino mortaliū

prodesse possint, magnis etiam saepe numero viris, sces-

sant negotium. Territant nigrore, obstrepunt stridore,

obstruunt fetore, circumuolant, harent, insidiantur,

ut non paullo satius sit, cum in regno aliquando visis

similitatem suscipere, quam hos laceessere Scarabæos,

quos pudeat etiam uicisse, quosq. nec excutere possis,

nequa consiliari cum illis queas, nisi discedas conta-

minuator.

Timidus Plutus.

Διὰ τὸν πλάττε, id est, Timidus Plutus. Huiusmodi enim

& Aristophanes inducit Plutum, atque hunc imita-

tus Lucianus in Timone, omnia formidantem, nulliq.

fidentem. Neque uero dissimilem animi habitum opes

adferunt diuitibus, cum contra paupertas secura in

utranque dormiat aurem. Aristophanes vulgo ia-

stetam indicat opulentia timiditatem, cum ait,

Ἀλλὰ λίγαςοι ποῖντες ὅς

Διὰ τὸν πλάττε, id est, Timidus Plutus.

Quia id omnes diffident,

Timidissimum quiddam esse, diuitias.

Interpres admonet, Comicum adlusisse ad illud Euri-

pidis,

Διὰ τὸν πλάττε καὶ φιλότυχον κακόν.

id est,

Res

Res cupida vita, sunt opes, pauidum malum. Id ideo dictum est, quod diuitibus multi tendunt infidias: nempe latrones, hereditaria, principes, scyphæ et, non nunquam & vxor, & liberi. Quam ob causam addidit Euripides φιλότιμον κακόν, vel quod ob diuitias magis illis libeat viuere, quam his, qui tenui sunt fortuna: vel quod ob eas sæpe numero de vita solliciti sunt. Id eleganter explicans Iuuenalis,

Pauca licet, inquit, portes argenti vascula puri,
Nocte iter ingressus, gladium contumq. timebis,
Et motæ ad lunam trepidabis arundinis umbram.

Cantabit vacuus coram latrone viator.

In summa in omni negotio formidolosior est diues, quàm pauper. Cautius munit ædes furum metu. Metuit tempestates, propter frumenta, quæ habet in agris, propter merces, quas habet in mari. Metuit amicos, ne quid rogantibus donare cogatur. Metuit inimicos, ne quid noceant Timidius conuiuiatur, metu multæ. Omnia circumspectius, & facit & dicit, metu calumniæ, quæ potissimum diuitibus strui solet, quippe quibus est quod auferri possit. Si bellum imminet, diues in primis discruciat. Deniq. nec superstitione vacat, ne quod nomen parum amicum, damnum immittat.

Panicus casus.

Πανικός, Veteres vocabant subitum animorum tumultum sed inanem. Veteres enim existimabant Panem deum repentinos terrores, & animi consternationes immittere, lymphaticis simillimas, usque adeo impotentes, ut non ratione modo, verum & mente careant. Sicuti non tarenter usu venit, cum in exercitu nulla comparent idonea causa, viri pariter atque equiperturbantur. Cuius rei meminit & Euripides in *Rheso*:

Αἰὲρ κροῖς πανὶς τρομαδὲ μέγιστος φόβος.

Verba sunt Hectoris ad custodes nuntiantes, nouum tumultum in castris oriri: adque id motum Panicum esse respondet. Pindarus in *Nemeis* scribit non oportere fortibus viris vitio vertere, si fugiant in huiusmodi tumultu.

Εν τῷ δαμνῶντι φόβῳ ἐφύγαντο καὶ παῖδες θεῶν.

In diuinis terroribus fugiunt et filij deorum. **Δαμνῶντις** φόβος appellans τὸς πανικός. Narratur idem deus concham illam tortilem ac turbinatam, quæ Græce κόχλος, id est, testudo dicitur, primus reperisse, eaq. personans olim Titanas, contra quos bellabat, in fugam egisse. Pausanias in *Phocæis*, Εὐ δὲ τὴν νύκτι φόβος σφοδρὸν ἐμπίπῃ, καὶ ὅτε ἀπὸ αὐτοῦ ἐδράμῃσι διματρὶ ἐκ τῶτος φασὶ γινώσκειν. id est, Ceterum nocte irruit in eos pavor panicus, siquidem terrores nulla de causa exortos, aiunt ab hoc immiti. Hac de re copiosius differit citatis aliorum etiam Græcorum testimoniis, Angelus Politianus in *Miscellaneorum* annotatione vigesima octaua. Hoc adagij subinde refertur a Cicerone in epistolis ad Atticum: Ego, inquit, bellum sædissimum futurum puto, nisi qui, ut tu scis, panicus casus exiterit. Rursum alibi, De Ventidio, panicon puto. Item alibi, Rumorem adserunt magnum; Roma dum ad Antonium frumentum omne portari, πανικός certe. Item alibi: Interim scis enim quædam πανικός dici, item τὸ καὶ τὰς πόλιν, rumore aduentus nostri, & Cassio, qui Antiochia tenebatur, animus accessit, & Parthis timor iniectus est. Idem ad Tironem, Et si Atti-

cus noster, qui me quondam moueri πανικός intellexit, idem semper putat: nec videt quibus præsidis philosophia sepius sit. Et hercle quod timidus est ipse, & πανικός, id est, tumultum ciuitatis, & paniceis mouetur. Huc adlusisse putamus & Apuleium in *Asino suo*, cum Psyche ad mortem spontaneam properauit, Panem obuium facit.

Nihil minus expedit, quam agrum optime colere.

ΑΓΡΟΝ priscos adagionis instar fuisse Plinius testatur libri 18. cap. 6. *Temerarium*, inquit, videatur vnam vocem antiquorum posuisse, & fortassis incredibile penitus existiment, nihil minus expedire, quam agrum optime colere. L. Tattius Rufus infima natalium humilitate, consulatum militari industria meritis, anti-quæ alias parsimonia, circiter mille siclos (sive quæ leetio quibusdā magis adridet, sestertium) liberalitate diui Augusti congestum, usque ad detractionem heredis exhaustit, agros in Piceno coemendo, colendoq. in gloriam. Internicionem ergo, famemq. censens? Immo hercle iudico modum, rerum omnium vtilissimum. Bene colere necessarium est, optime damnosum. Hæc nus Plinius. Huc & Terentius adlusit, cū ait in *Phormione*, Nostræ culpa facimus ut malos expediat esse, diem nimum dici nos bonos. *Studemus et benignos*. Item illud Horatianum,

In vitium culpa ducit fuga si caret arte.

Citius quam asparagi coquantur.

ΥΠΕΛΟΧΙΥΣ quam asparagi coquantur. De re vehementer properata. Sunt quædam figure prouerbiales, quæ Octauio Augusto peculiariter arriserunt: inter quas hæc quoq. refertur a Tranquillo, cum scribit eum ad exprimendum festinam rei velocitatem solere dicere, *Velocius quam asparagi coquantur*. Idq. identidem in litteris usurpat. Est autem asparagus herbe genus spinosum, & in medicinam utile, & in cibos gratum, cuius summa priusquam durecant, leuiter coquantur, tantum, ut cruditas absit. Dicitur autem asparagus, quod qui sunt in his precipui, non seruntur, ut Athenæus dixit. Docti quidam admonent, simile quiddam dici de salsamentis. Citius quæ salsamenta coquantur, eo quod quidam pisces sale conditi, aut sumo ventone durati, crudi quoq. comedantur, aut leuissime cocti. Quamquæ hoc prouerbiū apud Athenæum unde citant, nondum reperimus. Confine illi, quod alibi dicitur, & ἄφρα ἰσχυρὰ Ἀφρία ad ignem.

Amicitia personam.

Τὸ προσῶπον non ἀφελὲν τῆς φιλίας, id est, Amicitia personam detrabere dicimur, cum aperte quæ sentimus animo, tū facimus, tum loquimur apud amicos, & quidquid in peccatore clausum est, id pro nobis ferimus. Vultus enim ab animo discrepans persona verius est quam vultus. Et eleganter a Seneca dictum est in *Cesarem*, ut personam malit quam faciem id est, ut videri malit quam esse. M. Tullius *Tusculanarum* questionū quinto scribit Epicurum tantummodo personam induisse philosophiæ. Martialis.

Mentiris iuuenem tinctis Lentine capillis.

R r Tam

Tam subito coruus, qui modo cygnus erat.
Non omneis fallis, scit te Proserpina canum,
Personam capiti detrahet illa tuo.
Neque semper tamen persona sonat in malā partem.
Etenim cum scribit M. Tullius in Officiis, Ponit enim
personam amici, cum induit iudicis: non significat fi-
ctum amicum aut fictum iudicem. Est autem tradu-
ctum a personis histrionum.

Vtere curru, de asinis nihil laborans.

Απὸ τοῦ τῆς σὺν ἀμείβεσθαι τῶν δ' ὄντων οὐδὲν μέλει. id est.

Vtere plaustris tuis, asinosq. ne curaueris.

Versus est trochaicus tetrameter. Hoc prouerbio mo-
nebant, ut suarum quisq. rerum curam ageret, hisq.
frueretur, alienarum negligens, atq. incurius. Hinc
ducta metaphora, quod quibus plaustrum est domi,
nihil necesse habent deportandis oneribus asinos alium
de conducere.

Lybica fera.

Αἰθιοχὸν θηρίον, id est, Lybica bestia. Refertur a Diogenia-
no, Dicebatur olim in hominem vasrum, callidum, ver-
spellem, variis moribus, ancipitiq. ingenio. Quod ge-
nus portentum Cicero Catilinam fuisse testatur. Inde
natum quod in Libya varia ferarum species saepe nu-
mero misceantur: atque ita noua quaedam hinc mōstra
spectaculo produci soleant, Romam a provincia prae-
sidiis deportata.

Semper adfert Libya mali
quippiam.

EODEM fonte fluxit & illud, αὐτὸ φέρει τὴν Λιβύην κακὴν,
id est, Semper affert Libya mali quippiam, quod inde
Roma, ut dixim⁹, monstra deportarentur. Hinc & in
mores, ingeniumq. gentis detorqueri potest: si quidem
ut est regio venenorum ferax, ita gentis pestilens in-
genium. Peculiariter conueniet in seditragos, ac pa-
storum nouatores.

Semper Africa noui aliquid
apportat.

HVIC simillimum est illud Plinianum, quod in historia
mundi refert, Libyam semper aliquid noui adferre.
Quod quidem ideo dicebatur, quod in siticulosa regio-
ne ad unum aliquem riuum plurimae ferarum species
bibendi gratia conuenire cogantur: inibiq. varia mixtu-
ra violentae Veneris, varias monstrorum formas, sub
indeq. nouas nasci. Porro Plinius sumpsit ab Aristote-
le, apud quem refertur lib. de generatione animalium
2. cap. 5. Anaxilas apud Athanenum lib. 4. festiuiter
ad rem detorsit.

Ἡ ἄφρονη δ' αὖ ποτ' Λιβύην πρὸς τοὺς θεοὺς
Αἰτὶ καὶ νόον, καὶ ὁρᾶν τὴν ἐκ τῆς θύρας, id est,

At musica itidem ut Afra terra per deos

Semper quotannis bestiam aliquam edit nouam.

Scim⁹ Graeci versum posteriorem non constare, sed ita
habere editio Aldina, nec satis diuinamus quomodo re-
stitui possit, nisi forte pro καὶ ὁρᾶν τὴν ἐκ τῆς θύρας
ἐκ τῆς θύρας, tametsi ne sic quidem constat metrum: fortasse
ἀφρονην οὐκ ἐκ τῆς θύρας, & pro καὶ ὁρᾶν τὴν ἐκ τῆς θύρας
καὶ ὁρᾶν τὴν ἐκ τῆς θύρας. Quadrabit in homines lubrica fide, sem-
perq. nouandarum rerum auidos.

Afra auis.

Αἰθιοχὸν ὄρνιθιν, id est, Libyca auis. Refertur a Suida de pra-
gradibus, quod ex ea regione deportentur aues iuma-
ri magnitudine. Horatius de pralauta usurpauit,
Non Afra auis descendat in ventrem meum
Incundior, quam lecta de pinguis-
simis
Oliua ramis arborum.

Nā gallinas praegrandes olim mittebat Africa, quas
easdem Numidicas aues appellant. Acron uidetur de
Struthione sentire, quae & ipsa auis mira mole corpo-
ris esse fertur. Nā quidem sententia non inepte iacie-
tur et in hominem peregrino cultu notabilem. Et Plau-
tus alicubi Pænum auem vocat, ob manicas alarum
instar utriusq. pensiles. Prouerbiū extat in auiibus
Aristophanis. Interpretes indicat conuenire in barba-
ros ac meticulosos. Sunt enim homines praegrandes se-
re timidiore. Tarent. Hic nebulo magnus est.

Boni pastoris est, tondere pecus
non deglubere.

HODIE Q. vulgo celebratum durat, ubi quis est ex-
tor durior, atq. instantior. Quid? Num & pellem
vis? Quasi conueniat lana contentū esse. Id adagium Tibe-
ri⁹ Caesar, auctore Suetonio aut reperit, aut certe usur-
pauit. Nam is admonitus ab amicis, ut prouincialibus
augeret vectigalia, rescripsit, Boni pastoris esse, tondere
pecus, non deglubere. Est autem deglubere, detrahe-
re pellem. tractum a rusticis, qui degubere vocant, si
liquam, aut folliculū excutere, & granum sua nu-
dare tunica: unde & Catullus in obscenum sensum de-
tortit, ut dicat virum a muliere deglubi. Et Apuleia-
na Fortis ait se viuos homines solere deglubere. Ton-
dent igitur, qui ita spoliant, ut sortem relinquant, un-
de res possit crescere. Deglubunt, qui nihil reliqui fa-
ciunt. Nam lana detonsa renascitur. Cute detracta ni-
hil est, quod deinde possis auferre. Alexander Mace-
donum rex, cognomento Magnus, sententiam eandem
diuersa extulit metaphora. Cum enim quidam admo-
neret, longe plus vectigalium a ciuitatibus auferri pos-
se, respondit ad hunc modum, ὅς κεν αὖτις μὴ τῶν ἐκ τῆς
ῥίζης ἐκτμήνῃ τὰ λείψανα. id est, Et olitorem odi, qui
radicitus herbas excidat. Deniq. hoc ipsum ἀπὸ τῆς
καὶ ἀπορρίπτειν, & item apud Latinos radicitus, stirpē
tenus, a stirpe, ab ima stirpe, atq. id genus aliae meta-
phorae, prouerbiū naturam respiciunt.

Lucri bonus est odor ex re qualibet.

FACETA quidem, sed tamen pestilens illa vox Vespasi-
ani, qui cum ex loquio vectigal faceret, homo turpiter
quidus, superq. eo factio a filio admoneretur, quod e-
re tam putida lucrum faceret, paullo post collectam
pecuniam, filij naribus admouit, rogauitq. ecquid illa
puteret? Vnde Iuuenalis.

-Lucri bonus est odor, ex re

Qualibet.

Ad quod alludens Ammianus lib. 22. dixit, Et lucrum
ex omni odorantes occasione. Item & Ennianus illi ver-
siculus, nō in sermonem modo, uerum etiam inanimos
& vitam hominum penitus abiit.

Vnde habeas curat nemo, sed oportet habere.

Quin illud ab Horatio dictū ἀφ' αὐτῶν, serio sequimur,
O ciues

O ciues ciues quærenda pecunia primum,
Virtus post nummos.

Cephisodorus apud Athenæum lib. 3. docet apud pot-
tas celebres ac sapientes viros inueniri sententias
quasdam improbatas, velut illud apud Archilochum,
παῖτ' ἀνδ' ἄπο σκολύπην, id est, Quemuis hominē ex-
coriare siue spoliare. Apud Theodorum illud, καὶ ἴδεν
μὴ πλεον ἔχειν, ἰπαιτὶν δὲ τὸ ἴσον. id est, Quod iubet
plus æquo habere, laudare tamen quod æquum est.
Apud Euripidem, τὸ γὰρ πλεον ὁμομακροῦ σοφείῃ, id
est, Quod dixerit, linguam iurasse, quo de nobis alias
dictum est. Apud Sophoclem,

Ταῖσιν τοῖσι, πρὸς χάριν τι κέρβια
Λέγῃ, σὸ δ' αὐτὸς ὡς οἱ σαρφοὶ τὰ μὴ
Δίκαι' ἔπαινε, τὰ δὲ ἀσφαλέως ἔχει. id est,

Ad gratiam tibi ista dico, haud impero,

At ipse, uti solent facere prudentes viri,

Laudato iusta, ceterum lucro hæreas.

Idem alibi dixit, μὴ δὲ εἶναι σὺν κέρδι κακόν, id est, Nul-
lum esse malum quod cum lucro coniunctum sit. Apud
Homërum, quod facit Iunonem insidiantem Ioui, quod
Marten fingit adulterari. Hæc Athenæus. Mirum
autem populum indignari potest aut histrionibus, si
quando talia recitant in theatris, cum magis debuerit
indignari quisque sibi, quod ea sequeretur in vita, quo-
rum cōmemorationem in theatro ferre non poterat.

Lucrum pudori præstat.

Κέρδος ἀξίον αἰσίου, id est, Lucrum pudori præstat. Plau-
tus in Pseudolo, Nimmio illud quod pudet facilius fer-
tur, quam illud quod piget. Eundem sensum aliter
extulit in Trinummio, Pudet pudet, quam pigere, præ-
stat, totidem litteris. Sententia bono viro indigna,
eōq' illi a lenone dicitur, hic a seno. Sed commode ad
persuadendum sententiam etiam parum probam arri-
piuit. Alioqui longe satius rei iactura, quam sanæ dis-
pendiū accipere. Huc adlusit Terentius in Phormione,
Non te pudet uanitatis? Non, dū ob rem. Quin & ho-
die vulgato proverbio iubent valere pudorem, ubi de
pecunia res agitur. Plutarchus in commentario de au-
diendis poetis, refert a poeta quodam, senarios hos:

Τὸ μὴ δίκαις τὸν δόκοντιν ἀρῶσα,

Τὰ δ' ὅσα τὸ πᾶν δ' οὐκ ἔστι καὶ ἀδύνατον. id est,

Opinionem spernito iusti, ac virion

Quiduis agentem sequere, cum spes lucri.

Refert & hunc ex Sophocle:

Τὸ κέρδος καλόν, καὶ ἀπὸ φθορῆς ἐστίν. id est,

Dulce est lucrum, profectum & a mendaciis.

Bæta tum hyeme, tum æstate bona.

Βῆτα καὶ ὁσιν, καὶ ἐν χειμῶνι καὶ ἔαρος, id est, Bæta tum in
æstate, tum hyeme bona. Smidas, qui huius adagij me-
minit, adscribit Bætam vestis pelliceæ, genus, quod in
ætrurnque tempus videatur adpositum. Nam hyeme
depellit ventos, æstate solem. Iulius Pollux libro de
rerum vocabulis 7. inter vestes coriaceas meminit &
bætæ: quam ait tunicam fuisse prælongam, quæ totū
contergeret corpus. Conuenit igitur de re ad multa
vsi futura; veluti de litteris, quæ iuuenes iuxta ac
senes ornant. Aut Philosophia, quæ in rebus prospe-
ris arcet ab insolentia, in aduersis præstat, ne franga-
mur animo.

Anicularum deliramenta.

Γραῦν ὕδατος, id est, Anicularum deliramenta. De nugis
inanibus, cuiusmodi solent effutiri vetula, cum iam se-
xus vitio vitium ætatis accedens, nugacitatis mor-
bum conduplicat. Extat proverbium apud Platonem
in Theæteto: τὰ αὐτὰ μὴ γὰρ εἶναι ὁ λιγύμενος γράων ὕδατος.
id est, Nam hæc quidem sunt quod dici solet, anicula-
rum nugæ. Itidem Cicero in oratione pro domo sua di-
xit anilem superstitionem.

Ante pedes.

ANTE pedes esse dicitur, quod obuium, quodq. vel præ-
sens adest, vel imminet. Terentius:

Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est

Videre, sed etiam illa quæ futura sunt

Proficere.

Sic Pindarus in hymno ultimo, τὸ δὲ πρὸ ποδῶς ἀξίον
αἰεὶ χεῖμα παρ' ἑστίν, id est, Quidquid ante pedes est semper
melius. Lucianus in Pseudologista: καὶ τὰ κοινὰ τὰ-
τα καὶ τὰ ἐπὶ ποσσὶν ἀγνοῦν, id est, Et quod hæc commu-
nia, quodq. hæc passim obuia ignores. Philostratus
in Phœnice: Βαδίζεις δὲ ποί, μετὰ τοῖς καὶ ὑπὲρ πάντων
τὰ ἐπὶ ποσσὶ. id est, Quo vadis autem? sublimi vultu,
cunctaq. despiciens, quæ sunt ad pedes. Et παρὰ πο-
δῶν dicitur, quod iam inflat, imminetq. ἐμπόδον esse
dicitur, quod obstat, ἐμπόδον contra, προκυλίσθαι τὸ
ποδῶν, est aliquoties apud Platonem, id est, ante pedes
promoueri, quod veluti expositum est. Veluti de repub.
4. τὰ καὶ ἐν κατὰ πόλιν καὶ πρὸ ποδῶν ἐξ ἀρχῆς καλῶν
ἐνίστανται, καὶ οὐκ ἐν ὁρῶντι ἀρ' αὐτῶν, ἀλλ' ἡμῶν κατὰ καλῶν
ταῖσι, ὡς οἱ οὐ τὰς χάριν ἔχοντες, ἡτῶσιν οἷόν τε ὁ
ἔχει. id est, Iam dudum obte videtur rursus ante
pedes volui, nec videmus illud, sed fuimus ridiculi,
quemadmodum solent, qui cum manibus teneant ali-
quid, tamen quærunt quod habent. Non dissimili figu-
ra Maro dixit, In manibus:

In manibus terræ, non hic te carmine longo,

Atque per ambages & longa exorsa tenebo.

Albo rete aliena captant bona.

PROVERBII speciem habet, quod ait Plautus in
Persa: Ne isti saxim vsquam appareant, qui hic albo
recti aliena oppugnant bona. Rete vocat calumnias
quadruplatorum, & parasitorum. Albius dixit, ad-
ludens ad codicillos, et dicas, syngraphasq. quibus lis
intendiur, peragiturq. Nec omnino displicet, ut ad al-
bum prætoris, quo leges & litium formula propone-
bantur, respexerit. Nam leges etiam Solon aranearū
textis similes esse dixit.

Ad suum quemq. questum æquum
est esse callidum.

APUD Plautum est proverbialis sententia in Truculē-
to, tum in Asinaria:

Ad suum quæq. questum, æquum est esse callidum.

Quæ si transferatur paullo longius, plusculum habue-
rit gratia. Velut alius est pecunie appetens, alius
famæ studiosus, alius voluptatum avidus, alius lite-
rarum sitiens, alius pietatem sectatur. Quisq. aduigi-
lat ad id quod expetit.

Rr 2 Vel

Vel acum inuenisses.

Αὐτὸν αὖτε ἐν Μενέχμῳ προσηγορία hyperbole, de re diligenter vestigata: Acum credo inuenisses, si acum quæreres. Nam acus inuentu difficillima, quod ob exiguitatem facile fallat oculos quærentis.

Subuentanea parit.

Υπὸ ῥιμῇ τίκτε, id est, Subuentanea parit. De vanis ac frivolis inuentis. Translatum ab auibus, quæ Venere imaginatione concipiunt oua, sed inania, hoc est, unde non gignatur sætus. Aristophanes in Auibus:

Τικτὴν πρωτὶς οὐ πω μὲν νύξ ἢ μάλα ὀπίσσω ὄν. ἱ.

Parit primum subuentaneum nox nigripennis ouū.

Hos conceptus potissimum accidere in his auibus, quæ sint neque veloces, neque aduncis ungibus, cuiusmodi sunt perdix, gallina, demonstrat Aristoteles libro de generatione animalium 3. caussam esse quod excremēto magis abundant. Volaces & aduncas, nec salaces esse, nec sæcundas, quod in his excrementi seminalis pars, in pennas & in ungues abeat. Concipiuntur huiusmodi sætus aliquoties audita maris voce, sicuti fit in perdicibus, aliquoties ex affricu pulueris, aliquoties feminis ob inopiam maris inter se salientibus. Auctor & Plinius. Ea. quæ Græci ὑπὸ ῥιμῇ, id est, subuentanea, siue ῥιμῇ vocant, a vento fauonio. Unde quæ vana sunt, ῥιμῇ δὴ, dicuntur. Plato in Theæteτο, ἡ δὲ ῥιμῇ δὴ αὐτὸ νοῦν σκετὸν ἔχει γόνιμον ἢ ἀνιμῇ δὴ τυχάνει. id est, Sed age iam illud communiter dispiciamus, solidus ne partus sit an subuentaneus. Et Homer. -Καὶ οὐδ' ἀνιμῇ δὴ βλάσσει, dicta inania, & vētis similia significans. M. Tullius in epistolis ad Atticum, ἀνιμῇ δὴ vocat inania, quæ ventis ferantur, de gladiatoribus: De ceteris quæ scribis ἀνιμῇ δὴ, facias me quotidie certiorē.

Phrynonidas alter.

Φρυωνίδης ἄλλος, id est, Phrynonidas alter. De improbo. Huius meminit Lucianus in Pseudomante, inter nobiles facinorosos. Phrynonidas cum esset hospes Athenis, in negotiis Peloponnesiacis versabatur, homo versutus, maleficus, impostor, summus malarum rerum artifex, ut hominis vocabulum in rei transierit appellationem. Etenim quoties insigniter malum & sceleratum accipi volebant, Phrynonidam appellabant. Sic Aristophanes in Amphiareo, citante Suida:

Ὁ μὲν γὰρ καὶ Φρυωνίδης καὶ Πονηρὸς σὺ. id est,

Scelerate tu ac Phrynonida, & impurissime.

Vfus est & Plato in Protagora. Meminit horum & Aeschynes aduersus Ctesiphontem, & Φρυωνίδης, & τὸ ὑπερβὰς, & ἄλλος ἔστι πῶς οὗτοι τῶν πέλας Πονηρὸν τοῖς τοῖς μέγεος καὶ γόνος ἵκνυντο. id est, Nec Phrynonidas, nec Euribatus, nec alius quisquam veterum improborum umquam talis magus & impostor fuit.

Sus per rosas.

Τὸ δὲ ῥόδων, id est, Sus per rosas. Quamquam in aliis exemplaribus scriptum inuenitur, ὅτι δὲ ῥόδων. Nobis neutra scriptura satis probatur: sed legendum arbitramur, ὅτι ῥόδων, ἀπὸ τοῦ ῥοῦ, ut sit nomen diminutivum. Rhœa vero Græcis dicuntur mala punica. Eudemus proverbum citat ex Crateris fabula, cui titulus: καὶ τοῖς, indicans dici solere de agrestibus & in-

tractabilibus. Quemadmodum sus per mala commode duci non potest.

Asinus auis.

Οἷος ὄρνις, id est, Asinus auis. Est apud Aristophanem in Auibus. Sumptum ab omine quodam. Quidam enim consultus de eo, qui aduersa laborabat valetudine, forte fortuna confpexit asinum surgentem a lapsu, simulque alium quendam audiuit dicentem: βλάπτει πῶς οὗτος ὄν ἄνθρωπος, id est, Vide quo pacto asinus cum sit, surrexit. Id omnis arripens ille, protinus respondit, forte ut valetudinarius ille reualesceret. Itaque iocatur Aristophanes, quasi & asinus auis esset, & augurij non nihil haberet. Nec hoc proverbum de Comædia natum est, sed a vulgo ad iocum detortum, & a comico vsurpatum. Dicitur non intempestive, cum ex iudicio quoquam ridiculo quidpiam colligimus.

Sisyphi artes.

Σίσυφος μηχαναῖ, id est, Sisyphi artes. Dicebantur vasa, versutaque consilia. Aristophanes ἐν ἀχαρίδῳ,

Ἔτι ἐξάνοιγε μηχανὰς τὰς σίσυφους. id est,

Dein callidos deprome Sisyphi dolos.

Porro ut Sisyphus in astutia proverbum abiret, Homericus ille versus in caussa fuit:

Σίσυφος ὅς κε ῥήσας ἐπιχθονίων ἄνιτ' ἀνδρῶν. id est, Sisyphus in terris quo non astutior alter.

Rursus Iliados.

Εὐνὰ δὲ σίσυφος, σῆχος ὁ κερδισὶς ἄνιτ' ἀνδρῶν.

Ab hoc genus duxit Ulysses, quem Homerus ubique vaftrum & callidum facit.

Homo Thales.

Ἀνθρώπος θαλῆς, id est, Homo Thales Ironia proverbialis in stultum, qui sapiens haberi studeat. Aristophanes in Auibus:

Ἀνθρώπος θαλῆς μέτων, id est, Homo Thales Meto.

Idem in Nebulis:

Τὶ δ' αὖτ' ἐκείνου τὸν θαλῆν βαρύνει; id est,

Qua gratia illum proinde suspicimus Thalem?

Fuit enim Thales vnus e septem Græciæ sapientibus. Est & apud Plautum, Salve Thales: cum stultum significet.

Sardanapalus.

Σαρδανάπαλος, id est, Sardanapalus; Huius cognomen ob insignem hominis molliciem abūt in proverbum. Aristophanes in Auibus: τίς ὁ σαρδανάπαλος ἔπος; id est, Quis hic Sardanapalus? Fuit autem Sardanapalus Anacyndaraxis filius, rex Nini Persiciæ regionis, qui eodem die Tarsum pariter & Anchialem, duas Ciliciæ ciuitates obtinuit: ceterum deliciis usque adeo effeminatus, ut inter eunuchos & puellas, ipse puellari cultu desiderare sit solitus. Apollodorus, ut citat Aristophanis interpretes, tradit eius sepulcro epitaphium huiusmodi litteris assyriis insculptum fuisse: εἰς δὲ, πίνε, ὄχευ, ὡς τὰ ἄλλα ἔδνα ἐστὶν ἔφα, id est, Ede, bibe, vtere Venere, nam cetera sunt nihil. Suidas hac forma refert ex Callisthene: σὺ δὲ ὡς ἐοῖς εἶμι καὶ πίνε καὶ πᾶσι, ὡς τὰ ἄλλα ἀνθρώπων, & ὅντα τὰ ἄλλα. Tu vero hospes, ede, bibe, lude, tamquam ceteras res humanas, huius non faciens.

Quid

Quid tandem non efficiant manus?

ARISTOPHANES in *Auibus*:

Τὶ δὲ πᾶν πόδες αὖτ' αὖθις αὖτ' αὖθις αὖτ' αὖθις, id est,

Quid est, quod haud effecerint demum pedes?

Interpres ostendit adusum esse ad huiusmodi prouerbium:

Τὶ δὲ πᾶν χεῖρες αὖτ' αὖθις αὖτ' αὖθις αὖτ' αὖθις, id est,

Quid deniq. est, quod manibus effici haud queat?

Admonet nihil esse rerum omnium, quod arte, quod industria non efficiatur. Ceterum quod scripsit Aristophanes, apte torseris in milites ignauos, quibus omne praesidium & spes salutis non in manibus, sed in pedibus sita est.

Testa collisa testæ.

TESTA testæ collidi dicitur, cum duo conflistantur utriusque malo. Aristophanes in *Pace*:

Καὶ πῶς πᾶσις ὅτις αὖθις αὖθις αὖθις αὖθις, id est,

Ac recalcitrans per iram testa testam vulnerat.

Talus est fere conflictatio regum, inter se belligerantium, qualis olla cum olla collisio. Non numquam perit uterq. Certe neuter absq. grauissimis damnis discedit.

Animus est incorijs.

ARISTOPHANES in *Uirgini*,

Ἡμεῖς ποτὶ ταύτ' ἀλλὰ συγγνώμην ἔχω,

Ὅνδε γὰρ ἡμῶν ἔν τ' αὖ τοῖς σκύνισι. id est,

In his quidem sum lapsus, at veniam dabis,

Nam mens profecto nostra tum in corijs erat.

Quamquam alias huius prouerbij meminimus. Simillimum est illi Terentiano, Animus est in patinis. Item illud quod legimus apud Athenæum libro *Dipsosophistarum* primo,

Ὅνδε ἀνέγνω τις, εἰδὼς μὲν μάστιγας αὖ,

Ὅνδε γὰρ ἰσὶ τῶν τετραπύλων πᾶσις. id est,

Ne quis loquatur, capere numquam quibimus.

Nam mens quidem ipsa mensa adheret proxima.

Interpres admonet huius prouerbij, ἐπὶ σκύνῃ βλεπῶν, de his, qui iam ad bellum spectant: quemadmodum alio demonstratum est loco. Licebit vii, cum ob solitudinem erit aliquis ad id, quod agitur in presentia, parum attentus.

Quibus nec ara, neque fides.

ARISTOPHANES in *Uirgini*,

Οἱ σὺν ἑπὶ βώμῳ, ἑπὶ πῆλῃ, εἰς ὅρα μὲν. id est,

Queis nec ara, nec fides, nec ulla durant fœdera.

De vehementer perfidis. Dictum est in *Spartanos*, quorum perfidiam taxauit Euripides:

Εὐαίτης ἱνοῖκοι δόλια βλαυτήρια. id est,

Sparta incolæ, dolosa consultamina.

Nunc in aulicos non omnino pessime quadrat.

Salem lingere.

Αλλὰ λίσσῃ, id est, Salem lingere dicuntur qui perquam tenuitur uisitant. Sic enim *Persius*:

Vare regustatum digito tenebrare salinum,

Contentus perages, si cum Ioue vivere pergis.

Diogenes cum a Cratere pradiuite quodam inuitaretur, ut ad se veniret, vsurus hospitio suo, suaq. liberalitate, respondit se malle salem Athenis lingere, quam apud illum opiparis mensis frui. Idem *Plautus* in *Cur*

culione: Hodie apud me numquam delinges salem.

Pedere thus.

Βδὲν λιβαῖον, id est, Pedere thus. Prouerbij speciem habet. Accommodabitur in hos, quorum & vitia placent, aut ipsis, aut aliis impendio amantibus. Facit. n. hoc φιλαυτία, ut unicuiq. sua placeant, arrideantq. etiam si sint putidissima. Facit item hoc amor immoderatus, ut polypus etiam *Agna* delectet *Balbinum*: veluti scripsit *Horatius*. Aristophanes in *Pluto*:

Ὁ λιβαῖον γὰρ βδὲν. id est,

Non soleo thusa pedere.

Quadrabit & in adsentatores, turpissima pro honestissimis laudantes.

Pro cæco exoculatus est.

OMNES huiusmodi facetiarum formulæ pertinent ad adagiorum naturam, cum videmur corrigere quod dictum est: sed altero verbo, quod vel idem polleat, vel magis etiam ledat: veluti si quis dicat, Non furatus est, sed inuolauit. Non furatus est, sed rapuit. Aristophanes in *Pluto*:

Μὰνδ' ἐκείνο φασ' ὅτι κ' ἔραπαυσα. id est,

An non furatus es, sed rapuisti?

Idem in eadem fabula:

Ἀρτὶ γὰρ τυφλὸς ἐξαμμάτωται,

Ludit enim seruus ambigua voce ἐξαμμάτωται, quæ de clarat & oculis donatum Plutum, & exoculatum.

Prius lupus ouem ducat uxorem.

ARISTOPHANES in *Uirgini*,

Πρὶν καὶ λύκος διν' ὑμῶν αὖσι. id est,

Ante lupus sibi ianget ouem.

De his, inter quos insanabile dissidium. Consimili figura dixit *Horatius*:

Sed prius *Apulis*:

Imingentur capræ lupis.

Plautus in *Pseudolo*, Ut mauelis lupos apud oues linquere, quam hos domi custodes. Ad rem relatum erit lepidius: quod genus si dicas, non coherere pecunie studium, cum studio literario, adq. eam sententiam accommodes prouerbium.

Sphondyla fugiens pessime pedit.

IDEM in eodem ferme loco:

Ὅτι δὲ σφονδύλη φέγγει, ὅτι ποικίλ' αὖτις. id est,

Ut feles quoties fugitat, male pedere sueta est.

In eos quadrabit, qui discedunt non citra infamiam. Sphondyla infestæ genus, odoris tetricissimi. *Plinius* libro 27. capite 13. meminit Sphondylæ serpentis, quæ radicibus arborum sit infestissima: ceterum genus quod nam sit, non explicat. Est autem serpentis huiusmodi species, exiguo corpore, & subnigræ, quæ emoriens grauissimum odorem emittit. *Hesychius* docet apud *Atticos* sphondylen dici selem. Est apud *Aristophanem* γὰρ δὲ θυμὸς τοῦ, de acido ventris flatu.

Numquam efficies ut recte ingrediantur cancri.

ARISTOPHANES in *Pace*:

Ὅτι πᾶσις τῶν κακῶν ὅρα βλάστησιν, id est,

Ὅτι δὲ πᾶσις τῶν κακῶν ὅρα βλάστησιν, id est,

Rr 3 Ambulet

Ambulet ut cancer recta, haud effeceris umquam,
Nec quidquam efficies, ubi res erit ante peracta.
Hoc velut oraculum poeta facetus pronunciat, quod a
natura sit insitum, nullo corriges negotio. Nam can-
cris genuinum oblique ingredi. In quorum altero car-
mine tangit adagium, quod superius dictum est, A-
ctum ne agas.

Κορυβαυτις

Κορυβαυτις pro insanire dixit Aristophanes in Vespis :
Αἰὲν ἢ περὶ φρενὸς ἢ πόνῳ ἢ κορυβαυτιῶς. id est,
Aut vere insanis, aut corybantiaris.

Hanc vocem frequenter usurpat Lucianus in Timone
epistolis saturnaliis, Lexiphane, Hermotimo. Sum-
ptum est a Corybantibus Cybeles cultoribus, qui sacro
correpti furore cymbala pulsan, alios item in similem
agentes rabiem. Quod idem alias vocat κορυβαυτι-
ς, quasi malo duci genio.

Calculo mordere.

Υἱὸς δὲ κύνε, id est, Calculo mordere, dicuntur qui suf-
fragio ledunt, aut ulciscuntur hominem. Aristopha-
nes ἐν ἡχαρῶσι,

Βαλὲν τινὲς εἰς αἶμα πλὴν τῆς δυνάμεως. id est,
Spectant id unum, ut mordeant suffragio.

Siquidem hac via potissimum plebei vindicabant, si
quid essent offensi, refragabantur in concione, cum cal-
culis ferrentur suffragia. Proinde mordebant non de
te, quod iustum non erat, sed calculo.

Charybdis, Barathrum.

HYPERBOLAE prouerbiales sunt & haec, cum homi-
nem maiorem in modum edacem, bibacem, rapacem, bel-
luonem, Charybdim, aut Barathrum vocamus. Aristopha-
nes in Equitibus,

Καὶ πάλιν καὶ φάραγξ, ἢ χάρυβδι κῆρυγι.
Et Telonen & Barathron, & rapina gurgitem.

Huc adscribendum opinamur, quod Diogenes, auctore
Laertio, ventrem τὰ βίῃς χάρυβδι, id est, Facultatum
Charybdim vocauit. Horatius de Iuvene quodam :
Ingluuias & tempestas barathrumq. macelli.

Lingua seorsum inciditur.

ARISTOPHANES in Pace :

Ἡ γλῶττα χωρὶς τίμνεται. id est,
Lingua ipsa seorsum inciditur.

Interpres admonet prouerbialiter dictum. Sumptum
autem ex Homero Odyssae γ.

Αἰὲν ἢ τίμνεται μὴ γλῶττα. id est,
Eia age iam linguas incide.

Eiusq. sententiae Callistratum citat auctorem. Rur-
sum in Pluto :

Ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι τῶν τίμνεται. id est,
Praconibus horum lingua praecidi solet.

Callistratus, ut citat interpres, tradit olim in sacrifi-
ciis linguam exactam praconibus dari solitam, Nam
alioqui sunt qui dicant, ex victimis Mercurio deberi
linguam. Est autem in Aristophanis verbis ἀμφιβο-
λία non infaceta, quod lingua utrolibet referri potest,
vel ad boues, vel pracones. Interpres admonet adlu-
sum esse ad prouerbiale dictum : ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι. id
est, Lingua praconi, Quo recte videbimur usuri, cum
praemij non nihil deberi significabimus, qui in consue-
tudo negotio pro sua virili in partem adiumento fuit, aut

ἐν ἀγγαλίῳ dandum lata nuntiandi. Sic enim vocat Ho-
merus mercedulam, quae dari consuevit latum adferē-
tibus nuntium. Apud Plutarchum Antipater, cum
incidisset mentio de Demade iam senio imbecilli fra-
ctoq. Velut, inquit, ex immolata victima, solus ven-
ter & lingua superest. Apparet linguam ceu propheta-
num membrum sacris adhiberi non solere. Et Pit-
tacus Amasidi regi mittit e victima linguam, ut mē-
brum pessimum & idem optimum. Pracones autem
habent linguam venalem, & in sacrificiis admonebāt
populum ut linguis saueret. Plautus in Prologo Pae-
nuli : Exerce vocem, quam per viuis & colis. Nam
nisi clamabis, statim te obrepet fames.

Non caput somnum, nisi hoc,
aut illud fecerit.

SUNT duae figurae prouerbiales, quibus intemperantē,
atque impotentem rei cuiuspiam cupiditatem significa-
mus. Altera est apud Aristophanem in Vespis, hu-
iusmodi :

Ἡ μὲν ὑπὲρ τὰς πρώτας καὶ δεύτερας εὐλᾷ.
Υπὲρ δ' ὅρα τὰς τρίτας εἰς δὲ περὶ ἄλλων. id est,

Ligno nisi fors primus ille adsederit

Somni videt nil nocte non vel paspalam.

Primum lignum dixit, primum gradum. Paspalam
autem Graeci vocant minutissimum aliquem farinae pul-
uisculum. Ad eundem modum Iuuenalis :

Quibusdam

Somnum rixa facit.

Altera est apud Maronem in Bucolicis :

Quod si non aliqua nocuisses, mortuus esses,

Ventre pleno melior consultatio.

PLUTARCHVS Symposiaca libro septimo, citat
hoc carmen :

Γαστράποπι μὲν βέλιν καὶ μὴ τις ἀμείνων. id est,

Consultatio rum melior, cum expleueris aluum.

Cum fames interpellat, non vacat deliberare, propte-
rea quod consultatio moram desiderat, & animi tran-
quillitatem, at fames bilem acuit. Potest & huc tor-
queri, prius agendum quod instat & urget, deinde de
futuro deliberandum. Congruet & in illos, qui bene
poti consultant de rebus grauissimis, quem morem He-
rodotus libro 1. tradit fuisse Persis. Item Persius,

-Ecce inter pocula quaerunt

Romulidae saturi quid dia poemata narrent.

Anno senior fio.

QUOTIES aliquid nobis magnopere molestum signifi-
camus, senescere nos etiam vulgo dicimus. Aristopha-
nes in Ranis :

Μὴ γὰρ ποῖσται, ὅς ἐγὼ διώμενος,

ὅταν τι τῶν τῶν σοφισμάτων ἰδῶ,

ἢ ὅταν εἰς αὐτὸν πρὸς βύθους ἀπὸρχομαι.

id est,

Faxis caueo, quippe quoties conspicio

Istiusmodi negotiorum quidpiam,

Discedo, crede, senior anno protinus.

Tadio vero molestiaq. conciliari senium indicat etiam

Homerus,

Αἰψὰ γὰρ ὡς κακότητι βροτοῖ κατὰ γῆρας κασι. id est,
Illico

Illico mortales inter mala multa senescunt.

Tauricum tueri.

Βλεῖν τὰ ταιρικὰ, id est, Tueri taurine, pro eo quod est, torue. Aristophanes in Ranis:

Βλεῖν τὰ ταιρικὰ ἐν γυμνασίου καὶ τῷ. id est, Itaq. ore prono contuetur tauricum.

Plato demonstrat hunc Socrati fuisse morem, taurinis oculis obtueri. Et Vergilius bouem toruam vocat:

Optima toruæ

Forma bouis

Expedit habere plura cognomina.

ARISTOPHANES in Pluto:

Ὡς ἀρκεῖν ἴς ἐπαυρία πολλὰς ἔχων. id est, Ut expedit, si plura habeas cognomina.

Conuenit in eos, qui multa simul profitentur, quo questum faciant vberiore. Aut qui diuersarum sunt partium: Quemadmodum vespertilio in apologis aliquando mus est, aliquando avis. Dictum est autem in Mercurium, cuius varia feruntur cognomina. Vocatur n. ἑρμῆς, vel quod bene vertat negotia, vel quod subdolu sit, ac versipellis: ἱμπεδῶς, quod auctionibus, ac mercimoniis præsist: ἡμίονος, quod via dux, ut apud Homerum Priamo: δόλις, quod impostura, præstigatorumq. repertor: κερδῶς, quod lucris augeat negotiatores: ἀγῶνος, quod in certaminibus præconis vice fungatur: δίκαιος, quod deorum minister. Feruntur item & Bacchi permulta cognomina. Prouerbiū non inscite torquebitur & in istos,

Λιμὸς ὀρεῖται.

Λιμὸς ὀρεῖται. In prouerbiorum collectaneis, quæ Plutarchi nomine feruntur, huiusmodi requiritur fabulam. Cum aliquando Peloponnesus annonæ laboraret inopia, quidam urgente fame, collectis sarcinis, inde demigrarunt: ij cum incertis sedibus huc atque illuc vagaretur, recepti sunt in ciuitatē a Tripolitii. Tripolis aut ea in Rhodo est. Nomen igitur inditū illis, ut dicerentur λιμὸς ὀρεῖται. Hesychius addit ex auctoritate Didymi eos qui iuxta Oetam accolebant, sic vocatos, quod ob terræ sterilitatem frequenter cum fame rem habebant. Δωρεῖς Græce dici videntur a dono & eundo. Itaque qui vagantes famē adferebant λιμὸς ὀρεῖται dicti sunt. Alioqui Diores non sunt in Peloponneso, sed inter Locros & Aetolos, auctor Strabo libro nono, Quadrabit igitur in eos, qui fame adacti, aliquo demigrant. Festus Pompeius admonet homines exili re, tenuiq. fortuna dictos olim Canalicolas, quod circa canales fori consisterent.

Tribus bolis.

PLAVTVS in Curculione: Si vis tribus bolis, velim chlamidem. Tribus bolis, dixit pro compendio, quasi tribus verbis. Nam bolum Terentius accipere videtur pro eo, quod Græci vocant βλάμην. Quod autem continuo deuoratur, tribus bolis edi dicitur.

Velut umbra sequi.

Ὡσὸς σκιά ἵπεται, id est, Velut umbra sequi. Dicitur quī nusquam deest. Nam umbra corpus adsecutur, velis nolit. Plautus in Casina: Decretum est mihi quasi umbra quoquo ibis tute, persequi. Vnde adsecras in-

diuiduos, umbras vocamus, & vltro comitantes ad conuiuium, ut indicatum est alibi, in prouerbio Vmbra. M. Tullius libro. Tusculanarum questionum primo: Est enim nihil in se habeat gloria, cur expetatur, tamen virtutem tamquam umbra sequitur.

Ne nummus quidem plumbeus.

NVMVM plumbeum hyperbole prouerbiali, pro minimo pecuniæ ponunt. Plautus in Casina. Cui homini hodie pecuniæ nummus non est plumbeus. Idem in Trinummio: Cui si capitis res fiet, nummum numquā credam plumbeum. Confine illi, quod est apud eundem in Captiui duo:

Neque ridiculos iam terunci faciunt. Quamquam hoc alio dictum est loco.

Satietas ferociam parit.

NICOLAVS Stobæus in collectaneis suis hanc sententiam prouerbij titulo citat, τικτὴ κέρως μὴ ὑβρίν, ἀπαυδοῖται δὲ μετ' ἐξουσίας ἀνάγας. id est, Parit satietas ferociam, imperitia cum potestate coniuncta, insaniam. Tollit animos opulentia, quod si ad insaniam accedat potestas, iam res ad insaniam usque procedit. Concinit cum illo, Fenum habet in cornu. Pindarus in Olympiis inuertit sententiam, dicens ὕβριν κέρως μετ' ὄρα. id est. Ferociam matrem satietatis. Sed reprehenditur ab interprete, qui magis adprobat Homeri versum:

ΤΙΚΤΗ ΤΟΙΣ ΚΕΡΩΣ ὕβριν ὁ τῶν κακῶν ὀρεῖται. id est,

Fauslini copia gignit, opes ubi prauis adeptus.

Ceterum hunc versum non legimus apud Homerum, nec videtur illi γνῶσις, certe, quod constat, exstat in sententiis Teognidis.

Quid cæco cum speculo?

Τὶ τυφλῷ καὶ κατὸ πρῶν; id est, Quid cæco cum speculo? Finitimum illi, Nihil cum fidibus graculo. Citatur a Stobæo versiculus ex Epicharmo:

ΤΙς ὅς κατὸ πρῶν καὶ τυφλῷ καὶ ἀνδρὶ, id est,

Luminibus orbo, cum speculo quid est rei?

Quorsum opus est libris illitterato? quo regnum iuueni stulto? quo diuitias ei qui nesciat vti?

Miseram messem metere.

MALAM metere messem, est pro malefactis luere penas. Non admodum abhorret ab eo, quod alibi retulimus. Ut sementem feceris, ita & metes. Stobæus hoc carmen citat ex Euripidis Ione.

Καὶ νῦν ἐφίλειτ' ὦ κακοὶ τιμὰς βροτοί,

Καὶ κατὰ δὲ πλεῖστον πάντοτε ἐν ἡρώεσσι,

Σύμμιχτ' ἄμην δίκαια καὶ δίκαια ὄμει,

Ἐπειτ' ἄμειν τῶν δὲ δούλων βροτοί. id est,

At nunc honores o scelesti accersitis

Et opes paratis aucupantes undique

Promiscue per fas, nefasq. postea

Messem metitis ob ista tristem & asperam.

Aeschylus in Persis,

Υβρις ὅς ἐξ ἑαυτῶν ἐκάρπασε πᾶσι

Ἀπὸς ὅσων πότμος κλαύσαν ἐξαμὰ βροτοί. id est,

Florens enim spicam tulit ferocia

Noxæ, unde prorsum flebilem messem metit.

Plato in Phædro, ποῖον τίνα οἶεν μετὰ ταῦτα τῶν ἑυτορίων καὶ καρπὸν ὃν ἑωρεῖ βροτῶν, id est, Qualem putas postea

rhetoricē messēm messura est, quam seminavit. Aristoteles rhetoricorum tertio, citat ex Gorgia, οὐδὲ παλαιὰ αἰχρῶς μὲν ἰσχυρῶς, κακῶς δὲ ἰσχυριστῶς id est, Tu qui dem hęc turpiter seminasti, & misere messuisti.

Venimus ad summam lineam.

EURIPIDES in Antigone,

Επ' ἀκραν ἡκομεν γραμμὴν κακῶν. id est,

Devenimus summam ad malorum lineam.

Item Horatius:

Venimus ad summum.

De linea stadiorum & lusus, dictum est alibi non vno loco.

Saburratus.

PLAUTVS in Cistellaria, noue quidem, sed admodum eleganter dixit saburratus, pro onustus cibo. Sumpta metaphora a nauibus, quas onerant harenis, aut argilla, ne iacentur, vacillantq. in fluctibus. Quod inter adagia non retulissimus, nisi etiam vulgo passim diceretur. Plauti verba sunt hęc: Idē mihi, magnę quod parti est vitium mulierum, quę nūc quæstum facimus. Quę ubi saburrata sumus, largilo quę extēplo sumus. Venustius fiet, si lōgius detorqueatur: veluti si quis aut res saburratas dicat, alicuius multiloquio. Aut animus philosophiæ præceptis saburratus, necrū tempestate iactetur.

Palpari in tenebris.

Ἐλαφὶν οἱ τὰ τῶ γω, id est, Manu tentare in tenebris. Dicuntur qui rem obscuris vestigant coniecturis. Aristophanes in Pace:

Εὐηλαφῶμαι οὐ τὰς γω τὰ πρὸ γυμνα, Νωρὶ δ' ἀταγὰς πρὸς λυχνὸν βελιούτομαι. id est,

Antehęc negotia,

Velut in tenebris manibus attentauimus,

Nunc ad lucernam cuncta pensitabimus.

Adiungit poeta ad Hyperboli artificium, qui ex lychnopola, id est, lucernario factus fuit imperator. Vsurpat idem prouerbiū Plato in Phædone. Quod quidem & hodie dicitur de coniecturis incertis, ἡλαφῶν:

Muscas depellere.

MUSCAS depellere, etiam hodie vulgato ioco dicitur, qui otioso atque inutili fungitur officio. Aristophanes in Vesbis:

Ἀλλὰ φάσιν δὲ χερσὶ ἔχοντες τὰ μυῖας ἀπαμύνειν, ἰ. Immo cauēt prę manu habens, etiam muscas depellere curans.

Simia fucata.

Πένθος ἀδ' ἀπλῶς φημιεῖς, id est, Simia plena fuci. De deformi anu fucata tamen, & meretriciis culta lenociniis. Nam φημιεῖς Græcis appellatur color ille, quo quondam meretrices, nunc honestę etiam, si diis placeat, matronę faciē oblinunt, quo senectam, ac formę vitia dissimulēt. Aristophanes οὐ γὰρ ἐκκλησιάζουσιν,

Πότερον πένθος ἀδ' ἀπλῶς φημιεῖς;

ἢ γράς ἀδ' ἰσχυρῶς περὶ τῶν νεκρῶν;

Utum ne variis picta fucis simia?

An anus ab imis huc reuerfa manibus?

Potest ad rem accommodari, veluti si quis turpem

causam, orationis phaleris adornet ut honesta videatur. πένθος enim est fucis aut blanditiis fallere. Vnde πένθος. Aristophanes in Equitibus,

Οἱμοὶ πόλας, οἷος πένθος μοῖς μὲν πομπήωνος. id est, Me miserū cuiusmodi pithecismis me circummagis.

Ζοφροδοπίδας, & similia.

PLUTARCHVS in Sympoticis ostendit solim cognomina quadā prouerbiali ioco iactata fuisse in eos, qui serius ac cunctantius ad conuiuium accederent. Dictos enim tum κωλυσιδίνους, tum ζοφροδοπίδας, tum τριχιδίνους. Quorum nominum rationem si coniectare licet, hanc esse putamus, quod qui cunctarentur adire, hi, quod aliis essent in mora, impedimento esse videbantur, quo minus illis cenare liceret: deinde quod lentitudine sua efficerent, ut conuiuium ad notem vsque proferretur. Tertium cognomen κτ' αὐτίφρασιον attributum apparet. Negat autem apud Plutarchum quispiam Pittacum ab Alceo, Zophorodorpidem appellatum, quod serius iniret conuiuiū, sed quod sordidis ac plebeis computationibus gauderet. Antiquitus autem inelegans, ac parum urbanum habebatur, si quis ad conuiuium rogatus, tardius aduenisset. Vnde Polycharmus in apologia, qua vitæ suę rationē reddit Atheniensibus, illud in laudē suam interposuit, εὐδεις ἀδελῶν τὰ ἄλλα καὶ πρὸς τῷ τοῖς ἐδ' ὅτι κληθεῖς ὡς διπλὸν ὕστατος ἀφικόμενος, id est, Ad hęc insuper Atheniensēs, numquam ad cenam accersitus, post tempus accessi. Huius opinionis Battus quidam scurra nō illepide causam aperuit apud Casarem. Consuevit. n. is qui tardius veniret ad conuiuium, ἐπιενομδίνους appellare, quasi dicas, conuiuiorum appetentes, propterea quod cum essent occupati negotiis: ob cenarū tamen cupiditatem non excusarent iis, a quibus rogerentur. Huiusmodi ferme Plutarchus. At Terentius in Se ex cruciante, indicat inciuile fuisse, statim & ante tempus adesse conuiuiam, cum Chremes ait illos iam dudum pręsto esse domi suę, seq. ipsum in mora conuiuii esse, nimirum indicans contra fieri solere. Apud Aristophanem in Concionatricibus huc adducitur aliquoties, ὡς διπλὸν ὕστατος, id est, Ad cenam venio. In eadem, ἐπ' αὐτοῖς μέλος τι μελοδιδιπνικόν, id est, Acci nam melos, aliquod cenaticum.

Cui ista arrident, meis ne gaudeat.

ARISTOPHANES in Nubibus,

Ος τις ἐν τῷ τοῖς καμὰ, τοῖς ἐμοῖς μὴ χαρῖται. id est,

Proinde risum cui ista pariunt, is meis ne gaudeat. Proverbij speciem habet, quo licebit uti, cum ingens interesse discriminē significabimus inter nostras & aliorum rationes Græcus versiculus claudicat vna syllaba. Plenus erit si pro καλὰ legas καλῶ. Contrarium huic illud Maronis:

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mæui.

De iis quę eiusdem sunt farina, & ex æquo contemnenda.

Βωμολοχός, Βωμολοχός δ' αὖ.

Βωμολοχός, prouerbiali conuicio dicebantur scelesti et improbi. Quod nominis olim inditum videtur iis qui obuersantes circum aras, victimis tendere consueuerunt insidias: aut qui ob id rem diuinam facerent, quod ex aliorum

aliorum accusatione compendij non nihil auferrent. Nam huiusmodi mortalium non Iupiter audit apud Lucianum in Icaromenippo. Dicuntur item βωμολοχοί, qui cum res diuina peragitur, non faciunt vota diis, sed nugae inanes deblaterant. Qui mos hodie magnatibus praecipue placet. Et illud admodum civile putatur, si inter sacrificandum adsidue cuiuspiam ad aurem obganniant. Aristophanes in Nebulis, καὶ βωμολόχος.

Idem in eadem fabula:

Εἰ δὲ τις αὐτὸ βωμολοχῇσιν, ἢ καμψὲς τινὰ καμπύν. id est,

Si quis eorum bomolochum egerit, et flexum aliquem flexerit.

Quamquam in hoc ipso καμπύν τινὰ καμπύν subest prouerbij color. Idem in Equitibus, ὡς θυμὸς καὶ βωμολόχον ἐξέρχεται, sentiens aduersarium excogitasse quiddam egregie scelestum, quod βωμολόχον appellat, quasi insigniter adulatorium. Vox deducta videtur a βωμὸς altari, et λόχος insidiis, quod nec illic desint, qui cibos suffurentur, aut mendicando petant. Hinc translatum est ad abiecte adulantes ventris gratia. Unde dicta sunt βωμολοχία καὶ βωμολοχίματα pro sordidis adulationibus. Interdum βωμολόχος vox tribuitur aruspici, diuinis, iuribus, et huic hominum generi quod nidorem altaris sequitur. Denique vocis usus transit ad omnes, qui improbis artibus venantur questum.

Prius quam gallus iterum cecinerit.

Ἐξὶν δὲ τὸ δούτερον ἀλεκτηρὸν ἐφύγματο, id est,

Prius atque gallus canter iterum cristiger.

Graculus versiculus constabit, si pro ἀλεκτηρὸν legas ἀλεκτηρ, id est, Admodum mane. Et Antelucano. A prisca consuetudine sumptum, qua noctis deliquium et accessum diei galli cantu metiebantur, gnomonibus horariis nondum reperti. Gallus autem tribus interuallis canit, praenunciando diem. Qua de re Plinius, libro 10. cap. 21. Et hi nostri vigilantes nocturni, quos excitandis in opera mortalibus, rumpendoque somno natura genuit. Norunt sydera, et ternas distinguunt horas interdiu cantu. Cum sole eunt cubitum. Quartaque castrensium vigilia ad curas laboremque reuocant. Nec solis ortum incautus patiuntur obrepere. Diemque uenientem nunciant cantu, ipsum vero cantum plausu laetum. Haec Plinius. Cur autem id accidat gallis, Democritus apud M. Tullium confectionem in causa esse putat, quod id temporis cibus a pectore depulsus in omne corpus digeritur. Poeta ab fabula referit, cuius meminit Lucianus in Gallo. Sed magis adridet Ambrosii Leonis Nolanus ratio. Hic in questionibus suis gallorum cantum a peculiari quadam salacitate proficisci putat. Esse enim hoc animal praeter ceteris gallinis deditum, ac velut uxorium, mireque sollicitum de sobole quam maxime propaganda, adeo ut unus gallus compluribus gallinis praeficiatur, tantamque turbam unicus maritus impleat, tum pro feminis ac pullis acerrime depugnet. Porro cantum gallorum ab imaginatione Veneris proficisci, vel illud satis arguit, quod prius quam ineundis gallinis maturi sint, sileant. Ex reliquis item auiibus pleraque in coitu, coitus uel desiderio vocem edunt, ut anates, passeris, hirundines, perdicis. Vox autem maris in auium genere, tantam vim

habet ad incitandam Venerem, ut quaedam hac addita tantum, concipiant oua. Quo in numero sunt perdicis. Gallus itaque dilabente iam per viscera cibo somnoque discedente, quo tempore corpora sua sponte concitantur ad Venerem statim gallinarum meminit, quoque copiosior sit foetura, cantus illecebra prouocat. Quod autem subinde canit, in causa est, quia galli somnus est interfectus, minimeque perpetuus, maximeque cum vigent aetate, ut intelligas et hoc a salacitate proficisci. Sed ut ad interpretationem adagij recurramus, veteres initium diei a prima mediae noctis inclinatione ordiebantur, proximum tempus gallicinium vocabant, quod id temporis lucem multo ante praesentientes incipiunt canere. Tertium conticinium, cum et galli conticescunt, et homines etiam tum quiescunt. Quartum diluculum, cum incipit dignosci dies. Quintum mane, cum clarus iam dies exortus sole. Itaque secundus gallorum cantus, multo solis exortum antecedit. Hinc Iuuenalis:

Quod tamen ad galli cantum facit ille secundi Proximus ante diem caupo sciet.

Consimiliter Aristophanes in Concionatricibus.

Πόδες

Οὐδ' εἰμὲν δῖα τὸν ἄλκιον, ὅτι τὸ δούτερον

ἀλεκτηρὸν ἐφύγματο.

id est,

Minime gentium.

Ne si quidem te illo adpulisses tempore,

Cum gallus iterum caneret.

Ne alij quidem caput.

PROVERBIALIS hyperbola, Οὐδ' σκαρδα κεφαλὴν δίδωκεν, id est, Ne alij quidem caput dedit. Aristophanes in Vespiis:

Οὐδὲς δὲ σκαρδα κεφαλὴν τοῖς ἐν ταῖσι δίδωσι.

Nemo vel alij caput addit coctis.

Conueniet in sordidum, et impendio parcum.

Ruminare negotium.

Ἀνμαρτῖναι τὸ πρᾶγμα, id est, Ruminare seu remandere negotium: dicitur qui suo cum animo versat, etiam atque etiam expendens; sumpta metaphora ab animalibus, qui cibum in os reuocatum denuo mandunt, atque ita demum in alterum ventrem traiciunt. Nam id non accidit nisi iis quibus duo sunt ventres. Aristophanes in Vespiis:

Μολὲς τὸ πρᾶγμα ἰγνώσας ἀνμαρτῖναι. id est,

Vix causa cognita est, ubi ruminauerant.

Id etiam appellant ἀνμαρτῖναι. Vsurpat hoc adagium et Lucianus quodam in loco.

Morderelabrum.

Ἐδίον τὰ χεῖλη, id est, Comedere labra, vel hodiernis temporibus vulgo dicitur, qui stomachatur, animoque ringitur, sumptum ab indignantium gestu. Aristophanes in Vespiis,

Υπ' ὀργῆς τὴν χεῖλιν ἐδίον.

id est,

Comedens labra pro iracundia.

Sic et Homerus Odyssea v.

Οἱ δ' ἄρα πάντες ὀδύεον χεῖλιν φάσιν.

id est,

Ast hi labra suis prefferunt dentibus omnes.

Lesbiarum.

non carebit proverbiij specie. Simili tropo Timodes apud Aristoph.

Μισῶν λόγος ἀνθρώπου, ὃ δὲ πῶποτε

Αὐτίδιν τὸν ἑπὶ δὲν, ἀλλ' ἄρ' ἂν ἂν. id est,

Sermonis osor homo, nihil contra loquens

Vtquam, sed ore praeferens Martem truci.

Itidem poeta dicunt torua tuens: ὅς ὁ Γραεὶ ὑπὸ δρῶν ἂν ἂν.

Non est oleum in lecytho.

Ελαιὸν δὲ ἐστὶν οὐ τὸ λυκυτόν,

Olei liquor nequaquam inest in lecytho.

Scilicet cum significamus nō esse precibus locum apud inexorabilem. Refertur apud Aristophanem in *Aulibus*. Est autem adludio ad vocem. Nam ἡλαιὸν oleum significat, ὅς ὁ ἡλὸς misericordiam, ὅς ὁ ἡλὸς haud scimus an altera ab altera sit deriuata.

Magis gaudet eo qui senectam exiit.

Γίγνεται μᾶλλον ἢ τὸ γῆρας ἐκδύει, id est, Gaudet magis qui senectam exiit. De vehementer hilari, ac gestienti gaudio. Aristophanes in *Pace*,

Ἡδύμαι ὅς ὁ γῆρας, καὶ πῶποτε καὶ ἡλὸς

Μᾶλλον ἢ τὸ γῆρας ἐκδύει, ἐκδύων τὸν ἂν πῶποτε.

Gaudeo siquidem, atque lator, atque pedit ὅς ὁ rideo,

Qui cilpeu suffugerim, magis ac senectā qui exiit.

Ductum est a serpentibus ὅς ὁ cicadis, qui stasis temporibus exuunt senectutem, ac veluti renascuntur.

Hic bonorum virorum est morbus.

Αὐτὸς χροῶν ἐστὶν ὁ δὲ ἂν ἂν νοσῶν, id est,

At iste sane morbus est prohi viri.

Suidas propemodum ut proverbiale citat. Extat autem apud Aristophanem in *Vespis*. Vt licebit, cum id probro datur, quod magis laudi duci oportebat. Finitimum illi ex Euripidis *Aulidensi* Iphigenia,

Καλὸν γὰρ μοι τῶν ἡδὲ ἐξ ὧν ἡδύται.

Mihi opprobriasti probrum honestum scilicet.

Βαλβυρίζειν.

Βαλβυρίζειν, dicebantur vulgo qui balbutirent, quibusq. ha sitans esset ὅς ὁ impedita lingua, quod Graeci τετραλίαν appellant. M. Tullius ad *Atticum* libro sexto. ἡ τετραλίαν ὅς ὁ τετραλίαν ἀπὸ τῆς τετραλίας, id est, τετραλίαν.

Quod vitium ex humore immodico nasci docet Hippocrates. Probat Galenus. *commen.* 6. unde in pueris

ac temulentis fere accidit, quamquam addit ὅς ὁ alias causas, indicans potissimum fieri in τ, ὅς ὁ, pro quibus sonant τλ. unde fit. ut egre suum ipforum vitium pronuncient, ἐπὶ τῶν τλ. De pueris cur magis balbutiat

quam viri, querit Aristoteles, *Sectionis* 11. *problema* te 30. Distinguit autem illic philosophus, τετραλίαν, ὅς ὁ τετραλίαν, ὅς ὁ τετραλίαν.

Teatrosin autem definit, ὅς ὁ τετραλίαν, ὅς ὁ τετραλίαν.

quis litteram quampiam non potest exprimere, non quamlibet, sed certam aliquam. Hanc Theodorus ver

tit blasphemiam. ὅς ὁ τετραλίαν, cum littera quampiam aut syllaba supprimitur, veluti cum πλῆν, dicitur pro

πλῆν, hanc Theodorus vertit balbutiem. ὅς ὁ τετραλίαν, vero, cum non valent expedite syllabam syllaba con

texere pronunciando, quam Theodorus vertit linguā

hesitantiam. Quae vitia frequentius accidunt pueris, ut dictum est, senibus ac vinolentis, unde Flaccus bal

bam senectutem vocat. In causa putat Aristoteles vi

rium imbecillitatem, quae non queat animo subseruire.

Etiam si Tullius βαλβυρίζειν accipere videtur propemodum pro effuere. Inde translatus ad eos qui nugas

deblaterant. Unde βαλβυρίζειν nugaritatem vocant,

vocem a Batto quopiam Thebano mutuati, cui vox fue

rit exilis, linguaq. parum articulata. Cui Pythia di

xerit, βατ' ὅς ὁ φωνὴν ἡλὸς, id est, Batte ad vocem veni

sti. Auctor Hesychius, addens quibusdam videri vo

cem imititiam, qualis est φλοισβας, aliaq. innumera.

Dicunt ὅς ὁ βαλβυρίζειν multiloquentiam, a Batto quo

piam poeta, cui mos erat in poematis eadem subinde

inculcare. Vtriusque meminit Suidas. Verum haec ni

hil ad sensum Ciceronis. Nobis magis apparet dictum

fuisse βαλβυρίζειν pro dolo malo agere, quod apud Cyre

neos vulpes dicatur, βαλβυρίζειν, teste Herodoto, ut La

tini quoque dicunt Vulpinari. Battarus enim dux fuit

deducendae in Cyrenen coloniae. De psellismo dictum

est nobis alias.

Vnde excoquat seuum.

PLAUTVS in *Capituli* duo, proverbiali dixit hyperbo

le, Vnde excoquat seuum senex, opes significans copio

ssimas. Tamen si hic non videtur vacare mendo.

Ratio trochaici carminis admonet opimae legendum,

non optima. Plautinus versus hic est, ita ut in vulga

tis circumferuntur codicibus: Quid diuitiae sunt ne opti

mae? Vnde excoquat seuum senex. Seuum autem, vel

ut alij sebum, est pingue pecudum durius, quod Graeci

σιρρ appellunt.

Iactare iugum.

IACTARE iugum, est incommodum ferre seruitutis ne

cessitatem. Translatum a bubus, nondum assuetis iug

go. Iuuenalis,

Nec iactare iugum vita didicere magistra.

Simile illi, Contra stimulum calcitrare. Congemina

tur enim infortunium, quod feris impatientius, mi

nuitur animi aequitate. Quemadmodum ait Plautus,

In mala, animosi bono utare, adiuvat.

Vt in Velabro olearij.

VT IN Velabro olearij. Proverbialis similitudo de iis

qui conspirant, remq. gerunt ex composito. Plautus

in *Capituli* duo, Vna res,

Omnes cōpactō rē agunt, quasi in Velabro olearij.

Velabrum autem, auctore Varrone, locus erat Roma,

quo olearij distrabebant oleum. Mos est autem huic

hominum generi, ut inter se de pretio conspicerent,

quo pluris vendant.

Manticulari.

FESTVS Pompeius ostendit poetas hoc verbo manti

culari usos pro fucum facere, ac subdole agere. Citatq.

Taciturnam ita loquentem. Ad manticulandum astu

aggreditur. Tractum autumat a manticulis, quas fu

res atrestare solent, nimirum quo fuerunt. Equidem

magis arbitramur hinc sumptam metaphoram, quod

qui in conuiuio dissimulant, manibus tegunt faciem,

velut extergentes. Vnde in *Sermonibus* Horatius,

-Mappa compescere risum.

Plautus item in *Capituli* duo, pro pallio latebraq. po

ssit, qua dolus tegi possit. Nec mendacis subdolis mi

hiusquam mantellum est meis. Nec-sycophantis, nec

fucis

fucis vllum mantellum obuium est. Equidē nescimus num ad hanc pertineat formam, quod legitur apud Origenem homilia in Ezechielem quinta: Qui dixit proximo suo, Ignoscit nobis peccata nostra deus. Siquidem, & in talibus sacramentis ludimus vicissim nobis pollicentes. Mappam mittet deus: id est, teget nostra flagitia, missa mappa. Verum quoniam Graci condicis non adest copia, super hac re praestiterit Academicum agere. Docti quibus adest, locum hunc excutient a nobis admoniti. Vitur eodem dicto Tertullianus libro aduersus Valentianios: Sed mappa quod aiunt missa.

Auro habet suppaetum solum.

PROVERBIALI figura dixit Plautus in Bacchidibus,

Sed diues ne est isthic Theotimus?

Etiā rogas? qui focis habeat auro suppaeti solum. De praediuite, cui tanta suppetat auri vis, ut pedibus calcet. Solum enim pro misima crepidarum parte posuit, aut certe pro pavimento.

Ad aras.

Επι θάρμης, id est, Ad aras. Refertur in collectaneis, quae Plutarchi titulo feruntur, nec explicatur. Equidem opinamur perinde valere, quasi dicas, ipso in negotio, iuxta prouerbiū quod nobis alio dictum est loco, quo vetatur ad aras consultare.

Samiorum laura.

Σαμίων λαύρα, id est, Samiorum laura. Distabat in turpibus additos voluptatibus. Laura apud Samios angiportum quoddam erat, in quo cupediae, popinae, venditabantur a mulierculis in hoc paratis. Extat, & hoc adagiū in commentariis, quae Plutarcho inscribitur. Refert idem Athenaeus ex Clearcho lib. 12. addens hoc inuentum fuisse Polycratis Samiorum tyranni, eamque ciuitatis corruptelam fuisse commentum ex Sardium cubito, qui Dulcis prouerbio dictus est, auctore Platone.

Tanarium malum.

Τανάριον κακόν, id est, Tanarium malum. Si quid crudelius sanitum esset in famulos, Tanarium malum vocabant, propterea quod olim Lacedemonij captiuos, qui in Tanarium confugerant, reductos capitis adfecerunt supplicio. Est autem hoc loco Tanarus oppidū quoddam Laconicae, cuius incolae Tanarici vocentur & eiusdem regionis promontorium, in quo spelunca, per quam aditus erat ad inferos.

Lesbius Prylis.

Ο Λεσβιος πρύλις, id est, Lesbius Prylis. Plutarchus in adagiorum collectaneis, si modo non fallit titulus, tradit hoc prouerbiū per similitudinem sumptum. Prylis enim fuisse Mercurij filium, ac diuinandi peritum. Quamquam πρύλις Graece, militem peditem significat.

Agas asellum.

ΑΓΑΣ asellum. Hoc adagiū quoniam inutilum refertur, non satis liquet, quid sibi velit. Refertur autem a Cicerone lib. De oratore 2. ad hunc quidem modum:

In hoc genus conuiciuntur prouerbia, ut illud Scipionis, cum Asellus omnes prouincias stipendia merentem se peragrasse gloriaretur, agas asellum, & cetera. Haecenus Tullius. Neque vero libet referre, quae in hunc locum adfert Omnibonus, interpretis alioqui non omnino malus. Tamen visum est ipsum adagiū in medium proponere, quo doctis saltem vestigandi ministraremus occasionem. Fortasse legendum agaso asellum. Nam veteres elidebant vocales more Graecorum etiam in scriptura. Atque ita sensus erit, unquamque facere quae se digna sint. Depotant nepotes, decoquit lurco, digladiatur miles, peierat leno, mentitur aduocatus. Siquidem hoc ipsum agasonis vocabulum, in contemptus abiit prouerbiū, id quod apud Graecos festiuus est, ob sermonis idiomata. Nam Dores asinum vocant, non ὄνον, ut ceteri, sed κίον, & agasonem, non ὀνολατῶν, sed κίονος, veluti testatur Iulius Pollux lib. De rerum vocabulis 7. Fortassis huc pertinet quod scripsit Flaccus Epistola 19. ad Lollium,

-Ad inum

Thraxerit, aut olitoris aget mercede caballum.

Samium comatum.

Τὸν σάμιον κομάτιον, id est, Samium comatum dicebant eum, qui ante ignauus habitus, praeclarior expectatio ne sese gessisset in negotio. Aiunt pugilem quempiam apud Samios fuisse, qui cum ab aduersariis haberetur ludibrio, quod comatus esset, commissum cum illis, vicit. Vnde in prouerbiū abiit, quoties quis certamen suscipit cum iis, quos praeter opinionem experitur sese viribus superiores. Non dissimile quod admonuit Sylla. Cauendum a puero male cincto. Recensetur in Plutarchi collectaneis.

Seruū haud veho.

Δεῖλον δὲ ἄρδ,

Εἰ μὴ νεωμύχηκε τὸν ποδὶ τῶν κριδόν. id est,

-Seruum ego haud veho,

Nisi qui prius pro carnibus certauerit,

Certamine in nauali.

Id est, non admitta seruū, nisi multis magnisque spectatum experimentis. Est autem carmen hoc apud Aristophanem in Ranis, a nobis alio citatum loco. Admonent interpretes duplicem esse lectionē, τὸν ποδὶ τῶν κριδόν, & ποδὶ τῶν νεκρῶν, id est, pro carnibus, & pro cadaueribus. Pro carnibus accipiunt, pro vita: carnem enim corpus appellant. Porro serui cum pugnant, quoniam nullas habent possessiones, pro vita duntaxat dimicant. Qui legunt νεκρῶν, hanc adferunt fabulam. In praelio nauali, quod actum est apud Arginusas, superiores extiterunt Athenienses, vetueruntque ne cadauera caesorū tollerentur, & hac quoque de re digladiatum est. In hoc autem bello serui egregiam operam nauasse leguntur, quapropter & libertate donati sunt. Recensetur prouerbiū in Plutarchi collectaneis.

Tertium caput.

Τρίτη κεφαλή, καὶ τρίτη ἰγυροαλή, id est, Tertium caput & tertio cerebro. In onerum baiulos dictum, qui non bumeris modo, verum & capite gestant onera. Extat in iisdem quae modo citauimus collectaneis. Aptē torquetur in homines variis distractos negotiis.

Vt Corin-

Vt Corinthia videris.

Ακορινθία εἶναι καὶ χοῖρα παλαιά, id est, Corinthia videris corpore quaestum factura. In mulierem intempestivius libidinantem. De mulieribus Corinthi prostantibus dictum est alibi. Dictum est autem χοῖρα παλαιά, non quidem verbo, quod nobis indicat quaestum facere corpore. χοῖρας enim naturam muliebrem significat. Extat & hoc in iisdem collectaneis.

Cyrnia iactura.

Κυρνιακία, id est, Cynrium malum. De magnis dispendiis & expilationibus dicebatur. Cynus insula quapiam est, e regione Apulia, cuius incolae longaeui perhibentur esse propter mel, quo plerumque vescuntur, vicini Sardonicae insulae. Nam eius illic summa copia, quemadmodum auctor est Stephanus. Haec olim navigantibus erat inaccessa, propter praedonum ac piratarum circa illam frequentiam. Atque hinc vulgo proverbium increbuit. Plinius libro 4. cap. 12. nominat Cynum, sed diuersam a Corsica, cum Strabo tradat Cynum esse quam Romani dicunt Corsicam, insulam aegre habitatam, ob locorum asperitatem, & regionem multis locis imperuiam, sed praecipue quod qui montes obtinent, ac latrociniis viuunt, feris ipsis sint efferratiores. E quibus si quando aliquot capti per duces Romanos, Romam deducantur, dictum mirum quam ferinum quiddam ac belluinum praeseferant. Nam aut sibi mortem consciscunt, aut si viuunt, stoliditate & amentia sic fatigant dominos, ut quantulumcumque emptos, tamen emissae poeniteat. Talis olim Corsica, nunc uinis laudatissimis instruit Romanas delicias. Ob immanitatem igitur latrociniorum ac gentis feritatem dicta est κυρνιακία, quemadmodum dictum est Cilicium exitium, quod alibi retulimus. Meminimus huius adagij superius in Cynia terra.

Rapina Cotytis.

Αρπαγή Κοτυτίης, id est, Rapina Cotytis. Cotytia festum quoddam erat apud Siculos, in quibus ex more placet tunc quaequam & arborum fetus raris alligabantur, eaque diripienda proponebantur. Refertur in Plutarchi collectaneis, nec exponitur. Quamquam facile liquet dici solitum de bonis temere profusis direptisque.

Quae ex antiqua.

Τὰ ἐκ παλαιᾶς, id est, Quae ex antiqua, subaudiendum Tyro. Perinde valet, quasi dicas summam molestiam, extremumque malum. Tyrum enim quae cognominata est vetus, dictione composita, παλαιώτης, Alexander expugnatam, & ex insula comportatis aggeribus reditam continentem, crudeliter tractauit, plurimisque affecit incommodis, unde proverbium, τὰ ἐκ παλαιᾶς, quo significabant tantum malorum, quantum antiqua Tyrus pertulisset. Recensetur & in Plutarchi collectaneis, atque item Zenodoti. Historia est apud Q. Curtium.

Triceps Mercurius.

Τρικέφαλος Ἑρμῆς, id est, Triceps Mercurius. Dictum videtur in ambiguos accipitesque, aut vebementer astutos. Ad hunc modum fingebatur antiquitus Mercurius, vel quod plurimam vim habeat oratio, vel quod idem

deus index viae, proinde in singulis capitibus inscriptionem habebat, quo duceret haec via, quo rursus illa. Huiusmodi Mercurij simulacrum primus posuit Proclides, auctore Philochoro.

Danace.

Δανᾶκη, id est, Danace, sic appellabatur nummus ille, qui Charonthe persoluitur, naulum pro transmissione Strygiae paludis, cuius meminit Lucianus in Charote. Apuleius item in fabula Psyches. Refertur in collectaneis Plutarchi, nec indicatur usus. Nobis videtur recte usurpandum, si quis iubeat senem parare δανᾶκην, innuens prope esse, ut emigret e vita. Aut si quem usque adeo nihil reliquisse dicat, ut ne Danace quidem supersuerit. In hunc sensum usurpat Iuuenalis satyra tertia, qui hunc nummulum trientem vocat:

-Nec sperat caenosi gurgitis alium.

Infelix, nec habet quem porrigat ore trientem.

Vt Bagas constituti.

Βᾶς, καὶ ἰσχυρὸς, id est, Vt Bagas stabas. In stupidum & elinguem dicebatur. Bagas erat quispiam ad similes attonito, stupidoque & insulso. Commemoratur in Plutarchi collectaneis, haud scimus num legendum sit Bagoas pro Bagas: is Eunuchus fuit. Et est hoc genus timidum & imbellis.

Cancrum ingredi doces.

Καρκίνον δεῖν εἰσελθεῖν διδοῖς, id est, Cancrum recte ingredi doces. De eo qui docet indocilem. Refertur in iisdem collectaneis. Finitimum vel idem potius cum illo, quod paullo superius retulimus ex Aristophane, in proverbio, Numquam efficies. Pertinet ad genus ἀδωάτων, Aethiopem dealbas, &c. Siquidem animal hoc non ingreditur nisi obliquo corpore, & in omnem partem mouet gressum. Dictum putant καρκίνον quasi καρκίνον a mouendo capite. Dicitur & capite gignere.

Mare exhauris.

Ὅλας τὰς ἀτλᾶς, id est, Mare exhauris. De eo qui conatur, quod effici non possit. Nam montes utcumque perfodiuntur, at mare non possit exhauriri.

Canes timidi vehementius latrant.

Q. CURTIUS libro 7. demonstrat huiusmodi proverbium apud Baetrianos vulgo iactatum fuisse, Canis timidus vehementius latrat quam mordet. Thrasonū est turgidis minis dira moliri: At Chremes ad rem gerendam promptior. Sic & Athenienses ad bene dicendum, quam ad grauiter agendum accommodatiores fuisse leguntur. Nec Aiaci promptum fuit dicere, nec Ulyssi bellare. Et Lacedaemonij verbis parcissimi, virtute longe praecelluerunt. Et apud Homerum Graeci taciti pugnam ineunt, sed vim spirantes, cum barbari immani clamore accurrerent. Denique mulieres lingua melius quam viri belligerantur. Q. Curtius eodem in loco subiicit allegoriam huic similem, Altissima quaeque flumina minimo sono labi.

Homeri versus aliquot prouerbiales.

TANTVM honoris antiquitas habebat Homero, quē admodum testatur Macrobius, ut singuli pene versus

fus illius prouerbij vice celebrarentur, quorum nos non nullos sparsim in hoc opere recensuimus, præsertim quos in auctorum litteris usurpatos deprehendissemus. Nunc itaq. nobis videtur pretium, si ex omni Homericæ poësis corpore, seligamus quosdam versuculos, qui prouerbij speciem ita præ se ferant, ut dubitandum non sit, quin hi certe ex illorum numero fuerint, quos antiquitas adagionum instar usurpauerit. quamquam autem nullum fere carmen est huius poëtæ, quod non possit ad aliquam prouerbij rationem detorqueri, tamen nos e plurimis pauca quadam decerpere maluimus: partim ne quis nos in re tamquam ascitæ, nimium diligentes dicere posset: partim quod magis arrident in hoc genere, quæ sibi quisque velut adoptarit. Itaque sit habuimus in paucis aliquot, quemadmodum accommodari debeant, viam ostendisse. Atque in his ipsis, quamquam eum carminis usum indicauimus, qui tum nobis scribentibus venisset in mentem, tamen nihil vetuerit, quo minus idem carmen ad varios usus adsciscatur. Neque vero idem permiserimus in reliquis poëtis, nisi quis in Marone licere putet, quem Latinum Homerum optimo iure dixeris: sed facit hoc Homeri diuinitas quadam, ut deceat, quidquid ex illo quocumq. pacto mutuum sumpseris, citâsi, quod in Centionibus fieri solet, ad longe diuersam sententiâ verba detorseris. Quamquam autem sciremus his non adfuturam gratiam nisi quis usurparet Græce, tamen ne nō intelligerentur a non nullis, vertimus hæc quoq. Sed iam referre incipimus.

Non probantis.

Αἴψ' ἔκ' ἀτρεΐδῃ ἀραμμένονι ἰνδάνει θυμῷ. id est,
At non Atridæ sic est Agamemmoni visum.
Usurpatur a Luciano ceu prouerbialiter in Lapithis.
Recte utemur, ubi rem quidem fatebimur honestam facti, verum diuersa placere iis, quorum libido plus valet quam æquitatis ratio. Siue cum quis tyrannico more sequitur, non quod distet æquitas, sed quod animo collubitum sit. Siue cum vnus aliquis a ceteris omnibus dissentit. Sumptum est autem ex Iliados Homericæ libro primo, ubi iteratur hic versiculus:
Εὐδ' ἔμοι μὲν πᾶν τις ἐπεφρονέσας ἀχαιῶν,
Αἰνέειν δ' ἰδὼν, καὶ ἀγλαὰ δόχθαι ἀποινα.
Αἴψ' ἔκ' ἀτρεΐδῃ ἀραμμένονι ἰνδάνει θυμῷ,
Αἴψ' ἔκ' ἀχαιῶν ἀφίει, κρατὶ δ' ὄν' ἰνδάνει θυμῷ.
At reliquæ Danaum placet hæc sententia turbæ,
Sacrificio vt habeatur honos, ac splendida dona accipiant, at idē hoc Agamēnoni non ita visū est, Quin male dimittit, ac dicta fera insuper addit.

Refutantis laudem immodicam.

Οὐτὼι ἐγὼ θεός εἰμι, τίμ' ἀθανάτοισιν ἴσκηαι; id est,
Nullū ego sum numē, quid me immortalib' equas?
Plutarchus in commentario, cui titulus, Quo pacto quis intelligat se profecisse, monet vt hoc Homericum carmen semper habeamus in promptu, tāquam pharmacum aduersus venenum adulationis, aut ubi quis nos magnificentius quam pro merito laudat. Usurpatur a Luciano in Icaromnippo. Carmen extat Odyssææ II. sub persona Ulyssis loquentis ad Telemachum filium.

Cauentis clancularias infidias.

Μὰ τις σοὶ φεύγοντι μεταφρεσὶς ὡς δ' ὄρου πῆξιν. id est,
Ne quis te a tergo fugientem cuspide figat.
Cum significamus circūspēctius agendum, ne quis noceat imprudenti. Diogenes usurpauit mutata uocula in adolescentē formosum, qui incustodite dormiebat.
Μὰ τις σοὶ ἰνδάνει μεταφρεσὶς ὡς δ' ὄρου πῆξιν.
Sunt aut apud Homerū Iliad. 9. verba Diomedis Ulyssē fugientē reuocantis ad pugnam. Item Iliados 11.
Ὅ μοι μοι φεύγοντι μεταφρεσὶς ὡς δ' ὄρου πῆξιν.
Αἴψ' ἰδὼς μευαχέοντι δὶ ξανέισφι ἐλάστον. id est,
Numquam mi a tergo fugienti infixeris hastam,
Sed prompto potius aduersa in pectore torque.
Hoc licebit usurpare, cum quis non detrahat apertum certamen.

Iubentis aperte loqui.

Σὶ quem admonebimus, vt proferat doloris, aut odij causas, neque celet in animo, non illepide dixerimus illud ex primo Iliados libro,
Ἐξωδα, μὴ κρύβεϊ νόον, ἵνα ἰδὼν βῆ ἄμφω. id est,
Eloquitur, ne celato, quo norimus ambo.
Pollicentis se promissa re præstiturum.

SIGNIFICANTES promissorum fidem non irritam futuram, sed re præstituros nos, quod verbis simus polliciti, usurpare poterimus versus hos ex eodem libro,
Οἱ γὰρ ἐμὸν παλινχέροιο ἔδ' ἀπατηλόν.
Ὅδ' ἂν πλεῖν τὸν γ' ὅ, τί καὶ κεφαλῇ κατὰ νεύσω. i.
Nec reuocanda, nec irrita, vana ne dico futura
Quæcumque annuero & promifero vertice moto.
Dicuntur autem a persona Iouis ad Thetidem.

In absurde locutum.

VB quis videtur absurdum quiddam dixisse, siue cum verbum aliquod videbitur per imprudētiā elapsū, quod satius erat reticuisse, locus erit illi, quod pluribus locis apud Homerum reperitur, & nominatim Odyssææ libro primo,
Ροῖόν σε ἐπὶ πρὸς φόνον ὄρεος ὁ δ' ὄντων; id est,
Dentis claustra tui quæ vox elapsa reliquit?
Laudatur hic versus ab A. Gellio Noctium Atticarum libro 1. cap. 15. qui pulchre admoneat parce loquendum esse, quod natura linguam vallo dentium cinxerit, & septo labiorum, cum aures patulas dederit.

Quæ sero contingunt, sed magnifica.

QVOTIES intelligi uolumus famam, aut præmium aliquod serius quidem contingere, uerum hoc præstantius, ac durabilius, quo diutius dilatum, vt tarditatem stabilitate, perpetuitateq. compenset, non alienum fuerit Homericum illud ex Iliados secundo libro usurpare.
Ὅτι μὲν ὁ ψιπύλειον ὅς κ' ἔκ' ἀπολήται.
Quem uersum Cicero ita vertit,
Tarda & sera nimis, sed fama & laude perenni.
Verba sunt Calchantis animum addentis Græcis vt perdurent: quamquam enim victoria belli decimo demum anno contigerit, eius famam tamen immortalē fore.

Consulendum

Consulendum & consiliis parendum.

CVM admonemus quempiam, vt vicissim & rectum consilium aliis det, & ab aliis accipiat: aut vt & secum rem diligenter perpendat, & alienam sententiā auribus attentis audiat, non intempestiuum erit illud ex eodem libro.

Αἰὲν ἀνὰ πρῶτον δ' εὖ μάλα, πείθεται ἄλλος. id est, Ipse age rex bene consulito, & pareto vicissim.

Non interpellandus famelicus.

QVOTIES innuemus non esse consabulandi otium, nisi prius placauerimus latrantem & iratum, ut ait Horatius, ventrem. Aut vbi significabimus aliquem, simulatque sit adsecutus, quod expetebat, iam ad alia conuerti, non inepte proferemus versiculum hunc ex eodem libro, & alias apud Homerum solemnem,

Αὐτὰρ ἐπεὶ πεισὶος καὶ δούρος ἔχοντο. id est, At postquam his potius exēpta cupido, cibique.

Id Vergilius ita reddit,

Postquā exēpta fames & amor compressus edēdi.

Fatis imputandum.

CVM hominem quempiam culpa liberabimus, eamque vel in fatum, vel in fortunam reiciemus, usurpare licebit quod inibi dicit Priamus ad Helonam,

Ὅτι μοι αὖ τιν' ἐστὶ, βροτῶν μὴ ἀτρεῖς ἔστιν. id est,

Nil tibi ego imputo, verū ipsis magis imputo dāis.

Diu dissimulatum aperientis.

IN eum, qui quod diu dissimulauit, tandem irritatus eloquitur, non inconcinne detorquebitur illud, quod in eodem loco dictum est de Ulyssē,

Αἶψ' ὅτε δ' ἔρ' ὅπα τε μέγα λωὶ καὶ σάβας ἴει. id est,

Ast vbi iam promit prae grandem e pectore vocem.

Malorum obliuio.

QVI deprecabitur omen aliquod parum faustum, aut qui iubebit obliterari memoriam malorum, non intempestiū usurpabit illud ex eodem libro,

Τὰ δὲ παλαιὰ βροτῶν μνησέμεν. id est,

Irrita dii superi venis hanc omnia tradant.

Ex minimis initiis maxima.

AD indicandum maximas simultates non numquam ex leuissimis iniuriolis nasci, non secus atque ex minima scintilla grauiusculum incendium, mire congruet illud ex eodem libro de Eride, id est, dea contentionē,

Ἡ δ' ὀλίγη μὲν πρῶτον κρύσσεται, καὶ τότε ἔπειτα

Ὀύρα δ' ἐκείνη καὶ καὶ ὡς χέοντο βάναι. id est,

Qua primam exigua surgit, verum ilico calum Attingit capite, in terris vestigia ponens.

Hunc locum Vergilius Aeneidos 4. detorsit ad famā,

Parua metui primo, mox sese attollit in auras,

Ingrediturq. solo, & caput inter nubila condit.

Alicno ferox praesidio.

SI queras innuere, quod ferox sit quispiam, & improba molitur, id eum non facere domesticis viribus fretū, verum alicuius potentioris fultum praesidio, qui clanculum illi suppeditat & animum & opem, quemadmodum vulgus nostratum suspicatur ducem Gelriae

tot iam annos negotium faceffere nobis, dissimulatis Gallorum suppetiis, illud accommodes licebit eodem ex libro,

Ὅκ' ὅγ' ἀνὴρ ἐὶς τὰ δὲ μάχεται, ἀλλὰ τις ἄρχη

Ἐσὶν ἄρα αὐτῶν νεφέλην ἱλυμένοσ' ἄμρε. id est,

Ista quidem hic nequaquā audet sine numine, verū Adstat diuum aliquis, humeros caligine tectus.

Arripenegotij curam.

ADMONENTES aliquem, vt diligenter negotium capeffat, & gnauius rem aggrediat, vtenuit hoc ex eodem loco carmine, quo Aeneas hortatur aurigam suum,

Αἶψ' ἄγε νῶ μέσση καὶ νῆα σιγαλέοντα

Δίψαι. id est,

Quin agenunc scuticamq. manu, depiscitq. lora

Corripe.

Aequa concertatio.

CVM significabimus duos ex aequo paratos ad discendum, rixam ne, licebit accommodare carmen illud ex eodem libro,

Τὰ μὲν δὲ χεῖρες τε καὶ ἔγχλια βένεοντα,

Αὐτῶν ἁλλήλων ἑχέτω μεμασγότε μάχη δαυ. id est,

Illi inter sese, iam iam pugnare parantes

Obtundunt, pariterq. manus, praecutaq. pila.

Incitare currentem.

QVI significabit instigari quempiam ad id ad quod suapte sponte propendet, usurpabit illud ex eodem libro, quamquam & alias apud eundem poetam occurrit.

Μακρὸν δ' ἔππε, τὸ δ' ἄκρον ἐπὶ πῆδω. id est,

Cedit equos scutica, ast illi vel sponte volabant.

Sumptum ab aurigis.

Ad utrumuis paratus.

HOMINEM ad utramq. fortunam instructum, ludicris pariter ac seriis accommodatum, aut qui norit cū bonis pariter ac malis conuenire, notabimus hoc carmine, quod est in Iliados H.

Ὅ δ' ἐπὶ δεξιᾷ εἶδ' ἐπ' ἀριστερᾷ, νῶ μὲν σάβαν. id est,

Novi equidem clipeum dextra, leuaq. mouere.

Muneribus res agitur.

QVI dicet non esse locum recte factis & aequis rationibus, sed largitione & adsentatione rem omnem peragi poterit illud accommodare ex Iliados I,

Δόρσιον τ' ἀγνοῖσιν, ἐπειτὰ τε μέγα χέρι. id est,

Et donis permagnificis, & lenibus dictis.

Quo quidem in carmine muneribus non temere prior datus est locus.

Alicno auxilio potentes.

QVI alienis praesidiis freti facinus aliquod egregium, aut qui alieni praetextu nominis aliquid faciunt, in eos adposite torquetur ex eodem libro, quod ibi dictum est de Teucro fratre Aiacis Telamoni. Nam is sub fraterno latitans clipeo, sagittas aliquot mittit in Troianos,

Στῆ δ' ἄρ' ἐπ' αἶαντος σάκτι τέλα μὲν ἰχθυό. id est,

Constitit Aiacis clipeo septem plice tectus.

Sl 2 Cauendum

Cauendum a potentiore.

Euenit malo male.

QVI se negabit rem habere velle cum homine longe potentiori, quique magnopere possit ledere, recte accommodauerit illud eodem e libro,

Οὐ γὰρ ἐγὼ γ' ἐβίβημι δι' ἡρώδου μάχιδου. id est,
Cum loue ego sane nolim certamen inire.

Subitum remedium periculi.

CVI indicabimus rem in extremum discrimen adductam, actumque fuisse ni subita salus, ceu deo quopiam immissa protinus affulsisset, illud ex eodem libro, tum alias sepe conueniet,

Εἰ μὴ ἄρ' ὅρ' ὅν' ἦν τι πατὴρ ἁδ' ἡδὺν τι βίον τι. id est,
Ne illico sensisset, genitor diuinumque hominumque.

Perplexus, animique consternati.

IN eum qui periculoso negotio consternatur animo, nec rationem inuenit, qua explicet sese, quadrabit illud ex eodem libro,

Νῆσσε δ' ἐκ χειρὸν φύγον ἡνία σιγαλόεσσιν. id est,
Fugere e manibus miranda Nestori habent.

Litem incipere.

IN eum qui iam prouocatus aggreditur conuiciis agere, congruet illud ex Iliados.

Εἴ μοι δ' ἄλκιμον ἔρχοιτο χεῖρ' ἁλόνον δ' ἐπ' ἡλαστόν. id est,

Haustam corripuit robustam cuspide acuta.

Cui diuersum illud, Haustam abiecit, quod alibi retulimus ex Cicerone.

Ausculta & perpende.

QVOTIES significabimus nos aliquid dicturos quod ad rem pertineat, quodque ratum ac certum futurum sit, conueniet illud ex eodem libro, quāquam & alias apud eum poetam sepius obuium,

Ἀλλ' ὅτε τοι εἴπω, σὺ δ' ἐπ' ἐρεῖσι βέλεις σῆσι. id est,
Immo aliud quiddam, tu mente recondito, dicam.

Non statim decernendum.

QVI significabit interponendam moram prius quam decernatur, & rem in posterum diem reiciendam, accommodabit illud ex eodem libro, quod Phœnici cum legatis ad reconciliandam gratiam misso ab Agamemnone respondit Achilles,

Ἄμ' ἡνι φωνάμεντι
Φρασθῆναι.

id est,

-Aurora ubi crastina surget
Consultabimus.

Hinc apparet sumptum celebre Græcis prouerbum, ἐν νύκτι βέλαι, id est, In nocte consilium, quod alio diximus loco.

Nemo cogendus amicus.

CVI innues aliquem non esse ad negotium accersendum, præter animi sententiam, aut non esse collocandum officium in eum qui nec agnoscat, nec accipiat libenter, accommodum fuerit quod eodem in libro de Phœnice dixit Achilles,

Ὦν ἐβίβησιν, ἀδ' ἄρ' ὅν' ἦν τι μιν ἔφα.

id est,

Si volet, inuitum hunc haud quaquam abduxero quoquam.

CVI scelerato cuiuspiam euenit, quod omnes imprecabatur & optabant, locus erit illi ex eodem libro,

-Οἱ δ' ἐπ' ἡλίου ἐπαρχε.

id est,

-Explerunt inimica precamina diui.

Verba sunt Phœnicis narrantis omnia mala accidisse sibi, quæ pater olim fuerat imprecatus.

Nec dignus qui me intueatur.

QVI contemnet omnino quempiam, ut ignauum, multoque sese inferiorem, non ineleganter illud ex eodem libro detorserit, quod in Agamemnonem dixit Achilles,

-Οὐ δ' ἄρ' ἔμοιγε

Τετλώμενος πορ' ἐόν, εἰς ὅταν ἰδῇμαι. id est,

-Haud ille quidem ausit,

Quamuis perfrecta sit fronte, mihi ora tueri.

Quod idem etiam hodie vulgo dicunt. Est autem indicium animi conscii, non audere recta faciem intueri eius quem læseris. Hinc est quod Menelaus in Iphigenia Aulidenfi iubet in primis, ut Agamemnon obtineatur sese, videlicet inde facti collecturus primum argumentum.

Cauendum ab eo qui semel imposuit.

QVI se negabit habere velle commercium cum eo a quo semel sit deceptus, usurpabit illud ex eodem libro,

Οὐδ' ἔτι οἱ βέλεις συμπερὶ σωμα, εἰ δ' ἐπ' ὄργῳ.

Εκ γὰρ δ' ἂν μ' ἀπατήσῃ καὶ ἡλῆσεν, εἰ δ' ἄρ' ἐπ' αὐτῇ

Ἐξαπαφοῖ ἐπέσιν, ἄλλος δ' οἱ, ἀλλ' ἐκ κλέος

Ἐξέειπεν.

id est,

Hoc ego cum nihil aggrediar, neque expedit umquam.

Quippe ubi frustratus semel est, ac fraude sefellit,

Non iterum mihi verba dabit stulto, semel illi hoc

Sit secisse satis, quin posthac ille quiescat,

Ac valcat.

Amicorum est admonere mutuum.

SENTENTIA prouerbialis videtur, quam legimus Iliados A.

-Ἀρεὴ δὲ παρ' αἰφροῖς ἐστὶν ἑταίρῳ.

id est,

-Bonus est affatus amici,

Admonitoris.

Hanc licebit usurpare, si quando dicemus amici munus esse, ut amicum si quid erret, liberius admoneat.

Vnus multorum instar.

QVOD eodem in libro dictum est in laudem medicum idem torqueri poterit, ad quemcumque virtute præstantem. Carmen est huiusmodi,

Ἦν τ' ὅς γ' ἄνδρ' πολλῶν ἀντιτίθεις ἄλλων.

id est,

Vir medicus multis aliis equandus honore est.

Festiuiter hoc in Eryximachum torquet Alcibiades,

cui iubenti negat se posse obsistere, quod vir medicus

multorum instar sit. Festiuus erit si transferatur ad

res animi. Veluti Plato libro de Repub. quarto, ἐάν τ' οἱ

λεγόμενοι καὶ μέγα φυλάττωσι. id est, Si illud vnum ma-

gnum quod dicitur seruauerint. Indicat illud καὶ μέγα

fuisse prouerbiale. Vide prouerbum, Multa nouis vul-

pes, &c. Bona mens igitur πάντων ἀντιτίθεις ἄλλων. &

eruditio & bona fama, πολλῶν ἀντιτίθεις ἄλλων.

18

In voti compotem.

VBI quis affectus est quod affectabat captabatq. veluti si quis sacerdotij spe munus principi mitteret, eoq. sacerdotio favore principis potiretur, quadrabit illud ex eodem libro,

Καὶ βίλας δ' ἄρ' ἐμιν ἄλιν βίλας ἔφυγε χερσὶν. id est,
Attigit, e' que manu non irrita missa, sagitta est.

Lupus in fabula.

CVM forte fortuna in medio sermone interuenit is, cuius mentio fiebat, conueniet illud ex Iliados K.

Ὅπως πᾶν ἔροτο ἰαροῖ, δ' ἄρ' ἄλλοθεν αὐτοῖ. id est,
Iamq. aderant ipsi nondum sermone peracto.

Aliter cum aliis agendum.

QVI significabit cum aliis blandius agendum, cum aliis asperius, ut cuiusque fuerit ingenium, aut fortuna, dignitasq. allegabit illud ex eodem libro,

Ἀλλ' οὐ μὲν ἄλλ' ἵκε, δ' ἄρ' ἔστιν ἰπὶ καὶ Νίχισιν. id est,
Verbis hunc placidis, contra asperioribus illum increpuere.

Concordia fulciuntur opes etiam exiguae.

SENTENTIA prouerbialis est ibidem, huiusmodi,

Συμφορῇ δ' ἀρετῇ πῶλον ἀνδρῶν καὶ μάλα γέρον.
Coniuncti polleunt etiam vehementer inermes.

Hac conueniet uti, si quando significabimus non esse contemnendam amicitiam, aut similitatem multorum, etiam si fuerint alioquin imbecilles, & quorum singulos quis facile contemnat. Nam quemadmodum ut ait Ouidius,

Et quæ non prosunt singula, multa iuuant.
Ita quæ non lædunt singula, multa nocent.

Extra periculum ferox.

IN TIMIDVM & ita demum ferocem, si procul absit a periculo, velut in obrectatorem clancularium, qui coram non ausit congruere, quadrauerit illud ex eodem loco:

Ἀνδρῶν δὲ συμφορῶν ἰκέας ἰσχυροὺς πολέμους. id est,

Pugnare gnarus uerum eminus & procul hoste.

Simile est illud Demosthenis in oratione de corona, οὕτως δίκαιος ἔμελλε ἀλλοτρίως ἢ τῶν ὁπλιτῶν καὶ τῶν ἰππέων ὄντων, οὕτως δὲ δίκαιος καὶ τὸ ἄνδρ' ἔχοντι τῶν στρατιῶν καὶ πλεονεξίας καὶ γυναικείας καὶ τῶν τιμωμένων. id est, A deo familiariter nos acceperant, ut cum adessent armati & equites, in ades atque in ciuitatem reciperent exercitum ad liberos & uxores, et ad ea quæ sunt carissima. Extra telorum iactum ante recensuimus, cui contrarium est Intra tela. M. Tullius in Verrem actio ne quarta. Non ego a Vibone paruo nauigio inter fugitiuorum ac prædonum ac tua tela uenissem? quod Græci dicunt ἐπὶ τῆς βίβλου.

Quisquis fuerit.

QVEMVIS citra ullam expectationem hominem indicabit hoc versiculo, qui est in eodem libro,

Ὅστιν τις τ' ἴδω, καὶ ἴδωι δαίμονες ἀκτῶν.

Qui modo mortalis sit edens cerealia dona.

Velut si quis dicat humanas leges alibi alias esse,

ceterum legem naturæ omnium esse communem, ἐκ τῆς περ τ' ἴδω.

Iuuenta viribus pollet.

AD vires plurimum momenti adfert etas iuuenta. Ad id facit illud ex eodem loco de Aenea,

Καὶ δ' ἔχον ἡβας ἀνέρες, ὅτι κρείττους ἐστὶ μύριον. id est,
Flos quoq. adest aui, cuius tunc maxima vis est.

Aegre quidem, sed facimus tamen.

CVM aegre quidem, & non sine plurimis incommodis agimus quidpiam, sed tamen facimus, adacti necessitate, conueniet illud ex Iliados Z.

Καὶ μάλα τερπόμενοι περ, ἀνιχνύμενοι δ' ἰπὶ καὶ Νίχισιν. id est,
Quamuis afflicti nimium, sed satum ita cogit.

Quod alibi diminutum, exæquatur alibi.

IN eum in quo desideratur virtutis aliquid, sed cuius iacturam alia quapiam dote compenset. Velut si quem intelligi velimus parum eloquentem, sed admirabili tamen iudicio: aut qui sit indoctus quidem, sed bene nūmatus, competeret illud ex eodem loco, quem modo citauimus ex Iliados K.

Ὅς δ' αὖτε ἴδους μὲν ἴσω κακίς, ἔλλατ' ἰσοδύναμος. id est,
Qui ore quidem deformis erat, pedibus tamē acer.

Mutua defensio tutissima.

QVI significabit minus eos lædi posse, qui concordēs sese mutuo defendunt: contra omnium iniuriæ obnoxios illos qui dissident factionibus intestinis, accommodabit illud ex Iliados ε.

Παυροῖσι δὲ πάλιν φείνομεν, μὲν γὰρ τοῖς αὐτοῖς

Ἀλλήλοις ἀν' ὁμιλῶν ἀλλήλοισι πόρρον αἰπὴν. id est,

Multo turba minor perit, quod in agmine semper mutuum opē sibi ferre, malumq. arcere studebat.

Qui cum contemptu vitæ inuadunt.

IN eos qui gladiatorio, sicut ait Terentius, animo quempiam impetunt, ut aut perdant aut pereant, conueniet illud ex Iliados M.

- Ἀγροῖσι γὰρ σὺν ἰσχυροῖς. id est,

- Similes agrestibus apris.

Tradunt enim venatores, hos prouocatos recta impetere prouocantem, nec lancea vitata.

Aliis prospiciens, non sibi.

SI libebit in quempiam iocari, qui cum artem diuinandi professus, aliis sua mala prædixerit, ipse suum malum non potuerit præuidere, non inconcinne accommodabit illud ex Homeri Bæotia,

Ἀλλ' ἔκ σ' αἰὶνέσθωι σφύλατ' ἀπὸ κίρκης μίλαται. id est,

At non auguriis fatum sibi detulit atrum.

Quod imitatus Maro,

At non auguriis ualuit depellere pestem.

Dicitur de Eanomo Mysorum duce, perito quidem auguriorum, at nihilominus ab Achille occiso.

Ne depugnēs in alieno negotio.

VBI significabimus nos nolle nosmet admiscere liti alienæ, quæ nihil ad nos pertineat, sed permissuros ut ipsi inter sese decertent periculo, quorum agitur negotium, versiculo fuerit locus ex eodem libro,

Σὺ 3 ὄρε

Οἷς αὖ μ' ἰλίου, καὶ κτήμασι πᾶσι μὲν χιθῶν. id est,
Proq. Helena, proq. omni re decernere solos,
Dilectum de Menelao & Paride singulari certamine
congressurus.

Prudentia coniuncta cum viribus.

IN eum qui norit idem & aliis imperare quid sit agen-
dum, & ipse persequi cum est opus, quod alijs impe-
rat, apte quadrabit illud ex eodem libro,

Ἀμφότερον βασιλεὺς τ' ἀρετὴς κρατορὶς τ' ἀρχμῆτις
Id est,

Et iuxta ductor bonus, & certamine pollens.

Sunt enim qui imperatorem agere norunt, at militem
præstare non norunt.

Pauciloquus, sed eruditus.

IN eum qui pauca quidem, sed tamen auditu digna
loquitur, conveniet illud ex eodem libro quod illic dici-
tur de Menelao breuiloquo Laconum more, verum
suaviloquo & arguto,

Ἐὐρεῖ μὲν, ἔλατ' ἄλλ' ἀλγίστα, ἐπὶ δὲ πολὺ μῦθος. id est,

Non is multa quidem, verum argutissima, quippe
Pauciloquus.

Duobus malis resistere difficillimum.

Ei δ' ὅ μὲν πόλεμος τε δαμάει, καὶ λοιμός αἰσχροῦς. id est,

Iam pariter subigit, bellumq. & morbus Achiuius.

Si quando dicemus eundem hominem duobus, aut plu-
rimis premi malis. Est apud Homerum Iliados 1.

A fronte simul & occipitio.

CVM indicabimus admirabilem rerum omnium cogni-
tionem, aut singularem prudentiam, quæ constat non
præsentium modo scientia, sed & memoria præterito-
rum, & futurorum prospicientia, recte versum hunc
ex eodem usurpabimus libro,

Οὐδὲν γὰρ τ' ἔσθ' οὐδ' ἐστὶν ἰσχυρὸν, πρὶν γ' εἶναι. id est,

Qui scit præterita ac præsentia, postq. futura.

Vergilius vertit ad hunc modum,

Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahatur.

Nocuit & nocbit.

SI quando demonstrata præteritorum malorum causa,
comminabimur futurum ut accedat maiora, nisi quis
resipiscat, non intempestivè usurpabimus verum
hunc Homericum ex eodem libro,

Τό τε καὶ ἄρ' ἄλλ' ἐδῶκεν ἱερὸν βόλον, ὃ δ' ἔτι δότει. id est,

Phæb' ob hæc mala multa dedit, atq. insup addet.

Veluti si medicus ostenso morbi periculo, moneat egro-
tum reualefcentem, ut temperet ab immodica Vene-
re, alioqui reiditurum cum sanorum malum.

Ingens discrimen.

QVOTIES ingens discrimen innuemus inter homines,
aut res plurimum inter se diversæ, aut immensum
intervallum inter se iunctos, eleganter accommodabi-
mus illud ex eodem libro.

Ἐπὶ μάλ' ἀπὸ πολλῶν μετ' ἑνὶ

Ὀρεῶν, πρὸς κλισίῃσι βλάσταται ἡ χημία. id est,

Sunt in medio sita plurima, montesque

Umbrosi, fretaq. horrifono clamosa fragore.

Qui paratus ad resistendum.

QVI significare volet se nequaquam detractare certa-

men, sed abunde suppetere, quo partes tueatur suas,
usurpabit illud ex Iliados 1.

Τῶ μοι δούρα τέ ἐστι καὶ ἀσπίς ὁμ' ἀλλήλοισιν

Καὶ κ' ἐνδὲς καὶ ἐξωθεν λαμπρὸν ἰανθόντι. id est,

Et mihi sunt hasta teretes, clipeiq. rotundi,

Tum galeæ, tum thoracis procul igne micantes.

In discrimine apparet qui vir.

DE RE periculosa difficiliq. & huiusmodi quæ virum
cordatum ac strenuum requirat, conveniet illud quod
eodem libro dicitur ab Idomeneo Cretensium duce,

Εὐδ' ὅ, πρὸς δὲ ἀνδρὸς τ' ἀλκιμὸς ἔξει ῥα γὰρ. id est,

Illic qui vir iners, qui strenuus ipsa docet res.

Ad idem facit quod proximo carmine consequitur,

Τὲ μὲν γὰρ πρὸς κακῶν τριπλῆται χρεὼς ἀλλοδὲς ἄλλα.

Cuius alias nobis facta mentio.

Non cedendum malis.

SI quando admonebis, non oportere cedere vel aduer-
sariis, vel insultibus adverse fortune, aut non esse cer-
tandum cum fugitiis, non inscite detorseris illud ex
eodem libro,

Οὐκ ἂν ἐν αὐχίν' ἐπιδιπτοίσι βίβας εἰδ' ἐνὶ γούρῳ,

Ἀλλὰ καὶ ἡ σφύρον' ἔνυδ' ὄντας ἱλάσσει. id est,

Ne seriat iaculum cernicem aut terga, sed ipsum

Aut ventrem, aut pectus seriat adversa sagitta.

Ipse sibi perniciem accersit.

IN eum qui sibi pertinaciter accersit malum, cui veluti
fato destinatus sit, congruet illud ex eodem libro,

Τὸν δ' ἄν' μορὴν κακὴν δέχεται τίλος δ'. id est,

Istum mortis in exitum mala Parca trahbat.

Ultra vires nihil aggrediendum.

QVI dicet non esse suscipiendum negotium, ad quod pe-
ragendum non suppetant vires, non inconcinne il-
lud accommodaverit ex eodem libro,

Ραὶ δ' ὅντι μιν δ' δ' ἐστὶ καὶ ἰσχυρὸν πολέμιον. id est,

Vires ultra nemo queat bellare, licet sit

Quantumvis animo promptus.

Verba sunt Paridis ad Hectorem.

Ocyor accipitre.

ADMIRANDAM celeritatem hyperbola prouer-
biali licebit indicare, quæ est in eodem libro,

Ὀκείωνος ἰσχυρῶν.

Pernices magis accipitre.

Venustius fiet, si ad famam, aut ingenium, aut nuntium,
aut eiusmodi quidpiam detorqueatur.

Accipitis animi.

ANIMVM ancipitem & incerti consilij, licet indica-
re versiculo, qui est Iliados 1.

Ὡς δ' ἄρ' ὅντι μιν δ' ἐστὶ καὶ ἰσχυρὸν πολέμιον. id est,

Διχόδοξα.

Sic senior versans animo disquirat utroque

Nutans.

Id Muro sic est imitatus,

Atque animum nunc huc celerè, nunc diuidit illuc,

Rursum Iliados π.

Διχόδοξα δὲ μοι καὶ διὰ μέμονι φρεσὶν ὁρμαίνοντι. id est,

Huc animus mihi versanti inclinabat & illuc.

Omnia

Omnia ex sententia cedunt.

*In magnopere fortunatos, quibus & recte & secus in-
figuta feliciter cedunt, congruit illud ex Iliados ꝑ.*

Τὸ μὲν οὖν πάντα τὸν βίβλιν ἀπὸ πᾶσι, ὥς τις ἀφείν,
 Ἡ καλὸς, ἢ ἀκαλὸς, ζυγὸς δ' ἔμπης πάντ' ἰδύν. id est,
Spicula cuncta horum seruiunt, seu torserit illa
Ignauus, seu vir fortis, quia Iupiter ipse Dirigit.

Improbilas muscæ.

¶ *Improbum, & subinde redeuntem, etiam si turpiter repellatur, quadrabit illud ex eodem,*

Καὶ οἱ μύσες ἀρτὸς ἐπὶ στήθεσιν ἐθήκεν,
 Ἡ καὶ θρομέου, μύλα πρὸ χεῖρὸς ἀθρομέουσι.
 Ἰχναῖα δακτύλων. id est.
Atque illi muscæ vim intra præcordia misit.
Quæ quamvis de pelle viri sit sæpe repulsa,
Adfultat morsura tamen.

Deo fortunæq. committo.

QVI fortiam experiri statuerit, cunctis negotij fortuna committens, in hunc conuenerit illud ex eodem libro.

Ἦσθ' ὅτι καὶ ἐγὼ, τὰ δ' ἔκαστ' αὖτ' πάντα μελήσει. id est,
Torsero & ipse, Ioni fuerint hac omnia cure.

Confilium in melius commu-
tandum.

SI QUANDO iubebimus mutare consilium, utpote sc-
dum ac stultum, aut reprehendemus quidpiam vt in-
consulte factum, vbi fuerit ex eodem libro,

Εν σέβεισιν ἔθηκε καὶ ἐξέλετο φρίνας ἰθὺας; *id est,*
Quis tibi consilium submisit inutile tandem
Diutorum, sanamq. exemit pectore mentem?

Alia dantur, alia negantur.

QUOTIES e duobus natura dotibus altera contigit, altera negata est, veluti si cui formæ decus adsit, desit ingenij laus. Siue cum e duobus postulatis alterum duntaxat impetratur, quadraverit illud ex Iliados π.

Τῷ δ' ἑταίρῳ μὲν ἐδωκε πατήρ, ἑταίρῳ δ' ἀνέκδοτον.
Annuiit hoc illi diuum pater, abnuuit illud.

Hinc versiculum usurpat Plinius in epistola quadam. Dicitur est autē de Achille, qui in votis, quæ facit pro Patroclo suis armis inituro prælium, duo quædam rogarat, alterum ut cum laudē pugnaret, alterum ut pe-
 racta pugna referret arma, incolumis et ipse. Quo-
 rum alterum annuit Iupiter, nempe ut fortissime pu-
 gnaret. Ceterum Achillis arma non retulit, nec inco-
 lumis rediit. Festiniter abusus est hoc carmine Strato-
 nicus citharædus, qui cum audisset quendam cithara-
 canentem, subiecit hunc Homeri versum,

Τῷ δ' ἄλλῳ ῥησὶ ἐδίδου καὶ τὴν ῥῆσιν ἀνέειπεν οὗτος.
Ac mox alio quodam rogante, cur ita diceret, Quo-
nam, inquit, male canere cithara dedit, ceterum be-
ne canere voce abnuī. Ita ferme Athenaeus lib. 8.

Victoria non incruenta.

PACIT hoc tum corruptela iudicum, tum pastronorum rapacitas, ut fere litigantium utreq. partes plectantur, adeo ut non raro peniteat citam eum qui vicit litem. In hos igitur convenit illud ex Iliados g.

-Οὐ δ' οἱ ῥ' ἀΰματι γ' ἰμάχοντι. id est,
-Nec hi sine sanguine pugnam
Miscebant.

Re opitulandum, non verbis.

Cum re opus est, nihil prosunt verba, veluti si quis eget pecuniarius suppetiis, quorsum atineat huic aures explorare dictis? Rursus in consultationibus, in iudiciis, rationibus agendum est, non vi. Ad id facit Homericum illud ex Iliados 7.

Εν ᾧ φασὶ πῶς πολέμει, ἐπὶ δ' αἰ βέλτ'. id est,
Verba in consilio, valēt in certamine robur.

Apta provincia:

In eum, qui provinciam suscipit, suis aptam viribus
abstinens a negotio, cui sit impar, veluti si quis episco-
patum accipiat, summum pontificium recuset, conue-
niet illud ex eodem libro.

ΕΙΛΑΤΟ ΑΛΛΗΜΑ ΔΕΞΑ ΤΑΙΣ ΠΑΛΑΜΦΙΝ ΚΡΕΙΣΣΑ,
ΕΥΧΟΣ Δ' ΕΧ' ἄΛΕΙ' ΟΙΝ ΑΝΔΡΕΟΥΣ ΑΝΕΙΣΤΑ. id est,
Quę manibus quadrent, ingentes corripit hastas
Quaslibet, ast hastam solam non sumit Achilles.
e Patroclo dictum, qui cum Achillis armis esset in-
tus, ab hasta tamen abstinebat, quod ea grauior es-
,quam ut quisquam Grecorum regere posset preter
eum Achillem. Quod idem in Odyssea de artu Vlyss-
finxit Homerus.

Pudor & metus.

Cv m abstinetur a re quapiam, quod ea tum inbonesta fa-
ctu videatur, tum vero minime tuta, locum habet illud
ex Iliad. 1.

id est,
Nam pudor atque metus vetuit.

De conglobata acie dictum, quæ ne sese diduceret, partim pudor obstabat, partim metus. Pudorem autem ingens addere calcar ad fortiter agendum, indicat in eodem libro cum ait,

Plures sunt salvi atq. cadunt his, quis pudor adsit.

Qui obtinefcit.

IN eum, qui metu attonitus, aut stupefactus admiratione tacet, aut cui non est, quod respondeat, quadrabit illud ex Iliados.

Δυν δ' μιν ἀμφοτέρῃσι πίων λάβει. id est,
Illum corripuit stupor, atq. infantia lingue.

Mors omnibus communis.

Qv1 dicet omnibus ex equo moriendum, nec ullis vi-
ribus arceri sati necessitatem, citabit illud ex Ilia-
dos v.

οὐκ ἔστι βίη ἡρακλῆος φύμε κῆρα. . . . id est,
Nec vis Herculeæ fatum evitavit acerbum.

Alius alijs in rebus præstantior.

QVI dicit alium alia dote præcellere, accommodabit
quod in eodem libro dictum est de Polydamante &
Hectore,

Αἰ. ὁ μὲν ἔρ' μὲν οὐκ ἔστιν, ὁ δ' ἔχ' ἡ πόλις οὐκ ἔστιν. id est,
Hic dictis, basta longe prestantior ille.

Eandem sententiam fusius explicat Iliados : Polydamas loquens Hectori.

Εκ τῆς ἀμύχνης ἐστὶ παρὰ ῥ' αὐτοῖσι πιδέδαι.
Οὐ γὰρ τοὶ πότ' ὅτις πολέμῳ ὄρα,
Τέλει καὶ τῇ βελῇ ἐτίλκε πορτίθμεναι ἄλλων;
Ἀλλ' ἐπ' αὐτὰ πάντα δ' αὐτὸς ἰδέσθαι.
Ἀλλ' ὅτ' ἰδὼκε τίς πολέμῳ ὄρα,
Ἀλλ' ὅτ' ἐρχόμεν' ἰτ' ὄρα κίβριν, καὶ αἰδώς
Ἀλλ' ὅτ' ἐπ' αὐτῷ τίς τὸν νόον θυρόντα ζυγ
Εἰδὼν,

id est,
Hector non potes es desistere peccata diis.
An quia dii donant factis præcellere belli,
Vis in concilio reliquos præcedere sensu?
At non cuncta potes vnus simul omnia ferre.
Quippe deus dedit huic virtute excellere belli,
Huic laudē choreæ, citharam illi, et carmina blada,
Rursum alij mentem præclaram in pectore, magnus
Iupiter inseruit.

In periculoso negotio non est
dormitandum.

Ubi monebimus in re ardua non esse cessandum, con-
gruet quod subinde repetitur apud Homerum Ili-
ados π.

-Ολίγη δ' ἀλ' ἐπινύσσει πολέμοιο. id est,
-Exigua est interspiratio belli.

Poterit trahi vel ad litem forensē, vel ad simile ne-
gotium odiosum, & laboris plenura.

Mens læua.

FREQUENTER hominum mens læua est, & pessima
pro optimis sequuntur, optima pro pessimis repudiant.
Ad hanc sententiam facit illud ex Iliados σ.

Εκ τῆς μὲν ῥ' ἐπὶ νύσσει καὶ καὶ μετιόντι,
Πρὸς δὲ μετ' ἑστ' ὅτις, ὅς ἐστι δ' αὐτὸς φράζ' ἰτο βελών.
Consilium Hectorum laudabat inutile quisque,
Nemo Polydamantis, at hic dabat vtile solus.

Verbis pugnas, non re.

FACILE est consiliis altercari, verum re vincere diffi-
cile. Ad eam sententiam quadrabit illud ex Iliados
υ. dictum ab Aenea congressuro cum Achille.

-Επὶ σάφ' ὅτι καὶ αὐτὸς.
Η μὲν καὶ τομίας ἢ γ' αὐτὸς μετ' ἑστ' ἰτο. id est,
-Siquidem noui probe & ipse.
Et petere probris inimicaq. dicere dicta.

Paulo post repetit copiosius eandem sententiam:

Εἰς ῥ' ἀμφοτέρωσιν ἐνὶ δὲ καὶ μετ' ἑστ' ἰτο.
Πολλὰ μάλ', ὅδ' ἂν νύς ἐκ τῶν ὄρων ἀχθὸς ἀρεῖτο.
Στρεπῶ δ' ἄλλ' ὅτ' ἐστὶ βροτῶν πολέμῳ δ' ἐπὶ μῦθοι,
Πρὸς τοῖσι, ἐπὶ δὲ πολέμῳ νόμος ὅδ' ἔστι καὶ ὅδ' ἔστι.
Ὅπποῖον κ' ἐπὶ δὲ καὶ ἴσως, τοῖσιν δ' ὑπὸ καὶ ὅσας. id est,
Ambobus siquidem probra dicere plurima prom-
ptum est,

Quorum onus haud portet ceteri ratis obsita remis.
Est hominum quia lingua volubilis, omnigenique
Insunt sermones, variiq. & pascua dictis,
Hinc atque hinc, multaq. vices, sed qualia verba
Dices, talia redduntur tibi dicta vicissim.

Ne quid moueare verborum
streptu.

Qui monebit aliquem, ne seuis verbis, ac minis deter-
reatur, quominus experiatur, accommodabit illud ex

eodem libro, ab Apolline dictum Aenea,
Ἀλλ' ἰένε φέρε χαλκὸν ἀτρεχέ, μὴ δὲ σὺ πᾶμπαρ
Λοθαλίῳ ἐπὶ σὺν ἀποτρεπέτω καὶ ἄρ' ἔτι. id est,
Quin rigido ferro magis obuius ito, nec vnquam
Te seuis dictis deterreat ille minisque.

Cibo opus duraturis in labore.

INITURI bellum, ne omnino ieiuni sint, ne viribus
deficiant. Id trahi poterit ad studium litterarum,
ad exercitum pietatis, atq. alia complura. Ad id con-
gruent versus Homericus, ex Iliad. T.

Οὐ γὰρ αὐτὸς πρὸς τὸν ἥτορ ἐπὶ τὸν κατὰ δ' ὄντα
Αἰμῶνος σίτοις δ' αὖτις αὐτὰ μάχεται;
Εἴ ποτ' ῥ' ὅτ' ὅτ' ἢ μετ' ἑστ' ἰτο πολέμῳ,
Ἀλλ' ἢ λάβ' ἔτι γὰρ βροτῶν τῶν, ἵδ' ἐκ χεῖρας
Δί' ἔτι καὶ μῦθος, βλάστω δὲ πρὸς τὸν ἴοντι.
Ὅς δ' ἂν ἀνὴρ οἴνῳ καὶ ἄλλῳ χέμενος, καὶ ἰδὼ δ' ὅς
Αὐτὸς ὅτ' ὅτ' ὅτ' ἢ πρὸς τὸν πολέμῳ,
Ὅτ' ὅτ' ἢ πρὸς τὸν ἥτορ ἐπὶ τὸν κατὰ δ' ὄντα
Πρὸς τὸν κατὰ δ' ὄντα, πρὸς τὸν κατὰ δ' ὄντα. id est,
Nam quis ad occasum usque valebit solis ab ortu
Impastus iugi durans confligere pugna?
Pectore enim quamuis sit prompto ad belligerādū,
Sensim mēbra grauant tamē, ac sitis atra, famesq.
Corripunt, genuaq. labant tendentis in hostem.
Rursus erit quicumq. satur, vinoq. ciboque,
Is demum potuit confligere perditus hosti.
Huic animus vigeat vsq. ferox, neq. mēbra laborās
Huic prius, ac victor bello submouerit omnes.

Omnibus armis præditiisq. destitutus.

HOMINEM inermem & omnibus destitutum prædi-
tis indicābimus hoc versu, qui est Iliados π.

Γυμνὸς ἂν ὅτ' ὅτ' ὅτ' ἢ πρὸς τὸν κατὰ δ' ὄντα, ἵδ' ἐκ χεῖρας.
Et Clieo simul & Galea nudatus, & hasta.

Frustra habet qui non vitur.

Si quem increpare voles, quod ingenio, diuitiis, litteris
non vtatur, cum habeat, conueniet illud ex eodem
Iliad. φ.

-Τίν' ὅτ' ὅτ' ὅτ' ἢ πρὸς τὸν κατὰ δ' ὄντα; id est,
Cur frustra tibi iam gestatur inutilis arcus?

In fugituum.

Ubi quis impotenti animi cupiditate ad rem quampiam
instigatur, præcipue parum honestā, vel magis si quis
turpiter fugiat, in hunc quadrabit, si dixeris,

Τὸν καὶ κυνὰ μὲν ἄρ' ἔτι. id est,
Hunc cynamya rapit.

Sic enim in eodem libro Iuno de Marte e pralio fu-
gente,

Καὶ δ' αὖτ' ἢ κυνὰ μὲν ἄρ' ἔτι βροτῶν τῶν. id est,
Pestiferum Martem rursum exagitat Cynamya.

Id est, musca canina.

Cum diis non pugnandum.

Qui monebit non esse pugnandum cum genio, cum supe-
ris, cum magnis principibus, vsurpabit illud ex eo-
dem libro,

-Οἱ δὲ πρὸς τὸν κατὰ δ' ὄντα. id est,
-Verum homines diis inferiores.

De θεομαχίῃ diximus alibi Pindar' in Pythiæ hymno
2. sententiam

2. sententiam hanc sic extulit, καὶ δὲ πρὸς θεὸν οὐκ ἀνίσταται. id est, Oportet aduersus deum non contendere.

Vindicta tarda, sed grauis.

VBI qui diu multa patrauit impune, tandem in extremum malum adducitur, semelq. dependit superiora flagitia, congruet illud ex eodem libro:

Νῦν δ' ἀέροα πάρι' ἀπορίσμε.

id est,

Nunc cuncta lues semel adglomerata.

Verba sunt Achillis ad Hectorem.

Omissis nugis rem experiamur.

QVI conuiciis amissis inbebit ipsa re periculum fieri, vter vincat, aut vincatur, non intempestiuiter accommodauerit illud ex eodem libro:

Βίλπερον αὐτ' ὀφισίξω λαυρὶ μὲν ὅππ' ἴσχω.

Εἰδοῦσθ' ὅππ' ὀφισίξω καὶ δὴν ἴσχω ὅτις ἐστίν.

id est,

Sed praestet pugnam committere cōtinuus, ut mox Vtri Iupiter esse velit laudemq., decusque,

Perspicuum fiat.

Metus infamiae.

CVM dicemus nos hominum de nobis opinione rumoribusq. commoueri quo minus mutemus consilium, cōueniet illud ex eodem libro, praeterea Iliados, quod frequenter usurpat M. Tullius in Epistolis ad Atticū:

Αἰδέσμεαι τρεῖς καὶ τεύχεα καὶ ἐλπίσιν ἡμεῖς.

id est,

Troianos ac Troianas, vereorq. pudetque.

Verba sunt Hectoris pudore nolentis in urbem recipere sese, ne quis opprobret illi, imputaretq. Troianorum interitum.

Aliam aetatem alia decent.

QVI iam aliam aetatem significabit, nec idem decere canum, quod iuuenem aliquando decuit, usurpabit illud ex eodem libro, quamquam & alias iteratum:

Αἶψ' ὅτ' ἂν πάλιν τι καὶ πάλιν τι κενόν.

id est,

Verum ubi iam, canumq. caput, incanaq. menta.

Quod aliis vitio vertas, ipse ne feceris.

QVOD damnaturus sis in aliis, in te ne admiseris. Ad id faciet illud ex Iliados:

Καὶ δ' ἀλλ' ὅτ' ἂν νικῶντας τοὺς ὅς τις ποιεῖται καὶ ἴσται.

id est,

Immo adeo si quisquam alius patrare pararet

Tale aliquid, damnaretis vitioq. daretis.

Aut ipse fuisti, aut tui simillimus.

SI quando per iocum indicabim is eundem aliquem fuisse qui tamen se fuisse cat inficias, veluti si quem incuses, quod inter bibones compotauerit, isq. sese neget fuisse, verum alium quempiam: non illepide detorseris illud ex eodem libro, quod de Patrocli spectro dixit Homerus:

Πύρ' ὡπ' αὐτὸν μὲν ἔβρισκε καὶ ὁμματα καὶ ἰκύνει.

Καὶ φωνῶν καὶ ποικίλ' ὅτ' ἔμαρτα ἔστω.

id est,

Cuncta ipsi similis, vocemq., oculosq. decoros

Corporis atque modum, & talem gestabat amictum.

Audiens non audit.

SVNT quidam, qui si quid parum placet, id scire dissimulant, veluti cum negant sibi redditas litteras, quibus commonefiant officij sui, quod tamen malint effu-

gere, quam prestare, in hos quadrabit illud ex Iliados:

Ὡς δὲ ἀνὴρ τὶ τοῖκός.

id est,

Dissimulans audisse.

De Antilocho dictum, qui Menelaum renocantem a cursu, cum audiret, perinde tamen quasi non audisset, ita celerius etiam currebat:

Αὐτὸς ὅς ἐστι καὶ πολὺ μᾶλλον ἔλαυνε.

Καὶ τὸν αἰσώσαν, ὅς ἐστι καὶ τὸν τὶ τοῖκός.

id est,

Quin etiam cursum Antilochus magis accelerabat Instigans stimulis, audireq. dissimulabat.

Ex habitu bonum virum praese fert.

QVI dicit ex ipsa oris figura videri probum hominem, citabit illud ex Odyssæ primo:

-Ὅ μ' ὅτ' ἔτι κακὸς ἐσώπασε ἴσκει.

id est,

-Ex specie minime improbus ipsa

Ipse videbatur.

M. Tullius in Verrem libro 8. Is erat Apronius, qui ut ipse non solum vita, sed etiam corpore atq. ore significat, immensa aliqua vorago est, aut gurgis vultorum turpitudinumq. omnium.

Abfit clamor in colloquio, aut lusu.

QVI inbet in conuiuio, colloquio ne temperari a vociferatione, accommodabit illud ex eodem libro,

Νῦν μὲν δ' ἀνὴρ καὶ τὸν τὶ τοῖκός, μὴ δὲ βῆναι ὅς

ἔστω.

id est,

Nunc hilares cenemus, & omnis clamor abesto.

Grata nouitas.

SI quando dices nuperrima quæq. vulgo maxime placere, non intempestiuum fuerit illud ex eodem libro:

Τῶν δ' αὖ καὶ δὴ μᾶλλον ἐπικλίστ' ἀέρωποι,

Ἡ τις ἀκρόντεςτινός τετι ἀμφοτέρωτα.

id est,

Catio. n. hæc hominibus longe est celeberrima vulgo Et gratissima, quæ nuperrima venit in aures.

Accinit huic Tindarus olymp. hymno 9.

Αἶψ' ὅτ' ἂν πάλιν τι καὶ πάλιν τι κενόν.

id est,

Lauda vinum vetus, sed nouorum hymnorum flores.

Sentiens gratiores esse hymnos, qui res nuper gestas celebrant quam qui prisca tractant. Pleraq. commendat nouitas, potissimum apud imperitos. Contra in scriptis antiquitas conciliat gratiam, nouitas inuidiam: vnde Flaccus in Epistolis:

Indignor quidquam reprimi, non quia crasse

Compositum, illepide ne putetur, sed quia nuper.

Ac ceteris ferme in rebus fauor nouitatis, super orum obliterat gratiam. Simile fastidium est humani ingenij in his quæ nobis ad manum sunt. Miramur enim exotica, cum interdum domi habeamus meliora. Id potissimum vsu uenit in medicis: nostros fastidimus, licet eruditos, belluam e longinqua barbarie profectam suspicimus. Itidem pharmacopola magno emunt herbas e longinquo aduectas, cum interdum meliores nascantur in horto vicini. Id eleganter notauit Alexis apud Athenæum libro 3.

Ἐρωτῶ δ' ἄλλοις τὸν παρὲν ὅς ἐστιν.

id est,

Alienam amamus, proximum contemnimus.

Mulier pudica ne sola sit vsquam.

CVM admonebimus non conuenire, ut pudica mulier sola, citraq. testes cum viris colloquatur, vsui fuerit illud

illud apud Homerum frequens de Penelope:

Οὐκ οἶμαι ἄμα τῇ καὶ καὶ ἀμφιπόλοισι δὴ ἔποντο. id est,
Haud sola, ast illam famulæ bina comitata.

Fatale vitæ tempus exactum.

IN decrepitos, quorum atas iam exacta videbitur, quadrabit ex eodem libro:

Νηπιόισι καὶ κατὰ βῆτα ὑπορίοντες ἀλλήλοισι
Ἡδίστοι.

id est,

Dementes ut qui sacros tibi maxime Phæbe
Absumpserunt bonos.

Nam per solis boues, annos fatales, ut opinamur, innuit poeta.

Non luctu, sed remedio opus
in malis.

IN malis non lamentis, sed auxiliis utendum. Ad id conueniet illud ex Iliados ω. quamquam aliis item iteratum locis:

Οὐ γὰρ τις πρῶτος πένεται κρυερὸν γόοιο. id est,
Quippe nihil miseri fletus lamenta ne profunt.

Adhuc aliquis deus respicit nos.

CUM in rebus vehemēter afflictis, negabimus nos prorsus abiēcisse animum, verum esse spei non nihil, conueniet illud, quod in eodem libro dicitur a Priamo:

Ἀλλ' ἔτι τις καὶ θεὸς ἐὼν ὑπὲρ χεῖρας χεῖρα. id est,
Numen adhuc aliquod dextrā mi obtendit amicū.

Mors optima rapit, deterrima
relinquit.

OPTIMA mors eripit e medio, relinquit deterrima. Proinde videmus quosdam prorsus inutiles Tithoniā atatem viuere, paucissimos egregio præditos ingenio, ad senectæ limen peruenire. In hanc sententiā quadrat illud ex eodem libro:

Τεσσαρὶ ἀπὸ λίσσας, καὶ δ' ἐλέγχεται πάντα λίαν πῆλαι,

Υἱὸς αὖτ' ἄρχεται καὶ χοροῖσι παῖσιν ἀρῖσσαι,

Ἀγῶν αὖτ' ἐπὶ δῶν ἐπιδόμοιο ἀρτακτῆρις. id est,

Sustulit hos Maiores, reliqua at mala pbra relicta
Mendaces, saltatores, primiq. choreis

Ducendis, agnis, atque hædis diripiendis

Strenui. Celebre est illud Maronis,

Optima quæq. dies miseris mortalibus æui

Prima fugit, subeunt morbi, &c.

Concinit & Theocritus in Epitaphio Bionis,

Τῶν νεύμασι καὶ ἰδοῦσιν αἰεὶ πνέειν βέρυχον ἀδμή,

Τοῖς δ' ἐγὼ δὲ φρονίσμι, τὸ γὰρ μέλος εὖ καλὸν ἔσθ' ἐμ. i.

Sic visum est nymphis semper canit improba rana,

Huic neq. ego inuideo, nec n. bona carmina cantat.

Domi manendum.

INVILE diutius abesse domo, relictis possessionibus. In eam sententiā quadrabit illud ex Odysseæ Γ.

Καὶ σὺ φίλος, μὴ δὴ δῶς δόμων ἀποτῇ ἀλλήλοισι,

Κτῆματά τι περιπαύειν, ἀδράσας δ' οὐ σοῖσι δόμοισι. i.

Tu quoque amice domo diuturnus abesse caueo

Rebus itemq. viris intra tua tecta relictis.

Item Hesiodus,

Οὐκ οἶ βέλτερον νύκτι, καὶ ἀχρεῖον τὸ εὐρυπύ.

id est,

Esse domi præstat, quia damnosum foris esse.

Refertur ex Euripide carmen hoc:

Μακάριος δὲ τις εὐτυχὸν ἔχει μέγαν,

Εὐ γὰρ δ' ὁ φόρτος καὶ παλιν ναιετάηται. id est,

Beatus is qui in prosperis manet domi,

Nam sarcina solo quæ tenetur, denuo

Potest salo committi.

A sacris abstinendæ manus.

VIRGO quoque creditum est, satum instare ei, qui sacris rebus, ac deo dicatis manus iniecerit: aut qui pios homines, aut certe fungentes sacris ministeriis oppugnarit: veluti Pontificem Romanum, episcopos, abbates, etiam si parum fuerint piis moribus. id propemodum iam olim dictum est ab Homero Iliados P.

Οππότ' ἂν ἔειλεν πρὸς δαίμονα φῶτι μάχιδαι,

Οὐ πείσας τὴν ἀπὸ χεῖρας οἱ μέγα πῆμα κελύδαι. id est,

Cum diuo certare viro simulatq. cupit quis,

Cuiq. deus bene vult, malum huic breui imminet ingens.

Turpis iactantia.

NON est generosi animi iactare sese de his, quæ fortiter, aut feliciter fecit. Super hoc ita Menelaus eodem in libro:

Οὐ μὲν καλὸν ὑπὲρ βίον ἐχέειν ἄνδρα. id est,

Haud sane pulchrum sese iactare superbe.

Prior occupat.

VBI quis lucrum celeritate præripuit cuiquam, conueniet illud ex Iliados χ.

Μη τις κῆδος ἀρῖστο βελόνη δ' ἂν ὑπὲρ εἴδῃ. id est,

Ne quis præriperet iaculans, laudēq. decusque.

Atque ita serior ipse veniret. iamq. secundus.

Dictum de Achille, qui reliquis Achivis innuit, ne quis iaculum mitteret in Hectorē, quo sibi gloriam totam seruaret.

Ne dii quidem a morte liberant.

NEMO tam carus superis, ut illorum favore mortem euitarit. Huic sententiæ suffragabitur Homericum ex eodem libro testimonium:

Ἀλλ' ἂν τοι δαίχων μὲν ομοῖον εἴη τοῖσι,

Καὶ φίλος ἀδρὶ δύναιται ἀλλὰ κέ μιν, ὅππότε κούρῃ δ'

Μοῖρ' ἄλλω κ' ἐβίβηται τελευτήεας θανάτοιο. id est,

At vero mortem communiter omnibus æquam

A dilecto homine, neque dii depellere possunt,

Quem funesta dies fati iam iam vrget acerbi.

Deus undecumq. iuuat, si modo propitius.

DEVS ubiq. præsens adest, si fauceat: neque refert vbi gentium agas illo propitio. Ad hanc sententiā accommodes licebit ex eodem libro:

Πῶς εἴδεις καὶ εἰλῶν καὶ πῶς ἄνδρα σπῶσαι. id est,

Si libeat seruare procul quoq. numina possint.

Fatum immutabile.

DIVINA decreta non commutantur, humanæ leges pro tempore variantur, quemadmodum & mores & voluntates. Ad id congruet illud ex eodem libro:

Οὐ γὰρ τ' αἰεὶ εἰδὼν τρέπεται νόος αὐτὸν ἐν τῶν. id est,

Non etenim diuum mens vertitur astricolarum.

Sine

Sine opediuna nihil valemus.

MANCA est omnis mortalium industria, omnisq. conatus, nisi fauor adspiret diuinus. At id accommodare licebit Homericum illud ex eodem libro:

Εἴ τις δὲ θεῶν χάρις ἀνθρώποι. id est,
Mortalis diuini auxilium desiderat omnis.

Industriam adiuuat deus.

IN aggrediundo negotio, quadam humana ratione prouidentur, quadam fortuna commoditas, ipsaq. res supeditat. Id est apud Homerum, cum alias aliquoties, tum hoc quem modo citauimus libro,

Ταλὲ μιν ἄλλ' αὖτις αἰεὶ φρεσὶ σῆσι νόητος,
Ἀλλὰ δὲ καὶ δαίμων ὑποβήσεται. id est,
Hæc partim ipse tuo perpendes pectore tecum,
Partim diuum aliquis tibi suggeret.

Ætate prudentiores reddimur.

SI quando negabimus nobis eadem probariam natu grandioribus, quæ quondam ob ætatis infirmitiam adriserunt, sed usu rerum auctam prudentiam, congruet illud ex eodem libro.

-Εγὼ δ' ἴτι γένηται
Νῦν δ' ὅτε δὴ μέγας εἰμὶ, καὶ ἄλλων μὲν ἀκῶν
Πρωτόνομος, καὶ δὴ μοι εἰσέτω δόδοι θυμός. id est,
-Eram adhuc puer, at ubi iam sum
Grandior, & reddit me aliorum oratio doctum,
Ipseque grandescit mi animus.
Dicitur ad procos a Teleinacho.

Otiosus esto.

SI quem iubebimus animo otioso esse, tantum curare cunctulam, negotium aliis cura futurum, accommodabimus illud ex eodem libro:

-Μὴ τε πρὸς ἄλλο
Εἰ σὺ θέσι κακὸν μελὶ τω ὄρντι ἐπὶ σέτι,
Ἀλλὰ μὲν ἰδίμω καὶ πινύμω ὡς πάρος περ. id est,
-Tute caueto
Aut dissi, aut facti cruciet tua pectora cura
Quin trāquillus, edasq. bibasq. ita ut ante solebas.

Cedendum multitudini.

QVI suadebit non esse pugnandum uni cum multis, & ubiq. multitudini morigerandum, adducet illud ex eodem libro:

-Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἀνεία πότμον ἐπίσσει,
Εἰ πλείνσι μάλιστα. id est,
Arceset mox ipse sibi crudelia fata,
Si multis pugnare velit.

Iidem proci paullo superius:

-Ἀρχαίων δὲ
Ἀνδράσι καὶ πλείνσι μαχόμεσθαι ποδὶ δαίτι. id est,
-Cum pluribus ardua res est
Depugnare uiris inter conuiuia solos.

Deus vlscitur.

CUM significabimus nobis in præsentia deesse facultatem depellendi, verum optare, ut superi puniant aliquando, usui fuerit illud ex eodem libro:

Εγὼ δὲ θεὸς ἐπιβάσσομαι αὐτῷ ἰόντι.

Αἶκε πειζέμεν δ' ὡς πελίντιος ὄρεα κενέει. id est,
Asi equidem immortales implorauero diuos,
Si fors Iupiter ipse vices aliquando reponat.

In tempore cauenda poena mali.

QVOTIES admonerimus, ut multo ante occurratur malo, prius quam opprefferit nos: aut cessandum a peccando prius quam ingruat diuina vindicta, usui fuerit illud ex eodem libro:

-Ἀλλὰ πολὺ πρὶν
Φραζέμεθ' ὅσῃ κακὰ πάυτο μῆ. id est,
Verum nos multo ante modum, finemque velimus
Ponere.

Verba vatis minantis procis Ulyssis reditum.

Domesticum malum.

AD significandum priuatum, ac domesticum malum, quod ad alios nihil attinet, conueniet illud ex eodem libro:

Ἀλλ' ἐμὸν αὐτὸς χρεῖος, ὅμοι' κακὸν ἐμπέσσει οἴκῳ. ἰ.
Porro malum nostras quod in ades incidit, vnum
Ad me pertinet.

M. Tullius in actione in Verrem 5. domesticum ac vernaculum crimen appellat, quod intra parietes admissum nondum peruenit in publicum rumorem.

Senum prudentia.

IN senem plurimarum rerum usu peritum, quiq. multa meminerit superioribus æta seculis, quadrauerit illud ex eodem libro:

-Παλαιὰ τε πολλὰ τε εἰδώς. id est,
-Qui antiquaq. multa q. norat.

Premenda occasio.

QVI significabit modis omnibus instandum esse, nec omittendam e manibus semel oblatam occasionem, accommodabit illud ex Odyssæ d.

Υμῖς δ' ἀσμεφίως ἐχέμεν μάχων τε πίττον. id est,
Vos premite, et vinculis magis arte stringite captiū.
Quod quidem detorquere licebit ad id, cum dicemus impetus animi, hoc magis ac magis esse coercendos, rationis moderamine, quo magis effervescunt, & ad malum sollicitant.

Cum principe non pugnandum.

QVI significabit arduum, principem a priuato superari: aut difficillimum vincere naturam, usurpabit illud ex eodem libro:

Ἀρχαίος ὅς τ' ἐστὶ θεὸς ἑρπῶ ἀνδρὶ δαμῆναι. id est,
Ardua res homini mortali vincere numen.

Ingens discrimen.

INGENS interuallum, veluti, si quis sentiat plurimum interesse inter pecuniæ studiū & sapientiam, hoc uersu licebit significare ex eodem libro:

Τόσον ἀνδρὸς ὅσον τε πενημερίη γλαφυρὴ νῦν
Ἦνυσεν ἡ λιγὴς ἔρος ἐπιπνέουσας ὀπίσσω. id est,
Tantum aberat, quantum cursu ratis æta diurno
Conficiat spatij, quam prouehat aura secunda.

Aperte, simpliciterq. loqui.

SIMPLICITER & aperte dicturos nos, citraque ambages

bages significabimus hoc carmine, quod est in eodem libro:

-Οὐκ ἔστι γὰρ
 Ἀλλὰ περὶ ἐπὶ πλεῖστοι παρὰ κλειδόν, ἔδ' ἀπατήσω. i.
 Non facis te dissimulans decepto fidei.

Rerum omnium vicissitudo.

VARIÆ fortunæ vices, & nunc lata contingunt uni cuiq., nunc tristia. Ad eam sententiam applicabitur illud ex eodem libro:

-Ἀπὸρ εἶρε ἄλλοι' ἐπ' ἄλλοι,
 Ζεὺς ἀρᾶν τε κακὴν τε δίδωσι. id est,
 -Nunc huic, nunc Iupiter illi
 Nunc lata immittit, nunc tristia.

Qui nocere potest, & idem prodesse.

IN medicos imperitos, qui non raro venenum pro remedio ministrant, quadrabit illud ex eodem libro, quod usurpavit in Pseudomante Lucianus, estq. pluribus apud Homerum locis:

Φαρμακὰ, ποτὶ μὲν ἰδὲ μίμνυσεν, ποτὶ δ' ἀν-
 γει. id est,

Pharmaca mista, salubria multa, at noxia multa.
 Idem quadrabit in hominem & bonis & malis instru-
 ctum artibus, qui vel iuvare possit, si velit, uel ledere.

Arripienda quæ offeruntur.

SOLEMNIS est, multisq. locis iterat° versiculus hic.

Οἷδ' ἐν' ἐνὶ χερσὶ τοῖμα περικείμενα χερσὶ ἱκάνω. i.
 Quisquis sibi appositis, si quid foret utile, proptus
 Admonere manus.

Quem torquere licebit in tutores, qui rem nati pupil-
 lorum manus iniiciunt, interq. se partiti sibi vindicant.
 Aut in simile hominum genus, inuadentium & inuo-
 lantium aliena.

Principum fauor necessarius.

VBI quis inuitis principibus, conatur extricare sese malo quopiam: aut lite a qua non possit explicari, nisi adiutus illorum fauore, conueniet illud ex eodem libro dictum in Iliadem Oileum,

Φῶρ' ἀίκατι ἐνὶ θυμῷ μετὰ λῶγμα θαλάσσης. i.
 Iactabat sese spatiosi ex æquoris altis
 Emersurum undis inuito numine diuum.

Negotium non aptum.

QVI recusat munus, aut prouinciam sibi parum accom-
 modam: aut qui negabit arcessere uelle sese quem-
 piam ad id muneris, ad quod gerendum idoneus non vi-
 deatur, usurpabit illud ex eodem libro:

Ἰππας δ' ἵε' ἰθάκην ἐκ ἄφρου. id est,
 Ceterum equos Ithacam non duxero.

Verba sunt Telemachi recusantis equos, quos Mene-
 laus offerebat dono, quod Ithacensis insula non esset
 oportuna alendis equis, quippe petricosa, minimeq. pa-
 scuis apta.

Conuiuia non conuiuia.

IN eum, qui accumbit quidem in conuiuio, verum spe-
 ctator duntaxat eorum, quæ odponuntur: nam hoc pa-
 llo quidam sordide magnifici conuiuia suos tractant,
 quadrabit quod in eodem dictum est de Penelope:

κᾶτ' ὅτ' ἀσπίδες, ἄπασαε, ἰδὲ νύκτες, ἔδ' ἐπὶ πόντῳ. id est,

Incenatus & impastus potinq. ciboque
 Accubuit.

Vndecumq. lucrum captant.

IN aduocatos, in calumniatores, in malos medicos, qui
 captant undecumq., si quis incidit in casses, quem pos-
 sint explicare, congruet illud, quod in eodem libro:

Αἰεὶ γὰρ πᾶσι γὰρ ἀνθρώποις ἰχθυόεντων
 Γυμπίοις καὶ κίσσοις, ἵππεσι δὲ καὶ ἄλλοις λιμὸς. id est,
 Semper enim quaquā patet, insula, piscibus hamo
 Insidiabantur, ventrem fames enecat atra.

Munerum corruptela.

IN eum qui rem auro, donisq. aggreditur, non infestiu-
 ter torseris illud ex eodem libro dictum de Mercurio
 sumente caduceum:

Εἰλετο δὲ ῥ' ἄβδον πρὶ τ' αἰδῶν ὁμοπαθὲς ἔλγει,
 ὧν ἑλάν, τὰς δ' αὖτις ὑπὸ νόστον ἀνέγει. id est,
 Corripuit virgam, quæ mulcet lumina somno,
 Quorumcumq. velit, soluit quoque lumina somno.

Quadrat enim pulchre in munera, quod de virga Mer-
 curiali dictum est, quibus velut expergesunt iudices,
 antea cœu dormitantes, & rursus infesti placantur,
 ut in causa velut obdormiscant, conuincantq. Aristo-
 phanes in Concionatricibus, ait deos quoque capi do-
 nis, eoq. manibus stare supinis,

Ὅταν γὰρ ὑπὸ χερσὶν ἀδόντων ἀρᾶς
 ἔσμεν ἐκπίνοντες τῶν χερσὶν ὑπὸ πῆλα,
 Οὐκ ἔστι δ' ὅσοντ' ἀλλ' ὅπως τι λήψεται. id est,
 Nam cum precamur largiantur ut bona,
 Manum supinam porrigentes stant, velut
 Nihil daturi, sed recepturi magis.

Interpres admonet, statuas deorum olim fere supinis
 manibus fingi solere. Supinam autem appellat repa-
 dam, uelut ad excipiendam compositam.

Principes inter se noti.

QVI dicet mutuam principum, aut eruditorum inter
 ipsos esse notitiam, etiam si diuersas, longeque distas
 habitent regiones, usurpare poterit illud ex eodem
 libro:

Οὐ γὰρ τ' ἀγνώτες εἰσι ἀλλήλοισι πέλονται
 Ἀδύνατοι, ἔδ' ἵτις ἀπὸ πρὸς δόμοις τῶν, id est,
 Non ignoti inter se sunt dii morte carentes,
 Quamquam semoti diuersa in sede morentur.

Periculum ne temere subeas.

NEMO longam nauigationem suscipit animi causa,
 sed ad alius graui quapiam necessitate: aut nemo diu-
 turnum, grauemq. laborem capeffit temere. Ad id
 congruet illud ex eodem libro:

Τίς δ' αἰεὶ ἐκόν τὸ πόντον διαδράμοι ἄλμυρον ὕδατος. id est,
 Quis tantum falsi laticis percurreret ultro.

Si deus voluerit.

DE re futura, cuius exitus pendeat a dei fauore: nam
 etiam vulgo dicunt omnis causa, si deus voluerit: id
 Homericō versu licebit explicare, si quādo iocabimur
 apud eruditos:

Αἰεὶ βούλει' ἐδύσσει τοὶ ἔρατον δῶρ' ἔχουσιν. id est,
 Dūs ita si visum fuerit, quos gestat olympus.
 Suadeo,

Suadeo , quod ipse facturus essem;

*Et vñ alteri damus consilium, quo non grauemur ipsi vti
in simili causa, conueniet illud Calypsus ex eodẽ libro:*

Αλλὰ γὰρ μὴ νόσος καὶ φράζομαι, ὅτι ἂν ἰμοί ποτ'
 Αὐτὴ μνησθῶμαι, ὅτι με χρεώ τισιν ἦναι. *id est,*
Sentio, suadeboq. tibi, i quibus haud grauer uti
Ipsa, mihi similis si quando accurreret usus.

Non abiicit animum.

DE eo, qui ne afflictissimis quidem in rebus spem, aut consilium abiicit: quemadmodum apud Maronem, Latinus rerumq. reliquit habenas, sed de recipiendo se utcumq. cogitat, apposite dicitur, quod inibi dictum est de Ulyssæ;

ΑΛ' ὅδ' ὡς χεῖρας ἐπ' αὐτὸ το ποτὶ σφύρας ποτ. id est,
Ac neque sic licet afflictus oblinia caput
Nauigy.

Malis mala succedunt.

In eum, qui uariis exercetur incommoditatibus fortis-
sime, nunc morbo, nunc rapinis, nunc aliis atque aliis
malis, conueniet illud ex eodem libro :

Ἀλλ' οὐ μὲν π' ὅπως βεβήκει προβάλλεισιν φόβῳ,
 Ἀλλ' οὐ δ' αὖτ' ἕρως ἐφ' ἔργῳ ἔχασκε δαίμων. id est,
 Tradebat notus hunc boreæ quandoq. vehendum,
 Nunc rursus zephyro iactandum tradidit curus.
 Ausonius in Epigrammate eleganter dixit, Catenatōs
 labores, quod negotium ex negotio feritur. Cui contra-
 rium est quod ait Pindarus Olymp. 8. ἐπ' ἰ-
 θλοῖς ἔργα εἰλοῖ δ' ὀφεί. Optat ut Iupiter velit illi bene-
 facta benefactis cumulare.

Hospitis habenda cura.

Quia dicit hospitum habendam esse rationem, usurpat illud ex eodem libro :

Αἰδοῖς μὲν τ' ἐς καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσι
 Ἀνδρῶν τις ἱκνηταὶ χλωμενός οἷμα ἰγὼ νῶ. id est,
 Nam diuis reuerendus & immortalibus ille est,
 Quicumq. appulerit multis erroribus actus,
 Nunc uti ego.

Diuitiæ non semper optimis
contingunt.

QVI dicet opes non semper cordatissimis, sed pro fortuna
arbitrio, nunc huic, nunc illi contingere, citabit il-
lud ex *Odyssæ* 2.

Σὺν αὐτοῖς νίμω ὁ μὲν δ' ὅλ' ὑμῖν ὡς αἰθεροπαιστῇ,
 Ἐθλοῖς ἂν καλῶσιν, ὅπως ἰδέσθωσιν ἰκέρω. id est,
 Iupiter emetitur opes mortalibus ipse,
 Sic visum ut fuerit, cuiusq. bonae, malae.

*Sic visum ut fuerit, cuiusq. bonæ, malæ.
Dicuntur a Nausicaa, ad Ulysses mendicantē: nec il-
lum ob inopiam habet despectui, quæ fortunæ sit impu-
tanda, non homini, si is modo fuerit alioqui cordatus.*

Munus exiguum, sed opportunum.

C V M minus indicamus, pretio quidem per pusillum, sed
tamen accipienti pro tempore gratissimum, veluti si
quis panem porrigat de vita periclitanti, citabimus il-
lud ex eodem libro :

Δόσεις δ' ὀλίγη πφίλντε. *id est,*

*Exiguum munus, gratum tamen.
Idem carmen extat in §.*

Suo quisque studio gaudet.

*QvI dicet aliis studiis alios teneri, & vnumquemq.
suo vititare questu, proferet illud ex eodem libro:*

Οὐδ' ἔφαυκεσι μέλι ἵς ἡδ' ὀφρύτερον,
 Αἴ' ἰσὶ καὶ βίττι τ' ἐνὶ ὄν, καὶ νῆς ἴσαι. id est,
 Nam Phœacibus haud cordi iacula, atq. pharetra,
 Sed remi, tabulisq. ratis compactilis æquis.

Adfne illi, Tractant fabrilia fabri. Pindarus in Pythiis hymno decimo, καὶ ὅτι τὸ πρῶτον ἐπὶ τῶν θεῶν ἐκείνῃς ἐείπας, id est, Aliis aliarum rerum amor pupugit mentem.

**Demittere sese ad aliorum me-
diocritatem.**

Vbi quis moderatur data opera vires suas, ad aliorum medicritatem. Veluti si quis præceptor tradat auditoribus, non quantum ipse docere posset, sed quantum illi capere, cōueniet illud ex eodem libro, de Nautica sic habenis moderante cursum mularum, ut pedissequæ, & Vlysses pedibus consequi possent :

Η δὲ μάλ' ἀνδ' ἔχουσι πῶς αὖτε ποιεῖτο περὶ,
 Ἀμφιπέλοι' ὅδ' ὑπὸς τε, νόσθ' ἐπιβῆκεν ἰατρὸν ἄλλαν.
 Hæc ita lora regens, pedes ut comes iret Vlyffes
 Tum comitum quoq. turba, modo, rationeq. certa
 Instigat scuricæ.

Mihi curæ erit hoc negotium.

CVM admonēbimus quempiam, vt omne negotium in nos reiciat ipse securus, nobis rem curæ futuram, conueniet illud ex *Odysseæ* H.

Αλλ' ἰτίσι γὰρ τοῖσιν, ἐγὼ δ' ὁ δὲν ἡγεμονεύσω. id est,
Quin tacitus procede, via huius ego fuero dux.

Aliud cura.

C. V. M. negabis esse causam, cur aliquis aut dubitet, aut sollicitus sit exempto scrupulo, accommodabitur illud ex eodem libro,

Ἀλκινόῃ ἄλλοτι τοι μελὶ παφρῖσιν. id est;
Alcinoe cures aliud.

Item Terentius, Atqui iam repperi, aliud cura.

Molestus interpellator venter.

VENTER improbus interpellator, non finit umquam
 impiam obliuisci sui. Id ad egestatē torqueri pote-
 rit, quæ mortales ad omnia tū facienda, tū ferenda so-
 let compellere. Sic autem *Vlysses* in eodem libro,

Οὐ γὰρ τισιν ἐμὴ πικρὰ δοῖ κύνες σου ἄλλο
 ἔπλετο ἢ τ' ἐκίλυσσε εἰς μνήσασθαι αἰάκη,
 Κεῖ μάλ' αὖ τερέμην καὶ οἷ' φρεσὶ πάντες ἔχοντα. i.

*Non est improbius res altera ventre molesto,
Quippe uel inuitum meminisse sui iubet, & si
Valde animo crucieris, & angat pectora mæror.*

Vulgus fuspicax.

*SVSPICIOSVM vulgus, & pleraq. malam in partē
interpretatur. Homerus in eodem libro,*

Δύο ἄλλοι γὰρ τ' ἑστὶ ἐπὶ χερσὶ φῶλ' αἰτερώπων. id est,
Quippe homines pleriq. sumus male suspiciosi.

Nemo cogendus officij causa.

*N V L L V s hospes retinēdus aduersum animi sententiā, et
inuitus. Nemo cogēdus, vt cuiusquā vtatur beneficio,*

si nolit. Adhanc sententiam accommodabitur illud ex eodem libro,

Εἰς ἑλάνη τέ μοῖραι, ἵκεσσι δὲ τ' ἑτίς ὄρεα, id est,
Si maneat sponit, inuitum nemo retinebit.

Dicitur ad Ulyssē ab Alcino Phœa cum tyranno.

Malum bono pensatum.

QUOTIES natura dotem aliquam egregiam largitur, verum eadem aliquo vitio pensat: aut cum quis beneficium suum aliquo vitio maleficio, quadrabit illud ex Odyssæ 9. de Demodoco musico dictum,

Τὼν ποδὶ μὲν ἐφίλοισι, διδῶ δ' ἀρχαῖον τέ κακόν τι.

Ὁφθαλμοῖς δ' ἀμύρῃ, διδῶ δ' ἀκρίστον ἀνδρῶν. id est

Hunc alios ultra dilexit musa, deditque

Atque boni, atq. mali quiddam, ut lumina ademit,

At dedit emulcere suavi pectora cantu.

Omni certaminis genere.

CUM innuemus omni certaminis genere congressum esse, veluti si quis dicat, in omni disciplina disputatum acriter, conueniet illud ex eodem libro,

Εἴ τι πελάσσομαι τέ καὶ ἀλμαστὶν ἢ πόδασιν. i.

Et pugnis, pedibusq., & saltibus, atque palestra.

Item ubi quis ostendit se nullum detractare certamen,

sed ad quoduis ingenij experimentum paratum esse, conueniet illud ex eodem libro,

Δὲρ δ' ἐκ περὶ βῶτον ἐπεὶ ἐχέλωσσι λίω,

Ἡ πόξ' ἢ ἐπὶ λῆν, ἢ καὶ πόσιν ἐστὶ μίγξιον. id est,

Huc age, quandoquidē grauiter mihi cōcita mēs est,

Qui uolet, experietur, pugnis siue palestra,

Sive pedum cursu malit, nihil ipse recuso.

Antiquis debetur veneratio.

CUM summis & inuictis, vel cum antiquis non est certandum, qui velut extra aleam hominum positi videntur, sed his ultro cedendum: veluti si quis neget sese, cum M. Tullio de eloquentia velle conflitari, cum mediocribus non recusare, usurpabit quod eodem in loco dicitur ab Ulyssē,

Ἀνδράσι δὲ παρὰ ὄρεσιν ὄρεϊ μὲν δὲ ἐβλήσσω

Οὐδ' ἡρεχλῆν ἐτ' ὄρεϊ τῶν οἰχελῶν. id est,

Cum maioribus haud subeā certamina, vel cum

Hercule a virtute, vel Euryto Oecbaliensi.

Flagitiorum turpis exitus.

CUM res perperam instituta, male cedit, conueniet illud ex eodem libro,

Οὐκ ἀρίτ' ἀκακά ὄρεα.

id est,

Haud bene succedunt facta improba.

Dictum est de Martis adulterio deprehenso.

Patria sua cuiq. iucundissima.

UNICUIQUE sua patria iucundissima, quæcumq. cōtigit. Homerus Odyssæ 1.

Ὡς δὲν γλυκίων ἄς πατρίδος δὲ τοκῶν

Γίγνεται.

id est,

Ut nihil est patria propriisue parentibus vlli

Dulcius.

Fuga tutior.

QUI dicet tutius esse fuga vincere libidinem, quam contra pugnando, poterit accommodare, quod de Charybde dictum est Odyssæ 11.

Οὐδ' τις ἐς ἀλκή, θυμὸν κατὰ τὸν ἀπ' ἀδῆς. id est,

Non est ulla medela, procul fugere optimā ab illa.

Alia committenda, alia celanda.

NON temere quiduis apud quemuis effutendum, at nec familiaribus arcana omnia proferenda sunt, verum alia communicare conuenit cum amicis, aut uxoribus, alia celare. Adhanc sententiam quadrat illud ex Odyssæ 11.

Ἄλλ' αὖ τὸ ὅψι φάσθαι, τὸ δὲ γ' αὖ κακὸν μὲν εἶναι. i.

Dicendum est aliud, contra est aliud reticendum.

Femina nihil pestilentius.

NIHIL femina pestilentius, hanc sententiam eodem in libro sic effert Homerus:

Ὡς δ' ἐκ ἀνθρώπων καὶ κύνων ἄλλ' ὡσαύτως. id est,

Usque adeo nihil improbius, muliereq. peius.

Frequenter apud antiquos poetis male audit mulierum genus.

Cum amico non certandum

æmulatione.

CUM amico & benemerito non est suscipiendum certamen, ne quid obscuretur amicitia propter æmulationem, huiusmodi comitem contentionum. Id innuit Homerus in Odyssæ 9. cum Ulysses excipit Laodamantem, quod hospes esset,

- τις αὖ φιλοντικὸν μάχοιτο.

id est,

- Quis namq. benigno cum hospite pugnet?

Locum etiā habuerit, ubi dicemus hospitis esse munus cedere iis, apud quos diuersatur, etiam si possit vincere. Nam inibi statim subnectitur huiusmodi sententia,

Ἀφρών δ' ἔκινος τε καὶ ἐτὶ δανὸς πέλας ἀνδρῶν,

Ὅσι φειδὸν ὄναρ ὄρεδ' ἡρεχλῆν αἰετῶν. id est,

Vir siquidem vecors est ille, nec vnus assis,

Quisquis ad euentum certaminis euocat illum

Quem penes hospitio fruitur, testoque inuatur.

Aspera vita, sed salubris.

IN vitæ rationem, duriusculam quidem, sed tamen ad rectam morum institutionem idoneam, conueniet illud ex Odyssæ 1. dictum de Ithaca,

Τραχὺ δ' ἄλ' ἀγαθὴ κατὰ τρεῖδας.

id est,

Aspera, sed iuuenum nutritrix bona.

Consiliis simul & facto valens.

IN hominem consilio pariter ac viribus excellentem, conueniet illud Odyssæ 11.

Ὅτις ἐκείνους ἰὼν βελάσσει ἢ μὲν μάχῃσιν. id est,

Is cuiusmodi erat seu pugna, consilioque.

Abhorrentis, ac detestantis.

CUM dicemus nos vehementer a vitio quopiam abhorre, illud ex libro eodem usurpare licebit,

Ἐχέρος δ' ἐμοὶ καίνος ὁ μὲν ἀπὸ πύλων. id est,

Is mihi iuxta inuisus, ut atri limina Ditis.

Idem carmen extat in Iliados 1. sub persona Achillis.

Hic ab Ulyssē dicitur.

Quod adest, boni consule.

QUI admonebit oportere boni consulere, quidquid a fortuna conceditur, usurpabit illud ex Odyssæ 11.

Εἰδὲ

Εἴθε δὲ μὴ δύναιτο καὶ τὸ πρῶτον τοῖς θεοῖς,

Ὅτι παρὲς τοῖς θεοῖς τὸ μὴ δύναιτο, τὸ δ' ἔστιν,

Ὅτι μὴ δύναιτο εἶλαι. Ἄνθρωποι γὰρ ἀπαντα. id est,
Hospes sume cibum, & quorum data copia, latū his
Pasce animū, nā fors dabit hęc, rursus illa negabit
Utcūq. est animo lubitum, valet omnia quippe.

His verbis Eumæus subulcus Vlyssē inuitat, vt ci-
bos viles & rusticanos qualescūq. essent, boni consu-
leret. Transferetur ad omnem hominis vitam, quo-
ties admonēbimus, vt quemcūq. statum fors dederit,
in eo late tranquilleq. viuamus. Apud Athenæum
libro 10. refertur hic senarius,

Επὶ τοῖς παρθεσὶ τὸν βίον δὲ πάλαι. id est,

Quæ præsto sunt, in hisce vitam necito.

Isocrates in oratione de pace, εὐχόμενος τοῖς παρθεσὶν, ait
plerisque hominibus esse difficilimum: & hinc est,
quod bellum malunt quam pacem.

Officium ne collocaris in inuitum.

IN STAR iniuriæ fuerit, si quis officium colloce in in-
uitum. In eam sententiam Homerus Odysseæ O.

Ἰσθι τοὶ κακὸν ἐὼς τ' ἐκ ἐβόλοντα νύκτα

Ξένον ἐπὶ τὴν γῆν, ὃς ἐσσύμενον κατὰ θυμῳ.

Χρὴ μὲν γὰρ παρὲς τοῖς φιλεῖν, ἐβόλοντα δὲ πέμπειν. i.

Iuxta peccat uterq. vel is cui extruditur hospes

Inuitus, vel qui remoratur abire volentem.

Hospes donec adesse volet, tractare benigne

Conuenit, emittendus vbi discedere quæret.

Bona spes ostensa.

CVM bona quæpiam spes affulget alicunde, perficiendi
quod proposuimus, conueniet illud ex eodem libro,

Ὡς ἀρ' αὖ νῦν ἐπὶ πτόλι τοῖς ἀνδράσι. id est,

Sic fato felix a dextris aduolat ales.

Arrogantia non ferenda.

IN eos, qui intoleranda sunt arrogantia, non inscite tor-
quebitur illud ex eodem libro ab Eumæo dictum in pro-
cos,

Τὸν ὕβρις πῖσι περ σιδήρεον ἔρπον ἔκει. id est,

Horum visq. animusq. ferox, contingit olympum.

Idem in P. dicitur ab Vlyssē ad Eumæum.

Domus optima,

INFELICISSIMUM incertis vagari sedibus, quæ-
admodum faciunt semper αἰεσίσι, peregreq. viuentes.
Huic ad stipulatur eodem libro,

Παγκροσσὺν δ' ἐκ ἐσσι κακώτερον ὅλῳ βροτῶσιν. i.

Nil miserabilius quam incerta fede vagari.

Transferri poterit ad eos qui circumaguntur quibuslibet
opinionibus, aut qui subinde mutant amicos, aut
institutum vitæ.

Non omnibus contingit.

NON cuius sit potestas cum regibus colloquendi: aut
non omnibus contingit diuinarum litterarum penetra-
re mysteria. Ad hunc sensum non inuenisse despecte-
tur illud ex Odysseæ P.

Ὅς γὰρ πῶ πάντας τοὺς φάνοντα ἐσθλῶς. id est,

Haud cuius manifesta videntur numina diuum.

Auctoritas diuinitus.

DIVINITVS contingit, vt idem homo nunc magni-
fiat, nunc despiciatur. Ad id facit illud ex eodem libro,

Πνιδίαν δὲ τοῖσι πῖ ἔραρον ἔνρον ἔχουσι,

Ἡ μὴ κινδύναι ἐν τῶν ἑσθλῶν, ἢ δὲ κακῶσαι. id est,

Est proclue deis, amplius quos claudit Olympus,

Reddere vel despectum hominem, aut adiungere ho-
norem.

Tollenda mali occasio.

QVI suadebit, vt mali submoueatur occasio, non absur-
de citabit illud ex eodem libro,

-Αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἀδρα σίδηρος. id est,

-Quippe viros ferrum illicit ipsum.

Ita diuitiæ proliciunt ad luxum, consuetudo puellarum
ad amorem.

Vbi cognitum est quod erat occultum.

UBI res quæ magno studio celebratur, fuerit aliquo pa-
cto deprehensa, quadrabit illud ex eodem libro,

Ἡτις σφιν τὸς ἐπὶ τοῖς θεοῖς, ἢ ἐστὶν αὐτοῖς. id est,

Sive illis deus hoc aliquis deprodit index,

Sive ipsi videre.

Abstinenta vis a regibus.

QVI dicet haud temere manum immittendam in reges
potentes, aut viros deo dicatos, adducet illud ex eodem
libro,

-Διὸς δὲ μένος βασιλῶν ἐστὶν

κρίνειν.

id est,

-Res dira, ac plena periculi est,

Regale occidisse genus.

Domesticum disidium.

AD detestandam seditionem domesticam, & mutuam
contubernaliū inter ipsos discordiam, insidiarūq. cō-
ueniet illud ex eodem libro,

Ὅκ ὅτι κακὰ ἔχουσιν ἀλλήλοισιν.

id est,

Impia res moliri inter sese mala.

Qui eget, in turba versetur.

ETIAM hodiernis temporibus vulgo iactatur fabula
de cæco mendico, qui iubeat ministro vt eo se duceret,
vbi maxima esset hominum procella, addens senten-
tiam populari ioco celebrem, ibi quæstum esse, vbi sit
hominum frequentia Homerus item Odysseæ P.

Ἐπὶ τῷ βίλτιον ἐστὶ κατὰ πόλιν, ἢ ἐκτ' ἀγρῶς

Δῶτα πῶχενον.

id est,

Mendico præstat populoſa per oppida cenam

Mendicare suam, quam ruri.

Officium humilium.

CVM QVIS recusat munus tamquam humilium, pa-
rumq. sese dignum, applicabit illud ex eodem Odyf-
seæ P.

Ὅς γὰρ ἐπὶ σαλμοῖσι μένει ἔτι πάλιν ἐμῇ. id est,

Nam vt maneam in stabulis iam non mea postu-
lat atas.

Verba sunt Vlyssis ad subulcum.

T t 2 Vitan-

Vita mortalium brevis.

QVI monebit dandam operam, ut apud posteros honesta vita memoriam relinquamus, quæ perpetuo vivat nam hanc vitam angustis circumscriptam esse terminis, accommodabit illud ex eodem libro,

Ἀνθρώποι δὲ μικροὶ καὶ σύντομοι. id est,

Ast hominis brevis spatium constringitur aevi.

Verisimiliter mentiens.

IN eum, qui falsum perinde quasi verum sit, narret, quadrabit illud ex eodem libro,

Ἰσχυρὰ καὶ πολλὰ λέγουσι τὸ μῦθος. id est,

Plurima narrabat figmenta simillima veris.

Dictum de Ulyssæ. Notatur & apud Platonem, quod Homerus Ulyssæ induxerit mendacem, Achillem contra veracem.

Sibi malum reperit.

IN eis, qui suo leditur inuento, quadrabit illud ex Odyssæ,

Ὅτι δ' αὖτ' ἐπεὶ πρῶτον κακὸν εὗρετο σὺν βροτοῖσιν. id est,

Qui sibi perniciem vel primum reperit ipse

Vino victus.

Dictum est de Euritione, qui primus invenit usum vini, peremptus a Lapithis.

Qui continet arcanum.

IN eum qui celat arcanum sibi commissum, neque cuiquam effudit, quadrabit illud in Odyssæ &.

-Τὸ δ' ἀποκρύπτειται το μῆτις. id est,

-Hic penitus dicta carebant.

Hoc est, haud longius volabant.

Mortuis non convitiandum.

VICTO non insultandum, nec in mortuum ultra congerenda convicia, huic suffragatur Homerus in eodem libro,

Ὅτι οὐκ ἐπὶ νεκροῖσιν ἴα' ἀδράσιν ἰσχυρὰ δαί. id est,

Haud fas est super occisis iactare teipsum.

Ulysses ita, de prociis extinctis.

Focus luculentus in ædibus.

PRIMUM domus ornamentum est, ut luceat focus, proinde qui in ædes immigrant, novas, aut in diversorium ingrediuntur, ante omnia iubent ignem incendi. Quod ex Homeri χ. sumptum videtur, apud quem Ulysses,

Ἐφ' ἧν μοι πρῶτον ἐστὶ μέγιστος κέρδιος. id est,

Nunc ante omnia mi luceat in ædibus ignis.

Item illud celebratum,

Αἰετοὶ δ' ἐπὶ πυρὶ καίοντες οὐκ ἐκιδέσθαι. id est,

Scilicet accenso domus est ornatio igni.

Quo quidem versiculo videtur impendio delectatus Plutarchus, adeo subinde usurpat, & in varios detorquet usus: in commentario De virtute & vitio, refert ad opes, potentiam, gloriam, quæ tum sunt iucundiora, si adsit animus a molestia liber. Rursum in libello quem Amatorum inscripsit, detorquet ad amantis animum longe splendidiorem, si calor amoris eum inflammarit.

Qui iure perierunt.

IN eos, qui suo merito pereunt, conveniet, illud ex eodẽ lib.

Τὸ δὲ μοῖρ' ἰδὲ μάταια βίαν, καὶ χίτλια θῆκα. id est, Hos fatum & malefacta, neci exitioq. dederunt. Dictum de prociis.

Senum prudentia.

DE senibus quidem, attamen ob rerum peritiam non inidoneis ad negotium aliquod conficiendum, apte dicitur illud ex eodem libro,

Καὶ πολλοὶ πρὸς ἰόντας ὀδύχουσι πολέμους. id est,

Aetas cana quidem, sed non inidonea bello.

Imperator bonus, & idem robustus miles.

REFERT Plutarchus in commentario de fortuna Alexandri, si modo is liber illius est, cum in convitio propositum esset, qui nã inter versus Homericos maxime probandus videretur, aliis alios preferentibus, Alexander huic carmini palmã tribuit, quod extat Iliados γ.

Ἀμφοτέρους, βασιλεὺς δ' αὖτε, κρατὺς δ' ἀχαιῶν. id est,

Id est,

Dux bonus, ac miles præpollens viribus idem.

Nam hoc & Agamemnonis laudem expressit, & Alexandri virtutem est vaticinatus. Quamquam nostra quidem sententia, non magnum habet momentum in principe corporis robur, plurimum autem consilium & prudentia. Proinde graviter Timotheus, cum rhetores Charctem quendam efferrent laudibus, inueniẽ corporis viribus insignem, censuravit, eiusmodi belli ducem Atheniensibus esse quarendum, Haudquaquã, inquit. Nam istiusmodi quidem optarim, qui culcitra & stragulas sit exercitui deportaturus: at ducẽ velim, qui a fronte pariter atque a tergo sit oculus, & quem a perpendendo quid utile factu sit, nulla impediatur animi perturbatio.

Capram cœlestem, orientem conspexerunt.

Αἶψα τὴν ὀρεῖαν ἐπὶ τῷ Ἄρει εὐχόμενοι. id est,

Capram cœlestem exorientem aspexerunt. Hoc dici solitum in eos, quibus omnia feliciter, eaq. animi sententia succederent: propterea quod antiquitus opinione vulgi comprobatur, qui capram illam Iouis altitatem, & ob id in syderum relatam numerum conspexissent quidquid votis conciperent, eius compotes futuros. Qua de re latius dictum est in dialogo ἀμύλας καὶ αἰῶνος. Hoc autẽ extat in Plutarchi collectione. Idem in libello de poetis audiendis, & ἀμύλας καὶ αἰῶνος εὐχόμενοι αἶψα πλετοῖσιν τρεῖς φων. id est, Felix multorum agrorum possessor, cœlestem capram opum largitricẽ alens. Quamquam apud Athenienses lib. 9. Antiphanes, opinamur, commemorat capram cœlestem inter animantia apta mensis, τετραγὼν δαιμόνιον, αἷς ἐρεσίζ, κριὸς τομῆος. id est, Hircus sylvestris, capra cœlestis, aries castratus.

Capra ad festum.

Αἶψα τὴν ἐρετὴν, id est, Capra ad festum. Dicitur solitum, ubi quis in tempore ad negotium aliquod accederet. Aut ubi quis commode in suam perniciem offert sese. Nam in festis maxime Bacchi, capram immolabant. Refertur in iisdem commentariolis.

Mox sciemus melius vate.

Τὰ ἐν τούτοις καὶ πᾶν ὑπὲρ τούτων.

id est,

Mox melius ipso vate rem cognorimus. Ad eum modum dicebant, qui rem non coniecturis diminebant, sed experimento deprehendere tentarent. Nihil enim experimento certius. In iisdem extat Plutarchi collectaneis. Sumptum autem ex Sophoclis Antigona. At Titus Livius belli Punicis secundi libro secundo, euentum appellat stultorum magistrum.

Tinctura Cyzicena.

Βάμμα κυζικίων, id est, Tinctura Cyzicena. Dedecus non eluendum appellabatur apud Atticos. Dicebaturque in eos, qui metu quidpiam indecore facerent. Nam Cyziceni duobus nominibus notati sunt, timiditatis, & molliciei. Recensetur iisdem collectaneis. Meminit & Hesychius, addens Cyzicenos ob molliciem notatos, quod Iones essent. Eadem sere Aristophanis interpres. Stephanus addit eos fuisse graues Tyrrhenorum praedationibus. Extat apud Aristophanem in Pace,

Αἱ δὲ πρὸς δὴ μὲν χιτῶν ἔχοντα τὴν φοινικίδα,
τὴν καὶ αὐτὴν βίβα πῶς βάμμα κυζικίων, id est,
Sicubi pugnare oportet, atque ferre palmulam
Ipsam eum tinctura tingit mox ibi Cyzicena.

Solent autem tincturae insignes a locis habere cognomen. Nec enim ubiuis quilibet color tingitur feliciter. Simili modo dictum est βάμμα σαρκεύειον, & βάμμα σαρδανειόν. Id paræmia detorsit ad mores hominum. Est enim aestimatio rumorque, consequens hominum vitam, velut tinctura quædam. Unde carbone notari dicuntur qui damnantur. Et notum est illud Ennium apud A. Gellium, Quæ tincta malis, aut quæ bona dicto. Aristophanis interpres indicat Lacedæmonios puniceis tunicis uti solitos, ne ab hoste sentirentur vulnerati, ob coloris similitudinem. At ignaui mollesque pallescunt. Addemus quod est apud Herodotum libro quarto. Cum Aethiopi rex conspexisset a rege Persarum missam vestem purpuream, rogauit tincturæ rationem. Eam cum ab Ichthyophagis didicisset, δολοὺς ὡς ἀνθρώπους ἐφινίονα, δολοὺς δὲ αὐτῶν ταῖς ματαῖς, id est, Non solum ait homines esse subdolos, sed & vestes illorum esse dolosas.

Scruabis bouem.

Βουκόσμος, id est, Bubulcus eris. Hoc velut enigmate significabant exilium. Siquidem qui per ostracismum eiciebantur, in Arginam exulatum ibant. Ac illic bos erat æneus insigni magnitudine. Refertur in Plutarchi collectaneis. Hesychius testatur extitisse in Phasinate Menandri.

Embarus sum.

Εμбарус сум, id est, Embarus sum. Dictum est olim de insano, deliroque. Refertur autem adagionem ad huiusmodi fabulam. Olim Piræus insula fuit, id quod ipsum etiam vocabulum adhuc indicat, πειραῖ enim transmittere est: in ea, cum Nynychus principatum obtineret, templum instituit Dianæ, cui cognomen addidit Mynychiæ. Dein cum versus Dianæ sacer quidam ibi receptus, & ab Atheniensibus interfectus esset, fames ingruit: itum est ad oraculum, quæsitumque malo reme-

dium. Respondit deus, ita demum finem mali futurum si quis filiam iurolasset numini. Vnus autem repletus est Embarus, usque adeo demens, qui polliceretur se filiam immolaturum, ea lege, ut sacerdotium in posteros suos traduceretur, Itaque puellam solemniter ornatam sacrificauit. Fit & huius mentio in Plutarchi collectaneis.

Colophonium suffragium.

Κολοφωνία ψᾶσις, id est, Colophonium suffragium. Vsurpatur in epistola quapiam Platonis ad Dionysium. Adagium est verbis magis quam re diuersum ab illo, quod in secunda retulimus Chiliade, τὴν κολοφῶνα ἐπέδρακεν, id est, Colophonem addidit. Adagionis originem explicat in hunc modum, Cum olim Colophonij domesticis seditionibus tumultuarentur inter sese, euenit ut aliquot ex illis mutatis sedibus, ad Smyrnæos demigrarent. Dein accidit, ut cum bellum gererent Smyrnæi, ac sæpenumero victi discessissent, tandem adhibitis Colophonij, quos in ciuitatem receperant, extiterint superiores. Unde institutum est, ut quemadmodum Smyrnæi non vicerant in bello, nisi Colophoniorum accessio ne, ita nec in suffragiis vincerent, nisi illorum calculi adiungerent. Proinde cum Ionij duodecim ciuitatibus imperarent, quarum una Smyrna in publicis consiliis, siquando Smyrnenesium æquales fuissent calculi, pars ea vincebat, cui subscripsissent Colophonij illi, quorum opera vicerant in prælio. Nec abhorrent ab his quæ refert Iabenus scriptor Græcus. Duodecim Ionij ciuitates conuenire solitas: id concilium Panionium dicebatur: in quo si forte calculis hinc atque hinc paribus nihil decerni poterat, accersebantur Colophonij, qui victoriam adferebant utricumque parti fuissent suffragati. Itaque prouerbum quadrabit, cum significabimus iudicium, aut suffragium alicuius plurimum in re quapiam valere. Huius adagij nobis facta est mentio.

Mihi ista curæ futura sunt, &c.

Εμοὶ μέλλουσιν ταῦτα καὶ λευκαῖς κόραις.

id est,

Curæ ista mihi erunt, ac puellis candidis.

Senarius ex oraculo ductus in popularem sermonem. Cum Brénus Gallicis copiis ingrueret in Delphos, Delphi consuluerunt oraculum, quid opus esset facto. Respondit hoc quod modo retulimus carmine. Paullo post visus Apollocum duabus puellis, Pallade ac Diana. Nā & his fana sunt apud Delphos. Conuenit utri, si quando significabimus nihil esse periculi, negotium iis curæ futurum ad quos pertinet. Refertur in Plutarchi collectaneis. Cicero vertit Græcum carmen De diuinatione primo, ego prouidebo rem istam & albæ virgines.

Festum multas habens.

Εορτή πολλὰν ἔχουσα, id est, Festum multas habens, subaudiendum molestias, aut occupationes. Dictum in eos, qui magnas componerent sarcinas, aliquo profecturi. Venustius erit, si deflectatur ad quosdam, qui nihil agunt, quamuis exiguum, nisi magno molimine, longa cunctatione, miro apparatu, ita ut sæpenumero tum se, tum reliquos omnes defatigarint apparando, priusquam quidquam incipiant. Natum ab iis, qui festa solent

lent adire. Nam iis mos, multam suppellectilem una secum conuehere, vasa, vestes, sacra, panes, atque id genus alia multa, ne quid deesset ad sollemnitate[m] per t. nens. Extat in iislem collectaneis.

Nihil aliæ ciuitates ad Crotonem.

Μάταια πᾶσι πρὸς κρότων τῶνδε. id est,
Sunt reliqua præ Crozone friuola oppida.
Theocriti interpretes meminit huius proverbij. Licebit accommodare ad rem aut hominem usqueadeo præcel lentem, ut reliqui cum hoc collati, nihil esse videatur. Natum fortassis est a pugilum Crotoniatarum excellen tia, quorum erat Milo, de quo dictum est alias, nempe in proverbio, Crotone salubrius.

Canis panes somnians.

SUNT quibus proverbiali figura dictum videatur illud apud Theocritum in Piscatoribus,

-Καὶ ὅς ἐστιν ὁ πῶς
Πᾶσα κύνων πρὸς τὸν δούρειον, ἰχθύων. id est,
-Siquidem omnis
Panis in somnis canis ariolatur, at ipse
Pisces.

Sensus est, vnicuique ea per somnum occurrere, quæ im pense desiderat, quibusque magnopere deditus est. Aristoteles non solum homini, verum etiam ceteris ani mantibus somnia tribuit, etiam si id in canibus eiden tissimum: quippe quos audimus sæpenu[m]ero dormi entes venationem somnare, quæ res haud difficile de prehenditur ex ratione lurratus, quem edunt sopiti. Proinde nobis rectius quadraturum videtur, si pro πῶς legatur ἄγρος, aut ἄγρος, id est, agros, aut venationes. Verum hoc tantum eruditius pensitandum pro ponimus, super hoc pronuntiaturis, ubi codicem emen dationem erunt nati. Nobis adhuc non continet. Ex somniis autem qui ariolentur euentura, ne nostris qui dem temporibus defunt, quamquam non probat Ari stoteles.

Canis.

Αἰεὶ ἰχθύν, id est, Canis, pro eo quod est, nugaris, ineptis, frustra loqueris. Est autem Attice lingue figura, sicuti τῶνδε ἰχθύν, id est, Ludis siue iocaris. Etenim qui canunt, non agunt rem seriam, sed tantum ut aures deli niant voluptate mox peritura.

Aethiops non albescit.

Αἰθίοψ δ' ἄνθρωπος, id est, Aethiops non candescit. De iis dici solitum, qui nunquam mutatur ingenium. Quidquid enim nativum, id haud facile mutatur. Fer tur Aesopicus apologus de quodā, qui empto Aethio pi, cum eum colorem arbitraretur non nativum esse, sed domini superioris accidisse neglectu, assidua lotura faciem diuexauit, ita ut morbum etiam adiungeret, co lore nihilo, quam antea fuerat, meliore. Fertur & epi gramma Luciani nomine,

Εἰς τι μάτην νιπνίς δέμας ἰνδύων, ἰχθύν. id est,
Οὐδ' ὄψιν δὲ φέρειν νύκτα καθυλίσσαι, id est,

Abluis Aethiopem frustra quin desinis artem?
Haud umquam efficies, nox sit ut atra, dies.

Annas clibanum.

Ἀννα κλίβανος, id est, Annas clibanum, subaudi reperit

Haud nos fugit, hoc alio loco relatum a nobis, verum quoniam toties alia nobis occurrit specie in proverbio rum collectaneis, libuit admonere, trifariam esse scri pturam. Alibi legitur, & quidem plerisque in locis, ἄνθρωπος κλίβανος id est, Homo clibanum. Quam equi dem lectionem arbitramur esse deprauatam. Nec ob scurum, unde deprauandi occasio, iis qui Græcas litte ras norunt. Alibi inuenitur, ἄνθρωπος, ut vir fuisse vi deatur. In quibusdam est scriptum, ἄνθρωπος, ut mulie ris, aut certe barbaricum sit vocabulum. Clibanum au tem accipimus non hunc vulgatum (quid enim hoc ad mirandum, aut nouum?) sed testaceum illum, qui in cluso pane, ponitur in clibanis vulgaribus, in quibus panis, aut etiam pisces, aut carnes paulatim lento va pore decoquuntur.

Archilochum teris.

Ἀρχιλόχον πατῆρα, id est, Archilochum teris, seu calcas, de maledico dicebatur. πατῆρα autem dictum est, vel quod maledictus assiduus videatur in enoluendis huius poetæ carminibus, vel quod huius vestigiis ingredi tur. De Archilochi testatur & Horatius,

Archilochum proprio rabies armarit lambo.
Equidē suspicamus hoc idem esse cum illo, quod alibi po suimus, ἄρ' ἰχθύν πατῆρα. id est, Archilochi patria, deprauata voce, πατῆρα in πατῆρα.

Non inest illi dentale.

Γύνε δ' ἐκ γένος αὐτοῦ, id est, Gyes non inest illi. Dicit consue uit de quopiam, ad rem aliquam parum utili. Sumpta est metaphora ab aratro, cuius pars est γύνε. cam non nulli putant esse, quam Latini dentale vocant. Ea quo niam præcipua videtur si absit, nihil confici potest ara tro. In hunc sensum usurpauit Hesiodus, γένος δ' ἐκ γύνε. Ceterum Homerus pro iugere posuit, agrum πεπικον τὸ γύνον appellans, id est, centum iugerum.

Gigantum arrogantia.

Γίγαντες ἀπειροὶ, id est, Gigantum amentia. Dicebatur, ubi quis viribus suis fractus, temere, nulloque consilio res non tentandas moliretur. Tractum a notissima gi gantum fabula. Proverbiū admonet, inauspicato ce dere, quæcumq. citra consilium, aduersus deos, aduer sus pietatem, aduersus ius & æquum, per vim insituntur. Horatius in Odis,

Vis consili expers, mole ruit sua,
Vim temperatam dii quoque prouebunt
In maius.

Homerus item Iliados 4. elegantissima sententia demō strāt, in omni negotio nimio plus habere momenti ra tionem, consiliumq. quam corporis vires,

Μὴ τι τοι δυνάμεις μὲν ἀμείνων ἢ ἐβίηφι,
Μὴ τι δ' αὖτε κυβερνήτης καὶ διοπι πόντος
Νῆα δὲ νῆα ἰδὺν δὲ χεῖρας αἰετοῖσι,
Μὴ τι δ' ἰνδύων περὶ γένος ἰνδύων. id est,

Consilio sane multo quam robore præstat
Hirsutam quicumq. parat succidere syluam.
Consilio rursum nauclerus in æquore nigro
Dirigit vndiagā nauim raptantibus austris.
Consilio auriga aurigam vincitq., præitq.

Aristoteles libro de Rhetoricis secundo citat hūc ner sum trochaicum tacito auctoris nomine,

T t 4 Θνατῆ

Οὐκ ἔστι τὸ ἐκ τῶν, δὲ ἀθάνατον τὸν ἀνθρώπον φρονεῖν. ἰ.
Non decet mortalis ut qui est, curet immortalia:
Sed magis mortalis ut qui est, cogitet mortalia.

Per ignem incedis.

Εὐαγγέλιον βίβλος, id est, Per ignem incedis, id est, versaris
in periculoso negotio. Est apud Aristophanem in Ly-
sistrata,

Κάν μὲν καὶ διὰ τὰ πυρὸς

Εἰς, βιβλίου.

id est,

Velut & per ignem incedere, si fuerit opus.

Horatius in Odis.

Periculosa plenum opus aleæ

Tractas, & incedis per ignes

Suppositos cineri dolofo.

Tradunt etiam in eam quadrare, cui celeriter absolu-
dum est negotium. Qui per ignem incedit, minus lædi-
tur, si suspensis pedibus properet. Confine quod ille di-
xit apud Senecam declamator, Per spinas ingredior.

Fortis in alium fortiozem incidit.

Εὐαγγέλιον ἄλλος καὶ ἄλλος ἀντίτυπος.

id est,

Forti alius potior contigit ac melior.

Dici solitum, ubi quis nimium fretus suis viribus, ali-
quando nanciscitur, a quo vincatur. Sumptum putant
ab Hyllo Herculis filio, & Enchemo Aegeate. Ita Ze-
nodoorus. Suidas huiusmodi verba recenset, tacito au-
toris nomine, ἵσθι μὲν γὰρ ὅτι καὶ ταυτὶ ματαιὸν ἀντιπράξει
ταῦς ἐπιβλάσας τῶν ἀραβῶν ἀντιπράξει. ἵσθι δὲ ὅτι πάλιν κατὰ
τὴν παρὰ μίαν,

Εὐαγγέλιον ἄλλος καὶ ἄλλος ἀντίτυπος.

Id est, Fit non nunquam, ut iuxta proverbum, ipsa
per se res honorum virorum conatibus obsistat. Fit rur-
sus interdum,

Forti ut contingat fortior ac melior.

Sententia potest videri ducta ex Iliados χ. ubi Hector
incidit in Achillem,

Ρεῖσθαι μὲν ἔβλαος ἔπειτα, δίδωκε ἡμῖν μὲν ἀμύνοντι.

Fugit qui prius acer erat, cui iam acrior instat.

Infamia non omnibus eadem.

Μακρὰ γὰρ ἡ πᾶσι τὸ ὄνομα.

id est,

-Haud est eadem infamia cunctis.

Hemistichium heroicum, sicut & illud superius, extat
in eisdem collectaneis. Sensus est, nullum esse morta-
lem, qui non in aliqua re desipiat, Quamquam alius
alio morbo laboret, hic avaritia, ille libidinis: hic ambi-
tionis, ille invidia. Quod copiose demonstrat Stoicus
Damaspus apud Horatium in Sermonibus. Et in hac
hominis calamitate mira ludit varietate natura, Inter
hos qui mente lapsi sunt, alij sibi videntur cornibus
taurinis, alij naso pro longo, alij vasa fictilia, non nulli
se credunt esse mortuos, alij sibi videntur esse princi-
pes, alij doctissimi philosophi. Arguius ille solus plau-
debat in theatro; credens se miros audire tragædos.
Athenaeus libro 12. refert de quodam Atheniensi, qui
persuasum habebat omnes naues quæ appellerent in
Pireum esse suas, easq. recensebat, dimittebat, ac de-
ducebat, & appellentes tanto gaudio excipiebat, ac si
omnium rerum quas vehebant esset dominus: at si
quid perisset, non amplius querebat: si incolumes
peruenissent, gaudebat, multa interim cum voluptate

vitam agēs, donec frater eius Crito e Cicilia aduectus,
tradidit illum medico, cuius opera liberatus est insa-
nia. Ceterum ad se reuersus dicere solet, se nunquam
vixisse iucundius.

Hydrus in dolio.

Ἰδρυς ἐν τῷ πίπῳ, id est, Hydrus in dolio. Proverbum hoc
nondum apud ullum veterum auctorum reperimus,
neque Græcum, neque Latinum, & haud scimus an de
vulgo sumptum sit, neque enim libet credere virum
eloquentem, & in litteris non postremi nominis ex se-
se commentum esse. Nam refertur ab Antonio Sabel-
lico in epistola quadam familiari. Addit & fabulam
proverbi parentem, huiusmodi. Rusticus quidam cum
sensisset minui vinum in dolio conditū, admiratus quid
esset rei, circumspicere cepit. num qua rima extilla-
ret liquor: ubi nihil eiusmodi comperisset, perguit vici-
nos in suspicionē apud sese vocare, ne sese absente vas
relinerent, vinumq. potarent. Obsignat itaque dili-
genter dolium ad opus exiturus. At reuersus signis
illevis, vinum nihilominus imminui videt. Tum vero
fortunam agricolarum deplorare, quibus non in uite so-
lum, verum etiam in dolis calamitas pressio esset. Ad
extremum exhausto dolio hydrus in imo repertus est
vini potor. Ea res in vulgi iocum abiit. Admonet
Plinius libro 10. capite 72. serpentes quamquam exi-
guo indigeant potu, tamen vinum, cum est occasio, præ-
cipue appetere. Iuuenalis de muliere vinosā Saty-
ra sexta.

-Tamquam alta in dolia longus

Deciderit serpens, bibit & vomit.

Adagium ipsum haudquaquam inelegans, nec asper-
nandum. Quod si quem nihil mouet recens auctor, li-
cebit usurpare, cui quis occulta calamitate premitur,
caussa atque auctore nō extante. Aut cū diuturni ma-
li tandem auctor deprehenditur. Porro serpentem
quem Græci vocant hydron, Latini natricem vocant,
quod in aquis degat. Ex ulcere huius morsu facto.
defluit copiosus humor aquosus, & graue olens. Ita
Dioscorides libro sexto, Plinius lib. 6 capite 23. tradit
apud insulas quasdam ante Persidem, hydros mari-
nos vicinum cubitorum terruisse classem.

E Massilia venisti.

Εἰ μὴ ἀπὸ Μασσαλίας ἦς, id est, E Massilia venisti. Suidas ait
dici solitum de iis, qui cultu parum viris decoro uteren-
tur. Quod Massilienses luxu perdit, muliebrem ser-
me in modum ornarentur, comis vnguento delibutis,
capillisq. religatis. Huic affine quod refert Athenaeus
Dipnosophistarum libro 12. πλυσσασθαι εἰς μασσαλίαν,
cuius nos alibi mentionem fecimus in proverbio, Na-
uiges Massiliam, & quid super hoc sentiremus, expli-
cuimus.

Tibicines mente capti.

ATHENAEVS libro Dipnosophistarum 8. proverbio
ιαχτάριον scribit apud priscos, tibicinibus nihil esse me-
tis, λόγος γὰρ παλαιός τις ὅτι

Ἀνδρὶ μὲν αὐλητῇ ἐστὶ νόον δὲ οὐκ ἐπιφύκει,

Ἀλλ' ἅμα τῷ φουσῶν χ' ὡς νόος ἐκπέπτωκε.

Id est, Dictum enim est peruersum, quod

Dij tibicinibus nunquam mentem inferuere,

Sed

Sed simul ac flarint, auolat illico mens.
De hoc hominum genere plura diximus in prouerbio,
Tibicinis vitam viuus.

Dulce bellum inexpertis.

ST ELEGANS cum primis, & multorum litteris celebratum adagium est, γλυκύς ἡ πείρα πολέμου, id est, Dulce bellum in experto. Id ita reddit Vegetius libro De re militari 3. cap. 14. Nec cōfidas satis, si tyro praelium cupit, inexpertis enim dulcis est pugna. Citatur ex Pindaro, γλυκὺ δὲ πολέμου ἀπειροῖσιν, ἡμπερὶ δὲ τὰς παρὰ πρῶτον τὴν καρδίαν πρὸς αὐτὸν, id est, Dulce bellum inexpertis, ast expertus quispiam horret, si acceperit cordi supra modum. Sunt quædam in rebus mortalium, quæ quantum habeant discriminis ac malorum, non intelligas, nisi factō periculo.

Dulcis inexpertis cultura potentis amici,

Expertus metuit.

Bella res & splendida videtur, inter aulicos obambulare procures. in regibus versari negotiis, at senes, quibus usu penitus cognita res est, ab ea felicitate libenter abstinent. Suae videtur, amare puellas, sed iis qui nondum senserunt, quātum amoris insit amari. Ad eundem item modum accommodari poterit, ad quoduis negotium multo cum periculo, multisq. coniunctis malis, quod nemo velit capessere, nisi iuuenis, & rerū imperitus. Siquidem Aristoteles in rhetoricis hanc adfert causam, cur iuuenta sit audacior, contra senecta timidior, quod illis imperitia rerum confidentiam pariat, his multorum experientia malorum, timiditate et cōsationem. Quod si quidquam est in rebus mortalium quod cunctanter aggredi conueniat, certe bellum est.

Arguios vides.

Αργίους ὄρας, id est, Arguios vides, id est, stupentibus & attonitis oculis. Sumptum opinamur ab Oreste, furis agitato. Hefychius non nihil lucis aperit, admonens eos qui inter helotes essent alicuius auctoritatis ac splendidi, solitos appellari Arguios, sunt enim helotes in Peloponneso, & Peloponnesi primaria ciuitas est Argos. Ambitionis igitur erat, quod Argiui quam helotes appellari maluerint. Non ignoramus, apud Lacedæmonios helotas vocari seruos, quod ex gente subacta seruos sibi constituerint. Et fortassis ex his quibus hæri magis fidebat, Argiui dici maluerint, quam helotes. Similem affectum & hodie deprehendas in quibusdam, qui nati in obscurissimo pago, præclara cuiuspiam urbis cognomen adsciscunt. Aristophanes in Pluto μαικὶν ὁρίων dixit eodem sensu. Referatur a Suida prouerbiij nomine.

Argiui fures.

Αργίῳ φῶρε, id est, Argiui fures. De palam improbis. Nam Argiui furacitatis infamia laborabant antiquitus. Exstat & hoc apud Suidam. Videtur autem adlufum ad vocem ipsam. Argos enim Græcis significat ignauum & otiosum. Tales vero solent ali furtis. Latini vulgo, fecto, sicuti videtur, per iocum vocabulo Lauerniones appellant, homines furaces: quod fures sub tutela Lauernæ deæ essent: in cuius luco obscuro atq. abdito, soliti sunt furto sublata prædamq. defodere. Auctor Festus.

Mars rex.

Αρης τὸ βασιλεὺς, id est, Mars rex. Suidas interpretatur cōgruere in principem, qui vi, non legibus Rempublicam tractat. Zenodotus ortum putat a Timotheo Atheniensium imperatore, qui multa felicissime gessit aduersus Persas & Asianos, & sub cuius ductu florebat Attica. Vnde dictum est Mars rex. Hefychius prouerbum recenset tantum. Indicat Suidas aliquando Græcis αἰνῶ dici ferrum ipsum. Itaque potest hic esse sensus prouerbiij, ferrum rex, quoties res ui geritur.

Attagen.

Ἀτταγᾶς. Suidas indicat hoc cognominis, prouerbiali ioco dici solere in seruos stigmaticos: quod hæc auis plumas habeat, variis colorum notis distinctas. Aristop. in Auiibus,

Εἰ δὲ τυγχάν τις ὑμῶν δραπέτης ἐστὶν ὄρνις,

Ἀτταγᾶς ὁ τὸς παρ' ὑμῶν ποικίλος κικλήσκειται. id est,

Si quis e vobis erit fugitiuus atq. uetus notis,

Attagen is sane apud nos uariis appellabitur.

Quamobrem eam auem ibidem appellat ποικιλοκίλλον. Ad eundem modum τῶες, id est, pauones appellant Græci nitidius cultos, & versicoloribus amictos. Ceterum de Attagena plura dicemus in prouerbio, Attagenis non lunium.

Tenedius homo.

Τὸς ἄλλος ἀτρεπὸς, id est, Tenedius homo, Plutarchus in adagionum collectione, ait dici solitum de homine terrore, formidabiliq. aspectu. Originem, sicuti plerūq. alias, varie tradunt. Suidas ait regem quempiam Tenedi fuisse, cui nomen Tenes, qui legem tulerit, atque induxerit morem, ut a tergo iudicis, adstaret quispiam securim tenens, videlicet in hoc paratus, ut qui perperam quid iudicio dixisset, opinamur mendacium, aut falsum testimonium, eum protinus securi feriret. Hoc interpretamenti ferme conuenit cū eo, quod ante commemorauimus in adagio, Tenedia securis. Alij tradunt in hunc modum, haud tamen cum his pugnantia. Cygnus Neptuni filius, pater Hemithea & Tene, nouercam liberis suis induxerit. Euenit autem ut Tenes apud patrem insinularetur a nouerca, quod sese de stu pro interpellasset: id cum ille verum esse crederet, iuuenem in capsam inclusit, vnaq. Hemitheam sororem, quod fraterni fati comes esse desideraret, simulq. in mare præcipitauit. Id scrinium delatum est Leucophrynem, cui postea Tenedo commutatum vocabulū, videlicet a Tene, Cygni filio. Qui progressu temporis nactus imperium eius loci, quod modo diximus exemplum induxit, ut in tribunalibus adfisteret, qui securim in caput accusantis vibratam sustineret. Quod si quis fuisset calumnia conuictus, eum protinus uiuum securi diffecaret. Id spectaculi quoniam formidabile videbatur, in prouerbum abiit: ut Tenedius homo diceretur, qui minaci truciq. esset aspectu. Pausanias in Phocicis uariat non nihil in narratione, qua de re nobis dictum est alio loco in prouerbio, Tenedia securis. M. Tullius lib. 2. epist. ad Q. fratrem. Tenediorum igitur libertas Tenedia securi præfisa est, cum eos præter me & Bibulum & calidū & Fauoniū nemo defenderit. Sentit libertatē rigide, & in totum negatam.

Tenedius

Tenedius patronus.

Τενεδιος πατρωνος, id est, Tenedius aduocatus. Eodem e fonte profectum est & hoc dici solitum de eo, qui compendio causam expedit, litisq. nodum ocyus dissecat. Ductum a Tenedia securi, de qua prius dictum est. Suidas ait apud Tenedios duas secures suspensas ostendi. Aristoteles apud eundem, illud addit, præter ea quæ recensuimus, in Asserina, is est locus quispian in Tenedo, fluuiolum esse, in quo cancrorum testis, na uigiorum utantur vice. Eas ita dissecant, ut securis speciem præ se ferant. Prouerbijs meminit & Stephanus in locorum catalogo, addens dici solitum de aduocato rigido duroq. : quod illic non esset tutum quiduis garrere in iudicio.

Ευκιδιος ημερα.

Ευκιδιος ημερα. Plutarchus in collectaneis, si modo verax est titulus, tradit hoc dici solitum de his, qui conuiuium agunt, aut exhibent. Idq. hinc manasse, quod olim apud Ceos mos fuerit, ut qui magistratum iniret, epulum exhiberent populo. Quod si quando plures fuissent magistratus, dies inter sese distribuiebant. Itaque cum sibi occurrerent, rogabat τις ημερα; id est, Quis dies? Ea vox in vulgi locum cessit. Videtur autem vox ευκιδιος, data opera ridicule conflata ex his verbis, ουκιδιος τις, id est, in Cco quis, subaudi dies.

Versatilis Artemon.

Ο περιφορητος αρτιμων, id est, Versatilis Artemon. Extat in iisdem collectaneis. Aiunt dici solitum de his, quorum gratia vehementer decertetur. Nam Artemonem adolescentem fuisse quempiam certatim adamatum a mulieribus ob insignem formam quem suspicamur ob id dictum περιφορητον, vel quod circumferretur in ore omnium versans, vel quod passim obambulet, velut ostentans sese. Alij malunt Artemonem machinarium fuisse fabrum, in arte præcellentem, temporibus ferme Periclis. Qui cum claudus esset, passim suas machinas circumferrebat. Athenæus in duodecimo Dipsosophistarum libro referens hoc prouerbijs citat auctorem Chamæcontem Ponticum, qui testatur Artemoni περιφορητης cognomen additum, quod præ delicijs in lecto circumferretur, siue quod is postea cæperit voluptariam ac mollem agere vitam, cum antea pauper fuisset. Ex Anacreonte citat hæc de eodem:

Υιλον μὲν ὄχλον πρὸς πλοῦτον βίον ἐνὶ πλεονεξίᾳ καὶ κῆρ' ἀπιδόας, ἀπὸ πάλαισιν καὶ ἰδίᾳ πόρνοισιν ὁμιλέων· κίβδηλον ἐν ῥίσκῳ βίον, πῶλ' ἀπὸ πρὸν μὲν ἐν δ' αὖτε τιδὲς ἀχόρῳ, πῶλ' ἀπὸ ἐν τρεσὶν, πῶλ' ἀπὸ ἐν κόμῳ πῶλ' ἀπὸ ἐν κπτίλμῳ. id est, Tenuem quidem habens circumlata bonis recentem amictum mali clipei, cum panis cauponibus & prostibulis consuetudinem agens, in synceram inueniens vitam: sæpe ut superet, in hastâ ponens ceruicem, sæpe rursum in rota, sæpe vero coma barbaq. reuulsus. Quibus ex verbis apparet dictum in hominem sui dissimilem, ac moribus inæqualibus præditum, qualem perbibent fuisse Alcibiadē, qui, ut refert Satyrus, apud Iones deliciabatur, ut illos quoque vinceret: apud Thebanos exercitamentis corporis erat quouis Bæoto Bæotior: apud Thessalos equestreis rei studio superabat ipsos: apud Lacedæmonios temperans ac patiens, magis ipsis Lacedæmonibus: in

Thracia Thraces superabat violentia. Id & cum laus de fieri potest. Ceterum περίεργος probrose dicitur, qui sese per omne rerum genus voluit. Indicat Pollux libro 6. Plutarchus indicat fuisse claudum quempiam qui vehiculo circumferretur, cum alioqui meticulosus esset ac plerumq. desideret domi duobus famulis scutum æreum supra caput sustententibus, ne quid ex alto decideret in caput. Quod si quando cogeatur exire, vehiculo utebatur, sed humili, metu ruina. Huiusmodi quædam refert Plutarchus in vita Periclis. Proinde dictū videtur in molles ac meticulosos. Quin & Plinius libro 34. cap. 8. inter Polycleti opera meminit Artemonis, qui dictus sit περίφορητος. Adlusum autem est ad Artemonem nauticum, quo vela circumferuntur, & onera tolluntur e nauibus. Nam hodie nautæ ad utrumq. utuntur antenna. Nam Artemō Græce proprie est machina tollendis oneribus apta, quam Latini, ni fallimur, trocleā appellant. Et sic composita est ut facile circumuoluetur.

Placiadæ.

Πλακιάδαι καὶ εἰλαων, id est, Placiadæ etiā stelæum. Plutarchus in iisdem commentarijs ostendit dici consueuisse de deprehensis adulteris, & contumeliose, sicuti merentur, tractatis. Vicus est quidam Atticæ regionis, cuius incolæ Placiadæ vocantur. Apud hos moris erat, ut qui fuisset in adulterio deprehensus, ignominiosas pœnas daret, impatiens in pudendam corporis partem raphanis, qui apud illos miræ magnitudinis esse dicuntur. Quod si raphani forte non fuissent ad manum, stelæo utebantur, id est, lignonis ligno. Non ignoramus hoc alio nobis dictum loco, sed mutilatum, eoq. duximus operæpretium hic integre repetere.

Iustitiæ oculus.

Δίκης ὀφθαλμός id est, Iustitiæ oculus, dicitur synceris et incorruptus iudex, aut ipsum etiam iudicium. Adagij meminit Suidas. Sumptum apparet ex illa Chrysippi descriptione apud Aulum Gellium libro 14. cap. 4. in qua iustitiæ oculos tribuit acres, rectos atque immotos: quod eum qui recte sit iudicaturus, non oporteat huc aut illuc ab honesto oculos deflectere. Celebratur hic senarius prouerbialis:

Εἰς δίκης ὀφθαλμός ὅς τ' ὅτι πᾶν ὁρᾷ. id est, Est oculus æquitatis omnia intuens.

Iustitia iustior.

Δίκης δίκαιότερον, id est, Iustitia iustior. Prouerbialis hyperbole de vehementer integritate & incorruptis. Veteres enim iustitiam deam faciebant: cuius imaginem eleganter, depinxit Chrysippus apud Aulum Gellium.

Quantum ex Bacchanalibus.

Ὅσον ἐκ διονυσίων, id est, Quantum ex Dionysijs siue Bacchanalibus. Suidas prouerbij loco refert, sed perturbatius, ut adsolet. Antiquitus apud Atticos consueuerunt annos ac numerum accedentem a Dionysijs numerare, quæadmodum ex Olympiadibus. Iterabatur autem Dionysiorum festum tertio quoque anno. Vnde Vergilius, Trieterica vocat. Suidas sic integre recenset, ἑκάυτε χιδὸν ποσὶν ὅσον ἐκ διονυσίων. id est, Ex hoc prope tantum, quantum ex Bacchanalibus, addit dictum de rebus vehementer expetendis, atque expectatis.

Etatis. Ad hoc facit quod refert ex auctore quodam:
ὅτι διὰ τὴν αὐτὴν μὴ ὄντος ἀμφοτέρων καὶ νικητῶν, id est,
O Bacchanalia, ipsa quidem redolent ambrosiam &
nectar.

Mercator est.

Ἐμπορὸς ἐστὶ σκεπτόμενος, id est, Mercatorem se adsimu-
lat. Dicendum in eum, qui ob timiditatem causas com-
mentitias prætexit, ne cogatur subire discrimen. Sui-
das ex Aristophane citat, apud quem tum in Pluto, tum
in Ecclesiazusis quispium inducitur, loquens in hunc
modum, ut dicat sese fingere mercatorem esse, quoties
ad bellum ire iubetur, quod negotiatores non cogerentur
exire: quoniam expediebat illos relinqui, quo de
commeatu prospiciant. In Pluto sic habet locus:

Γεωργὸς εἰς μετ' ἀρχαίων μ' ἔπος οἶμι;

Ἀλλ' ἔμπορος ἐγὼ σκεπτόμενος ὅταν τὸ χθόν. id est,

Num cultor agri es? me ne sic furere putas?

Negotiator? Simulo si quando est opus.

Alter sic habet:

Ἀλλ' ἔμπορος εἶναι σκεπτόμαι.

id est,

Quasi sum negotiator, ita memet gero.

Donum quodcumq. dat
aliquis proba.

Δῶρον δ' ὅτι δῶτις ἐπ' αὖν.

id est,

Donum quodcumq. probato.

Prouerbiū admonet boni consulendum esse munus,
aut officium consilium ne, quod offertur ab amico. Un-
de natum sit indicat Strabo geographus libro 6. Cum
Achiui iussu essent oraculo Crotonem condere, missus
est Myscellus quidam, qui ciuitatis futurum locum
consideret. Is cum iam Sybarim edificatam cerneret,
videreturq. is locus magis idoneus, repetiit oraculi,
consuluitq. deum, num sis esset hanc pro illa conde-
re. Numen ad hunc modum respondit:

Μύσκελλε βραχύνωτε περὶ τὸ σίδος καὶ ματθόν,

Κλάσσε καὶ ἐν τῷ αὐτῷ δ' ὅτι δῶτις ἐπ' αὖν. id est,

Eos versus interpres vertit in hunc modum:

Terga breuis Myscelle tuo de pectore omite,

Cetera perquirens, frustra en venaris iniqua.

At rectum quodcumque datur tu laide probato.

Stat idem in collectaneis adagiorum, sed multo de-
prauatissimum. Quamquam ex vocum veluti ruinis
huiusmodi lectio colligi poterit:

Μύσκελλε βραχύνωτε περὶ τὸ σίδος καὶ ματθόν.

Ὁ δὲ δαλὰ βασθεῖς, δῶρον δ' ὅτι δῶτις ἐπ' αὖν. id est,

Diuersa inquirens a numine Myscele gibber,

Captas friuola, quod datur, æqui consule donum.

Myscellus dictus videtur ob crurum exilitatem, quæ
habebat murinis similia, Brachynotus ob dorsum con-
tractum. Diximus alias Crotonem saluberrimam fuisse,
Sybarim pestilentem. Refert & alia Suidas de
oraculis Myscello redditus, sed quæ non admodum fa-
ciant ad enarrationem prouerbij.

Ichorus.

Idem Suidas ait vocem prouerbialem fuisse, in eum qui
velut instigator hortatorq. foret aliis. Translatum
opinatur a nautis, quod remigantes naucleri vox ani-
mat ad gnauiter laborandum: siue ab equorum cursu.
Plutarchus in Sympotiacis decade septima, problema

te quinto scribit, ἡ πτόρεν appellatam cantionem ad
incitandas equas. Consimilia tradit de præceptis cō-
nubialibus. Nam ἐρεν in Græcis est impetu insilire.
Vnde & apud Homerum βέρεος αἴης appellatur ab
adfulm citato. Apparet Græcam vocem compositam
ex ἰσι valde, & ἐρεν incitare.

Ne allia comedas & fabas.

Ἰνα μὴ φάγῃ σκερδα, μὴ καὶ κνίμας, id est, Ne edas allia
& fabas. Prouerbiali videtur enigmate dictum, pro
eo quod est, ne bellis, ne ue in iudiciis adsis. Nā in bel-
lū inferebantur allia commeatus militaris. In iudiciis
fabas esitabant, ne obdormiscent. Hæc quidē Sui-
das. Etiam si magis putamus referendum ad calculos
fabarios, quibus antiquitus ferebantur suffragia.

Mortuus per somnium, vacabis curis.

Θάνατον καὶ ὕπνους ἀφ' ἑνὶ ὁδῷ ἴση δίχα.

id est,

Curis vacabis mortuus per somnium. Versiculus vul-
go iactatus apud Græcos, ex superstitione in somniorū
observatione. Existimabant enim eum qui se mori som-
niasset, a curis molestiisq. liberatum iri. Quod mors,
finem doloribus imponere videatur: planeq. imponit
his qui hinc in meliorem demigrant vitam. Fortassis
ad eandem pertinet sententiam, quod alibi retulimus.

Νεκρὸς ὄραν, νεκρῶν ἔξω πρὸς γὰρ τῶν.

Animus heptabocus.

Θυμὸς ἐπὶ ἑπτάβοις, id est, Animus heptabocus, siue ira he-
ptaboea, de forti magnoq. & iniuncto dictum. Epithe-
tum sumptum a clipeo Aiacis, quem Homerus ἐπὶ ἑπτά-
βοις appellat, quod septem bouum tergoribus esset ob-
ductus, atque ob id impenetrabilis. Et Ouidius:

-Dominus clipei septemplex Ajax.

Sumptum est adagium ex Ranis Aristophanis:

Ἀλλὰ πνέοντες δόρυ καὶ λόγχας καὶ λυκατῆρας τε-
φάλλιας,

Καὶ πύλακας καὶ κνημίδας, καὶ θυμὸς ἐπὶ ἑπτάβοις.

Sed spirantes spicula & hastas, albasq. in vertice
cristas.

Adde his galeas, adde his ocreas, animos quoque
septilouinos.

Semper Ilio mala.

Αἰὶ ἰλίῳ κακὰ, id est, Semper Ilio mala. De vehementer
calamitosus & afflictis. Troianorum excidium poetis
multa tragediarum argumenta ministravit, atq. hinc
prouerbiū. Refertur ab Eustathio in quartum Ili-
dos librum. Stratonicus rogatus, cur nollet apud Ili-
ses viuere, respondit: αἰὶ ἰλίῳ κακὰ, id est, Semper Ilio
mala. Auctor Athenæus lib. Dipnosophistarum offa-
no. Quamquam is locus non vacat mendo.

Libera Corcyra, caca vbi libet.

Ελευθερία κέρκυρα, καὶ ὅπου θέλει, id est, Corcyra libera,
proin caces vbi velis. Cum significamus libertatem
quiduis agendi. Citatur ab Eustathio in Dionysium,
sed magis quadrabit, vbi significabimus impunitatē eē
maleficis. Hic nō absurde putamus referri posse quod
Plutarchus narrat. Chij quidam cum apud Sparta-
nos peregrinarentur, a cena non solum uomuerunt,
verum

verum etiam in castris in sella ephorum. Primum diligenter inquisitum est, qui nam essent tanti facinorosi auctores, daturi nimirum pœnas si ciues fuissent. Ceterum ubi compertum est factum a Chiis, Spartani dicebant, Chiis licere intemperanter agere.

Decerneretur equa Thessalica.

Επικρινέτω ἱππὸς ἐπὶ πρὸς ἐπὶ πρὸς, id est, Decerneretur equa Thessalica de summo premio dicebatur, propterea quod antiquitus prima laus fuerit equarum Thessalica. Id quod satis indicat oraculum Aeginensibus redditum. Citat Eustathius in secundum Iliados librum. Suidas refert, haud dum scimus ex quo nam auctore: ἱππὸς μὲν ἐπὶ πρὸς καὶ ἐπὶ πρὸς, τὸ δὲ καὶ τὸ κατὰ τὸν ὅπλον ἐπὶ ἰνδία καὶ κρήνη καὶ κρήνη. id est, Equites in Thessalia Thraciaque, sagittarii, atque armatura leuior in India, Creta & Caria. Finitimum est illi quod alio dictum est loco, Pellene tunicæ. Lepidius erit per ironiam.

Canis viuens e magdalia.

Κῶν ἰὼν ἀπὸ μαγδαλίας, id est, Canis viuens e magdalia. Eustathius in Iliados librum quartum ostendit dici solium in parasitos, & alieno visitantes cibo. Magdalia dicit, quasi dicas sursum, & manuum purgamentum. Ceterum apud alios auctores comperimus scriptam unicam dictionem, velut apud Hesychium, ἐπὶ μαγδαλίας, inquit, εἰς αὐτὸν τὸν χεῖρα ἀπὸ μαγδαλίας, ὅτι τοῖς δὲ ἰπποῖς, βαλόντες δὲ τοῖς κυσὶν ἀπὸ μαγδαλίας ἀπὸ δὲ πρὸν, id est, Apomagdalia adeps, in quo abstergebant manus in conuiuio, id proiciebant canibus, cum a cena discederent. Iulius item Pollux libro De rerum vocabulis sexto capite decimoquarto: οἱ δὲ παλαιαὶ τὰς καλεμέσας ἀπομαγδαλίας ἐχρῶντο, αἱ ὅσων τὸ ἐπὶ τῷ κρῖνι μαλακόν καὶ σαρκώδες, εἰς ὃ ἐπονομάσθη, τοῖς κυσὶν αὐτὸ περὶ βλάστη, ὅτι καὶ λακιδιόμοιον καὶ ἀπὸ μαγδαλίας καλεῖται. id est, Veteres autem utebantur apomagdaliis, sic enim vocabant id quod est in pane molle ac pinguius, in quod absterfo obsonio ipsum canibus abiciebant unde & Lacedæmonij apomagdalia appellat cynada. Aristophanes in Equitibus,

Υπὸ βλάστησι σιτέμεναι τὸν ποσιν, ἢ μὲν γὰρ

Απομαγδαλίας σιτέμεναι, τοῖς τοῖς ἐρεφίω.

Iactat Halantopola superaturum se Cleonem impudentia & malis artibus, aut alioqui frustra passum apomagdaliis cuiusvis tantum. Cui respondet Cleon,

Απομαγδαλίας, ὡς πρὸς κύνων, ὅτι παμπόνηρος, πῶς ἔν

Κωὶς βλάστη σιτέμεναι μὲν γὰρ σὺ καὶ κεφάλαιον.

Id est, Apomagdalias ritu canis, sceleste, quo ergo patet visitans canis cibo, cynocephalo repugnans? Apomagdaliarum mentio fit & apud Plutarchum in Lycurgo, quo quidem loco an interpret affecutus sit sensum sermonis, non satis nobis liquet, Græca sic habent: δοκιμάζοντες δὲ τὸ βλάστην τὸ συναγιστὸν μεταχρῆν ἑταίροις. λαβὼν τὸν συναγιστὸν ἑκάστος ἀπομαγδαλίας εἰς τὴν χεῖρα, τὸ δὲ δόκοντος ἀγχιόν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, ἐλαβε σιτέμεναι καὶ πρὸς ἑαυτὸν, ὅ μὲν δοκιμάζοντες πλὴν ἐδὲ κρῖνι σιτέμεναι τῇ χερὶ πρὸς αὐτὸν. ἢ ὅτι πεπρωμένον τὸ πτρυμνίον ἐχρῶντο, καὶ μὴ εὐδαιμονοῦντο, & προσδίδοντα τὸ προσδόντα, βλάστην πέντε ἀπομαγδαλίας ἀπὸ τοῖς σιτέμεναι, τὸ δὲ εἰς τὸν ἀποδοκιμαζόντα καὶ ἀπὸ τοῖς σιτέμεναι, καὶ τὸς ὅτι καλεῖται τὸ ἀγχιόν, εἰς ὃ τὸς ἀπο-

μαγδαλίας ἐμβάζοντες, id est, Eum uero qui uellet esse conuiuij particeps, aiunt hunc in modum probare solitos: Vnusquisque conuiuiarum apomagdalias in manum sumptam, veluti calculum tacite coniciebat in vas quod minister gestabat in capite, alius quidem simpliciter probans, alius uero iudicans, vehementer manu premendo. Nam pressa tantumdem valet, quantum calculus perforatus. Quod si uel unam talem compererint, non admittunt ingressum, volentes ut omnes lubentes inter sese contineant. Porro qui hoc modo probatus erat, caddissatum appellabant. Nam caddus dicitur vas in quod coniciebant apomagdalias. Lapsus autem vertit hunc in modum: Qui autem se conuiuij participem fieri uelit, sic probari. Deinde singuli apomagdalias sumentes in manum ministro vas super capite ferente, silentio quasi calculum immittebant, qui reprobareret simpliciter, qui uero approbareret, manu vehementer imprimens. Nam quæ apomagdalia pressa fuerit, perforati calculi vim habet. Quod si quam ex iis minus pressam offenderint, non admittunt ingredientem: quippe qui uelint omnes inuicem incedere congrederi. Qui uero sic reprobatu fuerit caddissatum dicunt. Caddiscus namque vas vocatur, in quod apomagdalias immittunt. Hæc si quis conferat cum his quæ scribit Plutarchus, intelliget Græcum exemplar quod secutus est Lapsus, fuisse diuersum ab eo quod nobis dedit nuper officina Aldi. Ceterum de apomagdaliis quæ ante conuiuium dabantur abstergendis manibus, meminit non nihil & Athenæus libro 9. Item lib. 4. tradit, apud Arcadas fuisse moris, ut a cena sacrificarent, non quidem lotis manibus, sed iure seu ossa absterfis, & quo se absterferet quisque, id secum auferebat: id faciebant ob terrores nocturnos, qui in compitis solent accidere. Sic ille. Et arbitramur sane non inutile remedium aduersus canes in compitis adorientes viatorem. Arbitramur huc respexisse Aristophanem in Equitibus, cum Cleoni obiicit, quod aliis egregiis uiris in exilium actis ipse delicatissimo hordeo abstergeret manus:

Καὶ τὸν μὲν φέρεται τὴν γλῶσσαν ἀπὸ μαγδαλίας, id est,

Atque ille quidem patriam liquit, dum tu abstergeris achilleis.

Interpres addit ordeigenus Achilleum dici, veluti generosius, quo minus mirum est Theologis Achilleum argumentum vocari quod efficax sit ac refutatu difficile.

Ficus post piscem.

Σύκον μετ' ἰχθῦος, ὡς πρὸς μετὰ κρέα.

id est,

A pisce ficum, a carnibus legumina.

Athenæus in Dipnosophilistarum libro tertio meminit huius. Quadrabit ubi dicemus aliis alia congruere. Quemadmodum & vulgo iubent ab esu carnium aponi caseum: ab esu piscium, nuces.

Ficus auibus gratæ.

Σύκα φίλ' ἐνδεσσι, φυτὴν δὲ ἐβλάστη.

id est,

Fici gratæ auibus sunt, quæ plantare recusant.

Carmen heroicum citatur ab Athenæo continenter eodem quo modo diximus loco. Quadrare videtur in voluptarios, ac fugitantes honesti laboris, cum tamen appetant

appetant emolumentum.

Ingredi Iunonium.

Βαδίζεν ἑξῆς ἐμπνευσμένη, id est, *Incedere complicatū
Iunonis sacrum. Extat & hoc apud Athenæum lib.
Dipsosophistarum duodecimo. Dictum apparet in sa-
lustoſum ac lentum quorundam incesſum, quem notat
& Horatius in Sermonibus :*

Vt si Iunonis sacra ferret.

Volentem bouem ducito.

Τὸ δὲ λόντα βλάω ἰλασῶ. id est, Volentem bonum agito.
 Vtere illorum opera, qui ex animo faciunt. Stultitia
 est, venatum ducere inuitas canes, vt ait Plautus. Re-
 fertur ab interprete Theocriti Diximus in prouerbio,
 Præsentem mulc.

Habet.

HABET, proverbialiter dicitur, cum obligit alicui quod expetiunt, aut quo dignus est. Habet quod amet, similes habent labra lactucas. Sumptum autemant ab aucupantibus, piscantibus, aut venantibus: quibus reuerſis sic aiunt, *χρὴς τίς ἐστι*, Habes ne aliquid? Citatur ex Aristophanis *Nebulis* Seneca tragicus in *Agamemnone*: Habet, peractum est. Terentius in *Andria*: Ego met continuo mecum, certe captus est, habet. Donatus ostendit proprie de gladiatoribus dici, quos prius alij vident, quam ipsi se sentiant esse percussos. Ex ea acclamatione natum videtur proverbium.

Hercules hospitatur.

Ἡρακλῆς ἐκὺνιστο, id est, Hercules accipitur. Diffinitum: ubi quis diutius in conuiuio commorari videtur: propterea quod qui receperint Herculem hospitio conuiuioque his multum temporis erat opperendum, donec ille satur esset. Nam famelicum commovere parum erat tutum. Nec facile saturabatur edax, adeo ut legatur solidos etiam boues uno deuorasse conuiuio. Unde Græcis ἄβαστρον dictus est: & huic Lorum auem consecrarunt, & ipsam βατραχίαν. Legitur & certamen inisse cum Lepreo quodam uter cuius bonæ conficeret. Hæc aliaque permulta refert Athenæus lib. 10. de huius edacitate: addens & Thasio cuidam athletæ, cui nomen Theagenes, tū et Miloni Crotomatæ bonæ uno die consecrū fuisse. Tales conuiuia contingant hostibus.

Etiam in deorum cœtu.

Καὶ εἰδὼν ἄγοράς, id est, *Etiā in deorum cœtu, seu concione*. Quidam interpretantur de maiorem in modum probis & equis: quidam de vehementer maledicis. Addunt locum quempiam esse in Eleusine, vicinū Anaëtoro, vocatū εἰδὼν ἄγοράς, in quem non ingrediebantur, nisi bene ominantes: vnde de quopiam præter modum maledico dicebant, ἔτος καὶ εἰδὼν ἄγορά δυσφύμῃσσι, id est, *Hic vel in deorum concione male ominata loquetur*.

Calliphanes.

Kαλλιφάνης, Calliphanes. Ridicula quædam huius hominis ambitio, proverbiali ioco fecit locum. Aiunt enim huic fuisse poetæ morē, ut diversorum carminum & orationum initia conscriberet, ad tres aut quattuor versus, eaq. pronuntiaret ostentaretq. quo commen-

tum ignorantibus, multiscius & eruditus videretur. Meminit huius Athenæus Dipnosophistarum lib. 1. aitq. cognomen fuisse Parabryontis. Neque vero desunt his nostris temporibus id genus impostores literarij, quibus hoc modo studium est, ex summis aliquot diuersæ professionis auctoribus locos aliquot insignes, nec eos admodum vulgatos ediscere. Quibus instructi, non verentur in conciliabulis quenuis quantumlibet eruditum adoriri. Atque illud assequuntur prompte decantandis illis, locis suis, ut imperitis plane Solones esse videantur. Cum quibus tamen Solonibus, si tertium aut quartum congregiare, deum immortalem nihil insantius, nihil indoctius, videlicet thesauris illis semel effusis.

Cauda blandiri.

Κοῦκ' αὐτὸν, id est, Cauda blandiri dicuntur, qui se com-
modi cupiam adulantur. Aristophanes in Equitibus,
Οὐκ ἔστιν αὐτὸν, ὅστις ἐπὶ δεῖπνῳ ἀπὸ πρῶν,
Ἐφ' ἰδὲ ταῖς στήθιν' ἔχει τὴν αἰχμήν, id est,
Qui cauda adludens eum cenam observat, amica,
Te spectante alio, tua edulia deuorat ille.

Pro eodem frequenter usurpat ἀνιμω, quod canum est, auribus, cauda, totoq. corpore blandientium, in Equitibus,

Ἦν' ἔτι λόνι' αἰνέσασθαι με. id est,

Oracula quidem blandiuntur hęc mihi.

item ab animante dictum est, si Græco etymolo-
o credimus. Thos Græcis lupi genus est. Blandiun-
enim & lupi quidam more canum. Thos refert
ninus libro 8. capite 24. de luporum quidem gene-
des quod homini sit amicum animal, An hinc di-
ur & πειν, dubito.

Crater litium.

κρητὴρ κακῶν, id est, Cratera malorum. De re promole-
sta, siue de homine litium auctore. Aristophanes
in Acharnesibus,

Κρατὴρ κακῶν, τριπλῶς φικῶν. *id est,*

Crater malorum, sector litium :

Calumniatorem significans, & quadruplatorem.

Lampon iurat per anserem.

Ἀχιλῶν ὀμνυσὶ τὴν χῶν, id est, Lampon iurat per anserem. Ita loquebantur, ubi quis decipere tentaret iureiurando. Lampon sacrificus quispiam fuit ac vates, & oraculorum auctor. Is solitus est per anserem iurare, tamquam per avem auguralem. Vel quod olim ita instituerat Radamanthus, ne per deorum aliquem iuraretur, sed per canem, anserem, id quod Socrati familiare apud Platonem. Tradunt hoc Lamponem auctorem factum, ut Athenienses coloniam miserint in Sybarim. Adagij meminit Aristoph. in Aulibus, ἀχιλῶν δ' ὀμνυσιν ἰτὶ κῶν τὴν χῶν ὅταν ἔξαπατῇ τις τίς. Lāpon ēt nunc iurat per anserem, ubi quis fallit in aliquo.

Palpo percutere.

PALPO percutere dicitur, qui blanditur, ac spem inanē
verbis iniicit. *Plautus in mercatore, Liberum caput i*
bi faciam, paucos menses. Palpo percutis. Egon' ausim
vsquam quidquam facinus falsum proloqui? Idem ali
bi, Mibi obtrudere non potes palpum. Translatum ab

У и ернфо-

equi sonibus, qui plausu manus blandiuntur equis. *Vergil. 3. Georgicon libro,*

Tum magis atq. magis blandis gaudere magistris
Laudibus, & plausu sonitum cervicis amare.

Horatius in Satyris,

Cui male si palpare, recalcitrat undiq. tutus.

Eximere e manu manubrium.

FIGURA proverbiali dixit *Plautus*, Eximere e manu manubrium, pro eo quod est, iam paranti facere quidpiam, extorquere peragendi facultatem. Locus est in *Aulularia*, Capiο fustem, obrunco gallum, furē manifestarium. Credo ego adēpol illimercedem gallo pollicitos coquos, si id palam fecisset, exemi ex manu manubrium. Translatum ab eo cui iam vibrato gladio percussuro, repente capulus excutitur e manibus.

Alybantis hospitis munera.

Τὰ δῶρα τὰ ἐξ ἀλύβαντος ξένου, ἢ τὰ τῶν ἀλύβαντις ἰταίρων ξένου, id est, Munera *Alybantis* hospitis, aut *Alybantii* amici xenia. *Eustathius* interpretes *Homeri*, putat recte proverbio dici posse, quoties sit ut aliquis falso iacet se magna largitum esse seu verbis duntaxat, non re præstet beneficium. Nam apud *Homerum* ult. *Odysseæ* lib. *V* *Ulysses* ignoto habitu cum *Laerte* patre colloquens, adsimulat se *Alybantium* esse *Aphidantis* opulentissimi viri filium, & quondam *Ulysses* exceptum hospitio, muneribus amplissimis donatum a se dimississe.

Εἰμι γάρ, inquit, ἐξ ἀλύβαντος, ὅτι κλυτὰ δῶμα τὰ νῆαυ
Υἱὸς ἀφείδαντος πολυπημονίδου ἀλκίπυτος.

Αὐταῖς ἐμοὶ γ' ἐνὸς ἐστὶν ἱπέρτης. id est,

Sū ex *Alybantē* oriundus, ubi mihi splendida tellus,

Regis *Aphidantis* proles *Polypomenidai*,

Est mihi nomen *Eperitus*.

Ac paullo superius.

Τὸν μὲν ἐγὼ πρὸς δῶμα τ' ἄγων ἐξείνισα,

Εὐφικίως φιλήων πολλὸν κατὰ οἶκον ἰόντων,

Καὶ οἱ δῶρα πῶρον ξενίᾳ δὴ δῶκεν.

Χρὸς μὲν οἱ δῶν' εὐφικίως ἐπὶ τὰ λαοῦτα,

Δῶκε δ' οἱ κρητῆρα πεναργύρον ἀνέμωσεντα,

Δῶκε δ' οἱ ἀπλοῖδας χαλκῶας, τῶας δὲ τὰ πηκτας.

Τῶας δὲ φαιρα καλὰ, πῶας δ' ἐπὶ τοῖσι χιτῶνας,

Χωρὶς δ' αὐτὴ γυναικῶς ἀνύμωσας, ὅρα ἠδυνῶας

Τῖσ' αἰρας, ἠδ' αἰμας ἄς ἠδ' αἰμας αὐτὸς εἰλάει. id est,

Hunc equidem tecto induxit, accepitq. benigne,

Solliciteq. fovens ex his quæ plurima nostris

Aedibus exuperant, atq. hospita munera deinde

Adieci, tali dare quæ decuisset amico.

Auri calati tribui septena talenta,

Donavi pateram ex solido depictam argento.

Bis senas textu donavi simplice lenas,

Pallia ad hæc totidem adieci, totidemq. subuclas,

Insuper ancillas nitidas, atque arte manuque

Quattuor egregias, sibi quas delegerat ipse.

Fungus.

PLAUTVS in *Bacchidibus*, fungum dixit pro stupido impēseq. credulo. Vel quia fungus per se insipida quæpiam res est, vel quod mollis ac fragilis, vel quod subito prorumpat. *Plautina* verba sunt hæc: Aideon me

fuisse fungum, ut qui illi crederem? Idem in eadem fabula. Quicumq. ubi ubi sunt, qui fuere, quiq. futuri sunt posthac stulti, stolidi, fatui, fungi, Bardi, buccones, blenni, solus ego omnes antecō stultitia.

Eurycles.

Εὐρύκλεις, *Eurycles* vulgato cognomine dicebatur, qui de se suisq. incommodis aliquid diuinaret. Nam hoc nomine vates fuit quispiam ἰτασεῖονος cognominatus, hinc ni fallimur, quod ex astris vera prædiceret, πῶς καὶ τὸ ἰταίειον. Meminit & *Suidas*, quamquam apud hunc ἰτασεῖονος scriptum est, id est, diuinus siue ventriloquus. Refertur in collectaneis adagionum *Plutarcho* inscriptis. Vsurpatur autem a *Platone* in *Sophista*. Taxans enim eos qui perplexis & absurdis rationibus produnt suam ineptiam addit, ἐκ ἀλλῶν δόντα τῶν ἐξελγόντων, ἀλλὰ τὸ λεγόμενον οἰκοῦσα τὸ παλιμῶν καὶ ὡς τι σάμαρον ἔχοντες ἐπὶ τὸς ὑποφύγγονας ὥστε τὴν ἀπὸ πονήρου κλῆα ποριζέμεντες αἰὶ πρὸς δόντα. id est, Nō opus est aliis a quibus redarguantur, sed domi, quod dici solet, habent hostem qui contradicat, intus submurmurantem tamquam absurdum illum *Euryclem* circumferentes semper incedunt.

Si quis iuxta ciuitatem clipeus.

Εἴ τις πρὸς πόλιν ὤγεις, id est, Si quis circum urbē clipeus. Hoc scommatis iaciebant in eos qui sparsim ac dissoluite ciuitatem obirent palantes. Refertur in *Plutarchi* collectaneis, nec explicatur.

Rupta ancora.

Κεῖς δ' ἐκ ἀκίτης, id est, Rupta crada. Dicebatur de his qui repente tamquam magnum quiddam facturi prodissent: deinde falsa omnium expectatione turpiter et indecore se gessissent in negotio. Translatum a tragediarum histrionibus, qui si quando numen inducendū est, derepente machinis quibusdam sublati, in summa scena apparere consueverunt, veluti in aere pendent, hamo quopiam a tergo in cingulum adfixo suspēsi. Nam his non numquam eueniebat, ut forte fortuna rupta ancora qua sustinebantur, deciderent, non sine magno spectatorum risu, suoq. tum malo, tum dedecore. Porro crada hoc loco non ficulnum ramum indicat, quemadmodum alias: sed uncum illud æs, quo uinēti tenebantur actores in machina. *Julius Pollux* li. 4. cap. 19. docet κεῖς δ' αὖ, appellari solitum in comædia, quod in tragædiis dicebatur μηχανή. Fuisse vero non dissimile ficui, siquidem Attici ficum arborem κεῖς δ' αὖ vocant. Quamquam quarumlibet arborum rami non numquam crada dicuntur.

Suam quisque homo rem meminit.

PLAUTVS in *Mercatore*, Suam quisq. homo rem meminit. Sententia proverbialis, notans communem hominum morem, qui in alieno negotio dormitant, in suo quisque & vigilat & attentus est. Vnde recte monet apud *Gellium Ennius*,

Hoc tibi sit argumentū semper in promptu situm,

Ne quid expectes amicos, facere quod pte queas.

In eandem sententiam exstat bellissimus *Aesopi* apolo-
gus de Cassita auicula: quæ negauit ullum esse periculū, donec res alienis manibus esset cōmissa. Adlusit ad proverbium

proverbium Plautus in *Pænulo*, Ita ne tentas an sciamus nos meminisse nostra? Eodem adlulit Terentius in *Thormione*, At si talentum rem reliquisset decem, &c. Quidquid cordi est, facile meminimus, & plerumq. obliuionis mater est negligentia.

In vtrumuis dormire oculum.

PLAVTVS in *Pseudolo*, De isthac re in oculum vtrumuis conquiescito. Sensem habet eundem cum eo quod superius retulimus, In vtrumuis dormire aures. Captatus est autem a Comico iocus ex novatione verborum. Proinde consequitur illico: Oculum vtrum, an ne in aurem? Et respondet novator, At hoc peruiulgatum est nimis. Notatur interim commune hominis studium in huiusmodi dictis subinde nouandis.

Corinthiis non indignatur Ilium.

Κορινθίους δ' ὁ μέμψεται τὸ ἴλιον.

id est,

Incusat haudquaquam Ilium Corinthios.

Hoc carmine clam exprobramus ignauiam alicui, qui ita se gesserit, ut hostes nihil habeant, quod illi magnopere indigentur. Est autem carmen Simonidis, quod velut in contumeliam suam scriptum iniquo animo tulisse Corinthios scripsit Aristoteles libro *Rhet.* 1. quod in bello Troiano, non admodum egregiam operam nauasse viderentur. Potest & hic detorqueri, veluti si quis ita insulse scripsisset aduersus bonas litteras, ut eas sua infantia commendasset potius quam infamasset, Κορινθίους, &c. Plutarchus in vita Dionis aliquando diuersis interpretatur adagium, ἁρὰν ὡς ὁ σιμωνίδης τῆς τῶν ὁσίων συνικίων, τοῖς Κορινθίοις δ' ἀμνησθῆναι τὸ ἴλιον, ἐπιστραφύσασθαι μὲν τὰ ἄχαιων, ὅτι κακίους οἱ πόλι γλαυκὸν ἐξ ἀρχῆς Κορινθίοι μεγάλους σωματάρχων προέμωσαν, id est, Sane quemadmodum inquit Simonides Sofse Senecio Corinthiis non indignatur Ilium, quod una cum Achiuorum copiis venissent ad bellum, propterea quod illis quoq. promptis animis fuissent auxilio, Glauci comites, & ipsi e Corinthiis oriundi. Ex his Plutarchi verbis liquet illud sentire proverbium, leuius offendi oportere, si quando laeserint qui quondam sint benemeriti, sed presentem offensam superioribus officiis condonare.

Maras.

Μάρας, id est, Maras. Hoc nomine ferunt fuisse quempiam apud Beræam Syriæ ciuitatem, ditissimum quidem illum, verum nihilominus humanum & officiosum in omnes tum ciues, tum hospites. Vnde vulgo receptum, ut id vocabuli tribueretur viris, qui ad multorum utilitatem nati viderentur. De hoc longiuscula narratur fabula in Græcorum collectaneis, sed nobis sat visum est attigisse, ne male collocaremus operam. Nam proverbium adulterium & suppositum esse videtur.

A Nannaco.

Ἀπὸ νάννης, id est, A Nannaco. Cum significamus rem ab extrema usque antiquitate repetitam. Nannacus rex ante Deucalionem fuisse narratur, qui diluuium futurum præviderit. De quo mentionem fecimus & alibi. Meminit huius & Stephanus in dictione ἰκόνιος, referens alterum ab eodem ortum proverbium, ἰκόνιος καὶ κλάω, id est, Sub Cannaeo flere. Etiam si in Ste-

phano pro καὶ νάννης legimus αἰνάννης. Latini consimili figura dicunt, Ab Aboriginum sæculo repetita, & perinde quasi cum Euandri matre loquaris. Non discerepat ab hoc illud, περιβύτης καὶ πόρ, καὶ ἀρχαῖον & διέδοκτο λέγειν, id est, Antiquior Codro, & antiquiora diphthera loqueris.

Asinus ad tibiam.

ὄνος πρὸς τὴν ἀλὴν, id est, Asinus ad tibiam. Dicendum ubi quis ea quæ scite dicuntur, nec animaduertit, nec intelligit, nec laudat. Sunt enim animantia quedam, quibus non nullis musices sensus inesse videtur: ut equis, auibus, serpentibus. Asinum nihil mouet cantus. Germanum est illi, ὄνος πρὸς λυγρὰ, id est, Asinus ad lyram.

Orestli pallium texere.

Ὀρέστῃ χαλῶνα ὑφαίνει.

id est,

Orestli texere lanam,

Dicebatur qui munus pararet abusu. Nam Orestes per insaniam vestes dilacerabat. Est hemistichium heroici carminis excerptum ex Aristoph. in *Auibis*, Εἶτα δ' Ὀρέστῃ χαλῶνα ὑφαίνει, ἵνα μὴ ῥυθὼν ἀποδύνη. Postea Orestli texere lanam, ut ne horridulus spoliaret quem.

Scholium admonet Orestem λαποδύτην quempiam simulando insaniam in tenebris aggredi solere homines, eosq. vestitu spoliare. Vnde non inepte dicitur, ubi quis admonet dandum aliquid homini furaci ne rapiat. Adagium non est natum ex Aristophane, sed ab illo est affectatum. Nam hac periphrasi notat hyemem.

Pandeletias sententias.

Πανδελίτις γνώμας, id est, Pandeletiam sententiam, appellat in deterioribus Cratinus, ut citant, morosam ac molestam. A Pandeletio quopiam sycophanta, ex eorum genere, qui quo quæstum faciant, dicas impingunt grandes, ut ait Phormio Terentianus, & simili studio ferunt suffragia.

Sibylla viuacior.

SIBYLLAE viuacitas proverbio locum fecit. Propertius Elegiarum libro secundo,

At me non atas mutauit tota Sibyllæ.

Sibylla ætatem pro quantumvis longa posuit. Hanc Vergilius. *Æneid.* lib. longævam sacerdotem vocat. Et Serrius eum enarrans locum, adscribit Apollinem amore Sibyllæ captum, ei poscendi quod vellet arbitrium dedisse, illam haustis arenis, tantum poposcisse vitæ. Id Apollo fieri posse respondit, si Erythræam insulam relinqueret, numquam eam reuisura. Venit itaque Cumas, ubi corporis viribus defecta, in sola voce vitam retinuit. Quod ubi cognovissent illius ciues, incertum invidia, an commiseratione, epistolam ad eam miserunt, creta antiquo more signatam. At illa visa terra patria, in mortem resoluta est. Ita vati suæ verba dedit Phæbus.

E flamma cibum petere.

TERENTIUS in Eunuchio dixit in parasitū, eiusmodi esse, ut vel e flamma cibum peteret, hoc est, quidvis
V u 2 cibi

cibi caussa passurum, facturusq. Explicat prouerbum
Catullus in epigrammatis,
Bononiensis Rusa Rusulum fellat,
Vxor Meneni, saepe quam in sepulcretis
Vidistis ipso carpere e rogo cenam,
Cum deuolutum ex igne,prosequens panem
A semiraso tonderetur vltore.

Reddidit Harpocratem.

CATULLVS in Epigrammatis prouerbiali specie di-
xit, Reddidit Harpocratem, pro eo quod est, imposuit
silentium. Carmen est huiusmodi,
Gellius audierat patrum obiurgare solere
Si quis delicias diceret aut faceret.
Hoc ne ipsi accideret, patrum perdespuit ipsam
Vxorem, & patrum reddidit Harpocratem.
Quod voluit fecit: nam quamuis irrumet ipsum
Nunc patrum, verbum non faciet patrum.
Harpocrates deus ita apud veteres fingeatur, vt di-
gitio admoto ori, silentium indiceret, qualis & apud
Romanos dea Angerona.

Qui probus Atheniensis.

PLATO libro De legibus primo refert prouerbum,
τὸ πρὸ πολλοῦ λεγόμενον, ὅς ἐστι ἀθηνάων ἐστὶν ἀρετῇ
δικαίον τῶν ἡσυχίᾳ τοῖς τοῖς, δοκῶ ἀλυσίαντα λέγειν. id est,
Et quod vulgo dicitur, ex Atheniensibus qui probi sint,
eos egregie probos esse, verissime dictum videtur. Sen-
tit autem Plato, in male instituta, maleq. morata Re-
publica qui boni sint, eos natura & insignite bonos ef-
se. Quippe qui neque fingere putandi sunt probitatem
nimirum inter improbos, quibus morum similitudine
poterant etiam commendari: neque corrumpi queant
deprauatis aliorum moribus, & vitiorum contagio.
Simili argumento Simo Terentianus colligit probita-
tem filij sui. Despecti potest ad vitam aulicam, aut stu-
dij genus ad perniciem inuitans.

Digna Cedro.

DIGNA Cedro dicuntur, quæ promerentur immortali-
tatem, & eiusmodi indicantur, vt posteritati consecra-
ri debeant. Horatius in Arte poetica,
-Speramus carmina fingi
Posse linenda cedro. Persius item,
-Et cedro digna locutus.

Sumptum ab arboris natura, cuius succo quæ sunt illi-
ta, non sentiunt cariem. Nam hac arte Numæ libros,
cum essent cartacei, durasse ad annos quingentos tri-
ginta quinque, terræ infossos, narrat Plinius libro 13.
cap. 13. Idem lib. 16. cedrum inter æternas materias
commemorat. Dioscorides ait maxime probari succū
huius arboris, crassum, pellucidum, & odore vehemen-
tiore, quique non defluit, sed guttis concrefcit manetq.
Vim habet diuersam, viua corpora corrumpit, mortua
seruat incorrupta. Vnde a non nullis dictam esse tra-
dunt, νεκρὸς ζωὴν, id est, Cadaueris vitam. Eodem per-
tinet illud,

Nec scombros metuentia carmina, nec thus.

Item Martialis,

Nē nigram cito raptus in culinam,
Cordylas madida regas papyro.

Et Horatius,

Aut sugias Vticam, aut vnctus mitteris Ilerdam.
Telemachi olla.

Τηλέμαχος χύτρα, id est, Telemachi olla. Meminit huius
adagionis Athenæus lib. 9. tradens Telemachium A-
charnensem fuisse quempiam, qui plerumq. vicitur
fabris. Vnde conicere licet in sordidos dici consueisse.

Alia res sceptrum, alia plectrum.

HAVD omnino contenderimus esse prouerbum, sed ta-
men ipse sermonis habitus colorq. adeo similis est pro-
verbio, vt vix similior sit ficus ficui, quod Stratonicus
citharædus regi Ptolomæo respondit, pertinacius se-
cum arte canendi disputanti, ἵταρον ἴσιν ὁ βασιλεὺς καὶ
πρην, ἵταρον δὲ πλεκτρον, id est, Alia res est, o rex, sce-
ptrum, alia vero plectrum. Locus erit vtendi, quoties
diues ac potens, fortuna sua fretus, velut ex æquo di-
sputat cum erudito, cum multo aliud sit diuitem aut
fortunatum esse, aliud litteratum.

Quæ dolent, ea molestum est
contingere.

AMPHIS in Ampelurgo apud Stobæum,

Εν οἷς αὖ ἀτυχῆσαι ἀνέροισι τοποῖς,

Ηκιστα τῆς τοῖς πλησιάζον ἡδύται.

id est,

In quibus homo est non admodum felix locis,

Minime suaue est admoere ad hæc manum.

Vnusquisq. inuitus audit sua incommoda, maxime ea
quæ sint cum aliqua infamia coniuncta. Veluti turpi-
tudine generis, vitij formæ: proinde ciuitatis est,
nemini suum refricare vulnus, nec vlcus tangere.

Aurum igni probatum.

Οὐ χρὸς τῷ πυρὶ δοκιμαθῆναι, id est, Aurum igni probatum
dicitur is cuius fides rebus aduersis explorata specta-
taq. est. Utitur hac similitudine M. Tullius in episto-
lis familiaribus libro nono. Pindarus item in nemeis
hymno quarto, Οὐ χρὸς ἰψόμβρος αὐτῷς ἰδύειν ἀπα-
σας. id est, Aurum coctum omnem nitorem osten-
dit. Rursum in Pythiis hymno decimo, πειρῶντι δὲ χρυ-
σὸς ὁ βασιλεὺς περὶ πᾶσι καὶ νόος ὁρθός. id est, Experienti
vero aurum in indice relucet & mens recta. Theo-
gnis,

Εὐρήσεις δὲ με πᾶσιν ἐπ' ὄμμασιν, ὅσῳ ἀπεφθόν

Χρυσὸν ὁ χρυσοῦν ἰδύειν, τριβόμβρον βασιλεὺς. id est,

Omnibus in rebus me comperies velut aurum

Purum, dulce rubens, indice cum atteritur.

Idem alibi,

Εἰς βάσανον δ' ἱγλάν παρατριβόμβρος τι μολεῖσθαι

Χρυσὸς ἀπεφθός ἰδύειν, καλὸς ἀπὸς αὖ ἴση. id est,

Venit vbi ad cotem, & confertur in indice plumbo.

Purum aurum cum sit, totum erit egregium.

Est autem illud auro non citra miraculum peculiare,
vt igni non solum nō fiat deterius, sed magis ac magis
enitescat, Itidem is, qui vere bonus est, obiectus malo-
rum procellis, illustrat animi virtutē, non amittit. Plu-
tarchus lib. 33. scribit ob eā præcipue causam aurum om-
nibus metallis prælatum, quod vni verū nihil igni depe-
reat, tuto etiā in incendiis durare materia. Quinimmo,
quo sapius arserit, hoc magis proficiat ad bonitatem.
Idq.

Idq. argumentum esse probi auri, si similiter rubeat, ut ignis, atque ipsum obrizum appellant.

Lunam detrahere.

Τὴν σελάνην κατὰ πῶς, id est, Lunam detrahit. Consuevit dici de eo, cui res vehementer aduersa viderentur. Interpretes Apollonij in librum quartum, natum autumat ab Agloanice Hegemonis filia, quæ cum ob astrologiæ peritiâ, lunæ defectus præsciret, iactabat sese lunam e celo deducturum in terras. Eam vocem tam arrogantem audiuit Nemesis, moxq. pœnas sumpsit. Atque hinc prouerbij origo.

Leonis vestigia quæris.

Τὸ λείοντος χυλῆς, id est, Leonis vestigia quæris. Distertum in eum, qui verbis serox esset, re timidus. Ductum ab apologo quopiam Aesopico, quo narrant venatorem quendam pastorem obuium rogasse, nuncubi leonem uidisset, ut eum sibi commostraret. Atque eum respondisse: Equidem tibi leonis vestigia mox ostendero: neque enim procul absunt. Tum ille satis est, inquit, neque enim ultra quidquam requiro. Conuenit cum eo, quod alio positum est loco, ἀρχὴ παρ' ἐσθ' τὸ χυλῆς, id est, Cum versus adsit, vestigia quæris.

Non vna vehit nauis.

Ὁ μὴ νῆες ἄγει, id est, Non vna vehit nauis. Prouerbij personam ante se gerit. Quo conueniet vii, quoties maiorem hominum multitudinem significamus, quam ut eos una nauis possit capere. Veluti si quis dicat, τοὺς ἄτακτους οὐ μὴ νῆες ἄγει, id est, Indoctos non vna nauis vehit. Est autem apud Theognidem,

Τὲς δ' ἔχ' ἰσθμὸς δις πῶς, ἔδ' ὡς πᾶντας
ταῖς Ἀνδρῶν, οὐς νῆες μὴ μὴ πᾶντας ἄγει. id est,
Hos non inuenies homines scrutatus & inter
Omnes, quos sane non vehit una ratis.

Horna messis.

PLAUTVS in Mostellaria, hornam messem prouerbiali figura dixit, pro maximo emolumento, quasi, tantum lucri, quantum eo anno sit prouenturum in agris. Comici verba sunt hæc,

Iâ pridē me Castor frigida nō lauī magis lubenter,
Nec unde me melius mea Scapha rerēs edificatū.
Hæc dicuntur a persona puella. Tum lena, optans ut ex eius forma, quam plurimum commodi capiatur, Euentus, inquit, omnibus velut hornas messis suat. Id puella quippe simplex, quid sibi vellet, non satis intelligens. Quid, inquit, ea messis attinet ad meam lationem? Huic figuræ confine est illud eiusdem in Curculione, Vindemia hæc huic anni non satis est soli: significat adeo bibacem, ut vniuersum vinum, quod eo sit prouenturum anno, parum sit illius siti.

Glaucus comeſa herba habitat in mari.

Ἰαυκὸς φάγων πῶς οἰκί' ἐν θαλάσσῃ, id est, Glaucus comeſa herba habitat in mari. Dictum apparet per iocum de iis, qui cum perierint, tamen vulgo creduntur viuere. De Glaucō Græci fabulam adferunt huiusmodi. Glaucus quisspiam fuit Anthedonius piscator, natum di peritiâ longe omnium primus. Is quo magis esset

miraculo, commentus est impossuam huiusmodi. Enatabat e portu spectantibus Anthedonis, donec iam extra prospectum esset, Ibi reuersus in terram secessit in locum aliquem semotum, atque in eo dies complures commorabatur. Deinde cum videretur, redibat nans in portum, spectantibus iis qui stabant in litore. Mirantibus autem amicis ac sciscitantibus, ubi nam gentium tam diu commoratus esset, adsimulabat marinis fluctibus interim versatum esse sese. Auxit miraculum altero commento. Hybernīs mensibus, cū ceteri piscatores nihil piscium capere possent, ille ciues rogabat, quosnam pisces adduci vellent. Quosq. iussissent, aduehebat, videlicet iam ante paratos in hunc usum, atque alibi conclusos. Euenit tandem ut hic impostor a bellua quadam marina deuoraretur. Isq. fuit eius comædiæ finis. Porro cum non rediret ex more, populari fama iactatum est, Glaucum gustata herba factum immortalem, & in mari vitam agere. Interpretes Apollonij poetæ consimilia tradit de Glaucō, piscatorem fuisse, qui cum aliquando multitudine piscium quos ceperat, defatigatus esset, onus in media abiicit via. Ibi vero res accidit mira dictū unus e piscibus iam moriens gustata herba reuixit. Id Glaucus obseruans, eadem herba comeſa, immortalis est redditus. Tandem tadio vitæ semet abiicit in mare. Sunt qui prodant eum versum in deum marinum, sunt qui in piscem: de quo complura tradidit Athenus libro 7. apud quē alicubi citatur Alexis ἐν ἀπυλαυκωμῶν. Quod si reliquas fabulas Græculorum de Glaucō cupis cognoscere, lege septimum Atheni librum, qui vsque ad nauseam vomitumq. garrit de Glaucō pisce, de Glaucō damone, sed non licet tantum nugarum hic repetere. Hæc commentum animo pæne reclamante adscripsimus; subolet enim Græcum scriptorem, quisquis is fuit, in hoc finxisse prouerbium, quo fabulam hanc liceret commemorare. Maluimus tamen hoc opere ludere, quam quibusdam parum eruditis ansam calumniandi præbere, quod præterierimus id quod in excusis etiam Græcorum commentariis habeatur.

Pergræcari.

S1. apud Græcos proueria sunt καλὸν δὶόν, λισθῆναι, κερταῖς, id genus alia complura, quid est quo minus habeatur adagium apud Latinos, quod in Mostellaria dixit Plautus, Pergræcari, pro eo quod est, genialem agere vitam? Nam quid sit Pergræcari, ipsa Plauti verba satis indicant.

Dies, inquit, noctesq. bibite, pergræcamini.

Amicas emite, liberate, pascite.

Parasitos, obsonate pollucibiliter.

Hactenus ille. Marc. Tullius in Verrem actione tertia: Fit sermo inter eos & inuitatio ut Græco more biberetur. Græcorum gens male audit passim apud poetas Latinos, & item apud Ciceronem, non solum quasi voluptatibus addicta, & effeminata delictis, verum etiam quasi lubrica fide. Sive quod olim Romanis adhuc rudibus, & antiquam illam obtinentibus seueritatem, Græcorum elegatia luxur videbatur. Sive quod studiorum emulatio, ac mutuum odium in causa fuit, ut eiusmodi probra de Græcis conscriberent. Sive quod vere Græcorum non nulli tales fuerunt, quales eos depingit Iuuenalis, id quod non inficiatur

V d 3 ciatur

ciatur & Lucianus in libro de mercede seruientibus, ut ex illis gentem omnem aestimauerint.

Conosartoxya.

Κόνος ἀρτοξύα, id est, Conos artoxya. De similibus & inter sese respondentibus. quidam cruditi putant Conon pistorium esse instrumentum, non dissimile Artoxya, quod panarium scalprum videtur significare. Ceterum ex his quae mox sequuntur apud Suidam, apparet Conos munuscula quispian fuisse, quae pueris dono darentur apta aetati, cuiusmodi sunt armillae. Prom de vide, ne competat in eos qui vili leuiq. munusculo compensant operam alicuius.

Ne ligula quidem dignus.

Κερδύλας δὲ καὶ ἄξιος, id est, Ne ligula quidem dignus, dicebatur homo nequam, & nullius precij. Quod prouerbij durat etiam hodiernis diebus apud Latinos vulgo iactatum. Tametsi magis arbitramur piscis cordule vilitatem prouerbio fecisse locum. Is est pelamis, nisi quod minor, ut testis est Plinius libro trigesimo secundo, capite undecimo. Cordylarum vilitatem ostendit & Martialis libro undecimo,

Prima tibi dabitur veniri lactuca mouendo.

Vtilis & porris fila refecta suis.

Mox vetus & tenui maior cordyla lacerto,

Sed quae cum ruta frondibus oua regat.

Mox poeta preciosa memorat, ut fallat sodalem,

Mentiar ut venias, pisces, conchyliis, sumen,

Et cortis saturas atque paludis aues.

Iuxta nauem.

Κατὰ ναυὶν, id est, Iuxta nauem dicuntur, quae digesta sunt ordine, quaeq. quadrant ac congruunt, propterea quod instrumenta nauium suo quaeq. loco reponi soleant. Addubitamus quidem num in his verbis sit prouerbium quae adscribuntur, κατὰ ναυὶν ἀρμυρία, id est, Iuxta nauem carbasa. Neque enim omni nauigio quauis vela congruunt.

Iuxta cubitum profecit.

Κατὰ πῶχον ἰπεδίδε, id est, Iuxta cubitum profecit. De eo dicebatur, qui promotus esset ad meliora: siue cum quis ordine legitimo progreditur: siue cum magnis proficit accessionibus. Cubitus enim & modum significat, ut intelligas nihil transfiliendum, & modum grandiusculum, ut accipias incrementum amplius. Nam minuta latis digitis, aut palmorum porrectu metiri consueuimus.

De tuo capite aguntur comitia.

PROVERBIALI figura dixit Plautus in Aulularia, Ibo intro, ubi de capite meo sunt comitia.

Deliberabatur enim, ducturus ne esset puellam, nec ne quam amabat. Sumptum est a comitis Romanorum, in quibus populi suffragiis noui magistratus creabantur. Itaque cum statuitur de re quapiam a qua pendeat felicitas alicuius, tum de capite illius fieri comitia recte dicentur.

Vsque ad rauim.

QUOMADMODUM Graci dicunt, ἄχρι κίρκης, id est,

usque ad satietatem, ita Plautus, & quidem lepidius dixit, usque ad rauim, pro eo quod est, improbe, sepius, clamose, adeo ut vox etiam toties vociferanti rauce-scat. Est in Aulularia ad hunc modum,

Huccine detrusisti me ad senem parcissimum,
Vbi si quid poscamus, ad rauim poscamus prius
Quam quidquam deur.

Cereri sacrificant.

ITEM quemadmodum Graci dicunt ἐς τὴν βύζον, id est, Lari sacrificat, ita Plautus propemodum indicat apud Latinos dici solere, Cereri sacrificant, si quando in conuiuium vinum deesset, propterea quod in huius sacris nefas esset inferre vinum, sicut apud Gracos in quarundam dearum sacrificiis, ut ostendimus in prouerbio καὶ ἐλπίδα. Locus est in Aulularia, his ferme verbis, Cererim mi Strobile hi sunt facturi nuptias? Qui? Quia temeti nihil adlatum intelligo.

Inutilior Blace.

Βλακίς ἀχρηστέρος, id est, Blace inutilior, aut nequior. In hominem nihili, nulliusq. bonae frugis dicebatur. Sumptum a pisce usque adeo vili, insipido ac male olenti, ut a canibus quoque fastidiatur. Est autem piscis non dissimilis Siluro: si quid credimus Gracarum etymologiarum farragini. Numquam enim audiuius canes esse piscium auidos. Et si silurus is est, quem vulgus appellat Sturionem, hic inter pisces vel primas tenet, Adde locum esse iuxta Cumas, palustrem opinamur ac sterilem, cui nomen Blacia, unde suspicatur ortum prouerbium. Hesychius & piscem pro blace blaciam vocat. Adicit, in Alexandria tributum esse dictum βλακικόν, quod illic pendunt astrologi, eo quod blaces, hoc est, fatui ad illos commcent, petentes ex astris oracula. Illud constat, etiam homines stupidos, ignauos, molles & insipidos dici βλακῆες, unde βλακικῶς, molliter et ignauiter agere, & βλακικῶς pro stulte & insulse. Apparet ab hac uoce Latinos dixisse Flaccos, & flaccidos, & flaccescere. ἀλλὰ ποῦ βλακὶς ἄλλος.

Αἰτίτητος.

Αἰτίτητος, vulgo dicebatur, qui per vim raperet aliena. Natum ex euentu huiusmodi. Temporibus Aetolici belli, tanta frumentaria rei penuria incidit Atheniensibus, ut pauperes coacti fame captiuorum farinam diriperent, inde vox traduci cepit ad hominem quocumq. modo sceleratum. Plutarchus in commentario de curiositate, diuersam huius nominis originem reddit. Nempe cum Athenis fame vehementer laboraretur, & hi qui iussi fuerant, frumentum non efferrerent in publicum, sed domi clanculum molerent ac noctu, curiosi quidam obambulantes obseruato malorum strepitu, eos prodiderunt: atq. hi quidem Aliterij dicti sunt, quemadmodum & sycophantae. Verum ab hoc commento diuersa memorat in Problematibus, volēs Aliterium a fugiendo dictum. Nam Gracis αἰεὶς τὸν τρύφον, significat, molo & fugio: eoq. vocabulo scribit notatum eum qui tanta fuisset improbitatis, ut quisquis eum effugere valuisset, is felix haberetur. Aristophanes in Equitibus, Aliterios appellat eos qui violant templum Palladis: ἐκ τῆς αἰτιότητος τοῦ φημί τὸν θεῶν, id est, Aio te esse de numero Aliteriorum, qui

qui deæ arcem inuaserunt. Interpres multa recensens hoc quoque commemorat. Cylon quidam per tyrannidem occupauit arcem, ac deprehensus est spoliare templum Mineræ. At ipse quidem effugit nactus oportunitatem, ceterum illius amicos qui ad aram deæ confugerant, inde retractos occiderunt Athenienses. Unde qui violassent supplices, ἀλιτῆρες dicebantur. Etenim qui violatæ deæ templo supplices interfecerat, postea supplicio capitis affecti sunt. Deniq. & Ceres dicta est ἀλιτῆρα, & Iupiter ἀλιτῆρας, quod in publica fame seruassent molitores ne farina diriperetur. Quin et illud admonent, ἀλιτῆρες dici, qui frustrantur spe sua, nec perficiunt quod tentarunt. Ambiguitas hinc est, quod ἀλῖς duo significat, molo & aberro: unde & ἀλῖς erro. Porro ut ἀλιτῆρας usurpatur pro sacrilego & impio, ita ἀλιτῆρας dicuntur qui sacrilegium committunt.

Piscis nequam est, nisi recens.

PISCIS nequam est, nisi recens, manet in hunc usque diem vulgo celebre. Dicitur autem peculiariter in hospitem, aut vulgarem amicum, qui primo quidem aduentu non ingratus est, ceterum ante triduum exactū putet. Plautus, Quasi piscis itidem est amator lenæ, nequam est, nisi recens. Locatur apud Alexidem qui spiam citante Athenæo, quod cum non nulli frugaliores abstinerent ab iis quibus esset anima, ipse nihil huiusmodi attulisset, nempe mercatus pisces mortuos. At hodie qui vendunt, tremore manus assimulant viuere, ante biduum mortuos.

Nihil homini amico est opportunum amicus.

GRATISSIMUM est officium quod præstatur in tempore. Contra intempestiuum officium, plerumq. molestum esse solet. Plautus,

Nihil homini amico opportuno amicus.

E diuerso nihil differt ab inimicitia, intempestiua beneuolentia.

Asinum in rupes protrudere.

PROVERBIVM olet, quod scibit Horatius in Epistolis,

Qui male parentem in rupes protrusit asellum.

Quadrabit in quosdam peruerso natos ingenio, qui cum ipsi non sapiant, nolint tamen bene consulentium monitis obtemperare. Hi sunt etiam ultro quo tendunt impellendi, ut vel malo docti tandem agnoscant stultitiam suam. Natum est a rustico quopiam, qui cum asinum suum per Alpes niuibis obtektas duceret, isq. fræno non obediret, iratus in rupes protrusit:

Et merito, quis enim inuitum seruare labores?

Videris mihi labda.

Δεικνὺς δὲ μοι καὶ λάβδα κατὰ τὰς λισβίδας, id est, Mihi videre & labda iuxta Lesbios, fellatricem indicat velut enigmatæ primæ litteræ, quæ communis Lesbii, & vitio quod ei tribuitur genti, quemadmodum indicauimus alibi. Sumptum ex Aristophanis Concionatricibus.

Postica fanna.

PARSIVS posticam fannam, prouerbialiter appellat

clanculariam irrisionem, a gestu ridentium aliquem a tergo,

-Postica occurrere fannæ.

Idem,

O Iane a tergo quem nulla ciconia pinsit,

Nec manus auriculas imitata est mobilis albas,

Nec lingua tantum sitiat canis Appula quantum.

Nā huiusmodi gestibus ab occipitio derident quidam.

Coruus serpentem.

Κόρυξ ἔρπον, id est, Coruus serpentem, ubi quis suo ipsius inuento perit. Sumptum ex Apologo quodam Aesopi. Coruus esuriens serpentem in aprico dormientem conspicatus rapuit, a quo morsus periit. Cognatum ei quod alias retulimus, κόρυξ ἔρπον, id est, Cornix scorpionum. Torquere licebit & in hominem ob edacitatem periclitantem: veluti Diogenes Cynicus, comeso polypo crudo periit.

Cænei hasta.

Τὸ καυτιὸς δόρυ, id est, Cænei hasta. Cæneus Elati filius, Lapitharum rex prius fuerat elegans puella, e puella conuersus est in uirum, adnuente Neptuno quem ad coitum admiserat. Cui illud etiam donatum est, ne saucius ullis vulneribus fieri, ferroque occumbere posset, quemadmodum refert Ouidius 12. Transformationum libro. Ferunt hunc certasse cum Apolline. Præterea morem huic fuisse, ut qui ad sese venirent, iuberet per suam hastam iurare, unde prouerbiū arreptum, ut indicat enarrator Apollonij in Argonauticon primum librum. Quem locum adducit Eustatbius in primum Iliados librum. Is addit illum cum esset etatis suæ hominum præstantissimus, fixo in medio foro iaculo, præcepisse diis, ut numerarent, qua ferocia offensus Iupiter pœnas de illo sumpsit. Cum enim bellum gereret cum Lapithis, essetq. inuulnerabilis, hoc pacto deuicit hominem. Lapthæ quercus & abietes in eum iaculantes deiecerunt illum in terram.

Pepones.

Πέπωνες, id est, Pepones, prouerbiali conuicio dicuntur homines molles & effeminati, parumq. viri. Homerus Iliados 8.

Ω πέπωνες, καὶ ἰλίγχι, ἀχαιῖδες, καὶ ἰτ' ἀχαιῖνι.

O pepones, mala probra, Achii, nō enim Achiiui. Eustatbius in septimum huius operis librum, ostendit similitudinem sumptam ab eo fructu, qui simulatq. maturuit, dulcis quidem est, verum flaccidus & inutilis. Quamquam eadem vox aliquoties non conuiciantis est, sed blandius & amicus appellantis, veluti Iliados 2.

Ω πέπον ὦ μενέλαε.

-O pepon o Menelae.

Πυθαγόρου δούλος.

GRAECI prouerbiali conuicio sordidos & impendio parcos, ἐυπακονδύλας appellant, ducto cognomine ab iis quibus sordes in unguibus insident, nec tantillum sumptus facere volunt, ut tonfori dēt nummulum, qui repurget ungues. Nam ἐυπακ proprie sordes eas significat, quæ in summis unguibus manuum ac digitorum colliguntur, & κύνδυλος articulum digitorum. Iul.

Vn

4

Pollux

Pollux libro 6. cap. 4. eosdem vocat τεργολίς, quasi fece viuentes. Quidam adagium sic efferunt, ἀχόμα αὐτὰ πρὸς ἑπὶ, id est, Molestę sunt mihi illius sordes. Latini item immoderatam parsimoniam, hoc est, vitium luxui contrarium, sordes appellant: hominem ei vitio obnoxium, sordidum.

Iuuenari.

IVVENARI dixit Horatius, tum noue, tum prouerbialiter, in Arte poetica. Græci item νιασί, νιασίον, νιασίον, consimili modo usurpant, pro eo quod est iuuenum more iactantius, inconsideratius, inconsultius agere, aut si quid aliud ei ætati peculiare videtur. Quod quo longius traducatur, hoc fuerit venustius: ut si quis orationem floridam phaleratamq. dicat νικασί, eiusdem est formæ γυμνασίον, pro gestu cultuq. representare mulierem. Ob inscitiam rerum & impotentes affectus ætas illa magis est lubrica, unde νικασίον factum dicunt Græci, quod maiore impetu quam iudicio gestum est. Basilus in epistola quadam, καὶ ἐν ταύτῃ δὲ λέγει τὸν ἐπὶ τῷ κατηρητισμῷ ἐστὶν ὁ ἀνὴρ πονεῖς εἰς τὸ πλῆθος ἐφθαρμένος τὴν ἀδικίαν μέτρον, τὰς τερεντίας καὶ σαλυνίδας, ἡ περὶ οὐκ αὐτῶν, id est, Et hic nimirum qui nondum perfecti sunt secundum interiorem hominem, nec adhuc ad perfectum ætatis modum peruenierunt, circumagi, ac fluctuare dicit pro uerbium. Reperitur & ἀκμασί, pro eo quod est iuuenilia facere. Sic usus est Hyperides, in oratione contra Mantitheum, & Lysias aduersus Nicarchum tibicinem. Laberius citante Nonio pro eodem dixit, Adolescenturire, Incipio adolescenturire, & nescio quid nugarum facere.

Laudant ut pueri pauonem.

PROVERBII faciem habet, quod scripsit Iuuenalis in auaros, qui carmina laudant duntaxat, nihil autem largiuntur poetæ:

-Dicit laudator auarus

Tantum admirari, tantum laudare disertos,

Ut pueri Iunonis auem. Idem alibi,

-Probitas laudatur & alget.

Notior est metaphora, quam ut oporteat explicare.

Ouidius alicubi de pauo,

Laudatas ostendit avis Iunonia pennas,

Si tacitus spectes, illa recondit opes.

Λευκωπαιτίας.

Λευκωπαιτίας, olim appellabatur formidolosus. Clearchus in Vitis, ut citat Zenodotus, ait quorundam epasitium quoddam accidere, quod eos timidos reddat, atque hinc prouerbio iactatum cognominis scomma. Videtur autem composita vox, ἡ τὸ λευκὸν καὶ ἡ παρ, quod palleant plerumq. quibus epas est vitium, id quod apparet in amantibus. Pallor autem formidolosus conuenit.

Emori risu.

PROVERBIALES hyperbolæ sunt & illa, Emori risu, Desuere risu, pro vehementer ridere. Homerus Odysseæ 3.

-Απαρμυνησὶς ἀγῶσι

Χέρας ἀαχόμενοι καὶ ἔκταν

id est,

-Deinde procorum splendida turba
Præ risu emoriens nimio sustollit ad alta
Astra manus.

Vsurpauit & Terentius in Eumicho, Omnes risu emoriri.

Hipparchi murus.

Ἰππάρχου τοῦ τοῦ, id est, Hipparchi murus, dicebatur res quæpiam, quæ magnis constaret impensib. Hinc natum, quod Hipparchus Pisistrati filius Academiam muro sepelit. Atque huius rei nomine, magnam pecunia vim ab Atheniensibus exegit. Auctor Suidas.

Hodie nullus, cras maximus.

Οὐ μὴ εἴδῃς, ὡς ἐστὶν ὁ ὑπερμάρως.

id est,

Qui nullus hodie, cras erit vel maximus.

De eo cui repente præterq. spem ingens aliquis homines accesserit. Et vulgo, qui ex infima conditione ad dignitatem euehuntur, & nihilo dicuntur emeruisse. Exstat apud Aristophanem in Equitibus.

Samiorum mala metuis.

Τὸ σαμίων ὑπερπείνης, id est, Samiorum metuis mala. Dictum de iis qui metuerent prodicionem. Narrant, Athenienses olim in Samios quoscumq. cepissent, inclementius sæuisse, atque alios interemisse, alios confixisse sama, id est supplicij genus. Samij vicissim se quos cepissent Atheniensium, hos ad eundem modum excruciant. Unde prouerbiū Samij litterati. Nam Suidas indicat hoc dici solitum de his qui metuerent, immedicabiles calamitates. Idem indicat Samen dici genus calamitatis Samia, quod Athenienses notas infames inuulerint Samiis captis, mox Samij vicissim Atheniensibus. Duris Samius scriptor multa tragice exaggerat de crudelitate Periclis, & Atheniensium in Samios, quæ Plutarchus putat magna ex parte conficta in inuidiam Periclis & Atheniensium. Simili figura dictum est illud, τὸ μαγνὸν κακόν.

Pygmæorum acrothimia colosso adaptare.

Ακροθίμια τῶν πυγμαίων κολλᾶσαι ἐπαρμύζον, i. Acrothimia Pygmæorum colosso accommodare dicebantur, qui inanē ac stultam sumerent operam, aut qui præter decorum minima maximis adaptarent. Veluti si quis rem friuolam & minutam amplissimis copiosissimisque laudibus prosequeretur. Philostratus in Niceta: ὡς οὐκ αἰσθητὴν πυγμαία κολλᾶσαι ἐπαρμύζον, id est, Non intellegebat autem sese Pygmæa acrothimia colosso accommodare. Quamquam Suidas hunc locum citans πυγμαίαν, dicit, non πυγμαία. Meminit adagij Eustathius in Odysseæ 6. Colossi dicuntur vastæ prodigioseq. magnitudinis statuae. Nam hinc vox Græcis dicta putatur, quod illarum proceritatem uisus humanus non adsequatur. Pygmæorum qui longissimi sunt, duos pedes & quadrantem non excedunt. Unde & nomen inditum putant a cubitali proceritate. Est autem gens extremas Aegypti partes inhabitans, agricolationi dedita, bellum subinde gerens cum gruib. Belli causa est, quod grues sublegunt semina, samemq. inducunt ei regioni. Ita scholiastes in tertium Iliados. Horum feminae quinto anno pariunt, octavo sterilescunt. Pygmæorum

maorum meminit Iuuenalis Satyra 13. Et in hos plurimus iocus in Græcorum epigramatibus. Porro acrothinia Græcis primitia dicuntur, quod hæc soleant e summo aceruo tolli. ἀκροθίνια summum, & τὸν σῖτον frumentorum acerui dicuntur.

Dij tibi dent tuam mentem.

Qui tibi dent tuam mentē, in insanum congruit, & sua dignum mente. Quid enim precemur infelicis sceleris hominibus? Martialis,

Dij mentem tibi dent tuam Phileni.

Horatius,

Quid facias illi? iubeas miserum esse libenter
Quatenus id facit.

Contra Decima Terentianus, Mentem meliorem vobis dari.

Cura esse quod audis.

Ad prouerbiū speciem accidit Horatianum illud,
-Cura esse quod audis.

Conuenit in diuites, qui ita demum felices fuerint, si id studeant esse quod audiunt ab adulatoribus. Carmen Horatii sic habet,

Tu recte viuīs, si curas esse quod audis.

Iactamus iam pridem omnis te Roma beatum,

Sed vereor, ne cui de te plus, quam tibi credas.

Cautus enim metuit, &c.

Qui non ex animo, sed mali metu continent a maleficio, in eos quadrabunt hæc prouerbiales eiusdem metaphoræ,

Cautus enim metuit foueam lupus, accipiterq.

Suspectos laqueos, adopertum miluius hamum.

Nam alij aliæ tenduntur infidia, lupi fouea frondibus contecta capiuntur. Vnde apud Plautum seruus minatur se leoni, cui nomen Lycus, foueam effossurū. Similis est illa de fuisse, Vertere modum formidine fustis.

Si coruus possit tacitus pasci.

Si brevis apologus auctore Fabio paræmia genus est, cur non illud etiam prouerbiis annumeremus, quod scripsit Horatius?

Sed tacitus pasci si posset coruus, haberet

Plus dapis, & rixæ multo minus inuidiæque.

Quidam existimant mutuo sumptum ex Apologo, quem in libro de deo Socratis refert Apuleius, de coruo prædam nato, quam vulpes ita interceptit, dum arte persuaderet illi, ut canere inciperet. Quadrat in eos, qui si quid bonæ rei nati sunt, continuo iactant ostentantq. atque ad eum modum efficiunt, ut alij tum obfistant, quo minus eiusmodi plura commoda nanciscantur, tum quæ nati sunt, interuertant.

Clauam extorquere Herculi.

Qui sibi vendicare conatur quod alius iam potentior occupauit, non in facete dicetur clauam velle Herculi extorquere. Idq. iam pridem apud eruditos prouerbiū vice celebratur. Natum est autem ab apophthegmate Maronis, cui cum Zoili quidam vitio darent, quod non paucos versus Homeri pro suis usurpasset, respondit, hoc ipsum magnificum esse facinus, vel Io-

ui fulmen eripere, vel clauam extorquere de manu Herculis. Macrobius libro Saturnalium 5. de Marone quisque usurpauit Homerica, ut fecerit sua: Quia cum tria hæc ex quo impossibilia putentur, vel Ioui fulmen, vel Herculi clauam, vel versus Homero subtrahere, quod etsi fieri posset, alium tamen nullum deceret, vel fulmen præter Iouē iacere, vel certare præter Herculem robore, vel canere quod cecinit Homerus, hic opportune in opus suum, quæ prior vates dixerat transirendo, fecit ut sua esse credantur.

Bis interimitur, qui suis armis perit.

MINVS est prouerbialis, incertum cuius. Seneca titulo celebratur, sed falso. Bis interimitur qui suis armis perit. Magis dolent incommoda, quibus ipsi dedimus occasionem. Natum apparet ex Æsopico apologo. Hunc Gabrias quidam versibus Iambicis complexus est ad hunc modum,

Βλέπεις τὸν τοῦ αἰτῆς τρωτὸς πάλαι,

Ἀλλ' ὅν δ' ἄριστον ἦν ποτὶ δακρυόεν.

Βλέπεις δ' οἷόν τι πῶν ἐπιρωμῶν,

Βαβῶν, πῆρ' ἔναι τὸν πῆρ' ὅτιν ἐκείν.

id est,

Quondam ista pectus Aquila vulnus inspicit,

Multumq. lacrymans præ dolore constitit.

Pennatum ut autem spiculum cernit, pape,

Αἶε, ἀλὰ με ἀλigeram graui exitio dedit.

Adagium Græcum, quod ex hoc item apologo sumptū est, alio diximus loco.

Mulierem ornat silentium.

SOPHOCLES in Aiace flagellifero.

Ἦν αἰεὶ λόγον ἐστὶν φῶς.

id est,

Decus addit usque feminis silentium.

Sententia prouerbialis, quam Seruius in primum Æneidos citat ex Sophocle. Mulier animal natura loquax, nulla re magis cohonestatur quam silentio, maxime apud viros, cum de rebus seriis agitur. Sumptū est ex Homero, apud quem est non semel illud,

-Μῦθος δ' ἀδραστὶ μέλειται,

id est,

-Fueritq. viris oratio cura.

Imitabor Nepam.

IMITARI Nepam dicitur, qui retrocedit. Id erit prouerbialius, si torqueatur in eum qui in deterius usque degenerat, ἡ δὲ τὰ μεταβῆλιν. Nam Nepa, quemadmodum auctor est Festus Pompeius, Asrorum sydius, appellatur cancer, vel, ut quidam putant, scorpis, qui & ipse retrogradus est. Nonius Marcellus negat eam vocem aliud significare quam scorpionem ex M. Tullij De finibus libro quinto, Serpere anguiculos, natate, anaticulos, volare merulas, cornibus uti videamus boues, nepas aculeis, suam deniq. cuiq. naturam esse ad viuendum ducem. Citat & Manilius,

-Ad sydera vectam

Erigenen, istuq. nepam, spolioq. leonem.

Hæc Nonius. At si nepa nihil est quam scorpis, mirum cur Cicero maluerit dicere nepam. Quamquam scorpis quoque peculiare est retrocedere, si quid offendat, & cancer istu vulnerat. Plautus in Cassina, Retrorsum cedam ad parietem. Imitabor Nepam.

Quod

Quod alius condiuit coquus
aliter condiam.

UBI quis rem omnem nouat ac perturbat, conueniet
Plautinum illud ex eadem fabula, non dubium quin
prouerbiali dictum forma,

Ibo intro, ut id quod alius condiuit coquus, ego
nunc uicissim

Ut alio pacto condiam, quidquid prandij est, ut
paratum ne fiet,

Sietq. ei paratum, quod paratum non erat.

Odi puerulos, precoci sapientia.

APULEIUS in apologia secunda, versiculum hunc ex
poeta quopiam citat, ceu vulgo celebrem,

Odi puerulos precoci sapientia.

Vulgo inualuit opinio, ut credant puerulos maturius
sapientes, aut non fore vitales, aut dementes futuros,
simulatq. ad aetatem maturam peruenierint. Plinius
libro 7. refert Catonem Censorium velut ex oraculo
prodidisse, senilem inuentam prematuram mortis esse signum.
Et apud Senecam li. cōtrouersiarum 2. cōtrouersia prima,
Cestius de ingenio Alfi Flauij prae dicare consuevit, tam
mature magnam ingeniam non esse vitale. Talem
puerum Sophocles αἰδρηλὸν δα vocat. Citatur autem
hic versiculus ab interprete Pindari in Pythiis hym-
no 2. τὴν αἰδρηλὸν δα δαίμωνος ἀνάλισα; id est, Puerum
virile, dominus ipse perdidit. αἰδρηλὸν δα vocat, quod
aetate puer, viri sapientia praeditus esset. Adaptare
licebit ad discipulum qui in ipsis statim rudimentis si-
bi placeat. Aristoteles libro Rhet. 2. refert hanc sen-
tentiam ex poeta quodam,

Οὐχὶ πῶς ὅς τις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνὴρ
Εὐδαιμονίας ἔκαστος ἐκ δαίμονος ἀνάλισα. id est,
Quisquis sapit, non umquam oportet, plus satis
Docendo pueros, mox philosophos reddere.

Δέξις ἱππός.

Δέξις ἱππός, id est, Dureus equus de clandestinis insidiis
dicebatur, aut ubi repente complures apparerent, qui
latebant antea. Sumptum ab equo Homérico, in quo
Graecorum procures abdit, repente prosilientes Tro-
iam caeperunt. Hunc Homerus Durateum appellat, ut
Odyssea 9. quod trabibus esset contextus:

Αἶψα γὰρ ἂν ἀπὸ λείων ἐπὶ νηὸς ἀμφικλυθεῖν
Δεράπῃον μέγαν ἱππόν, ὃς ἔατο πάντες ἄριστοι
Ἀεΐδον, Τρῶας τε φόνον καὶ κῆρυξ φέροντες. id est,
Fatū enim erat periturā urbē, simul ingrederetur.
Durateus praecelsus equus, qui clauserat omnes
Primores Danaum, lucumq. necemq. ferentes
Troianis.

Plutarchus in vita Themistoclis, narrat illum aliquā
do dono rogasse equum a Philide nutritore equorum.
Eum is ubi negasset, comminatum fuisse se breui ex il-
lius domo facturum equum δεράπῃον, significans se cri-
mina ipsius ac domesticorum prolaturum in lucem.
Nec inscitum fuerit, si quis ludum alicuius eruditi,
Durateum equum appellet, quod ex eo breui tempore
summi viri prodierint. De laudatis viris qui subito
alicunde enerserunt apud eruditos frequens est, ut ex
illius domo velut ex equo Troiano prodisse dicantur.
M. Tullius Philippica secunda, ad egregij facinoris so-

cietatem retulit: In huius me consilij societatem tam-
quam in equum Troianum includi cum principibus
nō recuso. Aristophanes in Auiibus prouerbium detor-
quet in emphasim roboris ac magnitudinis,

Ἰππὸς ὁ πῶς ἔστι μὲν ἄλλος ὅσον ὁ δέξις.

Interpres admonet adlusum ad equum Iereum insigni
magnitudine, qui in acropoli stabat Palladi dicatus a
Charidemo, quod ipsa testabatur inscriptio. Verum is
ad imitationem equi Troiani compositus erat. M. Tul-
lius actione in C. Verrem sexta Troianum equum acci-
pit pro extrema calamitate: Quem concursim factū
in oppido putatis? quem clamorem? quem porro fle-
tum mulierum, qui viderent equum Troianum intro-
ductum, urbem captam esse dicerēt, &c. Portas per
quas introductus fuerat equus Durius, Homerus Ili-
dos γ. σκαίτε, hoc est, sinistras appellat, quod leui-
mente Troiani equum illum induxerint in ciuitatem.
idem pro Murana dicit equum Troianum intus esse,
cum sentit reipublicae periculum esse a ciuili discordia:
Intus, inquit, intus est inquam equus Troianus, a quo
numquam me consule dormientes opprimemini. Idem
pro M. Caelio, An equus Troianus fuerit, qui tot inui-
ctos viros muliebri bellum gerentes tulerit ac texerit?

Cum adsit via, semitam quaeris.

Οὐδ' ἀγνοεῖς τὴν ὁδὸν ἡ γὰρ πόνος ἡ τῆς.

id est,

Cum praesto sit via, tu requiris semitam.

Citatur ab Eustathio in Odyssea N. Est autem ὁδε-
γός, semita, quae diuersa sit a via plaustrorum, quam
regiam vocant. Conueniet adagium in tergiuersato-
res, qui quo praesens negotium suffugiant, diuerticu-
la captant.

E culmo spicam coniicere.

EUSTATHIUS Odyssea 9. enarrans hunc versum,
quem nos alio citauimus loco,

Ἐκ τοῦ ἑλίου καλὰ μὲν καὶ οἷμα ἐσθλὸν ποτὶ
Γενέσκειν,

Ostendit Ulysssem ad prouerbium adlusisse, quod ple-
ne sic esseratur, ἐκ καλὰ μὲν δῆλος ἐστὶν ἐπιδοξισμὸς καὶ
χρῆς. id est, Ex culmo perspicitur spica demessa, etiam in
sene apparet cuiusmodi fuerit iuuenis. Meminit huius
loci Aristoteles libro Rhetoricorum indicans per me-
taphoram senectutem dictam culmum.

Βυζανθίου μύθος.

Βυζανθίου μύθος frequenter est apud Homerum, non citra
prouerbij speciem, pro eo quod est alto pectore moliri
quidpiam, & clanculum in animo struere insidias.
Translatum a fundamentis aedificiorum quae profunde
iaciuntur. Odyssea P.

Εἰδὼν ἀγορεύοντες κακὰ δὲ φρεσὶ βυζανθίου μύθους. id est,
Dicebant bene, sed mente alta praua struebant.

Idem alibi,

-Δόλον φρεσὶ βυζανθίου μύθους.

id est,

-Fraudem alta mente volutans.

Arcesitum malum.

Επιπείσας κακόν, id est, Arcesitum malum dicitur, cuius
ipse tibi causam praebueris. Homerus Odyssea 2.

Ἡ τὰ χαίρεος αἶρος ἐπιπείσας κακόν ἐστιν. id est,

Ne mox perditus Irus habebit, quod sibi queris.

Vltro

Vltro malum.

Eurymnus.

Εὐρύμνος, id est, Eurymnus, dictus est olim prouerbio, qui per calumniam conaretur fidos amicos inter sese committere. Nam hic cum moliretur ferere dissidium inter Castorem & Pollucem, alterum apud alterum insimulans post deprehensus, utriq. grauissimas pœnas dedit. Hoc autem fere solet accidere iis qui malis artibus student dirimere eos, quos insolubili vinculo natura copulauit, ut uxorem & maritum, parentem & filium, ac fratres. Fit enim ut hi redeant in gratiam, et præterita simultatis pœnas utriq. repetant ab auctore. Id euenit Athenis Hyperbolo, qui Niciū ac Alcibiadem conatus est committere.

A furiis oriundus.

Εἰρηλὼν ἀπορροῖ, id est, A furiis profectus. Olim dicebatur terra, sædæq. speciei, quicq. μακρον βλῆται, quemadmodum ait Aristophanes. Item quod noxium & exitiale sit, id a furiis ortum aiunt, quemadmodum Aïax in tragædia,

Ἄρα ἐκ θυμῶος τὰτ' ἐχέλακεν εἴφορ; id est,
An non mucronem hunc furia cudit tartari?

Similes videntur captiuis ex Pylo.

Εἰκασι τοῖς ἐκ πύλου ληθεῖσι τοῖς λακωνικοῖς. id est,
Captiuis mihi

Similes videntur e Pylo Laconicis.

Est apud Aristophanem, & νεφέλας. Dici solitum de iis qui vultu sunt miserando, nempe pallidi, squalidi, macilentii. Pylus ciuitas quæpiam Laconica, quam obsessam Cleon expugnauit. Qui vero supersuerant a cæde, secum abduxit Athenas, extenuatos, confectos, pallidos, deformi specie, sicuti consentaneum est accidisse, cum ob diuturnam obsidionem, præsertim in insula deserta, quæ rerum necessariarū copiam maligne supeditabat, cum quod post expugnatam urbem complures dies in vinculis habitui fuissent. Hæc ferme Xenodotus. De Pylo dictum est nobis alias in prouerbio, Pylus ante Pylum.

Γύργαθον φουᾶς.

Γύργαθον φουᾶς, id est, Gyrgathum spiras, in insanum frustra vociferantem iaciebatur. Gyrgathus lectus est, in quo paralytici, menteq. capti, quicq. vocantur demoniaci, vineti iaciunt sese, multa minitantes, sed frustra. Conueniet igitur in atroces sine viribus iras. Hesy chius indicat Gyrgathon dici vas quoque in quod pistores coctos reponit panes. Græca vox a voluendo dicta videtur.

Byzeni libertas.

Βυζηνς παρρησία, id est, Byzeni libertas, ubi quis audacius liberiusq. loquitur. A Byzeno quodam Neptuni filio, cui mos fuerit mira in dicendo libertate vii. Stephanus commemorat Βυζην Scythiæ ciuitatem, unde Byzeni. Eius gentis peculiare est intrepide loqui.

Ἀχρημῶς.

Ἀχρημῶς, prouerbiali noueq. composito verbo dicebatur nugator, quicq. rebus ineptis oblectaretur. Nam

ἀχρημῶς perinde sonat, quasi dicas, temere ridem, quod vitiij vel Stultitiæ signum est, vel dementiæ

Protinus apparet, quæ plantæ frugiferæ futuræ.

Αὐτίκα καὶ φυτὰ δ' ἄλλα ἃ μὲν καὶ ῥιπὶς ἴσινται; id est,
Protinus apparet quæ fructum planta datura est, Vel in pueris elucet indoles futuræ probitatis. Protinus in discipulo præsentire licet profectum futurum.

Periit sus.

Ἀπώλωκε δὲ καὶ τὰς αὐτοῦ καὶ γάμος, id est,
Periit mihi sus, & talentum, & nuptiæ.
Dici suetum, ubi quis frustratus perdidisset operam impensam. Natum a quodam, qui cum apparasset ad nuptias omnia, non est eas adsecutus. Ad fine illi, Oleū & operam perdidit.

Ἀμφιθαλὲς ἔρω.

Ἀμφιθαλὲς ἔρω, id est, Vtrique florens amor, olim dicebatur, quoties uterq. pariter esset incolumis, ac mutuo responderet amore. Nam dimidiati dicimur, quoties amicus distrahitur, velut altera pars nostri. Extat apud Aristophanem in Aulibus in calce fabulæ. Talem amorem in Eunuchio optat Phædria: Vtinam esset mihi pars æqua amoris tecum. Congruit huic Pindaricum illud in Pythiis, φιλῶν φίλον ἑὸν ἀγαθόντα περιερώς, id est, Amans amantem, & ducens ducentem libenter.

Ex amphitheto bibisti.

Ἀμφιθῆτο ἔπινας, id est, Ex amphitheto bibisti. Dicebatur in eum qui meracius ac largius potaret. Amphithetum enim erat poculi genus, ita factum, ut quauis ex parte positum staret, nullumq. certum haberet fundum. Probabilius est quod inter varia addit Hesy chius, Amphitheton esse poculum quod ob magnitudinem ambabus tollitur ac reponitur, id Hollandi nauis vocant busam.

Pronomi barba.

Πρόνους πώγων, id est, Pronomi barba, de prælonga dicebatur. Aristophanes in Concionat.

Ἀργυρῆος γοῶ τὸν πρόνουν πῶγων ἔχων
Λίληϊ. id est,
Hucusque latuit ergo Pronomi Argyrrhūm
Gestare barbam.

Pronomus tibicen quispiam fuit proluxa barba, gestamine non admodum adposito professione. Quandoquidem tibicinum molliciem etiam prouerbia notant. Argyrrhūus exercitus dux quispiam fuit effeminatus & cinædus, nihil habens viri præter barbam. Taxatur eodem in loco, Epicratis oratoris cuiusdam barba, cui ob id ipsum vulgari ioco cognomen inditum σακισφόω, teste senario, quem Aristophanis interpretes citat ex Platone comico,

Ἀναξὺς ὅπως ἐπὶ κρατὶς σακισφόρε. id est,
Rex barba Epicrates scutifer.

Barbam ob similitudinem scutum vocat, & alibi, ἄπασα καὶ μὴ σάκον πρὸς τῶν γυμνοῦ ἔχουσα. Aristophanes in eundem,

Καὶ γὰρ ἐπὶ κρατὶς ἐκ ὀλίγου καλίστα. id est,
Mihi

Mibi barba multo pulchrior atq. Epicratis.
Est frequens iocus apud Lucianum in barbam philoso-
phorum. Idem apud Horatium,

-Iussit sapientem pascere barbani.

Martialis item in huiusmodi quendam iocatur.

Omnibus vestigijs inquirere.

Πάντα ἑρεῖται, id est, Omnibus inquirere vestigijs dici-
tur, qui summa cura, summaq. diligentia rem peruesti-
gat. Metaphora sumpta est a venatoribus M. Tullius
actione in Verrem quarta. Ex istis etiam tu rebus es-
fugere te posse confidis? Cum te nos non opinione du-
bia, sed tuis vestigijs persequamur, quæ tu in tabulis
publicis ac recentia reliquisti. Rursus in eadem: Ut
omnes mortales istius auaritiæ non iam vestigia, sed
ipsa cubilia uidere possint. Item actione sexta: Illos
ego accusatores puto fuisse, qui huiusmodi hominum
furta odore, aut alicubi leniter presso vestigio perse-
quantur. Nam nos quidem quod facimus in Verre,
quem in luto volutatum totius corporis vestigijs inue-
nimus. In Oratione pro Cluentio: Quid? Albiana pec-
unia, vestigijs ne nobis odoranda est, an ad ipsum cu-
bile vobis ducibus venire possumus? Et paullo post:
Cluentij nummus nullus iudici datus ullo vestigio re-
peritur. In Pisonem: An vero tu parum putas inue-
stigatas esse a nobis labe imperij tui, stragesq. pro-
vinciæ? quis quidem nos non vestigijs odorantes in-
gressus tuos, sed totis volutationibus corporis, cubili-
bus persecuti sumus.

Apros immittere fontibus.

Quæ sibi accersit, optat ne perniciem adlatura, in hunc
quadrat Vergilianum illud,

-Et liquidis immisi fontibus apros.

Neque enim id sine proverbij specie dictum apparet.
Siquidem apri non tantum bibunt e fonte impressis pe-
dibus, verum etiam volutant sese.

E canis podice.

Εκ κωδὸς περικτῆ, id est, E canis culo. Dictum videtur a Lu-
ciano, pro eo quod est, rebus anxiiis atq. angustis, quod
ea pars arctior sit huic animanti, quam obrem et ex-
cernunt difficilius. Nam asinum suum finit his ver-
bis, οὐ τὰ αὐτῶν βίαις σωτηρίαν ἔδωκεν καὶ ἀνέμωκα ἰθὺς καὶ
μὲν δὴ αὐτὸν ἐκ κωδὸς περικτῆ, τὸ δὲ τὸ τελεῖον, ἀλλ' ἔξ
ὧς περιγύρει, δὴ μὲν περικτῆ, πέντε, καὶ ἕτω δὲ μόλις σικαδὲ
ἀποσώζει, id est, Illic diis seruatoribus rem diuinam se-
ci, dona q. suspendi, nimirum non e canis podice, quæ-
admodum vulgo dici consuevit, quin magis ex asini
curiositate, post multum deniq. temporis, idq. etiam
vix domum incolumis reuersus. Vulgo iactatur et
in Zenonem, teste Laertio, quod in canis postico de Re-
publica conscripsisset, vel quod nimis anxie, vel quod
inepte. Verum de hoc proverbio meminimus alibi.

E cantu dignoscitur auis.

REFERTUR et hoc a quibusdam, etiam si nobis non
dum apud idoneos auctores repertum. E cantu digno-
scitur auis, alioqui non indignum quod in prouerbiorum
ordinem adlegatur. Sensus congruit cum illo. Qualis
vir, talis oratio. Iactatur vulgo simillimum huic, E
plumis auem dignosci, e culu spectari vitam et inge-

nium hominis.

Canis fauiens in lapidem.

Κανὶς τὸν λίθον ἀρανκεῖται, id est, Canis indignans in la-
pidem. Competit in eos qui mali sui caussum imputant,
non ipsi auctori, sed alteri cuiquam. Veluti si quis ira-
cundiæ vitium inueniat, non stultitiæ attribueret, unde
proficiscitur. Plato libro de Repub. 5. damnans eos qui
causum, cadauera despoliant, ait hos perinde facere,
ut solent canes scuietes in lapidem, eo qui iecit omisso.
Tacuius apud Nonium in armorum iudicio. Nam ca-
nis cum est percussus lapide, non tam petit illum qui in
se iecit, quam eum ipsum lapidem quo ictus est petit.

Profundum sulcum.

Βαθὺν ἀλάκα, id est, Profundum sulcum. Refertur et
hoc in adagionum collectaneis, addunt dictum de iis
qui cogitationibus rem expenderent. Sumptum est
autem ex Aeschyli tragædia, cui titulus, ἡ δὲ ἀλά-
κα. In qua uersus hi dicuntur de Amphiarao,
Βαθὺν ἀλάκα δὲ φέρων κερπύρας
Ἐξ ἧς καὶ κέρνυ βλάπτει βλαβύματα. id est,
Sulco e profundo pectoris fructum metens,
Recte unde cogitationes germinant.

Citatur aliquot locis in Moralibus a Plutarcho, et a
Platone, secundo de Republica libro. Adhuc ad hoc
proverbium aliquot locis Marcus Tullius, ut in episto-
la ad Atticum libro quarto: Ne βαδύτης mea, quæ in
agendo apparuit, in scribendo sit occultior. Rursus li-
bro quinto: Admirabere meam βαδύτητα, cum saltem
redierimus, tanta mihi μελέτη huius virtutis datur.
Rursus libro sexto epistola prima: Nam nulla re sum
delectatus magis, quam meam βαδύτητα in Appio tri-
bi, liberalitatem in Bruto probari vehementer gaudeo.
Nobis videtur recte quadraturum et in eos qui se me-
tiuntur non aliorum opinione, sed ex recte secus ue fu-
ctorum conscientia.

Herniosus vsque ad gulam.

Ἡρῶς μὲχρι τῆς μύτης, id est, Herniosus vsque ad gulam.
Quadrat in vehementer herniosum. Carmen est apud
Aristophanem in Equitibus,
Ἡρῶν ἡνίκα δὲ σὺ μὲχρι τῆς μύτης, id est,
Sis herniosus oportet ipsam vsque ad gulam.
Aristophanis interpres ostendit fuisse et apud Diphilum.

Benignior pellace vulpe.

Ὡπλῶν ἰλαὸς αἰμύλος ἀλώπηξ, id est,
Pellace quanto est blandior vulpecula.

De eo qui commodi sui causa simulat beneuolentiam.
Archilochi vulpeculam commemorat Plato lib. de
Repub. 2. εἰς τὴν ἡμετέραν δόξαν, ὡς δὲ ἀλδοίμοι οἱ σοφοί,
καὶ τὴν ἀλκίαν βιάται καὶ κύριον ἰνδαμονίαν, ὡς τὸ
δὲ τρεπίον ὅλως, πρέβουρα μὲν καὶ ὅλημα κύκλω ποδὶ ἐκ-
τὸν σικαρχαίαν ἀρτὶ περιγυρίαν, τὴν δὲ τὸ σικα-
ρχαίαν ἀρτὶ ἀλώπηκα ἐκ τὴν ἐξοπίασιν, id est, Ita-
que postea quam opinio, quemadmodum declarant ho-
mines sapientia præditi, etiam ipsam veritatem cogit,
quod felicitatis est proprium, ad hanc sane prorsus in-
cumbendum est, ac sibi quisque seu vestibulum ac vir-
tutis umbram circumponere debet, sed ita, ut sapien-
tissimi

in partu adfuisse, & obstetricando inuissent, quinta post die manus abluere solent, ac puerum cursu lari- bus circumferre. Eoq. die munuscula missitabantur a cognatis, sapia plerumq. & polypi, decimo a partu die nomen indebatur infanti. De munusculis huiusmo- di meminit & Terentius in prima Phormionis scena. Et Plautus in Truculento, in qua fabula Phronesium meretrix Dinarcho cupienti accumbere in sacrificio pro puero accititio, iubet potius illud agat, quod quinto die fieri consuevit. Quamquam Hesychius & Am- phidromiam septimo die scribit celebrari solitam. Pla- to in Theateto, τὰ ἀμφιδρόμια, vocat genere neutro. Idem facit Ephippus apud Athenaeum libro Dipnoso- phistarum nono.

Canens vitæ palmum.

Ἀδὼν τὴν τοῦ ἀνθρώπου τὴν βίον προσήκον, id est, Canens vitæ palmum ad anethum. De parco dictum, qui re tenui leuiculaq. transigit vitam, atque interim existimat se laute viuere. Morem hunc quibusdam esse videmus, ut cum nihil apponant in mensa quod edi possit, ne ie- iunium omnino conuiuium appareat, varias narrent fa- bulas, aut cantillent, ut his modis ciborum obliuionem inducant conuiuiis.

Qui non litigat, cælebs est.

DIVVS Hieronymus tamquam prouerbio iactatum ci- tat, Qui non litigat, cælebs est. Indicat adagium rixo- sum esse omne coniugium, nec esse tranquillam vitam, nisi in calibatu. Iuuenalis.

Semper habet lites, alternaq. iurgia lectus,
In quo nupta iacet: minimum dormitur in illo.

Ἀστυλάτῃ τῇ σὺν τῇ ἐξ ἑσπέρης ἡμέρας ἡμέρας ἡμέρας, id est,
Mulier in ædibus atra tempestas viro.

Item,

Ζῆλος γυναικὸς πάντα πύρρον ἐστὶν, id est,
Incendit omnem femina zelus domum.

Ὅθεν γυναικὸς χεῖρον ἐστὶν καλῆς, id est,
Muliere nil est peius, atque etiam bona.

Sed Hesiodus, ut modestius, ita verius opinamur,
Ὅ μιν ἔστι γυναικὸς ἀνὴρ λυγρὸς ἄμεινον
Τῆς ἀγαθῆς, ἢ δ' αὖτις κακῆς ἐρίῳ γινώσκων. id est,
Sors potior muliere proba, non obigit umquam
Vlla viro, contraq. mala nil tetrius usquam est.

Præstat vni malo obnoxium esse quam duobus.

ARISTOPHANES in Concionatricibus senarium hunc prouerbialem refert,

Εἰς ἑὸς σωτὴρ καὶ κρηττόν ἢ δυοῖν κακοῖν. id est,
Uni atque geminis præstat inuolui malis.

Quoties utrumq. malum euitari non potest, danda ta- men opera, quo declinemus alterum, & in id quod mi- nus habeat incommoditatis incurramus.

Chius.

Χῖος ἀποπτεῖ τῶν, id est, Chius cacans. Aristophanis inter- pres in Pacem, indicat prouerbio iactatum in eos qui contaminarent, conspurcarentq. ciuitatem. Nam hac occasione consueuerunt calumniam struere Chiis. Un- de non perperam accommodabitur & in illos qui ca-

ptata occasione calumniantur aliquem. Quemadmo- dum lupus Aesopicus agnum accusat, quod sibi biben- ti turbaret aquam. Aristophanes in ea quam modo citauimus fabula,

Ἡ πάλαι ἡ χῖος δὲ τὸν σὸν πρῶτον ἀφῆκε.

Probabile est adagium ab euentu natum, quem refert Plutarchus in apophthegmatibus Laconicis. Chii cum apud Lacedæmonios peregrinarentur, post cenam vo- muerunt in curia Ephorum, quorum apud eam gen- tem erat summa auctoritas, quin & in horum cathedras in quibus sedere consueuerunt, incacauerunt. Ac primum quidem diligenter inquisitio facta est, qui nam hoc designasset scelus, seueriter animaduersuris, si quis ciuium hoc perpetrasset. Vbi senserunt id a Chiis fa- ctum, per præconem edixerunt, Chiis permissum esse intemperanter agere.

Furari littoris harenas.

LITTORIS harenas furari dicitur, qui re ab omnibus ne- glecta & incustodita tollit. Ouidius in Amoribus,
Ille potest vacuo furari littore harenas,

Vxorem stulti quisquis amare potest.

Conueniet cum illo quod alibi retulimus ex Aristote- le, ὃ ἐν ἁλὶ τὴν ὕδατος, id est, In foribus aqualem. Aptius per negationem vsurpabitur prouerbum, ut, Quis littoris harenas furatur?

Colubrum in sinu fouere.

Ὅφιν ἐν τῷ κόλπῳ ἐκτρέφειν, id est, Serpentem in sinu fouere, dicitur, qui complectitur amore, studioq. prosequitur hominem ingratum, & aliquando per occasione no- citurum. Sumptum est ab apologo quodam, qui Aesopi nomine fertur. Eum Gabrias quidam iambis ex- pressit in hunc modum,

Εὐκαλπεῖ τις μετρώδης ἐν κόλποις ὄφιν
Ὡς κρύει. ἵππῳ δὲ βόσκῃς ἠδὲ τοῦ

Επὶ τῇ πύλῃ βαλὼν τὴν κακὴν πύλιν, τὴν κακὴν.

Ὅτι κακοὶ ποιεῖσι τοὺς εὐεργέτας. id est,

Sinu fouebat quidam agricola viperam

Celu rigentem, at hæc calorem ut senserat,

Ferit fouentem, moxq. perimit vulnere.

Ingrati ad hunc benemeritos tractant modum.

Est & alter apologus, de gallina fouente serpētis oua quam admonet hirundo, ne in suam perniciem foueat.

Præter Sibyllam leget nemo.

DIVVS Hieronymus irridens Iouiniani stylum, ut per- turbatum & obscurum, scribit Plautinarum littera- rum illud in eum quadrare, Has præter Sibyllam le- get nemo. Est autem hic locus in Pseudolo Plautina, ubi quidam litteras ab amica scriptas irridens, notu- lis male concinnatis, cuiusmodi ferme scriptura mulie- rum, Querunt, inquit, hæc litteræ sibi liberos. Alia aliam scandit. Has quidem pol credo nemo nisi Sibyl- la legerit, interpretari alium posse neminem. An ob- secro hercle, habentq. gallina manus? Nam has qui- dem gallina scripsit.

Nihil profuerit bulbus.

ATHENÆVS Dipnosophistarum lib. 2. senarium hunc prouerby nomine refert.

Ὅστις

Οὐδὲν οὐδ' ὄνεια βάλβας αὐτὸν νύτ' ἔχει. id est,
Neruis carentem iuuerit bulbus nihil.

Martialis item,

Nihil aliud bulbis, quam satur esse potes.

Bulbus autem ad iritandam Venerem valet. Licebit
ad uerecundiorum usum trahere, Nil prodesse studium,
ni vis adsit ingenij.

Quæ dantur.

M. TVLLIVS libro epistolarum ad Atticum sexto,
Απογνῶς ἀλόγως εἰ ἀπέστιν ἐπιπῶν, Αἰχρεῖν τοι δ' ἄρ' ὄν τι-
μῶν. Meq. obiurgauit veteri proverbio, πᾶ μὲν δὴ δό-
μοι. Utitur eodem & alio quodam loco. Non admo-
dum liquet quid sibi velit, nisi quod conicere licet, πᾶ
μὲν δὴ δόμοι, uersum esse poetæ cuiuspiam: est enim
hemistichium iambicum, quod admonet, quod a fortu-
na datur, id boni consulendum esse, et ferendum æquo
animo, quod mutari non queat. Plato in Gorgia uide-
tur indicare proverbiū, νῦν δὲ ἐφ' ἑνὶ καὶ ὡς ἐξ ἑκῶν
αὐτῶν μοι κατὰ τὸν παλαιὸν λόγον τὸ παρὲν ἐν ποιεῖν, καὶ
τὸ δὲ γὰρ τὸ δὴ δόμοι παρὰ σὺν. id est, Nunc autē
mendacio delusus sum, atque ut videtur, necesse est
mihi iuxta vetus proverbium, Quod adeſt boni consu-
tere, idq. quod abs te datur accipere. δ' ὅσον δ' ὅτι δό-
μοις ἐπ' αὐτῶν, alibi dictum est. Eodem pertinet, Ut possu-
mus, quando ut volumus non licet.

Sydera addere cælo.

ADDERE cælo sydera, pro eo quod est, adiungere, qui-
bus ipsis summa est copia, proverbiali schemate dictū,
vel illud sat signi fuerit, quod Ouidius secundo Ele-
giarum amatoriarum libro, duobus proverbiis inter-
texuit,

Quid folia arboribus, pleno quid sydera cælo,
In freta collectas alta quid addis aquas?

Pamphili furtum.

Παμφίλου νουφισμὸς, id est, Pamphili sublatio. Pamphilus
hic veteris comædiæ conuiciis notatus est, quod æra-
rium expilasset. Conuenit in peculatores, qui e publi-
co suffurantur.

Pegaso velocior.

Πεγῶν ταχύτερος, id est, Pegaso velocior. Hyperbole pro-
verbialis de præuolocibus. Nota fabula de equo ala-
to. Ita Pindarus Olymp. hymno 9. καὶ ἀνάντερον ἢ πᾶ
ἑσάντων καὶ νῆας ὑπὸ πτερῶν. id est, Velocius & generoso
equo, & alata nauē.

Crepitu probabis.

Πλάτγ' ἢ δοκιμάσῃς, id est, Plataga probabis. De iis qui
ridicule explorant alterius in sese animum. Sumpsum
a vulgari ioco puellarum, quæ imposito pollici, me-
dioq. digito papaueris folio palmam illidunt: quod si
crepuerit, amoris argumentum est, sin minus, non
amantis indicium. Id Suidas indicat fieri solere folio
papaueris aut anemone, quod πλατγῶνιον dicitur, a
πλατγῶν, id est, a strependo. Adlusit ad proverbium
Amnianus lib. 14. Quod cum vere & ex animo dici-
tur, solet amor ex leui crepitu monstrari. Vnde locus
est proverbio, ubi ex dicto simplici deprehenditur
animum hominis. Apud alios πλατγῶν reperim⁹, pro

instrumento quo mouemus strepitum, & πλατγῶν
pro crepitu mouere.

Multa docet fames.

Πολλὸν ὁ λιμὸς γίγνεται διδάσκαλος. id est,

Fames magistra est artium complurium.

Ouidius,

Ingenium mala sæpe mouent.

Persius,

-Ingeniq. largitor

Venter negatas artifex sequi voces.

Multorum festorum Iouis glan-
des comedit.

Πολλῶν πανηγυρίων διὰς βελάνων ἔφαγεν, id est, Multorum
festorum Iouis glandes comedit. De sene longoq. plu-
rimarum rerum usu docto, perinde ualet quasi dicas,
multas vixit Olympiadas. Quercus autem Ioui sa-
cra: vnde nuces iuglandes. Simili ioco & hodie di-
cunt nos irates, Comedit multa oua paschalia: senem
indicantes.

Prodico doctior.

Προδικὲ σοφοτέρως, id est, Prodico doctior. Aiunt hunc
Prodicum in diiudicandis litibus & arbitriis inter
dissentientes amicos, acerrimi fuisse iudicij. Aristophanes in Centauro, citante Suida,

Εγὼ γὰρ νῦν τις ἠδίκηκα, δέλω δ' ἄλλω
Δουῶαι πρόδικον.

id est,

Ego namq. si quis præter equum fecerit,

Prodicum uolo negotium cognoscere.

Subest autem adlusio ad vocabulum nominis: Prodi-
cus enim veluti præiudicatore sonat, qui ante de li-
te pronunciet, quam ad iudices delata sit. Fuit huius
nominis & sophista quidam, cuius meminit Plato lo-
cis aliquot.

Mendico ne parentes quidem
amici sunt.

Πτωχὸς φίλοι δ' οὐκ ἔχοντες, id est, Mendico ne parentes
quidem amici sunt. Diuitiæ conciliant amicos. Pauper-
tas nec illos habet amicos, quos natura coniunxit. Tā-
tum valet in hominum vita, cuius momētum oportuit
esse leuissimum, si res non ex nostris cupiditatibus, sed
ex usu metiremur.

Malus ianitor.

Πλωρὸς κακίς, id est, Ianitor malus, id est, indiligens præ-
fectus, aut custos. Natum a dicto Thericyonis cuius-
dam, qui cum videret Philippi copias, Isthmicas an-
guſtias occupasse, sic ait, κακὸς πλωρὸς ὅμῃς ὁ κοριν-
θιοὶ ὁ πελοπόννησος ἔχει, id est, Malos ianitores vos o Co-
rinthij Peloponnesus habet. Si quidem angustias loco-
rum, Græci pylas, id est, portas appellant. Refertur a
Plutarcho in apophthegmatis.

Audi chelidonem.

Πῶς χελιδὼς, id est, Audi chelidonem, id est, in tempore
curato tua negotia. Quidam a superſtitioso quodam or-
tum autumant, cui nomen Chelidoni. Nam aiunt huic
fuisse morem, obseruatis prodigijs colligere rerum exi-
tus. Atq. huius opinionis auctor citatur Musæus Pa-
trens, & πρὸς ἰπλῶν. Non nulli malunt ad auem

X x 2 hirundinem

hirundinem referri, quod stridula sit avis ac lugubris, siue quod Veris prænunciet aduentum.

Ominabitur aliquis te conspecto.

Σὶ δ' οὐρανὸν αὖ τις ἰδὼν, id est, Qui te conspexerit, augurium poterit capere. Dicit consuevit in deformes, scd. asp. Vetus ex primo hominis occursum mebant omen. Occurrere formoso, felix omen habebatur: occurrere deformi nigroq. contra. Romanus quidam imperator, Hadrianum opinatur, ut erat omnium superstitionum obseruantissimus, ex Mauri cuiusdam scurræ occursum, mortem ominatus est. Ille iussus abire, dictum addidit ominosius: Totum viciisti, totum fecisti, nunc deus esto. Nam imperatores desinit, solemnibus quibusdam ceremoniis referebantur innumerum deorum. Iuuenalis:

Et cui per mediam nolis occurrere noctem.

Non admodum misces.

Ὁ μάλ' αὖτις, id est, Non admodum misces, id est, non multum potes neque prodesse, neque nocere. Pericles dictus est totam miscuisse Græciam eloquii sua, quod arbitrato suo versaret omnia. Et apud M. Tullium omnia miscere dicuntur, qui immodica potentia perturbant rempublicam.

Asini cauda.

Ὅς δ' ἂν πλὴν δ' ποίη, id est, Asini cauda non facit cribrum ubi quis ad hoc, aut illud dicetur inutilis. Cribrum e pilis equinis fieri consuevit, non e villis asinina cauda. Suspiciamus hoc ex huius ætatis sece sumptum ab Apollonio.

Ipso cratere.

Αὐτὸ κρητὲρ γίνῃ κακὰ, id est, Ipso cratere contingant mala. Dicitur solitum de iis in quos recidit quod per insidias in alios moliebantur. Craterem enim quasi malorum fontem vocat, unde Κρητὲρ κακῶν, id est, Crater malorum, de quo dictum est alias.

Gutta vini.

Σταλαγμὸς οἶνος μῆνις χοῖτον ὕδατος δ' μίγνεται, id est, Gutta vini non miscetur aqua sæpius infusa. Cum paullulo boni nimia mali vis admiscetur. Diluitur enim & euanesceat, si paucillum vini plurima corrumpas aqua.

Bos porrecto ultra Taygeton capite.

Ταῦρος ὑπερκεύσας τὸ ταῦρον ἀπὸ τοῦ ὑψώτου ἔπειτα, id est, Taurus porrecto ultra Taygetum capite bibit ex Eurota, de re vehementer absurda. Simillimum illi, Quid si cælum ruat? Natum ex apophthegmate Gerada Lacedæmonij: is ab hospite quopiam interrogatus, quæ pœna foret adulteris apud Lacedæmonios, negavit ullos esse adulteros apud Lacedæmonios. At instans ille, quid si quis existeret, inquit, quam pœnam daret? Is, inquit, taurum maximum dependeret, qui producto ultra Taygetum montem capite, biberet ex Eurota. cūq. hospes adridens, & unde taurus tam ingens? Lacedæmonius vicissim, at unde apud Lacedæmonios adulteri? Refertur a Plutarcho in vita Lycurgi.

Ad cribrum dicta.

Τ' ἀπὶ κρητὲρος, id est, Ad cribrum dicta. Quæ vera compertaq. videri vellent, ad hunc appellabant modum. Finitimum illi, & ἐκ τῆς τῆς, sumptum a diuinationis genere, quod suspensio circumactioq. cribro peragebatur, quemadmodum aliis indicauimus ex Aristotele & Luciano.

Iouis tergus.

Διὸς κρητὲρ, id est, Iouis tergus. De re sordida quidem, sed tamen in usum aliquem seruata. Nam olim victimæ pellem seruabant in pompis Eleusinis circumferendâ, vel substernendam pedibus eorum, qui piaculo quopiam tenebantur ad expiationem.

Mala ultro adsunt.

FERTVR & huiusmodi sententia in prouerbiorum collectione, & ἐκ τῆς τῆς, id est, Bona uix accedunt iis qui querunt: mala vel non querentibus obtingunt. Idem & vulgo dicunt idiotæ, neque tamen non vere: Mala ultro adesse, vel inuocata. Et tamen passim vitiis nostris aduersimus bellum, lites, morbos, quasi sua sponte parum adsit malorum.

A vicinis exemplum habent.

Εκ τῶν γειτονῶν ἔχουσι τὸ παράδειγμα, id est, A vicinis sumunt exemplum. Qui faciunt quidpiam aliorum exemplo prouocati. Vicinus enim vicino morbum suum adfricat, & malorum commercio reddamur deteriores. Huc nimirum adlusit Terentius in Andria, Quid isthuc tam mirum est, de te si exempli capis?

My sortitus es.

Ελαχιστὸν μί, id est, M littera tibi sorte obigit. Aenigma in stultos. Nam Græce μωροὶ hanc initialem habent. Cum aliquando Dionysio M. in fortibus obuissit, quidam per iocum ait μωρολογεῖς, εἰς τὸν αἶμα. Stulta loqueris Dionysi. At ille detorquens alio, μοναρχήσω μὲν ἐν, inquit, singulari proinde certamine depugnabo. Ad hunc quidem modum refertur in collectione Græcorum, sed mendose, quod liquet ex Plutarcho, qui narrat Dionysium respondisse μοναρχήσω μὲν ἐν, quod interpretes verterunt, Monarchæ erimus, decepti scriptura vitio. Legendum enim μοναρχήσωμεθα, ut μὲν ἐν sit vnica dictio, quæ non inferat tantum, sed aduersetur potius. Corrigit enim alterius diuinationem, & subiicit, immo potius ero monarcha: quis enim sic loquitur, erimus monarchæ. Ad hæc μοναρχήσωμεθα non sonat, erimus monarchæ, sed simus monarchæ. Postremo si legas ἐν, ut sit inferentis, non corrigentis, quid aliud dicit Dionysius, quam ideo se fore monarcham, quod stultus esset?

In Pythij templo cacare.

Εν πυθὸς χέσσει, id est, In Pythij templo cacare dicebatur, qui rem nefariam & periculosam faceret, quod Pisistratus tyrannus extructo templo inscripserat, ne quis inibi ventrem exoneraret, & aduenam quendam deprehensum e medio sustulit.

In

In terra pauperem.

Εν γῇ πένεσθαι μὲν πολλὸν ἢ πλεονάζειν .

id est,

E gere præstat in solo, quam diuitem
Sulcare fluctus .

Satius est paululum habere tuto, quam multum cum periculo. Nec placebant cuidam opes de funibus pendentes, multo minus quas eripere ventis in manu est. Prouerbiū admonet certam fortunam, licet modicā, incertis quamlibet amplioribus anteponendam,

Inter pueros senex.

Εν παῖσι μὲν γέροντες, καὶ τοῖς δὲ γέρονσι παῖς, id est, Inter senes puer, idem at in pueris senex. Conueniet in hominem grandiusculum, maiorem quam ut puer videri possit, minorem quam ut vir. Dictum est autem ab amulis in Hermogenē rhetorem. Accommodare licebit in hominem sic eruditum, ut inter idiotas videri possit doctulus, inter eruditos indoctus.

In sola Sparta expedit senescere.

Εν πάσῃ μὲν λυσισπάρτῳ γερῶσκει, id est, Vna in Sparta expedit senescere. Dictum est, quod apud Spartanos summus honos senibus habebatur olim. Torqueri poterit ad quolibet, penes quos virtus in preciosa sit. Refert Plutarchus in Laconicis, sed incerto auctore. Dictum est autem a quodam hospite, cum videret apud Lacedæmonios iuuenes tantum honoris habere senioribus M. Tullius in Catone maiore, similem sententiam ascribit Lysandro: Lysandrum, inquit, Lacedæmonium dicere aiunt solitum, Lacedæmone esse honestissimum domicilium senectutis. Nusquam enim tantum tribuitur ætati, nusquam est senectus honoratior. Nota est historia de sene, cui cum ingresso theatrum nullus Atheniensium daret locum, soli Lacedæmoniorum legati caniciem illius reueriti, et assurgendi officio venerati sunt, et inter ipsos honoratissimum locum cesserunt: cui factō cum applauderet Atheniensium populus, quidam e Lacedæmoniis dixit, Scire quidem populum Atheniensem quid deceat, sed negligere. Narratur a multis, nominatim a Valerio Maximo libro quarto capite quinto.

Ne maior thylaco adcessio.

LUCIANVS in Encomio Demosthenis, σοὶ δ' ὅπως ἐν λάβῃ τὸ ἑπ' ἀπορροιαῖς σκαδύμα ἀπὸ τῆ ἀσιμμετρίας ἵπταται, μὴ σοὶ μείζον προσκείσθαι τοῦ πείσασθαι τῷ θαλάκῳ, id est, At tu fortasse vereris ne in te torqueatur illud prouerbiale distichium, de male respondente proportionē, nepe, ne tibi thylaco maior sit adcessoria sarcinula. Thylacus enim culeus est siue mantica parata gestandis oneribus. Neque ignoramus in vulgatis exemplaribus esse τοῦ πείσασθαι, non τῷ πείσασθαι. Verum nisi scripturam mutaris, nulla sententia potest elici. Est autem πείσασθαι ἀσπῶ, velut oneris adfertura. Translatum autem a mulionibus, qui præter legitimum onus, vascula quadam superimponunt. Ergo cum digressio longior est quam ipsa res, uti licebit hoc prouerbio. Basilius idem aliis verbis expressit libro de Spiritu Sancto, ἅπαντες καὶ τὸ ἐπ' ἀπορροιαῖς ποταπλάττειν τὸ κίθαλας, id est, Ad istum alioqui modum adcessorium multo maius esset ipso principali.

Acarnici equi.

Ἀκαρνικοὶ ἵπποι, id est, Acarnici equi, dicebantur equi maximi. Finitimum illi cuius meminit etiam Aristoteles, ἵππος θεσσαλικός, id est, Equus Thessalica. Vergilius item in Georgicis tribuit primam laudem equis Epiroticis.

-Eliadum palmas Epirus equarum.

Acarnanes enim sunt iuxta Epirum, quemadmodum et Thessali. Conueniet uti de re quapiam eximia, aut insigni pramio.

Contribulis factus serua ordinem.

Γωντὶς μηχανῶς τῆρε τὴν τάξιν, id est, Tribulis factus serua ordinem, id est, postea quam ascitus es in ordinem aliquem, fungere tuo officio, quemadmodum et ceteri faciunt. Natum a tribubus Atheniensium. Populus Atheniensis distributus erat in tribus duodecim, ad mensium numerum, rursus unaquæque tribus in triginta genera, quemadmodum vocant, ad dierum numerum, unde γωντοὶ vocabantur, non coniuncti sanguinis propinquitate, sed in eandem tribus partem asciti.

Glaucus alter.

Γλαῦκος ἄλλος ἵπποβοῦτος, id est, Glaucus alter ab equis deuoratus. Quadrabit in hominem alendis equis exhaustentem facultates suas. A fabula natum, qualis fertur et de Atæone.

Gorgonem Perseus aggreditur.

Γόργονα πορτύνει ἡ χερσόσατος, id est, Gorgonem Perseus adortus est. Vbi quis egregium facinus inceptat. Notissima fabula est. Ne hoc quidem prouerbiū adscripturi eramus, ni repertum esset in Græcorum collectaneis.

Vincula Tyrrhena.

Δισμοῖς τυρρῆσι, id est, Vincula Tyrrhena, dicebantur odiosa negotia quibus distringebatur aliquis. Traductum a vinculis, quibus Tyrrheni captiuos vincebāt grauibz et molestis.

Diu delibera.

Διὸν βελεύει, id est, Diu delibera. Non statim aggredium dum negotium. Carmen integrum fertur huiusmodi,

Διὸν βελεύει, ἵν' ἔχῃ καὶ πολλὸν ἀμείνων. id est,

Consultato diu, multo ut præcellere possis.

Lente consultandum, at ubi statueris, mature quod opus factō faciendum est. Qui secus faciunt, iis non raro solet euenire Platonium illud, ut festinantes in principio serius perueniant ad finem.

Epimenideum corium.

Επιμένιδιον δόμα, id est, Epimenidia pellis. De re reposita, miraculq. loco seruata. In non nullis codicibus scriptum offendimus. E pimelidium, sed deprauate, ni fallimur: adscriptū erat huius pellē adseruari additā, ceu rē sacrā apud Lacedæmonios. Indicat aut Eudemus tractum ab Epimenide Cretensi, qui legitur perpetuo somno dormisse quadraginta septem, aut si Laertio credimus, quinquaginta septem annos, neque paucos

X x 3 postea

Vita molita.

ΑΛΛΑΔΥΜΕΙΣ ΒΙΟΣ, id est, Vita molita, siue victus, ut ita loquamur, farinatus. Suidas indicat adagium varie accipi. Quosdam usurpare de vita priscorum, qui glandibus vescerentur, fortassis ob id quod illis seculis ignotus adhuc esset carniū & piscium esus, solaq. glandium farina victitarent mortales. Alios de his quibus citra laborem vita lauta contingeret, propterea quod aliquandiu post frumenta reperta, farina facienda ratio nesciretur. Est autem farina paratior, si cui libeat vesci. Alioqui prosciendum aruum, serendum triticum, metendum, excutiendum, molendum, pinsum. Nonnullos de iis qui in magna rerum, quas desiderarent affluentia, vitam agerent, ut adfinesit illi quod alio positum est loco, & ἡ ἀκαταία, id est, Non enim spina. Caesar Commentariorum libro 1. Trium mensium molita cibaria sibi quemq. domo efferre iubent. Huc adludere videtur Aristophanes in Equitibus, cum Cleon populo blandiens ita loquitur,

Ἀλλ' ἀλφίτ' ἡδὲ σοὶ πορὶ ἐσκευσμένα. id est,

At ego paratas tibi farinas iam dabo.

Cui respondet altera persona,

Εγὼ δὲ μαζίσκας ἡδὲ μιμαγμένας

Καὶ τὰς ὄνδ' ἔπιν, μὲν δὲν ἄλλ' εἰς ἡδί. id est,

Bene maceratas ego dabo tibi messulas,

Piscemq. coctum, nil aliud quam vescere.

Hoc posterius pertinet ad prouerbum quod ante retulimus, Victus maceratus. Rursus in eadem fabula cum Cleon offerret μαζίσκας μιμαγμένας, alter respondet,

Εγὼ δὲ μυσίλας, μὲν δὲν μυσίλας.

panem intelligens iam iure maceratum ac madefactū, & ob id paratum esui. Ac mox offert vinum iam temperatum, ut statim possit bibi,

Εχὶ καὶ πῖν κερκαμμένον τρία καὶ δύο. id est,

Dilutum habe, quod ebibas, tria ac duo.

Nam olim vinum non bibebatur nisi aqua dilutum, quod apud Germanos insuetum est. Optimam autem temperaturam existimabant, si duobus vni cyathis duo aquae adderentur. Porro quae parata sunt, ea gratiora esse paulo post declarat populus. Cum enim alter iactaret se suo periculo rapuisse quod dabat, alter coxisse, respondet,

Ἀπὸ τῆς ἀλλὰ τὰ παραθεσὶς ἡ χάρις.

significans illi deberi gratiam, qui cibum paratum apposuerit.

Malum est bonum.

Κακὸν τὸ καλὸν ἦντι μὴ κατὰ τύχην. id est,

Bonum malum fit, tempore haud datum suo.

Nihil gratum quod intempestiuum. Pharmacum in tempore datum, saluti est, secus datum, mortem adfert. Citatur apud Athenaeum libro septimo hic versiculus ex Timone,

Ὅρην δ' ἄν, ὥρην δὲ γαμῖν, ὥρην δὲ πεπευδαί. id est,

Tempus amandi, tempus habenda coniugis, est quod

Rebus ab his tandem moneat desistere tempus.

Caricum sepulchrum.

Καρικὸς τάφος, id est, Caricum monumentum. De re magnifica sumptuosaq. Sumptum a Mausoli sepulchro,

quod est apud Caras. Plinius libro 36. cap. 5. ostendit opus hoc inter septem orbis miracula commemoratum, idq. potissimum ob artificum sumam. Patebat ab austro & septentrione sexagenos ternos pedes. Breuius a frontibus, toto circuitu pedes quadringentos unde cim. Attolebatur in altitudinem viginti quinque cubitis. Cingebatur columnis quadraginta sex. Ab oriente celaucrat Scopas, a septentrione Bryax, a meridie Timotheus, ab occasu Leochares. Opere nondum absoluto periit Artemisia. Latini huiusmodi monumenta vocant mausolea. Martialis libro primo.

Aere nec vacuo pendemia mausolea,

Item Propertius libro 3.

Nec mausolei diues fortuna sepulchri.

Malum munus.

Κακὸν καὶ δῶρον ἴσον ἐστὶ ζυμῖα.

id est,

Munus malum est perinde uti dispendium.

Noceat, non iuuat, qui largitur noxia. Veluti si quis adulescenti subministraret pecuniam, aut stulto committat imperium.

Inani spe flagrat.

Καὶ αἰσὶν ἐλπίσι θερμαίνονται, id est, Inanibus spebus incenditur. In eum qui frustra sibi magna pollicetur. Spes enim stultis addit animos, etiam si procul absint. Sapiens etiam si sperat, dissimulat. Decerptum apparet ex Sophocle, apud quem Ajax ita loquitur,

Οὐκ ἂν περιώμιον εἶδενος λόγου βραχὺ

Ὅς τις καὶ αἰσὶν ἐλπίσιν θερμαίνονται. id est,

Haud emero virum mente nulla preditum,

Quemcumq. inanes spes mouent & incitant.

Aeschines contra Timarchum, ἐλπίδων καὶ ἰμπλητάς, id est, Posteaquam illum impleisset inanibus spebus.

Voluitur dolium.

Κεκύλιται ὁ πίθος, id est, Reuolutum est dolium. In eum qui commouetur alieno exemplo, siue instinctu ad stultitiam quid faciendum. Nam dolium facili impulsu quo velis voluitur. At sapiens tetragono similis, semper fixus & immotus. Apparet esse natum ab historia de Diogene in publico ciuitatis tumultu voluente dolium, quam refert Lucianus lib. de conscribenda historia.

Ceram auribus obdis.

Κερὸν τοῖς οἰσὶν ἐπαλείφεις, id est, Ceram auribus oblinis. In eos qui recusat audire vel aqua, vel iniqua. Natū ab Ulyssis cera, qua suas ac sociorum aures obturat apud Homerum, aduersus Sirenarum cantilenas.

Corui lusciniis honoratiores.

Κόρακις ἀνδρόνων ἀδισιμώτατος, id est, Corui lusciniis honoratiores. Cum indocti doctis praesentur, improbi probis, blaterones eloquentibus, rapaces ac furaces cordatis & integris viris. Aut cum plus tribuitur improbitati & audacia, quam eruditioni ac sapientiae.

Commune naufragium.

Κοινὸν ναυάγιον τοῖς πᾶσι παραμύδιον, id est, Commune naufragium, omnibus solatium. Multo facilius fertur malum quod nobis est cum omnibus, aut cum multis commune.

mune. Quin & hodie iactatur inter Scholasticos, Miserum est solatium habere calamitatis socium.

Cyparissi fructus.

Κυπαρίσσι καρπός, id est, Cyparissi fructus, de verbis dictu magnificis, ceterum inutilibus. Prouerbiu fluxit a natura arboris, quam Plinius libro 16. scribit, natu morosam esse, fructu superuacua, baccis toruā, foliis amarā, odore violentā, ac ne umbra quidem gratiosā. Haec tenus Plinius. Atq. huiusmodi cum sit, tamen proceritate, unde et conifera vocatur a poetis, ac perpetuo virore, neque non nascendi difficultate, nouum aliquem fructum polliceri videtur. Theophrastus autem lib. de caussis plantarum 1. scribit semen cupressi adco esse minutū, ut vix oculis percipi possit. Neque enim huius esse fructum totum id quod pilae speciem gerit, sed quod cono innascitur, perquam tenue & exile, laricis semini proximum, quod pilula sua dehiscente dilabatur, nec legi nisi ab experto potest.

Μακρόν.

ATHENAEVS Dipnosophistarium libro 14. refert cibi genus, primum a Thessalis repertum, sed quod Athenis quoque fuerit in deliciis, cum subessent imperio Macedonium, quorum lingua dicebatur μακρόν, a Graeca voce μακρόν, quod est pinso, siue macero: unde dicta sit μακρά, quae & ipsa prouerbio locum fecit, ut ὑπομαζών dicerentur, qui lautius viuerent: post quidquid esset opiparum & elegans in cibis, μακρόν dicebant, etiam in auibus, piscibus, oleribus ac fartis, & μακρόν ζών, qui suauiter viuerent. Citantur in testimonium versus ex Alexide,

Σκευάζειτ' ὑπομαζών προποσηπίν τε

λίπεθι μακρόν ζών.

id est,

Facite apparatus, & epulis incumbite,

Lepamini atque mattayzete.

Ceterum Atticis λίπεθαι dicuntur, qui intemperanter indulgent Veneri, huc ni fallimur adludentibus, quod λίπεθαι sonet deglubo, quae vox et Latinis usurpatione facta est obscena. λίπος enim Graecis pellem significat. De Mattyis qui plura volet cognoscere, legat finem decimi quarti libri, quem modo citauimus, & mattayis explebitur assatim. Tot auctoribus Athenaeus docet quid sit mattya. Idem libro 4. tradit apud Lacedaemonios ματύνω dicta bellaria quae post αἶνον, id erat conuiuii genus, apud illos dabantur, quae quidem & ἱππικὰ vocabantur. Meminit huius cibi & Marialis lib. 9. Mattya sola iuuant.

Matiolæchus.

Ματιολαίχης vulgato conuicio dicebatur liguritor, & in minimis etiam rebus exquisitus. Quin & Hesychius indicat quod pusillum sit, id Graecis dici ματίον. Aiunt autem esse cibi genus. Equidem in commentariis Graecorum inuenitur ματίον vocari, quod est minimū, aut genus mensurae. Proinde quadrat in eos, qui per fraudem minimis e rebus sectantur compendium, ἀποτὸ ματίου καὶ λοχίσσαι, nisi maioris αλίσχον. Vsurpatur ab Aristophane in Nebulis, inter multa epitheta, quibus Pirum improbum notat. Interpres tam varie exponit, ut satis fateatur se nescire, scribens dici de eo qui malignam dat mensuram, de parco ac sordido, de eo qui

cogitat inania, siue nanciscitur friuola.

Post Marathonem pugna.

Μετὰ τὴν μάχην, id est, Post Marathonem praelium. Vbi quis post calamitatem in aliam nouam rursum incidit. Marathon locus est Atticae, crebris cladibus insignis, ubi acerrima pugna fuit cum Persis. Refert Herodotus libro 6. Simile huic, μετὰ πόλεμον παρεχθή, Post bellum tumultus.

Ne vities musicam.

Μη κακὸν εἶναι τὴν μουσικὴν, id est, Ne vities musicā, id est, ne loquaris discrepantia, ne noua moliaris. Plutarchus in Apophthegmatis refert ita loquutum Emercen, in Phrynidis cantoris organo duas ex nouem incidentem fides, quod septem satis esse duceret.

Astutior coccyce.

Μηχανικὸν ἔργον ὑποκινεῖς, id est, Coccyce astutior, dicebatur, qui astu sibi consuleret. Sumptum ab auis ingenio, oua subiicientis in nidos alienos, maxime palumbium, de qua abunde Plinius & Aristoteles.

Hesperidum mala.

Μῆλα ἰσοδιδόν δωρεῖσθαι, id est, Mala Hesperidum largiri, qui magna splendidaq. largirentur. Nota est fabula de malis aureis. Huc aduississe videtur Maro nosier in Buc. carm.

Aurea mala decem misi, cras altera muttam.

Solæ Lacæna viros pariunt.

Μόνα λῆκαινα ἀδύσσ τιττεσ, id est, Solæ Lacæna viros pariunt. Apud Lacedaemonios fortissimi viri nascuntur, & apud eosdem matres scire natos educabant. Natum est prouerbiu ex apophthegmate Gorgus Lacænae Leonidae uxoris, cui cum peregrina quæpiā dixisset, Μόνα τὴν ἀδύσσαν ἀρχεῖν ὡς λῆκαινα, id est, Sole viris imperatis Lacedaemonis: respondit, Μόνα ὅτι τίττεται ἀδύσσ, id est, Solæ enim parimus viros. Refert Plutarch. in vita Lycurgi.

Myrteam coronam ambis.

Μυρτίωνω, id est, Myrteam cupere dicebatur, qui tyrannidem aut magistratum ambiret. Nam olim principes myrteis corollis coronabantur, si quidem Suidæ credimus.

Præuertit ancoræ iactum deus.

Αὐτὸς ἀνέπαυε τὴν ἐπ' ἀγκυρὰν βίε.

id est,

Sed anteuertit ancoræ iactum deus.

Cum res præter spem euenit. Traductum a nautis, quibus accidit saepenumero, ut cum parant sese ut ancorā iaciant, in portum appulsuri, repellantur a ventis, & in mediam tempestatem reuocentur.

Pro Delo Calauriam.

Αὐτὶ δ' ἄλλ' τὴν καλαυρίαν, id est, Pro Delo Calauriam. Est in fabulis, Neptunum cum Latona permutationem fecisse, ut illa Callauriam insulam Neptuno concederet, possideret Delum, proq. dato Tanaro reciperet Pythionem. Est autem Callauria exigua insula, haud procul a Creta. Pausanias in Corinthiacis tradit Calauriam

riam olim fuisse sacram Apollini, Delphos Neptuno, hos inter se commutasse loca. Meminit eius rei Strabo quoque libro octavo: Træzen, inquit, sacra Posidoni, id est, Neptuno est, unde & Posidonia dicta quondam. Eminet autem e mari ad quindecim stadia: ne ipsa quidem obscura ciuitas. Huius portui dicto Pogon imminet Calauria, exigua insula, circuitu stadiorum triginta. Hic erat asylum Neptuno sacrum. Et fama est hunc deum commutatione facta cum Latona, data Delo recepisse Calauriam, cum Apolline vero, pro Pytho recepisse Tanarum. Ephorus autem ipsum refert oraculum,

Ἰσον τοι, δ' ἄλόν τε καὶ λαυρίαν τε νεμεῖσαι,

Ἐνείων ἡρατίων, καὶ τῶν ἄλλων ἡνιμόωντα. id est,

Nil refert Delos fuerit ne Calauria culta,

Pythos ne excellens, an parua Tanarus auris.

Ea res in prouerbium abiit quoties manus manum lauat, & officium officio pensatur.

Antiquior Codro.

Ἐπὶ βῆτος ὁδὸς, de priscis, & ob antiquitatem admirandis. Codrus antiquissimus Atticæ rex, cuius alibi nobis facta mentio. Ad hunc genus suum referebant, qui generosi videri volebant.

Hirundo totos schœnos anteibit.

Ἐπὶ τῷ τῷ χελιδὼν ὅλος ὁ ὅλος παρῇται, id est, Hirundo quæpiam totos schœnos præsterbit. Vbi quis immenso vincit interuallo. Nam ὁ ὅλος Græcis mensuræ genus, quæ sicut existimat Herodotus lib. 2. sexaginta complectitur stadia. Quemadmodum & docet Hermogenes in libello cui titulus περὶ μέτρων διονόητος, ostendens esse verbum Aegyptium, quemadmodum parasanges Persicum. Etiam si Plinius libro. 12. cap. 14. quadraginta stadia tribuit schœno, quæ efficiant passum quinque milia. Rursus idem lib. 5. cap. 10. scribit schœnum patere stadia triginta, unde uarietas videtur accidisse scribarum vitio. Quamquam suspicamur hoc loco Chelidonem pro viro accipiendum, cuius alibi facta est mentio, qui haud scimus an cursu celeritateq. præcellerit.

Nihili cocio est,

PLAVTVS in Asinaria: Vetus est, nihili cocio est. Dictum videtur in eos qui pollicentur in futurum, nec exhibent rem præsentem. Laberius apud Gellium cocionem peruulgato uerbo dixit, quem veteres ariolato rem dixerunt. Dicuntur autem hæc apud Comicum a lena, quæ prædicabat sibi oculatas esse manus, atque id demum credere quod videret. Quod autem alij legunt coactionem, id neque carminis ratio patitur, nisi vocalem elidas. Ex Festo Pompeio propemodum licet conicere coactionem esse legendum. At enim coactiones appellatos a cunctatione, quod in emendis vendendisq. mercibus tarde perueniant ad iusti precij finem. Proinde apud antiquos primam syllabam, per u litteram, non per o scribi solitam huic adstipulatur quod scribit Anneus Seneca libro epistolarum 11. differens non esse cessandum a benemerendo, quod aliquando inciderimus in hominem ingratum. Et post malam, inquit, segetem ferendum est. Sæpe quidquid perierat adfida infelicitis solisterilitate, vnius anni restituit v-

bertas. Est tanti, ut gratum inuenias, experiri & ingrato. Nemo tam certam habet manum, ut non sæpe fallatur. Aberrent, ut aliquando hareant. Post naufragia, maria tentantur. Feneratorum non fugat a foro coactor. Cito inerti otio vita torpebit, si relinquendum est, quidquid offendit. Hæc Seneca. Quo loco num coactor legendum sit, nec ne, studiosis expendendum relinquitur. Iuxta etymologiam cunctio siue cunctio, aut mutata littera contio dicendum esset, ni quod Festus Pompeius ostendit eundem esse coactionem & cocionem. Is in dictione Arulator, consentit cum Gellio, confirmans eundem esse cocionem cum arulatore. Arulatore autem dici a voce Græca ἀρε, id est, tolle, quod merces eas sequatur, ex quibus si quid ceciderit lucri, possit tollere.

Non nauigas noctu.

Ὀὐκ ἐπὶ πλοῖσι, id est, Non noctu nauigas. De eo cui nihil est certi quod sequatur, propterea quod nocturnis temporibus certius nauigant nautæ, propter stellarum notas, de quibus alias dictum est. Chrysippus, ut citant, negationem detraxit, οὐκ ἐπὶ πλοῖσι, manente, sicut qui dem arbitramur, eadem sententia. Nam quid alioqui fuerat memorandum, si Chrysippus citra negationem extulisset? quasi vero non idem iuris sit in quauis oratione. Quamquam autem nautæ noctu stellarum indicia sequuntur, longe tamen certior interdum nauigatio.

Mores hominum regioni respondent.

Καὶ τῶν φυτῶν τὰ σπέρματα, καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ βίαι τῶς χώραις σὺν ἐξέμειναι. id est, Et plantarum semina, & hominum mores ad regionis habitum respondent. Refertur & hoc in Græcorum prouerb. collectaneis natum ab apophthegmate, cuius meminit Plutarchus. Ut triticum in non nullis agris degenerat in aliud genus, solitudo: ita pro qualitate regionis variantur hominum ingenia. Montani asperi sere sunt & inhumani. Litorales ferme prædones & immites. Campetres molles & humani. Herodotus in calce libri ultimi, satis declarat primum e Cyri responso natum esse. Etenim cum Persæ rerum potiri postulare, ut ex aspera regione, quam tum incolabant transferrentur in comniore ac feraciore, annuit quidem, sed admonitis ut posthac sese pararent ad seruendum, non ad imperandum, φιλίην γὰρ ἐκ τῶν μαλαχῶν χωρῶν μαλαχὲς γίνεσθαι. Οὐ γὰρ τοι τίς αἰτ' ἡνίκαι παρὸν τι εὐμασίην φύνη, καὶ αἰδέσθαι ἀγαθὲς τὰ πόλιν. id est, Ex mollibus enim regionibus molles homines nasci solere. Neque enim eiusdem esse terræ fructum egregium producere, & uiros in re bellica præstantes.

Cum cane simul & lorum.

Σὺν τῷ κυνὶ καὶ τῷ ἵμῳ, id est, Vna cum cane lorum quoque. Clausula est heroici carminis. Eudemus indicat dici, quoties simul omnia pereunt, ut nihil omnino sit reliqui, ne spes quidem recuperandi quod periit.

Teipsum inspicere.

Μὴ τοῦ μὲν ἀλλὰ καὶ τὸ σὸν φῶλος σκοπεῖν. id est, Age non meum, verum & tuum inspicio genus. Teucer in tragædia quæpiam in Agamemnonem sibi generis

generis vitium probro vertentem, quod nothus esset, regerit huiusmodi conuicium, quod & ipse genus duxisset a Clisthene effeminato. Stultum est in alterum dicere, quod in te possit retorqueri. Adagium refertur a Plutarcho.

Ne mihi vacuum abstergas

THEOCRITVS in Syracusis:

Μὴ φῶν μελιτῶδες ὅς ἀμὼν καρτῶδες εἶναι,
Πλῆς ἴνδης, & ἀλέγῳ, μὴ μοι κεῖν ἀπομάξῃς, id est,
Ne quisquā existat Proserpina, quæ dominum, uno
Excepto, agnoscamus, ego id non curo, caueo,
Abstergas ne mi vacuum.

Subesse prouerbiū videtur in eo quod ait: Μὴ μοι κεῖν ἀπομάξῃς. Subaudiendum autem γὰρ, χιτῶν, aut simile quiddam. Apparet esse cōminantis aut timentis alapam aut colaphum. Nam locus nondum satis liquet. Eruditio itaq. relinquimus excutiendum diligentius. ἀπομάξῃς dicuntur & πλαστῆ qui argillam oblinunt, dum fingunt imaginem. Solent quidam simulare officium, quasi velint aliquid sordium a mala abstergere, & interim imprudenti illinunt aliquid sordium. Quemadmodum inducunt Bacchum facie, γυψο, & vuarum succo oblita. Interpres tamen homo nec admodum doctus, nec diligens, mauult subandiri mensuram, fortasse χονικῶν. Quod in mensura redundat, abstergetur terete baculo. Fallit igitur qui nondum plenam abstergit, ita simulans aliquid redundare. Sentit se non esse illi ancillā, ut ab eo debeat oburgari. Heri offensi defraudant seruos suo dimenso, hoc est, ni fallimur, quod ait, non sum sollicita, ne mihi suram vacuum abstergeas.

Cum sis nanus, cede.

Νάνος δὲν ὕπναι, id est, Nanus cum sis, cede. De pusillis dictum. Nani enim homunciones appellantur infra modum humani corporis, & prodigiosa breuitatis. Iuuenalis:

-Nanum Atlanta vocamus.

Νάνος enim Græce dicitur quasi μὴ ἄνθρωπος, quod non excreseat in altum. Citatur Theophrastus, qui senserit nanos dici, quibus pudendum membrum sit iusto maius, quod in hoc hominum genere inueniri probabile est. Quadrabit in tennes & humilis fortuna homunculos, ac quemadmodum ait Horat. moduli bipedalis, qui potentes sumptu conantur æquare.

Nocte lucidus, interdiu inutilis.

Εὐνυκτὶ λαμπρὸς, εὐφάει δ' ἀσφελὴς. id est,
In nocte lucens, luce vero inutilis.

De præposteris qui sapiunt, ubi nihil est opus, cū opus est, ubi dormiunt. Ceterum magis videtur competere in eum qui inter indoctos uideatur aliquid esse in literis, inter eruditos nihil sapiat. Aut inuertendum est prouerbiū:

Εὐφάει λαμπρὸς, εὐνυκτὶ δ' ἀσφελὴς.
Sumptum a gemma quadam, cuius alibi fecimus mentionem.

E Tantali horto fructus colligis.

Τανταλὸς κῆποι τευγᾶς, id est, Ex Tantali horto fructum colligis, id est, ea consecraris, quæ nusquam sunt, aut

quibus frui non licet. Quod quidem apposite dicitur in mundanis addictos voluptatibus. Nam ij dum his veluti temulenti fruuntur, egregie felices sibi videntur. Verum simul atque resipuerunt, iam velut experrecti, intelligunt omnia illa nihil fuisse, nisi mentis non admodum sanæ somnium.

Telenico pauperior.

Τελνίκος πενιέστερος, id est, Telenico pauperior. Nam is usque adeo nota paupertatis fuit, ut Seriphij verbum inde finxerint, dicantq. τελνικῶς pro euacuare.

Telenicia echo.

Τελνικὸς ἠχώ, id est, Telenicia echo, recte dicitur oratio fatui. Sic enim vocant crepitum vasculorum inanij. Sumpto epitheto ab eodem, de quo modo diximus Telenico. Quamquam Plutarchus inter argute dicta Epaminonda, meminit Tellenis cuiusdam peijoni tibicinis, cui dissimilimus fuerit Antigenidas. Expendat igitur lector an ab hoc malit deductum prouerbiū. Etenim de Tellenis cantilenis alias nobis dictum est.

Terebintho stultior.

Τερβινθὸς ἀσώτερος, id est, Terebintho dementior, in stupidum sibi. placentem, quod arbor ea late porrigat ramos, quod est insolenter ostentantium sese, ad hæc nigrare insignis, folijs crassis, succo item pingui & resinoso, tum alias alia specie. Parit quidem cum vite, sed dissimilem factum.

Mœnia Semyramidis.

Τῶν Σεμυράμιδος, id est, Muri Semyramidis, de muris inexpugnabilibus dicebatur, egregieq. munitis. Ouidius libro Metamorphoseon quarto:

-Vbi dicitur altam

Cosilibus muris cinxisse Semyramis urbem.

Manum admouere.

Τὴν χεῖρα ἐπιβάλλειν, id est, Manum apponere dicebantur, qui sese insinuarent in rei cuiuspiam egregie communionem. Translatum a sacris, in quibus non numquā fieri solet, ut alijs rem diuinam facientibus, alius aliquis adueniens, admota victimæ manu, fiat & ipse particeps sacrificij.

Patris est filius.

Τὸ πατὴρ ἐστὶ τὸ παιδίον, id est, Patris est filius. Ita loquuntur, ubi quis mores imitatur patrios. Et in genere, eius filium vocamus quemlibet, quem moribus expresserit, quod liberi fere parentes referre soleant. Hunc titulum Varro uni ex Menippeis indidit, citante Nonio Marcello. Varronis autem tituli fere prouerbiales sunt. Philostratus in Aristide cōmemorat, sophistam hoc prouerbio notasse Alexandrum, quod patris ambitionem imitaretur.

Paruo emptas carnes.

Τὸ εὐδὼν κρέας οἱ κύνες ἐδίσσιν, id est, Paruo emptas carnes, canes edunt. Quidam putria emunt obsonia, ne plusculum insumant nummorum. Ea cum nullus attingit, canibus aliquoties edenda seruantur. Sapit & hoc vulgus horum temporum.

Qui

Qui domi compluitur.

Τὸν οἰκόν βερέμενον δὲ θεὸς οἰκίῳ, id est, Qui domi compluitur, huius ne deum quidem miseret, vulgo Grecis iactatum. Sensus est eum modis omnibus suo malo videri dignum, qui sit usque adeo ignavus, ut nec domi suae possit a pluvia tutus esse. Eiusdem farinae cum superiore proverbium,

Tragicus Theocrines.

Τραγικός θεοκρίνης, Tragicus Theocrines. Vsurpavit hoc adagium Demosthenes adversus Aeschinem. Theocrines primum tragædiarum actor fuit, deinde calumniator, & sycophanta. Unde Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte, Aeschinem tragicum Theocrinem vocat. Extat eiusdem adversus hunc Theocrinem oratio, quamquam non nulli Dinarcho tribuunt. Vfus est hoc proverbio divus Hieronymus, ni fallimur, in epistola ad Furiam, de viduitate: Vbi cumque viderent Christianum statim illud de trinitio, τραγικός θεοκρίνης. Hoc convicij iaciebant in Christianum, quasi sanctimonie simulator magnificis verbis aliorum vitam criminaretur.

Tragicum malum.

Τραγικὸν πᾶς, id est, Tragicum malum, dicitur ingens, cuiusmodi finguntur in tragædiis. Nam ab iis abstinere comædia. Quintilianus duo facit affectuum genera: quosdā enim atrociores esse, hos amat tragædia, quosdam mitiores, his utitur comædia: ac tragicos quidem πᾶς vocant, comicos ἴδιον. Tragædia semper habet tristem exitum: Comædia latum. Unde Plautus citante Festo Pompeio, Comædice dixit pro suaviter: Fuge, heus astitisti & dulce & comædice.

Cæcus auribus ac mente.

Τυφλὸς τὰ τ' ὤτια, πῦρ τε νοῦν, τὰ τ' οὐ μὲν ἴ. id est, Tu simul & aure & mente & oculis cæcus es. Quadrat in hominem plane stupidum.

Cæcum infomnium.

Τυφλὸν ὄνειρον, id est, Cæcum infomnium, de re friuola vanaque. Quædam enim infomnia portēdunt aliquid, quædam inania sunt, quemadmodū sunt et bruta fulmina.

Asinos non curo.

Τῶν δ' ὄνων ἔμει μέλει, id est, Ceterum asinos nil moror. Congruit in eum qui domesticis contentus opibus, non querit aliena. Nam cui plaustrum est domi, huic nō est opus asinis conductitiis, carmen integrum alibi citauimus.

Plurium calculus vincit.

Τὰν πλεονόμου ὑμᾶς νικά, id est, Plurium calculus vincit. Quoties in consilio ceditur multitudini. Plinius in Epistolis queritur, numerari sententias, non expendi. Et Linus: Pars, inquit, maior meliorem vicit.

Pistillo nudior.

Υπὲρ γυμνότερος, id est, Pistillo nudior. De vehementer tenui. Cognatum illi παρ' ἄλλας γυμνότερος, id est, Paxillo nudior. His enim cortex detrahatur.

Pistillo caluor.

Υπὲρ φαλακρότερος, id est, Pistillo caluor. Prouerbialis item hyperbole, de magnopere glabris. Nam ima pistilli pars, calui cranium referre videtur. Transferrī potest ad insigniter egenos, aut simplices, ac dissimulandi ignaros.

Aurum subæratum.

Υπόχαλκον χρυσίον, id est, Subæratum aurum, dicitur homino nequaquam syncerus, sed aliud præ se ferēs, aliud intus occultens. Sumptum a nominis adulteratis.

Nihil de vitello.

Νιστὸς ἐδὲν μοι δίδω, id est, Nihil mihi de vitello dedisti. Quadrat in eos qui impertiant deteriora, meliora sibi seruantes. M. Tullius in lib. De diuinatione 2. narrat huiusmodi fabulam, unde consentaneum est hoc mutatum esse proverbium: Quidam somniarāt se videre ouum ex lecti cubicularis fascia pendens illigatum, id somnium cum ad coniectorem retulisset, responsum est, thesaurum indicari: proinde foderet eo loco quo se somniarāt ouum videre: ubi fodisset, reperit aurum argento circumtectum. Misitq. paullulum ex argento coniectori, dissimulans inuentum aurum. Coniectori accipiens, Nihil ne, inquit, de vitello?

Queruli in amicitia.

Οἱ φιλομεμίφεις ὡς φίλοι καὶ δὲ φίλοι, id est, Qui queruli sunt in amicos, non sunt ad amicitiam idonei. Coniungere ad amicorum vitia, hæc res & iungit, iunctos & seruat amicos. Sententia videtur desumpta ex Herodoto. Constat tamen trimeter si legas, οἱ φιλομεμίφεις, ὡς φίλοι καὶ δὲ φίλοι. Nec tam videmus quid sit φιλομεμίφεις. Si legimus φιλομεμίφεις, addenda est coniunctio, οἱ δὲ φιλομεμίφεις, ita constabit versus.

Qui querulus est, amicitia haud accommodus.

Cleomenes superat cubile.

Οκλειομένους τ' κρείττους ὑπὲρ χρεῖ, id est, Cleomenes cubile superat. De eo qui magis abundaret rebus superuacaneis quam necessariis. Ductum apparet a quopiam, corpore quam pro lectuli modo maiore. Sicut & Iuuenalis:

Lectus erat Codro, Procul minor.

Vterque ambo.

Οὐδὲν ἑκάτερος ἀμφοτέρους, ὁ δὲ ἀμφοτέρους δίδω, id est, Vterq. ambo, ambo neuter. Instar enigmati est, cuius meminit Plutarchus in Moralibus, & extat in Grecis Epigrammatis. E duobus fratribus, quorum alteri nomen erat ἑκάτερος, alteri ἀμφοτέρους, ille bonæ frugis erat, hic nequam. Hos cum Philippus vidisset, hoc in eos iocatus esse fertur. Quadrabit in duos aliquos, quorum alterius nequitiam, alterius probitas compensat.

Os inest orationi.

Ὅσα μὲν ὄρεσι τῷ λόγῳ, id est, Sermoni inest os vigor. De oratione non inani, sed solidas habente sententias. Dicit hoc Themistocli tribuitur, videtur e poeta quopiam desumptum. Est enim iambicus Dimeter. Quintilianus item

item rerum inuentionem appellat orationis offa. Sumpta similitudine ab animantium corporibus, quæ offibus sustinentur, colligatur neruis, vestiuntur carnibus & pelle, cohærent anima, mouentur actui.

Fluuius non semper fert secures.

Ὁ δὲ αἰὶ ποταμὸς ῥέειναι φέρει, id est, Non semper secures fert fluuius, id est, non protinus tibi speres idem quod alius feliciter cessit. Natum ab apologo Aesopico: Cuiusdam cadenti syluam securis emanibus excidit. Mercurius inuocatus reddidit argenteam. Neganti suam esse, reddidit auream. Hanc quoque suam esse neganti, ferream tandem restituit, & illas insuper donauit. Alius quidam eundem euentum sperans, data opera, passus est elabi securim. Ea cum perisset, nec Mercurius imploratus adfuerat, exposulanti, prior ille respondit ad hunc modum: Ὁ δὲ αἰὶ ποταμὸς ῥέειναι φέρει. Quamquam hic apologus uarie narratur in alijs commentarijs, nempe adfuisse Mercurium, & prolata aurea securi rogasse, num ea esset quæ perisset, atque eo protinus affirmante suam esse, Mercurium offensum hominis impudentia, nec ferream restituisse.

Non est Dirithyrambus, si bibat aquam.

Ὁ κῆσι διθὺρ αὐτὸς καὶ ὁ δὲ πίνει. id est, Haud Dirithyrambus est, aquam si potitet. Non adest hilaritas, cum deest uini: languet poetarum ingenium, ni uino concalescat. Vnde teste Flacco, Laudibus arguitur uini uinosus Homerus. Et, Ennius ipse pater, numquam nisi potus ad arma profiliit dicenda. Et, Nulla placere diu nec viuere carmina possunt, Quæ scribuntur aqua potioribus. Quin et refert in Sympotiacis Plutarchus, Aeschylus tragædias suas potando scripsit. Excitat enim uini calor inueniendi uim, quæ torpet non numquam in ieiunijs, mouet phantasias, addit impetus, subministrat fiduciam. Addit Gorgiam non recte suam tragædiam Marti tribuisse, cum Bacchomagus sit adscribenda. Dirithyrambi canebantur in honorem Bacchi, qui & ipse διθὺρ αὐτὸς dictus est, quod bis natus uelut e duobus ianuis prodierit.

Post acerba prudentior.

Περὶ τὰ δεινὰ προειμώτορος, id est, Post mala prudentior. Finitimum illi:

-Περὶ δὲ τὴν νῆπιον ἔργον. Plato in Symposio, ὅτι καὶ σοὶ λέγω ὁ ἀγαθὸς μὴ ἔχει τὸ δῶναι ὑπὸ τῶν τῶν, ἀλλ' ὅτι ἡμεῖς τὸν περὶ μὲν τῶν, γινώσκοντες ὁ ἀγαθὸς οὐκ ἔχει, καὶ μὴ κατὰ τὸ περὶ μὲν τῶν, ὡς πρὸς νῆπιον περὶ τῶν γινώσκοντες. id est, Quæ sane & tibi dico Agathon, ne ab hoc fallaris, sed meis doctus malis cauens, neque, quemadmodum habet prouerbum, stulti more malo accepto sapiens. Congruet in eum qui suo malo redditus est cautiior.

Paulone mendicior.

Παυλὸνος πτωχότητος, id est, Paulone mendicior. Pauson pictor quispiam fuit, insigni tenuitate, quemadmodum apud Iuuenalem Codrus. Hunc notat Aristoph. in Pluto, apud quem cum Penia exclamasset ὅτι πῶλιν ἀργαῖς

καὶ οὐδ' οὐκ ἀργαῖς, id est, O urbs Argos, quod ait audi: respōdet Chremylus, πῶλιν ἀργαῖς καὶ ἀλλὰ τὴν ἐξασπιν, id est, Pausonem adhibe tibi conuiuiam.

Vltra Hyperbolum.

Υπὲρ τὸν ὑπερβόλον, id est, Vincit Hyperbolum. Hyperbolum quispiam erat, mirum in modum appetens litium. Vnde conuenit in eos, qui simili laborant morbo. Plutarchus in uita Alcibiadis, Thucydides Peloponnesiaci belli lib. 8. & Aristophanes in Equitibus ostendit Hyperbolum fuisse hominem modis omnibus improbißimum, nec ulla re clarum aut potentem, nisi uitio lingue. Præterea M. Tul. lib. De claris oratoribus, ita scribit de Saturnino: Homo simillimus Atheniensis Hyperboli, cuius improbitatem veteres Atticorum comædiæ notauerunt. Aristophanes præter alia scribit & hoc de hyperbolo:

Ἀνδρὰ μαχητήν, πολὺ τὸν ὀφείλω ὑπερβόλον. id est, Improbium virum, atque ciuem rapam acidumque Hyperbolum.

Sus in volutabro cæni.

Τὸ χορὸν ἐν ᾧ κύλισμα βαρὺ ἔχει, id est, Sus lota rediit ad volutabrum luti, cum quis iterat iam expiata flagitia, sicut indicauimus alibi.

Mendax Atraphaxis.

Υπὲρ τὸν πλεονέκτην, id est, Referta mendacijs Atraphaxis. De tumidis ac venosis. Atraphaxis oleris generis, quod celeriter in altum surgit. Latinis atriplex dicitur, ad finis, ni fallimur, betarum generi, quæ & ipse subito grandescunt alioqui sativæ. Id quod indicat & Theophrastus in historia plantarum, lib. 1. cap. 5. Eadem herba ab eodem, lib. 7. cap. 1. recensetur inter eas quæ celeriter proueniunt, nempe die a sativæ octauo. Est caule grandiore, sed molli carnosaque. Suidas admonet dictum in Cleonem, qui falso calumniaretur equites in concilio: cui cum fides haberi videretur, dictum est: Υπὲρ τὸν πλεονέκτην ὅτι καὶ τὸν ἀλλοτρίον, id est, Concilium plenum esse mendaci Atraphaxi: quo dicto simul notata est & Cleonis in calumniando vanitas, & populi facilitas in credendo. Est enim illud proprium calumnie, e leuissimo malo subito maximam excitare tragædiam. In hanc ferme sententiam Suidas. Adagium sumptum est ex Equitibus Aristophanicis.

Inflige plagam ab aratro.

Πᾶσι τὴν ἀν' ἀρότρε, id est, Inflige plagam aratri: siue, impinge vomerem, cum iubebimus strenue pugnare licet sine arte. Natum a iure ab huiusmodi fabula, quam narrat Pausanias libro. Elia. 2. Glaucus quidam Carystius cum terram aratro proscindenti forte fortuna uomis excidisset ab aratro, sublatum aptauit manu vice mallei. Quod ubi conspexisset pater Demylus, iuuenem produxit in Olympia, ad pugilum certamen: verum ubi iam artis imperitus, plagis afflictus pane deficeret, pater acclamauit: πᾶσι τὴν ἀν' ἀρότρε, admonens ut sic peteret hostem, quemadmodum vomere solet vulnerare terram. Hac voce rediit animus iuueni, vicitq. Idem postea bis vicit Pythia, ostes Nemea, item ostes Isthmia, auctor Pausanias.

Υγ Summis

Summis ingredi pedibus.

QVI clanculum aut cautim, ac pedetentim, quod aiunt, conantur aliquid, summis pedibus ingredi dicuntur. Græci iucundius efferunt aduerbio composito, *καρποδισί*. Idem valent illa, Suspenso gradu, & suspensis pedibus. Translatum a gestu eorum qui sic ingrediuntur, ut strepitum pedum nemo sentiat: aut qui via diffisi, cautim & leniter figunt vestigia. Aliquāto diuersius est, quod est apud Platonem in Lachete, καὶ εἰς ἀρετὴν ποδὶ ἐπιβαίνοντες, id est, Ne summo quidem pede ingredientes, quod pertinet ad illam formam. summis labris degustare summis digitis attingere.

Cælum digito attingere.

PROVERBIALI nimirum hyperbole, digito cælum attingere dicuntur, qui longe supra mortalium conditionem, ac diis proximi esse videntur. M. Tullius ad Atticum lib. 2. Nostri autem principes digito se cælum putant attingere, si nulli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant. Cognatum illi quod alias ex eodem retulimus, in cælo esse. Ad consimilem modum Horatius:

Quod si mel lyricis vatibus inseris,
Sublimi seriam sidera vertice.

Onidius:

Huic tu cum placeas & vertice sidera tangas.

Et apud Theocritum in Hódæporis,

ΟΤΙ ΠΟΤ' ἴδῃ

Αὐστράλῳ τ' ἄμυν, ἵε δ' ἔρχον ὑμῖν ἀλέμῳ. id est, Agnum quando tuli, vobis in sidera abibo.

Lyfimachus cum ad Thraciam peruenisset, velut occupatis extremis regni finibus, Nunc, inquit, Byzantij ad me veniunt, posteaquam cælum attingo lancea. Eam vocem insolentissimam ita castigauit Pasiades Byzantius, qui turn forte aderat, ut diceret, Abeamus, ne lancea mucro cælum pertundat.

Corinthiari.

Κορινθιαῖοι veteres vulgato ioco dicebant eos, qui scortationibus ac lustris indulgerent, qui ne lenocinium exercerent. Sumptum est a meretricibus Corinthiis, de quibus suo loco dictum est. Tantus enim illic honos habebatur meretricibus, ut, quemadmodum ex auctoribus docet Athenæus, illic in templo Veneris prostarent, atque in solemnibus precibus illud addi solet, ut dii augerent meretricum numerum. Quin & illud refert, meretrices sacro sacro Veneri, ciuitatem extremo periculo laborantem seruasse placata Veneri. Prouerbij meminit huius Stephanus de urbibus, Aristophanis adlegans Cocalum.

Si tanti vitrum, quanti margaritum?

DIVVS Hieronymus in epistola quadam ad Demetriadem virginem: Solent miseri parentes, & non plena fidei Christiani, deformes, & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inveniunt, virginitati tradere: si tanti, ut dicitur, vitrum, quanti margaritum? Utitur eodem compluribus alibi locis, usurpatur & a Tertulliano in libello ad martyres. Hoc dicto summa rerum inæqualitas significabatur. Inter gemmas prima laus olim fuit unionibus, vitrum vilissimum: & tamen gemmas non nihil imitatur. Si tan-

to studio curas, ut viuat corpus, quam est dando opera quo viuat animus? Si nihil non facis quo placeas homini principi, quanto magis enitendum, ut placeas principi deo? Si tantis sudoribus parantur opes peritura vel usu, vel furto, cur non magis incumbimus, ut caelestes opes adaccumulemus? In his & huiusmodi locus erit prouerbio.

In culmo arare.

Εἰ καλὰ μὲν ἀροῦν, id est, In stipula arare, dicuntur, qui labore numquam intermisso vim mentis exhauriunt: aut qui numquam desinunt ab amicis petere quod dēt. Sumpta metaphora a nimium auditis agricolis, qui segetem non patiuntur umquam interquiescere: sed assidua cultura succum omnem soli exhauriunt, statim a messe, nouam ingerentes seminem. Suidas citat ex Lyfia.

Taciturnior Pythagoreis.

Σιωπώτερος ἴσομαι τῷ πυθαγόρᾳ, id est, Taciturnior ero quam hi qui Pythagoræ sunt initiati. De vehementer taciturnis usurpari solet. Sumptum a Pythagoræ schola, in qua quinquenne silentium indicabatur auditoribus, quam *ἡμίονος* vocant, a cohibendo sermone. Suidas prouerbij titulo refert, & Zenodorus in collectione.

Attagenæ nouilunium.

Ἀτταγῆς νεμῳία, id est, Attagenæ nouilunium. Refertur a Suida: nec explicatur, nisi quod è diuersis locis haud difficile coniectura colligi potest, dictum fuisse in turbam abiectionum & seruiliū hominum. Siquidem Attagenæ avis est palustris, versicoloribus plumarum maculis distincta: vnde seruū hominem stigmatiscum, & cui tergum ob plagarum uibices, variis punctis esset picturatum, Attagenam vocabant. Porro ad nouam lunam, sic enim Græci vocant initium mensis, cum Kalendas non habeant, & serui distrahebantur apud Athenienses, & militum delectus agebatur.

Viuus, vidensq.

QVOD in Eunuchō dixit Terentius, Viuus, vidensq. pereō, M. Tullius indicat prouerbiali figura dictum esse. Sic enim scribit in oratione pro P. Sextio: Ille Cyprius miser, qui semper socius, semper amicus fuit, de quo nulla umquam suspicio durior ad senatum, aut imperatores nostros allata est, viuus, ut aiunt, & videns est cum victu suo ac vestitu publicatus. Usurpat aliquot locis & D. Hieronymus. Quin & illud quoque cum victu suo ac vestitu prouerbium sapit.

Præstat habere acerbos.

M. TULLIVS in dialogo De amicitia. Scitū est. n. illud prouerbium Catonis: Multo melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos qui dulces videantur. Equidem ut præclaram esse sententiam fatemur, ita prouerbium esse negamus. Primum quod nullam omnino prouerbij speciem præ se ferat: deinde quod prouerbia vulgi sunt, non huius aut illius. Unde legendum arbitramur, Scitum est enim illud Catonis, aut illud verbum Catonis: tamen ad scribendum putauimus, ne quis

ne quis indiligentia pratermissum existimaret.

Columnas rumpere.

ÆLIANVS prodidit in Samo quondam fuisse animalia vasta magnitudine, Neades vocantur, quorum voce terra rumperetur. Vnde prouerbum natum in clamorosos & improbe loquaces, ut postes et columnas dicantur rumpere. Vfus est eo *Vergilius* in *Philistum* rabulam, & obtrechtozem. Item *Iuuenalis* :
Frontonis platani conuulsaq. marmora clamant.

Leporis vita.

Λαγῶς βίον ζωῶν, id est, Leporis vitam viuere dicuntur, qui semper anxij trepidique viuunt. Quod id animal omnium preda expositum, ne somnum quidem capit, nisi oculis apertis. *Demosthenes* in *Æschinem* : *Λαγῶς βίον ἔχει δειλὸς καὶ τρέμων καὶ ἀπὸ πλεονεξίας προσδοκῶν*, id est, Leporis vitam uiuebas, timens ac tremens, ac semper expectans ut vapulares. Vfus est & *Plutarchus* in libello περὶ φιλοπλετίας, quem pridem Latinū reddidimus. *Λαγῶν διὰ τὸν* scripsit *Athanasius* in apologia 1. & apud *Strabonē*, *Phrygius* leporibus timidior, de quo dictū est alias per occasionem.

Victi non audent hiscere.

Νικῶμενοι ὡς οἱ τῆς ἐχρήσας δὲ νύκτα, id est, Qui vincuntur silentio victi sunt. *Plutarchus* in libello cui titulus, quo pacto quis utilitatem capere possit ex inimicis, citat ex *Pindaro*. Conuenit cum illo quod alibi retulimus, Quid, nisi dolor victis? Est autem verbum perquam elegans ἀγχεῖν, ubi quis non audet hiscere, a verbo γυνεῖν, de quo non semel dictum est.

Thersitæ facies.

Θερσίτην βαλῖμιν, id est, Thersitica facies. De prodigiose deformi dici solitum, quod *Homerus* scripserit hunc omnium qui ad Troiam uenissent, sedissimum fuisse. Ac totum hominem a capite, quod aiunt, usque ad pedes ita graphice depingit, & corporis vitia & animi morbos, ut dicat, pessimum ingenium in domicilio se digno habitasse. Locus apud *Homerum* est *Iliad.* lib. 2. notior quam ut hic referat adducere. Venustius erit si ad animum transferatur: veluti si de formoso, sed moribus improbo dicas, Si corpus aspicias, Nireas est: si animum, plusquam *Θερσίτην βαλῖμιν* reperiēs. Adagij mentionem fecit *Suidas*.

Picifer.

Κισσοφόρος, id est, Picifer, vulgare conuicium videtur in hominem infimum & despiciatissima sortis. Siquidem *Demosthenes* in oratione pro *Ctesiphonte* dicit *Æschinem* hoc nomine ab aniculis compellatum, quemadmodum & *Λικνοφόρος*, quod picas & vannos capite baiularet. Nam his in mysterijs Bacchanalibus utebantur, quod ea auis sacra sit Baccho, & vannus in omnibus mysterijs adhibebatur. Vnde *Maro*,
-Et mystica vannus Iacchi.

In numerato.

In numerato habere, si ad animi rem transferatur, prouerbij rationem habuerit, velut *Octavius Augustus*, ut refert *Seneca*, pronunciauit de Vinitio oratore, quod ingenium in numerato haberet: propterea quod

in causis agendis ingenio esset presentissimo, & quid quid aliis prestaret diutina cogitatio, id illi prima statim animi intentio daret. Sumptum est ab his qui res suas ad certissimum calculum redegerunt, hoc est, ad pecuniam numeratam. *Quintilianus* in sexto, De actore, inquit, facile dicente ex tempore dictum est olim, ingenium eum in numerato habere. Vide prouerbum, Numero dixisti.

Quantum habet.

QVANTVM habet quisque, tanti fit. Quod scripsit *Horatius* in satyra prima,

Nil satis, inquit, quia tanti, quantum habeas, sis.

Item *Iuuenalis* satyra tertia,

Quantum quisque sua nummorum seruat in arca,
Tantum habet & fidei.

Non recensuissimus inter prouerbia, ne quis clamaret nos sententias collegisse, non adagia, nisi *D. Augustus* in libro de disciplina Christiana nominatim prouerbij titulo citasset. Vnde & illud prouerbum, inquit, Quantum habebis, tantus eris. Quamquam & *Horatius* satis indicat vulgo iactatam sententiam eo quod precessit:

At bona pars hominum decepta cupidine falso.

Vsurpat et *Apuleius* in *Apologia*, Tanti re vera estis, quantum habebitis. Videtur ex *Euripide* venisse in vulgi sermonem. Cuius & hunc versum inter ceteros refert *Seneca*,

Vbiq. tanti quisque, quantum habuit, fuit.

Imis ceris eradere.

IMIS ceris eradere, pro eo quod est, delere penitus, sic ut nullum omnino memoriae pristinae vestigium exstet. Sumptum ab his qui in ceratis scripserant tabulis. huius mos est ita non nunquam versum stylum per summum aquor ceræ ducere, ut qualiacumq. tamen prior scripturæ remaneant vestigia. Aliquoties funditus delent. Conueniet in profundam obliuionem vel amicorū, vel pristinae fortunæ, vel si quid est simile.

Macilenta manu pinguem pedem.

HESIODVS in opere quod inscripsit, Opera & dies, velut enigmate quodam explicuit paupertatem,
Λιπὴν δὲ παχύν ποδὶ χαρὶ πεισίοις. id est,
Gracili autem manu pinguem pedem premas.
Manus enim gracilescunt fame, pedes intumescunt frigore. Carmen sic habet,

Μὴ σὲ κακὸν χαλεπὸν ἀμυχῶν κατὰ μέγλην

ἔν πενίῃ, λιπὴν δὲ παχύν ποδὶ χαρὶ πεισίοις. id est,

Ne te dependant inopem mala tempora brumæ,

Atq. pedem premere incipiat manus arida pingue.

Venustius erit, si longius transferatur ad viaticum parandum senectutis, aut similia.

Non semper erit æstas.

AD eundem ferme sensum pertinet & illud ex eodem libro,

Οὐκ αἰὲς θεὸς ἰστέπαι ποιεῖν καλῶς. id est,

Æstas non semper fuerit, componite nidos.

Non semper virebit ætas, para, quo se recipiat senectus. Aut, nō semp erit prospera fortuna, munias animū philosophiæ decretis, quo fortunā aduersam possis

γ γ 2 con-

contemnere. Admonet & Cato agricolas, cogitent quam longa sit hyems. Notus est apologus de formicis exprobrantibus cicadæ, quod totam æstatem nihil aliud quam cecinisset otiosa, eoq. mendicaret in hyeme. Hoc dictum oportuit adolescentum pileis inscribi. Neque enim tantum admonet parandam esse rem in senectam, verum etiam eruditionem, virtutem, honestam famam, quæ præsidia sunt optima senectutis.

Cum exossis suum rodit pedem.

CONSIMILI figura significauit egestatē in eodē opere.

Οὐ γὰρ αἰὼς ἐστὶν ὅν τινα δύναιτο.

id est,

Quando pedes edit ipse suos is qui caret offe.

Exosse vocat Polypum, quod ossibus careat. Is creditus est non nullis sua brachia rodere, cum deest cibus. Est enim edacissimus, quamquam Plinius existimat id illi accidere a conchis, verum præcisā renasci credit, quemadmodum caudas lacertis. Alcaeus apud Athenæum libro septimo,

Εδωδ' ἑμῶν ὥς πολὺν γε.

id est,

Comedo meipsum more Polypi.

Vnde & ἀποφάγιος dictus. Verum hanc opinionem & Athenæus reuocat.

Centum plaustrum trabes.

TAM simile est prouerbio, quam est ouum ouo, quod scripsit Hesiodus in eodē opere, cui titulus, ὅρα καὶ ἡμῶν, ἔκκατον δὲ π δέρας ἀμάξας.

id est,

Centum autem lignis plaustrum compingitur unum.

Eo tempestiuiter utemur, cum significabimus id quod a nobis petitur, magno constare. Facile enim alienis vtimur, non expendentes quanti constiterint ei qui præbet. Carmen Hesiodi sic habet.

Παιδίον γὰρ ἵππος ἐπὶ νῦν, βόι δ' ὅς καὶ ἀμάξας,

Παιδίον δ' ἀπενήνασθαι, πᾶρα δ' ὅρα βύλασι,

Φοισί δ' ἀνέρεσσι φέραιος ἀφν. καὶ πᾶρα δ' ἀμάξας

Νήπιος, δὲ καὶ τὸν οἶδ' ἵκατ' δὲ π δέρας ἀμάξας. i.

Nam dictum est procliue, dato plaustrumq. bouesq.

At procliue negare, sed en tauris labor instat,

Cogitat, est animo diues, compingere plaustrum

Stultus et haud nouit, centum id compactile lignis.

Itaq. quoties ad id quod molitur aliquis, pluribus adminiculis opus est, velut ad gerendum magistratum, ad scribendum librum, ad munus concionandi, ad instituendam familiam, ad longinquam peregrinationem, non inepte usurpabimus Hesiodi verbum, ἵκατ' δὲ π δέρας ἀμάξας.

Araneas eiicere.

HABET illud quoque prouerbiū speciem, quod est apud eundem in eodē opere,

Εκ δ' ἀγῶν ἰλασθεὶς ἀράχνη.

id est,

Vasis eiicias, quas nescit aranea telas.

Sic enim significant inanitatem & inopiam etiam hodie. Ad eundem modum Catullus,

-Nam tui Catulli

Plenus sacculus est arancarum.

Quo dicto nunc nihil est vulgo vulgatius. Lucianus in Pseudologista, δὲ καὶ τὸς καὶ ἀραχνίων μίστα. id est, Carie & araneis differta.

Muris circumcurrentibus.

Τῶν τοίχων περιτεχόντων, i. Parietibus circumcurrentibus.

Plutarchus in Sympoticis decade septima problema te quinto, indicat muliebrem fuisse prouerbiū, quo secretum significabant, muris videlicet testes & arbitros arcantibus. At bonorum virorum huiusmodi voluptates etiam ac lusus ait oportet esse, ut nihil egeant vallo parietum. Licebit vti, cum significabimus aliquid ali monstri, & ob id captari secretum.

Κρυπτολογία.

IN eodem opere problemate secundo, docet homines præ fractos, & asperis moribus, & intractabiles κακοί, λέγεσθαι vocari solitos, quam vocē haud satis cōmode verteris Latine. Suptā aut metaphora ab agricolis, apud quos semina quæ prius quā in terrā decidunt, incidunt in cornu boi, κακοί, dicantur, πᾶρα τὸ εἰς κακοί βαλλόμενα. Hæc aiunt prouenire ceteris multo duriora, vnde & ἀκαταμάχητα vocantur. Qui scripsit etymologicon, indicat hanc vocē semel diutaxat usurpatā a Platone, sumptāq. a leguminibus, quæ nec igni, nec aqua mollescant: cuiusmodi quædā videmus admixta leguminibus minuta nigraq. Locus est apud Plat. lib. De legibus 9. Quo quidē loco videtur interpretes ignorasse quæ sint κακοί. Verit. n. legumina fulminis tactu prædura quasi dictum esset κακοί. Porro cur id accidat, ut semina quæ in cornua boi impeerint, aut nō proueniāt, aut proueniāt sicciora durioraq. Plutar. hanc adfert causam, quod ea quæ a manu calida statim excepta terra fouentur, magis adiuuantur calore, qui seminibus est amicus. At quæ in cornua incidunt, proiecta magis videntur quam seminata, & mora frigus colligunt. Theophrastus dubitat num friuolum sit quod de cerasbolis iactant agricolæ.

Respublica virum docet.

Πολις ἀδραξ ἀδίκου, id est, Respublica virum docet. Significat neminē ad rem gerendam idoneum esse posse, nisi qui sit usu exercitatus. Plutarchus citat ex Simonide, tametsi hemistichium carminis heroici. Quantumlibet diu versatus in agro, non fies idoneus administrandæ reipublicæ nisi vixeris in foro, in curia, in frequenti populo. Adlusit huc Socrates Platonicus, cum invitatus ad loca amœna in agris, respondit se cupidum esse discendi, arbores autem nihil docere.

Faber cum sis.

PLUTARCHVS in præceptis civilibus, senarium hūc haud dubie prouerbialem, ex Euripide citat,

Τίτων γὰρ ὦν, ἐκ ἱπποκρίτους ἐκλεγετο.

id est,

Cum sis faber, opera haud facis fabrilia.

Congruet in eum qui tentat ad quæ non est idoneus, vel ob imperitiā, vel ob naturam alienam, veluti si quis insans & ad persuadendum ineptus, suscipiat legationem: aut indiligens dispenjet rem domesticam: aut senex, siue inuvalidus militiam capeffat. Iamdudum & illud Horatianum cessit in prouerbiū, quod hinc imitatum videtur,

-Tractant fabrilia fabri.

Aquam igni miscere.

INTER prouerbia, quibus ἀδύνατον significamus, referendū et illud, πῶς ὁδὸν τι μὴ γινώσκει. Ignem aquæ miscere. Plutarchus in libello cui titulum fecit, πῶς πρῶτος ἔχεται.

Xos, adducit huius prouerbij testimonium, studens probare aquæ proprium esse frigiditatem, potius quam aeris. Pugnat autem vtraq. qualitate ignis cū aqua: quippe calidus & siccus cum humida et frigida. Nar- rat eodem in loco morem fuisse apud Persas, ut si- plex in fluiuium descenderet, ignem gestans, minitans ne consequeretur. quæ petebat, se ignem missurum in aquam. Atq. ad eum modum impetrabat quidem quæ rogabat, sed muliebatur, quod minatus esset se factu- rum id, quod esset contra rerum naturam. Nam aqua hostis est ignis, eumq. semper extinguit. Id supplican- di genus apud barbaros maximum habebatur, & in quo non esset fas recusare quod petabatur. Mar. Tull. Philippica 13. Prius vnda cum flamma redibit in gra- tiam. Rursus prius undā flammāq. vt ait poeta quis- piam, prius deniq. omnia, quam aut cum Antonis Re- pub. aut Antoniū cum Repub. redeant in gratiam.

Velut e specula.

Ὡς ἀνὰ ἀσπίδας, id est, Velut e specula. Similitudo proverbialis, cum quis rem velut oculis subiectam, totam undiq. contemplatur. Siquidem ex alto commodissime spectantur omnia, propterea quod nihil obstat, quod impediat prospectum. Vtitur Plutarchus in libello, cui titulus, De Romanorum fortuna.

• Melut in cratere. •••

Ωσπερ αἰχμαῖνι φιλῶντι id est, Velut in cratere philo-
tesio. Prouerbialis & haec collatio, qua significabimus
res antea turbulentas componi sedariq; & prius in-
ter sese inimicos in gratiam redigi. Dicitur autem cra-
ter philotesius, quem in conuiuio porrigunt alijs alijs,
cer amicitiæ symbolum ac pignus. Veluti qui filiam
alicui desponderet futuro genero prelibans, φιλῶντιον
αἰχμαῖνα porrigebat. Scythæ quoque amicitias, quarū
sunt perniciatissimi, cratere conciliabant, vt testatur
in Toxaride Lucianus, Quin & CHRISTVS ipse
nostræ religionis princeps, arcanam illam cum suis
amicitiā poculo consecrauit.

Sero venisti.

Οὐ αὐτίς, id est, Sero venisti. Competit in eos, qui post tē-
pus rem aliquam aggrediuntur, veluti si iam aetatis vi-
tio frigidus, uterem paret ducere, aut grandior litte-
ras addiscere. Nāq̃ ex oraculo, quod Pythia va-
res edidit cuidam consulenti, num deberet ad rempu-
blicam tractandam accedere, ὅτι μὲν αὐτίς πορεύειν καὶ δι-
κάζεσθαι δίκης, καὶ πρὸς ὅρα στρατηγία καὶ πῶς δι-
εῖς, id est, Sero venisti, me de principatu & reipubli-
cae administratione consulens, & alieno tempore mili-
tia pulsas ianuam. Meminit Plutarchus in commen-
tario, cui titulus, ἐκ περιστάσεως πολιτευόν.

Prius antidotum quam venenum.

DIVVS Hieronymus aduersus Rufinum respondens,
Quomodo eorum præfationes librorum, quos nescias,
accuses, quæ quidam vaticinio futuræ calumniæ re-
sponderunt, implentes proverbiū, Prius antidotum
quàm venenum, subaudi adhibes. Conueniet vti, quo-
ties aliquis se purgat antequam accusetur. Antido-
tus enim aduersus venena datur. Hanc nemo sumit, nisi
gustato veneno. Quamquam sunt qui se præmuniant

*antidotis, ne noceat, si fors contingat sumere toxicum.
Quemadmodum fecisse legimus Mithridatem.*

Statua taciturnior.

*H*is etiam temporibus in proverbio est, *Statua taciturnior. In hominem vehementer infantem, ac tacitum. V*sus est hac hyperbole Horatius in epistola ad Iulium Florum,

-Statua taciturnius exit

Plerumq. & risu populum quatit.

Idem Iuuenalis diuitem quempiam, sed infantem & indoctum, Mercurij statu & similem facit,

-Truncoq. similimus Hermæ.

Consimili forma diuvs Chrysoſtomus libro πδ' ἐπεὶ
 νας 6. de tardo & ſtupido, τὸ πρὸ τοῦ αἰετῶνος τῶν λεγι-
 νῶν ἔδν διδοι. id eſt, Tū illud quod Græci dicere ſole-
 mus, a ſaxeis nihil differet. quod & alibi retulimus Xe-
 nophon in Symphoſiq. ἐκείνων γὰρ μὴ αἰετῶν φωνῶν
 ἀκούσας, ἢ τῶν λεγιῶν. id eſt, Illorum igitur vocem mi-
 nus audias quam ſaxearum ſtatuarum. Statuæ fre-
 quenter habent ſpeciem ſapientum & eloquentium vi-
 rorum ipſæ tamen nihil loquuntur.

Hoc noueram prius quam .

PLUTARCHVS in libello cui titulus, philosophum
maxime debere disputare cum principibus, irridēs eos
qui duplicem facerent philosophia rationem: alteram
in affectibus sitam, quæ a Mercurio Hegemone, id est,
ductore proficisceretur: alteram in efferendo positam
quàm Diætorus Mercurius, id est, nuntius largiretur:
ἰσχυρὸν ἴστω, inquit, καὶ ἀπαιτῆται τὸ κατὰ μὴ ἰδὼν πρὶν
εἶναι, καὶ τὰ κατὰ μὴ ἰδὼν πρὶν εἶναι, id est, Frivolum & obsoletum est,
coniungaturq. cum illo, Hoc nōveram antequam Theo-
gnis natus est. Usurpat idem in eandem sententiam, in
libello cui titulus κατὰ τὸ μὴ ἰδὼν ἰμμεταρῶν τὴν πύ-
λιν, citans e comico quopiam. A. Gell. lib. 1. Noctium
Atticarum, capite 3. citat ex Lucilio. Contra patriam,
inquit Cicero, arma pro amico sumenda non sunt. Hoc
profecto nemo ignoravit, & prius quam Theognis,
ut Lucilius ait, nasceretur. Non est dubitan dum, quin
hic senarius sit proverbiales, quo rem frigidam & ine-
ptam significabant. Apparet sumptum a Theoguide
tragædiarum scriptore, quem frigidissimum fuisse testa-
tur Suidas, & ni fallimur memoria, Plato. Nam fuit
huius nominis alter quoq. cuius extant sententiæ.

Phocensium desperatio.

Φωκίαν ἀπὸ νομίσαι, siue φωκικὰ ἀπὸ νομίσαι; id est, Phocensium,
siue Phocica desperatione; de stultis & infans consiliis
dici solitum admonet Stephanus. Verum ex Plutar-
cho Cheronensi conjicere licet dici solitum, ubi despe-
ratis rebus ad extrema consilia veniretur. Natum est
autem ex euentu huiusmodi. Atrox odium & irre-
conciliabilis simultas, atque ut Plutarchi dicam⁹ ver-
bis, ἀπὸ νομίσαι ὁ πόλεμος erat inter Thessalos & Phocen-
ses: quod hi primores illorum in suis urbibus, ad unum
omnes eodem die trucidassent, illi vicissim illorum obsi-
des ducentos quinquaginta in crucem sustulissent. Dein
de Thessali contractis omnibus copiis, per Locrenses ir-
ruperunt, edicto promulgato, ne cuiquam prouectio-
ris ætatis parceretur: pueri cū mulieribus in seruitutē
abducerentur. Daipbantus itaq. qui fuit vnus e tri-

ry bus,

bus, quibus Phocensium res erat commissa, suavit uti viri quidem Thessalis obuiam irent, cū illis conflictu-
r, ceterū mulieres una cum liberis, ex uniuersa Pho-
cide congregatas, in uno quopiam loco seponerent,
congesta ingenti lignorum materia: & adhibitis cu-
stodibus mandarent, ut simulac intellexissent sese vi-
ctos in praelio, continuo pueros & uxores, iniecto igni
exurerent. Id reliquis comprobantibus, exurgens qui-
dam negauit æquum fieri, ni consilium hoc, uxori quo-
que suffragiis comprobatum fuisset: quod si non place-
ret, non esse cogendus. Itaq. mulieres, ubi rem cognou-
issent, ipsæ inter se habito consilio, Daiphantum col-
lauitauerunt, qui rectissime consulisset Phocensium re-
bus. Eadem autem videri & uxoribus & liberis eor-
um. His ita peractis, congressi cum Thessalis Phocen-
ses, superiores extiterunt. Ac decretum quidem illud
Græci Phocensium desperationem appellarunt, quod
etiam si feliciter cessisset, tamen temerarium parumq.
cordatum videretur. Huiusmodi ferme Plutarchus.
Similia fere narrat Pausanias in Phocidis. Meminit
& prouerbij, quod ait ex hoc euentu dici solitum, ἐπι-
παινοῦν τοὺς βέλους τοὺν ἀδελφόν, hoc est, de omnibus cō-
siliis quæ carent dolore. Meminit & Stephanus in-
dicans dici solitum οὐδὲ τῶν τοῦ ἀδελφοῦ βελούμενων.

Extremum occupet scabies.

OLIM pueri cursu certantes, clamare solebant, Occu-
pet extremum scabies, adhortantes hac voce singulos
ad cursum, ac male precantes ei qui fuerit omnium po-
stremus. Id deductum est in adagium quo utebantur,
qui significarent sese quocumq. modo velle vincere,
neque commissuros ut inter postremos sint. Ita qui
per fas ne, asq. rem augent, possunt alio vocanti re-
spondere, Extremū occupet scabies. Quāquā nihil ve-
rat, quo minus in bonā partē detorqueamus, ut si qui
summis viribus adnititur, ne ab æqualibus, eruditione,
aut recte factis aut officiis ab amico superet, dicat,
Occupet extremū scabies. Hoc igitur prouerbij pueris
acceptum serimus, quemadmodum & illud, τῶν κακῶν
σώζοντα. Vetus est Horatius in Arte poetica:
Occupet extremū scabies, mihi turpe relinqui est.
Originem Acron indicat.

Ἡμετέριος.

VULGARI ioco fures dicti videntur. Ἡμετέριος, quod
interdum dormiant, noctū vigilent. Sic enim Hesiodus
in Operibus ac diebus,

Μῆ ποτ' ἡμετέριοις ἀδελφεὶς χρεὶν ἔλπι' ἔλπι' ἔλπι'.

Ne solitus dormire die tua tollere possit.

Aperte torquetur in tollionem & furacem. Est & pi-
jcis eiusdem nominis, ut indicat Suidas, Phoca opina-
mur.

Ne vni naui facultates.

QVIN illud etiam ad prouerbiorum classē, si longius
despectatur, referendum videtur, quod est in eodem
opere,

Μὰ δ' ἐπὶ γυνυσὶν ἄπειρα βίον κοίλῃσι τίβει δα. id est,

Ne bona tu pandis ratibus semel omnia mandes.

Ne quid aggrediaris, in quo sint uniuersa periclitāda.
Non omnis. Statim alea iacienda est. Periculosa est

-nautica negotiatio. Naufragium enim tollit omnia.
Tutius est cum terra commercium. Alibi retulimus
dictum Laconis, qui negabat sibi placere diuitias quæ
penderent a finibus.

Vrit absque torre.

VERSVM hunc ceu prouerbialē subinde Plutarchus
vsurpat,

Εὐνὰ πρὸς δέλους καὶ ἀμφοτέρωθεν δόκω. id est,
Exurit sine torre, grauiq. dat illa senectæ.

Nempe uxor improba, quæ moribus suis senium vi-
ro prematurum conciliat. Idem lepide transferetur
ad auaritiā, ad ambitionem, ad inuidiam, amorem
obscenum, similiaq. animi vitia, quibus obnoxij tor-
quentur & contabescunt.

Adhuc cælum voluitur.

QVOTIES significabimus adhuc superesse spem, &
non dum omne tempus quod melioris fortunæ solet oc-
casione adducere, exactum esse, conueniet illud
Theocriticum ex Charitibus,

Οὐκ ὁ μὲν ἀστὶ ἀγῶν καὶ ἔρως, δὲ δ' οὐκ ἔστιν ἔρως. id est,
Nondum defessus prooluere desiit æther
Menses atque annos.

Quod enim vnus annus negat, alter vltro desert.

Multæ rotæ voluentur.

PROVERBIALITER extulit, & ad eandem per-
tinet sententiam, quod proxime consequitur.

Πολλὰ κινῶσιν ἐν τῷ χρόνῳ ἀρματὸς ἐπὶ πρῶ. id est,
Per multis voluetur adhuc rota mota caballis.

Id est, Multum adhuc temporis restat, multaq. rerum
incident mutationes. Quod quidem adagium & ho-
die nostrati vulgo in ore est. Frigidius enim est, quod
quidam interpretantur de certaminibus Olympiis,
de quibus illic non agit poeta in carmine Bucolico.

Ne nomen quidem.

PROVERBIALI figura dictum est & illud in eadem
Ecloga,

Βίος δ' ἐστὶ μὲν ὄνομα ἔτι. id est,
Vltimus nec nomen erit belli atq. tumultus.

Ceruus canes trahit.

INTER adagia quibus ἐδῶκεται, seu praposterū quid-
piam significamus, adnumerandum & illud quod est
apud Theocritum in Thyrside,

Τὰς κύνες εἰλαφὸς ἔλκει. id est,
Canes ceruus trahit.

Praposterum enim est, ut ceruus venetur canes. Car-
men Theocriti sic habet,

Δαφνὶς ἐπεὶ θύσκετο, καὶ τὸς κύνες ὠϊλάφους ἔλκει. id est,
Postquā Daphnis obit, ceruus trahat ipse molossos.

Ad consimile formam Vergilius in Pharmaceutria,
Nunc & oues vltro fugiat lupus.

Bubo canit lusciniæ.

ITEM illud quod proxime consequitur,

Καὶ ὁ βῶν τοὶ σκῶπες ἀδῶσι, καὶ ὁ βῶν τοὶ σκῶπες ἀδῶσι. id est,
Buboq. montanus philomenis occinat ipsas.

Cum infans suadere conatur eloquenti, aut inruditus
docere doctissimum.

Ne

Ne vidit quidem oleum.

ECLOGA cui titulus νεμεσκατε, scaturit proverbialibus sententiis ac figuris, quarum de numero primum est illud,
Καὶ ποταμὸς ἴλαυνεν ὁ ὀφθαλμοῖσιν ὁ πόσις.

Et quando ille oculis, oleum conspexerat umquam? Conueniet in eos qui sunt artis alicuius prorsus rudes & imperiti. Veluti si quis profiteatur rem medicam, qui nunquam didicerit quidquam illius artis, venuste notabitur hoc versu,

Καὶ ποταμὸς ἴλαυνεν ὁ ὀφθαλμοῖσιν ὁ πόσις;
Vngebantur enim athletes, quo membris euaderent durioribus, unde per oleum significant certamen. Quamquam scholia declarant quosdam hoc ad arborem referre, quod in Olympiacis oleastro siue olea coronari solebant.

Et me mater &c.

ITEM illud quod in eadem sequitur,

Κῆμα' ἔφαθ' ἃ μὰ τῆς Πυλῆς ὀφθαλμοῖσιν ἔαίνω. id est,

Me quoque Pollucem mea mater vincere dixit.

Cum quis anteponitur aut æquatur iis cum quibus nullo modo conferendus est. Matres enim amore cæcitant in filios, & formosissimos putant, qui sunt deformes, fortissimos, qui sunt ignauissimi. Porro Pollux pugil optimus fuisse creditur, teste Flacco,

Castor gaudet equis, ouo prognatus eodem
Pugnis.

Suade lupis, vt infaniant.

RVRSVM in eadem,

Γῆρας τοὶ μίλων καὶ τοὶ λαῖες ἀντίχα λυσσῶν. id est,

Hoc quoque Milo lupis mox persuadeto rabire.

Vbi quis animum inducit ad rem stultissimam, quam non aggrediretur, nisi infans. Nam lupi infaniant vel sua sponte, veluti si quis tyrannum instiget ad crudelitatem, cum plus satis sciat suapte ingenio. Rabies proprie canum est, unde Scholiastes Theocriti putat hoc velut absurdum proponi. Sed canes aliquando rabiant, lupi nunquam non rabiant.

Rore pascitur.

IN hominem prætenui corpore, quadrabit illud ex eodem Idyllio quod dictum est in vitulam macram,

Μακροκαρπὸς σιγῇ τῆς αἰσῆς ὁ πόσις;

Dorēs enim rorem appellant περικα, quod περὶ, id est, mane cadat. Porro cicadas rore ali, testis est Plinius libro 11 cap. 36. Ore carent, sed habent in pectore fistuloso quiddam aculeatum linguis simile. Eo rorem lambunt. Cum excitata subuolant, reddunt humorem, quod solum argumentum est illas rore pasci. Neque enim ad excrementa corporis ullum foramen est. Vnde Maro,

Dumq. thymo pascuntur apes, dum rore cicada.

Venustius erit, si transferatur ad ingenium, siue stylū ieiunum & aridum. Aut per ironiam, in hominem vehementer obeso corpore.

Tuam ipsius terram calca.

ITEM iubebimus cuiquam, vt suo loco se contineat, neque recipiat in nostra, quadrabit illud ex eiusdem Hódaporis,

Τὰ σάυτ' ὁ πατὴρ ἔχει τὰς ἀπίας.

id est,

Quin propriam calcans terram, querceta teneto.

Conueniet, vbi parum fidemus alicui, nec volumus in domesticam recipere consuetudinem.

Ne fascines.

Ἰνα μὴ βροχῶμεν μί, id est, Ne me fascines. Dicit solitum vbi quis rem suauem nactus, presentibus impartit aliquid, ne solus fruens alios contristet. Indicat hoc Aristoteles sectionis vigesima problemate 24. Vbi de mensa communi aliquis sibi priuatim sumeret aliquid, intuitu communicans dicebat, ne me fascines. Itaque sumpturi cibum prius edebant rutam, seu remedium aduersus fascinum. Tum enim metuebant noxam fascini, quoties vel audius vescerentur, vel alicuius incommodi suspitione tenerentur, aut cibum haberent suspectum quem cupiebant. Ita fiebat, vt semper cum perturbatione vel biberent vel ederent, flatu simul hausto: qui si expellitur, simul exit cibus, si retinetur, mouet tormina. Itaque ruta prius comesta, & stomachum & reliquum corpus calfacit, vt spiritus ille inclusus discuti atque abigi possit. Vnde et illud proverbiale quiddam habet, ruta opus est, vbi significabimus periculum cuiuspiam incommodi, quemadmodum de baccare & apio diximus alias.

Non omnis fert omnia tellus.

UT Vergilianum illud, Non omnis fert omnia tellus, proverbium erit, si traducatur ad diuersas ingenij doctes, aut non quiduis a quouis esse petendum: ita prouerbij rationem habebit illud Theocriticum, ex Cyclope.

Αἰὲς τὰ υἱὸς ἑσπέρης, τὰ δὲ γίγνεται ὁ χυμῶν. id est,

Illa quidem producit hyems, illa educat æstas.

Cum significabimus aliud agendum iuueni, aliud seni, aliis atque aliis temporibus diuersis moribus utendū. Quid autem quæque ferat tellus, eleganter describit Vergilius in Georgicis, & Hermippus apud Athenæum libro primo.

Dum virent genua.

NEC illud caret proverbij specie, quod est apud eundem in Thyonicho,

Ροῖον τὶ δὲ εἰς γόνυ χλωρῶν.

id est,

Quando virent genua, tum aliquid faciamus oportet. Studendum bonis litteris, dum adhuc uiget ingenium. Ducenda est uxor, sed iuueni. Consimilem ad modum Horatius,

-Dumq. virent genua,

Et decet, obducta soluat frontem senectus.

Quamquam hac ipsa figura, genu viret, proverbialis est, quoties iuuentutem significamus.

Neque pessimus, neque primus.

MEDIOCRITATEM hoc pacto significare licebit.

-Οὐτὶ κακίστος

-Οὐτὶ καλίστος.

id est,

-Neque pessimus, at nec

Primus.

Lepidius fiet, si ad ingenij laudem transferatur. Nam apud Theocritum in Thyonicho de milite dictum est, qui seipsum modeste iactat.

Scit quomodo Iupiter duxerit Iunonem.

IN curiosos, & quid quisque domi faciat peruestigantes,

γ

4

conue-

conueniet illud ex Syracusanis,

Πρὸς γὰρ πάντας ἰσχυροὺς καὶ οὐκ ἴσους ἀπὸ τοῦ ἡνίκ᾽ ἦν. id est,

Novit femininum genus omnia, novit & illud

Iunonem quo pacto duxit Iupiter olim.

Scholias Theocriti putat significari furtivas Iouis & Iunonis nuptias, quales describit,

Εἰς δὲ τὴν ἀντιθέσιν φάσκει λαβεῖν τοὺς ἄλλους. id est,

Coniugij subire thorum clam utroq. parente.

Adiungit fabulam, quam retulerit Aristoteles quidam in libro quem scripsit de templo Hermiones. Iupiter insidians sororis pudicitie, cum forte uidisset illam semotam ab reliquis diis: nam ne diis quidem virginibus tutum est obambulare solas: seipsum vertit in cuculum, confeditq. in monte, qui prius dictus erat Thronax, nunc Coccyx dicitur. Eo vero die Iupiter excitavit ingentem tempestatem. Iuno itaq. sola peruenit in montem, confeditq. eo loci, ubi nunc est Iunonis Teliæ, hoc est, perfectæ templum. Cuculus autem ob tempestatem horridus ac tremens deuolauit, confeditq. in Iunonis genibus. Eum Iuno miserta texit veste sua. Hic rex deorum repente e cuculo factus Iupiter, Iunonem complexus est. Cumq. illa metu matris recusaret coitum, Iupiter promisit se ducturum illam in uxorem. Hinc natum existimant prouerbium. Addit huius Iunonis simulacrum in templo fuisse collocatum hac imagine, ut in throno sedens sceptrum dextra teneret, in cuius fastigio sederet cuculus, vix credimus hanc fabulam apud veteres inueniri, sed suspicamur ab otioso quopiam grammatico fuisse confictam. Adeo sapit anile quiddam. Huic simillimum est quod scribit Plautus in Trinummo, Sciunt quid in aurem rex regina dixerit, sciunt quid Iuno fabulata cum Ioue: quæ neque futura neque facta, tamen illi sciunt.

Vbi paueris, impera.

IN eadem Ecloga,

Πρᾶξι μὲν καὶ ἐπιτοχῇ,

id est,

-Præcipito postquam satiaueris esca.

Ad eum modum respondent mulieres cuiuspiam obiurganti, quod loquaciores essent, & silentium imperanti. Conueniet ubi quis imperiosior est in eos, de quibus nihil est meritis.

Gallus in suo sterquilinio plurimum potest.

QVOD scriptum est in ludicro Senecæ, prouerbij specie habet: Intellexit, inquit, neminem parem sibi Romæ fuisse, illicq. non habere se idem gratiæ, Gallum in suo sterquilinio plurimum posse. Adlusit ad Claudium imperatorem Lugduni natum. Hodieq. de cane vulgo dicunt, eum in suo sterquilinio plurimum audere: in alieno timidiore sumus omnes, in suo quisq. regno ferocior est & animosior.

Isthmum perfodere.

ISTHMVM perfodere dicebantur, qui magno quidē conatu, sed irritum molirentur aliquid. Ductū ab Isthmo Corinthiaco, qui efficiebat, ut naues longo & ancipiti ambitu iuxta peninsulam circumagerentur. Vnde complures illum adorti sunt, qua erat angustissimus, perfodere, nempe Demetrius rex, Dictator Cæsar, C. princeps, Domitius Nero, infausito, ut omnium patuit

exitu, incepto. Auctor Plinius lib. 4. cap. 4. Trāquillus ostendit, idem tentatum a Caligula. Philostratus in vita Apollonij negat Neronem destitisse victum operis difficultate: sed quod timeret, ne admissum mare, perituram Aeginam portenderet, aut res nouas in imperio Romano coarcturas: nam id prædixerant Aegyptij uates. Quin & vetustissimus scriptor Herodotus libro historiæ suæ primo, prodidit Cnidios Isthmū qua angustissimo spatio, nempe quinque stadiorum spaciū erat continentem, perfodere adortos, quo insulam facerent, ceterum istos scopulos in fodientium oculos resiliisse, deinde Delphicum Apollinem ab eis consultum trimetris respondisse,

Ἰσθμὸν δὲ μὴ πρυγᾶν, μὴ δ' ἐρύσσειν.

Ζεὺς γὰρ ἐβλάστησεν, καὶ ἐβλάται. id est,

Neque cingite Isthmum manibus, neque fodite.

Nam si Ioui id visum, locasset in salo.

Deniq. Nicanor Seleucus aggressus est Isthmum qui dirimit Euxinum et Caspium mare, nec perfecit, a Ptolemæo Cerauno interfectus.

Lingere salem.

OLIM tenuis fortuna hominibus salpulariū vice fuit, uti nunc quibusdam est acetum. Quæ res & in prouerbium abiit, tamen si non satis liquet cuiusmodi id fuerit. Sed præstiterit ipsius Plinii verba super hac re subscribere ex libri trigessimiprimi capite 7. Varro, inquit, veteres etiam pulmentarij vice usos, auctor est. Esitasse enim salem cum pane & caseo, ut prouerbio apparet. Persius in satyra quinta, -Iura, sed Iupiter audiet. heu heu Vae regustatum digito terebrare salinum, Contentus perages, si viuere cum Ioue tendis. Hoc est, vitam ages pauperrimam.

Sellissare.

Σελίσσεν prouerbiali ioco dicebantur, gloriosi, fastuq. præ-turgidi. Suidas admonet sumptum a moribus Selli cuiuspiam qui cum re esset perquam tenui, tamen affectabat haberi diues. Torqueri poterit & in eos, qui se doctrinæ iactant ac venditant opinione, cum a litteris sint alieni. Hesychius indicat Græcis idem significare σελίσσεν καὶ ψελίσσεν. Qua voce semel atque iterū usus est Plato in Gorgia: & ψελίς dicitur, qui sigma crassius profert, qua de re non nihil attigimus in prouerbio ψελίς καὶ πτερόν. Addit Hesychius non nunquam σελίσσεν, idem esse quod ἀλαζονεύειν, videlicet adstipulans Suidæ.

Cecidis & Buphonorum.

Τὰ κικεῖδεν καὶ βυφονίων, id est, Cecidis & Buphonorum, de re magnopere prisca, & ob vetustatem iam pridem obsoleta, desuetaq. Aristophanes in Nebulis,

Αρχαῖα δὲ καὶ δὴ πολὺ ὄντα, καὶ πρὸς ἄλλους ἀξίμιστα,

Καὶ κικεῖδεν καὶ βυφονίων. id est,

Prisca hæc sane atque obsita canis, nec non oppleta cicadis,

Ac Cecide cum Buphoniis.

Siquidem Cecides peruetustus, quispiam Dithyramborum poeta fuit, cuius scripta iam situm olebant, vnde in iocum vulgarem abierunt. Quemadmodum iure rideatur hodie, qui immodica & intempestiva affectatione

tione vetustatis, e duodecim tabulis, ex Ennio, Lucilioq. petunt sermonem, perinde quasi cum Euandri matre loquantur: nec ullum verbum elegas esse putant, nisi quod sit ab usu vulgi, & nostro seculo procul remotum. Item Buphonij festum quoddam erat apud Athenienses, ob vetustatem neglectum iam ac desitum, sic appellatum a cæde bouum. Adagio licebit per iocū uti, cum significabimus aliquid ceu nimis priscum negligi.

Serenitati nubem inducit.

NON tam ouum ouo simile, quam illud prouerbiū faciē præ se fert, quod refertur a Plutarcho in commentario de dignoscendo adulate ab amico, ὁ δὲ ἴσ' ἐπὶ τῷ οὐρανῷ, id est, Serenitati nubem inducit. De eo, qui inter pocula ludosq. virulentum aliquid admiscet, quod offuscata hilaritate frontem corruget, superciliumq. contrahat. Ad eundem modum Horatius lib. 3. Ode. 15. de anu deformi, quæ se puellarum choris admiscebat. Et stellis nebulam spargere candidis.

Μετ' ὄψεσσι.

OLIM homines macie prætenues, vespuli, ac decolores prouerbiali ioco μετ' ὄψεσσι vocabantur. Lucilius. Vix viuo homini ac monogrammo. Rursum idē alibi, Quæ pictas monogrammi. Nonius Marcellus ductum autumat a pictura, quæ prius quam coloribus corporatur, umbra fingitur. Non perperam quidem Marcellus: venustius tamen erit adagium, si ad veterum picturam respiciamus: quæ primitus omnium consensu, ab umbra hominis lineis circumducta cepit initium, quod vocant declinare. Deinde singulis coloribus pingi ceptum est, easq. picturas, μετ' ὄψεσσι appellabant. Mox ars distinxit sese, & inuenit lumen atq. umbras, ut quædam eminere, quædam abdi premiq. viderentur, differentia colorum. Deinde adiectus est splendor quem alium a lumine nolunt esse, medium tamen inter lumen & umbram: proinde eundem Tonon vocat. Nam commissuram ac transitum colorem, ἀρμυρίαν appellant. Huiusmodi ferme Plinius libro 35. capite 5. Conueniet igitur in hominem deformem, nullo aut eodem vultus colore, cuiusmodi priscorum erant imagines. M. Tullius libro de natura deorum 2. Non enim venis & nervis & ossibus continentur: nec escis, nec potionibus vescuntur, ut aut nimis acres, aut nimis cōcretos humores colligant. Nec his corporibus sunt, ut aut casus, aut ictus extimescant, aut morbos metuunt, ex defatigatione mēbrorum. Quæ verrens Epicurus monogrammos deos, & nihil agentes commentus est. Illi autem pulcherrima forma præditi, purissimæq. in regione celi collocati, ita feruntur, moderanturq. cursus, ut ad omnia conseruanda & tuenda cōsensisse videantur. Monogrammos appellat Cicero informes, nullaq. specie.

Aliorum medicus.

MANET hoc dictum his quoque seculis celebratissimū, quod refertur a Plutarcho in commentario de dignoscendo adulate ab amico, & poeta quopiam, Ἀλλ' ἴα γὰρ, ἄνθρωπε, ἄλλοις βροτῶν. id est, Aliis medetur, ipse ulceribus scatens. Refertur eo & in commentario, quem inscripsit aduersum Colozem. Conueniet in hos, qui aliis sapiunt, non si-

bi, aliis oculati sunt & cauti, non sibi: alios consolari norunt, ipsi sua mala non ferunt æquo animo.

Lapsana viuere.

LAPSANA viuere lepide dixeris eos, qui perparce, nimiumq. tenuiter viuunt. Consensaneum est enim iocum illum militarem in popularem fabulam abiisse, quo Cæsariani milites alternis versibus exprobrabant, quod apud Dirachium lapsana vixissent. Est autem lapsana, olus syluestre ac vulgare, passimq. proueniens, trium foliorum, ex Brassicarum, ni fallimur, genere. Verum si quis forte requireret Plinij verba sunt hæc libro 19. capite 8. Nec non olus quoque syluestre est trium foliorum, Diui Iulij carminibus, præcipue iocis militaribus celebratum. Alternis quippe versibus exprobrauere lapsana se uixisse apud Dirachium, præmiorum parsimoniam cauillantes. Est autem id cyma syluestris. Hactenus Plinius. Idem libro 20. cymam inutilem esse dicit, & concoctu difficilem. Cymam autem interpretatur in caulibus dici delicatorem, tene-rioremq. cauliculum, qui & in lappis & asparagis gratiam habet. Dioscorides ait Lapsanam Romanis & napium dici, cuius folia simul & caules elixi comeduntur: putat hanc stomacho magis amicam quam lapathum, cuius meminit Horatius, de cena frugali loquens, Aut herba lapathi, prata amantis, & graui Malus salubres corpori.

Haud contra ostium.

Οὐ κατὰ θύρας, id est, Haud contra ianuam, pro eo, quod est, non proprie ad rem, & apte ad id, de quo agitur, prouerbiali certe figura dictum est ab Aristotele, libro Physicorum quarto, Οὐτοι μὲν ἐν δὲ κατὰ θύρας πρὸς τὸ πρὸς ἄλλα ἀπαντῶσιν. id est, Isti quidem igitur haud cōtra ostium occurrunt quæstioni. Argrophylus δὲ κατὰ θύρας vertit, non recte, neque non recte tamen id quidem. Perinde valet, quasi dicas, ad scopum. Illud expende lector, num hoc adagium illi sit ad fine, τὴν αὖ θύραν ἀμείβει, id est, Quis aberrauerit a ianua?

Climacides.

Κλιμακίδες id est, Scalulae, per iocum vocari poterunt, qui se diuitibus ad quiduis obsequij submitunt, etiam si sordidissimum sit. Sic autem vulgato conuicio sunt appellata muliercula quædam Cypriæ, adularices apud Syros, quod regum vxoribus submitterent sese, ut per eas ceu per scalas currum conscenderent. Meminit Plutarchus in libello de discernendo adulate ab amico. Et Athenæus libro Dipnosophistarum sexto. Et Valerius Maximus rerum memorabilium libro nono capite primo.

Valeat amicus cum inimico.

Εἴς τιν' φίλος οὐκ ἔχεται, id est, Valeat amicus cum inimico. Quadrat in eos, qui toti ad se spectant, nec amici magis quam inimici rationem habent: cuiusmodi fertur Timon ille Misanthropos. Plutarchus in commentario quem modo citauimus, Εἰ μὴ δὲ μὴ μὴ δὲ ἐπαινεῖται τὸ, εἴς τιν' φίλος οὐκ ἔχεται. id est, Si nequaquam placet illud, Valeat amicus cum inimico. Est autem Græcis hemistichium carminis trochaici.

Manica.

Manica.

Μανικά Phrygio proverbio dicebantur ingētia, egregiaq. facta, ducta voce a Mane quodam priſco apud ipſos rege, quem ſerunt virum fuiſſe præpotentem, & admirabili virtute præditum. Auſtor Plutarchus in libello de Oſiride. Quin & Latini inſanum vocant, quod eſt præter vulgarem modum. Inſanire libet. Et, inſano iuuat indulgere labori.

Ruta caſa.

Νε in rutis quidem & caſis, haud dubie prouerbiali ſpecie dictum eſt a Cicerone libro de Oratore ſecundo, pro eo quod eſt nulla in parte. Sed dicet te, cum ades venderes, ne in rutis quidem & caſis, ſolum tibi paternum recepiſſe. Quo quidem loco illud obiter admonendum, in vulgatis Tullij codicibus perperam pro recepiſſe, legi reliquiſſe, id quod ſatis liquere poteſt ex Nonio Marcello, qui in diſtione receptiuius, huc ipſum Ciceronis adducit locum. Eſt enim hoc loco recipere idem, quod excipere. Porro quid ſibi velint ruta caſa, nam verba ſunt peculiaria iureconſultis, abunde patet ex Pandectarum libro 19. Lege 18. Si ruta, inquit Vlpianus, caſa excipiantur in venditione, ea placuit eſſe ruta, quæ eruta ſunt, vt harena, & ſimilia: caſa ea eſſe, vt arbores caſas & carbones, & his ſimilia. Gallus autem Aquilius, cuius Mela reſert opinio nem, recte ait fruſtra in lege venditionis de rutis & caſis contineri, quia ſi non ſpecialiter venierint, ad exhibendum de his agi poteſt. Neque magis de materia caſa, aut de cæmentis, aut de harena cauendum eſt venditori, quam de ceteris, quæ ſunt pretioſiora. Meminit & in Topicis de rutis & caſis M. Cicero: Nam ne præſterirem aliquid, quod ad argumentum in omni ratione reperiendum pertineret, plura fortasſe, quam abs te deſiderata erant, ſum complexus: ſcicq. quod ſæpe liberales venditores ſolent, vt cum ades, fundum ne vendiderint, rutis caſis receptis, concedant tamen aliquid emptori quod orandi cauſa apte, & ſuo loco poſitum eſſe videatur Meminit & in Partitionibus. Et cum ſignificabimus inclementius tolli omnia, neque quidquam fieri reliqui, venuſte dicimus, ne rutis quidem ac caſis receptis, vt iureconſultorum more loquamur.

Aetna, Athon.

Αἴτνα & Athonem montes in moleſtiæ, tædijq. proverbium abiſſe, teſtatur Lucilius apud Aulū Gellium libro 16. capite 9. etiã ſi locus iſ deſtructus habetur. Lucilij verſus, quos adducit, ſunt hi,
Verum hic ludus ibi, ſuſq. omnia, deq. ſuere.
Suſq. & deq. ſuere inquam omnia ludus iocusq. Illud opus durum, vt Setinium acceſſimus finem in το λοιπὸν, vt aiunt, Montes Aetna omnes atque aſperi Athones. De Aetna Sicilia monte dictum eſt, quod gigantem ſua mole premit, iuxta poetarum fabulas. Siue quod crebris incendiis grauis ac pernicioſus olim eſſet accolis. Unde & M. Tullius in Catone maiore, dixit onus Aetna grauius. De Atho vero, quod ob ingentem celiſtudinem, umbra ſit moleſtus, quam in Lemnū uſque trecentis diſſitam ſtadiis mittit, alibi diximus.

Tomponius Mela tradidit huius cacumen alius, quæ unde cadant imbres: eius rei coniecturam ex eo colligi, quod de aris, quas in vertice ſuſtinet, non abluitur cinis, ſed quo relinquitur aggere manet. Obſtat & nauigantibus, quod toto longe dorſo procedat in pelagus, qua continenti adhæret. Vnde & a Xerxe perſoſſus. Athenæus lib. 10. commemorat Eryſichthonem quemdam inexpleta voracitatis, vulgo dictum fuiſſe βροχῶν ἀτάρ, id eſt, Voracitatis Athonem.

Immunem venire.

ΙΜΜΥΝΕΜ Latini vocant, quem ἀσύμβολον Græci, nempe eum, qui nihil confert ad conuiuium. Horatius in Odis,

Nardi paruus onyx eliciet cadum.

Non ego te meis

Immunem mediocris tingere poculis

Plena diues vt in domo.

Sed pluſculum habebit gratiæ, ſi transferatur ad res animi, puta doctrinam, verſus, aut ſimile quidpiam. Aulus Gellius libro 6. capite 13. indicat vocem hanc in proverbium abiſſe: Ne omnino, vt dicitur, immunes & aſymboli veniremus, conueſtabamus ad cenulam, non cupedias ciborum ſed argutias quaſtionum. Terentius in Phormione, Te ne aſymbolum venire vñtum atque lautum e balneis? Apud Athenæum Ephippus eleganter dixit immuni manu,

Ἀλλ' ἔτιον ἰσχυρόν δ' ὅν τι δίνω, μέγα,

Ἀσύμβολον τε χεῖρα προσβίλῃ βόρῃ.

id eſt,

Ingreſſus alienum edere diſce obſonium,

Eduliſq. porrigere immunem manum.

Soterichi lecti.

ΑΡΡΑΕΤ Soterichi lectos in vulgarem iocum abiſſe: de re vili priſcaq. & minime ambitioſa, & rudis artiſcij. Sic enim Seneca Ennianos de Cethego verſus irridens: Qui huiusmodi verſus amant, inquit, liceat ſibi & eoſdem admirari & Soterichi lectos. Aulus Gellius, nam ab hoc iſta referuntur lib. 10. cap. 2. Dignus ſane Seneca videatur leſione ac ſtudio adoleſcentium, qui honorem & colorem veteris orationis Soterichi lectis comparatis, quaſi minimæ ſcilicet gratiæ, & reliſtis iam contemptisq. Coniicere licet Soterichum ſabrum fuiſſe quempiam, cuius opera priſcam illam & rudem ſimplicitatem præ ſe tulerint. Nam Romæ poſtea argentea triclinia diuitibus in uſu fuiſſe, teſtatur Plinius libro 33. cap. 11. Huiusmodi inter pictores fuiſſe Fuluium, Rutubam, & Placidianum, in ſermonibus indicat Horatius,

Vel cum Pauſica torpes inſane tabella,

Qui peccas minus atque ego, cum Fului Rutubaq.

Aut Placideiani contento poplite, miror

Prælia rubrica picta, aut carbone.

Peribis, ſi non feceris.

ΒΙ quis in eum redactus eſt locum, vt nec aggredi rem poſſit citra magnum incommodum, neque tuto omittere, conueniet illud ex oraculo proſectum: deinde populari, vt ſolet, ſermone iactatum: Peribo, ſi nō fecero: ſi ſaxo, vapulabo. Reſertur ab Aulo Gellio, libro

ab assentatoribus, quod Cleopatra efflicium amanti, non responderet in amore.

Asinus balneatoris.

Ωσπερ ὁνος βαλκαίων: id est, ut asinus balneatoris. Dictum est in eos qui ex suis laboribus ipsi nihil fructus caperent. Plutarchus in libello, ποῦ τ' φιλοπληθίας, Οὐδὲν γὰρ πλεονέκτημα ὁνος βαλκαίων ἐξ ἑαυτοῦ φέρει, ἀλλὰ καὶ τὰ κομίσματα, καὶ τὰ πρὸς τὴν πείραν ἀπὸ πλεονέκτητος, καὶ τὰς δὲ μὴ μετρίων, μὴ δὲ ἀλίστων, μὴ δὲ καὶ ἀπορίας τοῦτο. id est, Nihil inde capiens commodi, velut asinus balneatoris, qui ligna & sarmenta defert, semper fumo ac famillis oppletus, numquam autem particeps balnei, neque teporis, neque mundicie. Loquitur de diuite parco ac sordido, qui cum sit onustus diuitiis, non fruitur tamen.

Lychnobij.

APPARET λυχνόβιος proverbiali ioco dictos, qui lucernariam vitam ducerent, ut torqueri possit vel in nocturnum potorem, vel hominem supra modum studiosum, qui quemadmodum dictum de Demosthene, plus absumat olei, quam vini: vel in sordidum & parcum, quasi de lucernario oleo victitantem. Seneca lib. epist. 22. epistola 122. dictum ostendit in lucifugam quendam, cuius tota vita erat prapostera adeo ut quidquid hominum vulgus interdum solet facere, id ille faceret noctu. Sub noctem expergistebatur, diluculo ibat cubitum. In quem ita iocatus Varus lepidissimus fabulator, ut eum diceret admodum frugaliter vivere, quippe qui nihil insumeret nisi noctem. Et quibusdam illum sordidum & avarum dicentibus, Vos, inquit, illum & Lychnobium dicetis. Est autem in ioco vox ambigua, ut intelligas eum usque adeo sordidum, ut lucernas etiam absumeret: vel adeo parcum, ut lucernis victitaret. Ceterum adlusum est ad vitam hominis praposteram, cuiusmodi describit in eadem epistola, & Butam quendam Attilium.

Quasi Sutrium eant.

SVTRIVM peruetustum Etruriæ oppidum. Id olim defecerat a Romanis, cum quibus inierat societatem. Camillus ad id delectus a senatu, ut eos cogeret ad fidem. Is ne in apparando comæatu multum temporis tereretur, utq. Sutrii ipsa celeritate opprimerentur, edixit, vii singuli milites trium dierum comæatum secum exportarent. Id deinde versum est in proverbium, quod usurpari consuevit, quoties aliquis suo sumptu navat operam aliis. Sic enim interpretatur. Festus Pompeius in fragmentis quibusdam, quæ Romæ inveniuntur. Arbitramur eandem esse historiam quæ aliquanto aliter narrat Titus Livius libro ab urbe condita 6. Plautus in Cassina, Tum quoque facito, ut veniant, quasi eant Sutrium. Iubet Alceffimus, ut suos ad sese mittat, sed suo pte cibo instructos. Notum est carmen Catulli, quo Fabullum ad cenam vocat, sed ita ut ipse secum adferat quidquid ad lautam cenam pertinet.

Αὐτολήκνυδοι.

Αὐτολήκνυδοι, vulgato verbo dicebantur, qui non ex animo, sed ventris causa colerent amicos, inde confecta voce, quod sponne ad Lecythum comæarent, & inuocati

presso essent in conviviis. Eosdem τραπεζίαις quoque vocatos fuisse testatur, & ab Eupolide, τὸς ποτὶ τὰ γέμιον καὶ μετ' αἰσίων φάλας. id est, Circum fartaginem & post prandium amicos dictos fuisse. Plutarchus in libello cui titulus, Quo pacto quis dignoscere possit adulatorem ab amico, ἀλλὰ μὴ καὶ ἀπὸ τοῦ οἰοῦντος τὸν αὐτολήκνυδα τὸς τὴν λέγουσιν καὶ τραπεζίαις καὶ μετὰ τὰ κατὰ χεῖρας ὁδὸς, ἀκροατοῦς, οἷς τις ἐπιτελεῖται καὶ νομίζονται id est, Sed ne quemadmodum vulgus hominum facit, Autolycythes istos, qui vocantur, ac mensales, quiq. tum demum audiunt, posteaquam aqua manibus infunditur, sicuti dixit quidam, existimemus adulatores. Usus est eo verbo Demosthenes in oratione adversus Cononem. Interpretes varie exponunt: vel de his qui ad quidvis perpetiendum parati sunt, vel de pauperibus, qui præter lenticulam nihil possident: vel de iis, qui facile sunt ad depromendam pecuniam, quod quidam solcant in lenticulis pecuniam recondere, atque aliis item modis, quorum nihil conuenit cum sententia Plutarchi. Apud Athenæum libro 4. vocantur ἀλδοτ (οἰφά)οι, quibus dulce est aliena vinere quadra. Refert ibidem quiddam non illepidum: orta disceptatione quæ nam aquarum esset optima, cum alij præferrent Lernæam, alij Pirensam, alij aliam, Carnensis iuxta Philoxeni sententiam dixit, τὸ κατὰ χεῖρας ὁδὸς ὁδὸς, suauissimam aquam quæ manibus infunditur, quod ea declarat cenam esse paratam, cum convinator iubet convivas lavare. Congruit cum eo quod alibi dictum est, Feruet olla, vinit amicitia.

Melitæus catulus.

Μελιταίων κωλίδων, id est, Melitæus catellus, dicebatur is, cuius opera nulli seriæ rei conducebat, sed duntaxat animi causa alebantur, cuiusmodi non melioris est multitudo in diuitum familiis. Aliorum canum varius est usus. Sunt quibus ædium custodia delegata est, ut noctibus adversus fures excubias agant. Hi vocantur οἰκὲςοι. Sunt quorum opera in uenatibus utimur, qui ἐκρυπτικοὶ dicuntur. Sunt quorum nullus est usus nisi ut cum otiosis ac delicatis matronis lusissent, qui nostris quoque temporibus, mirum quæ sint in deliciis. Atque ἡ μελιταίων vocantur, nimirum ab insula Melita, inter Corcyram nigram & Illyricum sita. Auctor Plinius lib. 3. capite ultimo. Itidem Strabo & Stephanus. Horum meminit Aristoteles Sectionis decimæ problemate 14. indicans eos omnibus membris pusillos gracilesque fuisse, & hac dote commendantur, quemadmodum sunt qui sine nanis & pumilionibus non possunt vivere. Apud Lucianum in Lapidibus μελιτοποιός Alcidamantem Cynicum, μελιταίων κωλίδων vocat. Athenæus libro 12. scribit Sybaritis vehementer in deliciis fuisse canes Melitæos. Qui quidem hoc esse videntur in genere canum, quod nani & pumiliones inter homines. At Massinissa merito laudatur, quod pro simis & catulis maluit pueros alere, usque ad annum tertium, deinde remittebat eos suis parentibus. Sed intolerabilius est quod apud Britannos complures alunt greges vrsorum ad saltationem, animal vorax & maleficum. Cuiusmodi sunt & simia, licet minus voraces.

Illico

Illico hyems erit.

ARISTOTELES in problematis sectione tertiadeci-
ma, refert hunc versum, nullo citato auctore, sed velu-
ti vulgo iactatum,

Εἰς ὃ γόπε βορέας προκαλείσεται, αὐτίκα χειμὼν. i.

Illico hyems fit ubi Boream accersuerit Ausfer.

Cassam hanc adfert, quod Notus suapte natura nu-
bem & imbrem affatim colligat. Proinde si hoc tem-
pore Boreas adcesserit, congelascunt omnia huius rigo-
re, atque ita protinus hyems. Adicit in eodem pro-
blemate carmen alterum consimili fere sententia,

Εἰ βορέης πάλιν καταλήψεται, αὐτίκα χειμὼν. id est,

Molle lutum Boreas si prenderit, illico hyems fit.

Id tamen si vulgo simpliciter dictum apparet, tamen
nos eo desistere poterimus, ut dicamus ingens pericu-
lum imminere, si malum malo successerit. Veluti si qui
immodice discruciat sese studiū laboribus, amare etiā
incipiat: aut si qui prius principi parum gratus fuit, in
in plebis etiam odium veniat: aut si regi uehementer
leni, placidoq., succedat admodum rigidus, aut con-
tra. Nam huiusmodi subita mutationes, maximos re-
rum motus solent excitare.

Eundem calceum omni pedi
inducere.

GALENVS Therapeuticis libro nono. ἱκίνοι μὲν ἔτι
ῥητὸν ἔτι ἴσασιν, ἄλλα καὶ κατὰ τὴν παρρησίαν, οὗ καὶ
λαπόφει πάντες ὑποδύουσιν. id est, Isti quidem igitur neq.
inquirunt, neque sciunt. Quin magis iuxta prouerbium,
eodem calciamento calceant omnes. Loquitur de qui-
busdā medicis imperitis, qui nō habita ratione morbo-
rum, eadē remedia admovent omnibus, cū diuersa mala
diuersā curationē desiderent. Non dissimile illi, quod
alio dictum est loco, Scis simulare cupressum. Ad hanc
formam pertinet, quod adducit Hieronymus in prima
præfatione commentariorum, quos edidit in epistolam
ad Ephesios, Nec adinstar imperiti medici vno colly-
rio omnium oculos velle curare.

Cochlea vita.

Κοχλὶς βίος, id est, Cochlea vita. De iis, qui parce par-
uoq. viuunt, aut contracti a negotiis, luceq. forensi fe-
moti. Notum est animal, unde sumpta est metaphora.
Plutarchus in libello, περὶ τῆς φιλοπλοτίας, οὗ διὰ τοσού-
τα πρᾶγματα σωίχεται, καὶ τὰ ῥήματα καὶ στροβίλοις σιγῶν,
κοχλὶς βίος, ῥῶν δὲ τῶν μικρολογίας. id est, Tu vero tan-
tum molestiarū sustines turbans, ac torquēs te ipsum,
cum ob parsimoniam cochlea vitā viuas. De Cochleis
quæ cum caletur, succo viſcantur suo, alias retulimus
ex Plantina Captiui duo.

Bello parta.

Ex πολέμῳ, id est, Ex hostium regione. Vbi quis immo-
dice insumeret. Solemus enim celerius ac temere pro-
fundere, si quid hostibus sit creptum. Quod quidem
adagium & hodie passim audiuimus vulgo dictari in
luctones & belluones. Plutarchus in libello cui titu-
lum fecit, ὑγιὲς παρεργίματα, ἐμπίπλωται παρ-
εργίαις τῶν πολυπλῶν, καὶ ἀπολαίει, καὶ ἀπορὶ ἐκ πολέμου
ἀτρεδὸς ἐπισιτισμὸς. id est, Impleri apud alios, ci-
bis sumptuosus fruiq. velut ex hostili regione raptis,

ampliter sese cibo onerantes. Vsurpat idem Symposia
cæ decadis septimæ, problemate sexto. Satyrus apud
Athenæum lib. 4. id genus homines depingit his ver-
bis, κατατρίχοντες τὸν ἀγρὸν, διαρπαζόντες τὴν οἰκίαν, λα-
φύροντες ὧλεως τὰ ὑπάρχοντα. id est, Proculcantes agrū,
diripientes domum, pro spoliis vendentes facultates.
Nam λαφύροντες ὧλες, est prædas hostibus detractas. s. ubi
hastā vendere. Atque ea solent minoris æstimari, ve-
luti aliena. Hinc Græcis λαφύρα dicuntur, qui luxu
prodigunt rem familiarem, ut indicat Athenæus lib.
11. & eiusmodi profusio λαφυγμός dicitur, & λαφύ-
ρων prædari, aut intemperanter profundere seu deuo-
rare, ut indicat Suidas. Nam λαφύρα spolia dicuntur,
viniis hostibus detracta, quæadmodum σκῦλα mortuis.

Panis lapidosus.

ILLVD si quis prouerbium esse negabit, cum hoc equi-
dem non admodū digladiabimur, certe dignum est, ut
assidua usurpatione in adagiorum contubernium coo-
petetur, quod refertur a Seneca lib. de beneficiis 2. Pa-
nis lapidosus. Sic enim Fabius Verrucosus appella-
bat beneficium, ab homine duro asperè datum, quem
esurienti necessarium sit accipere, durum & acerbum
esse. Ita quidam contatione, toruitate vultus, asperita-
te orationis, ostentatione molesta, corrumpunt benefi-
cium, ut nemo sit accepturus, qui possit eo carere.

E Patroclis domo venit.

Εκ πατροκλῆος, i. E Patroclis domo. In sordidos, sumptū
a moribus Patroclis cuiusdā Atheniensis, prædiuitis
quidē, verū impendio parci sordidiq. quæ vetus comæ-
dia talem ferme depingit, qualem Plautus Euclyonem,
teste Aristophanis interprete, cuius verba Suidas quo-
que refert, qui & prouerbium esse vult. Est autem in
Aristophanis Pluto. Is cum esset squalidus, incultus
& sordibus obsitus, rogatus unde venisset.

Πῶς ἐν φρεσὶν αὐχμὼν βαδίζεις; id est,

Vnde igitur adeo sordidus squalēsque venias dicit.

Atque ille respondet,

Εκ πατροκλῆος ὄρχομαι

Ὅς ἐκ ἐλδοσῶν ἐξέρχεται, id est,

E Patroclis domo,

Qui haud lauit umquam posteaquam natus est.

Tam in proclui quam imber.

NON absque prouerbij specie dictum est illud a Plauto
in fabula, cui titulus est Captiui duo,

Tā hoc tibi in proclui quā imber est, quando pluit.
Nam proclui proprie dicitur quod ex alto deorsum
propendat. Arduum est autem onera submoliri in al-
tium, deorsum vero vel suapte sponte deuoluuntur.

Et post malam segetem ferendum est.

E QV IDEM non pugnam esse prouerbium, etiam si pro-
uerbium simillimum est, illud epiphonema Senecæ, lib. epi-
stolarum undecimo, Et post malam segetem ferendum
est. Quo licebit uti, quoties res parum ex animi sentē-
tia cecidit, & significabimus non esse desistendum a co-
natu. Quamquam Seneca loquitur de iis, qui refugiūt
in vllum hominem beneficium collocare, quod semel
inciderint in ingratum. Siusdem generis est, quod eo-
dem subnectitur loco, Post naufragiū maria tentatur.

Z Z Spes

Spes seruat afflictoſ,

PLUTARCHVS in libello de ratione viſtus, indicat vulgatum fuiſſe prouerbiū de ſpe, nec tamen explicat, quod nam id fuerit: Τες πλιονας δε μαλακία καὶ ἀκρασία σωήγορον ἔχουσα παροιμία ἐλπίς ἀκρίβεια καὶ προσήμιται βελτίονα ἀκρίβειαν ἰταμόντων τῶν σωήγορων. id eſt, Plerofq. veros ſpes intemperantiæ mollicieiq. patrocinate prouerbio adducit huc, vt relictis ſtratiis, ad conſuetam redeant vitam. Quod autem ſit illud prouerbiū quod intemperantiæ ſuæ prætexunt homines, declarat in his quæ ſequuntur, ὡς οἶνον κρατῶντα δε κρατῶντα ἐξελόντων καὶ διαφροῦντων. id eſt, Tamquam vinum vino, & crapulam crapula eiecerint ac diſcuſſerint. Ex his apparet Plutarchum aduſiſſe ad prouerbiū, Clauum clauo pellerē. Quod quidem & hodie manet æque celebratum inter compotiores. Addunt locum de pilo canis rabidi, & experiuntur facetiam multis exitialem. Quamquam & obiter aduſum eſt ad hoc quod extat in ſententiis e comædiis, vt apparet collectis,

Ἀνὴρ ἀτυχὼν, τῶν τε καὶ τῶν ἐλπίσι. id eſt,

Spes ſeruat hominem, rebus in duris bona.

Notum eſt illud Naſonis,

Spes bona dat vires, animū quoq. ſpes bona firmat.

Viuere ſpe vidi, qui moriturus erat.

Deinde Pindaricum illud apud eruditos pæne ceſſit in prouerbiū,

Ἐλπίς γρηγορότερος.

id eſt,

Spes alrix ſenectæ.

Sic enim Plutarchus in libello de tranquillitate animi, καὶ τῶν μὲν μὲν ἡδονῶν καὶ βελουτοῦ τῆς πινδαρικῆς γρηγορότερος ἐλπίδος. id eſt, Et memoriam iucundiorē, ac firmiorem, Pindaricā ſpe, ſenectæ altrice. Refert autem hunc Pindari locum Plato lib. de Republica 1. ὅτι ὅς αὖ δικαίως καὶ δόξως τὸν βίον διαγὰτοι, γλυκύνει οἱ καρδίαν ἀγαλλοῖσα, ἡ γρηγορότερος σπασσομένη ἐλπίς, ἡ μέλυστα θνατῶν παλαιοτέρων γνῶμας κυβερνᾷ. id eſt, Propterea quod qui iuſte pieq. vitam peregerit, huic dulcis cor exhilarans, ſenectutis alrix, familiaris eſt ſpes, quæ maxime verſatilem mortaliū mentē gubernat.

Tria ſaluberrima.

In eodem opere, quandoquidem nullo auctore refert, videtur & hoc prouerbio fuiſſe iactatum. Sed præſtat ipſius verba tranſcribere, ὅτε αἰετὶς λίαν κατα τρυφῆς ἀκορῶν, καὶ πόνων ἀκονίῳ καὶ πόδα τοῦ ἐπίου σπῶν τὴν σιν, ὅς οὐ γὰρ οὐκ εἶναι. id eſt, Unde optime dictum eſt, uerſci citra ſaturnitatem, non reſugere laborem, naturæ ſemen conſeruare, eſſe ſaluberrima.

Admoto capite.

PLUTARCHVS in libello cui titulus, πῶς αἰτίαι διακρίνεται τὴν κἀλα καὶ τὴν φιλίαν, verſum hunc qui apud Homerum frequenter obuius eſt, ceu prouerbialem uſurpat.

Ἀγχιχὼν κεφαλῶν, ἵνα μὴ πευθίσαι οἱ αἶμα. id eſt,

Admoto capite, reliqui ne audire valerent.

Admonet eo loco, ſi quid obinrgandus eſt amicus, vt id fiat primum in tempore, deinde comiter & amice magis quam aſpere, poſtremo clanculum ſenotus arbitris, ὅτε αἰετὶς μὴ ἔχει, τὸ ἀγχιχὼν κεφαλῶν. id eſt, Vnde optimum eſt illud, Admoto propius capite. Pro

eo Linius lib. ab vrb. condit. 10. dixit conferre capita, Conſules velut deliberabundi capita conferunt.

Cur ceſſatum eſt.

EODEM in commentario uſurpat & hunc Homeri verſum ex Iliados Δ.

Τυδίδην, τὴν παθόντα λελάσμεθα ἐξείδος ἀλλήης. id eſt, Dic quid nam acciderit nobis, vt Martia virtus Tydide exciderit animis.

Licebit vti, quoties communem culpam apud amicum agnoſcemus, & in re quapiam male ceſſatum eſſe ſignificabimus.

Abijciendum procul.

CVM vitium aliquod, aut rem alioqui noxiam admonebimus procul abiiciendam eſſe, conueniet verſus ille, ni fallimur, Homericus,

Εἰς ὅρος, ἡ εἰς κῆρυκα πηλοῖς βαίον βελλάτης. id eſt,

In montē tumidas ne frementis in æquoris undas.

Sic & Horatius in Odis, libro tertio Oda 14.

Vel nos in capitolium,

Quo clamor uocat, & turba fauentium.

Vel nos in mare proximum

Gemmas & lapides, aurum & inutile,

Summi materiam mali

Mittamus, ſclerum ſi bene pœnitet.

Contra Theognis non opes, ſed ipſam paupertatem iubet, εἰς μερῶν περ πόντον ῥίπναι. id eſt, In immenſum mare proiicere. Item hominem vehementer peſtilentē in extremas inſulas deportandum dicimus.

Teſtudinem equus inſequitur.

PLUTARCHVS in libello quem ſcripſit aduerſus Stoicos, Πολλὸν δὲ τὸ τοῦ χελιδνίου εἶναι καὶ μάλλον ἀπὸ τῆς τῶν οὐρανίων, τὸ μὲν γὰρ ὑπὸ μὲνους περικαταλαμβάνεται, μὴ δ' ἐξελάνω, τὸ τὲ λόγος φασί, μετέπιθι δὴ δὴ καὶ ἀδράστως ταχὺς ἵππος. i. Multo vero illud indignius, & a cogitationibus ſeimiſius, nihil a quoquā cōprehēdi, nec ſi teſtudinē, id quod prouerbio dicitur, a tergo inſequatur Adraſti celer equus. Conueniet vti, cum rem præpoſtere & abſurde geri ſignificamus. Finiſimum eſt illi, quod alias a nobis dictum eſt, Teſtudinem Pegaſo comparas, & Citius teſtudo leporem præuolterit.

Stultior Melitide.

Μερότῳ μελιτιδὸς, id eſt, Stultior Melitide. Melitides vnus eſt e feliciffimis illis ſatuis, quos Homerus ſuo carmine nobilitauit. Hic iam emerſa Troia, veniſſe legitur auxiliū laturus Priamo, vt meminit Euſtathius decimum Odysſææ librum enarrans. Lucianus in Amorum, μελιτιδὸς ἡ κόρη βον οἱ με πρὸς ἐκὼν; id eſt, Melitidem aut Coræbium me putas per deos? Prouerbiū refertur a Zenodoro, docens hunc comicoῦ conuiciis fuiſſe traductum ob ſtultitiam, nec potuiſſe numerare ſupra quinque, & duſta vxore nouam nuptam non attigiffe, veritum ne ſe illa accuſaret apud matrem. Commemorat eodem in loco & alium quendam inſigniter ſtultū, qui dubitarit ex utro parēte fuiſſet natus. De Melitidis ſodali Coræbo meminimus alibi. Pauſanias admonuit, Coræbū vna cum Butatione ac Melitide ab Ariſtophane inter ſatuos numerari.

Eadem

Eadē Suidas, adferens hoc carmen ex Aristophane,
 Τίς δ' ἀβελτρώπτοι κελύπεις, μαμ' ἰκῶμαι, μέλι-
 τίδαι καὶ ἰώται. id est,
 Haestenus abiectionis, inibantes Mamachuthæ,
 Melitidæ desident.

Non pluit &c.

PLUTARCHVS in causis naturalibus, refert hunc
 vericulum proverbio iactatum apud priscos,
 Μὰ τίτι νύκτος ἔτι, ἄκον τῆς ἀγροῦς οὐς. id est,
 Iam non nocte pluit, qua sus fenum edit agrestis.
 Querit autem, cur domesticæ sues sapius idq. incerto
 tempore pariant, contra feræ semel duntaxat, atque
 iisdem ferme diebus. Hi sunt initio ætatis, quæ pars
 anni minimum est obnoxia pluviæ, præsertim apud Græ-
 cos. Non alium equidem videmus proverbij usum,
 nisi si quis significare velit exacto vere, aut autumno, se
 renitatem fore. Quod si libebit longius etiam detorque-
 re, per iocum licebit vii, cum significabimus, ubi hoc
 aut illud euenerit, quod breui sit cuncturum, finem
 malorum nobis fore.

Electro lucidior.

Ηλεκτρὸς διαφωγιστερός, id est, Electro pellucetior. De re
 magnopere dilucida, aut de forma supra modum niti-
 da, quod electrum miro quodam more pelluceat. Unde
 Vergilius, liquidum appellat,
 -Liquido ue potest electro.
 Lucianus in Amoribus, ἡλεκτρὸς φατίν, ἢ τῆς σιδε-
 ρίας οὐκ ἀφωγιστερός, id est, Electro, ut aiunt, aut Si-
 donio vitro pellucetior. Sidonium autem vitrum vo-
 cat, quod ea ciuitas artificio vitri fuerit olim nobilis.

Tam perit, quam extrema faba.

FESTVS Pompeius ostendit proverbio dici solere. Tā
 perit, quam extrema faba, propterea quod extrema
 fabæ plerumque aut proterantur, aut decerpantur a
 prætereuntibus. Quadrabit igitur in hominem, seu
 rem omnibus omnium iniuriis expositam.

Tyria maria.

TYRIA maria proverbio dicebatur, de re magnopere
 tumultuosa, periculq. plena. Festus Pompeius inde
 natum adagium indicat, quod Pæni Tyro oriundi adeo
 potentes maris fuerunt, ut per hos omnibus mortali-
 bus nauigatio esset periculosa. Citatq. Afranius qui
 scripserit de quopiam, quod Tyria maria conciret, hoc
 est, ingentes turbas excitaret.

Altera manu fert aquam &c.

Τῇ μὲν ἄλλῃ φέρει, τῇ δὲ ἑτέρῃ τὸ πῦρ, i. Altera manu fert
 aquam, altera ignem. In eum torqueas licebit, qui
 cum coram sit blandus, occulte noceat. Aut in bilin-
 guem, & nunc laudantem, nunc vituperantem, aut in
 diuersa sentientem. Finitimum illi Plautino,
 Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera.
 Refertur adagium a Plutarcho, in commentario de pri-
 mo frigore, τῇ μὲν ἄλλῃ ἐφ' ἑνὲν δολοφρονέοντα χειρὶ, τῇ δὲ
 ἑτέρῃ τὸ πῦρ, id est, Altera quidem aquā gestabat dolo-
 sa manu, altera vero ignē. Loquitur aut de muliere di-
 uersis & contrariis instructa. Mirum est autem idem
 dictum hodie totidem verbis in ore esse vulgo.

Vapula papyria.

VAPULA Papyria, Sisinius Capito scribit proverbio
 dici solitum, si quando volebant significare se negligere
 minas aliquorum: hoc tantum reperimus in fragmen-
 tis Festi Pompeij. Suspiciamus esse natū a Papyrio præ-
 textato, a quo mater comminando plagas, frustra co-
 nata est exscalpere, quid actum esset in senatu. Proin-
 de Papyri legendum, non Papyria, nisi manis subau-
 dire lege, ut sit comminantis pœnam legis Papyriæ.
 Aut ni magis placeat, ut intelligas de Papyria, uxore
 Paulli Aemilij, quæ repudiata est a marito, cum re-
 pudij causam nemo scire potuerit. Quid enim facias?
 diuinandum est, ubi non succurrunt auctores.

Quasi millus cani.

SAPIT & hoc proverbium, quod apud eundem ad po-
 pulum dixit Scipio Aemilianus: Nobis, inquit, rei q.
 publicæ, præsidio eritis, quasi millus cani. Nam mil-
 lus est collare canum venaticorum, coriaceum, confi-
 xum clavis ferreis eminentibus aduersus impetum lu-
 porum. Ad hunc igitur modum, certum firmumq. præ-
 sidium significabimus.

Non liberat podagra calceus.

PLUTARCHVS in commentario πρὸς τὸς ἐνέχυρους,
 refert huiusmodi sententiā, cetero vulgo iactatam, alio-
 qui ipsa quoque figura proverbium præ se ferentem:
 Οὐτὶ ποδάγρας ἀπαλλάττει καλτῆκος, εἴ τι δακτύλιος
 πολυτελὴς παρὼν ἔσται, οὐτὶ διαδήμα κίφα καλῆς.
 id est, Nec podagra liberat calceolus, nec preciosus
 anulus unguium vitio quam παρὼν ἔσται vocant Lā-
 tini reduniam, nec diadema capitis dolore. Plutar-
 chus vritur ad hunc modum: si diuitiæ, reliqua q. for-
 tunæ munera, non tollunt morbos corporis, quanto mi-
 nus mederi possunt animi malis?

Vno digitulo.

VNO digitulo, summam negotij facultatem significa-
 bant. Terēt. in Eunuchō, Qui mihi nunc vno digitulo fo-
 res aperis fortunatus, Næ tu istas saxo calcibus sepe
 insultabis frustra. Hieronymus in dialogo Luciferia-
 ni & Orthodoxi, Hanc igitur hastam, quam totis viri-
 bus misisti, de qua nobis minitaris, vno, ut aiunt, digi-
 tulo repellam. Huc pertinet & illud, quod alibi dictum
 est, Minimo prouocare, cum significamus, nos uel nullo
 negotio posse vincere.

Muli Mariani.

MULI Mariani, castrensi proverbio dicti sunt varico-
 si milites, qui ex C. Marij ducis instituto, in furca ta-
 bella interposita, sua onera portare consueuerunt, ut
 testatur & Festus Pompeius. At Plutarchus in vita
 C. Marij originem adagij bifariam refert: cum Ma-
 rius imperator milites cursu, variisq. ac longis itine-
 ribus, gestandisq. oneribus exerceret, atque illi iam
 assueti, non grauati tacitiq. ea ferrent, castrensi ioco
 μῦνοι μαριανοί, id est, muli Mariani dicti sunt. Hinc trā-
 statum est in quosuis, qui facile parerent imperatis.
 Meminit adagij & Iulius Frontinus libro Stratagema-
 tō quarto hisce verbis: Caius Marius recidendorum
 impedimentorum gratia, quibus maxime exercitus

ΖΖ 2 agmen

agmen oneratur, vasa & cibaria militum in fasciculos aptata furcis imposuit, sub quibus & habile onus & facilis requies esset, unde & in prouerbiū tractum est, Muli Mariani, nimirum ob laborum tolerantiam, quod Homerus, μῖδνες παλαδῆρας identidem appellat. Sunt qui diuersam adagij originem referāt. Cum enim Scipio Numantiam obsidens statuisset inspicere non arma modo militum, verum etiam equos, mulos, & currus, quo pacto hæc quisque sibi haberet exercitata atque appaata, Mariū produxisse equum pulcherrime ab ipso nutritum, præterea mulum habitudine corporis, mansuetudine ac robore, longe ceteris antecellentem. Itaque cum imperator Marij iumentis delectaretur, ac subinde horum faceret mentionem, tandem factum est, ut iocosa laude, qui in officio se præstaret assiduū patientem ac industriū, mulus Marianus diceretur. Et hanc alteram prouerbij originem refert Plutarchus in vita Marij, quā modo citauim⁹. Seneca in ludicro libello, quem scripsit in Claudium Cæsarem, mulos perpetuarios nominat. Festiuius erit, si detorqueatur in hominem immenso studio, aut perpetuis negotiis vehementer districtum.

Osculana pugna.

FESTVS Pompeius indicat Osculanam pugnam prouerbio dici solitam, quoties victi vincerent. Idq. inde natū, quod Valerius Leuinus imperator, prius a Pyrrho victus, paullo post eundem regem deuicerit. Citat Ticinium, qui huius adagij fecerit mentionem. Quamquam hic quoque locus mutilus ac truncus est apud Festum.

Osce loqui.

OSCE loqui vetusto prouerbio dicebantur, qui turpiter parumq. pudice loquerentur. Ab Osce moribus adlusione sumpta, quod apud eos spurcarum libidinum impunitus vsus fuerit, unde & obscena dicta quidam putant, quacumq. factū dictū ue turpia sint, etiam si refragatur Festus Pompeius. Citat autem Ticinium quendam, qui scripserit ad hunc modum: Osce & Vol sce fabulantur, quia Latine nesciunt.

Sero molunt deorum molæ.

PLUTARCHVS in commentario cui titulus, πῶς τὸν ὑπὸ τῷ βραδύως τιμωρεμένων, ὥς ἐχέτω, τὴν χρηστὴν οἰκίαν, τίς οὐδὲ τούτοις ἀλλὴν λειτουργίαν μὴ τῶν βίων, id est, Itaque non video, quid nam utilitatis insit istis deorum molis, quæ sero dicuntur molere. Ceterum ex his, quæ præcedunt eodem in loco, colligere licet dici solitum de his, qui licet serius, tamen aliquando pœnas dant malefactorum, vindici deo.

Tribus verbis.

TRIBVS verbis pro paucissimis dicere prouerbiale est. Diuus Hieronymus in dialogo Luciferiani, & Orto-doxi, Tribus, ut aiunt, verbis, rem istam grandem dissoluisli. Item Geta Terentianus in Phormione negat quosdam tria inter se commutatuos verba. Pindarus in Nemeis hymno 12. τρία ἱερά διακρίσει. id est, Tria verba sufficient. Tamen si nos non fugit hic interpretes superstitiosius philosophari de tribus verbis. M. Tullius pro Cluentio, Accusabat autem Scaman-

drum verbis tribus: venenū esse deprehensum, & c. consimili figura, sexcenta dicimus pro multis: Proinde sexcentas mihi dicas scribito. Contra verbo rem expedire dicitur, qui paucis explicat: & ne syllaba quidem, attingere, qui nihil omnino meminit. Ita Galenus in Erasistratum opinatur, ποσὶ δὲ οὐκ ἀνέπαυτος μὲν τὸ πέντε ὡς ἀποτυχίας διακρίσεως ὡς πολλαπλῆς καὶ κατὰ πολλὰς γίνονται προφασεῖς, ὑπὲρ δὲ τῶν αἵματός τε καὶ σφραγίδων, ἔδ' ἄχρι συλλαβῆς μίαν φέρεται, id est, Qui fit ut non pudeat, quod cum de concoctionis vitiis distinxerit, & quod multa sint, et variis ex causis accidunt, ne generandi sanguinis defectibus, ne vno quidem verbo, ne vna quidem syllaba locutus sit?

Incita equum iuxta nyssam.

Καί τι τὸν πόλον πῶς τὴν νύσσαν, id est, Stimula equum iuxta lineam siue metam, dicebatur ubi sermo loquentis aberraret ab eo quod esset institutum. Natum videtur ex Iliados Homericæ. Vbi Nestor multis verbis docet filium Antilochum quomodo debeat equos regere, addit & hoc,

Εὐνύσσῃ δὲ τοι ἰππὸς ἀρσιζέος ἐγχεῖσθαι. id est,

Ceterum equum leuē, constringat linea metæ.

Sumptum ab equestri cursu, qui inter præscriptas metas ac lineas agebatur, quas transilire nefas erat. Ad quod haud dubie Fabius adlūsit, in undecimo Institutionum oratoriarum libro, referens Cassium Seuerum lineam poscere solitum, aduersus eos qui in aliena transirent subsellia, veluti qui præscriptum limitem egrederentur Finitimum illi ἱκτός, τὸν ἐλαῶν, id est, Extra oleas. Item illi, ὑπὸ τῇ ἐσκαμμένῃ πιδάϊ. Vsurpauit prouerbiū titulo Gregorius Nazianzenus in oratione de sancto pascha, ἡ δὲ τι τῶν ἡμῶν τὰ χαρὰ ἀνέπαυσις τῶν φιλεργῶν καὶ θεομότηρῶν, καὶ τὴν πόλον πῶς τὴν νύσσαν, καὶ τῆς ἐορτῆς φιλοσύνη. id est, Sed hic fortassis aliquis nobis dixerit ex his qui amant dies festos, ac calidiores sunt, incita equum iuxta Nyssam, ac de festo differe. Vtitur eodem prouerbio in oratione de natali IESV CHRISTI. Idem variāuit non nihil in oratione contra Eunomianos, μὴ δὲ κατέχῃ ἰπποὶ θεομοὶ καὶ δυσκαίετοι τὸν ἐπιβᾶν λόγισμον ἀποτρέψαντες, καὶ τὴν καλὰς ἀρχαίων ἀλάβην ἀποπλήσαντες, πὸς τῇ νύσσῃ διαμείν. id est, Ne velut equi feruidi & intrastabiles, postea quam rationem cum sefforem excusserimus, & religiosam cautionem pulchre nos septis cohibentem, procul a meta curramus.

Præstat inuidiosum esse &c.

NIL tam vulgari sermone iactatum, quam hæc sententia, Præstat inuidiosum esse quam miserabilem. Nā inuidia fere comes est felicitatis, miseria calamitatis. Est autem apud Herodotum in Thalia, ubi Perian der ita loquitur filio, σὺ δὲ μάθων ἴσως φθονεῖσθαι κρίσων ἐστὶ, καὶ οἰκτιρεῖσθαι. id est, Tu vero doctus, quanto satius sit, inuidiosum esse quam miserandum. Extat epigramma Græcum Palladæ in hanc sententiam,

Ο φθόνος οἱ κτερεῖ κατὰ πένδαρὸν ἐστὶν αἰμύνων,

Οἱ βλασκάνοντες οἱ λαμπρὸν ἔχουσιν θίον,

Τὸς δὲ λίαν ἀτυχεῖς οἰκτιρομένη, ἀλλά τις αἴων

Μὴτ' ἄρα ἐνδύειται, μὴτ' ἐλπίδος ἐστὶν,

Η μισότης γὰρ ἀρίστη, ἐπὶ τῇ μὴ ἀκρὰ πέφυκε

κινδύνος

Κινδύνας ἐπαυρήσας, ἴχατα δ' ὕβριν ἴχεν. id est,
 Peior liuore est miseratio, Pindarus inquit,
 Nam sunt felices quos petit inuidia.
 Horum nos contra miseret, quorum aspera fors est.
 At mihi donari non cupio alterutrum.
 Ut nimium felix, vel sim miserabilis ulli.

Nam præstat cunctis rebus adesse modum.
 Quandoquidem celsa vicina pericula sorti,
 Imaq. deprimitur non toleranda ferens.
 Est aut apud Pindarum primo hymno Pythiorum,
 Ἀλλ' ὅμως, κρείσσων ὅς οἱ κτήριμ' ὀφείναι,
 Νὰ παρὶν καλὰ νόμῳ δίκαιον πηδάλιον ἔρατον. id est,
 Verum tamen melior est cōmiseratione inuidētia.
 Ne omitte honesta, gubernata iusto clauo exercitū.
 Rursus in Nemeis hymno octauo, ὅταν δὲ λόγοι φέροιτο
 οἱ, ἀπὸ τῶν ἰσχυρῶν αἰνέχονται δ' ἑκατέρωθεν. id est, Obso-
 nium est inuidis obtreclatio. Attingit autem honestos,
 cum deterioribus non contendit. Rursus Pythiorum
 undecimo,

Ἰχνη π' ὀφείλεις δ' ἐμίσον φθόρον
 Ὁ δὲ χαμῖλα πνίον ἀφαιτὸν βεῖρον. id est,
 Habet enim felicitas haud minimam inuidiam.
 At qui humilia spirat, in obscuro fremit,

E nassa escam petere.

ADMODVM certe prouerbiali figura dictum est Plau-
 to, cit ante Festo Pompeio,

Numquam hercle ex ista nassa hodie escam petā.
 Et Cicer. ad Atticum libro quintodécimo, epistola ulti-
 ma, Ex hac nassa, exire constitui, non ad fugam, sed
 spem mortis meliorem. Est autem nassa piscatorij va-
 sis genus, quo postea quam intrarit piscis, exire non
 potest. Vnde prouerbialia fuerint & illa, In nassam
 incidere, & E nassa elapsus.

Nec mulieri, nec gremio credendum.

IDEM Festus indicat huiusmodi prouerbiū vulgo di-
 ctitatum fuisse, Nec mulieri, nec gremio credi oportere:
 quod illa incerti, ac leuis sit animi, & plerumq.
 fiat, ut in gremio posita, cum in obliuionem venerint,
 exsurgentibus procidant. Itidem sinui commissa deci-
 dunt, nisi cingaris. Itaq. M. Tullius silentium promit-
 tens, ait: In sinu est, nec discingor.

Vna cum templis & aris.

PLUTARCHVS locis aliquot in Symposiis signifi-
 cat antiquitus fuisse morem, ut quoties vnicuique
 deo res diuina fieret, omnibus simul vota fierent, vide
 licet ne Calydonij suis tragædia renouaretur. Inuocan-
 tes autem deos, addebant hæc verba seu solemnia, αμα-
 ρον ναὶς καὶ βωμοῖς. id est, Vna cum phanis & aris. Nō
 admonet quidem ille palam, esse prouerbiū, tamen
 ita videtur vsurpare, ut conicere possis, prouerbio di-
 ci solitum, cum nihil omnino prætermisum volebant
 significare. Quemadmodum & hodie vulgo dicunt,
 Vna cum vestibus & calciamentiis. Et, Demigrarunt
 vna cum sarcinis & impedimentis.

Mercurius superuenit

Ὁ δὲ μῆς ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, id est, Mercurius superuenit. Ita
 loqui consueuerunt, si quando silentium oriretur in cō-
 ciliabulo multorum, significantes, non esse fas loqui
 Mercurio presente, qui sermonis sit auctor. Ominosum

& hodie putatur, si quando in cætu, aut conuiuio, su-
 bitum omnium silentium fuerit obortum. Refertur ada-
 giū a Plutarcho in commentario, πρὸς τὰς ἀπολογίας.
 Adfine est illi, quod alibi dictum est, Lupus in fabula.

Dulce pomum cum abest custos.

Γλυκὴ ὁπάρτα φύλακος ἐκλείπειν ὅτος.

Custos ubi deest, dulce pomum est scilicet.

Senarius est prouerbialis, quo licebit uti cum signifi-
 cabimus impunitate malos ad peccandum prouocari.
 Sumpta metaphora a pueris & adolescentibus, qui si-
 bi non temperant, quo minus furentur poma, si sen-
 rint abesse custodem. Vtitur Plutarchus in libello quē
 inscripsit, ἑρωτικόν, in philosophos, qui sub pretextu
 philosophiæ, libidini sue seruiunt: περὶ φασίς ἐν φιλικῇ καὶ
 ἀφίπῃ κοινῇ καὶ δὲ καὶ θυγατρὶ καὶ τὰς ὁφείας αἰρεῖ, καὶ
 φιλοσοφίᾳ φησὶ, ὡς φρονῶν ἔξω δ' ἵα τὸν νόμον, ἢ τὰ νύκτωρ
 καὶ κατ' ἡσυχίαν.

Γλυκὴ ὁπάρτα φύλακος ἐκλείπειν ὅτος. id est,

Igitur occasio amicitia ac virtus est. Sordidatur autē
 puluere, frigidaq. lauat, attollit supercilia, ac philo-
 sophari se prædicat, & foris sobrius est ob legem, de-
 inde noctu clanculum,

Pomum suauē est tunc, ubi custos abest.

Et Pind. rursus in Isthmijs hymno sexto, Τὸ δὲ πᾶρ δίκαιον
 γλυκὺ πικρὸν τὰ μέγα πλεονέκτα. id est, Id quod præter
 honestum dulce est, manet finis amarissimus.

Sanior es pisce.

PROVERBIALITER haud dubie dixit Iuuenalis
 Sanior es pisce. Nam ad eum modum, hodieq. vul-
 go loquuntur, tam sanus es quam piscis. Id inde sum-
 ptum est, quod creditum est, pisces non sentire morbos.
 Quamquam huic sententiæ refragatur Aristoteles li-
 bro de natura animalium 8. atque hunc secutus Plin-
 ius lib. nono, Siquidem agrotare pisces hoc argumen-
 to colligunt piscatores, quod aliquoties inter eiusdem
 generis præpingues ac vegetos, aliquot capiunt exte-
 nuatos, ac languentibus similes, coloreq. immutato.
 Quamquam vniuerso piscium generi non incidit pes-
 sis, quæ admodum frequenter accidit hominibus, ac cete-
 ris animantibus, nō cicuribus modo, verum etiā feris.

E Creta raptus.

PLUTARCHVS in commentario De puerorum edu-
 catione, καὶ τοὺς μὲν ἐν βιβλίοις καὶ τοὺς ἡλιδι φαυκτίον δ' αὖτε
 καὶ τὸν ἐκ κρήτης καλούμενον ἀρπαγμὸν, τὰς δὲ ἀδελφὰς
 καὶ τὰς ἐλπίδας ἀδελφῶν ὑποτάττει. id est, Thebanorum qui-
 dem ac Heliensium amores oportet fugere, eumq. qui
 vocatur e Creta raptus, Atheniensium vero & Lace-
 demoniorum imitari. Apparet furtiuum amorem his
 verbis olim significatum fuisse, quod aliquoties illinc
 virgines a negotiatoribus adueherentur.

Euparyphus ex comædia.

ADMODVM prouerbiali figura dixit Plutarchus in Sym-
 posiacis, ὅς ποτε δὲ πᾶρ φασὶς ἐκ καμφοδίας, hominē signifi-
 cās magnifice vestitū, ac magnā seruorū turbā post se
 trahentē. Nā huiusmodi finguntur in comæ diis milites
 gloriosi. Quorū insigne est chlamys purpurea, quæ ad-
 modum indicat Donatus. Ita Lucianus de milite, τὸν δὲ πᾶρ
 εὐφρον λῆγω τὸν ἐλπίδας. id est, Euparyphū illum di-

Z Z 3 60,

eo, illum chlamydatum. Unde diuites omnes splendide cultos, ὀπασσόμενοι appellant Græci, quod ipsum prouerbiale quiddam habet. Nam Paryphis vestimenti genus est, cuius meminit Iulius Pollux libro septimo. Id utrinque purpuram habebat assutam, quod virgæ purpureæ inter textæ vestis, Ionum lingua Paryphi vocantur. Idem admonet ὀπασσόμενοι nouæ comædiæ verbum esse. Contra tenues & humiles nullo cultu insignes tunicati dicuntur. Cornelius Tacitus in dialogo de oratoribus, Quos sæpius vulgus imperitum & tunicatus hic populus transeuntes nomine vocat & digito demonstrat. Similiter Horatius,

Vilia vendentem tunicato scruta popello.

Nam prætexta nobilium erat, & toga ciuium erat insigne. M. Tullius contra Rullum, Iam uero qui mutus erat tunicatorum illorum. Item pro M. Celio, Nobis quidem olim annus erat unus ad cobibendum brachium toga constitutus, & ut exercitatione ludoque campestri tunicati uteremur.

Tranquillo quilibet gubernator est.

SENECA in epistola quadam ad Lucilium, Alioqui gubernatoris artem adeo non impedit tempestas, ut ostendat. Tranquillo enim, ut aiunt, quilibet gubernator est. Aut autem illic fortunam aduersam, ac rerum difficultatem, non solum non obesse sapienti, verum etiam virtutem in his maxime proferre sese, quæ rebus secundis ac pacatis latebat. Non magnus est administrare rempublicam, cum omnia pace constant.

Neque Lydorum carycas.

Μὴτε λυδῶν καρυκὰς, μήτε μασιγῶν τίς τις, id est, Neque Lydorum condimenta, neque flagrorum crepitus. Constabit trochaicus tetrameter catalecticis, si addas articulum, Μὴτε τῶν λυδῶν, & καρυκὰς per geminum cappa legimus apud Hesychium & Athenæum. Hesychius indicat καρυκὰς dici ossam e sanguine variisq. condimentis confectam. Athenæus hinc versiculum adducit,

Εἰσέας τις τῶν καρυκῶν, μέλι,
Σιμιθᾶλιν, ὡς πάντα ᾗ πάντας. id est,
Miscere in unum consueuisti, mel, ad hæc
Similaginem, oia, cum cæta enim contraria.

Vnde καρυκῶν pro miscere varias rerum species, & καρυκῶν pro cibis uarie conditis, & καρυκῶν conditura exquisitior. Sed quibus rebus quibusque modis genus hoc edulij conficiatur, serio declarat libro duodecimo, dicens hoc inuentum esse Candauli, qui hinc sibi nomen celebre peperit. Suidas refert adagium, nec exponit. Coniicere licet dici solitum, quoties mediocrem vitæ rationem, aut conditionem significarent, quæ pariter et a summis deliciis, & ab extremis malis abesset. Legimus enim Lydos luxu deliciisq. fuisse corruptissimos, adeo ut ludus nomen dederint: de Tyrrhenis certum est, ad tibis modos solere seruos cadere, summam molliciem cum summa seuitia coniungentes. Venustius erit, si ad animi res transferatur, velut ad orationem, nec omnino rusticam nec operosius expolitam. Vnde καρυκῶν dicuntur, non solum qui variis condimentis inficiunt cibos, verum etiam, qui sermonem multiplici uerborum & figurum lenocinio coniungunt.

Tamquam de narthecio.

PROVERBII simillimum est & illud Ciceronis in secundo De finibus bonorum libro, tamquam de narthecio, pro eo quod est, ex parato, & ad manum. Nam narthecium, vocat pyxidem, unde pharmacopolæ depromunt medicamenta. Verba Ciceronis sic habent, Iam doloris medicamenta illa Epicurea, tamquam de narthecio promant, Si grauis, brevis: si longus, leuis.

Quod non opus est, asse carum est.

CATONIANA velut oracula videntur apud veteres in prouerbium abiisse, non secus atque illa Apollinis, Nosce teipsum, & Ne quid nimis. Quorum de numero commodissime dictum est quod in epistola quadam ad Lucilium refert Seneca, Quod non opus est, asse carum est. Vult autem Cato diligentem patrem familiæ vendacem esse, non emacere, & emere non quod opus est, sed quod necesse est. Nam quod non opus est, inquit, asse carum est: hoc est, quantumuis paruo emptum, tamen carum est, si nec opus est eo. Vocat necesse, quo carere non possis, uelut arator aratro: opus quod usui futurum sit, si quis habeat, sed cuiusmodi tamen, ut carere possis. Porro quod opus non est, id est prorsus superuacaneum & inutile. Potest ad complures accommodari sententias: ut si quis dicat artem quampiam minimo negotio posse disci, quæ tamen nihil sit frugis allatura, responderi posset, Quod opus non est, asse carum est.

Nunc tuum ferrum in igni est.

SEIVS ferrum in igni esse dicebant, cuius negotium iam ageretur. Pramollitur enim ferrum igni ad cudentum. Ita Seneca in ludicro libello, quem scripsit de morte Claudij imperatoris. Hercules enim qui videret ferrum suum in igni esse, modo huc, modo illuc cursabat, & agebat, Noli mihi inuidere, mea res agitur: deinde si quid volueris inuicem faciam, manus manu lauat. Adlusit eo, quod Hercules quoque ex homine factus esset deus, id quod ambiebat Claudius. Alexander Magnus interrogatus quomodo positus esset Græcia, respondit, μηδὲν ἄλλ᾽ ἢ καὶ θεῶν, id est, Nil recastit, nans. Refert Homeri Scholiastes Iliados β.

Ne bos quidem pereat.

IAM ante prouerbiis aliquot nobis declaratum est quantum utilitatis adferat bonus vicinus, quantum incommodi malus. Sed quæ conducunt ad vitæ felicitatem, iterum atque iterum expedit inculcare, quo penitus infigantur animis. Neque enim ea res tantum habet locum in parandis ædibus aut simdo, sed in omni pene vita: ut quod Portius Cato prodidit de comodo vicino habendo, non solum ad agricolas pertineat, verum etiam ad vnumquemque nostrum. Etenim si quis iam prouectior ætate vitæ totius cursum relegat, compertiet maximam bonorum malorumque partem a bonis malisq. vicinis fuisse profectam. Hesiodi carmen Columella tamquam prouerbiale refert,

Μὴδ' αὖ βὺς ἀπὸλοιτ' ἂν μη χεῖτον κακὸς εἴη. id est,

Nec bos intereat, vicinus si improbus absit.

At leuis est bouis iactura, si cum his malis conferatur, quæ capiuntur ex improbis conuictoribus, ex fucatis amicis,

amicis, ex vxoribus & famulis parum fidelibus. At Catonis quidem sententiam non nulli reiiciendam esse duxerunt, quod in nobis situm non est, qualem habemus vicinum, quem non numquam mors ali. eq. diuerse causse nobiscum mutant. Id tamen negari non potest, sapienter tamen a Catone præceptum est, ut agricola quantum in ipso est, curet habere bonum vicinū, nec bonum tantum, sed et commodum. Bonus enim esse potest, qui tibi commodus non sit. Id ut contingat, duæ res potissimum adiuuabunt, diligentia in parâdo agro, & commodi mores erga vicinū. Frequenter enim habemus malū vicinū, quod ipsi nos præbeamus malos vicinos. Quemadmodum igitur, ut eleganter scribit Columella, sapientis est fortuitos casus magno animo sustinere, ita dementis est ipsum sibi malam facere fortunam. Quod facit, qui nequam vicinum suis nummis parat, cum a primis cunabulis, si modo liberis parentibus est oriundus, audisse potuerit:

Οὐδ' αὖ βέρε ἀπὸ τοῦ φίλου καὶ τῶν κακῶς ἐστίν.

Quod non solum de bone dicitur, sed de omnibus partibus rei nostræ familiaris, adeo quidem ut multi prætulimus carere penatibus, & propter iniuriam vicinorum sedibus suis profugerint. Nisi aliter existimamus diuersum orbē, vniuersas gentes petiisse relicto patrio solo, Achæos dicimus et Hiberos, Albanos quoque, nec minus Siculos, & ut primordia nostra contigamus Pelasgos, Aborigenes, Arcadas, quam quia malos vicinos ferre non potuerint. Ac ne tantum de publicis calamitatibus loquamur, priuatos quoque memoria tradidit, & in regionibus Græciæ & in hac ipsa Hesperia detestabiles fuisse vicinos: nisi Autolycus ille potuit cuiquam tolerabilis esse conterminus, aut Auentini montis incolæ, Palatinis vllum gaudium finitimis suis Cacus attulit. Malimus enim præteritorum quam præsentium meminisse, ne vicinum nostrum nominemus qui nec arborem prolixiorē stare nostræ regionis, nec inuiolatum seminarium, nec pedamentum annexum vineæ, nec etiam pecudes negligentius pasci finit. Iure igitur, quantum nostra fert opinio, M. Porcius talem pestem vitare censuit, & in primis futurum agricolam præmonuit, ne sua sponte ad eam perueniret. Hactenus quidem Columella declamatoria quadā eloquentia, simul & Catoni patrocinatus est, & nos docuit, quanta pestis sit malus vicinus. Tametsi Cato non solum de vicini moribus sentit, verum etiam quam lauta sit re. Vicini inquit, quo pacto niteant id animaduertito. In bona regione bene nitere oportebit. Interdum enim nitor arguit agri bonitatem, in solo uero parum fertili declarat industriam agricolæ. Porro quem admodū diligens vicinus exstimulat ad studium bene colendi, ita vicinorum luxus ex ignauia corrumpit vicini familiam. Itidem & præpotens vicinus opprimit propinquum pauperem, & supra modum tenues vicini semper aliquid abradunt, siue precibus, siue furto. Iam cum morosis & improbis vicinis numquam rixa non est, nunc de finibus, nunc de damno dato, nunc de stillicidio, nunc de semita actū ue, nunc de prospectu aut de lumine. Quod si fortuna nobis dederit talem vicinū, nec liceat mutare, reliquum est, ut nostra commoditate reddamus illum ex malo bonum, certe caueamus ne laceffitus fiat incommodior. Turpissimum enim fuerit si nostris moribus ex commodo vicino faciamus incom-

modum. Videlicet hoc est quod præcipit Cato: Vicinis bonus esto. Et ne satis esse putares, si ipse temperes ab iniuria vicini, adiungit, Familiam ne sineris peccare. Mox indicat, quid utilitatis capiatur ex bonis vicinis: Si te, inquit, libenter vicinitas videbit, facilius tua vides, operas facilius locabis, operarios facilius conduces. Si edificabis, operis, iumentis, materia iuuabunt. Si quid bona salute vsus venerit, benigne defendent. Olim igitur qui fundū proscribebāt venalē præconē edocebant, quibus dotibus esset ager cōmendabilis, quam salubri cælo, quam commodo situ, quā fertili solo, quā bere edificatis villis. Sed vir acerrimi ingenij Themistocles, cum fundum uenderet, iussit huiusmodi dotibus & illud adiici, quod haberet bonum vicinum. Id factum primum risu iocoque multitudinis acceptū est, mox intellectum est hanc agri commendationem esse præcipuam. Turimum itaque refert ad totius uitæ commoditatem, qualem quisque vicinum sibi deligat, tum quo pacto, qui contigit utatur. Princeps qui ditionem ambit, quam sine maximo negotio, summoque ditionis auitæ dispendio tueri non possit, malam vicinam sibi adiungit. Rursum qui cordatos ac fidos consiliarios, qui magistratus integros & reipublicæ amantes adsciscit, bonos vicinos adiungit. Neque minimū interest quas nationes in adfinitatem adglutinet. Qui dotis aut honoris gratia consensam adsciscit incommodis moribus, aut cui sint cognati procaces, malos vicinos sibi adiungit. Qui cum improbis init amicitie fœdus, malam vicinam aduersit. Prima igitur cautio sit in deligendo, postrema in fugiendo quod corrigi non potest. Quamquā ne fuga quidem debet carere cautione. Alioqui in vitium ducit culpe fuga, si caret arte: neque raro fit, ut odio mali præcipitemus nos in aliud grauius malum. Raro penituit amicitie, qui iudicio delegit amicum. Et sæpe nostra culpa fit, ut rescindatur amicitia, quod amicis bonis utamur non bene, tum quod parum commodos amicos nec ferre nohimus nec emendare. Neque vero leuius peccant, qui cum inciderint in amicos pestilentes, nesciunt sese subducere, sed aut herent his quos oderunt clanculum, aut non dissuunt amicitiam, sed abruptunt. Obstrepunt undique querimoniæ, deplorantium sibi ad studiorum cultum deesse Mecæneses. Atqui Mecæneas non statim amplexus est Vergilium aut Horatium, nec Menio Bauione fuit Mecæneas. Illud primum agat adolescens, ut egregium aliquod specimen seu pignus de se præbeat, non perituum quod in ipsum conferatur. Nec satis esse putet, quibuscunque rationibus abstulisse munus vel prædam uerius. Non est improbitate petendi ambienda benignitas, sed litteris ac moribus semper in melius proficientibus. Sic inuitat fundus agricolam ad vberiore sementem, si quod creditum erat, bona fide multoque cum sanore reddat. Nec est subinde mutandus patronus, ut reliquo quem defatigasti, quæras integrum, & una queru excussa, sub alia colligas. Sic vni aut duobus seruicium est, quasi sis perpetuo iisdem vsurus. Nunc quam multos videmus qui suis moribus & litteras odio, & patronos pudore inuidiaque onerant. Est quidem non nulla gratitudinis pars litteris dictisq. celebrare nomen patroni, sed magni refert quo quem modo laudes. Vana laudatio fidem abrogat etiam vera prædicantibus: itaque fit, non ut lector melius sentiat de laudato,

sed prius de laudante. Immodica laudes conciliant invidiam potius quam gloriam. Iam qui laudibus vebunt ea quæ bonorum ac sapientum iudicio damnantur, laudando vituperant. Primum quod adfers ad Encomium sit verum: deinde quod verum est sic tractetur ut fiat etiam verisimile. Absint autem poetarum quorundam hyperbolæ, quibus ex homine cum libet, deum faciunt: hæc virtutes potissimum depingantur, quæ favorem ac benevolentiam conciliant, quod genus sunt pietas, integritas, pudicitia, modestia, benignitas, morum candor ac facilitas. Nihil est humano ingenio invidentius, nihil hominum iudiciis morosius. Proinde si quid attingendum erit earum rerum quæ vulgus sic miratur ut inuideat possidentibus, id arte tractandum est, ne fascinatio sit metuenda laudato. Nullus invidet opulento, qui quod vel ex benignitate fortunæ, vel sine fraude partum possideat, sic habet, ut dispensator sit potius quam dominus. Neque quisquam invidet potenti qui potens est reipublicæ commodis, qui quantum eminet dignitate, tantum se submittit modestia, comitate vincens etiam humiles. Nullus invidet formoso, qui naturæ dono pudorem ac pudicitiam adiunxit. Nullus invidet valenti aut longævo, qui magno plurimorum bono valet ac vivit. Quod si cui deest ingenium aut ars ad hæc pro dignitate tractanda, abstineat potius quam velut malus pictor bonam formam imperitia sua reddat deteriore. Alexander ille fortasse morosius, qui nullius manu pingi sustinebat nisi Apellis. Nemo tamen egregio corpore, a Fulvio Rutubæ pingi cupiat. Quod emittis in lucem publicam, tale sit, ut posteritatis memoriam polliceatur. Denique sic temperanda laudatio, ut hoc officium non appareat esse tributum eius animo quem laudas, nulli enim minus expetunt aut sustinent etiam laudari quam qui maxime promerentur: sed ipsi potius virtuti, quam nolentem etiam sequitur sua gloria, sed aliis ad similia studia prouocandis. Sic et utiliter laudabitur qui promeritus est, et citra periculum invidiæ, aut adulationis suspicionem. In defunctorum autem laudes uberius effundenda est vis eloquentiæ, cum iam mitior est invidia, et minor adulandi suspicio. Hactenus ostendimus quomodo studiosi suis patronis commendari queant. Nunc paucis attingamus quibus rationibus et studiis ipsis favorem omnium valeant conciliare. Multis enim in locis iam linguæ bonæque quæ uocant litteræ magna flagrant invidia: quod quidem sit partim culpa maiorum, qui putant auctoritati suæ detrabi si quid novæ eruditionis accedat iuventuti, contentique his quæ pueri didicerunt, alia nec doceri patiuntur, nec sustinent discere, vel quia piget, vel quia pudet: partim etiam eorum vitio, qui hæc vetera nova inuehant. Sunt enim in hoc ordine quidam intolerabili insolentia, qui simul atque tenuerint duodecim verba Latina et quinque Græca, Demosthenes ac Cicerones sibi videntur, effutiunt ineptos libellos, non numquam et virulentos, liberales disciplinas omnes miro fastu aspernantur, et in harum professores scurriliter debacchantur. Postremo res omnium et publice et priuatim erunt feliciores, si suo quisque vicino bonum præstiterit. Ut ad proverbum redeamus congruit illi, quod alibi commemoratum est, Aliquid mali propter vicinum malum quod usurpavit Demosthenes in

oratione contra Callistean, ἐκ τῆς ἀρχῆς Ἀθηνῶν χαλεπότερον εἶναι ἢ καὶ τοῦ πομπῆος καὶ πλεονέκτητος. id est, Nō erat quidquam o Athenienses perniciosius quam improbum vicinum, nec suis contentum, esse natum.

Caput artis, decere quod facias.

QVINTILIANVS libro Institutionum oratoriarum 11. videtur veluti vulgo celebratum adducere: Caput est artis decere quod facias. Ipsius verba sunt. Vnum etiam his adiiciendum est, cum præcipue in actione spectetur decorum, sæpe aliud alios decere. Est enim latens quædam in hoc ratio et inenarrabilis: et ut vere dictum est, caput esse artis, decere quod facias, ita nec sine arte esse, nec totum arte tradi potest. Hactenus Fabius. Id usurpare licebit, non solus ubi quid fiet parum decore, veluti si cantillet aut lusitet senex, si præeat et obiurget iuuenis: verum etiam cum negabimus quibuslibet quidvis esse decorum. Quod sæpenumero videamus evenire, ut quod ab hoc dictum aut factum placet uniuerfis, si idem tenet alius, etiamsi doctior peritiorque, nemo tamen ferat. Id cum quotidie videamus accidere, tamen cur accidat, ratio reddi non potest.

Domus recta.

ANNEVS Seneca libro epistolarum familiarium decimo sexto: Videbimus quod parum recisum sit, quod parum structum, quod non huius recentis polituræ. Cum circumspexeris omnia, nullas videbis angustias inanes. Desit sane varietas marmorum, et conscissura aquarum a cuniculis interfluentium, et pauperis cella, et quidquid aliud luxuria, non contenta decore simplicis miscet, quod dici solet, domus recta est. Hactenus Seneca. Quod si locus non vacat mendo, significat vulgo domum rectam vocari, non quidem opulentam et ambitiosam, sed cui nil desit iustæ suppellectilis. Ad eundem modum M. Tullius Græcorum linguam ambitiose meretrici confert, quæ multo luxu superfluat: Latinorum honestæ ac pudicæ matronæ, cui nihil deest, quod ad honestam pertineat mundiciem.

Non est beatus, esse qui se nesciat.

IDEM in eodem opere versiculum hunc e poeta quopiæ allegat Comico: Non est beatus, esse qui se nesciat, haud dubium quin populari sermone iactatum, cum auctoris nomen non adscripserit. Sensus est, haud esse satis, ut adsit felicitas, nisi felicitatem tuam intellexeris. Huc adludens Vergilius:

O fortunatos nimium, bona si sua norint
Agricolas.

Eodem pertinet, quod Martialis inter felicitatis calculos hunc quoque commemorat:

Quod sis, esse velis.

Quid enim felicius libertate? Atqui videas nō paucos qui sortem deplorent suam, quod in principum aulis locum non inueniant: miseros se putant, quod seruire non liceat. Verum ut beatus non est, qui se non putat beatum: ita bis miser est, qui cum animi malis sit infelix, tamen sibi videtur felix. Etenim ut qui sanus est, et sibi videtur ægrotus, non fruitur suo bono: ita qui morbo tenetur, non intelligens suum malum, longissime

gissime abest a sanitate: quippe qui usque adeo sanus non sit, ut sit etiam insanabilis.

Amicus certus in re incerta cernitur.

M. TULLIUS in Lelio, senarium hunc ex Ennio citat prouerbij specie:

Amicus certus, in re incerta cernitur.

Quo significatum est, amici fidem in rebus aduersis explorari. Nam quod cum periculo coniunctum sit, id dubium appellant, pro quo Ennius posuit incertum, affectans ὁμοτισίαν & προσωμασσίαν, quibus schematis impendio delectatus est, atque adeo non ipse solum, sed & omnis illa etas usque ad M. Tullium. Plautus item, eum amicū pronuntiat, qui in re dubia iuuat.

Auarus nisi cum moritur, nil recte facit.

OMNES ferme Publianas sententias videmus prouerbiorum vice fuisse celebratas, nec iniuria sane. Nihil enim illis fingi potest nec argutius, nec iucundius, quorum hic unus est:

Auarus nisi cum moritur, nil recte facit.

Etenim qui sese pecunia studio addixit, nulli commodus est dum vivit. Sola mors voluptatem & emolumentum adfert heredi.

Bona nemini hora est.

ARRISIT & hic:

Bona nemini hora est, quin alicui sit mala.

Ita fortuna temperavit res mortalium, ut quod huic latum est, alij pariat dolorem: quod alij lucro est, alij damnum adferat. Nemo ditescit, nisi malo alterius. Nemo vincit in bello, nisi exitio alterius. Nisi maius pro alicui legere alicubi.

Sapiens sua bona secum fert.

Οσοφεις ἐν αὐτῷ πορεύεται τὰς εὐαίας, id est, Sapiens opes sibi secum habet semper suas, a Biantis apophthegmate natum, qui rogatus, cur nihil exportaret rerū suarum ex incendio patriæ, Ego vero, inquit, omnia mea bona mecum porto: significans ea quæ vere nostra sunt intra nos esse, velut eruditionem, ac virtutem. Ut rursum quæ vere mala sunt nostra, non licet effugere, quantumlibet commutetur locus.

Citius Telegoræ donarim.

TELEGORAS apud Naxios prædices quispiam ac præpotens erat, cui quod quotidie multa misirarentur, vulgato sermone receptum est, ut venditores paruo licitantibus dicerent, μάλλον προίδοιμι τῷ τελεγόρῃ δῶναι, id est, Malim Telegoræ dare. Refertur apud Athenæum libro Dipnosophistarum octauo ex Aristotele. Rem longius profecuti sumus in prouerbio, Nullus malus magnus piscis. Nec videtur quis usus adagionis esse possit, nisi si dicamus officium rectius gratuito collocari penes probos ac magnas, quam mercede penes improbos ac viles.

Hecateæ cena.

VETERES cenam perparcam & impendio frugalem Hecateæ cenam appellabant, quod apud inferos tenuissimo victu, minimoque cibo, eoque vilissimo viuitur, iuxta poetarum signenta. Siquidem umbra plebeia malua porroque visitant, Hecate, Manides ac Trigla-

das pisces, apud nos cōtempnissimos, habet in deliciis, ut sibi sacros. Vnde & Athenis locum esse dictum Triglam, atque inibi simulacrum Hecates Triglantinae. Alij Triglam illi sacram putant ob nominis rationem a ternione dicti, cum triformis sit & Hecate. Extat apud Athenæum libro septimo, meminit & octauo. Meminit & Lucianus alicubi. Verum illud expendat eruditus lector, an prouerbum accipi possit de cena illa, quam singulis mensibus in triuiis Hecate collocabant diuites, diripiebant pauperes. Cuius rei meminit etiam Aristophanes in Pluto:

Γὰρ ἂν τις καὶ κατὰς ἑξῆς τὸ πῦρ ἔδωκε,
Εἴ τι τὸ πλεπὶν, εἴ τι τὸ πένω βέλτερον, φησὶ γὰρ αὐτῷ
Τὲς μὲν ἔχοντες καὶ πλετῶντας διένον κατὰ μῦθον
πρὸς ἄλλων,
Τὲς δὲ πένοντας τῶν ἀξίωνων ἀρπάζον, πρὶν κατα-
εῖναι.

Id est,

Hoc ex Hecata si vis didicisse licebit,

Utrum potius, ditem esse, ne egenum, quandoquidem iubet illa

Hos quibus est res quoque benignam mense uno ponere cenam,

Ceterum egenos hanc prædari prius ac deponere possunt.

Quo quidem loco in hanc sententiam scribit interpret: Olim in triuiis venerabantur Hecaten, quod eadem tribus nominibus appelleretur, Luna, Artemis & Hecate. Ceterum sub nouilunium diuites mittebant cenam vespere, veluti cenam Hecate in triuiis. Pauperes autem esurientes diripiebant ac deuorabant quæ erant apposta, dicentes quod Hecate comedisset. Itaque congruet, ubi res per tumultum diripitur.

Mens videt, mens audit.

Νὴς ἰσὶ καὶ νὴς ἀκούει, id est, Mens videt, mens audit. Hemistichium prius videtur carminis trochaici, tetrametri, catalectici. Refertur ab Aristotele quasi vulgo iactatum Sectionis undecimæ problemate 33. ubi proposita questione cur noctu acrius audiamus quam interdiu, inter alias causas & hanc reddit, quod interdiu animus variis negotiis distrahitur: qui nisi sit præsens, nec corporis sensus officio suo fungatur, adeo ut mente alienata, nec corporis dolorem interdum sentiamus: & ipsi sumus experti in cruciatu dentium, aut calculi, multo leuiorem reddi doloris sensum, si possis animum in aliquam cognitionem alienam intendere. ἔρεται το, νὴς ἰσὶ καὶ νὴς ἀκούει. Nocturno vero, quoniam oculorum sensus quiescit, & animi cogitatio tranquillior est, tum aurium meatus non minus patent nocte quam interdiu, nec minus capaces sunt sonorum, sed eos facilius etiam renunciant animo, quod tum nullis actionibus distrahitur, nec oculorum sensu auocetur, quemadmodum in die fit, ut acutior sit aurium sensus. Locutus erit adagio, ubi iubemus quempiam attentum esse, quemadmodum dicimus, Hic esto, et Istic sum. De mente peregrinante nobis dictum est alias.

Thymbra visitans.

Θυμβροφάγοι, id est, Thymbra visitantes adagio dicebantur, vel qui tutius ac liberius vitam agerent, vel moribus essent parum blandis, vel qui hilariter circa solitudinem

licitudinem paruo contenti viuerent, quod Thymbra, quam eandem cunilam dicunt, herbae genus sit, quam Plinius non distinguit a Satureia, Columella distinguit videtur,

Et Satureia, inquit, Thymi referens, Thymbraque saporem.

Est autem saporis subamari, in agris passim provenit, & pratensis ad remedia praestantior est hortensi, ut auctor est Dioscorides, locis gaudens petricosis. Hortensis cibis aptior. Prouerbum recensuit Suidas, & Hesychius. Fertur Epaminondas mire frugalem vitam egisse, itaque de prandio parco tenui, dixisse, τὸ τοῦτον ἀριστον, οὐ χρεὶν περισσῶς, id est, Tale prandium non recipit prodicionem. Sensus autem dicti geminus est, vel quia nemo molitur insidias rebus modicis, vel quia qui modicis contenti sunt non facile corrumpuntur, ut prodant rempublicam. Amphibis apud Athenaeum libro decimo,

Εὐπλὺς ὅς δὲ πρὶν οὐ ποτὶ περισσῶς, id est, Vbi cena frugi est, nulla debacchatio.

Græcus trimeter videtur corruptus inuersione duarum dictionum: Restituetur si legas, δὲ πρὶν ὅς δὲ πλὺς. & subdit ex Alexide, ex prolixis conuiujs primum nasci scommata, e quibus fere plus est doloris quam voluptatis. Hinc maledictum. Id re geritur ac recipiatur in dicentem. Mox a verbis ad verbera. Non ita qui Thymbra visitant.

Doryphorematis ritu.

GRAECI δoryphoreμα vocant satellitium illud ex barbarorum sece conductum, quod olim tyranni ad custodiam corporis adhibebant, nunc a regibus magis fasus quam tutela gratia alitur: In tragædijs igitur sic addebatur regum personis δoryphoreμα, ut adstarent modo, nihil etiam loquerentur. Vnde qui taciti assident, δoryφερματὸς τρέπον adesse dicuntur. Sic Athenaeus libro quinto, περιμυθεύοντες τινὰ λόγον περιστάσεως, καὶ οὐτὼ πολλὰ φωνῶν, μὴ δ' ὡς οὐ κωνικόν δoryφερμα κελύδης σιωπῇ περιφοροῦμεν, id est, Igitur amici, ne solus essem mutus in tempore tam vocali, neque veluti comicum Doryphorem hians cum silentio obambulare.

Musica docet amor.

PLUTARCHVS adducit & hoc adagium trochaico versu expressum,

Μουσικὴν ὁρῶς διδάσκει, καὶ τις ἀμωσθεῖ τὸ πρῶτον.

Musica docet amor, & si fuerit indoctus prius.

Sensus est, amorem ad industriam excitare animum, artiumque. & omnis elegantiae magistrum optimū esse. Socrates in conuiuio Platonis, putat animam immersam corpori, velut expergisci amoris stimulis, & hinc primos ad honesta impetus capere, tamquam excusso veterno. Vnde deum hunc idem Plato πάντες ἐπιχρησάτω appellat, quod nihil non experiatur. Siquidem e taciturno reddit loquaculum, e verecundo stupidoque comem ac blandum, e negligente diligentem. Nam diu

sicem hic sentit litteras, quas antiquitas nosem Musis dicabat. Adlusit ad prouerbum Bion in Eucolicis, qui cum multis versibus docuisset, Musas semper esse comites amoris, subiicit,

Μαρτυρεῖ γὰρ, ὅτι μὴ οὐδὲ ὁδ' ἐπλετο παρὶν ἀλλήλων.

Testis ego dictum hoc haud umquam fallere quēquam.

Potest & ad verecundiores usum detorqueri prouerbum, si dicas non mediocrem esse gradum ad discendum, amasse præceptorem, potest & ad piū, si dicas caritatem esse virtutum omnium magistrā, quae nisi adsit, nihil recte feceris.

Sicyon arrodens vxor lacernam texe.

ATHENAEVS libro Dipnosophist. 3. heroicū hunc ut prouerbialē adducit,

Τὸν σικυὸν τρώοντα γυναι, τὴν χλαῖναν ὑφαννῆ.

Arrodens Sicyon vxor subtexe lacernam.

Apparet esse verba mariti iubentis, ut vxor tenui contenta victu, perageret opus suū. Nam Sicyon seu Sicyos bulbi genus est, aut certe peponis: non nulli putant cucumeris. Hermolaus Barbarus Corollariis in Dioscoridem, cap. 366. videtur aliud diuinare, scribens ex Aristotelis sententia, plerasque textrices esse impudicas: An Sicyos Venerem temperet nescio.

Tetigit lapidem a cane morsum.

PLINIVS lib. 29. cap. 5. de veneno rabidi canis agens:

Tanta, inquit, vis mali est, ut vrina quoque calcata rabiosi canis noceat, maxime huius habentibus. Remedium est finum caballinum, aspersum aceto, & calefactum in vino appositum. Minus hoc miretur, qui cogitet lapidem a cane morsum, usque in prouerbum discordiae uenisse. Haecenus Plinius. Cuius e verbis coniciere licet, vulgo creditum fuisse, si quis lapidem a cane morsum contigisset aut calcasset, eum iracundiores euadere, & ad dissidia propensum. Fortassis ita dictitabant in hominem conuiciatorem ac rixosum: Hic lapidem calcavit a cane morsum.

Erceti.

ATHENAEVS in Dipnosophistarum lib. 5. Καὶ τὸ θαυμάσιον, ὅτι περιμυθεῖται καὶ ἡ ἀρετὴ ὑπὸ τῶν μίτρων, ὅπου τὶ τὸν ἀγορευτὴν ἀσάμειβα, πάντες ἐξινέφρου, ὁρῶσι τὸ δὴ λιγύμενον, ἀλὲς ἀμειβοί, id est, Et quod dictum mirum, cum depressi essemus, & capite grauato temulentia, quoties spectassemus aliquid eorum quae inferebantur: omnes expergiscebamur, recti, quod dici solet, surgentes. Accommodum erit, ubi significabimus aliquem toto pectore attentum ad rem quampiam. Erigunt. n. se toros, & summis non numquam insistant pedibus, qui auscultant aut spectant auidius.

E clibano boues.

PROVERBIVM sapit quod scripsit Aristophanes.

Ὁ ἀχαρδισί.

Εἴτ' ἐξίνεσθαι, περὶ τὴν δ' ἡμῶν ὄλκε

Εκ κελύβανος βδέ.

id est,

Accepit inde, & apposuit toros boues

E clibano nobis.

Usus erit, quoties efferemus splendorem conuiujs, aut insignem edacitatem. Consimili figura vocabant Hebraei casomben, id quod aliquanto post sequitur apud eundem

mines atq, illustres fuisse. Item Plautus in Trinummo, certum est ad frugem applicare animum. Lamprius in Heliogabalo, Milites se parafuros dixerunt, si ad bonam frugem rediret. Unde frugi & bona frugi dicuntur, qui suo funguntur officio, praesertim serui quos ad operam praestandam alimus. Vlpianus ad legem Aquiliam cap. Inde Neratius. Sed si bona frugi seruus intra annum mutatis moribus occisus sit. Item Titul. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur. Cap. Si quis seruus. Interesse fructuarij videtur, bona frugi seruum esse. Rursus in digestis libro 11. Titulo de Seruis corruptis, paragrapho, Quod ait prator. Sed utrum ita demum tenetur, si bona frugi seruum perpulis ad delinquendum. Plautus in Cassina, Credo pol esse si tu frugi bona es. Rursus in Pseudolo, Cupis me esse nequam, tamen ero frugi bona. Nequam opposuit frugi. Nequam enim nulli est vsui. Et ita frugi hominem dicimus, quemadmodum nequam, utraque voce indeclinabili. Columella de re rust. lib. 1. Eiusdem agilitatis homo frugi melius quam nequam faciet. Et in Declamationibus, frugi filius opponitur luxurioso. Hinc & frugalis dicitur. Sumptum videtur ab agris, qui cultu redduntur frugiferi.

Per manus tradere.

Quod successione quadam ab aliis ad alios deuenit, per manus tradi dicitur: quod translatu videtur ab his qui nauim aut plaustrum exonerent. Idem frequenter fit in militia, velut in commentario belli Ciuili primo: Saxo, inquit, praerupta multis locis iter impediebant, ut arma per manus necessario traderentur, militesq, inermes subleuati alij ab aliis magnam partem itineris conficerent. Rursus belli Gallici libro 7. Quidam ante portam oppidi Gallus per manus sibi ac picis traditas glebas in ignem e regione turris proiciebat. In eodem: Non nulla de muris per manus demissa. Item libro 8. Tale consilium sui recipiendi inierunt: fasces ubi confederant, per manus stramentorum ac virgultorum, quorum summa erat in castris copia, inter se traditos, ante aciem collocauerunt. Verum hic nullus est tropus. Qui quoties accedit, transit in specie prouerbialem, quomodo frequenter obuuium est apud auctores. Velut apud Fabium libro 12. Non ea modo quae conscripta sunt historiis, aut sermonibus velut per manus tradita, quaeq, quotidie aguntur nosse, verum ne ea quidem quae a poetis ficta sunt negligere. Item Liuius lib. ab urbe condita 5. Etiam si nobis cum urbe simul posita, traditaq, per manus religiones nullae essent. Idem lib. 9. Tum disciplina militaris iam inde ab initiis urbis tradita per manus, in artis perpetuis praecipis ordinata modum venerat. M. Tullius in oratione de prouinciis consularibus: Nam ut C. Iulius omnibus a senatu eximiis ac nouis rebus ornatus, per manus hanc prouinciam tradat ei cui minime vos velit. Quin & Iureconsultis per manus tradi dicitur, quod de manu in manum datur. Velut Papius libro Pandectarum 29. Titulo De iure codicillorum, Quod per manus traditum est, codicillis hereditatem dari non posse rationem illam habet, & cetera. Plautus in Trinummo: E manibus dedit ipse mihi in manus: de epistola loquitur. Fit autem iucundius, quoties ad res animi prouerbum accommodatur, quae-

admodum cum dicimus institutum, aut opinionem, aut consuetudinem, aut disciplinam aliquam, per manus traditam ad nos venisse.

De manu in manum.

non arbitramur idem esse cum superiori ita non usquequaq, dissimile est, quod scribit Cicero libro Epist. famil. 7. Totum deniq, hominem tibi trado de manu. ut aiunt, in manum tuam istam & victoria & fide praestantem. Traduntur enim & qui commendantur, Terentius: Hanc in manum dat. Item Horatius: -Vt tibi se laudare ac tradere coner. Item: Hunc hominem velles si tradere.

Mira de lente.

RODOLPHVS Agricola vir immortalitate dignus, lib. Dialectices 3. testatur apud Gracos prouerbio dici solere, egregia de lente, quoties res humilis & pusillamagis laudibus attolleretur: perinde quasi lentem minutum ac vile legumen splendidis encomiis efferas. Opinamur Gracos efferr hunc in modum: δύνῃ πῶς φακῆς.

Non una manu capere.

Ὅν τῇ ἑτέρᾳ χερσὶν, id est, Non una tantum manu capiendum. De re lubrica variaq, captuq, difficili. Nam huiusmodi solemus utramq, ad mouere manum. Vnde est Plato in sophista: ἐπεὶ ἐν αὐτῇ χερσὶν αὐτῶν τὸ ποικίλον εἶναι τὸ τὸ ἐπὶ τὸ ἐπὶ, καὶ τὸ λεγόμενον, & τῇ ἑτέρᾳ χερσὶν, id est, Vides igitur vere dici, bestiam hanc esse variam, neque (quod dici solet) unica manu capiendam. Sumptum est a venatu, in quo ferae quaedam miris artibus ex ipsis venantium manibus frequenter elabuntur, quibus ad similem putat hominem sophista, ad elabendum omnibus dolis instructum.

Omnes laqueos effugere.

In eodem dialogo non dissimilem huic allegoriam adducit, veluti prouerbio iactatam: Difficile omnes laqueos effugere. Quod ipsum a venatu translatum est, in quo sic undiq, sepiuntur exitus, ut necesse sit feram in aliquas insidias incidere. ἐπεὶ οὐδὲν ἡ παρρησία, τὸ πᾶς ἀπέσας μὴ ἑῶν εἶναι διαφύγειν, id est, Siquidem recte habet prouerbum, quo dicitur, haud facile esse omnes laqueos effugere.

Hostis domesticus.

RURSUS in eodem domesticum hostem prouerbio solitum dici testatur, ubi malum non aliunde proficiscitur, sed ex nobis ipsis nascitur: velut cum quis ipse se prodit, aut redarguit, ipse sua bili aut liuore sese conficit: & αἰῶν δόνται τὸ ἐλεγχέμενον, ἀλλὰ τὸ λεγόμενον, οἰκοῦν τὴν πόλιν καὶ κατατίωσιν ἑαυτοὺς, id est, Non opus habent aliis qui redarguant, sed iuxta prouerbum, cum domi hostem habeant, quiq, sit aduersaturus &c. Agit, de sophista, qui cum sit loquax, ipse ex sese praeberet solet quo reuincatur.

Capere ciuitatem.

PLATO in eodem dialogo significat prouerbio dici solere: Capere siue expugnare ciuitatem, qui rem difficilem esset adsecutus. Neque enim ciuitas primo statim

*tim impetu capitur. Illic hospes animat Theætetum, ut quod instituit , persequatur , eo quod qui ad leuiiores difficultates aut heret, aut resilit , numquam aliquid perficiet in eo quod est disputationis caput. Verba Platonis sic habent : Ὁ ἀρετῇ καὶ βίαια πρὸς τὰ σμικρότατα δυνάμεων εἰς τοὺς προύχονας προϊέναι, τί γὰρ οὐκ ἀδύνατον ἐστὶ τοῖσι, δράσασθαι καὶ ἐν αἰθέρι, μηδὲν ἐν ἐκείνοις αὐτο-
των, καὶ πάλιν εἰς τοὺς πεδίων ἀπωδιεῖς, χολεῖ πρὸς τὰ κατὰ τὴν προσωπίαν λεγόμενον, ὅτι τοῖς τοις αὐτοῖς πόλιν, id est, Confidere oportet Theætete, fore ut qui vel paululum aliquid potuerit, semper ultra progrediatur. Quid enim facturus sit in aliis qui in his animum desponde-
rit ? aut nihil in illis efficiens, aut retrocedere etiam compulsus : haud umquam ille talis, urbem, quod dici solet, cæperit. In bello facile est in excursionibus , aut pagorum incendiis aliquid designare : at munitas urbes expugnare perdifficile est . Simile est illi : Timidi numquam statuerunt Trophæum.*

Diuinum excipio sermonem.

PLATO libro de Repub. 6. demonstrat proverbij vice
in ore fuisse vulgo : ἐν ἑαυτοῦ λόγον, id est, Divinum
excipio sermonem, quoties, gloriosius aliquid dictum
esset, omnis gratia deos excipiebant, qui nihil non pos-
sunt, & quibus nemo praescribit. Platonis verba sub-
scribemus. Οὐ γὰρ γινώσκω εἰς μέγεθος εἶναι μὴ ἔχον-
τα, ἀλλ' οἷον ἄλως τρεῖς ἀρίστῳ, παρὰ τὴν τέττον παιδείαν
πυκνὰ δαμνόντων ἀνθρώπων, αἱ ἱταῖρι, θεῶν μοῖραι κατὰ
τὴν παροιμίαν ἑαυτοῦ λόγον, id est, Neque enim sunt, ne-
que fuerunt, neque futuri sunt mores aliter ad virtu-
tem instituti, quam ad horum institutionem. De hu-
manis loquor amice, at divinum iuxta proverbium,
excipio sermonem. Apparet esse fragmentum carmi-
nis iambici :

-Θῆον ἱεραῖον λόγον, fortassis ex Homero natum:

—Θεοί δὲ τὰ πάντα δύνανται. id est,

-Divi tamen omnia possunt.

Accommodari potest ad summos principes, veluti pontificem, aut cardinales, aut monachos.

Vna pertica.

¶ **N**am *pertica*, pro eo quod est eadem opera. *Plinius* Secundus lib. 8. epist. 2. Nam regione, inquit, tota, & novitas remissionis, & forma laudatur, ipsis etiam, quos non una, ut dicitur, *pertica*, sed distincte gradatimq. tractavi. Quanto quis melior & probior, tanto mihi obligatior abit, expertus esse non apud me, & δ' ἐν τῇ μὲν ὁρῇ κακὸς ἦν καὶ ἰσχυρὸς, id est, Vir malus ac fortis pretio ducuntur eodem. Sumptum videtur ab his qui metiuntur agros, *Perticam* posuit pro decempe da. Nam *Servius Sulpitius*, ut indicat *Festus Pompeius*, dixit *perticam* esse lineam qua dividuntur agri, & versus est *Homericus*, lib. *Iliad.* 9. quem alibi recensimus atque exposuimus.

Pulmo prius uenisset.

PULMO prius venisset, dictum est olim in lentos ac cessatores. Opinamur quod pulmo cum perpetuo moveat, numquam tamen loco se promouet. Plautus in Epidico: *Dij immortales foccos iussi adinere pedibus. Pulmo enim, quod perhibent, prius venisset quam tu aduenisti mihi.*

Quimultum obfuit.

SICUT eiusdem artificis est egregie mentiri, & vera dic-
 cere, ita eiusdem est prodessse plurimum ac ledere. Id olim proverbio iactatum fuisse testatur Thucydis
 lib. 6. in oratione Alcibiadis, τὸ πρὸν δὲ ὑπὸ πάντων
 προσβαλλόμενον λόγον, ὡς εἰ πολεμικός καὶ ὡν σφοδρῶς ἐβλα-
 πτόν, καὶ αὐτὸ φίλος ἂν ἵκεαις ἀφελείῃ, id est, Dictum vi-
 delicet illud quod ab omnibus usurpatur, quod si ho-
 stis cum essem vehementer nocui, etiam si sim amicus
 magnopere qui vero prodesse.

Non uulgari ancora nititur.

DEMOSTHENES in oratione pro Ctesiphontoe
Οὐκ ὡς τ' αὐτ' ἔρημι ταῖς ποταμοῖς, id est, Non eadem an-
cora nititur qua vulgus, significans illū nouis, minimeq.
vulgaribus praesidiis nui. Suidas admonet esse pro-
uerbium, & subaudiendum ancoram.

Non pluris quam simias.

SIMIA *ridiculum animal & vulgo contemptum, non uni prouerbio locum fecit. Dion Trufensis in lib. De Troia non capta: Quos ego, inquit, non pluris facio quam, ut dici solet, simias.*

Aspis a uipera.

TERTULLIANVS lib. aduersus Marcionem 3. pro-
uerbi titulo refert: *Aspis a vipera, cum pessimus, a*
pessimo sumit mali quidpiam. Desinat, inquit, nunc hæ-
reticus a Iudæo, *aspis* quod aiunt, a *vipera* mutuari ue-
nenum. Refertur autem inter Diogenis apophthegma-
ta, qui conspiciatus duas feminas inter se conferentes
clam sermonem, protulit versiculum, e comædia qua-
piam sumptum,

Ἀσπίς παρ' ἐχίδνης φάρμακον δαυνίζεται. id est,

Sumit venenum a vipera aspis mutuo.

*Vtriusque serpentis venenum immedicabile, pariterq.
noxium, nisi quod viperæ morsus magnis enecat cru-
ciatibus, apud adeo nullum adfert dolorem, ut nec
voluptas desit, si Plinio credimus. Est autem apud
genus, quod absq. morsu, conspuens hominem veneno,
perimit, vnde Græcis dicta πύαξ. Usus erit quoties qui
per se malus est, contagio mali fit deterior.*

Neque intus neque foris.

IRENÆVS lib. 1. cap. 9. refert hoc prouerbum, dicēs
hoc quadrare in mulierculas quasdam, quæ cum intel-
ligerent se fuisse delusas a discipulis Valentini, non ta-
men se committebant ecclesiæ, vt remedio pœnitentiæ
reciperentur in consortium vnde discesserant, sed in-
ter vtrumq. degentes, nec Valentinianis adhærebāt,
nec ecclesiæ sese reconciliabant. Simili figura dicunt
hodie, neque caro est, neque piscis, de homine qui sibi
vixit, nec vllarum est partium.

De toga ad pallium.

CERTE speciei habet proverbiū quod refert Tertul. in li-
bello de pallio: Hæc nimirum indignitas erit a toga ad
palliū, cui⁹ duplex erit usus: vel cū ad diuersū vitæ ge-
nus sese contulerit aliquis: vel cū a fortuna honesto-
re ad humiliorem, velut si quis e præfecto fiat pædago-

Aaa gus,

gus, e consule rhetor. Toga Romanorum erat, pallium Græcorum. Post pallium caput esse gestamen philosophorum. Confine illi, Ab equis ad afinos.

Fuit & Mandroni ficulna nauis.

Εἰναιτο καὶ μάνδρωνι συκίνη ναῦς, id est, Fuit & Mandroni ficulna nauis. In eos dici solitum qui præter meritum ad felicitatem atq. opes euecti, pristina cōdicionis non meminerunt, sed præsentis rerum successu insolentius abutuntur: ita ut fere mos est τοῖς νιοπλάστοις, id est, iis qui ad nouas diuitias ex infima fortuna condicione prouehuntur. A Mandrone quodam sumptum, qui indignus & immerens, ex nauiculario factus est imperator. Nauim autem ficulnam per contemptum dixit. Nam ficulnum in genere vocant Græci, quidquid imbecille, aut contemnendum significare volunt.

Lupus in fabula.

Hoc prouerbum solitum est dici, quoties is de quo confabulatio est, de improviso interuenit, Quod inde sumptum putat Donatus, interpres Terentij, quod lupus ei quem prior viderit, vocem adimere dicitur, ut cum cogitatione in qua prius fuerat simul & vocem amittat & verba. Nec desunt qui huius seu rei, seu opinionis causam philosophicam reddere conentur, videlicet quod lupus natura sit hostis homini, & ideo spiritus quosdam ac vim natuam ab illius oculis proficiscentem in eum quem conspexit inopinato, vires illius obstupefacere, atque hinc esse subitum silentium. Donatus huc pertinere putat quod alibi citatum est a nobis Theocriticum illud λῦκον ἔδωκεν. Rursum illud Maronis: Lupi Mærim videre priores, cum vocem per atate ademptam pastor quereretur. Sunt qui ex nutricum fabulis natum existimant, quæ narrant ludificato puero terrore lupi, verum lupum a cauea paulatim venisse ad limen cubiculi. Nam est & in apologis, matrem, ut puerum vagientem compefceret, lupum frequenter inclamasse, ut nisi desineret plorare, deuorandum auferret. Tandem lupum spe præda venisse: sed frustra hiantem abiisse, hac tantum sententia doctiorem, non esse fidem habendam semina pollicenti. Nam hoc, opinamur, sensit Donatus. Locus enim in libris euulgatis non videtur carere mēdo. Tertiam opinionem reicit Donatus, quæ putat hinc natum: cum in Neuiana fabula representaretur, quomodo Romulus & Remus aliti sint a lupa, repente verum lupum actioni interuenisse: quo factum ut subitum esset totius fabulae silentium, quod talis spectator inexpectatus interuenisset. Sic vsus est Terentianus Syrus in Adelphis, silentium innuens Ctesipboni, quod Demea pater adolescentis, quem ruri esse credebat, præter expectationem adesset. Festiuus etiam vsus est Plautus in Stichō. Atque eccum, inquit, tibi lupus, in sermone præsens esuriens adest. Loquitur enim de parasito Gelasino, qui fratribus de ipso confabulantibus derepente interuenit. Addit enim prouerbio gratiam, adlusio ad hominis edacitatem: quemadmodum apud Theocritum, ad nomen adolescentis, de quo dicitur, λῦκον ἔδωκεν. Vtitur & M. Tullius epist. ad Atticum, lib. 13. De Varrone loquebamur, lupus in fabula. Venit enim ad me. Fere fit autem ut quoties inter-

ueniat, de quo colloquimur, obmutescamus: propterea quod siue laudabatur, pudet in os dicere, quod recte narratur de absente: siue vituperabatur, timemus offenderē.

Prolixius Iliade.

Μακρότερα δ' ἱλιάδες λαλῶν, id est, Prolixiora Iliade loquens. Refert Iulius Pollux, libro de rerum vocabulis 6. cap. 26. adiungens ei quod alibi docuimus, competere in homines vehemēter garrulos, τὸ ἐκ δωδώνης καλῶν. & ἀρχαῖος αἰὼς. sic enim ibi refertur. Hunc in sensum vsus est & Aeschines in Demosthenem, qui locus nobis alibi citatus est. Non dissimile est huic, Ilias malorum. Sed quoniam hoc congruit immensis malis, quod nunc referimus immodicæ loquacitati, separare visum est ob vsu diuersum. Est autem Ilias nobile opus Homeri, quo Troiæ, captæ historiam libris vigintiquattuor explicat, cum Vergilius duodecim libris complexus sit; quod ex utroque opere visum est decerpere.

Apud nouercam queri.

QUI deplorant infelicitatem suam apud eos, qui nihil auxilij sint lataturi, vel gauisuri magis conquerentium malis, apud nouercam queri dicuntur, quod nouerca fere male velint priuignis. Ballio leno in Pseudolo Plauti:

Nam isthuc quod nunc lamentare, non esse argentum tibi,

Apud nouercam querere.

Leno pro se supposuit nouercam. Quod dictum Pseudolus simulans se non intelligere,

Eho, inquit, an umquam huius nupsisti patri?

Animus habitat in auribus.

VETERES animo sedem in oculis dedere, plerique in corde. At Herodotus in Polymnia, iuxta vulgi sermonem ut videtur, docet animum habitare in auribus, quod qui bene audiunt, voluptate adficiantur, qui secus, exacerbentur. Herodoti verba subscribemus, καὶ νῶ τὲ τῆς ἡγεσίας, ὡς καὶ τῶν αἰσθητῶν οὐκ ἔστιν ὁ θυμὸς, ὅς ἐστι μὴ ἀκρόασις τῶν φωνῶν ἐμπιπλῆς τῶ σώματι ὑπεκρετῖα δὲ τοῦ τοιοῦτο αἰσθῆναι. Et nunc illud sane discito, quod in auribus hominum habitat animus: qui cum bona audierit, voluptate corpus implet, cum his diuersa, molestia adficit. Opinamur hunc esse sensum adagij, quod ex his quæ audimus maxime placatur, aut irritatur animus. Nam hac potissimum iter est ad animum hominis. Comiter ac blande dictum, sepe atroces iras vertit in beneuolentiam, & asperior sermo prouocat capitales inimicitias. Quin & conuicio quidam iugulantur, non aliter quam ferro aut veneno. Proinde pestilentissimum homicidarum genus est, quod hoc seculo potissimum regnat, qui venenum aspidum portant in lingua, & qui idem peragunt lingua, quod sicarij ferro.

Inscitia confidentiam parit.

Αμαθία μὴ θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει, id est, Inscitia quidem confidentiam, prudentia vero contationem parit. Extat apud Thucydidem libro Peloponnesiaci belli secundo. Diuus Hieronymus in Epistola ad Ena-

Euagrius ita refert, Imperitia confidentiam, eruditio timorem creat. Refert & Plinius Epistolarum lib. 4. Sicut ἀμαθία μὴ δεισέος, λογισμὸς δὲ οὐκ ἔστι φόβος, ita res ista ingenia debilitat verecundia, peruersa confirmat audacia. Vt eodem & Lucianus in Nigrino, ut dubium non sit quin haec sententia fuerit olim vulgi sermone protrita. Cognitio rerum reddit hominem contantiorē ad aggrediendum negotium. hinc nimirum est, quod iuuentus audacior est quam senectus: & ut docet Quintilianus, fortius dicunt qui minus habent artis: cum interim cordatus orator de periculi intelligens initio trepidet. Et qui minus sapiunt, minus habent pudoris. Et qui nondum didicere, quid sit scire, nullius rei sibi non arrogant scientiam. Denique maxime bellum adfectant, qui quid sit bellare numquam experti sint.

Non statim finis apparet.

HERODOTVS in Polymnia, significat hoc olim proverbio dici solitum, Non statim cum principio apparere exitum. καὶ τὸ πάλαι, inquit, ἔπαυσε τὸ πρῶτον, τὸ μὲν ἀρχὴν τὸ τέλος καὶ τὸ φέρειν, id est, Et vetus adagium, quo recte dictum est, non statim cum initio apparere finem. Conueniet in quorundam praeperas spes, qui negotio vix capto, statim arbitrantur se rem factam habere, cum saepe exitus non respondeat initio. Vulgi iocens est in Batauum quendam, qui iussus sumere catapotia, rogauit medicum quid esset esse futura. Cum medicus respondisset fore ut moreretur, alius, deuorauit, moxq. non dum eggresso medico, clamauit se cecaturire, nimirum suspiciens statim apparere finem una cum principio. Alter quidam eiusdem sapientia, cum a parentibus missus esset in Galliam, ut Gallice disceret, cum illic egisset quatrimum, querebatur apud suos, quod non dum loqueretur Gallice, putans hanc vim habere solum ipsum, ut quisquis adisset Galliam, illico Gallice loqueretur. Sunt & huiusmodi quidam, qui simulatq. filius triduo versatus est in ludoliterario, mirentur eum non dum scire litteras, queranturq. operam simul & impensam perisse. Poterit ad seria torqueri. Rebus honestis strenue vasandum, ut olim liceat egregiorum laborum optimam messem metere. Semper in hac vita recte faciendum, olim non defutura praemia, etiam si non contingant in hoc mundo.

Philippide tenuius.

ATHENAEVS lib. Dipnosophist. 12. ostendit Philippidem comædiarum scriptorem sic tenui fuisse corpore, ut etiam πεφίλιππον, dixerint, pro macrius. Refert autem proverbium ex Aristophote, οἱ ἡμετέροις αὐτὸν ἔχοντες ἀποφάσιν φιλιππίδην, id est, Intra triduum graciliorem illum reddam Philippide. Rursus ex Menandro:

Οὐ μὲν ἄνθρωπος καλὸν τὸν δεικνόν
Φιλιππίδην λιπτότερον ἀποδείξει νεκρόν. id est,
Vestrum ubi fames formosulum hunc momorderit,
Reddes cadauer macrius Philippide.

Rursus ex Alexide citat hoc dictum, ὑποκρίσεις φιλιππίδην, id est, Poculum Philippide gracilius,

Accommodabitur non inuenuste ad orationem ieiunam, aut disputationem otiose subtilitatis.

Quæ semel ancilla, numquam hera.

Vulgo iactatum refertur in Græcis epigrammatis, libro primo, titulo Pallada,

Μὴ ποτὶ δαδῶσαι σάγμα δαδὶνα χύματα

Εἰ παρρησιασθῇ.

id est,

Si qua ancilla semel fuit, haud umquā dominetur,

Ut proverbium habet.

VIDETUR ideo dictum, quod qui ex humili fortuna subuehantur ad res amplas, soleant esse ceteris insolentiores, minusq. tolerabiles quam qui felices nascuntur.

Exurere mare.

ADMONVIMVS ἀδυνατῶν ferme pertinere ad congnationem prouerbiorum. Quod genus est illud quod refert Vergilius Aeneidos libro 9.

-Maria ante exurere Turno,

Quam sacra dabitur pinus.

Nec dissimile est quod habet Propertius,

Tu prius & fluctus poteris siccare marinos,

Altaq. mortali detrahens astra manu.

Obedientia felicitatis mater.

ÆSCHYLVS in ἱππὶ καὶ ὀδύσσει.

Πατρὸς ἡμετέρου τοῦ ὄντος ἡμετέρου

Ματρὸς γὰρ ὁ νόμος, ὅς ἐστι λόγος.

id est,

Felicitatis mater obedientia,

Columq. ut aiunt, sospitatoris Iouis.

Fingit poeta Iouem sospitatorem, cuius beneficio contingat salus: huic esse uxorem: cui nomen πατρὶς ἡμετέρου. id sonat obedientiam sed proprie qua paremus magistratibus ac principibus: ex horum coniugio natam esse filiam, cui nomen ὄντος ἡμετέρου, id est, felicitas. Principis est consulere saluti ciuium, Id conatur bonis & aequis legibus, populi est his obtemperare, si velit esse felix. Sed utinam non essent Ioues ὀδύσσει, quibus uxor esset ἀρπύια, & filia δούρυχα.

Ver ex anno tollere.

Εκ τῆς ἐνιαυτοῦ τὸ ἐκ τῆς ἐνιαυτοῦ, id est, Ver ex anno tollere dicebatur, qui id quod in negotio quopiam erat praeceptum tollerit. Meminit Herodotus in Polybymnia. Lacedaemonij & Athenienses missi in Siciliam legatis, petebant a Gelone Syracusano & societatem & suppetias, aduersus Xerxem bellum inferentem Græcis. Nec recusauit Gelo, modo se imperatorem vel maritimarum rerum vel terrestrium copiarum constituerent: quam condicionem cum repudiarent legati, iussit eos illico discedere, ac renuociare Græcis, ὅτι ἐκ τῆς ἐνιαυτοῦ τὸ ἐκ τῆς ἐνιαυτοῦ, Ver ipsis ex anno sublatū esse, videlicet illud subindicans, suū exercitum praeceptū esse Græcis florē ac robur, qui si deesset, defuturū illi quod esset praeceptum. Ver enim anni praecepta pars est. Meminit Aristoteles lib. Rhetor. 3. inter metaphorarū genera. Rursus rhetoricorū lib. 1. ostendit hoc dictum esse Periclis in epitaphio qui dixerit, τὴν νίκην ἐκ τῆς πόλεως ἀνέσταναι ἀπὸ τοῦ ἐκ τῆς ἐνιαυτοῦ ἐφευρίσκειν, id est, Iuuentutē e Repub. sublatam esse perinde ac si uer ex anno tolleretur. Potest defle-

Ααα 2 Eilon-

Et longius, ut dicantur vel eximere anno, qui linguarum ac bonarum literarum peritiam sustollant e scholis.

Etiam si Cato dicat.

PLUTARCHVS in vita Catonis Vticensis, narrat tantam Catonis apud populum fuisse fidem & auctoritatem, ut de rebus incredibilibus proverbio diceretur, Τὸ μὴ εἶναι καὶ τοῦ ἀλγοῦτος πείσσειν· id est, Istuc incredibile est, etiam si dicat Cato. Et orator quidam cum hyperbolicos diceret uni testi non esse credendum, adiecit, ne Catoni quidem. M. Tullius epistola ad Atticum lib. 2. Quid Cato ille noster, qui mihi vnus est pro centum millibus. Similis erat auctoritas Aristidis apud Athenienses ac Xenocratis, cui vni populus remisit iurandum, cum alioqui nullus illic testis admitteretur absque iurcurando. Huic adfuit, Nec iurato istuc crediturus sim.

Qualis hera, tales pedisseque.

HVIC simillimum est peruetus adagium, libro Epistolarum ad Atticum quinto, epistola undecima. Si verum est, inquit, illud ὅτι οἱ ἡ δὲ πωλεῖ, τοῖα καὶ βορραπαιδεῖ, id est, Qualis hera, tales & ancilla. Quamquam nec hoc multum abest a senario,

Διὸ πωλεῖ ὅποια, τοῖα καὶ βορραπαιδεῖ.

PLATO libro de Repub. 4. ἡ δὲ αὖ τοῖς ὁμοῖον ὅν ὁμοῖον παρὰ καλῶν, id est, Aut non semper quod est simile, simile adersit.

Bibere mandragoram.

IN EST vis somnifica mandragora, adeo ut enecet etiam largiore potu, si Plinio credimus, histor. mundi lib. 20. capite. 1. Dioscorides indicat radicem vino decoqui ad tertiam partem, ex eo colato sumi cyathum aduersus insomnium. Datur & secandis aduersus intolerabilem cruciatum. Quin & sedi immissa herba, glandis vice, somnum facit. Hanc Pythagoras ἀνδρὶ ὁμοῖον ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου appellauit, quod radix imitetur hominis formam. Vnde Columel. in carmine semihominem dicit,

Quamuis semihominis vesano gramine sata

Mandragora pariat flores.

Eandem circam appellant, quod radix illius amatoris ueneficiis credatur utilis. Vnde qui cessant in officio dormitantq. multam mandragoram bibisse dicuntur. Sic vsus est Iulianus in epistola quadam ad Callixenem, Οὐ φανερὸν ποτὲν πᾶν μαρδραγορὰν ἐκπεπαισμένην, id est, An non videtur multam hausisse mandragoram? Vsurpat & Demosthenes in Philippica 4. ἡ δὲ αὖ μαρδραγορὰν πεπαισμένην, ἢ τὴν φάρμακον ἢ τοῖς ἰατροῖς ἀνθρώποις, id est, Similes videmur his qui mandragorā biberunt, aut aliud simile pharmacum. Iidem qui dormitant in negotio, sub mandragora dormire dicuntur, Lucianus in Timone, ὅπου καὶ καθάπερ ὑπὸ μαρδραγορῆς καὶ τοῦ εἶναι, id est, Quando quidem veluti sub mandragora dormis. Hoc non dissimile est illi, quod alibi retulimus, Bibe elleborum,

Ne pictum quidem vidit.

QUEMADMODUM de vehementer ignoto dicimus, ne natum quidem noui, sic dicimus, ne pictum quidem

vidit. Multas enim vrbes & res, atque etiam homines nunquam nobis conspectas, ex pictura utcumq. nouimus. M. Tull. libro de finibus bonorum ultimo: Dicis eadem omnia & bona & mala, quae quidem dicunt, qui nunquam philosophum pictum, ut dicitur, viderunt. Plautus in Asinaria: Nam neque umquam fictum, aut pictum, neque scriptum in poematis, ubi lena bene agat. Venustius etiam fiet, si longius transferatur. Rhetoricam ne pictam quidem uidit. Virtutem ne pictam quidem. Nam pinguntur haec quoque.

In angulo.

Εν γωνίᾳ, id est, In angulo fieri dicitur, quod fit in occulto. reperitur esse apud Platonem in Gorgia, Τὸν λοιπὸν βίον βιδῶναι, μὴ τὰ μετὰ κείνῳ ἐν γωνίᾳ τριῶν ἢ τετράγωνον εὐρίσκειν, id est, Reliquum vitae degere cum adolescentulis tribus aut quattuor in angulo susurrantem. Item Lucianus in concione deorum, μὴ καὶ τὸν ἐν γωνίᾳ καὶ τῷ ἐν τῷ κλίβανῳ, id est, Ne post hac salsarros miscete. o. di, nec ad angulos conuersi, alii alij ad aurum conspirate. M. Tullius libro de oratore primo: Quibus ego de his rebus omnibus in angulis consueuendi omni causa, ut dissertant &c.

Callidum mendacium.

CALLIDUM facinus, ὁ μὲν ὅτι, pro audaci dici, monimus alias. Simili figura dici solere callidum mendacium pro audaci & imprudenti, docet Plautus in Mustellaria.

Callidum hercle audiui esse optimum mendacium. Aut non est mentieudum, aut est fortiter mentieudum: alioqui mox deprehenditur, qui verecunde mentitur. Quemadmodum Aeschinus Terentianus, Non istas quod sciam.

Muti citius loquentur.

AD ἡμῶν genus pertinet & hoc quod habet Plautus in Persa, Muti prius loquentur quam ego.

Ne hoc, inquit, cuiquam homini dicerem editum est mihi.

Magnopere, nec cuiquam homini crederem.

Omnes muti ut prius loquerentur hoc quam ego.

In transfennam inducere.

IN transfennam inducit, qui dolo fallit. Plautus in Persa, Hunc ergo hodie hominem in transfennam doctis ducam dolis.

Itaq. huic insidias parat & sunt, prope aggrediar vitum.

Ab aucupibus sumptum est, qui intra cancellos escam spargunt insidiantes auiculis. Vnde & hodie qui dolo captus est, intra transfennam esse dicitur. Huic simillimum, In foueam & in laqueum inducere, quorum alibi meminimus.

Ab transfenna cibum petere.

AB transfenna cibum petere dicitur, qui periculo proximus est. Plautus in Bacchidibus.

Nunc ab transfenna hic turdus lumbricum petit. In senē dicitur, legere epistolā, per quā erat fallendus. Ab eadem metaphora sumptū, cuius modo meminimus.

Omnes

Omnes adhibere machinas.

M. T. V. L. lib. Epist. ad Brutum, Ad reliquos hic quoque labor mihi adcessit, ut omnes machinas adhibeam ad tenendum adolescentem, item Pláto de legibus lib. 7. Οὐκ οὐδ' ἀποστὰς μηχανῶν πόνον μηχανῶν, id est, Ita que dicimus omnem adhibendam machinam. Rursum in eodem, τὰς μηχανὰς πρὸς τὸν, id est, Omnem machinam admoventes. Sumpsum est ab his qui summa vi oppugnant arcem aut oppidum, nullum machinæ genus non admoventes, nihilq. relinquunt intentatum.

Leo cordula vincetus.

LYCIANVS in libello de mercede feruentibus, Νῦν δὲ τὸ τῶν λέωνος κρένην λέγειν αὐτὸν καὶ κατὰ περιστροφὴν, id est, Nunc autem quod dici solet, Leo filo vincetus, sursum ac deorsum circumferor: cum quis exiguo commodo captus, apud aulicos ostentatur passim, quod princeps tantum alat virum.

Sinapi visitare.

TRISTES ac supra modum terrici sinapi visitare dicuntur, quod rhodicy. vulgo tritum est. Plautus in Truculento,

Sic castor hic homo sinapi visitet,

Non censeam tam tristem esse posse.

Aristophanes in Equitibus consimili figura dixit, Τὴν τῆς sinapi,

Καθ' ἡμέραν καὶ τὰ μέγιστα ἀνέπαυται. id est,

Toruum tuens, ut qui sinapi visitant,

Frontem seueram contrahere;

Interpres Aristophanis admonet napy semen esse, unde fiat sinapi. Huius vis est eiere lacrymas, eoq. Ennius apud Macrobiū triste vocat.

Nec triste querit sinapi, neque mastrum cepe. De cepis alias nobis est dictum.

Arcusensus rumpitur.

PLUTARCHVS in libello cui titulum fecit, An sit se ni administranda Respub. τὸν ἄρκα, inquit, ὅς φασι τὴν τῆς ἀρχῆς, id est, Arcus, quemadmodum aiunt, cum intenditur, rumpi solet, contra animum cum remittitur. Refertur autem in epistaphio Theophrasti, qui tantisper vixit dum esset in labore: simulatq. remisit studium, interit.

Οὐκ ἀρὰ τὸ τὸν ἄρκα τὸν ἀνδρῶν τὴν ἀρχήν, id est,

Prævidui sofines τὸν ἀνδρῶν, id est,

Δι' ἃς τὴν ἀρχήν τὸν ἀνδρῶν, id est,

Ἡ δὲ μάστις, ἢ τὸ ἀνδρῶν, καὶ τὸν ἀνδρῶν, id est,

Frangi ni studij tensum laxaveris arcum.

Viridici sane verba fuere viri.

Namq. opere assiduo valuit Theophrastus, & idē

Laxato studio, membra solutus obis.

Ne Apollo quidem intelligat.

Quod vehementer esset obscurum, & intellectu perdifficile, ut negabant vel ab Apolline posse intelligi.

Athenæus libro Dipnosoph. 3. τὸν ἄρκα τὸν ἀνδρῶν, id est,

Ἡ δὲ μάστις, ἢ τὸ ἀνδρῶν, καὶ τὸν ἀνδρῶν, id est,

Frangi ni studij tensum laxaveris arcum.

Viridici sane verba fuere viri.

Namq. opere assiduo valuit Theophrastus, & idē

Laxato studio, membra solutus obis.

Ταυτὶ δ' ὅτ' ἐστὶν δὲ ἀπὸ τοῦ ἀνδρῶν, id est,

Nec Apollo, quid sibi hæc velint, intelligat.

Destitutus ventis remos adhibe.

CUM res non succedit ut volumus, ad alia præsidia confugiendum est, aut cum fortuna est aduersa, tum magis ad laborandum. Refert adagium Hermolaus in epistola quidam Græca, quæ Politianicis admixta est, καὶ τὸ πτόματος ἀμαρτῶν φασὶν ὡς τὰς κόπας χάρις, id est, Et destitutus ventis, ad remos, quod aiunt, te conser.

In pace leones.

ARISTOPHANES in Pluto:

Οἷς οἱ οἱ μὲν λέοντες, & μὲν δ' ἀλώπεκες. id est,

Cū leones sint domi, idē in Marte sunt vulpecula.

Aristophanis interpres ostendit prouerbium iactatum in Lacones, qui in Asia infelicer rem gesserant.

Οἱ οἱ λέοντες, & ἰφίστω δ' ἀλώπεκες. id est,

Domi leones, in Epheso vulpecula.

Ad hoc nimirum adlusit Comicus. Plutarchus in comparatione Syllæ & Lysandri refert hanc sententiam tamquam vulgo iactatam in principes. Sic enim de Lysandri frugalitate prædicat:

Αἱ δὲ τῆς ἀρχῆς ἐκτελεσθῶς τὴν τὸν ἀνδρῶν, id est,

Οἱ οἱ λέοντες, & ἰφίστω δ' ἀλώπεκες. id est,

Immo si quis alius effugerat illud quod vulgo circumfertur,

Domi leones sed foris vulpecula.

OLIM fortasse sic emergebant potentes, post & domi & foris leones esse cæperunt, aut si quod animal leone violentius. Conueniet in eos qui præpostere se gerunt: ibi feroces, ubi nihil erat opus: ibi fugaces, ubi res posebat virum: aut qui in suos saui, non itidem audent aduersus inimicos, quod Ciceroni obiicit Sallustius, videlicet, quod contumeliosus in amicos, supplex inimicis. Aut in illos qui simulata mansuetudine perueniunt ad tyrannidem.

Certissima paupertas.

SENTENTIAM prouerbialē refert Iunius Columella libro de re rust. 12. cap. 1. Præparatis igitur receptaculis, oportebit suo quidq. loco generatim, atque etiam speciatim non nulla disponere, quo facilius, cum quid postulabit usus, recipere possit. Nam vetus prouerbum est, paupertatem certissimam esse, cum alicuius indigeas, uti eo non posse: quia ignoretur ubi proiectum iaceat, quod desideratur. Hæc enim Columella verba reculimus, Sentit autem, hi fallimur, si quis habeat domum, quod cum utendum est, inueniri non potest, cum magis egere eo quod habet, quam si non haberet. Etenim qui non habet, rogat alicunde commodato: qui habet, ubi ventum est ad articulum quo sit utendum: nec suum habet, quod ubi sit, nescit: nec alienum habet quo possit uti.

Mercator nauiga & expone.

STRABO lib. Geographia sua 14. refert huiusmodi prouerbium, ἡ μὲν καὶ τὰ πλοῦσον, ἡ δὲ καὶ τὰ πτωχόν, id est, Mercator ad nauiga, expone, omnia diuendita sunt. Ait natum a Cilicibus olim piraticam exercentibus, quorum præcipuus quæstus erat ex mancipiis, quæ

1124 3 propter

propter opportunitatē loci facile capiebantur, & celerime distrahebantur, quod Delus. quā non procul aberat emporium praeſtaret, & amplum & pecunioſum, ut illic eodem die praefente pecunia, multa mancipiorum milia distrahi poſſent & auclū. in cauſſa erat illud quoque, quod Romani ex Carthagine Corinthoq. ſubuerſis vehementer locupletati fuerant, eoq. pluribus mancipiis vii cæperūt. Si quid habet prouerbiū, præter rei geſtæ memoriā, poterimus vii, quoties ſignificabimus rei cuiuſpiam eſſe tantam auaritatem, ut nulla copia ſufficiat: præſertim ſi quid mali ſit, quod expetitur:

Niſi crura fracta &c.

M. TULLIUS in Philippica 13. docet. prouerbio ſuiſe iactatum in C. Plancum, eum perire non poſſe, niſi crura ei fracta fuiſſent. Is incenderat curiam, ob quod facinus cum eſſet eiectus in exilium, tamen poſt armatus auſus eſt redire in urbem. Adagium, autem du-ctum eſt ab his qui ob ſcelera ſubiguntur in crucem, tantaq. eſt malitia viuacitas, ut nec illic mori poſſint, niſi fractis cruribus mors acceleretur. Iocatur autē Cicero Planco fuiſſe fracta crura, cum legibus eſſet adempta poteſtas redeundi in ciuitatem. Et tamen uixit ac rediit. Adſcribem⁹ M. Tullij verba: Sequuntur alij tribunitij, C. Plancus in primis, qui ſi ſenatum dilexiſſet, numquam curiam incendiſſet: quo ſcelere damnatus, in eam urbem rediit armis, a qua exceſſerat legibus: ſed hoc ei commune cum plurimis diſſimilis. Illud tamen verum quod in hoc Planco Prouerbiū loco dici ſolet, perire eum non poſſe, niſi crura ei fracta eſſent, Fracta ſunt, & uiuit. Hoc tamē, ut alia multa, aquila fertur acceptum, Haſtenus Tullij verba recensimus. In quorum poſtremis iocus eſt in aquilam, quo ſignificatur armata manus. Nam vexilla Romanorum præcipua habebant aquilam. Meminit & in oratione pro Roſcio Amerino: Sin autem ſic ageſtis, ut arguas aliquem patrem occidiſſe neque dicere poſſitis, aut quare aut quomodo, aut tantummodo ſine ſuſpicionē latrabitis, crura quidē vobis nemo ſuffringet: ſed ſi ego hos bene noui, litteram illam cui vos uſque eo inimici eſtis, ut etiam eas omnes oderitis, ita vehementer ad caput effigent, ut poſtea alium neminem niſi ſortunas reſtrās accuſare poſſitis. Quidam putāt hic ſignificari e. de quo dictum eſt in prouerbio e. præfigere: ſed magis videtur ſentire de e. quod crucis habet imaginem, & in crucem ſuffixis ſolent frangi crura. Et hæc quidem littera rei abſoluebantur, ſed interim actor reſerebat notam calumniæ & impudentiæ, qui crimen atrox obiecerit, quod nullis argumētis probare valebat.

Cuculus.

OLIM qui fuiſſent in re quapiam parum honeſta deprehenſi, vulgari probro Cuculi dicebantur. Id ortum a vinitoribus, qui ſerius cæpiſſent putare vineam, nec hoc munus abſoluſſent, priuſquam audiretur ea auis, velut ceſſationem. exprobrans agricolis. Huius vocem imitantes viatores deridebant vinitores. Ita Plinius lib. 18. cap. 26. In hoc temporis intervallo quindecim diebus primis agricolæ rapienda ſunt ea, quibus peragendis ante æquinoſtium non ſuffecerit, dum ſciat in-

de natam exprobrationem ſædam putatūm vites per imitationem cantus alitis temporarij, quem cuculum vocant. Dedecus enim habetur opprobriumq. meritum, falſcē ab illa voluere in vite deprehendi, ut ob id petulantia ſales etiam cum primo vere ludantur. Auſpicio tamē deteſtabiles vidētur. Adeo minima quæq. in agro naturalibus trahūtur argumentis. Porro quos Plinius petulantia ſales appellat, apud quaſdam nationes & hodie licet agnoſcere. Vernis enim menſibus, cum auditur coccyx, ſi tamen hic eſt cuculus, id quod ſentit Gaza, coniugati mutuis ſalibus inter ſeſe ludunt, dicentes, tibi canit hæc auis, ſignificantes vxorem parum vigilanter cuſtoditam. Quin & Plautus in Aſinaria, ſic facit vxorem conuiſcantem marito in amica deprehenſo. At etiam cubat cuculus, ſurge amator, i domum. Ac mox: Cano capite te cuculum vxor ex luſtris rapit. Horatius ſermonum libro primo Satyra ſeptima.

Tum prænellinus falſo multumq. fluenti

Exprefſa arbuſto regerit conuitia, durus

Vindemiator & inuictus, cui ſæpe viator

Ceſſiſſet, magna compellans voce cuculum.

Hæc nimirum congruunt cum his quæ ſcribit Plinius, probro ſolere obici vindemiatoribus, ſi cuculus, eos deprehendiſſet putantes vineam. Eum Horatij locum ſic explicat Porphyrio. Nam ſolent leuia ruſtici circa viam arbuſta vindemiantes a viatoribus cuculi appellari, cum illi pronocati tantam verborum amaritudinem in eos effundant, ut viatores illis cedant, contenti eos cuculos iterum appellare. Acron hæc adfert, Hoc autem ipſa reſponſimus, quod viatores ſæpe vindemiatōres conuiſij agant cum tranſierint, & illi reſpondent, ita, ut cuculum eum appellēt, quaſi pigrum, & recitant hoc cuſtodibus, eo quod ſemper aſſideant. In his Porphyrioſis & Acronis verbis, videm⁹ mendas aliquot ſubeſſe. Cum his conuenit illud Plautinum. Etiam cubat cuculus, quod grauatiſſime ſurgeret adfeſſor puellæ. Quā arbitramur in conuiſio cuculi, aduſum ad vocem cubandi. Vnde pro leuia in verbis Porphyrioſis fortiaſſe legendum lenti. Iam quod quidam ex cuculo faciunt cucullum, ex aui veſtem, nihil eſt neceſſe, cum hæc vox penultiſſimam habeat produ-ctam, apud Plautum in carmine trochaico:

At etiam cubat cuculus, ſinge amator, i domum.

Ac mox,

Cano capite te cuculum vxor ex luſtris trahit, Trochaicus eſt. In Pſeudolo pro generali conuiſio videtur uſurpaſſe, Quid ſies cucule viues. Niſi forte, lacrymantem ac ſingultientem amatorem cuculum appellat, quaſi rorantem, ſimiliter in Mercatore, Iſthæc filio non credam qui obſequitur patri, huic non ut meo cuculo. Idem in Terſa, Tua quidem cucule cauſſa non hercle ſi os præciderim tibi, meam mortem.

Arator niſi incuruus præuaricatur.

PROVERBII ſpeciem habet quod reſert Plinius lib. 18. cap. 19. Arator niſi incuruus, præuaricatur. Præcipit ut arator aruum primum rectis ſulcis proſcindat, mox & obliquis ſubigat, id fieri nix poteſt, niſi toto corpore incumbat labori, vnde & Vergilio dictus eſt curuus, arator. Ceterum præuaricari eſt a recto ſulco diuertere. Vnde & in cauſſis præuaricari dicuntur,

tur, qui causam diuersam adiuuant. Videlicet hoc est quod ait Plinius. Inde translatus hoc crimen in forum: Ibi itaque caucatur, ubi inuentum est. Transferri potest ad quemuis, ut leno nisi periurus est, prauaricatur. Miles nisi impius est, prauaricatur. Conueniet in negotium, quod absque magnis sudoribus peragi non potest.

Metiri digitis.

QUI rem accuratius expendit quam oportet digitis metiri dicitur, veluti si quis cum amico rationem ineat, iter in alterum plus contulisset officiorum. M. Tullius in paradoxo tertio: Poetam non audio in nugis, in vite societate audiam ciuem digitis peccata dimeiscentem sua: Si sunt visa breuiora, leniora qui possunt videri, cum quidquid peccetur, perturbatione peccetur rationis atque ordinis. Adhuc hic Cicero, quod poeta carminis pedes digitis metiri soleant, unde et Horatius,

Legitimumque sonum digitis callemus et aure.
Non optimus autem poeta videtur, qui non statim aurium iudicio deprehendit carminis vitium.

Salem & caseum edere.

PEINIVS libro 21. cap. 7. indicat prouerbiū, quod tamen non refert. Siquidem inter laudes salis et hoc refert. Varro etiam pulmentarij vice vsos veteres auctor est, esitasse enim salem cum pane et caseo, ut prouerbio apparet. Conicere licet tale fuisse dictum, nihil conuiuiū deerat, habuimus salem panem et caseum. Aut ne sis sollicitus quomodo me apparatus accipias, prater salem panem et caseum nihil requiram. De Xenocratis caseo dictum alibi.

In agro firculario capras.

VARRO de rerum lib. 1. cap. 2. dictum hoc veluti legem agricolariam adfert: Colonus in agro firculario nec capras compascat. Despecti potest ad eos qui noxiarum rerum aut hominum admixtu, corrumpunt teneram etatem, veluti si quis patris virginibus adiungat iuuenes lasciuos, aut adolescentibus addat lasciuas puellas. Aut si quis studiis admisceat voluptates studijs inimicas. Nam capra plantis omnibus non vulnere tantum: sed et veneno dentium pestifera est, praefertim oleae et viti, unde et Baccho immolatur vindictae gratia, Mineruae nihil caprinū generis, quod vitis ille repertor dicitur, huic sacra est olia.

Oportet agrum imbecilliore esse.

COLUMELLA libro 1. cap. 3. testatur apud aegyptios huiusmodi prouerbiū fuisse celebre, oportet agrum imbecilliore esse quam agricolam. Hoc enigma sic explicuit Vergilius, specie non minus prouerbiale: Laudato ingentia rura, Exiguum colito. Sed praestat ipsa Columella verba adscribere. Adhibet eodem modum mensuramque rebus, idque ut non solum aliud aeturi, sed et agrum paraturis dictum intelligatur, ne maiorem quam calculorum ratio patitur emere velit. Nam huc pertinet nostri poetae sententia: Laudato ingentia rura, Exiguum colito.

Quod vir eruditissimus, traditum vetus praeceptum numeris signauit. Quippe acutissimam gentem Paenos dixisse conuenit, Imbecilliore agrum quam agricolam esse debere, quoniam cum sit colluctandum cum eo, si fundus praeualeat, allidi dominum. Nec dubium quin minus reddat laxus ager non recte cultus, quam angustus eximie. Conueniet in eos qui student imperio proferendo, cum hoc ipsum quod habent non possint administrare, aut qui suscipiunt munus, cui gerendo sunt impares. Congruet cum eo quod alibi retulimus, Spartam nactus es, hanc orna.

Ab ipsa messe.

NON est animus conuerti in hoc opus, quidquid aliquam prouerbijs speciem habet. Pauca quae sese casu obtulerunt visum est non praeterire, praesertim si commodius et argutius dicta videbantur. Quod genus est illud apud Senecam epistolarum lib. 3. epistola 22. Ab ipsa messe discedam? Agit enim de his qui vel commodis vel spe commodorum detinentur, quo minus semet explicent negotijs, quasi deserturi agrum, cum instat messis. Quam multi sum in principum aulis, quos tædet eius vita, discrucianturque libertatis desiderio, verum istis ad libertatem aspirantibus reclamatione cupiditas: Tam magnas spes relinquam? Ab ipsa messe discedam?

Cum sarcinis enatare.

Nec minus commodum dictum est in eadem epistola: Nemo cum sarcinis enatat, id est, nemo sese recipit in libertatem, nisi contemptis praemijs seruitutis. Non enim potest euadere occupationes, qui curarum auctoramentum non potest negligere. Congruit cum eo quod alibi retulimus ex Martiale, Totis pilea sarcinis redemi: rursum cum apologo, quem adducit Horatius de vulpe pasta in camera frumentaria.

Dosones.

PLUTARCHVS in vita Pauli Aemilij tradit Antigoni regem, Demetrii nepotem, eo quod benigne promitteret omnibus, nec praestaret promissa, populari ioco dictum fuisse Dosonem, quasi latine dicas Dabonem, quod ille quiduis petentibus respondere soleat dabo, id est, Dabo. Tales sunt χαράδωροι, de quibus alibi nobis dictum est. Ouidius:

Promittas facito, quid enim promittere latis?

Pollicitis diues quilibet esse potest.

Huiusmodi Dosonibus scatent aule principum. Cras, mox redi.

Humeris sustinere.

QUORVM auctoritas diligentiaque plurimum valet in conferuanda salute cuiuspiam, si dicuntur humeris sustinere. M. Tullius pro L. Flacco: De summa Reipublicae, quam nos vniuersam hoc iudicio, vestris inquam humeris iudices sustinetis. Ammianus Marcellinus lib. 16. Vbi bellorum inundantium molem humeris suis quod dicitur vehens, scindebatur in multiplices curas. Huic adfuit est Humeris referre, Cicero pro domo sua: Dicebas te tuis humeris me custodem urbis in urbem relaturum. Ab hac metaphora dicuntur Atlantes Reipublicae, qui eam suis humeris sustinent.

stinent, alioqui collapsuram.

Arcem ex cloaca facere.

QVI rem hominemque nihili laudibus magnificis attolunt, dicuntur arcem ex cloaca facere. *M. Tul. pro Cn. Plancio*: Nunc venio ad illud extremum quod dixisti, dum Plancij in me meritum verbis extollerem, me arcem ex cloaca facere, lapidem sepulcro venerari pro deo: neque enim insidiarum periculum ullum neque mortis fuisse. Haftenus Cicero. In cuius verbis et illud prouerbij figuram habet: Lapis e sepulcro, de homine nullius potentia.

Archimedes non posset melius describere.

ARCHIMEDES Syracusanus geometra fuit celebrissimus, nusquam non intentus figuris geometricis, adeo ut pingens sit interfectus. Ex quo prouerbij specie dictum est illud, quod est apud *M. Tullium* in oratione pro *A. Cluentio*: Si ut tu dicis, gratia concilianda caussa, quadraginta istorum accessio millium quid valet? Si ut nos dicimus, ut quadragena millia nummum sedecim iudicibus darentur, non Archimedes potuit melius describere. Solent enim Geometre mathematicas figuras in puluere depingere.

Porta itineri longissima est.

M. VARRO libro de re rust. 1. cap. 2. subindicat vulgo dici solere, Portam itineri esse longissimam. cuius arbitramur eundem esse sensum, qui est illius: Dimidium facti qui caput habet. Quin et hodie dicunt bonam itineris partem confectam ei, qui portam egressus sit: semper enim est quod iter apparantem remoretur, et si nihil sit negotij, remorantur amicorum affectus: apud nostros autem non creditur profectio futura felix, nisi dies aliquot dati fuerint conuiuiis et comotationibus amicorum. *Varronis* verba subscribemus, Vultis igitur interea vetus prouerbium, quod est, Romanus sedendo vincit, usurpemus dum iste venit? et simul cogitans portam itineri dici longissimam esse, ad subellia sequentibus nobis praecedit.

Deorum concio.

Θεῶν ἀγορά, id est, Deorum concio, siue curia. *Hesychius* indicat dici solitum in eos qui libere magna cum auctoritate loquuntur, perinde quasi dii loquantur hominibus. Addit Athenis esse locum huius cognominis. Conueniet in diuites aut praepotentes, qui non numquam cum stultissime loquantur, tamen freti opibus ac potentia, pro oraculo volunt haberi quidquid dixerint. Cognatum est illi quod alibi retulimus, Argenti fontes loquuntur.

Camarine loqui.

HVIC non dissimile est, quod extat apud eundem, καμαρινῶς λέγειν, id est, Camarine loqui, pro eo quod est, audacter, precise, et seueriter loqui. Unde natum sit, non satis liquet, nisi quod *Iuuenalis* Camarinus inter vetusta nobilitatis familias recenset, Ne tu, inquit, sis Creticus aut Camarinus. *Hesychius* indicat militum zonas dici καμαράς. Itaque fieri potest, ut ab horum serocia prouerbium duxeris

originem. Idem docet columnas quasdam, in quibus erat depictus Asia circuitus, dictas καμαρῶς. Fortassis ab hac ostentatione dicti sunt καμαρινῶς loqui, qui sese iactarent barbarico more. Rursum idem ostendit καμαρία dici cubile, in quo sunt plures camerae. In suo quisque cubiculo quae vult loquitur.

Glossogastores.

QVI linguam habent venalem, ea loquentes quae ventri conducunt, Comicorum salibus taxati sunt, dictique γλωσσόφάγοι, voce ridicule ex lingua et ventre composita. Quadrabit in malos aduocatos, in adsentatores. Auctor est *Iulius Pollux* libro De rerum vocab. 2. *Athenaeus* lib. 3. docet eiusmodi homines a poetis aliquot dictos καυστολόακας et καυστολόχους, quod ob culinæ nidorem adulentur, et nidorem liguriunt: morbum dictum καυστολόχια. Ita *Iuuenalis*,

Te putat ille suæ captum nidore culinæ.

Pereant amici, &c.

M. TULLIUS in oratione pro *Deiotaro* rege refert hunc versiculum ut prouerbio iactatum,

Pereant amici, dum una inimici intereant.

Dicit eandem sententiam Græco quoque versiculo celebrari, quem nondum comperimus. Nisi forte is est cuius fragmentum ante retulimus, ὃς ἐστὶ φίλος αὐτοῦ ἐχθρῶς, id est, valeat amicus cum inimico. *Ciceronis* verba subscribemus. Itaque cum esset ei nuntiatum *Domitium* naufragio perisse, etiam te in castello circumsederi, de *Domitio* dixit versus *Græcum* eadem sententia, qua etiam nos habemus Latinum: Pereant amici, dum una inimici intereant. Quod ille si esset tibi inimicissimus, numquam tamen dixisset: ipse enim mansuetus est, versus inanis. Congruet in illos, qui nec amicis parcunt nec inimicis, modo quod impense cupiunt adsequantur. Versus autem non solum inanis est, verum etiam immanis, cum humanitatis sit et inimicos inultos sinere, ne ladas amicos. Neque dubitemus contendere a *Cicerone* immanis scriptum, quod scriba deprauarit in inanis, cum mansuetus non respondeat inani, sed immani, nec in hoc versu, quidquam sit inane, hoc est, gloriosum aut triumphum, sed feritas homine indigna. Quamquam carmen apud *Ciceronem* non satis constat suis numeris, constabit si legas,

Pereant amici, inimici dum intercant simul.

Talis est et ille quem alibi retulimus,

Me mortuo terra incendio misceatur.

Plenis velis.

PASSIS velis, plenisque velis agere dicuntur, qui toto imperio summoque conatu moliuntur aliquid. Ita *M. Tullius* pro domo sua ad *Pontem*. Quid tandem si tu in illis *Reipublicæ* tenebris caesisque nubibus et procellis senatum a gubernaculis deiecisses, populum enauis exturbasses, ipse *Archipirata* cum grege praedonum impurissimo plenis velis nauigasses, si quæ tum promulgasti, constiteris promissisti, vendidisti, perferre potuisses, qui locusterrarum vacuus extraordinarius fascibus atque imperio *Clodiano* fuisset? Haftenus *Cicero*. *Philostatus* in *Polemone*: τὸ δὲ καὶ οὐκ ἀφάρτα τὰ τυχεῖς, πλεῖστον ὅστις ἐστὶ τὸ ἐκείνης φιλοσοφίας ἀφάρτος, id est, Posteaquam audiuit *Euphratem* *Tyrium*, plenis velis ad

ad illius philosophiam se contulit. De similibus figuris alias nobis non semel dictum est.

Pecunia absque peculio.

APPARET olim fuisse proverbium inter agricolas iam statum, Pecuniam sine peculio fragilem esse. Referatur Pandect. lib. 3. tit. de legat. & fid. com. capite, Si choros. His verbis, quæ mobilia mea erunt, do, lego, nummos ibi repositos ut mutui darentur, non esse legatos Proculus ait. At eos quos præsidij causa sepositos habet, ut quibusdam bellis civilibus factitassent, eos legato contineri, & sæpe audisse rusticos senes ita dicentes: Pecuniam sine peculio fragilem esse: pecuniam appellantes, quod præsidij causa reponeretur. Retulimus alibi proverbium, quod admonet ne totam substantiam uni credamus naui, ne nihil supersit unde damnum sarcitur, si naus interierit. Ita solent senes summam aliquam seponere, ne nihil superesset, si res incendio, bello aut furto periret. Si libebit adagium alio desistere, poterit accommodari ad eum qui non omnia consilia sua communicat amicis. Aut qui felicitatis summam non ponit in rebus extraneis, sed in animi bonis, ut illis casis perditis habeat quo confugiat, nec despondeat animum. Quod enim proprie nostrum est, peculium dicitur, ea vero demum proprie nostra sunt, quæ fortuna non potest exipere.

Rana cum locusta.

IMPARE certamen expressit hac figura Theocritus in Thalysis, *Βάτραχος δὲ πόντ' ἀντίθεός τις ἰσίδω.* id est, Sic certo veluti si certet rana locustis. Addit Scholiastes Græcis ranam dici *βάτραχον* quasi *βατράχην* ob vocis asperitatem.

Musarum aues.

Μουσῶν ὀρνίθεσσι, in eadem Ecloga dicti sunt poete, quod assidue modulentur suæ carmina:

*Καὶ μοῦσ' ὀρνίθεσσι ποτὶ πότ' ἔχον ἀνιδόν
Αὐτίκ' ἐκκλιόντες ἑτάσις μοχέζοντι.* id est, Quotquot aues musarum, audent certare poetæ Chio, Coccysando, opera conantur inani.

Ad pedes, ad caput.

NON sine proverbij specie dictum videtur illud Theocriti in Pastoribus, de rebus copiosis & affluentibus, *Ὅμοι πρός κεφαλὴν καὶ πόσιν καὶ καὶ κύνων.* id est, Ad caput, adq. pedes, quarum me vellera cingunt. Sermo est pastoris iactantis opes suas quibus undiq. affluerebat.

Psydracia.

THEOCRITVS in Aita,

Ὅμοι δὲ γινώσκοντες ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς. id est, Non mihi nascentur nares mendacia supra. Scholiastes addit apud Siculos, qui supra nares haberent postulas albas, quas illi vocant *ὑδραῖα* siue *ὑδραὶ* aut *ὕδρις* pro mendaciis haberi solitos vulgo. Quam & hodie vulgo dicunt, Nasus tuus arguit mihi te mentiri. Idem iocus est vulgi de miraculis vnguū, quoniam & ipsas narium postulas Græci *ὑδραῖα* vocant: ut indicat idem Scholiastes. Amans hoc enigma

te significat se nihil mentiturum de amica. Iones *ὑδραῖα* appellant varias postulas. Hinc diminutivum *ὑδραῖα*, *ὑδραῖα*, quod in summa cute efflorescant. Res ipsa plane superstitiosa est.

Cum sacco adire.

PROVERBIALI schemate dictum est, quod adfertur ex Paulo lib. Pand. 46. tit. de solu. & liber. cap. Quod dicim? Quod dicim?, inquit, in eo herede, qui fideiussori testatoris id quod ante aditam hereditatem ab eo solutum est debere statim soluere, cum aliquo scilicet temperamento temporis intelligendum est, nec enim cum sacco adire debet. Hæc ibi. Non dubium est, quin hic sermo fuerit vulgo iactatus de quouis qui postulat, ut statim exhibeatur quod petit. Alioqui non ad omnia recipienda sacco est opus, velut ad oleum aut vinum. Græcis *βυλαῖον* dicitur, qui cum pera sequens postulat aliquid, qui mos est mendicorum: unde proverbium, mendicorum peras semper esse inanes. *βυλαῖον* autem vas est farinarium. Hesychius indicat eam vocem fuisse peculiarem Tarentinis.

Manu longa & manu breui tradere.

LIBRO Pandectarum 46. tit. de solutionibus scribitur hunc in modum: pecuniam mihi debes aut aliam rem, si in Conspectu meo ponere te iubeam, efficitur, ut & iustatim libereris, & mea esse incipiat. Nam tunc quod a nullo corporaliter eius rei possessio detinetur, acquisita mihi & quodammodo manu longa tradita existimanda est. Simili figura dictum est breui manu dare, lib. Pandect. 23. tit. de iure dotium, capite Licet soleat. Quoties autem extraneus accepto fert debitori dotis constituenda causa, si quidem nuptiæ insectæ non fuerint, liberatio non sequetur, nisi forte sic accepto tulit, ut velit mulieri in totum donatum. Tunc enim credendum est breui manu acceptum a muliere, & marito datum. Quæ si defleat, plus habebunt venieris: veluti qui promissis agit, ac spem tantum ostendit, longa manu dat, quod animo contueri possis, non statim etiam tollere. Contra, qui præsens ac statim exhibet quod promittit, breui manu dat. Pueri assensum ostendunt elephanto, nec audent porrigere. De longis regum manibus alibi dictum est.

Iynge trahor.

QUI vehementi & impotenti desiderio trahuntur ad aliquid, Iynge trahi dicuntur. Ita Pindarus in nemeis hymno 4. *Ἰνγὴν ἔλκεται ἡ ψυχή*, id est, Iynge trahor animo, Interpres addit huiusmodi fabulam. Iyngem autem fuisse filiam Eebus, alij Pithus, quæ cum amatoris venenis incitasset Iouem in amorem Ius, a Iunone irata versa est in auem, qua mulieres uti consueverunt in amatoris veneficiis, quemadmodum indicat Theocritus in Pharmaceutria,

Ἰνγὴν ἔλκεται τὸν ἰόντα πρὸς τὸ δῶμα τὸ ἀδραῖ id est, Per te Iynx meus ille domum vir quæso trahatur.

Quidam Iyngem vertunt motacillam, quod caudam assidue moueat.

Dij omnia possunt.

HEMISTICHIVM Homericum.

Ὅμοι δὲ πρὸς κεφαλὴν καὶ πόσιν.

id est, At

At celestes omnia possunt.
Quadrabit in eos, quibus promptum est facere quid-
quid animo collibitum fuerit, siue iure, siue iniuria.
Pindarus in Pythiis hymno 3. διὸς ἀπαρ ἱπλάσσεται
καρπάζοντα. id est, Deus autem pro sua libidine om-
nem exitum perficit.

Timidi mater non flet.

PROBUS Aemilius in vita Thrasylbuli, testatur hoc
velut anigma vulgo iactatum, timidi matrem non fle-
re, quod in bello qui contemnunt hostem nihilq. metuē-
dum ducunt, quoniam sibi parum cauēt, fere pereunt,
& matribus luctum adferunt cum orbitate. Contra
qui nihil non metuit, neque quidquam omnino cōtem-
nit, is tutioribus utens consiliis, raro venit in pericu-
lum. Thrasylbulus enim cum indixisset bellum trigin-
ta tyrannis, qui Athenas opprēsserant, & castellum
Atticæ Philen occupasset, non plures secum habuit
quam triginta commilitones. Hoc, inquit, initium fuit
salutis Atticorum, hoc robur libertatis clarissima ci-
uitatis. Neque vero hic non contemptus est primo a
tyrannis, neque eius sollicitudo, quæ quidem res & il-
lis contemnentibus perniciē, & huic despecto salui
fuit. Hoc enim illos ad persequendum segnes, hoc au-
tem tempore ad comparandum dato fecit robustiores.
Quo magis præceptum illud omnium in animis esse de-
bet, nihil in bello oportere contemni, nec sine causa di-
ci, Timidi matrem flere non solere. Quamquam sa-
tis constat hunc locum deprauate legi, unde coniici-
tur sic scriptum fuisse: Neque vero hic modo contem-
ptus est primo a tyrannis, sed eius etiam solitudo.
Itaque modo deprauatum est in non, & solitudo in so-
licitudinem, & deprauatio deinde trahit deprauatio-
nem, ut ansa ansam. Sentit enim Probus ipsum Thra-
sybulum, ut hominem mediocriter nobilem ac diuitem
despectui fuisse tyrannis. Deinde hoc magis fuisse
contemptui, quod tam paucos haberet suæ factionis
homines. Retulimus alibi de fortitudine quæ erumpit
in neruum.

Theutidum more.

THEMISTOCLES, ut in ipsius vita refert Plutar-
chus, Eretrieo cuidam exprobrans ignauiam dixit,
ὁ γὰρ ἵππὸς καὶ ἄλλῃ ποδὶ πολὺς τις ἐστὶ λόγος, οἱ καὶ ἀπὸ τοῦ
τοῦδὲς μάχωνται μὴ ἵππῳ, καὶ ἀπὸ τοῦδὲς δὲ δὲ ἵππῳ, id
est, Sane inquit, & vobis aliquid de bello dicendū est,
qui Theutidum in morem gladium quidem habetis, cor
autem non habetis. Quidam Teuthidas putant esse,
quas nos vocamus sepias. Sepia autem de genere
mollium est, & arbitramur huic generi cor non inesse.

Samij litterati.

PLUTARCHVS in vita Periclis citat hunc versicu-
lum ex Aristophane Comico,
Σαμίῳ δὲ δῆμος ἐστὶν ὡς πομπὴ γαμματος. id est,
Populus Samiorum valde litteratus est.
Arbitramur hoc inde dictum, quod cum Samij capti-
uis Atheniensium inuississent noctuam, Athenienses
vicissim Samiorum captiuus inurebant Samianam,
quam in collectariis opinamur dictam σάμιον. Id erat
naus genus lato ventre, a prora veluti suilli rostri spe-
ciem præferens, unde & hic versus iactatus est,

Ναὺς δὲ τις ἀκονόρη σάμις ὡς ἡδὲ ἰχθὺς. id est,
Naus erat velox Samia, specieq. suilla.

Dicta est Samana, quod a Samiis reperta sit. Conue-
niunt igitur in cicatriciferos, & stigmatum plenos. Hefy-
chius & Suidas addunt apud poetam dictum in Ba-
bylonios & pistrino prodeuntes, stigmatibus notatos.
Verum Aristoteles etiam huius dicti monstrat origi-
nem. Cum Samiorum gens esset afflicta a tyrannis, ob
inopiam administrantium rempublicam, coacti sunt
aliquot & seruis admittere in consortium administran-
di magistratus. Sic Aristoteles, Seruile est autem ac
noxiorum stigmatis notari. Apud Plautum in Cassi-
na: Si hic litteratus me sinat, Litteratum appellans
notis iniustis insignem. Plinius lib. 18. cap. 3. inscri-
ptos appellat. At nunc eadem illa, vineti pedes, dam-
nata manus, inscripti vultus, exercent. De Attagena
diximus alias. Nec desunt qui causam diuersam ad-
ferant, quod apud Samios inuenta sunt vigintiquattuor
litteræ a Callistrato. Sic Andron in tripode. Idem
Ionium litteras tradidit Atheniensibus. Probabile est
igitur a repertis traditisq. litteris, iocum fuisse ver-
sum ad stigmata. Nam Samij simul & accipiebant, &
tradebant infames notas. Nicanor Alexandrinus græ-
maticus populari ioco dictus est stigmaticus, quod de
scripturæ distinctiunculis, quas Græci σιγμαίς appel-
lant, curiose scripserit.

Samij mores.

Σαμίῳ δὲ τρεῖς, id est, Samij mores. Quidam referunt
ad calumniandi vitium, quod, ut dictum est, Samij no-
tas & inurerent aliis, & paterentur ab aliis. Alij
malunt referre ad nouam nauigij speciem, quam apud
eos reperit Polycrates tyrannus. Itaque quadrabit
in eos qui suos quosdam habent mores a ceterorum mo-
ribus dissidentes.

Λατρίκιστατοι.

CALLIAE barbarus quispiam clam indicauit magnam
auri vim in puteum quendam coniectam. Is & occi-
dit indicem, ne proderet, & aurum sustulit. Vbi res
innotuit, in comædiarum iocum versa est, ut qui malis
artibus subito discescerent, λατρίκιστατοι dicerentur.
Refert Plutarchus in vita Aristidis. Attigit & Hefy-
chius.

Abydus, Abydenus.

ABYDENORVM mores in prouerbiū abierunt.
Nam Abydeni dicti sunt Sycophantæ, seu molles &
effeminati. Meminit adagij Pausanias & Suidas,
quorum hic ostendit etiam res nihili, nugæq. meras
Abydum dici, quemadmodum de Tricis & Apinis
alibi retulimus: optinamur quod id temporis frigeret
Abydus ob vetustatem. Vnde Sinopem meretricem
Abydum vulgo dictam indicat Athenæus libro 13.
quod iam anus a nemine adiretur. Hefychius indicat
quempiam apud poetam quendam ἀβυδοκόμην dictū,
quod de sycophantia sese venditabat. Suidas, ni falli-
mur, alicubi citat ex Aristophane. Zenodotus sic
effert prouerbiū ἀβυδὸς πόλις, id est, Abydus ciuitas.
Stephanus indicat prouerbiū dictū ab Abydeni
Μιλεσίῳ. Nam hinc profecta est Abydus Hellepon-
tica. Verum hæc propius attinent ad prouerbiū
quod

quod ante retulimus, Ne temere Abydum.

Manuari.

SICUT fures multis artibus instructi sunt, ita studium illorum variis nominibus appellabatur: velut inuolare & manticulari, pro eodem Laberius citante Nonio Marcello dixit, Manuari, nec dubium quin ea vox ioco populari fuerit iactata, quemadmodum & hodie, quoniam furandi verbum nimis odiosum est, mitiore verbo dicunt, digitant, si quid furto sublatum volunt intelligi, simul ut effugiant actionem iniuriarum. Quid ais? Appellas me furem? Nequaquam, sed manuatorem. Huiusmodi voces obsoletæ non carent gratia, si in loco adhibeantur, nec sine περιπληξίᾳ, ut prisci loquebantur, aut ut verere verbo utamur.

Ad coronidem usque.

Μίχρη τ' κορωνίδος, id est, Usque ad coronidem, cum extremum finem rei cuiuspiam significamus. A nauibus translatus putant litteratores, quibus aliquid rostri speciem gerens solet addi. Nam Corone Græcis cornicem sonat, coronis corniculam. Apud Homerum vsurpatur κορωνίς pro anulo, aut si quid apponitur ostio. Idem velut ornamentum gratiæ perfectis omnibus additur. Vnde Eustathius indicat latum rerum finem χρυσὴν κορωνίδα prouerbio dici solere. Plutarchus in lib. de fortuna Alexandri refert Philoxenum a Dionysio coniectum in latomias, id erat nomen tetrerrimo carceri, quod tragædiam quam illi castigandam traderit, ἀπὸ τ' ἀρχῆς μέχρι τ' κορωνίδος περιγέγραπται, videlicet circumducta linea significans totam esse disputationem. Idem aduersus Stoicos, Ἐκ ἀρχῆς καὶ ἀρχῆς ἀχρι κορωνίδος, id est, ab ingressu & initio vsque ad coronidem. Iucundius erit quoties transfertur ad animum, veluti si quis studiorum coronidem dicat, aut moneat, ut egregiis captis auream addat coronidem: aut vitæ laudabiliter actæ iubeat auream imponi coronidem, hoc est, mortem piam. Quamquam coronis dicitur interdum quod accedit absoluto operi, ut Martialis, Multaq. coronide longus, qualia sunt in conuiujs, quæ Græci vocant ἐπιδερπίσματα, siue μεταδερπίματα, quod cenis addantur: Latini, ni fallimur, bellaria vocant. Cuius vocis eadem fuerit gratia, si ad res animi transferatur, velut ad accessionem quæstioni propositæ additur, aut aliud simile. Postremo grammatici quoties persona actoris eodem metri genere finit quo cæperat, Coronidem vocant: eamque notant velut rostri figurâ exprimentibus lineis. Attigeramus hoc prouerbum, in eo quod est, A capite vsque ad calcem, sed tribus duntaxat verbis.

Sine ut incolumis redeat.

HABET prouerbij speciem quod est apud Theocritum in Hodeporis:

Εἰα λίγ' ἔτι λίγης, καὶ τ' ξυνοὺς εἰς πόλιν αὐδῆς

Ζῶντ' ἄφθον.

id est,

Dic age si quid dicis, & hospes vt vnde profectus, Viuus eo redeat, permittito.

Sic & hodie dicimus iis qui verbis minacibus & conuicijs ferociunt, Εἰα sine hominem viuere. Verba sunt Laconis ad Comatam qui de se arroganter in alterum contumeliose fuera locutus, Tamen si locum

varie interpretatur Scholiastes.

Quisquis tarde uenit ad cenam.

THEOCRITI scholiastes indicat hos senarios prouerbio fuisse iactatos,

Ὅστις ὠδὴν δειπνὸν ἐπὶ κληβίς ὄρχεται,

Ἡ χῶμὸς ἐστίν, ἢ δ' ἰδὼσι συμβολὰς.

id est,

Quisquis vocatus tardus ad cenam venit,

Aut claudus est, aut non dat ille symbolas.

Theocritus sic habet,

Ἡ μετὰ δαίτῃ κλητὸς ἐπὶ χῶμῳ.

id est,

An quoquam ad cenam properas conuiuia vocatus?

Et addit, eos qui vocati sunt celerius ire, qui non vocati tardius. Stenim qui vocatus se venturum promisit, inciuile putat, si conuiuatori sit in mora. Qui non vocatus venit, vel pudore tardior est, vel quod exclusus spe alterius conuiuij. Ita qui symbolam dedit, prope- rat ne mulsetur damno, si post tempus venerit. Qui non dedit, huius rei securus, ut lubet, ambulat.

Gargara bonorum.

INNUMERABILEM hominum rerum ue vim prisci gargara dicebant, ficta voce, a strepitu quem facit hominum congregatorum multitudo, aut rerum effusarum copia. Aristomenes ἐν βατοῖς apud Suidam & Aristophanis interpretem.

Εὐδὸν ὅδ' ἡμῖν γάργαρα.

id est,

Nobis enim intus gargara.

Citatur & Tragicus quispiam, Sophron opinatur, qui inscripserit, χαμάτωι τι γάργαρα. id est, Pecuniarum gargara. Vnde & γάργαρον verbum, quod significat perstrepo præ multitudine. Vt Cratinus,

Ἀνδρῶν ἀρίστων πᾶσα γάργαρον πόλις.

id est,

Urbs vniuersa hæc optimis strepit viris.

Rursus ex fabula cui titulus λίμναι citatur hic versiculus,

Ἀνδρῶν ἐπακτων πᾶσα γάργαρον ἰσία.

id est,

Viris adactis tota perstrepat domus.

Ceterum quod est apud Homerum, γάργαρον δὲ γαῖα πόδασσι, id est, Pedibus quoque terra strepebat, mutata litterula γάργαρον dictum pro γάργαρον. Denique cancos existimant dictos γάργαρον ob pedum multitudinem. Macrobius libro Saturnalium quinto, docet gargara montem esse, & eiusdem nominis oppidum monti subiectum in Mysia, ut apparet, quæ frugum est feracissima, ut hinc factum sit, ut qui immensam rerum copiam significare vellet, gargara nominaret. Exempla citat ex Alcæo, Aristomene, quæ scribarum inscitia de siderantur. Aristophanes ἐν ἀχαρνέσι, risus causa duas voces coniunxit, immensam multitudinem significantes αἰδ' ὁδὸν ἄλλω καμμοσικιστοῖ γάργαρον. Siquidem καμμοσικιστοῖ dicunt Græci, quæ vel æquant harenarum numerum, ad eam formam qua dicunt τριακίσια & ἑξακίσια. Alexis apud Athenæum lib. 6.

Ἰβόα καλῶν τ' οἱ κίττον

ἔν' ὄντα καὶ μένον, ὃ νόμασιν δὲ χῶμῳ

καμμοσικιστοῖς.

id est,

Famulum insonabat euocans

Vnum atque solum, ceterum vocabulis

Vtens ad id innumeris.

Loquitur de paupere ostentatore diuitiarum, qui cum non haberet nisi vnum famulum, tamen pro foribus euocabat

euocabat eundem variis nominibus, ut hospites crederent plurimos esse domi. Et huius compositæ vocis meminit Macrobius loco quem modo citauimus.

Onobatis.

APUD Cumanos mulier in adulterio deprehensa ducebatur in forum, ut illic lapidi insitens omnibus esset conspicua. Deinde impositam asino, atque ita per totam ciuitatem circumductam reducebant ad lapidem, ut ibi rursus esset omnibus spectaculo. His actis habebatur infamis per omnem vitam, & ignominie gratia *ἰνὸς αὐτῆς* dicebatur, quod asinum equitasset. Lapis autem nefastus ac detestabilis habebatur in quo steterat mulier. Quadrabit in quamvis prostituta fama, Asinus apud Cumanos erat iocus prouerbialis, qua de re nobis dictum est alias. Illud hic adnotandum, quomodo decreuerit legum seueritas. Apud Hebræos adultera lapidabatur. Apud Romanos aliquando minigabatur lex Iulia. Apud Cumanos summa ignominia supplicij loco erat. Verum quod ad prouerbiū attinet, refertur a Plutarcho in problematis.

Eamus Athenas.

Ἔλας Ἀθήνας, Eamus Athenas. Plutarchus in vita Thesei refert Athenienses Minois violentia, simulq. rerum inopia afflictos, inisse sædus cum illo, his quidem conditionibus, ut quotannis in Cretam mitterent septem pueros, ac totidem puellas, quos quidam existimant a Minotauro solitos interimi. Aristoteles dissentit, sed cum vctusti cuiusdam voti religione tenerentur Cretenses, illas hominum primitias mittebant in Delphos: quibus eo proficiscentibus, adiunxerunt sese multi Cretensium filij. Ceterum cum illic ob terræ sterilitatem egre sibi pararent victum, uenerunt in eam Italie partem, quæ quondam Iapygia dicta est. Hinc in Thraciam profecti, Bottiæ dicti sunt. Vnde virgines Bottiæorum sacrificio quodam absoluto, canere solent, Eamus Athenas, his verbis testificantes desiderium patriæ quondam relictæ. Huius sententiæ citat auctorem Aristotelem in Repub. Bottiæorum. Licebit vti, si quando nos melioris fortunæ relictæ pænitebit.

Abderitica mens.

ABDERITAE in stuporis insaniasq. fabulam abiire, quod perspicuum est ex epigrammate, Martialis libro 10. de eo qui damnatus in theatro representauit Muzium Scauolam, ac manum imposuit igni, sed acrioribus paratis suppliciis, ni faceret.

Si patiens fortisq. tibi durusq. videtur,

Abderitanæ pectora plebis habes.

De Bæatis & Batauis alias nobis dictum est. Abderitanis autem natura peculiarem fuisse mentis stuporem indicat M. Tull. in libris De natura deorum. Et Plinius li. 25. cap. 8. docet huic vrbi vicina esse pascua, in quibus equi pasti inflammantur rabie, quemadmodum apud Polniam asini. Est autem in Thracia, condita dictaq. ab Abdera sorore Diomedis, patria Democriti physici, iuxta Pomponium Melam. Stephanus ciuitatem dictam autumat ab Abderito filio Erimi, Herculi adamato, quem Diomedis equi dilacerauerat.

Maritimi mores.

NON abest a prouerbij specie, quod Plautus in Cistella

ria dixit, Maritimos mores, pro variis & inconstantibus, quales fere sunt amantium, qui cum ferantur impotentibus cupiditatibus, tamen sibi non constant. Queritur autem apud Comicum adolescens de amore mentē in varios affectus rapiente. Ita, inquit, mihi omnia ingenia sunt: quod lubet, non lubet iam id continuo. Ita me amor lapsus animi ludificat, fugat, agit, appetit, raptat, retinet, iactat, largitur, quod dat non dat, diludit. Modo quod suasisit, dissuadet: quod dissuadet, id ostentat. Maritimis moribus mecum experitur. Quemadmodum autem mare numquam conquiescit, & subinde mutat faciem: ita ferunt homines maritimos non nihil ex maris ingenio referre. De Euripo dictum est nobis alias.

Pecuniæ pedibus compensantur.

INTER Catonis dicta quæ prouerborum vice celebratur, refertur & illud, Pecuniam pedibus compensari, quod tamē in libris eius uiri non dum reperim: sed fieri potest, ut hoc M. Tull. ioco dixerit. Nec dissimile veri est multas Catonis sententias fuisse celebres, quas ille dixit tantum, non scripsit. Ciceronis ex oratione pro L. Flacco verba subscribam, Si te Crassi agri delebant, hic alicubi in Crustumino, aut in Capenati parauisses. Verum esto, Catonis est dictum, pedibus compensari pecuniā, longe omnino a Tiberi ad Caietū &c. Sententiam autem hanc esse arbitramur, si longius absit fundus plus impendiorum esse domino, et minus ad eum redire lucri. Id damni sarcitur pedibus domini, si non grauetur subinde fundum inuisere.

Ne incalceatus in montes.

THEOCRITVS *ὁ ἐν μὲν*,

Εἰς ὅρος δὲ καὶ ὅπως μὴ ἀπὸ ἀλλοτρίου ὄχλου βαῖτε

Εν ᾧ ὅροι εἰσὶν αἰνῶντες καὶ ἀπὸ ἀλλοτρίου κομίσαντες. id est,

Batte caue pedibus nudis perrepere montem,

Quippe rubis, tribolisq. uiret mons vndiq. densus.

Qui suscipit vitæ genus, armet sese aduersus occursum incommoda, ne pæniteat suscepti.

Ne incedis per ignem

Ὁ ὅς τινι πυρὸς βίβληται, Non incedis per ignem. Theocritus in Hodeporis,

Μὴ πῦρ δὲ τῷ πυρὶ βάλλῃς. id est,

Ne propera, neque enim igne calescis.

Scholiastes indicat subesse prouerbiū, quo significabant aliquem plus satis festinare. Nam pastor, ut erat, protinus volebat canendi certamen inire. Alter non probans tantam celeritatem, prouocat ad locum commodiorem. Properant enim qui per ignem incedunt, & celeritas reddit elementum innoxium: quemadmodum non leditur, qui manum per mediam flammam mittit, aut prunam ardentem subito manu correptam abiicit. Qui versatur in re periculosa, dicitur & ipse per ignem incedere. De quo prius nobis dictum est.

Non soli Atridæ amant uxores.

QVOTIES significabimus suam cuiq. dolere iniuriam, contumeliam aut damnum, nec oportere quemquam impune ladi, conueniet Homericus ille versus ex Iliados I.

Ν μὴ μὴ

Η μὲν οὖν φιλέει ἀλόχου μερόπων ἀνθρώπων

Ατρείδου.

id est,

Nunc solis hominum Atridis affectus amorque
Vxorum est?

Eum Sextus Caelius, citante Vlpiano, ceu vulgo iactatum adfert lib. pandect. 48. Titulo ad legem Iuliam de adulteriis, lege, Si uxor. Vergilius imitatus est libro Aeneidos nono.

-Nec solos tangit Atridas

Iste dolor.

Auris Bataua.

QVEM AD MODUM Græci dicunt, βιωτικὸν ἔστι, id est, Eoticam aurem pro pingui, crassaq. itidem Martialis Epigrammatum libro sexto, Batauam aurem dixit agrestem, inelegantem tetricamque:

Tu ne es, tu ne, ait, ille Martialis,

Cuius nequitias iocosq. nouit,

Aurem qui modo non habet Batauam.

Sic enim legit Domitius Calderinus, quamquam non nulli mutant pro Batauam, seueram. Erant Bataui Germania populi, Cathorum pars, qui domestica seditione pulsi, extrema Gallica ora vacua cultoribus, simulq. insulam inter vada sitam occupauere: quam mare Oceanum a fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit. Gens tunc bello valida, ut quæ Germanicis bellis esset exercitissima, tum opibus pollens, quod Romana militaria non exhaustiretur, quandoquidem erat his cum imperio societas, ut viros tantum armaq. ministrarent: quemadmodum copiosius prodidit Cornelius Tacitus lib. 20. Conuenit inter plerosq. doctos, nec id refragantibus coniecturis, eam insulam, cuius meminit Tacitus, esse quā nunc Hollandiā vocāt.

Κρενοχυτράριον.

HOMINEM stulte nugacem Græci vocabant κρενοχυτράριον, voce ridicule composita, a κρενός, quæ proprie dicitur aqua imperii scatens, & χύτρα olla, & λάρη quod est nugari. Ollas autem stupidos appellamus. Refertur a Suida. Extat apud Aristoph. in Equitibus, quo dicto notasse videtur homines immodice nugaces. Nam & λάρες quidam fontes dici putant παρὰ τὸ λάρη ἔστι. Indicat hoc Vlpianus enarrans etiam Demosthenis Olynthiacam. Alibi retulimus prouerbum, Luscinia nigris insidentes αὐθιγὰς λάρας ἐγκατέμικται. Sed post comperimus λάρας Græcis dici nō nisi quam sedilia quædam publica in quibus Athenienses otiosi complures pariter sedebant, quibuslibet de rebus inter se nugantes, Qualia sunt hemicyclia. In testis monium proferunt hoc carmen ex Homero,

Ὅκ ἐδὲ λάρας εὐδύν χελευῖον ἐς δῆμον ἐλόν

ἔπερ ἐς λάρην.

Hæc sedilia fuisse Apollini consecrata scripsit Cleanthes. Quidam cum deum appellant λάρην ὀνομα.

Fabarum arrosor.

Κυματορῶς, id est, Fabarum arrosor dicebatur, qui in creandis magistratibus vendebat sua suffragia, eoq. questus gratia sedulo versabatur in comitiis, Priusquam repertus est usus calculorum, quos Græci κάρτες appellant suffragia nigris & albis fabis ferebantur. Vnde fabis victitare dicebantur, quibus hinc erat questus, Suidas citat senarium, sed ut fere solet, tacito au-

storis nomine,

Καί γιν' ὅς τις ἐκ κυματορῶν ἀπικέ.

id est,

Hos indicabit non fabæ esor Atticus.

Proverbijs meminit & Hesychius, indicans hunc morem fuisse apud Aetolos, ut cui alba faba obtigisset, is magistratum susciperet. Vnde ferre suffragia, siue sortiri, κυμαδόν appellabant, & iudicem κυμαδόλον, nam & iudiciis quibusdam non voce, sed calculis ferebantur sententiæ. Manet in hodiernum usque diem mos, ut in Epiphanis rex conuiuij faba deligatur. Extat autem & apud Aristophanem in Equitibus:

Νόν γ' ἐστὶ δαίμων

ἀγροικὸς ἐγγύς, κυματορῶς.

id est,

Nobis agrestis est dominus ira, qui fabas

Arrodit.

Dici poterit & in tenuem parumq. Nam hinc sumpta est metaphora in magistratus affectatores, aut ex suffragijs suis venantes questum.

Manci pera.

NARRANT locum fuisse vicinū Hymetto, cui nomen fuerit κυμαδὸν περα, id est, claudi matica, in eo fuisse templum simulq. fontem, unde semina steriles bibebant, & fiebant secunda. Suidas indicat & compositum dici κυμαδὸν περα, admonens esse prouerbiū in eos qui artificio vim adnouent naturæ. Hesychius ostendit Aristophanem in Centauro, lupanar appellasse κυμαδὸν περα, quod huius nominis locus decliuus sit ac præceps. Conueniet in illos, qui bulbis aliis ue medicamentis irritant libidinem. Quidam elleboro succurrunt ingenio, & quibusdam medicaminibus memoria.

Vndarum in vlnis.

SVIDAS refert hunc Senarium ex Aristophane,

Καὶ τὰντ' ἔχοντ' ἐκ κυμάτων ἐς ἀγκάλας.

id est,

Atque id quidem cum essent in vlnis fluctuum.

In vlnis vndarum esse dicebantur, qui in summis rerum difficultatibus versabantur. Neque enim suauiter iactant maris vnde, quos amplexa fuerint. Adlusum est ad nutrices quæ pueros in vlnis circumferunt, & agitatione mouent, ut fiant vegetiores, quod ipsam infantibus natura gratum est, somnosq. conciliat. Verum alia est fluctuum iactatio.

Fluctus mutus.

Κῶμα καὶ ὄρη, id est, Fluctuum mutuum appellabant, qui nō dum edebat fragorem, sed iam incipiebat intumescere, Primum enim tacitis vndis insurgit mare, mox exasperata tempestate, procul fremit ac resonat. Dici potest de bili hominis quæ non dum erupit in conuiciū, sed tacite inardescit. Veluti si dicas, Cede κύματι καὶ ὄφῳ, desine contendere, ne disputatio exeat in rixam. Aut obsiste κύματι καὶ ὄφῳ, reprime irā efferuescētē.

Caricum uinum.

Καρικὸς οἶνος, Suidas indicat fuisse, prouerbiū de vino, ut opinamur, tenui, quod non adfert hilaritatē, qualis erat Carica musa de qua dictū est alias. Quidquid. n. vile, lugubre, molestū, aut querulū, Caricū dicebat. Sed haud scim⁹ an apud Suidā pro οἶνος scriptū sit οἶνος, nisi quod Hesychius nescimus quid attingit de Carica vite, velut inculta & incomposita. Nam genus hoc militare, negligit agricolationem.

Bbb

Ο ἄλυστος.

Οἰδύκειος.

HERODOTVS in Melpomene, hoc est lib. 4. refert, cū Theres quidam adornaret longinquam nauigationem, ac filius ipsius adolescens negaret se futurum eius nauigationis comitem, τοῖς ἄλλοις ἰσχυρῶς ἀντιπαρῆναι οὐκ ἔβουλετο. Itaq. relinquit eū, inquit, οὐκ inter lupos. Ex eo dicto nomen inditum est adolescentulo οἰδύκειος, voce composita ex oue & lupo. Dici poterit in hominē desertum ac destitutum auxilio. Quod si quis negabit hoc esse prouerbiū, patiat̃ur appēdicē esse eius quod alibi retulimus, Quem lupo commisisti. Nam probabile est ab hac historia natum prouerbiū.

Ναυκιστορδένι.

Ναυκιστορδένι dicebantur qui studio quidpiam eleuent. Alij putant ναυκιστορδένι dici solitum ei, qui cum videre tur confiteri, non confitebatur, perplexis verbis occultans mendacium, quod sere solent heretici in discrimē adducti. Vox composita videtur a ναῦ, quod est adfirmantis, & κίστις pica, & ῥέω quod est fluo, quod inuoluta loquacitate negent, quod adfirmare videntur, rursum adfirmant quod negant. Meminit Hesychius.

Cui nullum negotium erat. Harmen-
nen muro cinxit.

STRABO libro geographiæ 12. refert huiusmodi prouerbiū,

Ὅστις ἐργὸν οὐδὲν ἔχει ἀρμόνῳ ἰπὶ χίτῳ. id est, Qui negotiū nil habebat, Harmene murum addidit. Est enim trochaicus tetrameter. Tradit autem Harmenen vicum esse Sinopensium, portum habentem. Cuius meminit & Stephanus, situm indicans in Paphlagonia, & a non nullis dictam ἀρμόνῳ, quod hic sane carminis ratio non patitur. Neuter indicat originem aut sensum adagiij. Coniectare licet vicum fuisse frigidum, quē aliquis cinxerit muro ut fieret oppidulum, æque frigidum. Non enim dixit ἰπὶ χίτῳ, quod interpretetur somniasse, qui uertit construxit, sed ἰπὶ χίτῳ, hoc est, muro cinxit.

Nec animans nec inanime.

PROVERBIALI figura dictum est apud Platon. lib. de Leg. 8. πάντων τῶν ζώων καὶ τῶν ἀψύχων, id est, Omnium & animantium & inanimorum, cum nihil omnino significamus excipiendum. Simili figura dicimus, Iuuenumq. senumq. & bipedum ac quadrupedum nequissimus. Itē, Nec diis nec hominibus placet, Nec uiuis parcat, nec mortuis. Locum Platonis citauimus integrum in prouerbio σκιαμαχίῳ.

Hic telam texuit, ille diduxit.

APVD Iulium Pollucē lib. 7 cap. 10. refertur senarius suppresso auctoris nomine, ni forsitan Nicophanes est in Pandora.

ὁ δ' ἐξυφάνεισ' ἰσὺς, ὁ δὲ διέλετο.

Quamquam legendum arbitramur, ὁ μὲν ἐξυφάνεισ' ἰσὺς, ὁ δὲ διέλετο, siue quod probabilius est διέλετο: nam vocem ἰσὺς etiam metri ratio respuit. Iam si nobis textor quispiam Græcus exponeret quid sit διέλετο, quod ut indicat Pollux, Attici dicebant, περιέλετο, non esset difficile prouerbij sensum enarrare. Nam Suidas tantum habet διέλετο τὸ σάμναι. Hesychius

pauillulum lucis addiderat, dicens, διέλετο, διέλετο, si διέλετο veniret a themate διέλεμα. Quod si διέλετο est statim quod superest addere, sensus erit, Alter orsus est, alter perfecit.

Per fluuium traducere.

Διαβιβάζειν τὸ ποταμὸν: id est, Transmittere per flumen dicebantur, qui difficultatem explicabant rei, quam inruditiones aut inualidiores explicare non poterant. Translatum a torrentibus aut fluuiis profundioribus, quam ut cuius tutum sit traicere. Itaque qui sunt robustiores atque exercitatiores, pueros, mulieres, aut alioqui imbecilles susceptos in humeros transmittunt. Plato libro de Leg. 10. γὰρ σφόδρ' ὡς πρὸς τὸ διέλεμα, nos διαβιβάζω τὸν ποταμὸν, id est, Ego vos quemadmodum modo feci, susceptos, ultra fluuium transferam. Verba sunt hospitis Atheniensis, qui disputationem tradidit Clinia & Megillo, pollicens se adfuturum, si quid haberent.

Gangamon.

IVLIUS Pollux libro decimo, capite 40. docet genus esse retis inuolutis flexibus sinuosum ac perplexum quod a Græcis dicatur γαγγάμων a γὰ quod est capio, ut indicat etymologicus, putans & γαγγάμων appellari, unde & γαγγαμῆκος dici qui piscantur hoc retis genere, & γαγγαμίς. Aut idem est cum sagena, aut simillimum. Pollux citat Aeschylum, qui negotium inuolutum & explicatū difficile, γαγγάμωνα dixerit, quemadmodum dicimus, nassam. Unde ventris locum circa umbilicum γαγγάμωνα dictum, quod illic appareat circumuolutio quedam neruorum. Fortassis & interior alius sic appellatur, quod intestina in sese complicantur, ne mox effluant stercorea.

Sacer manipulus.

Ἰσθὲ λόχος, id est, Sacer manipulus olim dicebatur, quemadmodum dicimus sacram ancoram iaciendam, aut red ad triarios rediisse. Athenæus libro 13. declarat apud Thebanos exercitus partem fuisse quam illi ἰσθὲ λόχος nominabant, eam constitisse ex amantibus, et amatis, & ob id præcipuum belli robur in his fuisse sitū, quod reddat fortissimos ad mortis etiam contemptum animans. Vsus erit, si quis dicat rem Christianam hodie a monachis velut a sacro manipulo pendere.

Postico discedere.

GALENVS πρὸς τὸ φυσικὸν δυνάμειον libro secundo, εἰδὲ ἡ πρὸς τὸν σὺγκριματὶ τῇ κηποιᾷ κατὰ τὴν παραμύσειον πρὸς ἀσκληπιάδῳ ἀπεχθέρτατα, id est, Si ex pluribus constat, postico quod dici solet, ad Asclepiadem recessimus siue defecimus. Postico autem recedere dicitur qui furtim abit, aliis insciis sese subducens. Sic Horat. Postico falle cliētē, quod et hodie nō raro faciunt magnates. Idē alia forma dixit, In Aristippi furtim præpta relabor. Thomas Linacer uir incōparabili doctrina, κηποιᾷ vertit p horti posticū. Aedes quib⁹ est adiūct⁹ hort⁹ duas habet ianuas, anticā et posticā. Antica spectat ad publicā viā, postica ducit ad hortū: per hanc elabebantur, qui clanculū abire cupiebant. Quosdam pudes

prudent παλινωδῶν, sed dissimulanter transeunt in alie-
nam sententiam, alij per occasionem subducunt se ne-
gotiis. In hos congruet proverbum.

Vtres Thylaci.

Ἀσκήσας καὶ βύλακος, id est, Vter & Thylacus dicebatur,
qui cibo potuiq. indulgebat. ἄσκος enim uter est vina-
rius, βύλακος vas farinarium. Athenæus lib. 11. re-
fert hos versus ex Alexidis Hefione, qui dicuntur sub
persona Herculis:

ἡπιότε καλὴ καὶ λαβὼν ἔξας πυκνὰς
ἐλκεσσι, καὶ πικρὰ καὶ τὴν τιμὴν παροίμαι
ἀέποτ' ἐν μῆτι ἄσκησας, ἐν δὲ βύλακος

Ἀνέρωπος. id est,

Calicem poposcit, ac datum, crebro bibens
Trahitq. & hausit, & ut habet proverbum,
Semper bene uter, thylacus semper bene est
Homo.

Idem Horatius,

Si ventri bene, si lateri pedibusq. tuis, quid
Diuitiæ poterunt regales addere maius?

De lurconibus ac ventribus dictū est alias non semel.

Ignarium dare.

SENECA libro de Beneficiis quarto, refert ut vulgo ia-
ctatum, Ut doceat, inquit, tibi, ut postea consideratius
loquaris, quod dicere soleamus, ignarium dabo. De la-
pide pyrete sentit, ni fallimur, quem alij viuum, non
nulli ignarium vocant, quod plurimum habeat ignis,
ut attritu digitos aduratur, & alioqui ponderosissimus.
Itaq. dicebatur ignarium dare, qui suggereret quod
dolore quodam reuocaret hominem a peccando: quē-
admodum lapis digito additus vel pondere vel attri-
tu non sinit hominem obliuisci, cuius gratia sumpserat
eum. M. Tullius haud absimili forma dixit in Anto-
nium Philippica secunda: Num expectas dum te sti-
mulis fodiam? Hæc te si ullam habes partem sensus
lacerat, hæc cruentat oratio. Terentius: Noli sode-
re latus. Persius,

Atque aliquis cubito stantem prope tangens.

His enim gestibus admonemus, quemadmodum et vel-
lendo aurem, de quo nobis prius dictum est.

In morbo consumat.

SENECA libro de Beneficiis 4. Quingenti, inquit, de-
narii sunt, illud, quod dici solet, in morbo consumat. Ze-
no cuidam promiserat quingētos denarios mutuo, ad-
monitus ab amicis, hominem esse male fidei, tamen cre-
didit, vel ob hoc quia promiserat, & summa erat exi-
lis. Solent igitur creditores cum sentiunt non redditu-
ro creditam pecuniam, nec existimant operæ precium
ob tantillum legibus agere, dicere, habeat, consumat
in morbo. Qui sermo dubium habet sensum. Potest
enim ab amico dici, qui nolit deesse amico quod impen-
dat si morbus inciderit: potest & ab inimico, qui ma-
lo viro morbum optet.

Vel Megaram vsque.

MANET is sermonis color & hodie, ubi quid significa-
mus magni precij, nobis q. vehementer expetitur, di-
cimus, huius rei gratia vel in Indiam vsq. proficisce-
re. Aut digna res est, cuius gratia vel in Hyberniam
vsque nauiget. Socrates apud Platonem in Phædro,

ἢ ὅτι ἀδελφοὶ καὶ δημοφιλῆς ἔσται οἱ λόγοι, ἔγωγε ἐν ὅ-
τῳ ἐπιτεθῆναι ἀκούσας, ὥστε αὐτὸν βαλὼν ποιεῖν τὸν πα-
ρὸν μισθόν, καὶ κατὰ ἰσχύον προβάς τῷ πείχοντι
ἀπὸ τοῦ, & μοῖσόν ἀπολαύσας, id est, Nā profecto festiui et
in publicum viles fuerint sermones. Nobis sane tan-
ta cupiditas est audiendi, ut si pedibus vel Megaram
vsque ambules, ac mox iuxta morem Herodici, ubi
ad mænia accesseris, denuo abscedas, nō te sim relictu-
rus. Ambigue dictum κατὰ ἰσχύον. Incertum enim
utrum Herodicus quispiam hoc dixerit, an Herodicus
aliquis in populi risum abiit, qui cum tantum itine-
ris consecisset, vel oblitus aliquid uel mutata senten-
tia, a mænibus Megarensibus redierit Athenas, quo-
modo Phædria Terentianus a diuerticulo redit in vr-
bem. Vnde hoc ipsum iuxta Herodicum proverbiū spe-
ciem habet, in hominē incerti consilij, aut qui sero mu-
tat sententiam, cum deliberandū sit antequā incipias.
Simile illi, Dignū propter quod vadimonij deseratur.

Omnem vocem mittere.

Γὰρ αὖ φωνὴν ἵδαι, id est, Omnem vocem mittere diceban-
tur qui nihil omittebant, quo persuaderent. Etenim qui
totus est in hoc ut persuadeat, nunc argumentatur,
nunc obiurgat, nunc blanditur, nunc pollicetur, nunc
minuitur, & παντὶος γίνεσθαι, ut fleat audientia. Pla-
to de Legibus decimo, μὴ δαμῶς ὡς εἶναι, ἀλλ' εἴπερ τυγ-
χάνη καὶ δόξα καὶ σμικρὰ πειρώσιν, πᾶσι τοῖς τοιαῦτα, δὲ μὴ
δαμῶν καμίνον, τὸν καὶ εἶναι καὶ μικρὸν νομοθέτην, δὲ ἀλλὰ πᾶ-
σαν τὴν λέγονσαν, φωνὴν ἵδαι, τῷ παλαιῷ νόμῳ ἐπικερὸν
γίνεσθαι λόγῳ, ὡς ἐστὶν εἶναι, id est, Nequaquam o hospes,
sed si forte fuerit vel exigua persuadendi ratio, circa
huiusmodi, haud quaquam oportet defatigari, præser-
tim legum auctorem, si modo vilius sit precij: quin po-
tius, emissā quod dici solet, omni voce, veteri legi sup-
petias ferre debet, docens rationibus esse deos. Idem
in Phædro, τέττατοι οἷον καὶ πάντες τοὺς λόγους αὐτῷ
καὶ κατὰ μετατρέφοντα ἐπισκοπῶν, id est, Huius itaque
gratia oportet, omnibus rationibus sursum deorsum
versatis, dispicere, &c. Sumptum videtur ab incanta-
mentis, in quibus si parum mouent preces, adhibent
efficaciores. Id alicubi indicat Plato, tametsi locus in
præsentia non succurrit. Indicabitur cum occurrerit.
Vide num omnem vocem, dicat omnem contentionem.
Solent enim patroni causarum cū magno studio caus-
sam agunt vocem intendere. Paullus Apostolus ad
Galatas cap. 4. cum ait, ἰταροῦν δὲ παρὲναι πρὸς ὅμας ἀρ-
τι, καὶ ἀλλὰ εἶναι τὴν φωνὴν καὶ, tale quiddam sensisse vide-
tur. Nam qui nunc obiurgat, nunc blanditur, nunc se
prædicat, nunc semet demittit, nunc terreat, nunc cō-
solatur, viciūq. postulat eorum utilitas quos perire
non vult, veluti doctus incantator mutat vocem suā,
ut aliquo pacto persuadeat.

Magadari.

Μαγὰ δὲ ἴσεν, siue μαγὰ δὲ ἴεν, dicebantur olim, qui bilingues
essent, eodem ore laudantes ac vituperantes, blandien-
tes & obiurgantes, pudice & obscene loquentes. De
magadide multa differit Athenæus lib. 14. dubitās ci-
tharæ ne genus sit an fistula. Quidā eandem putant cū
sambuca, non nulli & cum peccidæ. Verū hoc nihil ad
proverbum, quando constat organū esse διφώνον, quod
simul emittit geminam vocem, grauem, & acutam,
Bbb 2 har-

harmonia quæ dicitur διὰ πειρῶν. Citatur ex Alexandride hic senarius.

Μάγαν δὲν ἀλλήσας, μικρὸν ἄμα σοὶ καὶ μέγαν. id est,

Magnum ac pusillum, proloquar Magadin simul.

Ait vetustum esse genus, repertum a Lydis, nomen inditum est a Thrace quodā, cui nomen erat Magdus.

Alij putant inuentum esse Sapphus. Pindarus magadin appellat ἀλμυρὸν αὐτὶ φθόγγον, qualis est cantio, cū simul concinunt viri & pueri impuberes. Hac de re non nihil attigimus in prouerbio, Ex eodem ore calidum & frigidum efflare.

Chalcenterus.

Χαλκείτης olim dicebatur insigniter patiens laborum, atque indefatigabilis, velut habens area intestina, qualem fabulæ narrant fuisse Talo custodem insulæ Crete. Hoc cognomen inditum est Didymo grammatico, ob incredibilem numerum librorum, quos scripsisse dicitur. Eadem de causa Origenes dictus est Adamantius.

Origanum tueri.

Ορίγανον βλίπιν, dicebantur qui robur & masculū animi præferebant. Suidas refert hoc carmen ex Aristophane, uti coniicimus, licet metro deprauato,

Παρίσθ' αὐτὸν αὐδρίων τὸ λῆμα, καὶ βλίπιντα τ' ὀρίγανον. id est,

Præbebo meipsum animo virilem, ac tuentem origanum.

Sumptum ab acrimonia herbæ, ut respondeat illis alibi dictis, tueri sinapi aut nasturtium. Quidam cunilam vocant, eius generis, quod Dioscorides appellat heracleoticum. Nam est aliud genus dictum ὀρίγας, est tertium quod Panaces Heracleum vocant. Ita Dioscorides libro 3. Plinius libro 20. cap. 14. tradit origanum non dissimile pulegio sylvestri.

Thurium Iema.

Θούριον λῆμα dicebant animum intrepidum & ad bellū paratum. Nam λῆμα genere neutro Græcis sonat, voluntatem, animum siue propositum, aut dignitatem & auctoritatem, vox dicta a λῶ quod est volo. Nam λῆμα quod scribitur per geminum μμ. venit a λαβῶ siue λαμβάνω, est argumentum quod adsumitur ad probationem. Thurion autem dicitur quidquid est vehemens ac bellicum. Vnde Hom. θούριδα ἀκλῶ, id est, Thurium robur appellat. Quin & ipse Mars dictus est θῆρος, a θορίν quod est insilire. Suidas citat ex Aristophane. Inuenitur & ἐνύριος λόγος, pro sermone diuinitus afflato ac vehementi, cum quis intrepide cum auctoritate loquitur.

Nec elephantis ebiberet.

Οὐδ' ὡς ἐλέφας ἐκπίσι. id est, Ne elephantis quidem ebiberet. De poculo prægrandi, cum elephantis proboscide immensam aquarum vim cum libet, hauriat. Athenæus libro undecimo citat ex Epinico:

Ελέφας ἐλέφαντα πείραγμα ἔνυτον

Χωρεῖντα δύο χάσας, οὐδ' ὡς ἐλέφας ἐκπίσι. id est, Duas choas capientem, ut hunc ne elephas quidem ebibere possit.

Rhytus autem poculi genus est, specie cornu, quod videtur eburneum fuisse, impositum imagini elephanti.

Subiicit autem, οὐδὲν ἐλέφαντος ὅς διαφθῆκε ὁδὸν. id est, Nam ne tu quidem quidquam differs ab elephanto, ut esset quadruplex elephanti mentio. Prouerbum hoc posterius ante retulimus, hoc loco non citato. Porro choa, mensurae genus est. Dicitur in librum insulsum ac loquacem, quem ne patientissimus quidem perlegere sustineat.

Sacer piscis.

Ισθὺς ἰχθύς, id est, Sacer piscis dicebatur, cui nemo nocebat, sed sui iuris erat. Suidas indicat esse apud Homerum, Quidquid enim ingens ac præclarum haberi volebant veteres, ἰσθὺν appellabant, velut apud Homerum ἰσθὺν μολὸς ἀλκινόοιο, id est, sacra vis Alcinoi. Per iocum dici poterit in hominem prægrandem & in precio habitum, cum sit stupidus & infans. Meminit & Athenæus.

Φιλίνας.

Φιλίνας leuis dicitur, quasi dicas suberimus. Νᾶ φίλος cortex est arboris semper fluitans, qui Latinis dicitur Suber. Vnde & φιλίνας dicitur locus asper ac petricosus, aptior ad pascendas capras, quam ferendas fruges, quod terra veluti supernatet saxis. Vnde & φιλάδων dicitur, quod fluitat, nec habet radices. Quin & hodie lingua Britannica commodum hominem minimeq. difficilem, φιλίνα vocat. Hanc morum leuitatem Græci vocant δυνάμει, quia vox in vitium sonat. Plato lib. de Repub. 3. ἐνλογίᾳ ἄρα καὶ ἐν κρυσίᾳ καὶ ἐν χρυσίᾳ καὶ ἐν χρυσίᾳ, ἐν κρυσίᾳ ἀκροαθεῖ, οὐχ ἢν ἀνοίαν εἴσας ὑποκαρὶζόμενοι καλῶμεν ὡς ἐν κρυσίᾳ, ἀλλ' ὡς ἀληθείᾳ, ἐν τῇ καλῶς τὸ ἥθος κατισχύει τοῦ σώματος. id est, Ergo sermonis probitas, morum compositio, decus & concinnitas sequitur ἐν κρυσίᾳ, non hanc inquam, quam vitio blandientes, vocamus eo nomine, quasi sit morum bonitas, cum sit amentia, sed mentem vere moribus bonis pulchrisq. instructam. De his non nihil attigimus in prouerbio, Subere leuior. De profundo sulco animi dictum est alias.

Ἰσον ἴσα.

Ἰσον ἴσα, id est, Par pari dicebant, ubi quid ex æquo moderatum significabant. Sermo duellus a potioribus, qui frequenter de æqualitate disputant, interdum pugnis & ensibus. Sed olim æqualitas erat, ut tantundem adderetur aquæ quantum esset vini. Athenæus lib. 11. ex Aristophanis fabula, cui titulus Philonides, citat,

Τοιγαρὼν ἐμοὶ μὲν ἀρτίως ὁ δαίμων

Διὰ τὴν τῶν ἐρικλεῶν ἐν κλέων ἀσπίδα

Ἵπποφρίξας τρυφῶσα ἴσον ἴσῳ κικεμμέσῳ

Προσφῶν ἰδῶκεν, id est,

Proinde iam nuper meus

In Thericleis mihi virtutis ergo præstita,

Scutum herus pulchre rotūdū, deferēs dono dedit,

Spuma inūdans, delicatum, temperatum par pari.

Ex Stratone comico citat hoc carmen,

Ερμῆς ὃν ἐλκεσ' οἱ μὲν ἐκ προχιδίᾳ

Οἱ δ' ἐκ καδίσκου ἴσον ἴσῳ κικεμμέσῳ. id est,

Sors quam trahunt alij quidem e prochidio

Alij ex Calisco temperato par pari.

Primus trochaicus est imperfectus, & hic legendū arbutamur prochoidion, utriq. vas est vinarium, ἔμμεσς autem

autem pro forte ponitur, quæ prima ducitur, ut alias docuimus. Idem eodem libro refert ex Hermippo,

Αλυσὶς ἐκ τῶν

ὧς αἰτίας ἡδὲ τῶν ἰσθμίων κινεῖται. id est,

Quem spiritu vno exhauferam,

Suauissime, contemperatum par pari.

Alibi retulimus par pari, verum non est idem prouerbium. Illud de pensatione dicitur, hoc de mixtura æquali. Velut vitinam naturam vitam hominum miscuisset τῶν ἰσθμίων nunc nimio plus est mali quam boni. Hæc autem verba τῶν ἰσθμίων ponuntur velut absolute, præter rationem constructionis, quemadmodum dicimus διὰ πᾶσιν,

Cothonifare.

Καθονίζουσι καὶ καθονίζουσαι dicebantur, qui largius biberent, & potationem largiorem καθονισμόν appellabant. Eam Mnesitheus medicus apud Athenæum libro 11. putat conducere valetudini corporum. Plato corrigendis moribus, Seneca ingenio excludunt tamē ebrietatem, nec id nisi raro fieri sinunt. Αεροκράτου, siue ut scripsit quisque collegit etymologicon ἀεροκράτου, dicti qui meracius biberent, quos Hesychius putat dictos ἀεροκράτους. Adscribit enim μέδουσαι. Verū ex Plutarcho in Sympotiacis, & Aristotele in Problematicis, apparet ἀεροκράτους dici, qui non dum prorsus ebrii sunt, toto corpore rigato, sed pectore summo duntaxat. Indicat & Iulius Pollux libro sexto ex auctore Hyperide: & Athenæus citans eundem in oratione contra Demosthenem. ἐπὶ καθονίζουσαι pro intemperantius bibere refert Pollux ex auctore Critia. Cothon autem poculi genus est, de quo non nihil alias attigimus.

Τρυβίαι.

HOMINES sordidos ac parcos olim popularis iocus τρυβίαις appellabat, quasi fece visitantes. Qui splendidiore sunt ubi ventum est ad fecem, aperiant aliud vas. Quidam adeo natura miseri sunt, ut non patiantur bibi vinum, nisi posteaquam vel acuit vel euapuit. Adagium indicauit Pollux lib. sexto, capite quarto. Eustathius ostendit perparcos τρυβίαις dici, quod antequam cumq. gemitu uiuant. Ridetur apud Aulum Gellium libro vndecimo, cap. septimo, qui de nimium frugali quodam dixerit, Hic eques Romanus apludam edit & floces bibit. Prisci rustici frumenti fursurem appellabant apludam, flocem, vini fecem & vinaceis expressam, quemadmodum fraces ex oleis.

Loquax talpa.

HOMO nullius iudicii, sed tamen impendio verbosus, loquax talpa dictus est populari conuicio. Quod primum dictum est in Iulianum Capellam, postea quam venerat in publicum odium: nam talpa nostri, ut cæci sunt, ita sunt æque muti. Idem dictus est πίτακος ὁ περὶ φῶτα, id est, simia purpurata, cuius alibi meminimus. Refert Ammianus libro 17.

Non contis, aut ramulis.

IDEM libro eodem de Antonio quodam ad honorē mē-
sæ regalis apud Persas euecto & ad ius ferenda sen-

tentia admissio, non contis, inquit, aut ramulis, ut aiunt, id est, non flexiloquis ambagibus vel obscuris, sed velificatione plena, in rempub. ferebatur, eoq. incitans regem. Quamquam pro ramulo, legendum arbitramur remulo: nam contis & remis impellunt nauim, qui ventos habent aduersos. Pars est magis adagij quod alibi recensuimus velis remisq. quam nouum adagium.

Extra calcem.

IDEM lib. 21. Ne igitur extra calcem quod dicitur sermo decurrens lecturo fastidium ferat ad explicanda prospecta reuertamur. Quamquam arbitramur scripturam vitiatam, legendum autem esse extra calcem, pro extra viam, quod alibi nobis dictum est, ubi quis digreditur a re proposita.

Ex perpendicularo.

IDEM libro eodem, ex perpendicularo dixit, pro eo quod erat exacto iudicio, Palatinas inquit dignitates, velut ex quodam tribuens perpendicularo: & sub eo nemo celsus aliquid acturus, in regiam repentinus adhibitus est, vel incognitus. Ad hanc formam & illa pertinent, quæ cum alibi frequenter, tum apud Gellium sunt libro secundo, capite primo, ad amussim exigere, & librili perpendicularo, & ad æquilibrium æstimare. Et apud Plinium lib. 36. cap. 25. ad regulam ac libellam exigere. Præterea digitis metiri, trutinam pensare, ad vnguem facere, aliaq. quorum non nulla suis locis indicauimus, quæ omnia plus habent veneris, si ad res animi transferantur. Sumpta metaphora a perpendicularo fabricorum, quo explorant vel æqualitatem soli, vel parietis rectitudinem. Amussis est pensilis, in imo plumbum habens affixum, additur in medio regulæ quæ constat duobus gnomonibus, hac explorant æqualitatem soli. M. Tullius in Verrem actione tertia: Tu Verres hic quod moliare nihil habes, nisi forte vis ad perpendicularum columnas exigere. Dicunt ei fere nullam esse columnam, quæ ad perpendicularum esse possit. Nam hercle inquit, sic agamus, columna ad perpendicularum exigantur &c.

Acolo non fico.

Ακόλω τὰ χεῖλη δὲ σύνχω βύσσαι. id est, Acolo non ficui immergere labra. Suidas indicat dictum, ubi promitteretur prospera valetudo, aut significaretur rebus fortiter utendum. Nam ἀκόλως Græci vocant, minutas offulas. Interdum & fragmenta panis παρὰ τὸ μὴ κολληθῆναι. id est, quod non cohæreant. Hesychius indicat ἀκόλως vescentem reddere bilis expertes ac placidos, cum ficus incendat sanguinem. Vidimus aliquos si quando bilem vellent eximere, dies aliquot nihil sumere præter offulas pauculas ex aqua cum paullulo butyri recentis decocta. Quidam addunt herbarum ac radicem pauxillum. Prouerbum hortatur ad victum tenuem.

Ποταπλῶα.

ATHENÆVS lib. 11. commemorat poculi genus quod olim ποταπλῶον dicebatur, quod in publicis ludis adhibebatur. Ephebi quidā cursu cōtēdebāt Athenas. Currebāt autē γέστατες νιτῶν ῥαμῶν ὀνυστῶν φρούτων qui dicebantur ὄχραι. Initium cursus erat a templo Bacchi vsq.

Bbb 3 ad

ad templum Palladis cui cognomen *σκιάς*. Victor in eo certamine capiebat calicem dictum *πεντάπλον*, atque ita triumphabat in chorea. Nomen inditum calici, quod in eo quinque rerum species essent commixta, vinum, mel, caseus farina & paululum olei. Accommodari poterit ad orationem ex variis argumentis confarcatam. Simile quoddam vas erat fictile, quod Graeci *κεραυός* appellant, Baccho sacrum. In eo plures erant rerum species, sed distincta cyathulis inter se conexis. Athenaeus nominatim recenset circiter sedecim. Igitur farraginem dicimus rem variam atque ex diuersis generibus constatam, ita poterimus vel *πεντάπλον* vel *κεραυός*, dicere. De copia Cornu dictum est alias. Nec his dissimile est quod satyram dixere prisca, quod de suo dicitur loco.

More Carico.

Σχήματι καρικῷ. id est, figura siue modo Carico, fieri dicebatur, quod sordide incompasiteq. fiebat, praesertim in rebus obscenis: quod tamen ad alia transferri potest, velut ad mores indecoros atque inciuiles, ad orationem inconditam. Leginus & *πλαϊνῷ καρικῷ*. id est, naue Carica.

Μουσικαρφί.

Μουσικαρφί, dicebantur agere, qui dure ac sicce viuerent. Vox ficta videtur a mure & palea, quod mus in re pusilla vehementer laboret: nisi malumus dictum a *μύστω* quod est sicco, & *μύσει* praefocatio, quasi si quis festuca praefocetur. Nam Hesychius indicat sic hanc vocem pronunciandam, ut dicitur, *αἰωνίτι*, usurpatam autem a Cratino in fabula cuius titulus, *Horæ*. Alij virum quempiam *μὲν μουσικαρφόν* dictum existimant, qui ex se quidem nihil venustiorum differiorum adferre poterat, sed tamen libenter aliorum dictis adridebat. Et huius nominis mentionem factam, apud Apollonphane Comicum. Torquebitur igitur in hominem partem ac sordidam, aut in frigide iocosum.

Μύτης.

IMPENDIO tacitus, aut in Venerem solutior dicebatur *μύτης*, quasi dicas mutitor, a *μὲν* mutiorum syllaba, de quo nobis alias dictum est. Et huius nominis piscis femina, quae sine mare non pascitur. Hinc & in libidi nosos aut supra modum vxorios, Rectius autem in virosas feminas. Auctor Hesychius.

Qui inspuerit in cauernam formicarum, &c.

IDEM indicat vulgari sermone fuisse iactatum, *αὐτὸς πῦρ σπασίς* *μυρμηκίας*, *οἰδὶ τὰ χεῖλη*. id est, Quod qui inspuerit in agmen formicarum, huic intumescant labra. Hoc seu vere sit, ut ex balitus percussu virus aliquod adficiat conspuentis os, seu temere creditum, torqueri poterit in eos qui multitudinē imbecillium quidem sed tamen numerosam & concordem prouocant. Hesychius auctorem citat Dinolochum. Is fuit Comediarum scriptor, Epicharmi filius.

Nemo sibi nascitur.

HAE sententia Platonis sic est ab eruditis omnibus se

lebrata, ut optimo iure possit inter prouerbio recenseri. Eam primus Plato prodidit in epistola quam scripsit ad Archytam, *Ἀλλὰ καὶ ἐν δεισιδαιμονισμῷ, ὅτι καὶ αὐτὸς μὲν εἶχεν αὐτὸ μόνον καὶ ὄντως, ἀλλὰ τῆς γενέσεως μὲν, τὸ μὲν τι ὑπερτέρως μετέτεταται, τὸ δὲ τι οἱ κινεῖσθαι, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι, πολλὰ δὲ καὶ τοῖς καὶ τοῖς διδοῦσιν τοῖς τὸν βίον ἡμῶν καταλαμβάνουσιν, i. Quin & illud tibi considerandum est, quod quisque nostrum, nō sibi tantum natius est, sed ortus nostri partem sibi vendicat patria, partem parentes, partem amici ceteri, Multa vero dantur & occasionibus, quae incidunt in vitam nostram. Adducit hunc locum M. Tullius libro de Officiis primo: Sed quoniam, inquit, ut praclare scriptum est a Platone, non nobis solum nati sumus, ortusq. nostri partem patriam vendicat, partem parentes, partem amici. Quam sententiā cū dilucide, commode & eleganter verterit Cicero, miramur quare Seneca dicere maluit, Nemo sibi contigit. Nam videtur exprimere voluisse illud *ἐγγίνομαι* sic enim scribit ad Lucilium libro 5. epistola 32. Vis scire quid sit, quod faciat homines auídos futuri? Nemo sibi contigit. Videtur enim hoc imputare parentibus, quod non statim expetimus optima. Subiicit enim, Optauerunt itaque tibi alia parentes tui, sed ego contra, omnium tibi eorum contemptum opto, quorum illi copiam. Vota illorum multos compilant, ut te locupletent. Idem studij fuisse videtur Quintilianus, ut omnia secus diceret quam dixerat Cicero, Quare sit, non raro dicat inelegantius atque etiam obscurius.*

Pireus non fert vasa inania.

IVLIUS Pollux lib. 6. cap. 6. refert hoc ex Aristotele. *τὸν περὶ αὐτὴν κινεῖσθαι ἀγῶνα*. id est, Piræum non vehere vasa inania. Piræus portus erat Atticæ. Huc appellebant vasa mercibus onusta. Eodem conueniebant adolescentes conuiuium acturi, indicat hoc Anipho in Eunuchio Terentiana: Aliquot adolescentuli coimus in Piræo in hūc diem, ut de symbolis essemus. Est eiusdem nominis portus Corinthiacus, ubi consentaneum est maiorem fuisse luxum. Hinc ductum scōma in eos qui gaudent semper cibo potuq. distendi. Exspende num apud Pollucem legendum *περὶ αὐτὴν*.

Cradophagus.

RUSTICVM & sordidum veteres *κράδοφαγόν* per iocum appellabant, quasi *κράδοφάγον*. Nam *κράδοφα* vocant arboris fici folia. Idem dicebantur *βαλαροφάγοι* quasi prisco more glandibus viuentes.

Sapiens diuinat.

DONATVS in Hecyram indicat prouerbiū esse diuinare sapientem, quod ex coniecturis prudenter collatis colligit verum, non solum de praeiis, verum etiam de futuris, quamquam in fabula, quidem Laches diuinans tota errat via. Cuius tamen coniecturam approbans Phidippus ait, plane hic diuinat, nam i. Reliqua pete ex prouerbio, Qui bene coniectet.

Ἰαμβίζον.

Ἰαμβίζον prisca dixerunt, pro conuiuari ac maledicere, voce

voce ducta ab Iambe femina insignite maledica. Probabilis est ab Iambo pede ductum, qui conuitiis re-
pertus est, impetum ferientis atque impetentis expri-
mens. In quo congruit & illud, quod a breui orsus de-
finit in longam, quemadmodum iniuria ex leuioribus
initis exit in grauem tragediam, quod indicauit &
Homerus, ἡ δὲ δολίη ὡς τὸ πρῶτον. id est, Quae primum
exigua est. Vnde & hominem ad conuiciandum pro-
pensum ἰζυβυλον appellant. Huiusmodi ferme Suidas
& Hesychius.

Testaceum flagellum.

Κατακλιμύσει. id est, Testaceum flagellum dicebatur
ostracismus, de quo nobis abunde dictum est in prouer-
bio Ostraci conuersio. Flagellum autem vocabant,
quod hoc exigerentur in exilium, Testaceum, quod te-
stulis soleant ea ferri suffragia.

Arietis ministerium.

Κεῖς ἀριωνίς, Arietis ministerium, Suidas & Zenodotus
sic referunt, quasi dici solitum de officio in ingratos col-
locato. Si quidem aries cornibus ferit pascentem. He-
sychius ita refert, quasi congruat in eos qui spe cuius-
uis pramioli inferuiunt indignis. Cum pueros inuita-
mus ad ministerium, pollicemur aliquid, puta talos aut
nucis. Idem in apologo quopiam dixit Aries, inun-
ge, dabo tibi talos. Addita Stellula in editione Aldina
indicat κατὰ κτλ. esse verbum subditivum, legendum
est κατὰ κτλ. ab ἀριωνί. Huius obiter mentionem fe-
cimus in prouerbio, Aries nutritionis primum. Est
aliud in ingratos prouerbum quod superius a nobis
relatum est:

ἀγὼν ὁ ἀριωνίς ἀριωνίον δὲ τὸν ἀριωνί. id est,
Pro benefactis vinxerunt Agamemnona Graii.

Reperitur citatum citra auctoris titulum. Interim in
scholiis Græcanicis inuenitur: in porticu Stoa, quæ va-
ria dicebatur & regis, complures fuisse Mercurij sta-
tuas, partim a plebeis, partim a principibus positas:
vna erat ex his, quæ carmen hoc insculptum habebat
antiquis litteris. Hinc venit in prouerbum. Hoc
quidquid est suo loco erat addendum, sed iam ea char-
ta exierat manus.

In tuum ipsius caput.

QVOTIES in auctorem mali malum retorquetur aut
recidit, Græci dicunt ἑῖς τὸ αὐτὸ κεφαλῶν. Demo-
sthenes in oratione, ἑῖς τὸν πατέρα περιβίβας, & ἐν ταῖς
ἐπιτομαῖς τοῦ πατρὸς καὶ κατὰ τὸ πᾶν πατρίδι. ἃ νῦν εἰς κεφα-
λῶν ὑμᾶς αὐτῶν διὰ τριῶν. id est, Hæc igitur optabat iste,
patriæq. imprecabatur, quæ nunc vos oportet in ipsius
caput vertere. Ita Ctesippus in Euthydemo Platonis,
εἰ μὴ ἀγροῖκότῃν ἂν εἴποιν, εἰπαὶν ὅτι σοὶ εἰς κεφαλῶν. id
est, Nisi dictu rusticius esset, dicrem, tibi in caput.
Nam sophista collegerat, eos procurare interitum ado-
lescentis qui vellent eum doctum euadere, cum non
dum esset doctus: nam perit quod desinit esse quod
erat, & incipit esse quod non erat. Ita Maro;

- Quod diu prius omne n in ipsum conuertant.

Apud Aristophanem in Pluto Penia ratiocinatur si
omnes homines dītescerent, fore ut Chremylus ipse co-
geretur arare, fodere reliquosq. labores exhaustire,
ut iam afflictior viueret diues quam antehac vixeras

pauper. Chremylus autem memor laborum, quos in
paupertate pertulerat abominatur hoc verbum, & in
Penia caput reprecatur, dicens, εἰς κεφαλῶν σοὶ. id est,
in caput tibi: ut subaudiās, recidat. Celiū ad M. Cice-
ronem, lib. octauo. At Domitius cum manus ad os oppo-
suit, te ad 9. Kalend. Iun. subrostrarij, quod illorum ca-
piti sit, dissipant perisse.

Iracundior Adria.

QV I moribus parum est commodis, & irritabili inge-
nio. Adriæ comparatur prouerbio. Ita Flacci amica,
qui cum fecerat diuortium,

Tu leuior cortice, & improbo

Iracundior Adria.

Ipse fatetur se subiracundo fuisse ingenio,

Iraſci celerem, at sic vt placabilis essem.

Item in satyra cuius initium, Iam dudum ausculto.
Æschines in Demosthenem, dicit eum moribus fuisse
adeo asperis & inconstantibus, vt cum Adria facilius
sit habere commercium quam cum illo: non quod illud
mare sit ceteris seuius, immo vix aliud mitius: sed ita
visum est non nullis, qui si nauigassent mare Britanni-
cum aut Danicum, faterentur Adriam indignum esse
maris vocabulo.

Bos marinus.

Βὲς ἐὼς ἁλὸς, id est, Bos maritimus, de magnis, insulsis &
ad nihil vtilibus, quales sunt phocæ, tantum pascen-
tes, nec operi, nec esui vtilis, contra quam boues terre-
stres. Refertur a Suida. Suspiciamus, autem legendū
βὲς ἐὼς ἁλὸς vt sit idem quod mox sequitur βὲς ἐὼς
τῆς κλά. id est, bos in stabulo sedes. Sic enim refertur
in collectaneis Tarrhæi ac Didymi. Estq. hemisti-
chium Iambici trimetri.

Bos in stabulo.

Βὲς ἐὼς αὐλῆς. id est, Bos in stabulo, dicebatur inutilis &
in ocio vitam agens. Hesychius indicat a Cratino di-
ctum in fabula cui titulus, Deliades, quamquam huius
alibi meminimus.

Canis ad cibum.

Κύων ὡς σῖτον. id est, Canis ad cibum. De iis qui in suum
properant exitium. Qui canem volunt occidere, cibo
ostenso adliciunt. Hesychius indicat hoc esse simile
βὲς ὡς σφαγῶν, καὶ δὲ ὡς δόρυ, id est, Bos ad mac-
tationem, & sus in vincula.

Bos in quadra argentea.

Βὲς ὡς πέντακος ἀργυρῶν. id est, Bos in quadra argentea. In
eos qui personam sustinent, officium aliquod egregium
pollicentem, nec ulli tamen sunt vsui, nisi ad volupta-
tem aut fastum. Simillimum est illi quod alibi retuli-
mus, bos septimus. Olim apponebantur bellaria, sic
efficta, vt nouæ lunæ cornua præ se ferrent, quod luna
nascens ac desinens cornuta videatur. Quin & lunæ
dicebantur huiusmodi bellaria. Qua de re Suidas citat
epigramma non inelegans,

Ῥῶς βὲς ὑπάρχων ἀλκακὸς γὰρ ἔτι μῦθος,

Ἀλλ' ὡς πέντακος ἀργυρῶν ἀνικλίδας:

Ῥῶς ἔχ' ἡ σὺ πρὸς νομᾶς ἀποτρέχεις

Ἀλλ' ἀργυρῶν εἰδὼς ἰσχυρὸς τρέχει,

B b b

4

Esine

Εἰσακτὴν σὺν ἐξελίχων ἀργίας. id est,
Qui nam fit, ut bos cum fies, aruum haud ares,
Sed ebrj in morem recumbis rustici?
Quin birce tu quoque curris hinc in pascua,
Sed potius hic imago stas argentca?
Hic sto, tuam redarguens inertiam.

Meminit huius bonis Iulius Pollux lib. 6. cap. 11. de-
monstrans hoc cibi genus inferri solere Apollini,
Dianæ, Hecate, & Lunæ. Finguntur & hodie variæ
animantium species in bellariis. Huic non dissimile est,
quod Galli vocant regem chartarum, qui titulo verius
quam opibus rex est.

Accepta candela.

DIPHILVS apud Athenæum libro 15. in fabula cui
titulus ἀγνία, Ἀφαιτὸν λυχνὸν λυχνεῖον ἱστῆμεν. id
est, adrepta candela, candelabrum quærebamus, cum
res improvide geritur, oportuit enim candelabrum esse
paratum, antequam candelam attingeres.

Vacuam inhabitare.

Κενὸν ἱγκατοικεῖν δόμῳ. id est, Vacuam habitare domum
dicuntur, qui speciem rei magnificam ostentat, cum ip-
so bono vacui sint. Plato trimetrum citat, haud du-
bium, quin vulgo iactatum, quandoquidem auctoris
nomen tacet καὶ ἄτκι οὐδένα δόξας ἀροῖν, ἁλλοὶς τὰ
κομτὰ ταῦτα ἀφίε, ἵππ λυχνεῖον χρὴ φᾶναι εἶναι, ἵππ
φλυχνεῖον. Εἰ δὲ κενεῖσιν ἱγκατοικῶσιν δόμοις, ἡλῶν
ἐκ ἐλίσχοντες ἀδραστὰ τὰ μικρὰ ταῦτα, ἁλλ' οἷς ἐστὶ καὶ
βίος, καὶ δόξα, καὶ ἄλλα πολλὰ ἀραβᾶ. id est, Ea q. exer-
ce undecumq. videberis sapere, ommissis istis ad osten-
tationem facientibus, siue deliramenta ea vocari decet
siue nugas,

Ex quibus inanes incolas tandem domos,
neque magnificas viros, qui hac minuta redarguunt,
sed illos potius, quibus adest res familiaris & honesta
fama, aliaq. multa bona. De vacuo gratiarum scrinio
diximus alias.

Στυνιδῶσαι.

Στυνιδῶσαι est alterum asperis conuiuiis incescere. Athe-
nis erat festum quoddam, in quo ius erat dictis &
conuiuiis in alios ludere. Unde στυνιδῶσαι, dici cœpe-
runt, qui liberius in quempiam debacchabantur. Festo
nomē erat στυνία, στυνὸν enim proprie dicitur, quod aspe-
rum auribusq. molestum est. Ita Hesychius & Etymo-
logus. Simile illi, de plauistro loqui.

A. sexaginta viris venio.

ATHENIENSES mire delectabantur iis, qui risum
dictis aut factis mouere norunt, adeo ut ad hoc in dio-
meo, aut heracleo sexaginta contingerent, qui in ciui-
tate nominabantur sexaginta viri, quemadmodum nos
dicimus duumuiros, triumuiros & decemuiros, ma-
gistratum significantes, ut si quid ridicule dictum esset,
vulgo ita loquerentur οἱ ἐξήκοντα τὸ πᾶν. id est, Se-
xaginta viri hoc dixerunt, aut ἀπὸ τῶν ἐξήκοντα ἀρχομαι.
id est, a sexaginta viris venio. Refert Athenæus lib.
14. Erat Athenis tribus quæ dicebatur διαμῶν, a Dio-
mo quodam Colytti filio, vnde διαμῶν, ut ex Hesychio
licet conicere. Poterit per ironiam dici in dictum ille-
pidum & agreste, dictum sexaginta viris dignum: aut

in stulte dicacem, hic nobis venit a sexaginta viris.

Capite gestare.

QVOS tenere amamus, capite gestare dicimus. Plato
libro de repub. 10. οἱ ἄνθρωποι τῇ σοφίᾳ ἔτι σφόδρα
φιλοῦσι, ὥς μιν δὲ καὶ τὰς κίχλιναις περιφέρειν αἰ-
τῆς οἰκτῶρι. id est, Et huius sapientia gratia tam ve-
hementer amantur, ut amici tantum non eos in capiti-
bus circumferant. Translatum apparet a matribus ac
nutricibus, quæ infantulos cunis impositos, capite por-
tant. Simili figura Cicero dixit, oculis ferre, pro uehe-
menter amare: & in sinu ferimus, quos singulari affe-
ctu prosequimur.

In frigidum furnum panes inmittere.

Επὶ ψυχρὸν ἰπνὸν τοὺς ἀρτους ἐπιβάλλειν. id est, In frigidum
furnum inmittere panes dicuntur & hodie, qui docet
indocilem, qui monet auersum, aut qui alioqui sunt
inanem operam. Refertur apud Herodotum lib. 5. cui
titulus Terpsichore. Consultis manibus Melissa ap-
parens, negavit se indicaturam, ubi reconditum esset
depositum, cum ipsa algeret nuda, Nihil enim sibi pro-
fuisse vestes, quibuscum fuerat sepulta, quod nō essent
exusta. Astruxit fidem suis dictis hoc indicio, ἵνα
ψυχρὸν τὸν ἰπνὸν περιέσθῃ τοὺς ἀρτους ἐπιβάλλειν. id est,
quod in furnum cum frigeret, Perianther ingessisset pa-
nes. Hoc ænigma solus Perianther renunciatum intelle-
xit, sibi conscius, quod cum exanimi coierat. Hoc ad
proverbij sensum opinamur esse satis, quo nobis licet
castius ac veracundius vi.

Mercurio dextro.

HESYCHIUS indicat veteres in iactu quodam sole-
re omnis gratia præfari Mercurium, quemadmodum
in conuiuiis, ἀραβῶν δ' αἰμαρὸς, καὶ εὐχῶν σὺν ἡμέρῃ, de quibus
suo dictum est loco. Idem indicat in sortibus ducen-
dis, primam sortem dici solere Mercurium. Per iocū
usurpare licebit ubi quid aggredimur noui. Qui de sum-
ma periclitantur, dicuntur omnem iacere aleam, qui
primū tentant aliquid, dici possunt Mercurium ducere.
Iulius Pollux lib. 6. cap. 9. indicat in κεραιονίᾳ, id
est, carniū partitione, primam carniū portionem
ἐρμῶν καλεῖν id est, Mercurij sortem appellari solere.

Ne Mercurio quidem credere.

STRABO lib. 2. de narratione parum probabili. ὅτι οὐδὲν
τῶν ὁμῶν πισδῶσαι τις λίγόντι. id est, quam ne Mercurio
quidem credat aliquis narranti. Tametsi locus men-
dosus est, ut sunt pleraq. in hac prima editione. ὅτι si
ne controuersia legendum est. Proprie cōueniet in eos,
qui longinquis peregrinationibus circumacti, narrare
solent prodigiosa. At viatorum deus habebatur Mer-
curius.

Mercuriale.

Ερμῶν Græci vocabant lucrum præter expectationem o-
blatum, a primitiis quas olim in viis ponebant Mercu-
rio, iis viatores vescebantur. Alij malunt ductum ab
aceruis lapidum, quos in itineribus ambiguis Mercu-
rio sacros ponebant: Sicut qui mittit lapidem in acer-
uium Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem: quā-
quam hic varie translatus est Græcia. Quidam ita
sunt

sunt interpretati, ὅς ἀποδομένη λίθον ἐν σφοδρόν, ὅμοιος ἐστὶ τῷ εἰδόντι ἀπὸ τοῦ δόξαν. id est, qui religat lapidem in funda, similis est tribuenti stulto gloriam. Alii pro hermeso verterunt πολυάνδρην qui locus est multorum sepulture destinatus, & lapidem accipiunt non quodvis saxum, sed gemmam. Nec multum inter se discrepant, qui verterunt polyandrium, & qui hermaum. Nam & sepulcra plebeciorum habebant congeriem lapidum, unde illud Maronis,

Monte sub hoc lapidum tegitur Ballista sepultus.
In locum sordidum ac funestum, stulte mittas gemmam. Non enim ornat locum, sed sordidatur a loco. In Hermaum vero si mittas quemvis lapidem, nihil est gratia. Nec enim extat in turba lapidum, singulorum officium: si gemmam, multo stultior es. Sed illorum est argutissima sententia, qui vertunt fundam. Non enim tantum perit officium tuum, sed in tuum malum refilit: veluti si stulto lapidem innectas fundæ, dedisti quo te feriat. Verum hæc non sunt proprie huic instituti. Suidas citat hæc absque nomenclatura, Οὐ κατὰ τὰς ἀλλὰς ἀρχαίαις τὸ ἑρμαῖον εἶδ' οἰκείας ἀρχῆς μὲν ἀδικεῖν οἱ κῶν παρ' ἐκόντος ὅτι ἐν ἰωνήτατο. id est, Non iuxta ceterorum morem captus amore lucri, nec arbitratus se nihil peccare, si volens a volente quidvis mercatus esset. Idem refert hanc sententiam tacito item auctoris nomine, Ερμαῖον ἐστὶ τὸ κακόν ἐστιν ἀπὸς ἐπιτυχίας. id est, Lucrum est improborum, quisquis est humanus ac modestus. Bonorum enim lenitas, inuitat malorum audaciam. Refert & illud ex Damasceno ut apparet, καὶ ἰδὲν ἑρμαῖον ἐν πτυχῶν, ὅμοιος ἐστὶ πτυχῶν. id est, Videbatur sibi in hermaum incidisse, quisquis in me inciderat. Recreat enim viatorē, ubi dubius de via repperit aceruum Mercurij. Idē aceruus dicitur λόφος ἑρμαῖος. id est, tumulus siue collis Mercurialis. Philostratus in sophistis Hermaum appellat thesaurum in ædificio repertum, et alias pro insigni lucro forte obiecto usurpat.

Filum neuisti, & acu opus est.

PROVERBII faciem habet versiculus ut apparet anapaesticus, quem Iulius Pollux libro decimo refert ex Hermippi satis.

Ῥάμμα ἐπὶ κλωσας, προσην, καὶ ῥαφίδος. id est, Filum ductum est, opus est & acu.

Cum significamus non satis esse cœpisse, nisi pari industria perficias. Didicisti artem, superest exercitatio. Didicisti grammaticam, restat dialectica. Didicisti sacras litteras, restat bona vita.

Caluus cum sis.

GREGORIUS Theologus in epistola quadam ad Eustochium sophistam, quem lacessiverat, καὶ εἰδὲν ὅτι παροϊμίας τὴν ἰδιωτικὴν ἐπὶ τοῦ δόξου φαλακρὸς ὡν κατὰ κριτὴν μὴ νύσταν αὐτὴν πρόσωπος, μὴδὲ τιμω σφικίας κατ' ἱμῶν, τὸ γλῶσσον πρὸς τὸ κατὰς λέγειν ἰτοιμοτῶν. id est, Ac non saltem a proverbio plebeio didicerim, cum sim caluus non obuersa fronte obnuere arieti, neque vespærum nidum in me provocare, nimirum linguam ad maledicendum quam ad benedicendum promptiorem. De non irigandis crabronibus dictum est alias.

Argenteus puteus.

Ἐργαῖον ἀργυρεῶν. id est, Argenteus puteus. Athenæus lib. undecimo, indicat olim ingens poculum dici solitum puteum argenteum: nam cyathi pusilli erant. Sunt & hodie qui delectantur e profundis poculis haurire, atque ut inquit ille, proluere labra, habentes in ore prouerbium, Multa aqua ori admota probe macerari barbam. Locus est a tonsoribus, qui rasuri prius calida macerant barbam.

Malo asino vehitur.

QYIBVS res sunt parum secundæ, mala asella uel dicuntur ἐπ' οὐκ οὐκ ἀσέλας ὁ χυμῶν. Suidas ceu proverbia le refert, in diffione πῶτος. Felices enim eximius equis insidere gaudent, quo celerius perueniant eo quo volunt, nec inscite iacietur in hominem parum feliciter coniugatum.

Allium in retibus.

Σκόραδον ἐν δίκτυοις. id est, Allium in retibus, de sordido cōmate dicebatur, hinc natum, quod Attici, quoties nauigationem, aut expeditionem adornabant, commercabantur allia, eaque retibus imposita secum ferebant. Item in obsidionibus urbium in precio erat allium, unde illud citra nomenclaturam apud Suidam, ἀπὸ θύμματος τὰ σκόραδον πορεύμενος. id est, Perdo allia in obsidione. Thracæ præcipue delectantur alliis, utpote calidis cum regionem inhabitent frigidam. Quin & hodie nauarum deliciae sunt allium, non ingratus & rusticorum cibis, utcumque execratus Horatio. Locus erit adagio, si quem admoncas, ut philosophiæ studium aggesseris, paret sese ad frugalem victum, ad vigilias ac labores, sine quibus non paratur eruditio, σκόραδον ἐν δίκτυοις.

Sybaritici sermones.

Συβαριτικοὶ λόγοι, Hesychius narrat ἄκωπον quempiam, Sybaritam opinamur, apud Græcos summo studio incubuisse, ut orationis quoque genus haberet lautum et opiparum: unde iocum proverbialem ortum, ut oratio nitidior & accuratior, Sybaritica diceretur. Ea solet carere fide. Nam veritatis simplex ac brevis est oratio: talis enim solet hominis oratio esse qualis vita. In exemplo sunt Mæcenæ & Apuleius ille deliciis esse minatus, hic Aferet magus. De Sybaritarum apparatu dictum est in proverbio Sybaritica mensa.

Maturior moro.

Ἐπὶ αὐτῶν μῶρος. De Hectore Aeschylus in Phrygiæ ita loquitur apud Athenæum lib. 2.

Αὐτὸς δ' ἱκανὸς ἐν πᾶσι τοῖς μῶροις. id est,

Porro vir ille, erat moro maturior.

Dici potest vel in hominem miti ingenio præditum, vel in mollē, vel in vehementer propensum ad aliquid, vel in virginem nupturientem. Addit ex Nicandro huius arboris fructum primum omnium apparere. Additur & huic arbori vellicatio, ad maturitatem, Opinamur fici genus esse, cum scribitur per omicron, μῶρον.

Flos

Flos cinis.

DIVVS Augustinus libro aduersus Petilianum litteras 2. cap. 62. irridēs quod aduersarius iactaret, quod suorum animabus impletum esset cælum, corporum memoria terræ florissent, respondit, Sane de corporibus eorum multorum terrarum flores videmus, sed sicut solet dici, flos cinis. Donatista suos qui sibi manus attulissent, qui ne provocassent alios ut ab eis occiderentur, ni mallent occidi, in numerum martyrum referebant, eorum monumenta frequentantes: unde flores illos cinerem vocat. Dicit solitum videtur in fugacitatem humane vitæ. Hodie floret iuuentus, cras erit in sepulcro.

Homo semper contradicens.

GALENVS libro quo refellit Iulianum quemdam calumniantem aphorismos Hippocratis, refert hanc sententiam, ut vulgo celebratam, οὐδὲν ἐστὶν ἀπορατολογώτερον ἀνθρώπου. id est, nihil est pertinacius ad contradicendum quam homo, ἀπορατολογία est vitium quo quis garriendi finem nescit facere. Conuenit in eos qui numquam fatentur se victos. Hoc vitio maxime laborant stupidi & imperiti.

Insanire cum insanientibus.

Τοῖς μαινόμενοις συμμάνειν. id est, Cum insanientibus insanire dicebatur, qui se moribus quorumlibet attemperabat. Vsurpauit Galenus lib. πρὸ φυσικῶν διαμεινών. Ἐπεὶ δ' ἰκαρῶς ἡ δολιχόσχετος οὐχ ἰκόντης ἀλλ' οὐκ ἡ παρρημία φησὶ, μαινόμενοις ἀπὸ καὶ ἀδούτοις συμμάνειν, πάλιν ὑπὸ τῷ ὅρῳ ἡ πᾶν ἐλθόμενον διακρίνει. id est, Posteaquam autem satis nugati sumus haud sponte sed iuxta prouerbium, coacti cum insanientibus insanire, rursus ad vniuersarum discretionem reuertamur.

Callipygos.

Καλλιπύγοι dicebantur eleganti forma præditæ. Athenæus libro 12. ad huiusmodi fabulam refert originem prouerbij. Duæ sorores rustici cuiusdam filia, de formæ præstantia inter se decertabant in via publica. Accessit adolescens, qui formas admiratus, patri seni ostendit. Is maiorem præferens, eius amore captus est. Profectus in urbē, lecto cæpit decumbere. Morbi causam exposuit fratri natu minori. Is rursus profectus, conspectis puellis, minoris amore correptus est. Pater virginum collocat eas huius filius, quas ciues ob insignem formam appellarunt καλλιπύγοι. Harum opibus extructum est Veneri templum, quam & ipsam a puellis dixere καλλιπύγοι. De quibus Cercidæ Scæzon tem citat,

Νῦν καλλιπύγων ἱερόν τε σὺν ἀκαύσασιν. id est,

Par callipygon quondam erat Syracusis.

Eosdem appellant πυργέας, ut alibi diximus, in prouerbio λευκόπυγοι.

Quod volumus sanctum est.

DIVVS Augustinus lib. contra Cresconium grammaticum 4. Non iam ut vetus prouerbium fertur, quod volumus sanctum est, sed etiam quando volumus, & quandiu volumus. Alibi ni fallimur citat ex Ticonio

Donatiano. Est hemistichium carminis heroici.

Ne crepitu quidem digiti dignum.

ATHENÆVS libro 12. de Sardanapali epitaphio loquens, καὶ πλοῦτος ὁ δίκην σὺν τῷ μνηματι τοῦ πρὸς τοῖς δακτύλοις, οἷα κατὰ κλέως ἐστὶν ἄξια τὰ τ' ἀνθρώπων πράγματα, οὐκ ἄξια ὄντα τοῖς δακτύλοις, id est, Et mortuus declarat in monumenti statua digitis, quam deridicula sint res hominum, ne digitorum quidem crepitu dignæ. Mox Aristobolus apud eundem indicat Sardanapali sepulcro impositam fuisse statuam, dexteræ manus digitis ea specie compositis, qua solemus edere crepitum. Et gestus is, & prouerbium in hodiernum usque diem manet apud nostrates, cum aiunt ne huius quidem facio.

Coriaceum auxilium.

Σκυτίνη ἐπιχειρίξ. id est, Coriaceum siue Pelliceum auxilium apud Atticos infirmum & imbecille dicebatur. Refertur apud Hesychium. Athenæus libro 12. indicat dictum in quendam Sannyrionem macilentum, quod præter pellem nihil haberet. Apud eundem lib. 13. Antiphanes philosophos macilentos notans, μετὰ σοφιστῶν γὰρ δὲ καὶ λεπῶν, ἄσπίτοι, σκυτίνων. id est, Cum sophistis per Iouem macilentis, impastis, pelliceis. Tales erant olim philosophi.

Tanagraus cetus.

OBSERVVM ac prægrandi corporis (mole παναγρῶν κῆτος appellabant, a Tanagra Bæotia ciuitate, quam Homeus γελῶνα vocat, Lycophron Pæmandriam appellat, maritimam, ad quam delatus cetus immani magnitudine prouerbio locum dedit. Refertur ab Athenæo libro 12.

Legatus non cæditur neque violatur.

SCHOLIASTES in Iliados quartum refert hoc prouerbium, περίσβος οὐ τὸ πῆμα οὐδ' ὕβρις. id est, Orator nec percutitur, nec violatur. Quod præconium genus olim habitum fuerit sacrum. Id iure gentium receptum est, ut legati publica fide veniant & redeant inuolati, etiam si perferant atrocitas: quales erant olim faciales ac patres patrati. Nunc in mediis etiam bellicis caduceatoribus paritur. Deslelli poterit ad benemonentem, siue recta consulentem, siue concionantem libere. Legatus est, refert mandata sui principis, aut agit negotium publicum, non est fas illi vim admovere.

Herculani lecti.

Ἡράκλειος σφαμνῆς. id est, Herculani lecti, dicebantur molles ac delicati. Testis est Athenæus libro 12. quod dictum mirum est, cum Cynici sibi vindicent Herculem. Sed is qui hæc loquitur apud Athenæum, hoc agit ut persua deat Herculem mollem ac voluptariam egisse vitam: ceterum quæ de illius laboribus feruntur apud poetas, mera esse figmenta. Sic homines blandiuntur suis vitiis.

Ἀποσκυβίσαι.

ATHENÆVS libro 12. narrat, quod Scythæ, cum multis

multis calamitatibus premerentur, per lufum ac delicias omnibus populis quibus imperabant detondebant eorum: unde ceteri rasiuram ignominie ludibriue causa factam, appellabant ἀποστρέψαι. Quae res atrocis belli causa fuit. Conueniet in quosdam asperis moribus, quibuscum vix quisquam habet commercium, nisi discedat cum ignominia.

Macilentior Leotrepheide.

Λεωτρεφίδης καὶ θαυμαντίδης. id est, Gracilius Leotrepheide ac Thaumantide. Leotrepheides insigni macilentia corporis comitorum salibus locum dedit, in quem Hermippi versus referuntur apud Athenaeum libro 12.

Θύειν ἄδῃ βούβας

Λεωτρεφίδης καὶ θαυμαντίδης. id est, Immolant nunc buculus

Exiliores Leotrepheide ac Thaumantide.

Notatus est a multis & Cinesias poeta, procerus, sed tam gracili corpore, ut corticibus arborum circumcinctus ne inflecteretur, ob id ab Aristophane dictus φιλόρινος. Nobilitatus est & Phileta poeta, qui globos plumbeos pedibus addebat, ne ventis abriperetur. Tanta erat corpusculi tenuitas. Congruet in homines exiles ac pratenues. Iucundius erit, si transferatur ad inopiam ingenij, aut dictionem aridam, ieiunam & exanguem.

Cape nihil, & serua bene.

Ἀχβε μὴδὲν καὶ κρέτι καλῶς. id est, Cape nihil, & serua bene. Videtur in eos dictum, qui cum doceant friuola, tamen iubent auditores meminisse. Galenus de Platonis & Hipocratis placitis libro 3. εἶπω δὲ μόνως διμα πειθίσκει το κατὰ τὴν παρομιάν λιγύμενον ὑπάρχον αὐτῷ, τὸ ἀχβε μὴδὲν καὶ κρέτι καλῶς. id est, Siquidem hoc uno modo persuadetur, quod adsit illi illud prouerbij, Cape nihil, & serua bene. Congruet in doctrinam inutilem ac falsam.

Μυσοβία.

Στῆ hodie vulgo dicuntur μυσοβία, id est, muscarum abactores, qui friuolis officiis cupiam obseruiunt, quod a Persarum deliciis natum indicat Athenaeus libro 12. qui in conuiujs μυσοβίασ, adhibeant, quod nunc apud Italos plebeum est. Et μυσοβίασ est abigere muscas, quod quadrabit etiam in illos qui tenere amant quempiam, ut minimo etiam illius incommodo offendantur, ut conueniat cum illo quod alibi retulimus ex Homero,

Ὡς ὅτι μήτηρ

Φαίδος ἔτερε μὴ ἄρ' ἐκίλειται ὕπνῳ. id est, Non secus atque genitrix.

Muscam arcet puero sorano mulcente cubanti.

Miserior monomachis.

Νοῦ caret prouerbij specie quod ex Posidippo Comico refert Athenaeus lib. 4. τὸ μονομαχῶντων ἀδελιώτης. id est, miserior his qui monomachiam exercent. Nam hi durissima lege committuntur, ut aut alter aut uterque pereat. Carmen sic habet,

Ὁ μὴ πεπλοῦκας ἐδὲν ἐλάκασα κκκόν,

Τὸν μονομαχῶντων ἐσθλὸν ἀδελιώτην. id est,

Vidit malum, nauigandi qui est rudis,

Ipsis monomachis miseriores nos sumus.

Hos Latini vocabant gladiatores, quo spectaculo cum nihil possit immanius esse, tamen olim Romanis erat in delicijs. Lepidius fiet, si transferatur ad contentiorem cum homine improbijsimo susceptam, quasi pugnam dicas gladiatoriam.

Zenonium est & lentem coquere.

ΤΙΜΟΝ Philius apud Athenaeum libro 4. καὶ ζενονίῳ καὶ φακῶν ἐκόν id est, Zenonis est & lentem coquere. Zenon Stoicorum princeps fuit, qui docet sapientem omnia recte facere, nec referre quid agat, sed in minimis pariter ac maximis sapientem esse sui similem. Ex quo consequitur, ad lenticulam recte coquendum opus esse sapientia Zenonis. Natum ex ἀποφθέγματε quod refert Diogenes Laertius. Cum enim Zenon dissekeret sapientem omnia recte facere, quidam irridens obiecit, Igitur & lenticulam recte coquet. Zenon annuit, & collectionem approbavit. Serio licebit vii, cum dicemus esse viri boni etiam in rebus minutissimis sui similem esse: aut egregium artificem, in quacumque materia declarare qualis sit artifex.

Olium ne comedas.

ΧΡΥΣΙΡ. apud Athenaeum libro decimo, in opere ποτὲ τὸ καλὸν tradit huiusmodi sententiā, μὴ ποτὲ ἰλαίωσθαι ἰδίᾳ κακίῳ ἔχον χερμαῖος ὄρεα. id est, Ne quando comederis oleum, cum habeas vrticam hyberno tempore. Opinamur illum sentire de herba, non de pisce. Nec usum adagij videmus, nisi si quando significabimus extremam victus parsimoniam, ut nec vrticæ quidquam adhibeatur condimenti. Mox subiicit, βαλβο φακῶν velut deliciis, cibi genus ut Græca vox indicat ex bulbis & lenticula confectum. βαλβο φακῶν, βαλβί, βαλβί, Vrtica calida est, sed minoris constat quam oleum. Subindicat autem æstiuis mensibus nec oleo nec vrtica opus esse.

Olla lenticulam attigit.

ΕΡΙΧΑΡΜVS apud Athenaeum eo quem modo citauimus loco, χύτρα δὲ φακίας ἦν το. Sed olla lenticulam attigit. Conueniet in eos, qui vehementer propensi sunt ad aliquid, velut huc nati, ut ultro nulla data occasione se conferant ad id quod appetunt. Olla fictilis videtur amare lentem, ac veluti ultro venire ad lentem. Simile illi quod alibi retulimus, Ipsa olera olla legit, & equum in planiciem,

Qui non zelat.

ΔΙΟΥΣ Augustinus aduersus Adimantum cap. 13. indicat vulgo iactatum, qui non zelat non amat. Quod sane & hodie fertur, cum negant illic esse amorem ubi non est zelotypia. Verum est ex amoris vehementia nasci zelotypiam, sed eadem interdum nascitur ex inopia mentis.

Lens deus.

ΑΡΥΔ Athenaeum libro quarto refertur hic trimeter, ut apparet prouerbialis:

Φακός σι δαίμων, καὶ φακὸν τύχη λαβόν. id est,

Te lens deus corripiat & fortuna lens.

Φακός

Φακίς dicitur lens cruda, φακίς κοίτα, ut indicat etymologus. Conueniet quoties eadem ad fastidium iterantur. Dæmon autem Græcis fortunam sonat, unde cacodæmones dicuntur infelices, & idem sonat τὸ χυ, nec interest nisi quod dæmon est mas, τὸ χυ femina.

Trabs in omnibus.

Δράκας δ' ὡς πᾶσι ἵτυκται, id est, Trabs in omnibus facta est. Videtur hemistichium ex poeta quopiam, quo significatum est, nihil esse tam certum quin obstat scrupulus, cogens nos ad exactiorem rei considerationem. Porro Græca vox δράκας anceps est ad trabem, quam δράκας maluit sonare, & ad considerationem, quam δράκας. Notum est illud Socratis ἔστιν ἡ δόξα, id est, sollicite considera. Diuerbium refert Galenus de Differentiis pulsum libro 3. Translatum apparet ab aratione, quam difficilem reddit trabs subinde occurrens in aruo proscindendo.

Ex libro gubernatores.

GALENUS in libro quem conscripsit de suis libris, Ἀλλ' οἱ μὲν μακρὸν περὶ διδασκαλίας, ἱεκοίς δὲ κατὰ τὴν περιμέτρην, τοῖς ἐκ βιβλίου κυβερνήταις τὰ ὅσα ἔμελλεν εἶναι, id est, Ceterum qui non didicerunt sub præceptoribus, sed iuxta prouerbiū similes sunt gubernatoribus e libro, istiusmodi quærent. Idem libro de Compositione pharmacorum tertio, ἰσχυρὰ τοῖς κατὰ τὴν περιμέτρην λιγυροῖς ἐκ βιβλίου κυβερνήταις, id est, Adsimilis iis, qui prouerbio dicuntur gubernatores e libro. De mutis magistris alibi dictum est.

Fractis auribus.

GALENUS contra Thrasybulum, ὅν ἐστι τὰ θαυμαστὰ τῶν ἐν γυμνασίοις, ὡς ὑπὸ τῶν ὁπτα κατὰ γύτων περιφραγμέναι, id est, Quorum sunt admirandi isti libri, qui circumferuntur ab his fractas gerunt aures. De pugilibus, nisi fallimur, sentit, qui postea facti medici scribunt libros: aut potius de libris imperitorum medicorum, qui leguntur a pugilibus, qui solent habere laceratas aures more suum, oculos jugillatos, totam faciem tuberculis notatam, ex arte quam exercent. Galenus enim crebro destomachatur in athletarum genus. Vnus est hoc adagio Plato in Gorgia, nec satis liquet quo sensu. Etenim cum Socrates dixisset se audire, quod Pericles reddidisset Athenienses deteriores, nimirum ignauos ac timidos, loquaces & auaros, ut primus mercenaria stipendia instituisset: Callicles respondet, τὰ ὅσα κατὰ γύτων ἀκρόαται οἱ σόφισται, id est, Ab his qui aures habent fractas audis ista o Socrates. Sedit de athletis & barbaris, quibus ignaui videntur a militari ferocia alieni. Hanc coniecturam nostra tantisper vale re volumus, dum aliquid adferretur exploratius. De perforatis auribus dictum est alias. Conueniet in hominem pugnacem, & ut notantem multos, ita notatum a multis.

Coruus albus.

DE raris inuentu dixit Iuuenalis,
Coruo quoque rarior albo.
Ammanius in epigrammate,

Θάπρον ἴσω λευκὸς κόρυκασις πῶς πὶ χελώνας

Εὐρεῖν.

id est,

Aut albus coruus prius, aut testudo volucris,
Inuenietur.

Galenus libro, περὶ φυσικῶν δυνάμεων primo, τὰ χυς Lycum quendam qui nec Erasistratum sequeretur, nec ipse verum adferret, ait, ὡς ὁ λευκὸς ἐστὶ λευκὴν αἰγὸν φαίνεται ἐπὶ ἀποστέρησιν, λευκὸς τὸν ὡς κατὰ τὴν ποσὶν ἰσχυρὰ ἰσχυρὰ, μὴ αὐτοῖς τοῖς κόρυκας αἰγὸν χελώνας δὲ λευκὸς ἐστὶ τὸν χυ, μὴ τὰς ποσὶν ἰσχυρὰς τὰς ποσὶν ἰσχυρὰς, id est, Itaque Lycus, dum palam est cum neque uera loqui, neque eadem cum Erasistrato, similis videtur albo coruo, qui nec ipsis coruis admisceri possit ob colorem, nec columbis ob magnitudinem. Conueniet in hominem sui ingenij, & alienum a sensu cōmuni. Sunt enim quos pudet usquam cum quoquam consentire, quasi nihil verum sit, nisi diuersum sit.

Asino fabulam.

GALENUS περὶ φυσικῶν δυνάμεων libro 3. τοῖς δ' ἀσινος ἔστιν ἡ γὰρ τὸ γράμμα περιττόν, ὅς ἐστι χυ μὲν ὡς τις λέγει, id est, Reliquis vero tam inutile fuerit scriptum, quam si quis asino narret fabulam. Extat in Græcorum collectaneis, ἐνθα τις εἰλεν μύθον, ὃ δὲ πᾶσι ὡς εἶναι, id est, Asino quispiam narrabat fabulam, at ille monebat aures. Ad hoc adlusit Galenus lib. de Differentia pulsum secundo, ὡς τὸ τοῖς ὡς ἡ γὰρ ὡς ὡς ὡς ὡς ὡς ὡς, id est, Ad hæc senex quidem ille, velut asinus quatiebat auricularas, opinatur, quod non assentiretur: est nobis de his aliis dictum non nihil.

Sub aliena arbore fructum.

EX aliena arbore fructum legere dicuntur, qui fruntur aliorum laboribus. Ita Fabius apud Linium libro ab urbe cond. x. Fabius, inquit, quam arborem conseruisset, sub ea legere alium fructum, indignum ducere. Finitimum est illi. Alienam messem metit.

Milium terebrare.

Κίχρον τρυπᾶν, id est, Milium perforare dicuntur, qui in re difficili, sed prorsus inutili laborant. Galenus libro de Præscientia, taxans sophistas, qui putant philosophiæ studium vehementer inutile, sic loquitur, Ἀλλ' ἀπάντων μακροτάτων ἀχρηστων τῶν νοσημάτων, ὡς τὸ κίχρον τρυπᾶν, id est, Quin potius omnium discipularum hoc existimant inutilissimum, perinde, ut milium perterebrare. Sic enim arbitramur legendum, cū in editis libris habeatur τὸ κίχρον, id est, minutum leguminis genus, quod haud facile perterebres gemmarum more, cum perterebrati nullus sit usus. Simile stuidium fuit illius, qui grana milij e longinquo mittebat per foramen acus.

Lanam in officinam fullonis.

QUI præpostere rem gerunt, veluti si quis Theologo committat puerum in grammaticis rudimentis instituendum, lanam in officinam fullonis ferre dicitur. Fullonum enim ars, non rudem lanam, sed iam contextum pannum tractat. Galenus de Differentia pulsum lib. secundo, ὅς τις δὲ ἀκριβῶς τοῖς τοῖς ἐπιστολαῖς βούλεται, καὶ γυμνάσαι πρὸς τὸν χυ περὶ τὰς κατηγορίας, τὸ μὴ τὸ ἀκριβῶς καλόν, ὡς οὐδὲς πίκον εἰς γναφίδον φέρει. Τάξις

ἡ δὲ ἐν ὅτῳ δίδωται ὁ ἀντίκτιστος, ὅτι καὶ μαθημάτων διδασκαλία. id est, Quod si quis hæc exacte velit assequi, prius exercitatum esse oportuit circa prædicamenta. Nam scitum est, quod dixit Arcefilaus, nemo defert lanam in officinam fullonis. Quemadmodum. n. est ordo in operandis lanis, ita est & in disciplinis. Refert hunc inter Academicos Laertius, qui solitus sit non ferre eos qui liberales disciplinas non suo tempore attingerent, ut si quis velit discere poeticæ, aut rhetoricæ ignarus grammatices.

De fumo ad flammam.

AMMIANVS Marcellinus lib. 14. Vtq. solet manum iniectionibus satis hebetari sensus hominum & obtundi, his illecebris ad meliorem expectationem erectus, egressusq. Antiochiam, Meleuo dictante, prorsus ire tendebat de fumo, ut proverbium loquitur vetus, ad flammam. De eo dictum, qui se a rebus dubiis, in præsens exitum coniecit. Alibi retulimus ex Plauto, Flamma fumo est proxima.

Calicum remiges.

Καλὴν ὄψιν id est, Calicum remiges dicti sunt, qui assidue perpotarent, vinum pro remo ducentes. Ita Dionysius cognomento archus, apud Athenæum libro decimo in Elegiis,

Καλὴν δὲ οὖνον ἔχοντες οἱ ἐριστὰς ἀνὺς

Συμπότας γὰρ καὶ καλὴν ὄψιν. id est,

Si qui vīa trahunt in remigio tibi Bacche

Potandi nautæ, remigium calicum.

Ingens poculum quasi sinus est, In hoc trahunt, non remis sed lingua, neque raro faciunt naufragium, iactura cum pecunia tum mentis.

Ab vnguibus incipere.

Ex τὸν ὄντων ἀρχῇ, dicuntur, qui a leuissimis minimeq. ad rem pertinentibus ordiuntur. Ita Basilus in epistola quadam, κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐστὶν, ἡ τὸν ὄντων ἀρχὴ καὶ τὸν αὐτῶν αὐτὴ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἀρχὴν. id est, ridiculum est ex vnguibus initium sumere, ac non potius cum ipsius illorum capitibus colloqui. Caput rei dicitur quod est illius præcipuum. Vt sit erit quoties admonebimus, et omittis parergis, ac friuolis, agatur de causa. Aut si quis velit emendare reipub. statum, ordiatur a principibus potius quam ab humilibus, qui non multum adferunt momenti, vel ad pernitiem ciuitatis, vel ad salutem.

Musca.

Μύα blim dicebantur qui delectabantur aliena mensa, quos Plautus muribus comparat semper alienum edētibz cibum. Apud Athenæum libro sexto parasitus quispiam se musca confert,

Διπλὴν ἀλλήλους μύα.

id est,

Quod inuocatus cenitare amo, musca sum.

Aduolat enim hoc insectum ad cibum alienum, & ægre potest abigi. Apud eundem Hegesander narrat, cū Alexander dixisset se morderi a muscis, sic vocabat parasitos, iamq. conaretur illas abigere, Cinesias vnius eius ordinis qui forte aderat, profecto aliæ muscæ siticulosæ magis urgebunt te semel gustato tuo sanguine. Extat apologus de erinacio, qui voluit vulpi

μυστὸν esse. Plautus in Mercatore deflexit ad hominem curiosum & ad omnia aduolantem. Musca est meus pater. Nihil pote illum clam haberi, Nec sacrum nec tam prophanium quidquam est, quin adsit ibi illico.

Bæon malus piscis.

ATHENÆVS lib. 7. testatur apud Atticos fuisse proverbium, μὴ μοιβάζων κακὸς ἰχθυός. id est, Ne mihi Bæon piscis nequam. Nec indicat usum proverbij, tantum ostendit apud Epicharmum Bæon dictum piscem quendam. Nomen inditum videtur a breuitate. Laudatur enim magni pisces. Dicitur in hospitem ingratum ac molestum.

De sportula cenare.

ATHENÆVS libro 8. Græci τὸ ἀπὸ σπορίδας δῖπνον. id est, cenam e sportula proprie vocabant, quoties aliquis sibi parasset cenam, ea. in sportulam composita, iret apud alium cenaturus. Quod genus & hodie durat inter homines frugi, qui nec grauari volunt sumptu, nec alios grauare. Lepidius erit, si transferatur ad eum, qui sic adit discendi gratia, ut ipse vicissim adferat quod doceat, ut fiat eruditionis permutatio.

Tibicen vapulat.

EVBUVS apud Athenæum libro 9. ait fuisse morem, si quid peccasset coquus, tibicinem solere vapulare. Philyllus apud eundem,

ΟΤΙ ΑΥΤΗ

Μαχρός ἀδικήσας τὸν αὐλῆτιον λαβὼν

Ραβδόν.

id est,

Quidquid coquus

Peccauerit, tibicen accipere solet

Plagas.

Proinde coquus quispiam apud eundem ait, se non rem prisca, sed ab ipso inuentam narrare, ἡ μὴ, inquit, ὡς αὐτὸς πλάσας λαβὼν, id est, ne tibicen vapulet. Ob id opinamur, quod coquos ledere tutum non sit, iuxta sententiam aliquanto post apud eundem citatam:

Οὐδὲν μὲν γὰρ ἀδικήσας, ἔρως δῖπνον. id est,

Nullus homo læso indemnus euasit coquo.

Quamquam Græcus versiculus non vacat mendo.

Execrationes ferere.

Ἀρὰς ἰπποκράτη, id est, Execrationes ferere, dicebantur qui diris deuouerent aliquem: inde natum quod apud Cypros esset sollempne, quoties fererent hordeum, addito sale, deuonere quibus male vellent. Tantum Hefychius. Docet Plin. quadam non feliciter feri, nisi cum conuiciis. Esse etiam genus, quod terra infoditur, ac pede compressa additur execratio, Ne umquam exeat. De Lindiorum sacro diximus alias.

Aqua & terra reddamini.

Ῥαβδὸν καὶ γαῖαν γράμιδι.

id est,

In terram vertamini aquamque.

Pro eo, quod est, redigamini in nihilum ac pereatis. Hemistichium hoc sic refertur ab Hefychio, quasi proverbio iactatum. Sumptum est autem ex Iliados. Nam his verbis Menelaus increpat Græcorum ignauia, quod

Ccc nullus

nullus auderet cum Heftore prouocante monomachia suscipere.

Αλλ' ὅμως μὴ πᾶν τις ὁδὸν καὶ γαῖαν ἴσῃσι.

Interpretatur Plutarchus in vita Homeri, & Alexāder Aphrodisiens libro 1. problemate 77. reddit causam physicam cur ita locutus sit Homerus. Ex terra et aqua gignuntur omnia, & in hac resoluntur omnia. Ab hac forma non abhorret, quod ex Epicharmo citat Plutarchus in consolatione ad Apollonium: σωματικὴν καὶ διανοητικὴν, καὶ ἀπὸ τούτων ὅθεν ἔλθει πάλιν, καὶ ὡς εἰς γὰρ, πρὸς μὲν δὲ ἀντὶ τῶνδε χαλεπὸν, ἔστι δὲ αἴτιον, id est, concreta sunt, & discreta sunt, & abierunt rursus unde venerant, terra quidem in terram, spiritus vero sursum. In his quid acerbum? nihil loquitur de morte quæ est dissolutio corporis & animæ. M. Tullius libro Tusculanarum quaestionum tercio citat ex Euripide:

Reddenda est terra terra, tum vita omnibus

Metenda ut fruges sic iubet necessitas.

Hanc sententiam Antiochus scribit placuisse Chrysippo, sed dissentiente Carneade. Deniq. Aristoteles Rhetoricorum libro secundo, subindicat, qui olim seruitutem profitebantur, eos terram & aquam domino tradere solitos, velut omnium rerum ius abdicantes & in herum transferentes, καὶ ὅτι inquit, δίδου γὰρ καὶ ὁδὸν δ' ἄλλας, ἴσῃσι, id est, Et quod dare terram & aquam seruire est.

Mars communis.

INCERTVM ac varium belli euentum notabant hoc dicto, Ἀρεὴ κοινὴ, id est, Mars communis. Sumptum est ex Homericæ Iliad. Σ.

Ξυλὸς οὐδ' ἄλλος καὶ τοὶ κτανέοντα κατέκταν. id est,

Communis Mars, inq. vicem perimit perimentem.

Quod dictum Aristoteles libro rhetoricorum secundo inter prouerbiales sententias commemorat. Rursus eodem libro,

Νῦν δ' ἄπα μείβεται ἀδραστοί. id est,

Nunc hic nunc illic contingit vincere.

Titus Liuius belli Punici libro decimo, Cum tuas vires, tum vim fortunæ, Martemq. belli communem proponere animo: utrinq. ferrum corpora humana erant: nusquam minus quam in bello euentus respondent. Rursus ab urbe cond. lib. 8. Quid illum facturum fuisse, si, quod belli casus ferunt, Marsq. communis, aduersa pugna euenisset? Iterum eodem lib. Nostra certamina Romani non verba legatorum, nec hominum quisquā disceptator, sed campus Campanus, in quo concurrendum est, & arma, & communis Mars belli decernet. Et in eodem alias: Ibi in conciliis Numitius imperator eorum, affirmando communem vere Martem belli, utraq. acie pari cæde prostrauisse, &c. Rursus lib. ab urbe cond. 7. Samnitium, inquit, bellum ancipiti Marte gestum. Apud eundem frequens est, ex quo Marte discesum est, quoties neutri parti cessit victoria. M. Tullius Philippica undecima: Sed ut concedam incertos exitus esse belli, Martem communem, tamen pro libertate, vitæ periculo decernendum. De Marte communi: nihil attigimus in prouerbio, Omnium rerum vicissitudo. Porro ἐναλίστος Homero Mars dicitur, ab ὅσω quam belli fortunam esse putant.

Lex in manibus.

Εν χειρὶ νόμος, id est, Lege manum dicitur, cum res iuge-

ritur, non ex præscripto legum. Aeschines contra Timarchum: φυλακτὸν δὲ τοῖς νόμοις ἀλλὰ καὶ τοῖς τιμῶν αἰσῶν πολιτικῶν πολιτῶν νόμοις, τὰς δὲ χειρὶν νόμους τοῖς πολιτικῶν καὶ τελευτῶντες. id est, His vero qui sequuntur oligarchiam, & apud quos inæqualis est reipub. administratio, cauendi sunt qui lege quæ est in manibus sita, ciuitatis statum labefactant. Manuum legem appellat violentiam siue ius belli. Vt in hunc sensum Polybius historia lib. 1. τὰ δὲ πολιτικῶν οὐκ ἐστὶν κερὰ τίσειν, τὰς μὲν δὲ χειρὶν νόμους διέφερα: τὰς δὲ νόμους πρὸς αὐτὸν ὅσον αὐτὸς ἐπέβηκεν τοῖς ἐαυτοῖς. id est, Ex hostibus quoscumque deuicisset aliquando, alios violenta manu perimebat, eos vero qui viui capti ad eam adducebantur, beati obiciebat. Rursus libro secundo, Εἰ δὲ τὰς τῶν πρὸς αὐτὸν πόλεων μὴ τὸ ὑπάρχον παρὰ βλάβης ἀγνοήσαντες, οὐ χειρὶν νόμους περὶ τοῦ νόμου τὸ βίον. id est, per idem hoc tempus accidit, ut Caius consul dum audacius pugnat, manuum lege vitam finierit. De αὐτῇ κερῇ dictum est alias. Apud Plautum seruus quispam minuitur se manu litem acturum.

Nihil inanius quam multa scire.

APUD Athenæum lib. 13. Hippon, qui dictus est ἄλως, citatur auctor huius versiculi,

Πλὴν μάθης ὅσον τὸ δὲ κοινὸν τῶν ἀλλῶ. id est,

Non aliud mage inane puta quam plurima scire.

Citatur idem ex Timone.

Πλὴν μάθης ὅσον τὸ δὲ κοινὸν τῶν ἀλλῶ.

Conuenit et in eos qui malunt multa discere quam utilia. Contra laudata est Hippia πολυματία.

Kύκλος περιέλαβον.

QVI arte circumagit quempiam, ut cum se putet aliquid egisse, nihil egerit, aut in idem recidat unde volebat extricari. κύκλος περιέλαβον dicitur. Ita Plato in Charmide ὁ μικρὸν ἐφωτισθὼς, πέλας μὲν περιέλαβεν κύκλος ἀποκρυπτικῶς, O scelerate inquam, iam dudum me in orbem circumagis non sentientem. Fit enim hoc arte sophistica, ut qui contra disputat, post asseneret ambagibus circumactus quod prius negabat, aut contra. Metaphora ducta ab equis, qui circumacti, eo reducuntur, unde prius resiliabant pauidi. Similis ludus exercetur in Labyrinthis. Confine illi, In easdem ansas incidisti.

Iouis lac.

QVOD insigniter esset lautum in cibis, Iouis lac veteres appellabant. Eurip. apud Ath. lib. 14.

Καὶ τυροὶ ἀπὸ τοῦ Ἰωὺ καὶ τοῦ γάλακτος, id est,

Est succulentus casusq. & lac Iouis.

Apud eum frequenter inter ciborum delicias commemoratur, διὸς ἐγκύβητος, de quo alias diximus. Persæ, si quid esset exquisite lautum, appellabant διὸς καὶ βασιλῆως ἐγκύβητον. id est, Iouis & regis cerebrum, propterea quod rex Persarum solet dare præmium honorarium, si quis nouum aliquod edulij genus repperisset. Clearchus apud eundem libro 12. quamquam eadem, multis aliis verbis commemorat. Videntur autem iqui quidquid eximium videri volebant, Ioui tribuisse. Inde illud e Satyra,

Et Iouis auribus ista. Scruas.

Μεσσηνία

Mæsonica dictæria.

DICTERIA petulantius iacta, prisci Mæsonica vocabant, *σκώμματα μαιώνικα*, a Mæsonē quodam histrione comædiarum Megarensi, cuius inuentum est persona, quam a repertore, Græci *μαίωνα* vocabant: reperit enim personam famuli & coqui. Quin & veteres Græci coquum vrbani *μαίωνα* vocabant, exterum *τίπληγα*. In comædijs autem semper inducuntur coqui dicaces, præsertim apud Plautum. Id testatur Philemon alicubi.

*Σφίγγ' ἄρρε' ἔμπεδον ἢς τὸ οὐκ ἔστι
Εἰληφ' ἀπ' αὐτοῦ ὅδ' ἔστιν μὰ τὴν εὐεῖαν
Ὡν λείπει συνίμμι.*

id est.

Recepi in ades non coquum, sed masculam
Sphingem, nihil enim per deos intelligo
Simpliciter, ex his quæ loquitur.
Conuenit cum Hipponactico præconio.

Necessitas magistra.

SVIDAS ex Carchedonio citat hoc prouerbiū,

Χρηστὰ διδάσκει καὶ ἡ ἀνάγκη, σοφόν. id est.

Catum e rudi reddi magistra necessitas.

Tempus, rerum usus, ipsaq. necessitas excitat ingenium ad discend. artes. Idem indicat Græcorum sententia, *σοφία περὶ ἀνάγκης*. & apud Aristophanem Penia iactat se artium inuentricem. A Persio venter dicitur magister artis ingenijq. largitor. Et ut ait Qu. Curtius: Necessitas ignauiam acuit.

Bestia bestiam nouit.

ARISTOTELES lib. Rhetoricon I. Inter similitudinis & affinitatis proueria refert & hoc.

Εἴπωκε δ' ἂν ἐν βέλῃ.

Nouit profecto fera feram.

Videtur fragmentum iambici trimetri, vtcunq. deprauatum est Apud Aristotelem. *βέλῃ* Græcis bestia dicitur, sed proprie fera aut noxia, quod genus sunt aperi, lupi, & vipere. Vnde hominem moribus efferatis, ingenioq. agrestis *βέλῃς* vocant. Congruet vbi conuenit inter duos pariter improbos. Similis illi, Furemq. fur cognouit, & lupum lupus.

Cæci præscriptio.

ΤΥΦΛὸς παρακείμεσις. id est, Cæci iussio siue exhortatio, dicitur absurda, quoties ipse qui præscribit, non intelligit quid dicat. Socrates apud Platonem in Theæteto, redarguens absurdam Theætetī præceptionem, iubentis, ut qui rectam haberent opinionem, rectæ opinionī assentirentur, confert illius orationem loro, aut pistillo circumuolubili, sed rectius putat dicendum, Cæci iussionem, *τυφλὸς ὁ παρακείμεσις ἂν καλοῖτο δικαιότερον.* τὸ ὅδ' ἂν ἔχομεν τὰ ὅσα προσλαβὴν κελίην, ἢ καὶ μάστιγας, ἢ δ' ἄλλου, πάνυ γινώσκοντες ἰσχυρομένω, id est, Sed rectius cæci præceptio dicitur: siquidem iubere, ut ea quæ habemus accipiamus, ut discamus, ea quæ opinamur, plane conuenit homini insigniter caliganti. Alias relatum est nobis illud Horatij, Cæcus vti si mō strebet iter. Item, cæca speculatio.

Ibyci equus.

Ἰβυκὸς ἵππος. id est, Ibyci equus in iocum prouerbialem

abisse videtur, de ijs qui nolentes præter ætatem ac vires ad periculosum negotium adigerentur. Dicti originem refert Plato in Parmenide. Ibyco poeta equus erat iam annosus athleta, multis certaminibus detritus. Is cum ad certamen curruū iungeretur, extimuit videlicet expertus eiusmodi ludorum aleam. Ridente populo Ibycus surgens, equus, inquit, domini similis est nam & ipse iam senex ad amandum compellor: equo suo sese comparans, quod ipse non minus intempestiuus esset ad amores quam vetulus equus ad certamen. Nam admonet hoc quoque Suidas. Ibycum vulgo male audisse ob adolescentulorum amorem. Hac imagine Parmenides queritur se senem adigi ad rerum difficilium explicationem: Huc adluisse videtur, Horatius in epistolis. Non eadem est ætas, non mens, &

Solue senescentem mature sanus equum, ne

Peccet ad extremum ridendus & illa ducat.

de Ibyci gruibus dictum est alias.

In crastinum seria.

Εἰς αὐρίον τὰ μετὰ δ' α. id est, In crastinum seria. Plutarchus in vita Pelopidæ narrat hanc vocem apud Græcos abisse in prouerbiū. Originem dedit Archias vir opulentus ac potens, sed parum sobrius. Huic inter conuiuium allata est epistola, qui pertulit, admonuit, ut statim legeret: de serijs enim rebus scriptam esse, tum ille vino madidus, risit. & κ' εἰ, inquit, εἰς αὐρίον τὰ μετὰ δ' α. id est, in crastinum igitur seria, simulq. acceptā epistolam puluillo supposuit, cui infidebat, ac sermonē cum Philida cæptum pergebat. Quin & hodie incivile est in conuiuijs tractare seria. Apud Hollandos recitatur fabula non aliena ab hoc adagio. Quidam in cōuiuiū accumbabat igni vicinior, ita ut ima vestis aduretur. Id animaduertens cōuiuijs quidam, habeo, inquit, quod tibi nuntiem. tum alter, si quid, inquit, tristius est, nolo audire in conuiuiū, ubi conuenit festiua, lætaq. esse omnia. Non est, inquit, admodum lætum, mox alter, post conuiuium, inquit, seria. ubi cenatum esset hilariter, Nunc inquit, dicito quidquid voles. Ostendit illi vestem a tergo enormiter adustam. Ibi Stomachari cæpit, quod non admonuisset in tempore. Volebam, inquit, at tu vetabas. *μετὰ δ' αὐρίον μετὰ δ' α.*

Cuniculis oppugnare.

Χρονόμοις πολέμῳ. id est, Cuniculis bellare, dicitur qui non aperta vi, sed dissimulanter, ac dolis rem gerit. Cōtra qui palam agit quod agit, machinis agere dicitur. Caij Cæsaris potentia iam ad manifestam tyrannidem spectante, Catulus Lucilius vir summæ apud Romanos dignitatis, surgens in senatu ait, & κ' εἰ τὶ χρόνιμοις Cæsar ἂν ἰδὲ μηχανήσεται ἀγὼν τῷ πολιτείᾳ, id est, Cæsar non iam cuniculis, sed machinis tollit rempubl. Sufusiones clam fiunt, machinæ, hoc est arietes, onagri, ballistæ palam admouentur. Dictum Plutarchus refert in vita Caij Cæsaris, Plus veneris habebit, si ad res animi transferatur, veluti si quis dicat malos genios interdum oppugnare nos machinis, cum palam terrent aut illectant, interdum cuniculis, quoties falsa specie pietatis imponunt obrepuntq. incautis.

Ccc ij Exitij

Exitij nulla ratio.

Ολίτερ ἐκεῖ λίσσε, id est, Exitij nulla ratio. Refert Plutarchus in vita Eumenis. Is cum satagens rerum suarum, superiorem adisset Phrygiam, intra Celanas hybernauit: ubi quoniam reperit Alcetā, Polemonē & Domicū de imperio contra ipsum decertantes, τὸ ἐν ἱερῷ τὸ λεγόμενον ολίτερ δὲ ἐκεῖ λίσσε, id est, Exitij nulla ratio. Sentiens opinamur, cum imminet homini fatale exitium, deum adimere consilium ac rationem. Apparet esse hemistichium carminis Iambici ολίτερ δὲ οὐδὲ λίσσε. Huic adfines est, quod habet Quintilianus libro 5. de coniectura loquens, Præterea, inquit, cur potissimum illo modo sit aggressus: qui & ipse diligentissime tractatur pro eodem locus, an etiam si nulla ratione ductus est, impetu raptus sit & absque sententia. Nam vulgo dicitur, scelera non habere consilium.

Qui lucerna egent infundunt oleum.

PLUTARCHVS in vita Periclis refert Anaxagorā Pericli in administranda Repub. magno adiumento fuisse, verum ubi iam grauaret senectus, & a Pericle publicis intentis negotiis negligenter, decreuerat inedia finire vitam. Id ubi rescit Pericles, accurrit ad ades philosophi, precibusq. & lacrymis conatus est illum ab instituto renocare, idq. sua ipsius causa magis, quam Anaxagora. at ille iam agens animam dixit οὐ πρότερον, καὶ οἱ τε λυχνὸν χεῖρ καὶ χεῖρ, ἵλαυν ἐπὶ χεῖρτι, id est, O Pericles, & quibus lucerna est opus infundunt oleum: exprobrans illi neglectum amici unde non vulgarem capiebat vilitatem, cum qui eget lucerna, ob usum qualemcumque curent illam, abstergentes atque infundentes oleum. Et quibus opus est fructu, stercorant agrum.

In ventrem insilire.

Εἰς τὸν γαστέρα εἰσέλθω, id est, In ventrem irumpere dicitur, qui curam omnem ad cibum ac potum confert. Ita Plutarchus de Lucullo in ipsius vita. Απὸ δὲ μὴ διατρικῶς μὲν ἐπισημειωθεὶς ἀλλὰ πολὺ μὲν, καὶ δὲ τὸ τὸ λεγόμενον εἰς τὸν γαστέρα εἰσέλθω, καὶ ὅπως ὑφαιρέσῃ τὴν τέρψιν ἅπαντα πραγματευόμενος, id est, Vtpote cum Lucullus iam non palam, neque ad ostentationem bellaret, sed quemadmodum dici solet in ventrem impetum faceret, nihil non moliens ut hosti comineatum subtraheret. Non hic repetemus quomodo locum hunc vertit Leon. arduus Iustinianus. Sunt quos non alia ratione melius vincas quam si ventrem impetas huc respexit Teren. cum ait, pugnos in ventremingere. Nam parasiti nulla parte magis ladi possunt quam ventre.

Sortem & vsuram persoluerē.

Καὶ τὸν πόρον καὶ τὸ κεφάλαιον ἐκτίμησιν dicuntur, qui serius quidem sed grauius puniuntur, aut qui differunt vindictam, ut per occasionem lædant grauius. Nam prorogatione crescit vsura. Dion libello περὶ τῆς ἀπιστίας. ὡς ποτὶ τὴν ἀρετὴν ποτὶ τὴν ἐνέμει κοιμώμενος ἢ ἐμπέπλησμενος, τὴν μὲν φύσιν δὲ ἀπὸ βλάβης τὴν αὐτὴν, περὶ πλοίας δὲ καὶ ἐκ τῆς χρόνῳ τινὲς ἐκ βλάβος, ἐπὶ τῇ συμβόλῃ περὶ τῆς, καὶ τὸν πόρον καὶ τὸ κεφάλαιον, τῆς πωρίας ἐκτίμησιν, id est, Quemadmodum noxia

bestia sæpenumero quietem agunt, siue cum dormiunt, siue cum cibo expletæ sunt, quamquam naturam interm suam non exuunt: Similiter & illi ad tempus aliquod non læserunt, at ubi se dederit occasio, & vsuram ut aiunt, & sortem malicia persoluant.

Ad incitas.

QVOS vrgeret extrema necessitas, his res dicebatur ad incitas rediisse. Plautus in Trinummo: Item nunc hic cuius est, subaudi ager, ut ad incitas redactus, id est, ad extremam inopiam. Idem in Penulo: Tace modo, profectio ad incitas leonem rediget, si eas abduxerit: quin potius differibit saxo, quam unam calcem ciuerit. Sed haud scimus an hic legendum sit, vnum cal cum ciuerit. Nonius Marcel. admonet incitam dici egestatem, & verum dicit, sed non absque tropo. Nam in his duobus locis quæ retulit Plauto, extremam quidem inopiam significat, at non statim ubicumq. ponuntur incitas, significatur egestas. Lucilius incita dixisse videtur in neutro genere. Illud ad incita cum redit atque interneccionem. Item. Commanducatus corruptit ad incita adegit. At Isidorus lib. 18. vsurpauit genere masculino. Calculi inquiens, partim ordine mouentur, partim vagi, qui uero moueri omnino non possunt inciti dicuntur. Cio, moueo est, inciti quasi immobiles, quos Græci dicerent ἀκίνητοι. Satis liquet prouerbiū dictum a lusu calculorum, in quo erant certæ lineæ ad quas redactus calculus moueri iam non posset. Quadrabit & in eos qui confutati manifestis argumentis, non habent quod respondeant, quod Dialectici vocant metam Silentij.

Centro & spatio circumscripta.

PLUTARCHVS in præceptis ciuilibus καὶ δὲ τὰ τῆς εὐνοίας μετρίως, καὶ καὶ τὸν καὶ διασπαστὶ ποτὶ γὰρ δὲ μὲν πρὸς τὴν χεῖρα, id est, Quod si facultates modicæ fuerint, & centro & spatio circumscriptæ ad vsum. Sentit fortunas tam angustas ut nisi certa dimensione dispensentur non sint ad necessarios vsus suffeclura. Veluti qui supputatione facta quantum habeant annui census, subducunt quantum quoque mense, quæ hebdomade, quoque die possint impendere. Quod si hospitius aduentus, aut similis casus fecerit sumptus paullo largiores, id sequentium dierum parsimonia sarcitur, ne non constet ratio. Idem de futili loquacitate docet responcionem esse καὶ τὸν καὶ διασπαστὶ circumscribendam, ne quid respondeatur ultra quam requirit perconclatio. Quidam enim de uno interrogati, respondēt de pluribus. Metaphora translata est, a circulo qui sit circino circumducto: in medio, centrum est immobile, hinc spatium vndiq. æquale ad lineam obeuntem. Vnde & circumscripta dicuntur, quæ certis finibus continentur.

Roscius.

ROSCIVS histrio tam erat felix in agendis fabulis, ut quisquis in arte quapiam insignis esset, Roscius vocaretur. Id indicat M. Tull. lib. de oratore 1. Itaque hoc est iam diu consecutus, ut in quo quisq. artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur. Idem in 2. de oratore. Soleo sæpe mirari eorum imprudentiam, qui agunt

agunt in scena, gestum spectante Roscio. Quis enim se commouere potest, cuius ille vitia non videat. Rursus in Eruto: Et in scena Roscium esse intelligat. Hic est ille Roscius Ciceronis concertator, quem ornauit hoc eloquio, ut diceret Virum fuisse tam bonum, ut vnus indignus esset qui in scenam prodiret, & eundem tam præclarum artificem, ut solus dignus esset qui in scena, versaretur. Eodem igitur tropo quo vehementer in consiliis callidum Dædalum vocamus, in laboribus patientem Herculem, in disputando inuictum Achillem, in iudicando Aristarchum, patronum in causis agendis egregie dextrum, Roscium licebit appellare.

Philotesius crater.

Κρατὴς φιλοῦσις, dicitur quo in conuiuio cōciliantur amicitia, qui inos etiam num durat apud Germanos, quibus turpissimum est, post acceptum Philotesium poculum, ueterum offensarum quamuis capitalium meminisse, ne iudices quidem admitterent actionem iniuriarum. Plutarchus in commentario de fortuna Alexandri, qui barbaros armis, Græcos civilibus institutis conabatur ad humaniorem ac sanctiorem vitæ rationem adducere, ὡς, inquit, καὶ κρατὴρι φιλοῦσις μίξας τὰς βίβας, καὶ μέν, καὶ τὰ περὶ κίμους, καὶ διώτας, id est, Velut in philotesio poculo miscens vitas, mores, coniugia ac viuendi rationes. Apud Plautum in Pseudolo, seruus ebrius diis proximum putat, manu candida cantarum dulciferum propinare mitissimam amicitiam. Hefychius indicat hanc φιλοῦσις solere adhiberi post cenam, cum in signum amicitia ex eodem poculo de eodem vino bibunt omnes. Asconius Pedianus in actionem aduersus Verrem tertiam, putat hoc esse, quod M. Tullius criminatur Verrem cum suis potasse more Græco. Nam vulgus existimat illos Græco more bibere, qui largius ac cyathis grandioribus bibunt. At ipse magis probat, ut intelligamus eos Græco more bibere, qui merum bibunt. Id autem solent facere Græci, ut cum in conuiuio libant, primum saluent deos paululum e cyatho profundentes, dein amicos suos: totiesque bibunt merum, quoties deos aut caros suos nominatim vocant. Ita ferme Pedianus. Quidam putant hunc craterem etiam κρατὴς δαίμωνος appellari.

Cithara incitat ad bellum.

PLUTARCHVS libro de fortuna Alexandri secundo, declarat hunc versiculum apud Lacedæmonios solere decantari.

Ερπιοι ὅς ἀντα τῷ σιδῆρι τὸ καλῶς κιθαρῖσθαι. i.

Vergii ad letale ferrum, lepide Cithara canere.

Quo significabant certis citharæ modis sedari motus animorum, aliis addi vigorem ad prælium. Cum Alexander audisset Antigenidam tibia modos incipientem, qui vocantur Harmatij, adeo inflammatus est, ut simul cum armis exsurgens manus iniiceret in proxime assidentes.

Bathyclis poculum.

Βαθυκλῖς καλῖς, id est, Bathyclis calix, dictum videtur in eos qui diuitiis suis soli fruuntur, nemini quidquam impartiētes. Apud Plutarchum in conuiuio septem sa-

pientium Ardalus quidam sic alloquitur Aesopum. Tu numquam huc transmittes poculum ad nos, cum videas istos tamquam Bathyclis calicem inter sese transmittere, ceterum alij nemini inpartientes. Cui respondet Aesopus. At ne hoc quidem poculum est publicum. Siquidem vni Soloniam dudum astat. Bathycles Græcis sonat profunda gloria, quo nomine videtur fuisse quispiam diues sibi viuens sibi que bibens.

Lunæ radiis non maturefcit botrus.

PLUTARCHVS hunc Ionis senarium ceu proverbialem adfert, differens quod luna quoniam radios habet imbecilliores quam sol, excitare possit humores, concoquere non possit.

Μέλας ὅς αὐτῶς ἐπεπώνηται βότρυς, id est,

Neque enim his niger maturus efficitur botrus.

Conuenit in eos, qui conantur quod ob defectum viri non queunt perficere. Refert idem in commentario de facie apparente in orbe lunæ. Accedet plus veneris, si volentes significare disciplinas humanas non præstare felicitatem, dicamus μέλας ὅς αὐτῶς ἐπεπώνηται βότρυς. In αὐτῶς subaudiendum est, καὶ τῶν, i. radiis.

Calliæ defluunt pennæ.

CALLIAS apud Græcos quispiam fuit qui per luxum ac libidinem patrimonium abligerat. In eum vulgaris iocus extitit, καλῖας πτεροῦν, id est, Calliæ defluunt pennæ. Solet enim hoc interdum auibus accidere, vel morbo, vel certis anni temporibus. Quemadmodum & quadrupedibus quibusdam mutantur pili aut villi. Vnde & deplumati dicuntur ac detonsi qui facultatibus exuti sunt. Hoc uerbum πτεροῦν frequenter per iocum usurpatur apud Aristophanem in auibus.

Εν πλάτῃ.

Εν πλάτῃ dictum, accipiendum interpretantur Græci, cum paullulum ultra prescriptum significant esse concedendum, presertim in his quæ sunt humanitatis. Veluti si quis pollicitus solutionem ad diem Augusti decimum, reddat postridie. Iulianus Pandectarum libro 46. Titu. de solut. & lib. cap. Ratum autem dominus habere debet, mox cum primum certior factus est, sed hoc ἐν πλάτῃ & cum quodam spatio temporis accipi debet. Et hunc Iuliani locum citat Vlpianus, eodem libro titu. rem ratam haberi, cap. Quo enim. Rursus libro 13. titu. de conditione eriticia, cap. in hac actio ne. Verius est, inquit, quod Seruius ait, condemnationis tempus spectandum: si vero desierit esse in rebus humanis, mortis tempus. Sed etiam ἐν πλάτῃ secundum Celsum erit spectandum. Non enim debet breuissimum vitæ tempus æstimari. Iterum libro 22. titu. de probationibus, cap. penultimo, Nec hoc queritur, num aliquis meminerit quo die aut quo consule factum sit, sed num hoc aliquo pacto probari possit, quando id opus factum sit: & hoc Græci ἐν πλάτῃ dicere solent, & cetera. Hactenus Pandectæ. Verum illud ἐν πλάτῃ, non norunt Caletij, qui ad horam undecimam iussi claudere portas ciuitatis, statim ad primum nolæ iectum occludunt, repulsis & qui foris stant, & qui egredi cupiunt, utrisque portæ proximis. Cum denunciatur anathema qui ad diem prescri-

Ccc 3 pium

ptum non soluerint, liberantur a fulmine, si ab eo die intra decimum quartum liberarint fidem suam. Hæc ad iuris æquitatem pertinent.

Per Satyram.

VARIARVM rerum mixturam sparsim nulloq. ordine congestarum veteres Satyram appellabant. Apparet vocem primum deductam a lasciuiâ Satyrorum, temere nunc huc nunc illuc salientium. Hinc deflexa est ad cibi genus, quod ex diuersis herbarum formis conflatum est: præterea ad lancem uariis rerum generibus onustam, quæ sic diis offerebatur, non aïssimilis illi poculo quod Græci πενταπλοον, quintuplici rerum differentia, siue αὐρα a mixtura vocabant, de quo nobis supra dictum est. Festus ait Satyram siue Satyram dici cibum uariis rerum generibus conditum, aut legem aliis multis confertam legibus. Itaq. in sanctione legum adscribi solere, ne ue per Satyram derogato aut abrogato, cum significant totam legem esse seruandâ. Citat Annium Luscum ex oratione quam habuit aduersus Tyberium Gracchum: Imperium quod plebs per Satyram dederat, id abrogatum est. Citat & C. Lellium ex ea quam pro se dixit. Postero die quasi per Satyram legem sententiis exquisitis, in deditione accipitur. Legem Satyram interpretantur, quæ eadem multas res complectitur: quemadmodum Iugurtha acceptus est in deditionem, sed multis præscriptis conditionibus, ut triginta daret Elephantos, pecus atque equos multos, cum magno argenti pondere. Usus est hoc adagio Iustinianus in præfatione Pandectarum: Et primo quidem, inquit, anno hoc opus tradebatur legentibus non secundum edicti perpetui ordinationem, sed passim & quasi per satyram collectum, & uile cum inutilibus permixtum, maxima autem parte inutilibus deputata. Itidem Sallustius in bello Iugurthino, Quasi per Satyram sententiis exquisitis in deditionem accipitur. Hæc Sallustius dicit de Iugurtha, nec sunt in cuiusquam oratione, nec ibi quisquam aderat Lellius: unde necesse est locum apud Festum esse mutuum. Verba Lelii sunt omissa, simul cum nomenclatura Sallustij.

Nec præceps fueris ad iurandum.

NON nullis haud vulgariter eruditus videtur & hoc adagiis annumerandum, quod refert Vlpia. lib. Pandect. 12 capit. 13. Titu. de iureiurando circa finem. Si quis, inquit, iurauerit in re pecuniaria per genium principis, dare se non oportere, vel intra certum tempus, & peierauerit, vel si dare oportere, vel intra certum tempus iurauerit se soluturum, nec soluerit, Imperator noster cum patre rescripsit, iustibus castigatum dimittere, & ita ei superindici, προπητὼς μὴ ὄμνῃ. id est, ne fueris ad iurandum præceps. Habebit prouerbij speciem, si quis hominem post acceptum malum admoneat, προπητὼς μὴ ὄμνῃ.

Ex syngrapha agere.

SUNT & illa formæ a iureconsultis ductæ versæ in prouerbum. Ex syngrapha agere, ob signatis tabulis agere, pro eo quod est, rigide parumq. ciuilitate, sed velut ex obligatione. Cicero pro Murena: pergitis ne vos tamquam ex syngrapha agere cum populo? Syngra-

pha Latinis sonat conscriptionem, quod utriusq. manu conscripta utrisq. partibus tradi solet: & in hoc syngraphæ differunt a tabulis, quod tabulæ ab una parte tantum seruari consueuerunt. A chirographo, tabulis, codicillis differt Syngrapha, quod in illis non scribantur nisi acta, in hac etiam contra fidem actionis pactio venit, & non numerata pecunia, aut non integre numerata pro temporaria voluntate hominum scribi solet. Ita propemodum Asconius Pedianus in Verrinarum tertio.

Iniuria soluit amorem.

IN Græcorum epigrammatibus prouerbij titulo citatur ὕβρις ὁρῶντες ἑλυσί, id est, iniuria siue contumelia soluit amores, quod contemptus amor plerumq. vertitur in iram, ira in odium. Sic in comædia Phædria: Exclutit, reuocat, redeam? Non si me obsecret. Item Horatius, Nam si quid in Flacco viri est, Non fert assiduas potiori te dare noctes, Et quæret iratus parem, Nec semel offensa cedit constantia formæ, Si certus intrarit dolor. In epigrammate queritur amans hoc dictum falso iactari vulgo, quod ipse ab amica exclusus non sine conuicio, cum iurasset se toto anno non rediturum ad illam postmodum diluculo supplex ad eam redierit. Carmen sic habet,

ὕβρις ὁρῶντες ἑλυσί, μὰ τὴν ὁδὸν μὲν ἀλὰ τῶν,
ὕβρις ἔμην ὁρῶντες μὰ τῶν ὁρῶντες ἑλυσί. id est,
Falsum est quod iactant iniuria soluit amores,
Morbum quippe meum prouocat illa magis.

In genere tamen verum est officiis mutuis ali beneuolentiam, iniuriis extinguui.

Quod pulchrum, idem amicum.

Τὸ καλὸν φίλον, id est, Quod pulchrum amicum. Inter prouerbia conciliantium amicitiam, refertur & hoc apud Platonem in Lyside, καὶ κινδυνώδην κατὰ τὴν ἀρχαίαν παρεμύθεον, τὸ καλὸν φίλον ἦν, id est, Ac propemodum apparet iuxta vetus prouerbum, quod pulchrum est, amicum esse. Qui commodi gratia amat, non amat vere, sed quod pulchrum est per se amatur. Unde Aristoteles, percontanti qui fieret ut libentius colloqueremur cum formosis quam cum deformibus, respondit, eam percontationem esse cæcorum. Nihil autem virtute pulchrius, eoq. nec amabilius quidquam.

Mortuo leoni & lepores insultant.

ΕΧΤΑΤ epigramma Græcum, cuius argumentum sumptum est ex Homericæ Iliad. χ. ubi Hectorem ab Achille iam interfectum circumstant Græci mortuo insultantes, nec quisquam erat qui extincto non aliquod vulnus infligeret. Sic enim habet Homerus,

ἄλλοι δὲ περίδραμον ὕψος ἀχαιῶν,
οἱ καὶ θνήσκοντες φωνὴν καὶ ἦδος ἀγῶνι
ἐκτορες, ἐδ' ἀρχὴ οἱ τίς ἀνστήτιναι παρῖσι, id est,

At reliqui accurrunt Græci, cinguntq. cadaver Hectoris, eximiam speciem formamq. stupefcentes. Nec tamen astitit exanimi sine vulnere quisquam.

Ac paullo post:

ὡς ἀρχαίτις ἐπὶ θύκῃ, καὶ ἀπὸ τῆς παρὰ πᾶσι. id est,
Dixerat

Dixerat hæc aliquis, simul & vulnus dedit astans.

Epigramma sic habet :

Βέλλεπ' ἄν' μετὰ πότμον ἔμον δ' ἔμας, ὅπ'ι καὶ αὐτοῖ
Νικρὲς σῶμα λείοντος ἐφύβρι' ἔσι λαγῶσι. id est,
Nunc telis petiote meum post fata cadauer,
Audet vel lepus exanimi insultare leoni.

Dictum est alias de his qui mordent mortuos, cum lar-
uis luctantur, & cum umbris depugnant.

Lingua non redarguta.

PLATO in Theæteto, Ἀπὸρ ὅς ἐστι οἰκονομῶν ὅτι ἐστίν, ὁρι-
πιδόντι ἐμβύσιται, ἢ μὴ γὰρ ἡ αἰσθητικὴ ἡμῶν ἴσας
ἢ δὲ φρονεῖν οὐκ αἰσθητικὴς, id est, ut videtur si posse re-
sponderis, Euripideum quiddam nobis accidet, lingua
quidem nobis erit irredarguta, mens autem non erit ir-
redarguta. In eos quadrat qui rationibus conuicti non
cedunt tamen, sed tergiuersantur reclamantes aduer-
sus suam ipsorum conscientiam.

Pugno tenere.

Ἀπὸρ τῶν χαρδίων λαβίδων, id est, Pugno stringere dicitur,
quod ipso contactu sentitur. Sic Plato in Theæteto,
οἱ δὲ δὴν ἀλλο οἱ ὁμοῖοι εἶναι, ἢ δὲ αὐτὸν δὴν ὁμοῖον ἄπρ' τῶν
χαρδίων λαβίδων, id est, qui nihil esse putant, quidquid nō
possint strictim manibus apprehendere. Loquitur
de his qui non existimant quidquam esse in rerum natu-
ra præter res corporeas, & sensibus expositas: actio-
nes, generationes, & huius generis alia, quæ intellectu
non sensibus percipiuntur, existimant esse inania voca-
bula. Talis visus est Platoni Diogenes, qui dicebat se
cyathos & mensas videre, cyathitates ac mensita-
tes, quas Plato commemorabat, non videre. Sed vi-
cissim audiuit, Nimirum oculos quibus cyathi & men-
sæ videntur, habes: mentem qua cyathitates ac men-
sitates cernuntur, non habes. Tam crassum ingenio-
rum genus Plato veluti prophanium a philosophiæ my-
steriis iubet arceri. Vtius enim sunt quæ non viden-
tur, quam quæ videntur: & certius ea scimus quæ ra-
tione colligimus, quam quæ manibus contrectamus.
sensuum enim iudicium fallax est.

Aut abi aut exuere.

PLATO in Theæteto significat apud Lacedæmonios
hunc fuisse morem, ut in publicis certaminibus nemi-
nem cogerent ad congressum, sed legem edicebant ἢ
ἀπὸν εἶναι, ἢ ἀπὸ δὴν εἶναι, id est, aut abire aut exui. Græ-
cis autem ἀποδύνασθαι dicuntur, qui se parant certami-
ni, quod campestriati luctarentur olim, cetera nudi un-
de hæc ipsa vox ἀποδύνασθαι quoties transfertur ad re-
animi, velut ad disputandum, aut repugnandum car-
ni, prouerbij vim habet. Ita frequenter usurpat diuus
Chrysostomus, ac diuus Basilus. Simile est id quod
alibi dicitur, aut bibat aut abeat.

Crisonem Himeræum præcurrere.

PRODIGIOSA celeritas Crisonis videtur locum de-
disse prouerbio. Sic enim Socrates apud Platonem in
Protagora, rogatus ut institutam cum Protagora di-
sputationem peregeret, βελομένῳ αὖ χαρδίων ὁμοῖοι εἶ-
ναι δὴν εἶναι. Νῦν δ' ἐστίν, ὡς ὁ αὐτὸς δεικνύει κρίσιν
τῶν ἡμετέρων δρομῶν ἑκάστῳ ἐν τῇ ἐπιστάσει, ἢ τῶν δρομῶν χαρδίων

μὲν τῶν ἡμετέρων δρομῶν διατῆναι καὶ ἐπεδῆναι, id est,
Optarim quidem tibi morem gerere, si quod petis, meæ
facultatis esset. Nunc perinde est, ac si me roges ut
Crisonem Himeræum insignem cursorem sequar, aut
dolichodromon quempiam, aut hemorodromon perpe-
tuo æquem cursu sequarq. Himera Sicilia ciuitas est,
quamquam eiusdem nominis est altera in Africa. Vnde
Crison dictus est Himeræus, celeritate currendi ce-
lebris, qualem refert lib. 7. Plinius fuisse Philippi-
dæ, & Canistium Lacedæmonium, cumq. his Philonidem
Alexandri magni cursorem. Dolichodromi dicebatur,
qui perpetuo impetu duodecim stadia decurrebat. He-
merodromi, qui totum diem a mane usque ad vespertinam
citra respirationem currebant. Plinius scribit puerum
nouem natum annos a meridie usque ad vespertinam con-
tinuasse cursum. Unde Græci poetæ solem appellant
ἡμωδρόμον, quod singulis diebus cursum suum pera-
gat, quasi vero noctu requiescat in diuersorio The-
tidis.

Charadrion imitans.

Χαράδριον μιμήμενος, id est, Charadrion imitans, dici soli-
tum de dissimulante, ac rem utilem occultate. Suidas
refert hunc senarium Scaxontem ex Hipponacte,
Καὶ μὲν καλύπτεται μὲν χαράδριον πονεῖν. id est,
Et num Charadrion queso venditor celat.

Item Aristophanes in Auiibus,

ἄλλως δὲ ὁ ὑπὸν ὡς οἰκὸν εἰς τὴν λὸχμῶν
ἐμβὰς ἐπὶ ὧσι χαράδριον μιμήμενος. id est,

Alioqui vrpupa ut videtur saltum ingressa abdidit se-
se, Charadrion imitans. Quo loco interpres fere cum
Suida consentiens, narrat hunc aui vim inesse medicā,
ut illius aspectu facile sanetur, qui laborant ietero siue
regio morbo: eamq. ob causam qui vendunt occultat
eam, relicitator remedium sentiat priusquam emerit.
Addit eam auem mutare colorem ad similitudinem
eorum quibus admonetur: non deesse tamen qui sen-
tiant non aspectum, sed esum auis, habere remedium.
Vocem autem distingui accentu, nam si pronuncies vl-
tima acuta χαράδριον declarari auem, si penultima
acuta χαράδριον diminutium a χαράδρα significari
voraginem, siue terræ hiatus, quod in hunc delabens
aqua melodiam quandam reddere videtur. Tantum ex
his quæ indiligenter a Suida sunt congesta tradere li-
cuit. Meminit huius auis & alias Comicus in eadem
fabula ὅδ' ὡς ἐφ' ὅσον καὶ τῶν οἰκῶν εἰς τὴν αἰετῶν οἱ χαράδριον,
id est, aquam ex imo portabant in aerem Charadrij.
Interpres addit aui nomen inditum, quod in voragini-
bus gaudeat versari. Socrates apud Platonem in Gor-
gia, cum Callinicen eo pellexisset, ut fateretur beatam
vitam non esse sitam in copia rerum, sed in perpetuo
influxu: nam qui satur est, aut non sitit, quoniam nec
voluptatem, lapidis more viuit, potius quam hominis:
ita subiicit. χαράδριον τινὰ αὐτὸν βίον λήγειν ἄλλ' ὁ νεκρὸς
ἔδει λῆξαι, Rursus tu Charadrij quandam narras vitā,
non mortui lapidis ue. Marsilius vertit auem, cum
Socrates videatur sentire de voragine, in quam cum
perpetuo decurrat aqua, numquam tamen expletur:
nisi forte Charadius auis est de numero voracium,
quemadmodum & Larus, ut hinc nomen inuenerit a
Charadra ductum.

Ccc 4 Quan-

Quantum pedibus potes .

SOCRATES in Gorgia Platonis ita loquitur, σὺ φρεσὶν μὲν δυνάμει καὶ ἀσκήσει, ἀκροασιὰ δὲ φρονέων, οὐκ ἔχουσιν οὐδὲν ἑκαστος ἑμῶν, id est, Temperantiam quidem sectari atque exercere oportet. Contra, intemperantiam fugere, quantum quisque nostrum pedibus ualeat. Id quo longius transfertur a rebus corporeis, hoc magis accedit ad prouerbiu celeritatis. Quod in corpore sunt pedes, hoc in animo sunt affectus, quibus expetimus aliquid aut refugimus.

Vasis instar.

Αγνὴς ὡς κλυ, id est, Vasis instar loqui dicitur, qui cum ob imperitiam ex se nihil possit adferre, ab aliis audita profert. Fons ex se liquorem habet, vas ni aliunde infuderis siccum est. Homines autem qui vacant eruditione, per aures implentur. Socrates in Phaedro Platonis: ὅτι μὲν ἐν παρῇ τῇ ἡμαυτὸς εἰδὼν αὐτῶν εὐνοῖα καὶ εἰδὼν, σιωπῶντες ἡμαυτῶν ἀμαθεία, λείπεται δὲ οἱ μὲν ἐξ ἀπορίας πρὸς τὰ γινώσκοντες διὰ τὸ ἀκούειν πλεονάζει μεδί- κλων ἀγνὴς, id est, Nihil horum ex me ipso excogitavi fateor, imperitiæ mihi conscius. Superest igitur, ut aliunde ex alienis fluentis per aures fuerim impletus instar vasis.

Vt lupus ouem.

Ὡς λύκος ἄρνα φιλεῖ, id est, Vt lupus ouem amat, qui sui commodi gratia simulat amorem. Nam is vulgo dicitur amor, cum reuera, sit odium. Iuuenis enim cum puellam venatur, ut illi pudicitiam, thesaurum incomparabilem eripiat, ut pro honesta fama turpi rumore traducat, ut parentibus, amicis ac bonis omnibus iniuriam reddat: denique, ut quod est omnium carissimum, bonam mentem eripiat, quæso quid deterius hostis faciat hosti? Socrates citat carmen in Phaedro veluti populari usu iactatum:

ὥς λύκος ἄρνα φιλεῖ, ὥς παῖδα φιλοῦσιν ὄρεσσι, i.

Vt lupi oues, ita amat puerum vesanus amator.

Maro:

Torua leana lupum sequitur, lupus ipse capellam, Florentem cytisum sequitur lasciuia capella.

Et Horatius:

-Non ego te tigris ut aspera,
Getulus ne leo frangere persequor.

In nauibus educatus.

Εὐνοῦσιν πέραμμορος, id est, in nauibus educatus dicebatur, qui rudis esset & alienus a moribus liberabilibus, sensuque communi. Solet enim fere nauticum genus suo elemento respondere, quod a ciuiliu hominum commercio submotum uinat. Ita Plato in Phaedro, πῶς οὐκ αὐτοὶ οἱ αὐτῶν ἡμεῖς αὐτοὶ εὐνοῦσιν πέραμμορος, id est, An non putas illum existimatum, sese audire homines in nauibus alicubi, educatos. Plauti in Cistellaria, mores agrestes appellat maritimos, immo potius inconstantes, quod mare vicibus æstuariis accedat recedatq. Plauti verba sic habent, Ita me amor lapsum animi ludificat, fugat, agit, appetit, raptat, retinet, iactat, largitur, quod dat non dat, deludit, modo quod suadet dissuadet, quod dissuasit id ostentat, maritumis moribus mecum experitur, ita me-

um frangit amantem animum.

Magis quam sol Heracliti.

QVI sine spe reparationis deficiunt, eos Socrates apud Platonem de Rep. libro 6. μάλλον τοῦ ἡρακλεμπίε ἢ λῆς ἀποσβέννυσθαι, hoc est, magis ipso Heracliti sole extingui dixit. Agit illic de senibus qui ad perdiscendas philosophiæ difficultates idonei non sunt, in adolescentia defatigati. Heraclitus enim existimauit solem scaphæ speciem habere, eiusq. lumen deficere quoties canum ad superiora vertitur, sed rursus fieri lucidum postquam inuertitur. Non dissimile somnium de sole prodidit Xenophanes, qui putauit eum in occasu perire, sed exortu nouum fieri solem. At senes numquā renouantur ad vigorem iuuenilem. Huc adlusisse videtur Horatius in odis,

Damna tamen celeres reparant cælestia luna,
Nos ubi decidimus, &c.

Cenum barbaricum.

Βαρβάρους βαρβαρικῆς, id est, Cenum barbaricum, pro vehemēti stupore mentis apud Platonem lib. de Repub. 2. ponitur. Laudat enim illic dialecticam quæ sola mentem ignorantiae immersam erigit attollitq. a vulgari- bus opinionibus, ad solidam veri cognitionem. καὶ πῶ ὄντι inquit, εἰ βαρβάρους βαρβαρικῆς τινὶ τὸ τὸ ψυχῆς ὅμα κατὰ τὸν νόμον ἡρεῖα ἔλκε καὶ ἀσάγει ἀνῶ, id est, Ac re vera barbarico quodam ceno demersum animi oculum, paulatim trahit subuehitq. sursum. Barbarus a borboro per contemptum dictum videtur.

Non e quercu aut faxo.

Οὐκ ἐκ δρυὸς ἢ ἐκ πίτερος, id est, Non e quercu faxo ue, cum significamus non constare materia externa, sed ex animi virtutibus. Veluti vulgus ciuitatem appellat, muros ac domos e lapidibus lignisq. constructas. Ecclesiam appellat structuram simili materia congestam, cum re vera ciuitas constet hominum moribus, & ecclesia sit animorum in vera religione consensus. Plato libro de rep. 7. οἱ ἐκ δρυὸς ποδὶς ἢ ἐκ πίτερος τὰς πολιτείας γίνονται αἱ, ὅχι ἐκ τῶν ἰδίων τῶν ἐπὶ ταῖς πόλεσιν, id est, An existimas e quercu qualibet, aut e faxo respu. fieri, ac non potius ex moribus eorum, qui in ciuitatibus versantur?

Pfallium iniicere.

Υάλλιον ἰμβάζειν, id est, Pfallium iniicere dicuntur, qui ferocientem animum moderamine quopiam premunt, metaphora sumpta ab equis animosioribus. Plato lib. de Legibus 3. εἰ δὲ τρίτος σώτηρ ἡμῶν, ἵτι παρὰ νόμον καὶ θυμῷ μολῶν ἀρχὴν ἔσται, οἱ δὲ τὰ ἔχοντες οὐ βλάπτει αὐτῶν, τῷ δὲ ἰσχυρῶν δύνανται, id est, At tertius vobis seruator, luxuriantem etiam nūm frementemq. conspiciens principatum, veluti pfallium illi iniicit, Ephorum potentiam. De Lacedæmoniorum republica loquitur, in qua quinque Ephori sunt instituti, ad temperandam regiæ potentiam. Pfallium autem est circulus, qui freno additur, unde & pro freno ponitur interdum. Nisi forte adlusit ad bubalos, qui circulo ferreo naribus iniecto circumaguntur, unde prouerbiu naribus trahere, quod alio dictum est loco.

Principium,

Principium; medium, fini.

PLATO libro de Legibus quarto, refert hoc quasi vulgo decantatum, deum vniuersitatem rerum omnium completi, hoc est, principium, medium & finem. Ab illo enim omnium quæ sunt, initium, incrementum, & summa. Α.δ.δ. τοιναυ φάμην πρὸς αὐτὸς ὁ μὴ δ' οὐκ ἔστι, ὅπου ἔστι παλαιὸς λόγος, ἀρχή τε καὶ πλουσιώ τε καὶ μέγα τῶν ὄντων ἀπάντων ἔχον, διαβῆαι περ αἰών, κατὰ φύσιν περίπρῶδ' ὁμοιωτος, id est, Sic igitur illis loquamur, Deus quidem ὁ viri, quem admodum & veteri proverbio dicitur, omnium quæ sunt, principium, finem ac medium continens, rectum peragitur cursum, secundum naturam circumiens.

Orphica vita.

Ορφικὸν βίον, id est, Orphicā vitam Plato libro de Legibus sexto dixit vitam immoxiam, & a luxu sanguinolentisq. dapibus puram. Huiusmodi siquidem vita rationem Orpheus instituisse videtur, ut non solum sanguine pecudum non inquinarent ar. us deorum, verum ne vesci quidem ullius animantis carnibus sustinerent, sed libis ac frugibus melle conspersis sacra facerent, nec aliis ipsi vescerentur. Platonis verba sunt hæc. Ὁ δ' ορφικὸς τινος λεγόμενου βίου ἐστίν ο ὡς οὗτος τὸ π, id est, Sed orphica quædam ut dicitur, vita tum erat vestris illo sæculo. Videtur Orpheus hoc conatus apud Thracas, quod Pythagoras tentavit apud Ionios, Numa apud Romanos.

Ambrones.

AMBRONES olim vulgo dicebantur, qui rapto ma-
 lisq. artibus viuerent. Originem indicat Festus Pom-
 peius, admonens eam fuisse Galliarum gentem, quam
 cum mare inundans finibus suis depulisset, per aliena
 oberrantes rapinis ac prædationibus se suosq. alere
 cœperunt. Manus erat formidabilis non numero tan-
 tum dicuntur enim fuisse triginta milia, verum etiam
 tum animorum ferocia, tum ratione pugnandi. Siqui-
 dē conferti rhythmis & concentu quodā in hostē fere-
 bantur, subinde intonātes, Ambrones Ambrones: siue
 ut hac voce suos in vñ conuocarent, siue ut hostibus
 terrorem incuterent. Ab his victi fuerant Romani
 duces Manlius & C. Cæpio: sed primum a Liguribus fra-
 cti sunt, mox a C. Mario prostrati, tandem ad aquas
 Sextias vnā cum Cimbris ac Teutonibus deleti sunt.
 Ita ferme Iulius Florus in Epitoma libri 68. & Plu-
 tarchus in vita C. Marij. Simili modo Cilicis vocabulū
 abiit in conuiciū rapacitatis ac prædationis.

Vinaria angina.

De ἀγγυάρῃ, id est, angina argentaria, quæ multis præter Demosthenē vocem intercipit, iam antea diximus. At Festus Pompeius indicat ioco iactatum in eos qui vino præfocantur laborare vinaria Angina quam σινάριον possis dicere.

Tituillitium.

FITIVILLITIVM voxerat olium nullam quidem rem certam declarans, sed velut interiectio contemptum extremum indicabat, qualis est apud Græcos *ἡντιμολογία*. Plautus citante Festo Pompeio, Non ego

isthuc verbum emptrem titinillio. Locus autem est in Cassina. Similis vox est apud eundem Festum Butubata, qua tamen usus sit Nevius pro uigatoriis nihilq. rebus. Nonius autem putat Pipolo, conuicij fuisse vocem. Plautus in Aulul. It me bene amet La uerna, iam nisi vasa re..di iubes pipolo hic differam ante ades.

Nihil potest, nec addi nec adimi.

DE perfectis operibus ita vulgo dici solitum indicat
Aristoteles libro moralium Nicomachiorū secundo.
ὅσοι ἀδύσασιν ἐπιλήξιμι ποῖον ἐχέσθαι ὄργανον, οἷον καὶ ἀν-
ελύναι τὴν, ἢ περὶ δύνανται, id est. Unde de operibus quæ be-
ne habent ita solent predicare, nec adimere possis, nec
addere. Nam ut bene sit aliquid præstat mediocritas,
tollit excessus, aut defectus: excessum inducit, qui ad-
dit: defectum, qui adimit. De Lucillio scripsit Hori-
tius,

*Cum fluet lutulentus, erat quod tollere velles.
De Demosthene ac Cicerone dictum est, illi nihil posse
demi, huic nihil posse addi.*

Virtus simplex.

DUBITARI possit verum versus sit vulgo iactatus, quem ut omnibus notissimum citra nomenclaturam reuulerit Ethicorum 2. Aristoteles, an imprudenti exciderit versus pentameter. Differens enim e sententia Pythagoræ, errorem esse infinitum, virtutem finitam, quemadmodum in nemore mille modis aberratur a recta via, cum ea sit unica: eoq. vitium esse in proclui, virtutem in arduo, quemadmodum facile est a scopo aberrare, sed scopum attingere difficile est: subiungit, ἡ δὲ αἴσθησις ἡ ἀπὸ πάσης τῆς κακίας. id est, Est simplex virtus, omnigenum vitium.

Extra fumum & yndam.

*ARISTOTELES eodem libro refert verſum Home-
ricum ut vulgo decantatum,*

ὡς τὰ μὲν καὶ πῦρ καὶ κύματος ἐκ τῶν ὄντων

Nix.

id est,

A fumo navium simul atque a fluctibus arce.
Aristoteles indicat esse verba Calypsus adhortantis
Ulysses, ut neque nimium littori vicinus nauiget, su-
mum secutus, neque se profundo credat pelago, sed
in medio secet. m: quod ibi periculum sit a saxis &
radis, hic ab undis. Argropylos autem interpretes
ea verba tribuit Circe, quid secutus nescio.

Communis tamquam Sifapo.

PROVERBIALI schemate sine controuersia dictum
est. M. Tullius Philippica secunda: Domum dico? Quid
erat in terris ubi in tuo pedem poneret? præter unum
misenum, quod cum sociis tamquam Sisaponem tene-
bas. Sensit Antonium Misenum non habuisse ut ve-
ram possessionem, sed ut venam redemptam ad que-
stum. Plinius libro 33. cap. 7. docet minium quod Græ-
ci *μινιον* appellant, non nulli Cinnabar, apud præcos
non tantum summo in pretio, sed etiam in magna relli-
gione fuisse. Nam festis diebus simulacra deorum mi-
nio oblinebantur, quemadmodum & triumphantes,
quod tamen Galba senex in se fieri passus non est, ut
refert Cornelius Tacitus. Sisapo autem Beticæ oppidū
est.

est, olim Romanis vestigale, venas habens miniarias. Neq. enim temere Romam aliunde minium aduehebatur. Negat autem Plinius vllius rei Romanis fuisse diligentiorē custodiam. Neq. enim ibi fas erat perfici minium, excoquiq. ubi nascebatur: vena signata ad dena milia fere pondo annua, Roma lauabatur. In vendendo lex præscribebat pretij modum, ne in immensum excederet. Sed multis modis adulterabatur, unde inquit, præda societati. Et mox de minio adulterino, Hoc ergo adulteratur in officinis sociorum. Ex his liquet eam regionem in multos socios fuisse diuisam, quemadmodum & hodie metalla argentaria aurariae iuxta certos tractus a redemptoribus occupantur.

Modo palliatus, modo togatus.

IN hominem inconstantem ac lubricæ fidei diuersarumq. partium eleganter torquebitur: veluti si quis subinde mutato vitæ genere, nunc Cidarim gestet theologicam, nunc cum paludamento militari incedat. M. Tullius Philippica quinta: Accipiet ne accusationem is qui quæstioni prærit Græci iudicis, modo palliati, modo togati? Pallium Græcorum est, ut toga Romanorum: utraq. tamen uestis pacis est, quemadmodum saga sunt belli.

Neq. terræ motus timet, neq. fluctus.

ARISTOTELES libro Moraliū Nicomachiorum 3, docens eos, qui non habitu virtutis, sed immanitate quadam naturæ nihil omnino formidant, nequaquam appellen dos esse fortes, sed *μαυνομένους καὶ ἀνάλγητους*, hoc est, in sanos & stupidos sensusq. expertes, *οὐδὲ γὰρ ἐν αὐτοῖς καὶ ἀνάλγητος, καὶ ἀνάλγητος, καὶ ἀνάλγητος, καὶ ἀνάλγητος*, id est, Fuerit autem quispiam insanus ac doloris sensu vacans, si nihil metuat, neq. terræ concussiones, neq. fluctus, quemadmodum de Celtis prædicant. Nihil enim horribilius mari commoto, terræ vero concussio videtur inferorum ad superiorum sedem eruptionem minitari. Tanta autem erat quarundam Galliæ Germaniæq. gentium immanitas, ut nec his terrentur, quæ maxime sunt natura horrenda. Quod autem Aristoteles *μαυνομένων & ἀνάλγητων* pro eodem usurpat, arbitramur huc respexisse Diogenē, qui rogatus quis ipso deretur Socrates, *μαυνομένος* inquit: videlicet eo quod aduersus omnem corporis molestiam obduruerat, cum alioqui esset omnium iniuriarum tolerantissimus: nisi forte Diogenes hoc quoq. stupori tribuebat non virtuti, quod ne colaphis quidem provocari posset, ut vel tantillum excandesceret.

Campana superbia.

FELICITATIS comes esse solet ferocia. Campaniam aut. Italia quondam fuisse regionem longe beatissimam testantur, tum alij complures, tum Plinius lib. 3. cap. 5. Hinc inquit felix illa campania est, ab hoc sinu incipiunt viisiferi colles, & temulentia nobilis, succo per omnes terras inclyto, atq. ut veteres dixere, summū Liberi patris cum Cerere certamen: & cetera quæ sequuntur, de fertilitate simul & amœnitate Campaniæ. Constat autem Capuam olim cum Roma de Prin-

cipatu concertasse. Hinc Campana superbia, & Campana arrogantia in prouerbum venit. M. Tullius in oratione pro Rullo: Itaq. illam Campanam arrogantiam, atq. intolerandam ferociam, ratione & consilio maiores nostri, ad inertissimum ac desidiofissimum otium perduxerunt. Sic & crudelitatis infamiam effugerunt, quod urbem ex Italia pulcherrimam non sustulerunt, & multum in posterum prouiderunt, quod neruis urbis omnibus exectis urbem ipsam solutam ac debilitatam, reliquerunt. In eadem aliquanto post, Capuam domicilium superbiæ sedemq. luxuriæ vocat. Itaq. c. c. c. coloni Capuæ in domicilio superbiæ atq. in sedibus luxuriæ collocati. Quemadmodum in oratione habita in senatu post reditum suum: Capuæ ne, inquit, te putabas, in qua urbe domicilium quondam superbiæ fuit, consulem esse, sicut eras eo tempore. Rursus in fragmento orationis contra eundem: Qui locus propter ubertatem agrorum, abundantiamq. rerum omnium superbiā & crudelitatem genuisse dicitur. Ac mox: Si luxuries Annibalem ipsum Capuæ corrumpit, si superbia nata inibi esse, ex Campanorum fastidio dicitur Titus item Linius libro primæ Decad. 9. scribit Campanis ingentem esse superbiā. Ad hæc Aulus Gellius lib. 11. cap. 24. Næuium epitaphium, quod in seipsum tumidius prædicat, ait esse plenum Campanæ superbiæ. Opinamur autem Næuium fuisse Campanū. Ita quemadmodum olim omnem insignem perfidiam populus Punicam appellat, sic cuiuslibet ferociam Campanam appellabat. At nunc de moribus gentis nihil dicemus.

Αὐτοβασίς.

ANTE retulimus prouerbum *αὐτὸς αὐτὸν ἀλάττει*, id est, ipse sui tibi cenat. Huic simillimum est quod unico verbo Græci dicunt *αὐτοβασίς*, si quis sua voce seipsum prædicat, hoc est, ipse sui præconem agit. Solent enim præcones hominum venalium artes ac dotes euulgare, quo magis emptorem iritarent. Ridiculum autem habetur, hominem sui præconem esse. Congruit cum eo quod a libi diximus *οὐκ ἔστιν ὁ μαέστρος*. Prouerbum refertur apud Suidam. Simili figura dicunt Attici, *αὐτοῖς ἐμὰ σὺν ἀπὸ τοῦ*, una cum ipsis dictis pereas. & Aristophanes in Equitibus, *τὸν παρὰ τὸν αὐτὸν βαλὼν ἀπολέσθαι οἱ εἶσι*, id est, Paphlagonem ipsis cum consilijs perdant dii. Et mox, *αὐτὸς διαβόλως*, id est, una cum ipsis calumnijs.

Sterilem fundum ne colas.

στειρὸν ἀγρὸν μὴ σπείρειν, id est, Agrum sterilem ne colas. Refertur inter leges Platonicas. Hoc enigmate lex apud Platonem verecunde deterret a venere mascula, si satis cōmeminim⁹. In octauo de Legibus, ait illos facere sementem in petras. Potest tamen ad alios usus accommodari. Ne doceas indocilem, ne felicitatem quæras in diuitijs. Non enim pariunt homini beatitudinem. Plautus in Amphitryone: Nam uxorem usurariam perinde est præberier, ac si agrum sterilem sarriendum collores.

Scarabeus citius faciet mel.

AD τὴν ἀδωκῆτων classē pertinent, quæ referuntur in Epi-

Epigrammate Palladae, Citius mel facit scarabeus aut lac culex,

Θάπρον ποικίον μέλι καὶ δέλεος ἢ μέλα κανὼν. id est, Mel citius faciet scarabeus, & ante culex lac.

Terram video.

QVI molesti prolixique laboris finem adesse significabat dicere solet, γῶν ὄρεω, id est, terram video. Sumptum a nauigantibus. Quintus Curtius lib. 4. Haud secus quā profundum aquor ingressi terram oculis requirunt. Plautus in Mercatore, Equidem iam me censebam esse in terra. M. Tullius in oratione pro L. Murena, Quod si portu soluentibus, ij qui iam in portum ex alto inuehuntur, præcipere summo studio solent, & tempestatum rationem, & prædonum, & locorum: quod natura affert ut eis saueamus, qui eadem pericula quibus nos perfundenti sumus, ingrediantur: quo tandem animo me esse oportet prope iam ex magna iactatione terram videntem, in hunc, cui video maximas reipub. tempestates esse subeundam. Idem in Catone Seniore: Quasi terram vidcam: sentiens instare vitæ finem. Diogenes cum prolixum volumen recitans tandem eo peruenisset, ut libri finem videret, Ene habet, inquit amici, γῶν ὄρεω, id est, terram video.

Incantatione quauis efficacius.

Πάσης ἐπιδούσης ἐξόρυγος, id est, Quauis incantatione efficacius. Priscus persuasum erat prodigiosam inesse vim vocibus incantatorum. Plato in epistola ad Hermiam, Eraclum, & Coriscum, ἵμαι ὅτι καὶ τὰ καὶ αὐτῶν τὰς παρ' ἡμῶν ἐστὶν ὅτι ἐκείνους λόγους ἐπιδούσης ἡσυχίας μᾶλλον αὐτοὺς συμβῆναι καὶ σωθῆναι πάλιν εἰς τὴν πρεσβύτητα φιλοδωτοῦναι τὴν κοινότητα, id est, Arbitror enim sermones hinc a nobis profectos, iustitia ac pudore vos quauis incantatione magis conciliaturos ac redacturos in prius statum concordiam.

Inuidus vicini oculus.

ALICLYTVS Eucymoni: δυσμενὲς ὅτι καὶ βλάσκαρος ὁ τῶν γειτόνων ἐφθάλμος, φασὶν ἢ περιμία, id est, Maleuolus & inuidus vicinorum oculus, inquit prouerbiū. Repexit, ad Hesiodium dictum de figulo, cantore, & vicino, quod alibi retulimus. Sic Ouidius, Fertilior seges est alieno semper in agro, Vicinumque pecus grandius vber habet.

Eodem collyrio mederi omnibus.

LEGES, admonitiones & obiurgationes non oportet omnibus easdem adnouere, sed pro gentium temporum & ingeniorum varietate sermonem attemperare. Hæc dexteritatem beatus Hieronymus enarrans epistolam ad Ephesios, laudat in Apostolo Paulo, qui factus est omnia omnibus, ut omnes lucrificeret. Verba Hieronymi citantur dist. 29. Nec ad instar, inquit, imperii medici vno collyrio omnium oculos vult curare. Alii retulimus ex Galeno, Eundem calceum omni pedi inducere.

Funditus, radicitus &c.

QVOd prorsus ac citra spem instaurationis perditur, funditus ac radicitus tolli dicitur, quorum alterū sumptum est ab edificio, cum amputantur rami, verum etiā

ipsa stirps inciditur, aut una cum radicibus tollitur. Acinetus Phæbianæ exprobrans amicæ, quod ab ea rebus omnibus exutus iam fastidiretur, εἴπως, inquit, ὅλον μὲν αὐτὴ κατὰ τὴν παροιμίαν ἀνατρεῖται, & δαδὸν ἐπὶ λωγῶν κασσάσ, id est, Sic ubi me iuxta prouerbiū totum subuertisti, insuper & in seruitutem redequisti. Plautus in Trinummio: Qui illius sapientiam & meā fidelitatem, & celata omnia pene ille ignauus funditus pessundedit. Idem in Mustellaria pro eodem dixit, cum fundamento. Non videor mihi sarcire posse ædes meas quin totæ perpetuo ruant, quin cum fundamento perierint, nec quisquam esse auxilio queat. Quod nos dicimus radicitus siue a stirpe, Græci dicunt ἐκ τῆς μύτης, quasi dicas extirpare. Quo verbo usus est Cic. libello de fato: Extirpari autem & funditus tolli ut is ipse &c. Idem pro Sexto Roscio Amerino: Et ex eo Titus Roscius, non parullulum nescio quid in rem suam conuertit, sed hunc funditus euerit. Idem in Verrem lib. 4. Nam me dies, vox, latera deficient, si hoc nunc vociferari velim, quam miseriam indignumque sit istius nomine apud eos diem festum esse, qui sese istius opera funditus extinctos esse arbitrantur. Rursus in eundem lib. 5. Labesactarum enim vehementer aratores iam superior annus: proximus vero funditus euerterat. Idem pro domo sua ad pontifices: Et funditus euerteres ciuitatem. In eadem: ut eius qui perniciose Reip. consilia capisset, omnis memoria funditus ex oculis hominum ac mentibus tolleretur. Item in epist. ad Q. fratrem prima: Sin autem omnibus in rebus obsequemur, funditus eos perire patiemur. Rursus ad eundem: Recomp. funditus amissimus. Item in eadem: Vides ne me non radicitus euellere omnes actiones tuas? Multum accedet gratia, si ad animum deflectatur: velui si quis dicat ambitionem, auaritiā ac libidinem funditus ac radicitus ex animo reuellendam.

Myconiorum more.

Μυκονίων δίκτω, id est, Myconiorum more dicebantur ad conuiuium accedere, qui ultro venirent nō vocati. Myconus vna cyladium est: ipsa gēs ob rerum inopiam, cogebatur sese conuiuiis ingerere: vnde iocus prouerbialis. Apud Athenæum Archilochus lacerat Periclem quod inuocatus irrueret in conuiuium, μυκονίων δίκτω, quod locum & alibi retulimus. Myconiorum morum vestigia videas & hodie in quibusdam Hybernīs, quare quidam olim fabulā non illepidam recitauit, immo non fabulam, sed rem ipso teste gestam. Hybernus quidam ignotus, ingressus aulam principis tempore prandij, non inuitatus accubuit mensæ regionum satellitiū. Qui videntes aulam peregrinam, rogarunt cuius esset. professus est patriam, rogarunt num quod officium haberet in aula, nullum inquit, sed habere cupio. Illi demirantes hominis impudentiam, iusserunt surgere atque abire, hoc inquit faciam, pransus; quid multis? Viciis improbitate, nec locum in acie deseruit Hybernus. Tandem ira versa in risum, rogarunt hominem quare tandem fronte ausus esset ignotus & alienus sese in regiam familiam ingerere. Quoniam, inquit, sciebam regem satis esse diuitem ad dandum mihi prandium.

solcm

Solem adiuuare facibus.

ALIOQUI retulimus τὸ φῶς ἀπὸ δυνάμεως. Huic similitimum est, quod refert Gratianus ex Anacleto Papa, Causa 6. q. prima, in eos qui hic usurpant sibi diuinum iudicium, quod nullus hominum poterit effugere. Nā incerta sunt hominum iudicia, neque secus sese habent ad iudicia dei, quam fax ad solem. Si omnia, inquit, in hoc seculo vendicata essent, locum diuina iudicia non haberent. Supernacuis laborat impendiis, qui solem certat facibus adiuuare &c. Quamquam in libris vulgaribus librarij pro facibus deprauarant fascibus.

Censoria virgula.

TRITISSIMUM est apud eruditos, Censoriam virgā appellare iudicandi auctoritatem, praesertim cum supercilio, a magistratu Romano sumptum. Cuius formae est quod ait beatus Hieronymus in dialogo aduersus Luciferianos, Nemo potest **CHRISTI** palmam sibi adsumere, nemo ante diem iudicii de hominibus iudicare. Videtur autem Hieronymus adluisse ad caput Deuteronomij 25. ubi iustitiae palma dicitur, quae a iudicibus tradebatur ei qui probasset suam innocentiam, causamque vicisset.

Trochi in morem.

ΤΡΟΧΟΣ δ' ἐστὶν, id est, Trochi in morem, de versatilibus et inconstantibus dici solitum. Est enim bembix trochus quem pueri flagello circumagunt. Suidas citat ex Aristophane, **ΤΡΟΧΟΣ** δ' ἐστὶν ὁ δῖος, id est, non oportet quidquam a trocho differre. Locus is est, in Auiibus. Hesychius dictum putat in eum qui in fuga non tenuerit rectam viam, sed in orbem fuerit circumfusus. Bembix autem magno impetu mouetur, sed in orbem, ut fugiens non effugiat. Simili tropo stultorum inconstantia notat Sirach ille sapiens Hebraeus, capite 33. Praecordia fatui quasi rota curri, & quasi axis versatilis cogitatus illius. Apud Plautum interdum dicitur aliquis trocho aut rota figuli versatilius.

Præstat canem iritare quam animum.

REFERTUR ex Menandro,

ΠΟΛΥ ΧΑΡΩΝ ἐστὶν ἐπὶ τῷ ἰσχυρῷ κύνι. id est, Irabile enim ac vindex mulierum genus, partim ob rationis inopiam, partim ob animi humilitatem. Nam vera magnanimitatis est quasdam iniurias negligere, neque quosuis homines dignari ira sua. Est autem formidabile animal mulier cum ad sexus vitium accedit senectus. Canis iritatus tantum oblatrat, interdum & mordet: at anicula præter linguae venenum, interdum instructa sunt malis artibus, veneficiis & incantamentis. Itaque non nulli ingenti suo malo experti sunt, esse verissimum, quod dixit Menander.

Pecuniosus damnari non potest.

M. TULLIUS in Verrem actione secunda, ait hoc omnium sermone percubuisse, non apud Romanos tantum, verum etiam apud exterarum nationes, in iudiciis illorum temporum pecuniosum, quamuis sit nocens, neminem posse damnari. Et in eundem oratione tertia: Reus est enim inquit, nocentissimus. Qui si condemnatur, desinent homines dicere, his iudiciis pecuniam plurimum posse. Sin absoluitur, desinemus nos de iudi-

ciis transferendis recusare. Huic adfuit quod aliquoties reperitur apud Sallustium in bello Iugurthino, Romae esse venalia omnia.

Inter manum & mentum.

FESTVS Pompeius indicat esse prouerbum apud Latinos, sed ex illo Graeco ductum: **ΠΟΛΥ ΜΕΤΩΝ ΠΕΛΑΙ ΚΥΛΙΚΟΣ** καὶ **ΧΕΙΛΟΣ** ἀκρεῖ. Cuius originem ita refert: cum Chalcas vitem sereret, quidam augur vicinus praetereiens, dixit illum errare. Non enim ei fas esse novum vinum degustare. Tantum colligere licuit e fragmentis, quae nobis quorundam stoliditas superesse voluit ex auctore undiquaque doctissimo. Proverbum admonet in hominum vita nihil esse certi. Nam sapienter fit, ut quod nos maxime tenere credimus, casus aliquis inopinatus interuertat. Veluti cum quis manu tenet poculum, minimumque spatij sit inter manum & mentum, tamen interdum fit, ut is moriatur antequam bibat. Hoc prouerbum variis modis effertur, eiusque originem alij aliter prodiderunt, de quibus satis opinamur dictum est in prouerbio, Multa cadunt inter calicem supremamque labra. Hic ideo retulimus quod aliis verbis commemoretur a Festo, in quibus non nihil est gratiae ex prosonamasia, Manum & mentum.

Colophonium calciamentum.

ΚΟΛΟΦΟΝΙΟΝ ὑπὸ δ' ἑμῶν, id est, Colophonium calciamentum dicebatur cauium. Nam antiqui fere soleis utebantur, quae infimam pedum partem tantum muniunt. Unde quadrabit in hominem stolidum & incompotum, & rusticum per lutum ituris conuenit tale calciamentum. Venuiste itaque dixeris, in sordidis auctoribus uersaturo opus esse calceis Colophonius. Huic contrarium videtur calciamentum Sicyonium, cui cognomen inditum a Sicyonis ciuitate Peloponnesi, ut indicat Stephanus, atque etiam Sextus Pompeius Festus, neuter tamen indicat usum adagij. M. Tullius indicat Sicyonios calceos fuisse perbellos, sed aptiores feminis & effeminatis quam viris. Mar. Tullij verba subscribemus. Quin etiam cum & scriptam orationem desertus orator Lysias attulisset ad Socratem, quam si videretur edisceret, ac pro se in iudicio vteretur, non inuitus legit, & commode scriptam esse dixit: Sed inquit, ut si mihi calceos Sicyonios attulisses non vterer, quamuis essent habiles & apti ad pedes, quia non essent viriles: sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri.

Manduces.

MANDUCES dicebantur, vehementer famelici, aut qui minis inanibus terrorem incuterent. Festus Pompeius tradit in pompis olim inter ceteras ridiculas ac formidolosas imagines ire solere effigiem, magnis malis, late dehiscente rictu, & ingentem dentibus sonitu facientem. Eam manducem appellabant. Apud Plautum in Rudentibus, ita loquitur Charmides parasitus: Quid si aliquo ad ludos pro manduce me locem, quapropter? quia pol clare crepito dentibus. Enataras parasitus e naufragio, totusque horrebat praefrigore. Unde paullo post dicit se omnia corusca loqui. Aut de hac aut de simili effigie sentire videtur Martialis cum ait,

Sum

Simi figuli lusus, rufi persona Bataui.

Quæ tu derides, hæc timet ora puer.

Hoc genus imaginum Græci vocant *μαρμαλίκαι*, quod lupina specie terrent pueros, ut aplorando desisterent.

Vbi tu Caius, ibi ego Caia.

PLUTARCHVS in Problematicis Romanis, querit unde mos ille natus sit, ut qui sponsam ad sponsum ducerent, inhererent illam hæc verba profari, *ὅτι οὐ καὶ τὸν καὶ τὴν*, id est, Vbi tu Caius, ego Caia. Dubitatq. an prisce voluerint sponsam his verbis depacisci cum sponso, ut inter ipsos omnia essent cōmunia, pariterq. imperarent in familia, quasi diceret, ut tu dominus domus & auctor, ita ego domina domus atque hera. Forma sermonis sumpta videtur a iuriconsulis, qui pro quibusvis nominibus ponunt C. Seium & L. Titium, quemadmodum philosophi Dionē ac Theonem. Vnde & illud prouerbum, quod alibi citauimus ex Varro- ne. Idem *Ἀέτις*, quod Titij, cum par duorum ius signifi- catur. An potius omnis causa Caia nominetur, quod fuerit quadam Caia Cecilia, mulier cum eleganti for- ma tum probatissimis moribus, antea dicta Tanaquil: quæ nupsit uni e filijs Tarquij, videlicet Tarquinio Pri- sco. Huic Caia Romani posuerunt statuam æream in templo Sancti. Sic enim scribit Plutarchus *ὅτι τὸ τὸ σάτυρον ἰστέον*. Is erat deus olim hoc nomine cultus apud Romanos, vnus e numero duodecim selectorum. Ibidem antiquitus erant reposita illius sandalia & co- lus, quorum illa testabantur eam domi manentem fa- milia curam habuisse, hæc industriam significabat, quod muliebres operas diligenter obierit, lan- ficij *στὺν διοσά*. Huius itaq. nominis mentio sponsam admo- nebat, ut talis esset suo marito, qualis Caia Cecilia fue- rat suo. Inter prisce nuptiarum ceremonias seruaba- tur & illud quod inauspicatum habebatur, vel spon- sum vel sponsam propriis appellare nominibus. Quod & in hodiernum vsque diem obseruatur, ut sponsa re- lieto cognomento gentilitio transeat ad cognomen vi- ri, ut Hectoris *Ἀνδρὸς μαχε*. Prouerbum e coniugio- natum inter coniuges maneat, nisi quod potest & ad so- rorem fratremq. accommodari.

Rumor publicus non omnino frustra est.

CARMEN Hesiodi celebratissimum citat Aristoteles libro Moralium Nicomach. 7.

Φημι δ' ὅτι πάλαι περὶ τῶν καλῶν καὶ κακῶν φημιθεσιν. id est,

Haudquaquam in totum rumor perit ille, per ora Qui voluit populis compluribus.

Philosophus hunc versiculum adducit velut argumen- tum probabile voluptatem esse summum bonum, quod eam & homines expetant & bruta animantia.

Quadratus homo.

ARISTOTELES moralium Nicomachiorum 1. di- sputans aduersus eos, qui felicitatem hominis bonis externis definiunt, quæ fortuna arbitrio dantur simul & eripiuntur, dicit ad hanc rationem felicem, Chamæ leontem quæpiā induci, ut qui subinde mutatis rebus nunc felix sit nunc infelix, quæadmodū Chamæleon ad

speciem rerum quibus admoventur, mutat colorē, cum vera felicitas præcipue sita sit in bonis animi. Vnde colligit, qui vere beatus sit, nihil ob stare, quo minus per omnem vitam sit beatus, ac subicit, *αὐτὸς ὅτι μάλισ- τα πάντως πράξει καὶ βίωσει τὰ κατ' ἀρετήν, καὶ τὰς τῷ χῶσ' οἷον καλῶς καὶ πάντῃ πάντως ἡμῶν, ὅτι ὁ ἀλ- θὲς ἀρετὴς καὶ περὶ γὰρ αὐτοῦ ὅτι ὁ id est, Semper. n. aut quam maxime, omnino faciet & contemplabitur quæ sunt virtutis: ac fortuna casus optime feret, ac prorsus omni ex parte modulate, is sane qui vere bo- nus est & quadrangulus, carnis omni tūio. Libro Rhe- toricorum 3. meminit huius dicti inter genera meta- phorarū. Hæc autem figura in quantumq. partem vol- uatur, sui similis est. Ita sapiens quæcumq. inciderit fortuna, non mutat animum. Venustius erit, si viri for- tis animum nec ullis fortunæ casibus labefactabilem dicamus *περὶ γὰρ αὐτοῦ*.*

Merces constitutur.

PLUTARCHVS in vita Thesei tradit fuisse quendā Pittheum auum Thesei maternum, a quo Hippolytus ille pudicus fuerit institutus. Is gnomologiis quæ tum temporis præcipua habebatur sapientia, clarus erat. Ex eius sententiis hanc vnā fuisse seruit:

Μισθὸς δ' ἀδελφῷ τῷ κατὰ μὲν ἀρετὴν ἰστέον. id est,

Æqua viro merces fac præstituatur amico.

Aristoteles nono Moralium Nicomachiorum, narrat Protagoram cum nemine discipulorum solere pacisci, verum ubi iam didicissent quæ uolebant, iussit ipsos di- spicere, quanti æstimarent ea quæ didicerant, & quid- quid ab illis dabatur accipiebat. Hoc animo qui sunt, iis in hoc genere commerciorum putat esse satis Pit- thei præceptum, qui iubet amico viro statui mercedem iustam & æquam. Bene haberet, si medici quoq. nihil paciscerentur, sed egro lenato acciperent quod dare- tur. Nam quod Aristoteles inibi refert de quibusdam sophistis, qui neminem recipiebant in disciplinam, nisi numerata mercede, mox acceptis nummis non præsta- bant quod erant polliciti: videmus interdum fieri a chirurgis ac medicis malæ fidei: ac fere comperiun- tur esse impostores, qui stipulantur ingens præmium, nec admovent manum nisi aut tota summa, aut maxi- ma pars statim numeretur.

A bonis bona discite.

ARISTOTELES Moralium Nicomachiorum 9. osten- dens virtutem optime disci conuictu bonorum, quod amici se mutuo corrigunt si quid erratum est, & sese vicissim ad honestas excitant actiones, citat carmen veluti notum, *ἰδὼν μὲν ὅτι ἀπ' ἰδὼν*. Versus autem est Theognidis, cuius meminit Xenophon in commenta- rio de dictis ac factis Socratis. Aiebat enim inter un- guenta nullum oleum melius olere, quam quo ungeban- tur athletæ, Amaracinum & foliatum feminis esse re- linquenda. Rogatus quid deceret olere senes, respon- dit probitatem. Dein rogatus ubi hoc unguentum ven- deretur, Theognidis hemistichio respondit:

Ἐδὼν μὲν ὅτι ἀπ' ἰδὼν ἰδὼν. id est,

Qui bonus est, ab eo bona discito.

D d d Idem

Itidem & nos ter γνομαι γαρος :

Disce, sed a doctis.

Afinus stramenta mauult quam aurum.

ARISTOTELES libro Moralium Nicomachiorum 10. disputans non eandem omnibus esse voluptatem, cum aliis rebus delectetur canis, aliis equus, aliis homo, citat Heraclitum qui dixerit ὅτι οὐρανὸν ἀστερόεντα μᾶλλον ἢ χρυσόν, ἔδα δὲ χρυσὸν ἢ τροφὴν ὄντιν, id est, Afinos stramenta malle quam aurum, quod afinis pabulum auro sit iucundius. Atque hac quidem in parte afini plus sapiunt quam homines. Ille rem astimant usu, nos inuitilibus atque etiam noxiis rebus ex animi persuasione ingentia statuimus precia. Notus est apologus de gallo qui geminam in sterquilinio repertam contempsit. Gallus enim mauult putre granum, quam margaritum aut adamantem. Ita qui ventris sunt micipia, compotationem temulentam omnibus disciplinis liberalibus anteponunt.

Iocandum ut seria agas.

EODEM libro refert sententiam Anacharsidis, qui taxarit eos qui seria agunt ut iocentur, cum iocus in hoc interdiu admittendus sit, ut seriis rebus vacare liceat. Velut qui per omnem vitam magnis laboribus hoc agunt, ut fiant boni saltatores, aut egregij tibicines. Aristotelis verba sunt hæc, πρὸς δὲ καὶ πονεῖν παύειν χάριν, ἡ δὲ οὐ φάνηται καὶ λίαν παύειν, πάλιν δὲ ὅπως πρὸς δὲ καὶ ἀρχαίαν ὁρμὴν ἔχον δοκῇ, id est, Studere vero ac laborare ludendi gratia, stolidum videtur atque admodum puerile. At ludere ut agas seria, iuxta Anacharsidis sententiam recte videtur habere.

Cyclopi more.

IN eodem rursus lib. Cyclopiam vitam appellabat, ubi nullis publicis legibus uiuitur, sed quisquis suo arbitratu res gerit, ὅς δὲ τὰς πλείους τὸ πόλει ἀξιωματικὰ πόλιν τὴν αὐτὴν ἢ ἑκάστοις ὡς βέλτεται, κυκλωπικῶς βίμινδων παύειν ἢ ἀλλῶν, id est, In ceteris autem ciuitatibus super his, hoc est educatione liberorum, nulla est habita cura, sed quisq. uiuit ut vult, Cyclopium ritu de liberis & uxore fas nefasq. statuens. Cyclopes enim sparsim habitare feruntur in montibus, nulla specie vitæ civilis, sed in suo quisq. antro facit quod lubet. Ne religio quidem apud illos ulla. κύκλωπος βίος alibi nobis dictus est.

In leporinis.

Εν λεγῶσι, id est, In leporinis carnibus viuere dicebantur, qui laute atque in deliciis vitam agebant. Nam leporinam olim in deliciis habitam declarat Martialis, Inter aues turdus si quis me iudice certet,

Inter quadrupedes gloria prima lepus.

Attestatur & prouerbium: tute lepus es, & pulpa-mentum quaris. Aristophanes in Vespis. Sunt, inquit, mille ciuitates, quæ nunc nobis tributum solunt. Harum unicuiq. si quis imperet ut viginti alat uiros,

Δύο μυριάδες τὸ δμωτικὸν ἔσθαι οἱ πᾶσι λεγῶσι

Καὶ σιφάνισιν πεντοδρακίσιν, ὃ πῦρ καὶ πυρίτηι.

Viginti milia populorum viuerent in omnibus lepori-

nis omnigenisq. coronis, & pyo, & pyarite. Plo- autem Græci vocant lac, quod animal primum reddit a partu, & pyariten hinc factam decoctionem. Interpres citat carmen ex Homero ni fallimur:

Εὖν δ' αὖν ἐσθλὸν καὶ ἱερὸν πλάτμεσσι πυρίτην. id est, Epulentas pyo, & explentes sese pyarite.

Rursus Aristophanes in equitibus, cum Cleon & aduersarius certatim promittunt lautissimas epulas populo: multis deliciarum generibus nominatis, promittunt & leporinæ carnes, quasi summæ exquisitæque delicia.

Matrem sequimini porci.

Επεδὲ μητρί χοίρει, id est, Post matrem adeste porci. Id subinde repetitur apud Aristophanem in Pluto. Interpres admonet iocum esse prouerbialem in Stupidos & indoctos. Sus enim Mineræ opponitur iuxta pro- uerbum. Veluti si quis diceret indocti præceptoris in- doctis discipulis, ἐπεδὲ μητρί χοίρει. Quadrabit & in gula ventriq. deditos.

Aristylli more.

EODEM eodem in loco, οὐδ' ἀρίστου ὑπερχαίτων οἷς. Tu vero Aristyllus subhians dices. Interpres admo- net Aristyllum fuisse poetam deformem ore semper hiantem. Quem obiter taxat Aristoph. cuius & memi- nit οἱ ἑκατοῖς ἔτασι. Tragicum autem est & histrio- nicum, ore nimium diducto loqui. At nobis videtur ma- gis taxatus Aristyllus, quod ore paululum diducto loqueretur, ut vox magna ex parte prodiret per nares stridula, qualis est porcorum: quod vitium in quorun- dam pronuntiatione cantuq. videmus.

Citeria.

CITERIAE conuiuium in homines impendio loquaces olim iactatum est. Caro in M. Calium: Quid ego dice- rem amplius, quem deniq. credo, in pompam vestita- tum iri ludis pro Citeria, atque spectatoribus sermocina- turum. Festus Pompeius admonet, Citeriam dictam fuisse quandam effigiem argutam ac loquacem, quæ ri- diculi gratia in pompis vehi soleat crepitum & strepi- tum assidue edens. Nunc in pompis non circumfertur Citeria, sed multi Citerias habent domi, factitiis illis multo magis obstrepas.

Ostrei in morem hæret.

Ὡς λεπτεῖς προσίχεται, id est, Ostrei siue conchylij in mo- rem adhæret. Aristophanes dixit in anum quæ ægre a iuvene diuellebatur,

ὡς λεπτεῖς οἱ ζυβασίδες τὸ γράδιον

Ὡς λεπτεῖς τῷ μερακίῳ προσίχεται.

id est,

O Iupiter, quam fortiter conchæ modo,

Isthæc anicula adhæret adolescentulo.

Est concharum genus quod capillamentis quibusdam inter se cohæret, quo tuti⁹ fit aduersus undarū motus.

Hodie nihil succedit.

ΠΛΑΥΤΥΣ Amphitryo in sui nominis fabula citat adagiū titulo: nihil ē, ut dici solet, quod hodie bene suc- cedat mihi. Adlusit autem ad vulgi superstitionē, cui quidam dies credebantur rebus gerendis auspiciati, qui- dam infelices. Quod si vnum atque alterum parum successit

dici videntur, qui obambulant cū simulatis mysteriis, ac rudibus imponunt. Nam hoc genus hominum et olim fuisse declarat Apuleius.

Sibi parat malum qui alteri parat.

VERSICULUM hunc Aristoteles Rhet. 3. citat. titulo Democriti Chij.

Οἷ' ὡς τὸ πᾶν τὸ δὲ καὶ ἀντὶ τῶν κακῶν τὸ δὲ καλῶν. i.

Ipsē sibi mala cudit quisq. alij mala cūdēns.

Nemo potest alterum iniuria afficere, nisi prius ledat seipsum. Qui alium fraudat pecunia, seipsum spoliat bona mente, grauius seipsum ledit quam alterum, verissime itaq. dictum est, Ipsius se ledit, alium qui ledere querit.

Triabem baiulans.

ARISTOTELES libro Rhetoricorum tertio disputans de quibusdam verbis quæ non habent gratiam, nisi pronuntiatione gestuq. adiuentur, alioqui, inquit, γινώσκου ὅτι τὸ δὲ καὶ ἀντὶ τῶν κακῶν τὸ δὲ καλῶν. id est, sit ille trabē gestans. Id accidit in dictionibus, præsertim nominibus propriis ac pronominiibus, et vocibus crebro repetitis, quæ tacitam habent emphasim: Vt Thersites contemnit Achillem. Et tu me asinum vocas? Similiter et in asyn detis, ut veni, vidi, vici. Et si quæ sunt similia, quæ sine commendatione actionis non habent eandem gratiam. Quod genus Terentianum illud: Exclutit, reuocat, redeam? Et max. Ego ne illam? quæ illum? quæ me, quæ non. Sine modo. Rursus illud in Adelphis: Stora, non rediit hac nocte Aeschinus a cena. Stora. n. vocantis vox est, et ob id clarius pronuntianda, reliqua secum loquitur. Nihil addubitemus quin assumptum sit ex fabula quapiam. Nam ὅτι τὸ δὲ καὶ ἀντὶ τῶν κακῶν τὸ δὲ καλῶν. finis est iambici trimetri. Qui trabē onustus est, non est idoneus ad gestulationem sed oneratus sese accommodet oportet. Talis opinamur personarum risus gratia alicubi producta fuerat in comædia. Interdum inducuntur σκωπτικοὶ gestantes sarcinas. Cuiusmodi sunt quibus dicitur in Andria, Vos isthæc intro auferte. Et in Hecyra Sofia. Tales aut nihil dicunt, aut gestu non respondent pronuntiationi. Vide, num Aristoteles sentiat de Athlantibus, qui trabibus ædificium sustinentibus supponi solent: Videntur enim laborare, cum nihil agant. Actio autem quasi uita est orationis. Vite indicium est motus. Tale quiddam in tragædiis erat δορυφορέμα, tantum adstabat, nihil agens. Et fortassis pro ὅτι δὲ καὶ ἀντὶ τῶν κακῶν τὸ δὲ καλῶν scriptum erat, ὅτι δὲ καὶ ἀντὶ τῶν κακῶν τὸ δὲ καλῶν, sed nihil pronuntiamus. Excutiant eruditi.

Quæ quis ipse facit.

ARISTOTELES Rhetoricorum libro secundo, disputans de affectibus, refert hoc dictum ut vulgo iactatum, ὅτι τις αὐτὸς ποιεῖ, τὰ αὐτὸς λέγει τὰ τοῖς πᾶσι μὴ γινώσκων id est, Nam quæ quis ipse facit, hæc dicitur vicinis non vertere vitio. Conuenit cum illo Terentiano: Homine imperito nil quidquam est iniustius, qui nihil nisi quod ipse facit rectum putat. Sunt enim qui damnant, quidquid ipsi non possunt assequi.

Cognatio mouet inuidiam.

ARISTOTELES eodem libro docens inuidiam oriri erga vicinam et cognatam: nullus enim inuidet olim de suis, aut diuersi generis, aut immensa intervallo sita

perioribus, inferioribus ue: adducit huius versiculi testimonium,

Τὸ συγγενὲς ὅτι καὶ φθονῶν ἐπίστανται, id est,

Etenim inuidere nouit ipsa affinitas.

Vnde qui eo altitudinis processerunt, ut inuidiam gloria superarint, extra omnem aleam, extraq. inuidia te la esse dicuntur.

Sapiens non eget.

IBIDEM inter sententias refert hoc carmen,

Χρὴ δ' ἐπὶ ποτ' ὅστις ἐπὶ τῶν καλῶν πᾶσι πρὸς ἀνδρῶν, id est,

Haud vniquam eget qui mente sana est præditus.

Sive quod magna sint opes habere bonam mentem, siue quod sapienti facile est discere si velit. Velut Aristippus eiectus naufragio reperit a quibus humaniter exciperetur. Idem cum Dionysius talentum petenti diceret, Nonne docebas sapientem non egere? Da, inquit, et respondebo. Dedit rex, ac mox exegit responsum. Tum Aristippus, non ne verum dixi sapientem non egere?

Lecythum habet in malis.

Εἰς τὸν λίκυτον πρὸς τὰς γνάθους, id est, Lecythum habere ad malas, lectum et anigmaticum conuiuium est in anas quæ rugas illitis pigmentis dissimulant. Qualis erat Phryne meretrix, iam vetula nec tamen a quæstu recedens. Aristophanes in Concionatricibus:

Φρύνη ἔχουσα λίκυτον πρὸς τὰς γνάθους. id est,

Phrynen gerentem Lecythum iuxta genas.

Lecythum appellat vasculum unguentarium unde succatur facies. Eadem solita est dicere, multos bibere fecem ob vini nobilitatem, quod ad illam ἔχουσα, propter scorti celebre nomen commendant amâtes, quo gloriari possent sibi cum Phryne fuisse rem.

Piscis eget sale.

Ἰχθὺς δεῖται ἁλός, id est, Piscis eget sale. De re absurda et incredibili. Nec enim verisimile est, pisces in mari agentes opus habere sale. Hoc videtur a populo reclamatum Androcli Piteni, cum legem quandam reprehendens dixisset, δεῖται οἱ νόμοι νόμος διατάσσοντες, id est, Egent leges lege correctrice. καὶ ὅτι ἰχθύων ἁλός. Nam et pisces sale. Leges enim in hoc datæ sunt, ut ad harum regulam corrigantur hominum actiones. Quod si ipsæ leges indigent correctione, leges non sunt. Idq. non minus absurdum sit, quam si pisces marini dicantur egere sale. Refert Aristoteles in Rhetoricis.

Baccæ egent oleo.

IBIDEM mox subiicit aliud eiusdem formæ, τὰ σίμυλα καὶ δεῖται ἑλίου, id est, Baccæ egent oleo. Neque enim credibile est illi opus esse oleo, unde nascitur oleum. E baccis autem oliuarum exprimitur oleum. Cognationem illi quod ante retulimus, Ipsi fontes sitiunt.

Auis ex auibus.

Ορνίς ἐκ τῶν ὀρνέων, id est, Auis ex auibus, prouerbij formæ dictus est Aristophani per ironiam vir nobilis, quæsi bonus

bonus ex bonis prognatus.

Τὸν ἐπὶ τῷ ὄρει ἐκ τῶν ἀνδρῶν ἰδὲ τῶν γυναικῶν. id est,
Vpupam hancce quæ prognata ab auibus est auis.
Qui de nobilitate gloriantur, repetunt ab auis & ata-
uis gentis stemmata. Nam empta nobilitas, aut nu-
per parta, non perinde magni fit.

Da lapidi volam.

INTERPRES Aristophanis indicat pueros si quando
viderint aues, dicere solere, Da lapidi volam, & ca-
dent omnes. Conuenit ubi quis sectatur quæ non pos-
sit assequi, aut minatur iis quibus non potest nocere.
In comædia quispiam ait se velle strepitu excitare a-
ues: alter iocans respondet, τὸν κεφαλὴν τοῦ πέτρῳ,
id est, Tibia lapidem feri. Atque interim aues nihil
habent incommodi, sed manus aut pes percutiens sa-
xum: eoq. inbet alter, ut ipse caput percutiat lapi-
dem, quo strepitus huius duplex.

Ne quæras deus esse.

Μὰ τὸν θεὸν καὶ νῦν, id est, Ne quære fieri deus. In homi-
nem vndequaq. locatum in hac vita. Pindarus in Olym-
piacō hymno quinto:

Ὀὐκ ἔστι θεὸς ἀνθρώπων, οὐδὲ γὰρ
ἀνθρώπων ἐστὶν ἀνθρώπων, οὐδὲ γὰρ
ἐν τοῖς ἀνθρώποις περὶ τῶν θεῶν, οὐδὲ γὰρ
οὐδὲ τῶν θεῶν καὶ νῦν.

Si quis autem opes cum sanitate coniunctas auget, ac
sua possessionibus contentus est, atque his adiunxit ho-
nestam famam, ne petat a diis ut fiat deus. Idem ap-
ud nostrates vulgo dicitur: Sat fortunatus es. Quid
tibi vis? Num postulatus esse deus?

Operi incipienti fauendum.

CELEBRATISSIMUM est, honor alit artes, &
virtus laudata crescit. Ita Pindarus Olympiacō
hymno sexto, τὸν καὶ τὸν θεὸν καὶ τὸν ἄνθρωπον, οὐδὲ γὰρ
ἀνθρώπων ἐστὶν ἀνθρώπων, οὐδὲ γὰρ
ἐν τοῖς ἀνθρώποις περὶ τῶν θεῶν, οὐδὲ γὰρ
οὐδὲ τῶν θεῶν καὶ νῦν. In initio facinoris, oportet faciem illustrem ad-
dere: hoc est fauendum aliquid egregij facinoris ag-
grediuntibus simul ut ipsis addatur animus, & alij ad
emulationem prouocentur. Potest & hic sensus acci-
pi. Qui famam afficit, hanc oportet ab egregio quo-
piam facinore auspiciari. Per magni siquidem refert,
vnde nominis sumas exordia.

Nec apud homines, nec in mari.

IBIDEM & illud prouerbiali schemate dictum est, οὐδὲ γὰρ
ἀνθρώπων ἐστὶν ἀνθρώπων, οὐδὲ γὰρ
ἐν τοῖς ἀνθρώποις περὶ τῶν θεῶν, οὐδὲ γὰρ
οὐδὲ τῶν θεῶν καὶ νῦν. id est, Virtutes autem periculi expertes, neque
apud homines, neque in cauis nauibus habentur in pre-
tio, pro eo quod erat, nusquam, quasi dicas, neque ter-
ra, neque mari. Ipsa autem sententia conuenit cum il-
lo Hesiodio decantatissimo:

Virtutem posuere dei sudore parandam.
Nemo magnam laudem parauit absque periculo. Soq.
Pindarus bellum appellat πόλεμον, quod viris pa-
riat illustre nomen. Tropus prouerbialis est in his
verbis, nec in terra, nec in mari. Et pugnatur ter-
ra marique.

In hoc calciamento pedem habet.

DICTVM ibidē & illud adagij forma, ἰσὺς καὶ πόδες.

πεδίλω δαμόνιον πὸς ἰχθῶν, id est, Nouit enim se in hoc
calciamento fortunatum habere pedem, pro eo quod
est, nouij has laudes in ipsum competere. Olim magna
delicia erat in soleis et calceis. Nā pedilō Græcis est
calciamenti genus, varium & picturatum, dictum
παρὰ τὸ πὸς ποδὶ περιελθῆναι, eo quod pedi applicetur.
Vt autem non omnis calceus conuenit cuilibet pedi,
ita nec quæuis laus in quemuis congruit.

Bonum est duabus niti ancoris.

R V R S V S in eodem,

Ἀγαθὸν δὲ πῆλον-

τὸ ἐν χερσὶν ἀντικτὶ ἔχει

ἐκ νεὼς ἀπὸ πέντε ἡμερῶν, ὅς ἀγκυρα,

Bona sunt in hyberna nocte due ancoræ, ad laxandum
e celeri naui, id est, bonum est duplici præsidio niti, ve-
si alterum destituat, altero iuuemur, quemadmodum
is victor quem laudat, geminam habebat patriam, ve-
si quid accidisset alteri, ad alteram se reciperet. De
hoc dictum est nobis alias, τὸν δὲ πέντε ἡμερῶν.

Domi pugnans more galli.

Εὐδομάχας αὐτὸν ἀλίκτω, id est, Domi pugnax more galli.

In eum qui semper domi desidens, non audet vel in
bellum, vel in certamina proficisci foras. Nam hoc
animal pugnacissimum quidem est, sed domi. Nihil
autem confert Recipere nec ea certamina celebrantur.
Ita quidē interpretes, sed ad dubitandum tamen an scri-
ptum sit, εὐδομάχας, id est, domi abditus, εὐδομάχας
dictio noue composita, ab εὐδομα & μάχας. Hærebis
in istos qui domi perpetuo vixantur, cum foris sint pla-
cidissimis moribus. Conuenit cum eo quod alibi dixi-
mus, Domi leones.

Nec deus, nec homo.

Hoc schēma prouerbiale frequenter obuium est apud
poetas, diis hominibusq. inuitis, pro deum atque
hominum fidem. Ibi de diuinis atque humanis cerni-
tur. Horatius,

Non di, non homines, non concessere columnæ.

Pindarus in Tythidis hymno 3, καὶ τὸν θεὸν καὶ τὸν ἄνθρωπον, οὐδὲ γὰρ
ἀνθρώπων ἐστὶν ἀνθρώπων, οὐδὲ γὰρ
ἐν τοῖς ἀνθρώποις περὶ τῶν θεῶν, οὐδὲ γὰρ
οὐδὲ τῶν θεῶν καὶ νῦν. id est, Nec deus illum fallit nec
homo, nec factis nec consiliis. Laudat Apollinem,
qui cum omnia sciat, nihil tamen mentitur.

Apud matrem manere.

Πατρὸς καὶ μητρὸς, dicebantur, qui per ignauiam semper
domi manentes, nihil audent præclari facinoris. Pin-
darus Pythiorum Oda 4, καὶ τὸν θεὸν καὶ τὸν ἄνθρωπον, οὐδὲ γὰρ
ἀνθρώπων ἐστὶν ἀνθρώπων, οὐδὲ γὰρ
ἐν τοῖς ἀνθρώποις περὶ τῶν θεῶν, οὐδὲ γὰρ
οὐδὲ τῶν θεῶν καὶ νῦν. id est, ne quis immunis a pericu-
lo relictus apud matrem maneret. Loquitur ni falli-
mur, de argonautis, qui audaci peregrinatione quere-
bant gloriam, Iunonis auspiciis. Molles & effemina-
ti temporibus Augustini, καὶ τὸν θεὸν καὶ τὸν ἄνθρωπον, οὐδὲ γὰρ
ἀνθρώπων ἐστὶν ἀνθρώπων, οὐδὲ γὰρ
ἐν τοῖς ἀνθρώποις περὶ τῶν θεῶν, οὐδὲ γὰρ
οὐδὲ τῶν θεῶν καὶ νῦν. dicebantur. Si-
ue quod ab annis essent educati, quæ nepotulos suos te-
nerius amant, quam ipse matres, siue quod Græci καὶ
μῶν diminutiuè dicunt materculam, quin & hodie vul-
gus matris filium appellat adolescentem delicatius e-
ducatum, ac tales dicebantur. Matrissare.

D d d 3 Sine

Sine canibus & retibus.

Αὐτὸ καὶ ἄλλοι καὶ λίνων, id est, Absq. canibus & retibus.
Hoc quidem schemate Pindarus N. umicorum Oda. 3. significauit summam celeritatem. Quis enim pedibus assequatur ceruos, nisi aut a canibus remorentur, aut implicentur retibus. Conueniet tamen in eos, qui clancularijs artibus capiunt prædam. Pindari uerba sit hæbent: κείνους ἰσχυρὰς ἀνδραγαθῶν δ' αὐτῶν δ' ὄρεται, id est, ceruos occidentem sine canibus ac dolosis retibus: Dicitur & in eos qui non alienis præsidijs, sed proprio Marte remgerunt.

Et Scellij filium abominor.

Hic est affectus humanus, ut si quis uel hominem uel quamcumq. rem vehementer oderit, non solum a commemoratione, utrum etiam a cognatis uocibus abhorreat. Id eleganter expressit Aristophanes in Auiibus. Ibi persona quædam sic loquitur,

Ἀριστοκράτην δ' ἄλλος ἢ ἡτῶν, id est,
Aristocratiā palam est te querere.

Altera respondet,
Ἥμισα, καὶ τὸν σκελετὸν βόλυνθαι.
Minime, se ipsum Scellij natum quoq.
Abominor.

Scellij filius dictus est Aristocrates. Hoc nomen iure inuisum est detestanti Aristocratiā, quod ea vox abominanda rei memoriam renouet.

Larinum uerbum.

Λαρινὸν ἔπος, id est, Larinum uerbum appellabant ingens atq. egregium, hinc orto prouerbio quod in Larissa boues sint prægrandes ac præpingues. Alij putant Larinos dictos obesos ac prægrandes a Larino quodam pastore supra modum magno corpore. Boues autem prægrandes pasci in Epiro, posteritatem bouum Geryonis. Aristophanes in Auiibus:

Ἀλλ' ἄγε, ἦν ἡτῶν τι πάλαι
μὴ καὶ λαρινὸν ἔπος τι. id est,
Sed tibi

Iam quero dudum grande uerbum dicere,
Atq. Larinon.

Huc pertinet quod Græci rebus ingentibus bouem addunt, ut βαφάγος, edax, simili modo Latini ueteres Lucam dicebant pro grandi.

Hernio si in campum.

Κόκκυ, φάλοι πεδίων, id est, Coccus, herniosi in campum. Aristophanes in auiibus refert prouerby loco, τὸτ' ἀρ' ἐκείνῳ τ' ἔπος ἀληθὲς, κόκκυ φάλοι πεδίων, Quorum uerborum hic sensus est, Hoc est uere quod prouerbio dicitur, coccus, herniosi in campum, sebaudi uenite, quod hæc auis canit paullo ante messem, uelut agricolas prouocans ad laborem metendi, unde Hesiodus ἄμρος κόκκυς κόκκυς. Quod autem φάλοι dixit pro agricolis, obiter taxauit Aegyptios, apud quos plerique sunt exēti, qui omnes ad uocem cuculi coguntur esse in agris. Fingit enim olim apud Aegyptios regnasse cuculum priusquam fieret auis. Quia hodie parum uiri, & ob hoc uxoribus cum aliis habentes communes, vulgo cuculi uocantur. Alias annotauimus ex Horatio, cuculos a uiatoribus appellari solere, qui tunc demum uenissent ad colendam uineam, cū auditus esset

cuculus. Canit autem iam adulto uere, quia sero proreptu emido, quem sibi parat sub hycmem in cauis arboribus, exuens se plumis, atque his sese inuoluens, congestis in conmeatum malis ac pyris. Interpres Aristophanis admonet esse prouerbiū κόκκυ φάλοι πεδίων, cum segnes ipsum sepius prouocat ad industriam.

μετὰ τὴν κίαν.

Nicias traducebatur quod cunctator esset in remilitari, qualis apud Romanos fuisse narratur Fabius, eoq. iocularem uocem fuisse uetus comædia, μετὰ τὴν κίαν, ex μετὰ, quod est, cunctari, & νικίας, qui fuit Atheniensibus. Aristophanes in Auiibus,

ὁ γὰρ οὐκ ἐν τῇ
ἀρετῇ, μὴν δὲ μετὰ τὴν κίαν,
Ἀλλ' ὅς περ χίαν δὲ τὴν δέχεται. id est,
Porro oscitandi tempus haud est amplius
Nec more Nicias deest cunctari,
Sed oportet aliquid agere quam celerrime.

Fumus.

Καπνὸς dicitur promissa magnifica qdē, sed inania. Unde fumos vendere, et fumos offundere. Hoc nomē inditū Theageni cuidā, qui cū pauper esset, affectauit tamē haberi prædices ac magnificus negotiator, unde vulgo dictus est καπνός. Aristophanis interpres auctorem citat Eupolim Comicum in fabula cui titulus δῆμος.

Pariter remum ducere.

Quia simul remigant certis numeris impollunt remos ut inter se consentiant, alioqui nihil acturi. Hinc Aristophanes in Auiibus dixit, ἐμοὶ ἔστω, pro assentior, & eodem enitor quo tu. Vox composita est ab ὁμῇ, simul & ὁβίῳ impetu feror. ὁμοῦ ἔστω, ταυτίλῳ, συμπαράνισσας ἔχω, id est, eodem nitor, consentio, collaudo. Interpres admonet hoc uerbum esse sumptum e fabula Sophoclis cui titulus παλός.

Ipsis & Chiis.

Αὐτοῖς καὶ χίαις. Non obscurum est has uoces ex solemnī more vulgo iactatas, quoties aliquis sibi bona precabatur & amicis. Sic enim precatur apud Aristophanem auis

Ἄδονταί με φίλοι κόκκυ, ἰδοὺ σὺν
ὁ γὰρ καὶ σὺ πηρία
αὐτοῖσι καὶ χίαισι. id est,

Ut detis Nephelococcygiensibus, Bonam ualeitudinē & incolumitatem, Ipsis & Chiis. Interpres ostendit hunc sermonis colorem ductum ex publica Atheniensium consuetudine, qui in sollempnibus comprecationibus ac sacrificijs bona a diis precantes Reipub. addebant καὶ χίαισι. Atq. huius historiae testem citat Theopompum in 12. libro rerum Philippic. fortasse quod e Chio non nullam haberent Athenienses commoditatem. Qui sibi uni bene precatur, nulla facta mentione amicorum aut bene meritorum, facere succinetur, καὶ χίαισι.

Alas addere.

Ἀναπλοῖν vulgo dicebantur, qui uerbis alicui adderens animam, inq. bonam spem erigerent. Aristophanes in Auiibus

Οὐκ ἂν κίαντα

ΟΤΩ

Οὐκ ἀνέχουσιν οἱ πατέρες ἱκαστά.
 Τοῖς μετρίοις δὲ τοῖς κατερίοις τὰ δὲ.
 Δηνὸς τε μὲν τὸ μετρίον ὁ διατρέφει
 Λέγων ἀνέχουσιν οἱ δὲ ἰππικαίτις.
 Num tibi auditum illud est
 Quod officinis vndiq. in tonsoriis
 Cani patres loquuntur adolescentibus:
 Mire Diotrephe & meo adolescentulo
 Alas loquendo adfixit, ut iam gestiat
 Equitare.

Narrant Diotrephe fuisse quempiam prædium, qui
 maiorem in modum delectatus est alendis equis, unde
 & postea Hipparchus factus est: huius hortatu exem-
 ploq. multi iuvenes accendebantur ad curas equestres:
 patres autem oderunt hoc studij genus in filiis, quod
 immodicis constet impendiis.

Χηναλῶν γέ.

THEAGENES, quod esset garrulus ac stupidus more
 anserum, & versipellis more vulpium, vulgari loco
 dictus est χηναλῶν γέ, voce composita ex anseris &
 vulpe. Quamquam Didymo magis probatur anseris
 nomen additum, quod auxilio ac præsertim anserinis su-
 pra modum delectaretur, videlicet vulpium more.
 Anseris secus olim in summis erat delicis. Huius ada-
 gi meminit Aristophanes in Aulibus.

Respublica nihil ad musicum.

Hæc persuasio quemadmodum olim multorum ani-
 mos occupavit, ita nunc quoque multis inhaeret, & cre-
 dant doctos ac probos viros non esse accommodos ad
 gubernandam Remp. Plato abstinuit, Socrates frustra
 tentavit, Demostheni ac Cicero. parum feliciter ces-
 sit. Deniq. mater Neronis deterruit filium a studio
 philosophiæ, quod existimaretur inutile gesturo princi-
 patum. Ad hæc D. Augustinus redarguit in epistola
 quosdam, qui iactabant Evangelicam philosophiam offe-
 cere Remp. administranti. Id venuste expressit Ari-
 stophanes in Equitibus. Nam illic principatum recu-
 santi quodam musices esset imperitus, ita respondetur.

Ἡ δὲ μετρίως γὰρ ἔστι πρὸς μετρίαν
 ἔστι δὲ ἡ ἀδριανὸς ἔστι χηναλῶν γέ.
 Quæ gerere nunc Remp. non est viri,
 Qui musicus sit, ac probatis moribus.
 Musices nomine omnem liberalem eruditionem des-
 gnabant veteres.

Verbis coquinaris.

Ῥήματα μετρίως γὰρ, id est, Verba coquorum, venuste dixit.
 in eadem fabula pro verbis mollibus, blandis ac dolci-
 bus. Coquorum enim est condimentis edulcans cibum
 per se subausterum. Monetur illic quispiam ut popu-
 lum æthen blandiloquentis demulceat. Carmen sic
 habet:

Ὁ γὰρ Λοκῶν γένος ἡμεῖς μετρίως γὰρ.
 Delinens eos coquorum verbulis.
 μετρίως γὰρ dixit, pro μετρίως, hoc est, placidis ac dul-
 cibus. Habebit gratiam, si quis dicat. Epicuri philoso-
 phiam demulcere vulgarium animos ἡμεῖς μετρίως
 γὰρ, quod voluptatem asserat esse summam bonum.

Liba Coalemo.

Σπῖρα τῷ κοαλίμῳ, id est, Liba Coalemo. Competit in eū
 cui sua improbitas fuit bono. Fingit enim Comicus
 demonis nomen, improbitatem innuens. Perinde qua-
 si quis dicat, sacrificia ῥαγία, si quis morionem agens,
 euectus sit ad opes ac dignitatem. Nam Græcis κοαλί-
 μος fatuum ac stultum significat, a κοῶ pro νόῳ. Nam
 Callimachus pro κοῶντος dixit ἐκοῶσεν. Hinc ἀναλῶ-
 γως, ἔστι, pro νόε, & ἀλλῶ quod mente erret. Simili fi-
 gura gratis litasse dicuntur, qui fortunati sunt in ami-
 citiis conciliandis. Habent & temulenti Conium deū,
 & fures deam Lauernam. Itaq. furtis ditato, facete
 diceretur, Liba Lauerna.

Spirat Cæcias.

De Cæcia vento nubes ad se pertrahente satis dictum
 est nobis in superioribus. Ad venti naturam adhiædens
 Aristoph. in Equitibus dixit,

Ὡς ἔπειτα ἡ δὲ κακία, καὶ συκοφαντίας πνί. id est,
 Ut iste spirat Cæcias & sycophantias iam.

Interpres admonet prouerbij, quamquam in Aldina
 editione, pro κακίας deprauate legitur κακία, cum
 hanc vocem metri ratio non admittat. Cæcias autem
 poeta posuit pro turbis ac litibus. Notatur enim ibi
 Cleon ut delator & criminator.

Latum & angustum.

NEMINI obscurum arbitramur prouerbiali schemate
 dictum esse apud Aristoph. in Equitibus sub persona
 Cleonis: cui cum esset obiectum, quod nutricum more
 male pauisset populum, qui paululum præmansit inse-
 reret in os, maximam partem ipso deglutiret, respon-
 det,

Καὶ γὰρ ἐν ὑπὸν ἀδριανὸς τὸ ἴμῳ
 Δύναμαι τοῖν τὸ δῆμον ἔργον καὶ σῶν.

Ita per Iouem. Nam dexteritate ego meæ

Exilem & amplum valeo populum reddere.

Macrescunt enim pueri male pasti, rursus bene pasti
 fiunt obesi. Apposite torquetur in eos qui adolescen-
 tes recte docent aut secus, qui ne populo dextre con-
 cionatur aut secus. Siquidem hæc res plurimum habet
 momenti ad mores populi vel ad honesta formandos,
 vel ad vitia deprauandos.

Scarabeo citius persuaseris.

Ὁ ἄνθρωπος δὲ καὶ βαρὺς ἐν μεταπειθείῳ, id est, Citius Scarabæum
 in diuersam sententiam pertraxeris. Deis qui malis
 assueuerunt, a quibus tamen reuocari non possunt, eo
 quod assuetis videantur optima. Lucianus in Pseudo-
 logista, οὐτὶς γὰρ αὐτὸς ποτὶ βελτίων γένει πρὸς τὴν ἐπιτί-
 μιν, οὐ μὲν οὖν ἡ καὶ βαρὺς μεταπειθεῖν ἐν μικρῇ τὶ τοιαύ-
 τα καλὴν δὲ, ἀπὲρ αὐτοῖς συνήθειαν γένεσθαι, id est, neque
 enim ipse unquam fieres melior increpatione mea, ni-
 hilo magis quam scarabeo persuaderi posset, ne am-
 plius talia voluat, posteaquam semel illis assuevit. Sca-
 rabæus factus suos educat in stercore præcipue capri-
 no, & indidem pascit, atque ibidem habitat. Excremen-
 ta vero fingunt in sphaerulas, easq. in nidum demol-
 uunt, capite in terram demisso, posterioribus pedibus
 in altum erectis. Nemo facile abducitur a vitiis, in

D d d 4 qui-

quibus natus & educatus est, & quæ per se sunt fa-
lissimæ, videntur & pulchra & dulcia diuina con-
suetudinis commendatione.

Alienis soleis uti.

Αλλοτρίους βλαπτίους χρῆσθαι, id est, Alienis soleis uti dic-
tur, qui moribus aliorum ad suum abutuntur emolu-
mentum. Aristophanes in Equitibus:

Ὁ δὲ ἀλλ' ὅσον πίνων αἰὲρ πεπονηδὸν ὄρνιθ' ἔχων,

Τοῖσιν ἑρπείοις τοῖς σάσιον, ὡς πρὸς βλαψίοντι χρῆμα.

Quibus verbis negat se circumvenire populum Athe-
niensem, sed facere quod solent qui desident in compo-
sitionibus, & urgente alio surgunt, arreptis alienis
soleis, siue quod festinant, siue quod ebrii sunt. Ita ille
abutebatur moribus populi Atheniensis, qui cibo cor-
rupti volebat, & blanda libentius audiebat quam sa-
lutaria. Apparet olim Græcos absq. soleis solere accu-
bere. Exituri domum poscebant soleas. Hinc quæstus
Lopodyttis. Quidam etiam nudi accumbebant.

Longum proœmium audiendi cupido.

PROVERBII speciem habet quod est apud Platonē
libro de Rep. 4. μακρὸν τὸ προῖμιον τῷ ἐπιθέμῳ τι ἀκὴ
ἢ ὡ, id est Longum proœmium audiendi cupido. Qui
rem ipsam cupit cognoscere huic longū est omne proœ-
mium. Unde illud Terent. vob. etiam proœmium mihi
occeperat. Et Athenis praco, qui dicendi potestatem
faciebat rhetoribus præfatur ἀὶδὸν προῖμιον καὶ πα-
τέρι, id est, sine proœmiis & affectibus: quod hæc ex-
tra causam sint.

Quod recte datum est.

ΠΛΑΤΩ in Philebo, ostēdit proverbium a pueris vsur-
patum non oportere reposci, quod semel datum est.
ἡμῖς δὲ ὃν ἀπομαρ, καὶ ἀπομαρ πάλιν, ὅτι τὸ ἑξῆς ἐστὶ
τοῖσιν, ἔρρεται ἐξ ἐκείνου, id est, Nos autem dicimus id
quod solent pueri, quæ recte data sunt, uog. licere tur-
sus recipi. Hoc eo dicebat, quod Socrates solet ab inte-
gro repetita disputatione, quæ prius concessa fuerant
rursus in dubium vocare. Simile quiddam & hodie
iactatur inter pueros, ubi quis quod dedit reposcit,
Adeo dicta huiusmodi per tot sæcula perq. tot natio-
nes ad nos usq. demanarunt.

Funiculum ad lapidem.

Τὸν ἀπὸ τῆς τῆς τοῦ λίθου ἀγῶν, id est, Funiculum lapidi
admonere dicuntur, qui curam omnem adhibent ne
quid geratur in Republ. secus quam oportet. Beatus
Chrysostomus homilia in priorem ad Corinthios epistolā
35. σκεπτομένης παλιν καὶ τῆς αἰτίας τῆς τῆς ἀγῶν
τὸν λίθον ἀγῶν τῶν ὁ καὶ ὁ μὲν παρὰ τὸν χεῖρ τῶν δὲ ἐκκαλοῦσθαι
id est, Considera ut hic rursus funiculum admonet ad
lapidem ubiq. quærens ædificationem ecclesiæ. Trans-
latum est ab Archiscellis, qui non credunt oculis suis,
sed ad perpendicularum explorant lapidum æqualitatem.
Quod est exacta diligentia.

Nummo addicere.

ΑΥΤΟ Iurifconsultos proverbiale est nummo addice-
re, pro eo quod est, minimo vendere. Est autem su-
tus quo legibus imponitur prohibentibus donationes.
Ulpian. libro Pand. 19. tit. Locati. Si quis conduxeris

nummo vno, conductio nulla est, quia & hoc donatio-
nis instar inducit. Idem libro. 1. tit. de Re iudicata:
Si quis & conduxit, & rogavit precario uti posside-
ret, si quidem nummo vno conduxit, nulla dubitatio
est, quin & precarium solum teneat. Verum addibi-
tam nū in his exemplis pro conduxit & conductio, le-
gendum sit condixit & conditio. Suetonius in Iulio
Cæsare: Bello civili supra alias donationes amplissima
prædia nummo addixit. Valerius Max. lib. 2. capite
de Gratitude: Pollinctoribus exequiarum appa-
tus Sesterio nummo ipsis præbentibus est additus.
Idem Plaut. in Pseudolo: Numquam hoc eris num-
mo diuitior. Nummum dixit, pro vilissimo precio.

Verò verius.

CVM nihil possit esse vera verius, tamen proverbiali
tropo dicimus verò verius quod prorsus indubitatum
haberi volumus. Martialis in Gallicum quemdam, cui
ex more sepe repetebatur illud,

Dic verum mihi Marce, dic amabo:

Verò verius, inquit, ergo quod sit, audi.

Verum Gallice non libenter audis.

Non dissimili forma dicimus certo certius, quamquam
nihil prohibet aliud alio certius esse. Ulpian. libro
Pandect. 23. tit. de Testament. tutel. Testamento da-
tos sponsores non esse cogendos satisfacere rem saluam
fore, certo certius est.

Vento vivere.

HODIEQ. vulgo tritissimum est, ut eos dicant vento
vivere, qui nullo viuunt impendio, & addunt: more
silius, quod pleriq. creditum est eum piscem aurum sa-
ginari, quod idem creditum est de Chamaleone. Ale-
xander imperator lib. Codicis 5. tit. de Aliment. pupil.
præstare & ferendum, inquit, est iuuenis, qui cum præ-
sens esset, studiisq. eruditus atq. alius esset, si ea per
alium & osecutum non probet, sumptus recuset, qua-
si vento vixerit, aut nullo liberi hominis studio inbu-
meruerit.

Tuas res tibi habeto.

CAIVS Iurifconsultus Pandect. lib. 44. tit. de Divortijs,
ostendit fuisse receptum, ut diuortium his verbis pera-
geretur: Tuas res tibi habeto, tuas res tibi agito. Quo-
rum altero reddit dotem, altero abdicat ab se tutoris
munus, in rebus uxoris. Hæc autem forma verborum
perscripta est, ne vel non ratum esset diuortium si nul-
lis solemnibus verbis perageretur, vel inauspicatum.
& odiosum si verbis civilibus perageretur. Idem in
discutiendis sponsalibus visum est uti his verbis, Con-
ditione tua non utar. Hæc proverbij gratiam habe-
bunt, si cui civiliter renuntiamus amicitiam. Sed se-
stimus erit, si ad res animi transferatur, veluti si quis
dicat, Monachi vitam professus est, mundum iussit sua
sibi habere, suas sibi res agere. Item si quis ambiat
consortium nostrum, quem iudicamus nobis inutilem
hinc apertè dicitur: tua conditione non utar. pro eo quod
erat, non utar tua familiaritate. Eleganter usus est
Plautus in Trin. ubi Eysoteles adolescens multa queri-
tur de miseris amantibus, ac meditatur amorem ej-
cere ex animo. Apagess amor, tuas res tibi habe,
amor mihi amicus ne suas: unquam, sine tropo usus
est.

est in Amphitryone. Valeas, tibi habeas res tuas; reddas meas.

Gamma Betam persequitur.

PROCOPIVS libro tertio, de bello Vandalico refert Carthaginē antiquum proverbium a pueris iactari solere, Quod Gamma quandoq. Betam, & rursus Beta Gammam persequitur. Suspiciamur puerorum lusum huc spectasse, quod inter vicinos frequenter oritur dissidium. Verum hic puerile dictum detortum ad rerum euentum, quod Gizericus Bonifacium expulisset: Postea Gilimerem Belisarius. Proverbium non est natum ex euentu, sed puerorum Carthaginensium anigma fuit, velut oraculum eius quod accidit postea.

Pulchrum sepulcri elogio.

NON videbatur in proverbiorum classem referendum, nisi nominatim proverbij titulo referretur apud Procopium libro de bello Persico 1. sub persona Augusta Iustinianum maritum sic alloquentis. Igitur optime imperator, volenti nunc vivere procul dubio nullo negotio licet, pecunie nobis magna vis, mare opportunū, nauigia multa. Considera tamen ne seruato tibi contingat, vitæ incunctatē cum mortis ad extremum acerbitate commutare, nobis autem antiquum sane placet proverbium, quā pulchrum est in sepulcri elogio imperatorem adscribi.

Primum apes abigendæ.

AGATHIVS de bello Gothico libro tertio. Placebant hæc dicta Uligo Herulorum præfecto, unde id usurpatum proverbium & barbarum & parui momenti, vtile tamen & alicuius energiae. Idem idem prædicebat: primum abigendas apes, deinde & mel subtrahendum. Sensit Buzes primum hostium copias aduentantes esse submouendas, quo possint Asia potiri, sumptum a curatoribus apum, qui quo mel eripiant ex alvearibus, apes fumo, aut alio quouis modo abigunt.

Optima quidem aqua.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΕΣ, id est, Optima quidem aqua, videtur in proverbium abiisse, quoties rei vehementer laudatæ præferitur aliquid melius: quemadmodum Pindarus auspiciens hymnos Olympicos aquam quidem fateatur esse optimam, sed aurum præferi, quod ignis in morem nocturne luceat. Sunt enim hæc duo præcipua elementa, aqua & ignis: unde aqua & igni interdicitur, quos vita indignos iudicamus. Aristoteles libro Rhet. 3. ut vulgo iactatum citat, & inquit, ΑΙΣΧΡΟΝ ὕδωρ. Quædam enim ob id præferuntur, quod sint rariora. Alioqui aqua est magis necessaria quam aurum. Meminit adagij Plutarchus in Commentario, in quo querit utrum aqua an ignis sit utilior. Supra modum efferenti philosophiam, is qui fateatur quidē philosophiam esse rem præclaram, sed qua potior sit theologia, facite succinet illud Pindari carminis fragmentum, ΑΙΣΧΡΟΝ ὕδωρ.

Non oportet hospitem semper hospitem esse.

ARISTOTELES libro Rhetoricorum tertio, nullo autem flore citat ceu vulgo iactatum, & inquit, & inquit, & inquit.

vivat, id est, Non oportet hospitem semper hospitem esse. Hospites dicuntur ignari eius loci in quo vivunt. Sed turpe est diu in eadem civitate vivere, & semper esse peregrinum. Videtur iambricus trimeter corruptus. Turpe est in eadem disciplina diu versatum esse, & nihil scire.

More Romano.

IN eadem epistola M. Tullius non sine proverbij specie dixit more Romano, pro eo quod est, simpliciter & absque suco potius quam erudite. Tales enim fuerunt illi Romani præci, Græcorum dissimiles. De quo inquit, homine tibi spondeo, non illo veteri verbo meo, quod cum ad te de Milone scripsissem, iure lisisi; sed more Romano cum homines non inepti loquuntur, probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem esse neminem. Penes Romanos erat rusticana veritas. Talem inducit libro de Finibus secundo. Quod nostri quidem optime disputant, nihil opus esse eum qui philosophus futurus sit, scire litteras. Itaque ut maiores nostri ab aratro adduxerunt Cincinnatum illum, ut dictator esset, sic vos de Pelasgis omnibus colligite, bonos quidem viros, sed certe non semper eruditos. Idem ad Trebatium lib. 7. Balbus mihi confirmavit te diuitem futurum: id utrum Romano more locutus sit, bene nummatum te futurum, an quomodo Stoici dicunt, omnes esse diuites qui celo & terra frui possunt, postea video. Romano more dixit, pro indocto & simplici. Nam Stoici subtiliter definiunt diuitem ac pauperem. Ac mox ad eundem: Ego te Balbo cum ad nos proficiscetur, more Romano commendabo.

Lacryma nihil citius arescit.

M. TULLIVS libro de inuentione priore, præcipiens ne orator posteaquam iudicis animum commouit ad misericordiam, diutius commoretur in questione, adducit Apollonij dictum, & inquit, & inquit, & inquit, id est, Lacryma nihil citius arescere, quod vehemens affectus facile vertitur in tedium.

Gallonius.

ETIAM ipsa luxuries multos nobilitauit, ut Aesopum & Apitium. M. Tullius celebravit Gallonium a Lucilio traditum idq. locis compluribus. In oratione pro Cæcinnâ: Quid ergo est? Non usque eo tamen ut incipita fortunasq. honestissimorum virorum dominentur hi qui relicta bonorum virorum disciplina, et quæstum & sumptum Gallonij sequi maluerunt. Item pro P. Quintio meminit Gallonij. Rursus lib. de finibus 2. refert e Lucilio. O Publi, o gurgēs, Galloni es homo miser inquit, cenasti in uita numquam bene, cum omnia in isto consumis squilla, acipensere eum decumano. Hæc Lucilius facit loquentem Lelium lapatho cenare solitum, Gallonio lurconi, & omnia gulæ ventrisq. delectatione metienti. Gallonij meminit M. Tull. libro de finibus secundo. Sed qui ad voluptatem omnia referens viuit ut Gallonius, loquitur ut frugi ille Piso, non audio.

Vultu sæpe læditur pietas.

M. TULLIVS in oratione pro Roscio, obiter citat sententiam a sapientibus iactatam. Et enim inquit, & inquit, quod

quod praeclare a sapientibus dicitur, vultu saepe læditur pietas, quod supplicium satis acre reperietur in eum qui mortem obiulerit parenti, pro quo mori ipsum si res postularit, iura diuina atque humana cogeant. Prouerbiū admonet pietatem erga parentes adeo religiose colendam, ut non solum nō offendamus eos verbis aut factis impiis, sed ne vultu quidem atrociorē aut contumaciorē.

Culleo dignus, aut non vno culleo dignus.

CUM hominem enormiter scelerosum significare volumus, eum culleo dignum dicimus. Hoc supplicium erat parricidis, id est, qui parentem occidissent. Quamquam apud priscos parricidium dicebatur, quoties homo hominem occidisset, hoc est, par parem, videlicet eo saeculo, quo crudelitas erat occidisse bonē, autem, aut gallū gallinaceum. Deī cum cœpisset esse vulgare, ut homo occideret hominem, parricidij vox ad summā impietatis significationem deflecta est. Culleus autem erat sacculus coriaceus, cui insubatur parricida, simul immissa vipera, simia, & gallo gallinaceo, atque ita proiciebatur in profluentem. 21. Tullius pro Roscio Amerino: Quanto maiores nostri sapientius, qui cum intelligerent nihil esse tam sanctum, quod non aliquando violaret audacia, supplicium in parricidas excogitauerunt, ut quos natura retinere in officio non potuisset, magnitudine pœne a maleficio summo arcerentur: insui voluerunt in culleum viuos, atque ita in flumen deiici. Oh singularem sapientiam iudicum, non ne videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse & eripuisse, cui repente celum solum, aquam terramque ademerunt: ut qui cum necasset, unde ipse natus esset, careret his rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse dicuntur &c. Proin luentalis impietatem cuiusdam exaggerās, negat illi satis esse serpentem unum, aut culleum unum. Narrat Suetonius quosdam statuā Neronis apposuisse culleum cū elogio, Merueras, sed ego quid possum?

Ratio quidem apparet &c.

PLAUTVS in Trinummo: Nequaquam. Argenti ratio comparet tamen, cui Stasimus, Ratio quidem Hercle apparet, argentum οὐχί. Nam hæc est germana eius loci lectio, quam alij varie mendosam conminiscuntur. Vfus est M. Tullius in Pisonem: Quas rationes si cognoris, intelliges nemini plusquam mihi litteras profuisse. Ita enim sunt perscripta scite & litterate, ut scriba ad ararium qui eas retulit, perscriptis rationibus secum ipse caput sinistra manu perfricans, commurmuratus sit: Ratio quidem Hercle apparet, argentum οὐχί. Idem Geta Terentianus in Phormione: Non ratio nobis, sed argentum deerat. M. Tullius ad Q. fratrem lib. 2. epistola vltima: Quamquā sunt facta verbis difficiliora. Eodem pertinet illud, Pulchre dixi.

Omnia præter animam.

CUM nihil non datum significamus, præter vitam, dicimus omnia tradita, præter animam. M. Tull. pro Roscio Amerino: Quod si tibi causa nulla est, cur hunc miserum tanta calamitate affici velis, si tibi omnia sua præter animam tradidit, nec sibi quidquam paternum,

ne monumenti quidem causa reseruauit &c. Simili figura Animam debere dicuntur, qui plusquam omnia debent. Terent. Quid si animam debet? Rursus: omnia debet, præter animam.

De reduuia queritur.

Εἰς τὴν παλινῶν χιῶν μίμνεται ὁ τῷ μὲν ἐν ὀφθαλμοῖς κακῶς. id est, De reduuia queritur maiori obnoxius malo. Ubi quis prauo pudore, lenissimis malis querit remedium, dissimulans maiora. Hoc affectu sunt complures, ut etiam apud medicum dissimulent morbum, præcipue podagrici. Narrat Plutarchus quendam consuluisse medicū de vitio unguium, cum color argueret illum esse vitiatum epate. At medicus intelligens ineptum hominis pudorem, nihil inquit, tibi periculi est a reduuia, sed grauius malum urget te. Huc adlusit M. Tullius in oratione pro Roscio Amerino: Intelligo me ante tempus hæc perscrutari, & propemodum errare, qui cum capiti Sexti Roscii mederi debeam, reduuiam curem.

Ad libellam debere.

QUI pecuniam præsentem ac iusti ponderis debet, ad libellam debere dicitur. Nam olim ad libram dabatur pecunia, non ad numerum. Inde illa vulgata, expendere, expensum ferre, dependere, rependere, impendere, pro sumptum facere, sumptuum rationem reddere, soluere, resolucere, & insimere. M. Tullius pro Roscio Amerino. Nisi planum facit H. S. L. I. I. ad libellam sibi deberi, perdit litem.

Hoc municeps aut vicinus nunciauit.

M. TULLIUS in eadem oratione: Soletis cum aliquid huiusmodi auditis, Iudices, continuo dicere, necesse est aliquem municipem aut vicinum dixisse. Solent. n. a vicinis ac municipibus vicinorum ac municipum scelera potissimum prodi. Quod & hodie vulgo dicunt, dedecus homini a conterraneis aut ciuibis oriri. Nā si quod fortunæ incommodum, si qua vitæ labe, ab illis quoniam sciunt proditur.

Dea excogitauit.

ARISTOPHANES in Equitibus: Τὸ μὲν γὰρ τῶν θεῶν, τὸ δὲ κλέμμι ἱμῶν. id est, Excogitauit dea, meum sed furum erat.

Non sine prouerbi specie dictum est in rhetores, qui apud populum iactabant, Minervam ipsis quod suaderent misisse in mentem, & tamen rerum gestarum gloriam sibi vindicabant. Color sumptus est ex Homero, ubi quoties facti ratio reddi non potest, Pallas dicitur suggestisse. Pallas Atheniensium erat protectrix. Comicus autem ioci gratia, pro πέρυμν, posuit κλέμμι, notans Cleonis rapacitatem.

Vfus est altera natura.

NIHIL hoc dicto celebratius, id est, αὐτὰρ φύσις, id est, vsus altera natura: Natura nihil efficacius potentius ut. Unde Satyricus,

Custode & cura natura potentior omni.

Huic parem aut certe proximam vim habet assuetudo. Aristoteles libro Rhet. 1. disputans de iucundis, docet ea iucunda esse, quæ vel secundum naturam sunt, vel quod huic proximum est, consuetudo. Nihil enim putat interesse inter naturam & usum, nisi quod interest inter

inter semper & plerumq. Perpetuum enim est quod inlidit natura, frequens quod usus affixit. Proinde sanctissimum consilium dedit, qui iussit ut a teneris statim annis optima eligamus, quæ post usu futura sint etiam iucunda.

Necessitas molesta.

MOX eodem in loco citat sententiam ceu vulgo iactatam, ostendens esse molesta quæ secundum naturam non sint. Vis autem pugnat cum natura, coq. molesta omnibus necessitas. *ἡ δὲ φύσις* inquit, *ἡ φύσις πάντων ὁμοία*, id est, Et recte dictum est. Quidquid enim est necessarium natura molestum est. Verum optimis non aduiscimus, nisi initio adhibeatur aliqua vis: sed quod prius erat violentum, ac proinde molestum, aduiscuntur primum fit leue, postea etiam iucundum.

Iucunda malorum præteritorum memoria.

IN IBI refert & hanc sententiam prouerbialem ex poeta quopiam,

Ἀλλ' ἠνύτ' στυγερὰ πρὶν ἄνδρα πόνον. id est, Meminisse laborum suorum qui seruatus est.

Item illud:

Καὶ μὴ γὰρ ὅτι καὶ ἄλλοι στυγερὰ πάσιν
Μνήμης ὅτι πάσιν πένοντι καὶ πάσιν ἔργον. id est, Magnopere est iucunda uiro, renouata dolorum Mentio, qui permulta tulit, permultaq. gessit.

Huius & alibi meminimus.

Suffragium optimum.

ARISTOTELES Rhetoricorum libro primo, videtur hoc attingere tamquam in foro iactatum, *ἡ δὲ φύσις*, id est, suffragio optimo. Cum enim multa sint probationum genera, quæ extra causam petuntur, ac Grecis dicuntur *ἄπειρα*, velut leges, testes, pacta, tormenta, insinandum, optima probatio est ex coniecturis, quæ illi *ἰσχυρὰ* vocant, *μαρτυρία μὴ ἔχοντι*, id est, *ἡ δὲ φύσις* inquit, *ἡ φύσις πάντων ὁμοία*, id est, Et vero qui testes non habet, hic erat locus, ex probabilibus signis esse indicandum: & hoc est quod dicitur, suffragio optimo.

Tamquam ad aram.

DE sacra ancora dictum est alias. Illi simillimum est ad aram, cum extremum refugium intelligi nolumus. Inde sumptum, quod olim qui extrema necessitate urgebantur, ad aras deorum soleant confugere, unde nefas erat quemquam detrabere. M. Tullius in oratione pro Roscio Comædo: Quod item nuper in Eröte Comædo usu venit, qui posteaquam e scena non modo similis, sed etiam conuicio explodebatur, sicut ad aram confugit in huius domum, disciplinam, patrociniū, nomen. Idem lib. 3. de natura deorum: Quod vos inquit, cum facere non potestis, tamquam ad aram confugitis ad deum. Idem actione in Verrem quarta: Magistratum autem nostrorum iniurias ita multorum tulerunt, ut numquam ante hoc tempus ad aram legum, præsidiumq. uestrum publico consilio confugerent. Ouidius Epistolarum libro quarto:

Unica fortunæ aræ repta meis.
Plautus in Mostellaria, Ad aram confugisti.

Ad asylum confugere.

HVIC cognatum est, ad asylum confugere. M. Tull. actione in Verrem 3. Se quæstorcm prohibitum esse dicebat, quo minus ephano Diana seruum suum qui in illud asylum confugisset, abduceret. Hæc sicut venustiora & *παραμυθεύειν*, si ad animi res transferatur.

Equitandi peritus ne cantet.

ἡ δὲ φύσις inquit, *ἡ φύσις πάντων ὁμοία*, id est, Equitandi peritus, ne cantet. Sumptum a poeta quopiam, in eum qui professus res serias versatur in nugis. Equitatio militaris est, & ad bellum pertinet. Musici sunt imbelles ac voluptuosi insectatores. Gregorius Theologus in epistola ad Eudoxum rhetorem in *ἡ δὲ φύσις* inquit, *ἡ φύσις πάντων ὁμοία*, id est, Eum qui didicit artem equitandi non vult canere poesis, ne qua cœuiat, ut simul & in equitando aberres & in canendo. Nondum liquet e quo poeta sumptum sit, sed dictum videtur in Thebanos, qui duas artes præcipue discebant, equitandi & canendi tibiis, cum altera parum alteri congruat.

Spartæ serui maxime serui.

PLUTARCHVS in vita Lycurgi refert, ceu vulgo iactatum *ἡ δὲ φύσις* inquit, *ἡ φύσις πάντων ὁμοία*, id est, Apud Lacedæmonios qui liber est, eum maxime liberum esse. Contra qui seruus est, maxime seruum esse. Apud Lacedæmonios ingenius non erat satis discere, aut exercere ullum opificiū, aut negotiationē, aut agriculturā, sed hæc omnia per Helotas, id erat seruorum genus, quibus nefas erat ullam artem liberalem vel discere vel exercere, agebant: quos ipsos durissime tractabāt. Cogebantur adesse conuiuiis, & illic inebriari, cantiones ridiculas canere, & saltationes indecoras agere, ut horum exemplo ingenium discerent, quam indecora sædaq. res sit temulentia. Quia & Sphorici cum iniret magistratum, solent Helotibus bellum indicere, quo fas esset illos occidere. His rationibus ad tantam seruitutem adigebantur, ut nihil auderent iniussu dominorum: adeo ut cum Thebani qui eruptione facta in Laconicam quosdam ex Helotibus ceperant, iuberent illos canere cantiones Terpandri, Alcmanis & Spondontis Laconici, responderint id heriles filias nolle. Generosior Spartano, alias nobis dictum.

Vespertilio.

VESPERTILIONES videntur appellari, qui grauati ære alieno, luce domi se continent, ne a creditoribus appellentur, noctu prodeunt. Ulpianus lib. Pand. 2. tit. de Euitutionibus: Si quis ita stipulanti spōdeat, sanum esse, furem non esse, vespertilionem non esse &c. inutilis stipulatio quibusdam videtur, quia si quis est in hac causa, impossibile est quod promittitur. Si nō est, frustra est. Sed ego puro uerius hanc stipulationē furem non esse, sanum esse, vespertilionem non esse, uilem esse: hoc enim continere, quod interest horum quid esse, vel horū quid non esse. Hactenus Ulpianus.

Quam-

Quamquam hoc loco quidam pro vespertilionem legunt vespillonem aut versipellem. Alciatus inter iureconsultos undequaque doctissimus in commentariis suis de Rerum significationibus, putat vespertilionem dictum quemadmodum modo diximus, qui metu creditorum interdum latitat, noctu prodit. Nam animal hinc dictum quod vesperi volet, indicat Nonius Marcellus. Adagium esse sumptum videtur ex apologo quopiam, siue Aesopi, siue alterius illum imitati (Nam Aesopo videtur indignus) qui narrat vespertilionem, mergum & rubum, inisse societatem, ut conflatis sortibus pariter negotiarentur. Vespertilionem contulisse pecuniam a feneratoribus mutuo sumptam, Mergum aliud quidpiam, rubum vestem. Cum omnes e naufragio nudi nati essent, vespertilionem metu creditorum interdum latitare, noctu volare tantum, mergum obsidere littora, ac subinde collum demittere in fundum, sicubi reperiat merces suas, vel ciectas in litus, vel in fundo harentes: rubum praeerentium adherere vestibus, siquam forte suam reperiat. Poterat videri parum quadrare, seruum aere alieno grauatum esse, quis enim credat seruo? nisi legeremus apud Terentium, Daui Get. quod debebat reddidisse. Nobis tamen videtur vespertilionis nomen & in fugitium seruum competere, qui noctu ab hero solitus sit subducere sese, latitatque, ubi perculi est ne agnoscatur. Nam inibi mox proximo capite, pro vespertilione ponit errone ac fugitiuum, cum quis, inquit, stipulatur furem non esse fugitiuum non esse, errone non esse. Prisci tamen ea voce secus vsi sunt, videlicet pro homine ancipitis fidei, qui nec huius ordinis sit, nec illius, cum utroque tamen colludat: eo quod vespertilio sic utrumque, ut nec inter volucres, nec inter mures habeat locum. Alas habet, sed pennas non habet: volitat, sed sub vesperam. Dentes habet, quod auium nulla. Varro in Agathone citante Nonio: Quid multa? factus sum vespertilio, neque in muribus plane, neque in volucribus sum. Vespertilionis conuicium torqueri poterit & in amantes qui noctu volitat, quos Plautus in Trinummo vocat tenebricolas. Elegans, inquit, despoliatur latebricolarum hominum corruptor.

In folle offerre.

CALLISTRATVS lib. Pandect. 35. tit. de condic. et demonstr. cap. cum seruus: Nos, inquit, neque condicionem meram putamus esse, quae in datione existit neque meram condicionem qua in facto consistit, sed eam condicionem quae ex quadam mixtura consistit. Nam non utique si ille in folle reliqua obtulit, liber erit: non enim testator hoc sensit, sed illud, ut rationes reddat, quomodo seruus reddere solet: id est, legendas offerre rationes primum, deinde computandas: ut explorari possit, computationes probae an improbae referantur, accepta, relata recte an non recte. Apparet in folle dictum, pro eo quod erat, inexplorate, inexplicate & confuse, sicut qui syngraphas & pecuniam sacculo inclusas offert.

Malus choraules, bonus symphoniacus.

DIVVS Augustinus in epistola ad Aurelium. Et refertur in decretis Causa 16. Quaestio prima, cap. Legi epistolam: commemorat vulgo illud iactatum: Ma-

lus choraules, bonus symphoniacus: ubi quis in suo genere contemptus, in praestantioribus habetur in preciorum veluti si quis poeta ineptus profiteatur medicinam, & inter praecellosos medicos habeatur. Augustini verba sunt haec: Ordini clericorum sit indignissime iniuria, si desertores monasteriorum ad militiam clericorum eligantur, cum ex his qui in monasterio permanent, non tamen nisi probatiores ac meliores in clerum adsumere soleamus: nisi forte sicut vulgares dicunt, malus choraules, bonus symphoniacus est, ita ipsi vulgares de nobis iocabuntur, dicentes, malus monachus, bonus clericus est. Sumptum apparet ex Mar. Tullio, qui in oratione pro Murena ita loquitur: Itaque mihi videntur initio multo hoc maluisse: postquam id adsequi non potuissent, illuc potissimum sunt delapsi, ut autem in Graecis artificibus eos aulicos esse, qui citharam di fieri non potuerint, sic non nullos videmus, qui oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris studium deuenire.

Ne bestiae quidem ferre possent.

PROVERBIALIS hyperbole est apud M. Tullium actione in Verrem quinta: Postremo ut odor Apronij teterim^o oris & corporis, quem ut aiunt, ne bestiae quidem ferre possent, vni isti suavis & iucundus videretur. Confine est illi quod alibi retulimus, Balbinum polypus Agnae delectat. Idem in Catil. inuectiua 5. Tantus enim illorum temporum dolor iniustus est, ut iam ista non modo homines, sed ne pecudes quidem mihi passurae esse videantur. Paulo diuersius dixit in epist. ad Atticum, cuius initium, Queris ex me, libro 1. Et quod omnes non modo homines, verum etiam pecudes factum esse sciebant.

Cossi.

OLIM vulgari conuicio Cossi dicebantur homines natura rugosi, a similitudine vermium qui lignis innascuntur. In natura rugas habent, ut se contrahant ac porrigant. Horum Plinius meminit compluribus locis, ut libro 11. cap. 33. Rursus lib. 30. cap. 13. libri vero 17. cap. 24. indicat huius generis grandiores in cibis atque etiam in luxu fuisse antiquitus. Meminit & Hieronymus aduersus Iovinianum lib. 2. Graeci νεφάρει vocant, qui cum sint iuniores, tamen vultu senium praeseferunt. Auctor Festus Pompeius.

Circeo poculo.

DE Circes virga nobis ante dictum est. Ad similitudinem M. Tullius vsus est Circeo poculo, de homine subito in alium mutato, actione in Verrem prima: Sed repente e vestigio ex homine tamquam aliquo Circeo poculo factus est Verres, redit ad se, atque ad mores suos. In verbis Ciceronis tacita adlusio est ex ambiguo vocis. Nam Verris porcus est maialis non dum castratus.

Ne tempestas quidem nocere possit.

IN homines insigniter nudos & inopes, non sine proverbij specie dixit M. Tullius actione in Verrem 5. Ceteros Leontinos quibus non modo Apronius in agris, sed ne tempestas quidem vlla nocere potuit, expectare nolite. Etenim non modo incommodi nihil caperunt, sed etiam in Apronianis illis rapinis, in quaestu sunt compendioque versati &c. Adlusum est autem in Apronij vocabulo ad aprum Catydonium. Et qui possident aliquid rerum,

rerum, aut habent in agris, aut in mari: his tempestas nocere potest. Cui vero nulla tempestas nocere potest, is nec in agris possidet quidquam, ut agricola, nec in nauibus, ut negotiatores.

Ballio.

NOMINA quædam ob insignem improbitatem abierunt in proverbum, quod interdum a veris, interdum a fictis in comædia personis sumitur. Nam Marcus Tullius in actionibus suis subinde C. Fannium Chæreæ quendam Ballionem appellat, veluti pro Roscio Comædo. Qui iccirco capite & supercilis, inquit, semper est rasis, ne ullum pilum boni viri habere dicatur. Cuius personam præclare Roscius in scena tractare consuevit, neque tamen pro beneficio ei par gratia referretur, nam Ballionem illum improbissimum & periurissimum lenonem cum agit, Chæream: persona illa lutu lenta, impura, iniusta, in huius moribus natura vitæque est expressa. Rursus in eadem: Vix mediusfidius tu Fanni a Ballione aut aliquo eius simili postulare audeas & impetrare posses. Ballionem inducit Plautus in Pseudolo, lenonem impurissimum, rapacissimum, improbissimum, nomen confictum est a βαλλων, quod semper aliquid præde venetur leno: vel a βαλλω, quod lasciuiarum ac saltationum sit architectus.

Canes venatici.

QUI venandi studio tenentur, habent canes emissarios, qui vestigiorum odore feras exploratas, & repertas latratu produnt. De Coryceis alibi diximus. Marcus Tullius actione in Verrem sexta: Apponit de suis canibus quendam, qui dicat se Diodorum Melitensem rei capitalis reum velle facere. Ibidem aliquanto post: Qui simul atque in oppidum quodpiam venerat, immittebantur illi continuo Cybiritici canes, qui inuestigabant ac perscrutabantur omnia. Duos fratres Cybiritas appellat canes, quod ad surandum Verres illorum oculis, sed suis manibus vteretur. Solet autem canibus a regione cognomen indiri, ut Melitæis. Ac superius in eadem: Qui postea quam venerunt, mirandum in modum canes venaticos diceret, ita odorabant omnia & vestigabant &c.

Mercenarium præconium.

LAVDES non ex animo tributas, sed commodi gratia per adulationem oblatas M. Tullius actione in Verrem tertia Mercenarium præconium appellat. Itaque cum a te caput illud tam multis verbis mercenario præconio esset ornatum, equis inuentus est postea prætor, qui illud idem ediceret? Quamquam scimus in vulgaris codicibus pro præconio haberi præmio, an recte, docti viderint.

Palmarium facinus.

PALMARIVM facinus, pro insigni ac triumpho digno dixit Terentius in Eunuchis: Tum hoc alterum, id vero est, quod mihi puto palmarium. Pro eodem Marcus Tullius dixit, Palmas. Ut pro Sexto Roscio Amerino: Si quemadmodum paratum esse audio testis prodierit, tum alias quoque suas palmas cognoscat. Rursus

Philippica 11. Sexta palma urbana, etiam in gladiatore, difficilis: sed hac iudicii culpa, non mea est. Plautus in Mustellaria, palmam item usurpavit in malam partem, loquens de adolescente qui ex moribus continentissimis degenerat ad mores corruptissimos. Is nunc in aliam partem palmam possidet.

Commouere sacra.

PLAVTVS in Pseudolo: Commouere sacra dixit, pro eo quod erat extrema experiri præsidia. Hinc dictum apparet, quod rebus desperatis, soleant homines ad deorum præsidia confugere. Velut hodie, Lutetia, cum supra modum inundat Sequana, corpus diuæ Genouefæ a montis acuti templo desertur, ad eadem virginis matri sacram. Sed vide num pro sacra legendum sit saga, ut intelligas arma, de quo iam diximus. Sequitur enim protinus, quo pacto & quantas soleam turbellas dare. Deinde verba sunt quasi bellum denunciantis: Nunc ne quis dictum sibi neget, dico omni pube præfente in concione omni populo, omnibus, amicis notisq. edico meis: In hunc diem, a me ut caveant ne credant mihi. Idem seruus & deinceps bellica loquitur.

Quasi dies dicta sit.

OLIM rei solent esse mæsti squalidique ac lugentibus similes, quo iudices ad misericordiam inflecterent. Hinc illud Plautinum in Asinaria:

Quem videam æque mæstum esse, ut quasi dies dicta si fiet.

Βασιλειαν.

STEPHANVS scribit Βασιλειαν esse ciuitatem Thraciæ, siue ut Strabo refert vicinam. Eius gentis improbi mores in proverbium abierunt, ut dicerentur Βασιλειαν, qui nihil sani loquerentur. Tota enim natio Thracum multis nominibus male audiebat, sed præcipue, ob morum truculentiam ac perfidiam. Thrax erat Polymnestor, qui victricis arma secutus, Polydorum obrumcauit, & auro vi potitus est.

Summo pede.

Ακρο ποδὶ, id est, Summo pede eadem figura dictum est, qua summo digito. Negatur summo pede attigisse disciplinam, qui numquam ingressus est, nec attigit limitum illius. Extat apud Platonem in Lachete, cuius loci alibi, vi fallimur, fecimus mentionem.

Vfuræ nauticæ.

ARVD Iurecon. usuræ nauticæ dicuntur centesimæ magnæque. Negotiatori sortem interdum accipiunt mutuo. Quoniam autem qui nauticam exercet negotiationem se suarum ventis & vndis committunt, feneratorum maiorem usuram exigebant. Interdum accipiebant mutuum in una ciuitate, quod in alia redderent: veluti si negotiator Venetiæ pecuniam acciperet, reddendam Brugis Hucgenus negotiationis quod utriusque periculo sit, a Græcis dicitur, ἀμοτορὶ πλεον, idque mutuum vocabatur δέμνημα. Vfus est Demosthenes in Oratione aduersus Dionysiodorum. Dicebatur & ἐκδοτικ, quo verbo usus est Demosthenes contra Aphobum, quod foris daretur. Porro

Ecc de fa-

de sanore nautico titulus est in Pandectis libro 12. Eam pecuniam Modestinus vocat traiectionem, sed non solus. Paullus appellat usuras maritimas. Idem titulus est in Codice libro quarto. Hoc indicare, satis est paræmiographo. Qui querit exactiora, inde petat.

Doribus Dorice loqui.

PROVERBII faciem habet, quod Gorgo in Syracusis apud Theocritum respondet hospiti, admonenti ut desinant turturum more garrere:

Δορίδην δ' ἔπεισι δοῦναι τοῖς Δορίαισι, id est,

Dorissare tamen fas Doribus arbitramur esse. Conueniet in homines natura loquaces, Aut cum oratio respondet moribus & ingenio, Velut cum Peneus fraudulentem loquitur, aut leno lenone digna.

Somnium hybernium.

Χειμῶνιδες ὄνειροι, id est, Hybernium somnium dicitur prolixa narratio, sed inepta, quod hyeme noctes sint longiores & proinde longiora somnia. Lucianus in somnio. μετὰ τὸν δὲ λέγοντος ἡράκλειος ἰφαιτίας, οὐκ μακρὸν τὸ ἐνύπνιον καὶ δικαίον. ἂν τ' ἄλλος ὑπέκρυσσι, χειμῶνιδες ὄνειροι, id est, Sed interim dum hæc loquor Papæ dixerit aliquis, ut longum insomnium ac forense, mox alius subiecerit, Hybernium somnium. Dicanicum dixit, uel quod duæ personæ inter se decertent, uel quod forenses causæ multis clepsydri perorentur.

Alios tragædos prouocat.

Τὸς ἑτοίχας τραγῶδ' ἀγωνιστὰς, id est, Aduersus reliquos tragædos sese parat. Refertur ex Lycurgi sophistæ oratione aduersus Demadem. Didymus ostendit dici solitum in eos qui sese componunt instruuntq. aduersus partem aduersam. Translatum videtur a certaminibus Baccho sacris, in quibus tragædorum feruebat concertatio.

Πομπῆων.

VETERES πομπῶν dicebant conuiciari, πομπῆας conuicia, hinc natum quod in pompis Bacchanalibus quidam e curribus conuicia iaciebant in alios, & vicissim ab illis impetebantur. Citantur hi versus e Menandri Perinthia,

ὣν τῶν ἀμαξῶν εἰς πομπῆαι τινὲς

σφοδρὰ λοιδορεῖ.

id est,

In curribus non nulla sunt differtia

Acerba valde.

Deplausiro loqui dictum est alias.

Securim iniicere.

SECURIM iniicere dicuntur, qui vehementer ledunt ac vulnerant. M. Tullius pro L. Murena: Sed tamen Serui, quam te securim putas iniicisse petitioni tuæ, cum tu populum Romanum in eum metum adduxisti. Atque inibi paullo superius, quod hic securim dixit, uelut exponens appellat plagam. Atque ex omnibus illa plaga est iniecta petitioni tuæ, non tacente me maxima. Item pro Plancio: Quam grauiorem potuerit Reipub. infligere securim. Idem in epistola ad Qu. Fratrem lib. secundo Tenediorum igitur libertas, securi Tenedia præcisa est. Et Demosthenes Phocionē ap-

pellare solet suorum argumentorum securim. Frequenter sunt apud Plautum, Iniicere tragulam, iniicere pilum, iniicere telum. Omnia tela in patriam intenta, Cicero de prouinciis consularibus.

Sale nihil utilius.

REPERITUR & hoc a doctis prouerbij titulo commemoratum. Humano corpori nihil esse utilius sale & sole. Salē etiam hodie omnibus cibis admiscemus, olim apricatio vehementer laudabatur a medicis.

Apud equum & virginem.

AESCHINES aduersus Timarchum refert, Athenis fuisse quendam tantæ seueritatis, ut filiam quod impudice se gesserit, nec integritatem suam seruauit usque ad matrimonium, deportarit in locum desertum, atque ibi una cum equo inclusit haud dubie fame perituram. Eiusque domicilij solum sua etiam nimis atate superfuisse tradit, quod ex re dicebatur παρ' ἑπὶ πόντον καὶ ἐν ἔλῳ, id est, apud equum & virginem. Dicipotest in exemplum immodicæ seueritatis.

Ad vinum disertum.

CICERO in Oratione pro M. Celio: ad vinum disertus appellat, qui ad serias causas agendas inepti, inter pocula multa garrunt, ubi nihil opus: Qui se numquam profecto si istum in locum processerint, explicabunt, quam uolent in conuiuio faceti, dicaces, non numquam etiam ad vinum disertum sint. Alia fori vis est, alia triclinij. Notum est illud Flacci,

Fecundi calices, quem non fecere disertum?

M. Tull. adlusit ad morem priscum, quo causæ ad aquæ modum agebantur. Ea diuidebatur in tres partes, una infundebatur actori, altera reo, tertia iudici. At qui ad vinum disertum sunt, ad aquam fere muti sunt.

Sicco iunco.

PROVERBII speciē habet quod est apud Aeschinē πῶς τ' παραπροβίαις, ὁλοχαῖνον ἀβρόχον. id est iunco siue fune sicco. πῶς δὲ δὴ λόγον ἀφρόνους ἔχον ἐπηγέμεται, καὶ πῶς τῶν δικαίων τῶν ὑπὸ ἀμφιπλοίας καὶ τ' ἀρχῆς τ' ἀπὸ τοῦ αἰσίου τοιαῦτα εἶναι, ἵνα ὡς τὸ ἀπορρέειν τὸ φιλιππικὸν σῶμα ὁλοχαῖνον ἀβρόχον. Id est, Iā uero & rationum copiosos fontes habere se iactabat, atque de iure Amphipolis, deq. belli origine talia dicturum, ut Philippi os sicco fune obuieturus esset. ἀβρόχος dici potest, uel ficcum, quodq. nō rigatur, uel quod laqueū non habeat. Nam iunci gaudent humido, & ex his interdum texuntur fines. Hesychius indicat ὁλοχαῖνον idem esse quod ἰεῦχαῖνον. id est, Iuncum marinum, ad hæc ὁλοτερεῖον, id est, uersatilem. Deniq. & περιφορὴ λίθου, id est, rotundum ac uolubile saxum. Itaq. perpēdat eruditus lector, an ὁλοχαῖνον ἀβρόχον, intelligat orationem salsam, non aqua marina, sed acerbis ac pungentibus rationibus. Quin & in illis uerbis, πῶς λόγον, subest prouerbum: cum ingentem copiam significabant. Frequens est apud Chrysostomum.

Supercilium salit.

QVOTIES bona quadam spes titillat animum nostrum, dicere licebit nobis salire supercilium. Ita Pseudolus apud

apud Plautum in sui nominis fabula. amanti de argento querenti, At id futurum unde? respondet, unde dicam, nescio, nisi quia futurum est, ita supercilium salit. Sumptum a vulgi superstitione, qui futurorum auguria capiat ex corporis adfectibus, ut si quod membrum pruriat prae ter eundem causam, si dexter oculus saliat, si auris dextra tinniat. Non me fallit aliter legi apud Plautum: Verum & ipsa sententia & metri ratio docet esse legendum, ut a me positum est. Sic enim legendi sunt senarii iambici,

Verum ego te amantem ne pae non deseram.
Spero alicunde hodie me bona opera, aut hac mea
Tibi inuenturum esse auxilium argentarium.
At id futurum unde? unde dicam nescio,
Nisi quia futurum est, ita supercilium salit.

Duobus digitis primoribus.

Quod auide arripimus tota manu sumimus, aut ut habet proverbiū ambabus. Contra qui parce sumunt, duobus digitis accipiunt. Plautus in Bacchidibus: Quid igitur stulte quoniam occasio ad eam rem fuit. Mea virtute parata, ut quantum velles, tantum sumeres, Hoc tu digitulis duobus sumebis primoribus sensit de pollice & indice. Rursus in Pænulo: Tenetis rem, vix quidem Hercle, ita paucilla est digitis primoribus. At res animi translatus plusculum habebit veneris, ut, Tanta occasio non erat tibi duobus digitis primoribus accipienda, sed toto arripienda corpore.

Madusa.

In Psendolo Plautina servus ebrius, ita loquitur: Ego nunc probe habeo madusam Festus Pompeius indicat apud priscos madusam dici solere temulentum, dubitatq. verum a Graecis deductum sit, quibus ebrius est μιδυσος, an a Latino verbo madere, quod probe potum madidi dicantur. Quod si madusa sonat ebrium non ebrietatem, absurdus sermo est, habeo madusam, unde sic arbitramur legendum:

Ego nunc probe habeo madusa, ita victu ecurato.
Servus in ebrietate videtur sibi felix, ut solutus omni metu curisq. & omnium tristium oblitus. Dixerit aliquis, quid haec ad proverbia? Immo quemadmodum peregrina vocabula novitatis commendatione in proverbium abierunt, ita & obsoleta quaedam.

Talum reponere.

Τὸν περὶ ἀντιφώνου, id est, Rursus talum ponere dicebantur, qui quod parum ex sententia eucenerat, curis ut aiunt posterioribus corripiebant. Antiphon in oratione de concordia, ἀντιφώνου δὲ ὡς περὶ τῆς βίης, id est, Vitam perinde atque talum denuo ponere non licet. Vitam semel actam rursus iterare non est datum. Licet tamen iuxta Mitionis Terentiani dictum, prioris vitae lapsus melioribus factis corrigere. Admissa vita non est quod corrigas.

Dorice concinere.

Qui dissentiant, dicuntur non continere harmonia Dorica. Id proverbio iactatum videtur in eos quorum oratio dissentiret a factis. Plato in Lachete, ἐκ ἀρχῆς καὶ κατὰ τὸν λόγον θεωρεῖς ἡμῶν μὲν καὶ οὐδὲν ἄλλο. καὶ τὸν ὅλον δὲ συμφωνεῖ ἡμῖν τοῖς λόγοις, id est, Ne-

quaquam igitur iuxta sermonem tuum Dorica concinimus harmonia ego ac tu Laches. Nam facta nobis haud consonant verbis. Inter musices genera Doricū maxime probatum est, ut medic temperatum inter Lydium & Phrygium.

Præsentibus rebus consulendum.

PROCOPIVS belli Gotthici lib. 1. Vetus nimirum me subit dictum, quod utiq. præsentibus rebus ut consulatur iniungit. Arbitramur esse idem quod alias ex Platone retulimus δὲ τὸ παρὸν ἐν τῷ βέλῳ, quod præcūrit, in integrum reuocari non potest: consultationem de futuris variæ interruptunt occasiones, quod urget in primis curandum est.

Sal & mensa.

APUD priscos hospitij ius fuisse sanctissimum alias nobis est dictum. Id contrabebatur salis & mensæ confortio. Quemadmodum apud Germanos acceptus a propinante cyathus adimit omne ius agendi iniuriarum. Aeschines de perperam obita legatione, τὸ ἐπὶ τῇ πόλει ἀλλὰ καὶ τῇ δημοσίᾳ τῶν ἀνθρώπων πόλις καὶ δημοσίη πόλις, id est, Etenim civitatis salem, publicamq. mensam, ait se plurimi facere. Non exciderat hoc proverbium antea commemoratum, verum hoc exemplum hospitij publici religionem nobis commendat: eoq. commemorandum putavimus. Manent huius hospitalitatis publicæ vestigia in hunc usque diem apud Germanos.

Saliare dapes.

VETUSTISSIMUM sacerdotij genus, fuit apud Romanos Saliū, dictū quod Ancylia, quæ credebantur calo delapsa, saltantes ferrent. Hinc opusarum convitiū ac magnificentum Saliare dicitur. Horatius in Odis,

Nunc est bibendum, nunc pede libero
Pulsanda tellus, nunc Saliaribus
Ornare pulvinar deorum
Tempus erat dapibus sodales.

Arbitramur autem Horatium Saliare pro pontificalibus dixisse, hoc est speciem pro genere. Nam in omnibus sacris adhibebatur apparatus splendidus ac magnificus, quæ cura delegata erat septem viris epulonibus. Aristippus reprehensus quod homo philosophus sumptuose viveret, si inquit, hoc esset crimen, dū non paterentur in suis sacris. De pontificali cena nobis alibi dictum est.

Falsum probum.

SENTENTIA proverbialis est apud Aeschinem in oratione περὶ παραπρωσιας, τὸ δὲ τῷ θεῷ ἀντιφώνου, id est, falsum probum non pervenit ultra aures. Qui audit convitiū cuius sibi conscius est graviter animo vulneratur. At qui falso probro aspergitur, non perinde commouetur. Non enim descendit altius in animum hominis recta conscientia.

Ne insciens quidem verum dicit.

ALIQVANTO post addit hyperbolen proverbialem, συμπεπληγμαι δὲ οὐ τῇ πελαγίᾳ, καὶ ὑπερβολῶς ἀβέβαιον γένετι καὶ πονεῖν, ἵς δὲ ὡς ἀνὴρ ἀλκιῆς ἐδὲν ἐπὶ τοῖς. In rep. vero involutus sum cum homine supra modum
Ecc 2 impostore

impostore & improbo, qui ne insciens quidem quidquā veri possit dicere. Hoc tropo notat hominem insigniter vanum. Alioqui solent etiam natura mendaces, interdum lapsu linguae, ac per incogitantiam aliquid veri dicere. Fertur & hodie vulgo apud nostrates de vano: Fortunatus est ad dicendum verum: quasi nūquam loquatur verum, nisi imprudēs. Quod enim accidit præter animi destinationem, fortunæ tribuitur.

Capillis trahere.

Τὸν τριχὼν ἔλκειν. id est, capillis trahere dicuntur qui vi perpellunt, quod et hodie dicitur auribus trahere. Aeschines in oratione quā modo citauimus ἐκπαροίμην τῶν ὑβρίων, ἡ δὲ παροίμια ἐστὶν ὅτι ἡμῶν οὐδὲν τῶν ἐταῶν τὴν τὴν φιλίππῃ, ἐλκοίμην τῶν τριχῶν, καὶ λαβὼν ὑπὲρ αὐτῶν μεσιγοίμην τῶν ἀχμῶν τῶν γυναικῶν. id est, non perpeffus fuiffem contumeliam, sed incanduissem cum nos exciperet conuiuio quidam e Philippi amicis excipiendis hospitibus præfectus, & capillis traxiffem, & arrepto loro flagellaffem captiuam mulierem. Plautus in Menachmis, sed quis hic est qui me capillo hinc de curru deripit. Opinamur adlusum ad Palladem Homericam quæ Achillem capillis reuocauit a pugna, idem in Mercatore: Me istam capillo pertracturum in viam, nisi hinc abducit. De naribus trahi, obtorto collo, obtorta gula, nobis alias dictum est. Quo longius a rebus corporeis recedet metaphora, hoc erit venustior, velut si quis dicat: lasciuia capillis trahendam & ieiuniis laboribusq. castigandam.

Scythia malus.

ΤΑΝΤΑ erat barbaries immanitasq. Scythica gentis ut ipsa etiam appellatio cesserit in prouerbium, quemadmodum hodie crudelem hominem appellamus Turcam & immane facinus Turcicum. Aeschines in oratione τῶν παρὰ πρὸς βίβλιν, καὶ δὲ μὴ οὐδὲν αὐτῶν μὴ τῶν λογογράφῶν καὶ σκῶν κακῶν ὅντι παρὰ δέναι, Obscero ut seruetis me, ne ue logographo, maloq. Scythæ me tradatis.

Mali principij malus finis.

Ἀρχὴ κακῆς τέλος κακόν. id est, Orsus mali finis malus. Iambicus dimeter ex Aeolo poeta refertur. Quæ rectis consiliis institiuntur, etiam si qua incidat difficultas, tamen fortiuntur, aliquando letum exitum: contra quæ prauis rationibus inceptantur, quamuis initio succedant, tamen habent infelicem exitum.

Laureolam in mustaciis querere.

M. TVLLIVS in epistolis ad Atticum: Bibulus cepit laureolam in mustaceo querere, hoc est, ex friuolis negotiis captare famam haud præclaram, neque magnificam. Est autem mustaceum siue mustaceus libi genus, cui aliquid additur de virga lauri derasum, ac decoquitur suppositis lauri foliis, ut indicat Cato libro de agricultura. Unde Plinius libro 15. cap. 30. Mustaceum dictum putat tertium lauri genus, quod ad eum usum adhibebatur. Alioqui laurus erat triumphalis, ornamentum ædium principalium ac pontificiarum. Hanc qui non poterant assequi laurum, in mustaceo querebant laureolam. M. Tullius Epistolarum ad At-

ticum libro 5. Epistola cuius initium, Saturnalibus mane: Bibulus inquit, credo voluit hac appellatione inani nobis esse par. In eodem Amiano cepit laureolam in mustaceo querere. Cicero in provincia res præclaras gesserat, Bibulus frigebat. Idem ad M. Caelium Ruffum lib. 2. qualemcumque triumphum laureolam appellat, velles enim ais tantum modo ut haberem negotij, quod esset ad laureolam satis.

Si tu proreta.

NON tam ficus ficui similis est, quam est simile prouerbio quod est apud Plautum in Rudentibus:

Si tu proreta isti nauis es, ego gubernator ero.

Quo licebit vii, quoties neuter alteri in negotio quopiam vult cedere. Nam prora ea pars nauis est, quæ in appellendo percutit litus, puppis est posterior in qua sedet qui clauum regit. Habent enim nauis singulis distributa munia, quorum præcipua sunt proræ & gubernatores. Vnde prouerbium Prora et puppis. Prora Græca vox est, cui parti qui præsidet πρῶτης & πρῶτης illis appellatur, unde πρῶτης ὁ πρῶτος, proram regere. Suspiciamus autem Plautum & alteram vocem Græce posuisse ut priori Græcæ responderet κυβερνήτης. Nā si gubernator legas, versus trochæus antepenultimo loco habebit breuem syllabam, gubernator ero, quod carminis ratio nullo pacto recipit. Si tu proreta isti nauis es, ego κυβερνήτης ero. Verum hoc quidquid est eruditorum iudicio relinquitur. Honefior aut nauis pars est puppis. Vnde Vergilianus Aeneas: Stat celsa in puppi. Et M. T. Cornificio lib. 12. Quamobrem mi Quinte conscende nobiscum, & quidem ad puppim.

Hedera lasciuior.

NON sine prouerbij specie dictum est, quod hedera natura sit omnia complexu suo vincire. Vnde Flaccus arctissimum amicæ complexum significare volens ait in Odis:

Arctius atque hedera procera astringitur ilex,
Lentis adhærens brachiis.

Rursus alibi: Lasciuus hederis ambitiosus. Sed complexu suo enecat arbores, quod idem amantibus faciunt lasciuæ puellæ. Vnde Romæ Flamini Diali nefas erat tangere hederam, atq. adeo ne nominare quidem fas erat. Hoc enigmatè declarauit antiquitas, quanta puritas, quantaq. castitas deceat sacerdotem, atq. adeo quanta libertas, nam amare mera seruitus est. Nec anulum solidum gestare concessum erat, aut ullum omnino in corpore nodum habere, ut testatur Festus Pompeius.

Nugæ theatri.

PLAVTVS in Comædia Pseudolo, nugas theatri appellat, quotidiana conuicia quæ in meretrices, lenones & parasitos iaciebatur a comediarum actoribus. Sic ibi Ballio leno rogatus quid ipsi dixisset quispiam? Nugas inquit theatri, quæ in comædiis solent lenoni dici, quæ pueri sciunt, Malum et scelerosum et periurum aiebat esse me, sic leno, His aut conuitiis non oportebat quæquam offendi, ut aiebat Socrates, nihilo Hercle magis quàm in magno conuiuio, liberius dictis. Quin etiam totum hoc quod in comædiis agitur, nuge theatri dici poterunt: veluti

luti iuuenes amare, senes iurgare, seruos heris impone-
re, lenas sitire & cetera. Aliquanto secus dictum est
M. Tullio, qui theatri vocem traxit ad significationem
ostentationis. Velut in oratione pro Rabirio: Multas
equidem C. Caesaris virtutes magnas incredibilesq. co-
gnoui, sed sunt cetera maioribus quasi theatri propo-
sita & pene populares, castris locum capere & cete-
ra. Unde & Theatrica dicuntur quae multitudinis fa-
uorem captant.

Pleno modio.

ANTE dictum est nobis plena manu fieri, quod largi-
ter, minimeq. maligne dicitur. M. Tul. ad Attic. lib.
6. Epistola prima, simillima figura dixit, pleno modio, Si
illa iam habent pleno modio, verborum honorem, in-
uitationem crebram &c. Nam antea dixerat, se pu-
blicanorum vsuras affatim laudasse.

Agninis lactibus alligare canem.

BALLIO in Pseudolo Plautina: Quia pol qua opera
credam tibi, una opera adligem fugitiuum canem agni-
nis lactibus. Qui canem alligat intestinis agninis, is
non modo canem amittit, verum & praedam ultro de-
derit fugitiuo. Sic qui credit homini male fidei, et rem
perdit & frustra obligatum habet eum, qui non est sol-
uendo. Lactes enim dicuntur intestina molliora.

Superauit dolum Troianum.

APVD Plautum in Pseudolo, senex laudans seruum
suum, quod arte noua, struclis insidiis, per suborna-
tum quendam imposuerit Ballioni lenoni, ita loqui-
tur:

Superauit dolum Troianum, atq. vicit Pseudolus.
Sentit autem de equo Troiano e trabibus contexto, de
quo iam saepius diximus. Quemadmodum autem Graeci
per subornatum Sinonem imposuere Troianis, ita
Pseudolus per Harpagem imposuit lenoni.

Laryngizcin.

Αργυζικιν Græcis dicuntur, qui non loquuntur naturali
modo, sed dilatato gutture effundunt immanē vocem.
Quemadmodum & canunt non nulli. Hoc vitium De-
mosthenes obiecit Aeschini, quod non ex animo lo-
quens vocem praeter naturam intenderet, Neq. enim
oratoris est, ad se effus clamore mouere, sed argumentis
& rem velut oculis subiiciendo.

Oculis ac manibus.

QVOD omnibus modis compertum est, oculis & mani-
bus deprehensum dicitur. M. Tul. pro Cluentio: Cum
manifeste venenum deprehendisset, quod vir matris
Oppianicus ei parauisset, & res non coniectura, sed
oculis ac manibus teneretur, neque in causa ulla du-
bitatio posset esse, accusauit. Oculis magis creditur
quam auribus, Quidam porro adeo sunt domini, ut
nisi manibus contrectent, non credant.

Ut herba solstitialis.

APVD Plautum in Pseudolo amans de spe subito deie-
ctus, ita loquitur: Quasi solstitialis herba paulisper
fui, repente exortus sum, repentino occidi. De Ephe-
mero animalculo nobis alias dictum est. Sunt qui hoc

loco solstitialem herbam intelligi velint Heliotropiū.
Atqui tametsi heliotropium circumagitur ad solem
spectans, nusquam tamen legimus eam, eodem die na-
sci ac mori. Vero propius est Plautum sentire de her-
ba Ephemero, cuius aliquot locis meminit Dioscorides,
veluti libro quarto, capite 698. Item aliis non nullis.
Rursus lib. 6. cap. 111. Is duo facit genera, alterum
Colchicum quod illic affatim proueniat, a quibus bul-
bus erraticus siue agrestis dicitur, quod sub exitum
autumni florem effundit subcandidum, non dissimilem
croceo. Alterum quod Irim syluestrem appellant, fo-
liis lilij sed tenuioribus, caule pari, florem habet ceru-
leum amarum, cuius descriptionem habet Plinius lib.
25. capite 13. Colchicon bulbi similitudine adlicet igna-
ros, & iugulat, quemadmodum & fungi. Sed praesens
remedium est lac bubulium. De hac herba non dubium
est quin Plautus senserit. Nam Dioscorides ait proue-
nire sub exitum autumnii, hoc est, circa solstitium bru-
male. Et Theophrastus Ephemeron appellatam putat
quod ultra diem non viuat, idem praedicans de herba
quod Aristoteles de animante eiusdem nominis.

In herbis.

IN herbis esse dicuntur, quae non dum maturuerunt, sed
speciem bonam de se praebent: dixit M. Tullius in
oratione pro M. Celio: Sed ego non loquor de sapientia
quae non cadit in hanc aetatem, de imperii animi loquor,
de cupiditate vincendi, de ardore mentis ad gloriam,
quae studia iam in his aetatibus nostris contractiora es-
se debeant, in adolescentia vero tamquam in herbis si-
gnificant, quae virtutis maturitas, & quanta fruges
industriæ sint futurae. Hoc proverbium alibi nobis di-
ctum meminimus, sed hunc locum adiicere visum est.
Ex quo si quid damni capit lector, est quod queratur:
si quis cauilletur nos captare numerum silebit, si perpen-
derit innumera proverbia ceteris admixta, non referri.

Nullius coloris.

ALIBI commemorauimus de modis omnibus ignoto
solere dici, albus an ater sit nescimus. Huic simillimum
est, quod ait Harpax apud Plautum. Quem Pseudolus,
quas tu praedicas fallacias mihi. Quem ego hominem
nullius coloris noui. Vehementius est, quam si dixisset,
albus an ater. Et paullo post, pro eo quod dici solet, non
noui hominem. Neque istum, inquit, Pseudolum morta-
lis qui fiet, noui neque scio. Rursus in eadem: Qui sunt
reptunt, alienum reddunt nato nemini. Idem in Ru-
dentibus: Dominus huic ne frustra sis, nisi ego nemo
natus est. Rursus in Mustellaria: Curabitur, tamquam
si intus nemo in adibus habitet. Iterum in eadem:
Natus nemo in adibus fuit.

Et praedam & praemium.

QVOTIES significamus omnino quidpiam auferendum
sive iure, siue iniuria, dicemus & praemium et praedam
auferendum. Praemium datur pro meritis, praeda per
vim aut arte abducitur. Ballio in eadem fabula: Ausfer-
tur id praemium a me, quod promisi per iocum. Cui re-
spondet senex, De improbis viris auferri praemium &
praedam decet. Sentiens malos quouis modo spoliandos,
eo quod si quid male fit malis, benefactum est. Sicuti
bene dictum est, quod dignis male dicitur.

E e e 3 Et

Et natali emortualem facere.

IN eadem fabula Ballio leno coactus reddere argentum dicit: Certum est mihi hunc emortualem facere ex natali die. Emortualem dixit pro tristi ac funesto, natalem pro lato ac felici.

Catone hoc contenti sumus.

INTER ea quæ Cæsar August. quotidiano sermone solet usurpare, Suetonius & illud commemorat, quod quoties significabat presentem rerum statum esse boni consulendum dicebat, contenti sumus hoc Catone. Cato Uticensis conatus est tueri presentem Reip. statum exclusa tyrannide, at non successit, vicit ea pars quæ tyrannidem videbatur affectare. Augustus autem in hoc cum Catone sentiebat, quod presentem Reip. statum nollet immutari. Itaq. ipse quodammodo sui temporis Cato fuit. Retulimus ex Macrobio inter apophthegmata, Cæsarem Augustum aliquando uenisse in ædes in quibus habitauerat Cato. Hic cum Strabo in gratiam Augusti incusaret Catonis perigaciam, quod sibi necem consciscere, quam Iulio victori se submittere maluisset: Augustus respondit, Quisquis presentem ciuitatis statum mutari non vult, is & ciuis & vir bonus est. Eodem dicto & Catonis memoriam tutatus est, & sibi consiliuit, ne quis in posterum adfectaret res nouas.

Edax triremis.

Ἀδδῶν τριμῆς id est, Edaces triremes, dicuntur quod magnis constant impendiis. Translatum videtur ab egregiis equis & ad certamina alitis, quos oportet esse voraces, extat apud Lysiam oratorem. Alceus autem in comædotragædia, lucernas bibulas Ἀδδῶν λέγει dicit, quod multum absument olei. Prouerbij speciem hæc habebunt, si ad hominem prodigum immodiciq. impendij transferantur, quemadmodum Edax currus, de quo nobis est dictum prius.

Obolo dignus.

Ἀξιος ὀβολῶ id est, dignus obolo per iocum dicebatur, qui in aliquo numero vellet haberi. Translatum a consuetudine reip. Atheniensium, quæ qui per scenam adscribebantur in numerum virorum, & ob id δόκιμοι vocabantur, iis in singulos dies dabatur obolus ex ærario publico, quemadmodum tradit Aristoteles in Politicis. Alij malunt duos dari solitos. Et fieri potest, ut post duplicata sit mercedula. Huius rei meminit Lysias in oratione περὶ τῆς ἀδωχίας. Et haud scim⁹ a huc adluserit Aristophanes in Equitibus. ἀνὴρ κἀνὴνται τοῖσι ποσὶ τοῦ ὀβόλου. ἀδύνατοι dicebantur, qui trium mensium spacio corpore claudicarent. Quemadmodum ἀδόκιμοι dicebantur, qui nondum erant in virorum numerum adscripti, nec diu obolo digni iudicati.

Areopagita taciturnior.

Ἀρειοπαγίτης σιωπώτατος id est, Areopagita taciturnior dicebatur, qui commissum arcanum optime contineret. Alciphron in epistola quadam κενέμοι τὸ γὰρ ἀρειοπαγίτης σιωπώτατος id est, Esto mihi nunc Areopagita taciturnior, σιωπῶς enim dicitur, non qui tacet ipse, sed qui continet arcanum, nec effuit usquam, translatum est a vasis solidis nec vlla ex parte persillantibus.

Athenis in Arcopago causæ capitales audiebantur idq. noctu, magna attentione. Et fortassis nefas erat illis quæ ibi fuissent acta apud vulgus effutire. Extant & hodie apud Vespbalos reliquæ generis iudicij. Certi vulgo dicuntur. Qui in hunc ordinem admittuntur, magna religione adiguntur ad silentium. Est enim ratio quedam deprehendendi crimina, quam nullus intelligit, præter illos iuratos.

Veterata vaticinari.

ἈΛΙΒΙ retulimus ἀρχαῖα λέγει, friuola loqui. Ballio in Pseudulo Plautina ad atrociam conuicia, quibus a duobus impetitur, respondet, vetera vaticinamini. Cōueniet in eos qui nihil adferunt noui, sed iam olim vulgo iactatum. Nam vatium est, aut aliquid noui dicere quod nondum accidit, aut aliquid proferre, quod nulli cognitum est. Solent enim prognastæ quidā mira quedam diuinare de præteritis annis. Lenoni nihil est noui audire, scelestus, periurus, sacrilegus.

Eadem queri.

Ξαυαλίαν κλαίει, dicuntur, qui simul iisdē de malis queruntur, inde sumptum quod apud veteres interdum duo tibicines eandem cantionem sonabant. Aristophanes in Equitibus:

Ξαυαλίαν κλαύσθμεν, ἔλουμε νόμον. id est, Modis Olympi concinamus tristia.

Olympus quidam fuit Marsyæ discipulus. Is conscripsit de lugubribus modis tibia canendis. At Marsyæ male cessit sua musica. Discipulus igitur magistro accinit lugubria.

Schœnicolæ.

FESTVS Pompeius indicat olim schœnicolas appellata scorta plebeia ac vilia, ab unguento uilissimo quo oblinuntur. Plautus in Pœnulo, Miseras, schœno delibutas, schœnicolas sordidas.

Luto lutulentior.

ΑΥΑΡΟΣ quisq. supra modum auarus, impuros ac sordidos dicimus. Id Plautus in Pœnulo exagge- rat in Pœnulo: Sed lenone isthoc Lyco illius domi non lutum est lutulentius. Non numquam declarat hominem scelerosum & contaminat um potiusquam sordidum. Ut Cicero in oratione pro domo sua ad pontifices. O canum, o portentum, o scelus. Et Pisonem alicubi lutum appellat. Sic enim appellat lutum, quemadmodum subinde vocat scelerosum, Labem ac maculam. Itidem subinde facem, procellam ac tempestatem appellat tumultus auctorem.

Διακωδωνίζεν.

Διακωδωνίζεν, Demosthenes dixit pro exemplare atque examinare. Sumptum putant ab iis qui noctu cum tintinabulo circumeunt excubias, ne quis dormiat, aut ut hoc signo declarent se vigilare. Siue ab iis qui coturnices tintinabulo experiuntur, num sint ad pugnam idoneæ, ut visum est Aristarcho. Nec desunt qui malint inde ductum, quod ad eundem modum explorari soleant equi, an tubarum & armorum strepitum laturi sint. Simili modo conuiciis olim explorabantur iniitiandi mysterijs,

Ferrum

Ferrum & flamma.

Fors domina campi.

CUM exitiabile bellum significamus, ferro flammaq. re-
geri dicimus, siue ferro igniq. M. Tullius in oratione
pro L. Flacco: O di immortales quid hoc miserius, nos
qui P. Lentulo ferrum & flammam de manibus extor-
simus, imperit & multitudinis iudicio confidimus. Mox
in eadem: O nox illa quæ pene æternas huic urbi tene-
bras attulisti, cū Galli ad bellum, Catilina ad urbem,
coniurati ad ferrum & flammam vocabantur. Rur-
sum pro Sylla: Cuius nuper ferrum retulerim, flam-
mamq. restinxerim. In oratione pro domo sua, addit
saxa, Deinde cum ille saxis & ignibus & ferro vasti-
tatem in eis adibus inulisset. Item pro Planco: Quo-
rum vidisti toto illo anno ferrum in foro, flammam in
adibus, uim in tota urbe versari.

Montes frumenti.

DE montibus auri nobis alibi dictum est. Sed quemad-
modum musca ad quasvis res transfertur, cum nega-
mus quidquam tale esse, nulla mihi musca in adibus,
ita montes ad quarumlibet rerum affluentem copiam
transfertur. Plautus in Pseudolo, Quibus cum etis
montes maximi acerui frumenti sunt domi. Vox hæc
montes superest sermoni, nisi quod ex usu vulgari ad-
dita auget copię significationem. Itidem in usum ve-
nit oppido pro valde, cum tantam rerum copiam intel-
ligerent agricolæ, quanta satis esset vel oppido. Plau-
tus in Mustellaria, Montem erroris dixit pro errore
gravissimo. Nec salus nobis salutis iam esse si cupiat po-
teest, Ita alium erroris montem maximum ad portum
modo conspiciat sum, herus aduenit peregre, periit
Tranio. Si legas, ita mox alium, constabit uersus tro-
chaicus. In Milite dixit montes argenti, Tum montes
argenti non massas habet.

Ἐφερχόμενα.

QUI fugiunt & ab eo quod agitur alio se vertunt. Græ-
cis Ἐφερχόμενα dicuntur, sumpta metaphora a saltatio-
nibus præsertim sacris, unde subtrahere sese inauspica-
tum erat: quemadmodum indicatum est in proverbio,
Omnia secunda, saltat senex. Notum est quod refert
Herodotus de Hippoclidae, qui indecora saltatione ex-
cidit a spe nuptiarum & audiuit, & πορχεισθαι τὸν γά-
μον.

Peristromata Campanica.

ORIGENES opus quoddam varias tractas materias,
σεμνατικῶς inscripsit, sumpta metaphora ab auleis &
stragulis picturatis, quibus olim diuites impense dele-
ctabantur. Quod ad hominem versipellem transferri
potest. Siquidem aulea explicata aut complicata, &
rursus aliter atque aliter complicata varias rerum for-
mas præbent. Leno in Pseudolo Plautina minuitur
suis famulis hoc modo: Ita ego uestra latera loris fa-
ciam ut valide varia sint, ut ne peristromata quidem
æque picta sint Campanica. Campania cum florcret
opibus, præter modum luxui ac deliciis indulgebat.
Campanicis peristromatibus Plautus adiungit Ale-
xandrina tapetia. De Attigena dictum est alias.

IN creandis magistratibus non semper vincebat, qui po-
tior esset, sed cui fortuna fauebat. Nam a populi sus-
fragiis res omnis pendebat. M. Tull. in Pisonem: Sed
omitto ut sit factus uterq. nostrum, sit sane. Fors domi-
na campi, magnificentius est dicere, quemadmodum
gesserimus consulatum.

Fulmentum lectum.

NONIVS Marcellus indicat proverbium quoddam
esse frequens apud Varronem: Fulmentum lectum scan-
dunt. Nec exponit quid sit fulmentum, neque quis
sit proverbij sensus: tantum indicat fulmentum dici
neutro genere, & fulmentas feminino.

Parthi quo plus biberint.

DE Parthis vetere proverbio dictum est, quo plus bibe-
rint, eo plus sitire. Habet hoc temulentia, ut postea-
quam obsurduit palatum, magis ac magis cupiant hau-
rire. Aptè dicetur in auaros, ac studiosos, crescit enim
discendi cupido cum eruditione.

Scrapta.

SCRAPTAE populari conuicio dicebantur mulieres
nugaces nulliusq. rei, a screo quod est oris purulen-
tiam eiicio cum sonitu. Unde scra pro rebus vilissimis
accipiebant. Fortasse quadrabit in anus, subinde scre-
antes ac tussientes. Ita Festus. Nonius autem putat es-
se conuicium informes meretrices, citans hunc Plauti
versum ex Vidularia,

Scrapta, scrupeda, striclinela sordida.

Ex Phellco.

EX φηλλέω ἰστέον, id est, Ex Phelleo venire dicebantur
qui ex humili fortuna aspera q. vita ad dignitatem e-
mergissent. Nam Græcis φηλλέω dicitur locus aptus
pascendis capris, asper, pumicosus, ac sterilis. Nam
huiusmodi pascuis capræ delectantur. Aristophanes
in Nebulis:

Ὅταν μὴ δὴ τὰς αἰσάδας τὸ φηλλέω

Ὡς οὐκ πατήρ διέτρεχε σὺν μύρκα.

Est huius nominis locus Atticæ montanus ac petrico-
sus, cuius meminit & Stephanus, nisi quod montem
φηλλέω vocat, fortassis scriptura mendosa. De his non
nihil attigimus in proverbij, Subere leuior, & Phel-
linas.

In foro veritas.

Εἰς ἀγορὰν ἀποδιδόναι, id est, In foro abstinentum a mendacio.
Lex erat apud Athenienses, ut in foro rerum vena-
lium uanitas omnis abesset. Theophrast. in libris De le-
gibus ostendit Agoranomis duo præcipue curanda, ut
omnia in foro composita citraq. tumultum agantur,
deinde ut abstineant a mendacijs non vendentes modo,
verum etiam ementes. Hinc est quod apud Laertium
Anacharsis ait se mirari, quod Athenienses lege pro-
hiberent in foro mendacium, cum nusquam frequen-
tius aut impudentius mentirentur.

Oculum excludere.

HAC figura vulgus adimit omnem spem petenti, ut di-
Ecc 4 cat,

cat, si hoc impetraris, oculum mihi excludito, aut dentem extundito. Senex in Pseudolo Plautina, Excludite Hercule oculum si dederō. Sensit quidvis potius futurum, quam ut seruo daret argentum pro amica filij. Itidem Phormio Terentianus: Vel oculorum excludito, est ubi ulciscar locus.

Aut terra aut mari.

PLAUTVS in Pseudolo, aut terra aut mari, dixit pro quacumq. ratione. Sumptum est ab historicis qui referuntur res terra mariq. gestas, et gentes terra mariq. expugnatas. Cicero pro Cluentio: Cuius tantæ res gesta terra mariq. extiterunt. Item pro lege Manilia: Quantas ille res domi militiq. terra mariq. quanta feliciter gesserit. Rursus in eadē: Ut aliquādo vere vide remur omnibus gentibus ac nationibus terra mariq. imperare. Item in Verrem libro secundo. Quam multa mihi a Verre insidia, terra mariq. facta sint. Ad Atticum libro septimo. Quia aut terra aut mari persequar eum, qui ubi scit nescio. Demosthenes in clausula orationis pro Ctesiphonte, εἰδ' ἅπα ἰχθυῖν ἔτρε, αἰχμαστρε πύργους μὲν αὐτὸς καὶ ἰατρὸς ἐξώλης καὶ περιόλης καὶ γὰρ καὶ ἐκλάσσει πρὸς αὐτὸν. id est, Quod si usque adeo sunt insanabiles, istos quidem per se solos exitio perniciēq. dignos terra mariq. reddite. Plauti verba sunt hæc: Ego in hoc triduo aut terra aut mari alicunde enoluī id argentum tibi. M. Tull. libro De Finibus 5. addit tertium. Vna pars est differendi, altera viuendi, tertia natura sic ab his inuestigata est, ut nulla pars celo, mari, terra, ut poetice loquar, prætermittā sit. Addit poetice, quod poetæ tria tantum elementa referant: ut Ouidius,

Ante mare & terras, & quod tegit omnia calum.
Terentius, O calum, o terra, o maria Neptuni. Plautus in Amphitrione: Ita mihi videntur omnia, mare, terra, celum consequi.

Εκφυλατίζου.

QUIBUS ius ferendi suffragia adimebatur, & ex albo iudicium submouebantur, olim dicebantur εκφυλατίζου, quemadmodum exauflorari dicebantur milites quibus ius pugnandi adimebatur. Olim non calculis sed foliis ferebantur suffragia, quasi dicas a foliis ferendis excludi.

Nullam corporis partem.

ÆSCHINES de perperam obita legatione, ὅτι εἴην ἀπερχομένων ἰχθῶν μέρος τὸ σώματός, εἰδ' ὅσον τὴν φωνὴν πρῶτον, ὡς ὅν Αἰριεῖδης τὰς φωνὰς πᾶσιν τοῖς Ἰλλυσιν, ὁ δὲ καὶ οἱ περικλυμένοι, δουλοκρατεῖν καὶ καταπίνειν δουροδοκίαν. id est, At is qui nullam corporis partem habet oriosam, ne eam quidem qua vocem promit, perinde ac si esset Aristides qui vestigalia præscripsit Græcis & iusti cognomen meruit, indignatur ac despuat muneri acceptionem. Dispicat prudēs lector, an pro ἀπερχοτός, legendum sit ἀπερχοτός id est, ἀπείραστος, ut intelligas illi omnia membra fuisse uenalia, etiam os & vocem. Tametsi dici potest ἀπερχοτός, qui nihil exigit, Ut intelligas non manibus tantum, sed toto corpore rapacem.

Dulce & amarum.

PLAUTVS in Pseudolo non sine prouerbij specie dixit dulce & amarum, pro latis ac tristibus. Amans adolescens de epistola amicæ: Dulce amarumq. vna nunc misces mihi. Idem in eadem fabula: Dulcia atq. amara apud te sum elocutus omnia. Scis amorē, scis laborem, scis egestatem meam. Idem in Truculento: Nunc posteaquam scimus dulce atque amarum quid sit de pecunia.

Αἰχμηστὴν δὲ.

QUEMADMODVM multa proueria retulimus egestum moribus desumpta, ita αἰχμηστὴν olim dicebatur calumniandi morbo obnoxij, quod is populus hoc nomine taxatus sit veterum Comædiarum salibus, quemadmodum indicat Stephanus docens, Aexoniam esse Magnesiæ ciuitatem. Est autem & αἰχμηστὴν ultima acuta, populus tribus Cecropidis, ab utraq. voce deducitur αἰχμηστὴν. Citant testem Menandrum εὐκαὶν φέρει. Plato in dialogo de Fortitudine, εἰδ' ἅπα πρὸς ταῦτα καὶ ἰχθῶν εἰπάτω, καὶ μὴ φησὶν ὅτι αἰχμηστὴν εἶναι. id est, Nihil ad ista respōdeo, cum quod dicam habeam, ne me merito dicas Aexonensem esse. Marsilius vertit maledicum & calumniatorem.

Gallam bibere oportet.

QUI plus satis indulgent ventrigulaq. prouerbiali ioco iubebantur gallam bibere. Is est fructus sub autumnum adnascens arboribus, præcipue robori. specie rotundæ nucis. De cuius natura multa prodiderunt Plinius. Dioscorides, Galenus ac Theophrastus. Vim habet astringendi exiccandiq. & ob id utilis ad multa. Inde illud Lucil. cum nepotes ac lurcones iubet gallam bibere & rugas inducere ventri, sentiens coarctandos esse ventres. Refert Sextus Pompeius Festus. Simile est Horatianum illud cum scribit ventres nepotum inurendos candenti lamina.

Sontica caussa.

NÆVIVS poeta citante Festo, Sonticam causam appellat admodum grauem, in hoc trochaico catalectico, Sonticam esse causam oportet, quamobrem perdas mulierem.

Translatum a duodecim tabulis, quæ sonticum morbi appellant non vulgarem, sed tam molestum ut reus non cogatur apud iudices comparere.

Macula, Labes.

FREQUENS est apud M. Tullium, ut hominem infamem ac scelerosum, maculam, labem, sordes, lutum appellet: pro eo Plautus citante Festo suasum dixit:

Quia tibi suaso infecisti propudiosa pallulam. Suasum Festus putat esse maculam quæ sit in veste alba e stillicidio fumoso. Plautinus Trochaicus quadrabit in eos qui famam honestam vel a maioribus traditam, vel benefactis partam, aliquo scelere contaminant.

Capere crines.

PLAUTVS in Muffellaria capere crines dixit, pro arripere occasionem oblatam, & arreptam retinere. Sumptum

Sumptum vel ex illo deo quem Græci vocant $\kappa\alpha\theta\eta\sigma$, Nam eum fingunt fronte capillata, occipio caluo: vel ex hominum consuetudine, qui crinibus remorantur quem nolint abire. Si tibi acceptum est fore tibi vnicum, sempiternum, atque illum amatorem tibi proprium futurum in vita. Soli gerendum censeo morem, & capiendos crines, ut fama est, hominis, ex in sole pecuniam inuenire.

Nihil est miserius quam animus conscius.

SÆPE etiam est olitor valde opportuna loquutus, ut habet proverbiū. Apud Plautum in *Mustellaria* *Tranio* servus nequissimus sententiam profert, quovis dignam Theologo: nihil est miserius quam animus hominis conscius. Et *Horatius* felix esse indicat, Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Celei supellex.

VILEM & rusticanam supellestem Celei fuisse dictam indicat *Maro* *Georg.* libro primo.

Virgea praterea Celei vilisq. supellex.

Item *Ovidius* lib. *Fastorum* 4.

Sors sua cuiq. loco est, qui nunc *Cerealis Eleusis*

Dicitur hic Celei rura suere senis.

Ille domum glandes excussaq. mora rubetis

Portat & arsuris arida ligna focis,

Filia parva diuas redigebat monte capellas.

Et tener in cunis filius ager erat.

Celeus rex erat *Eleusine*, pater *Triptolemi*, cui *Ceres* quod esset ab illo excepta hospitio, commonstravit omnem agriculturæ rationem. Verba *Plauti* sunt hæc: Quasi supellex *Celionis*, palus palo proximus est. Mirum est autem a *Plauto* primam syllabam in *Celione* produci, cum ab aliis corripitur. Nam *Celionem* pro *Celio* dictum nihil est novi, sic & *scorpionum* dicimus & *scorpionem*.

Ampullacea.

PLAUTVS in *Menachmis* videtur ampullaceam vocare mulierem magnifice cultam, carmen sic fertur: quando te auratam & vestitam bene habet, ampula spem. Recte perhibent, melius sanam est mulier mentem sumere. Ampula spem, certum est deprauatas esse voces, Quidam reponunt ampullosam, verum hæc dictionem *Trochaici* carminis ratio non patitur. Ampullaceam, & metro congruit & sensui. *Plinius* libro 15. inter genera pyrorum commemorat ampullacea. Qui tamen locus haud scimus an mendo uacet. Verba *Plinii* sic habent, Ab odore myrrhæ, lauræ, nardina, a temporæ, hordearia, a collo ampullacea, & *Coriolana*.

Cyathio non emam.

NON absque specie proverbiū *Miles* apud *Plautum* in *Pænulo* dixit, Proh nebula, cuius ego cyathio septem noctes non emam, loquitur de muliere fastidiosa, sed non perinde formosa, & cyathum dixit pro minimo precio miles, cuius erat cum cyathis. Cyathus minimum erat poculum: crater amplius.

Rex sum.

QUEM AD MODVM olim insignem felicitatem si-

gnificantes dicebant, deus sum, aut in calo sum, Ita *Plautus* in *Pænulo* dicit, Rex sum, si ego illum hodie ad me hominem allexero. Verba sunt *Lyci lenonis*, sperantis se diuitem fore si quendam bene nummatum ad se pertraxisset.

Cribo crebrius.

SCITE dictum est *Plauto*, nec sine proverbiū schemate, cribo crebrius, pro eo quod erat, plurimis locis, ac passim. Villam integundam intelligo totam mihi. Nam nunc pellucet ea quam cribrum crebrius. *Vulgus* de futili ac loquaci dicit, tam solidus est quam cribrum.

Et operam & retiam perdere.

PLAVTVS in *Rudentibus*: Iam nunc & operam ludos facit & retiam. Id quidem citra tropum dictum est a *sene*, qui *Crippum* servum piscatum miserat, cum esset noctu orta tempestas gravissima. *Venustius* erit, si tropo adhibito dicatur in captatorem, cui non successit aucupium. Porro retiam *Plautus* antique dixit pro rete. Ad fine est illi quod alibi retulimus, Oleum & operam perdidit: & Opera & impensa perit.

Cræsi pecuniæ teruncium addere.

M. TVLL. lib. de *Finibus* quarto, Itaq. in quibus propter earum exiguitatem observatio consequitur, sæpe accidit, ut nihil interesse nostra fateamur, sint illa nec ne sint: ut in sole, quod a te dicebatur, lucernā adhibere, nihil interest, aut teruncium addere *Cræsi* pecuniæ. Teruncij nummi a tribus uncis dicti vilitas proverbio locum fecit, *Cræsius* *Lydorum* rex inter prodigiose diuites celebratur.

Priscis credendum.

M. TVLLIVS in libello De *uniuersitate*, Credendum inquit, nimirum est veteribus, & priscis, ut aiunt viris, qui se progeniem deorum esse dicebant. Incertum utrum *Cicero* sentiat eam sententiam fuisse vulgo decantatam, an nolet vocem prisci, qua declaramus homines extremæ antiquitatis, quorum origo quoniam posteris erat incognita fere referebatur ad deos.

Omnes intus.

THEOCRITVS in *Syracusanis*:

$\kappa\alpha\theta\eta\sigma$, $\kappa\alpha\theta\eta\sigma$ $\pi\alpha\tau\epsilon\alpha$, $\kappa\alpha\theta\eta\sigma$ $\pi\alpha\tau\epsilon\alpha$ $\alpha\pi\kappa\lambda\alpha\sigma\tau\alpha$.

Optime habet, cunctæ sunt intus, fertur ut olim

Inclusa sponsa sponsus dixisset.

Scholias admonet esse proverbium, e tali casu natum, ut conuicimur. Sponsus quidam pertæsus sponsam exclusit adibus: cumq. illa pulsaret fores cupiens recipi, sponsus respondit, $\kappa\alpha\theta\eta\sigma$ $\pi\alpha\tau\epsilon\alpha$, id est, omnes sunt intus, forte cum sponsa ex more duceretur ad ades spōsi, ille occlusis foribus ita locutus est. Accommodari potest ad usum magis serium, veluti si ambienti in amicorum numerum recipi, qui sit indignus amicitia, respondeatur, $\pi\alpha\tau\epsilon\alpha$ $\kappa\alpha\theta\eta\sigma$. Aut, quod vero propius est, cum significabimus omnia esse in tuto. Siquidem $\alpha\pi\kappa\lambda\alpha\sigma\tau\alpha$ non solum sonat excludo, verum etiam includo quod semotum in tuto esse volumus, unde $\alpha\pi\kappa\lambda\alpha\sigma\tau\alpha$ pro custodia. Itaque fieri potest ut sponsus sponsa in thalamum reclusa ceteras submoueret dicens, omnes intus. Sponso una sufficit, ceteras ut superuacaneas exclusit.

exclusit. καὶ ἔξ Σικυλίας dicitur clavis, inde ἀποκλάζω pro ἀποκλάω.

Esurienti ne occurras.

IN eodem Idyllio proverbiū faciem habet & illud in fine. Gorgo hortans ad reditum quod maritus esset iracundus adiicit,

Πεισῶντι καὶ μηδὲ ποτ' εἰδέναι.

id est,

Abstine ut umquam occurreris esurienti.

Fames enim exasperat iracundiam. Vnde apud Plautum aliquis iracundius loquentem rogat quam pridem edisset. Apud eundem est,

Fames & morabilem in narē concitunt.

Opus ad opus.

AD DAM & illud ex eodem, ὅτι ἐν ὄργῃ, quo nullū opus & finem significamus. Verba sunt mulieris de marito conquerentis quod emissit lanam ac rudem, in quā plurimum esset operis sibi. Ita Maro de vita colēda: Cui numquam exhausti satis est.

Tredecim cubitorum.

HOMINES insigniter procero corpore & hisce temporibus populari ioco taxantur, ut ignavi & inutiles. Quod ut alia pleraque manasse videtur ab antiquitate. Sic enim in eodem carmine Praxinoa de marito loquitur, καὶ τρεκαίδεκα πύχες, id est, vir tredecim cubitorum, hyperbolicos significans enormiter procerum, cum esset tam insulsus, ut e mercatu pro nitro salem attulerit. De Caliga Maximini nobis alias dictum est. Prisci praelongos homines ridiculi gratia Longuriones appellabant. Varro in Tripulo apud Nonium, Ego nihil narro, adeo hæc ita curat, qui ante me est, nescio qui longurio.

Volam pedis ostendere.

Τὸ καίλον τὸ πρὸς ἄλγεα, id est, canium siue volam pedis ostendere dicuntur qui in bello fugiunt, quod apud historicos frequentissime dicitur, Vertere terga, proverbiū refertur ab Hesychio. Dicitur & hodie vulgo in fugaces, calcaneum ostendere.

Factum transactum.

Αὐτοὶ Iurisprudentes sollemnia sunt hæc. Factum transactum, quoties sentiunt nihil prætermisum, quod ad negotij tractationem pertinet. M. Tullius in Catilinā inuictiua tertia: Atque illud quod faciendum primum fuit, factum atque transactum est. Est alicubi & apud Terentium, aliosque complures melioris notæ scriptores.

Mæandri.

CUM res agitur non simpliciter, sed vafis & obliquis consiliis, Mæandros dicimus, metaphora sumpta a fluuiio Mæandro, qui sinuosus ac flexuosus labitur: vnde & nomen habere videtur quasi oberret quærens hominum consortia. M. Tull. in Pisonem, Quos tu Mæandros dum omnes solitudines persequeris, quæ diuerticula flexionesque quæsisisti? vitur & Prudentius in hymno, quod alibi nobis citatum est in proverbio Labyrintho. Fluuius est Lydiam flexuosis recursibus perfundens. De quo Plinius libro quinto capite 29.

Mæader ortus e lacu in monte Aulocrene, plurimisque adsusus oppidis & repletus fluminibus, crebris ita sinuosus flexibus, ut sæpe credatur reuerti, Apamenam primum peruegitur regionem: mox Eumeneticam, ac dein Bargyloticos campos, postremo Cariam, placidus omnesque eos agros fertilissimo rigans limo: ad decimum à Mileto stadium, lenis illabitur mari. Est & picturæ genus Mæander, in morem labyrinthorum flexuosis ambagibus implexum, quod oris chlamydam addi solet. Vnde Maro Aeneidos libro quinto, Victori chlamydem auratam, quam plurima circum Purpura Mæandro duplici Mælibæa cucurrit.

Masculum.

MASCVLVVS apud veteres non semper significat sexum, sed interdum quidquid vegetum solidum ac robustum est masculum dicitur. Exemplum Nonius Marcellus citat ex varronis fabula cui titulus ὄρεα λυγέα, vincor non esse masculum ad rem. Grammatici putant ab Horatio marem vitellium dictum, solidum ac firmum. de omnis oblongis ita loquitur in Sermonibus: Namque marem cohibent collofa vitellum. Vergilius quoque mascula tura dicit alba & meliora. Lepidius erit si ad incorpoream transferatur, veluti cum excelsam fortemque animum masculum appellamus.

Intra labia risit.

DE risu Sardonio nobis alias dictum est. Similem describit Theocritus in Thyalytia:

Καὶ μὲν ἀνέρι μὲν ὁ πρὸς τὸν ὄρεα

ἐμπατὶ μὲν δὲ ὄρεα, ὅπως δὲ οἱ ὄρεα χαλκός. id est,

Et me est adsatus, diducto leniter ore

Arridenti oculo, risus vero labium intra

Hæsit.

Homerus risum Sardonium dixit amarulentum. Hic describit risum modestum & amicum, qui si erumpat, Cachinnus fit indecorus.

Pingui mensura.

Πῶς μίτρα, id est, Pingui mensura dixit in eodem carmine, pro eo quod erat adsatim & largiter,

Μάλα γὰρ σφισι πῶς μίτρα

Αδύμων ἐν κρήνῃ ἀνὴρ πλεῖστον ἄλωα. id est,

Illis fortunante deo bona copia frugum

Arearum campos mensura impleuit opima.

Simillimum est illi quod ante diximus, Plena manu, & Ambabus manibus,

Non habet cui indormiat.

THEOCRITVS in Hodaporia:

Οἷον γὰρ δὲ μὲν ὁ πρὸς τὸν ὄρεα ὅπως δὲ οἱ ὄρεα. id est,

Ekmaræ siquidem domino nec vellus erat, cui

Indormiret.

Hoc colore Lacon pastor designat extremam caprarij cuiusdam inopiam, cui nec pellis esset hircina, in qua somnum caperet. Solent enim veteres in animantium tergoribus & discumbere & dormire. Apud Homerum proci in bubulis tergoribus agitant conuiuia. Et hodie dicimus, non habet lectum, aut non habet stramenta quibus indormiat.

Asinus

Afinus afino & sus sui pulcher.

ὁ ἄνθρωπος καὶ ἡ ἄσινος. id est, Afinus afino pulcherrimus, simile simili placet. Alcimus apud Diogenem Laertium inter multa quæ colligit ex Platonis philosophi & Epicharmi Comici scriptis, quibus persuadere conatur philosophum a comicis multa fuisse suffuratum, & hos refert Senarios,

Θαυμαστόν ἐστιν ἵνα με ταῦτ' εἴπω λέγων,
Καὶ ἀδιδόντων αὐτοῖσιν αὐτὰς, καὶ δακνόντων
Καλῶς πεφυκότες, καὶ ὅτι ἡ φύσις καὶ
Καλῶς ἡ φύσις φέρειται, καὶ βέλτεροι
ὄντες τ' ὅταν καλῶς ὦν, δεῖ δὲ τῶν σῶν.

id est,

Res mira non est, ista si sic proloquor,
Ipsi, nobis si placemus iniicem,
Pulchreque nati si videmur, nam & cani
Pulcherrimus canis videtur, bos boui.

Afinus afello pulcher est, & sus sui.

Conueniet ubi inter inhonestos similitudo morum & instituti conciliat benevolentiam, veluti cum miles placet militi, aleator aleatori, potator potatori, sophista sophistæ. Mirum est ab Epicharmo præteritam simiam, cum nullum animal sibi placeat impensius.

Pediculi Platonis.

Οἱ πλάτωνος πεδῖς. id est, Platonis pediculi, in prouerbium abierunt, ut referente Laertio in vita huius philosophi, testatur Myronianus in opere cui titulum fecit De similibus, hinc coniectans hoc morbo perisse Platonem, quod vulgo pediculi Platonis appellarentur. Græci πεδῖς appellant. Morbus est sædus & cruciabilis, quo perit & L. Sylla: tametsi de genere mortis variæ sunt scriptorum opiniones. Myronianus nullum indicat usum prouerbij. Suspiciari tamen licet, dictum in sordidos, quod philosophi minimum indulgeant nitoribus externis, dum circa mentis cultum toti sunt occupati.

Vates fecum auferat omen.

IN eos qui nobis diraminitantur, aut acerbæ prænuntiant, conueniet illud Theocriticum in Bucoliastis:

Αὐτὰρ ὁ μάστιγι δ' ὀπίσθ' ἔχοντα ἄγρον

Εὐχόμενοι πᾶσι δίκῃ, πᾶσι δὲ πικρῇσι φυλάξαι. id est,

Telemus at vates, mihi qui canit omnia dira,

Dira domum referat, quæ natis illa reseruet.

Iurarat Cyclops per unicum oculum suum, qui videret omnia semperque usus esset. At Telemus vates illi prædixerat fore, ut ab Ulyssæ exocularetur, hoc omne Cyclops reuocet in vatem & illius liberos: Ita Vergilius:

-Quod di prius omen in ipsum

Conuertant.

Et rursus:

Di capiti ipsius generique referuent.

Idem Homerus Iliad. Δ.

Σὺν σφῶν κεφαλῇ γυναικὶ καὶ παισὶ.

Simile illi Platónico, in tuum ipsius caput.

Talia gignit bellum.

SENARIUM hunc M. Tullius epist. ad Qu. fratrem lib. 2. de vulgo iactatum adducit:

Ὁ ταῦτ' ὁ τάλαντον πόλεμος ἐξ ὀρέγεται.

id est,

Similia bellum calamitosum perficit.

Sentiens e diffidiis eorum qui Rempub. administrant, multa gigni absurda, verba Ciceronis sic habent: Summum otium forense, sed senescentis magis ciuitatis quam acquiescentis. Sententia autem mea in senatu eiusmodi, magis ut alij nobis adsentiantur quam nosine ipsi. τοιαῦτ' ὁ τάλαντον πόλεμος ἐξ ὀρέγεται. id translatum ad priuatam discordiam plusculum habebit gratia.

Porcus Troianus.

CVLAE veteres architecti & hoc commenti sunt, ut bos aut camelus totus apponeretur, differtur intus variis animantium generibus. Hinc & porcus Troianus venit in populi fabulam, cui hoc nomen inditum est, quod ita varias animantium species utero tegetet, quemadmodum Durus equus texit armatos viros. Macrobius lib. Saturnal. 3. refert Cincium in oratione qua suavitatem legem Fanniam de moderandis sumptibus, obiecit suo saculo, quod porcum Troianum mensis inferrent. Conueniet in opipara conuiuia, aut in hominem variis deliciis expletum.

Pilus in medio.

MINIMUM discriminis significantes dicimus pilum interesse, id vehementius est, quam si dicas culmum latum. Theocritus in Thyocicho,

Δασὺ δὲ μάστιγι πᾶσι καὶ ἐξ ἀνδρῶν.

id est,

At me imprudentem capiet vesania tandem.

Vix pilus in medio est.

Verba sunt amanti ac metuentis ne tandem amor exeat in insaniam, a qua tam parum absit, ut vix pilus sit in medio. Consimili tropo Plautus dixit in Mustellaria, Pluma haud interest patronus an cliens probior fiet, Homini cui nulla in pectore est audacia. Non interest pluma dixit, pro nihil omnino refert. Asinius Pollio M. Ciceroni, Nullum enim vestigium abs te discessurus sum.

Musopatagos.

Μεσοπάταγος, dicitur qui percussus est & attonitus furore Musarum. Ita Maro in Georgicis,

-Quarum percussus amore

Sacra fero.

Transfertur ad eos qui sua poemata sic amant quemadmodum parentes liberos. M. Tull. ad Qu. fratrem libro secundo, Non me Hercle quisquam μεσοπάταγος libentius sua recentia poemata legit, quam ego te audio. Horatius,

Versus amat, hoc studet unum.

Vt Phrygius amauit Pieriam.

PLUTARCHVS in libr. ὁπότε γυναικῶν ἀρετῶν ostendit ad suam usque ætatem durasse consuetudinem ut uxores optarent sic amari a viris ὥς φρυγίος ἐράδου πικρίας, id est, quemadmodum Phrygius amauit Pieriam. Id ortum est ab huiusmodi historia Ionum qui in Miletum commigrarant, non nulli seditione mota aduersus Nelei filios, secesserunt Myumum, atque ibi sedem constituerunt, multis iniuriis affecti a Milestis, qui cum illis bellum agitabant ob defectionem, verum nec atrociter, nec excluso omni commercio, sed non nullis

nullis diebus festis mulieres e Myunte Miletum itabant. Erat autem ex his qui secesserant vir quidam nomine Pythes, cuius uxor dicta est Hippygia, filia Pieria, cum autem Mileri die festo sacrificaretur Diana, quam illi Neleidam cognominat, misit eo uxorem & filiam id precatas, ut sibi festo liceret interesse. Ex Nelei vero filius longe potentissimus erat Phrygius, is captus amore Pieriae, cogitabat qua re posset puellam quam maxime gratum facere. Cumq. illa dixisset nihil accidere posse gratius, quam si efficeret sibi liberum frequenter Miletum commeari multis virginibus comitatum: ex his verbis Phrygius intelligens ab illa quæri pacem & amicitiam ciuibz suis, bellum composuit. Hinc Pieria nomen & apud Myuntios mire gratiosum esse cepit, adeo ut puellæ quæ viris nuberent omnis causa præcari soleant; utinam sic amer a viro, ut Pieriam amavit Phrygius.

Tota hulus est.

In eodem dialogo, ad laudatam agriculturam, ita respondet Socrates, ἀλλ' ἔχ' ὅλην οἷον φασὶν ἔλκος, ἀλλ' ὅλην πρὸ φασιν ἐρεσκόμενοι. id est, Verū an non tota quod aiunt hulus est, semper molestiarum occasionem ex se gignens. Id quidem esse verum declaravit Vulteius Horatianus: ceterum quidquid nobis vehementer molestum est hulus vomica & Carcinoma solemus appellare. Quemadmodum de Casare Augusto litteris proditum est, quod Iulias, filiam & neptem, & Agrippam prius adoptatum, postea abdicatum, non aliter appellare solet, quam tres Vomicas suas ac tria Carcinomata: adeoque detestabatur mores illorum minime frugales, ut ad omnem illorum mentionem soleat exclamare versus Homericus:

Αἰὲν ὄφρα μὲν ἀνὰ μὲν πύλαι, ἔχοντες τ' ἄπο λείδα. i.

O utinam celebs mansissem, orbisq. perissem.

Atque hic quoque versus inter prouerbiales merito referendus est, usurpandus ab his qui infelicitate duxerunt uxores, aut liberos penitendos susceperunt. Conueniet & in hominem molestis moribus. Theocritus in epitaphio Adonidis, acerbum dolorem ποτικὰρ δὲν ἔλκος appellat.

Ἀγρίον ἀγρίον ἔλκος ἔχῃ κατὰ μὲν ἄδαντες

Μεῖζον δ' ἄνδρ' ἔχῃ ποτικὰρ δὲν ἔλκος. id est,

Dirum dirum vulnus habet circa inguen Adonis:

Sed maius Cytherea gerit sub pectore vulnus.

Lucernam accendere possis.

VEHEMENTEM iram hac hyperbole exaggerauit Theocritus in Thyonicha:

Κίφατ' ἔτ' ἐνμαρὶ ὡς καὶ ἂν αὐτὴς ἐν λυχνῷ ἄταυς.

Id est,

Incaluitq. ira, facile accendisse lucernam

Ex ipsa ut possis.

Verba sunt amantis ac de proterua puellæ conquerentis, quæ cum in conuiuio sileret, quidam illi dixit, non loqueris, lupum vidisti: illa ad nomen lupi vehementer incanduit. Aderat enim adolescens nomine lupus, quem adamabat. Irati dicuntur ardere. Similis hyperbole, licet sordidior, & hodie fertur apud nostrates ita loquentes: Adeo exarsit ira, ut ouem ad illius

frontem posses decoquere.

Semper aliquem virum magnum.

Αλλ' αἰτίαν φῶτα μίαν, hoc hemistichium M. Tullius ut vulgo iactatum adducit in epistola ad Qu. fratrem, cuius initium, Statius ad me venit. Quod autem expectationem tui concursumq. eum qui erat futurus si una tecum decederet, neque antea visus esset sustulit id mihi non incommode visum est accidisse. Exhaustus est enim sermo hominum & multa emissæ iam eiusmodi voces, ἀλλ' αἰτίαν φῶτα μίαν, quæ te absente confecta esse lator. Unde sumptum sit hemistichium nondum liquet, nisi quod fortasse pro αἰνι legendum est, αἰνι, id est, postula, aut αἰνι, i. postulat & requirit.

Ne si ad Iouis quidem aulam.

QUI metuunt malum, ad asylum, ad arina, ad arcem, ad statuas principis, ad diuorum phana confugiunt. Verum a morte nullum est effugium. Id ita Sophocles expressit versibus:

ὅταν γὰρ ὁ καὶ τὰ θεῶν ἐλθὼν τύχη

Οὐδ' αὖ πρὸς αὐλὰς ἑνὸς ἐκφυγεῖν μολών. id est,

Vbi mortis urget tempus, ad Iouis atria

Si fugeris, effugere non possis tamen.

Prouerbij species est in illis verbis, vel ad Iouis quidē atrium: quod pro tutissimo posuit refugio. Huc confugerat Aquila insectante Scarabeo.

Oracula loqui.

Χρησμός τις, id est, Oracula loqui dicuntur, qui certa et indubitata loquuntur. Theocritus in Syracusis,

Χρησμός, ἃ πρὸς τὴν ἀπὸ θεῶν ἐλθόντα. id est,

Hæc anus abscissit, diuorum oracula locuta.

Τὰ ἐκ τῆς ποδὸς alias dictum est, & Sibyllæ folium. M. Tull. ad Brutum epistola cuius initium, Scripta & ob signata iam. Hæc ex oraculo Apollinis Pythij edita tibi puta. Idem de Finibus quinto: Quia cum a Zenone inquam hoc magnifice tamquam ex oraculo editur, virtus ad beate uiuendum seipsa contenta est.

Non ab Hymetto.

CRASSAM philosophiam ac rusticanam, quam discimus ex congressu plebciorum, non ex commentariis Zenonis aut Platonis, M. Tullius ad Qu. fratrem lib. 2. appellat philosophiā ab area Syra. Nos. n. inquit, ita philologi sumus ut uel cū fabris habitare possimus, habem⁹ hæc philosophiā nō ab Hymetto, sed ab area Syra. Hymettus Atticæ mōs est, unde Hymettia mella. Cui opponit areā Syra, subindicans rusticanā simplicitatem. Nam paullo ante non nihil atigerat de dictariis argutis. Apparet id temporis M. Tullium in prædio quodam edificasse. Quamquam haud scimus an hic locus, quoniam varius habetur in exemplaribus, mendo vacet. Dispiciat eruditus lector, an pro area syra legendum sit, ex hara Syra, sic enim loquitur in Pisonem: ex hara producta non schola. Syri barbarie nobiles erant id temporis, quemadmodum Attici lepore dictorum.

Cymbalum mundi.

PLINIVS maior in præfatione ad imperatorem Vespasianum refert, Apionem grammaticum a Tyberio Casare

Cæsare Cymbalum mundi consueſſe vocari ob nominis celebritatem: cum publice, inquit, fame tympanum potius videri poſſet. Is Apion aiebat eos ab ſe donari immortalitate ad quos aliqua componebat. Huc Tyberius adluens appellabat illum cymbalum mundi: quod hominem honeſta ſana donaret, quæ per vniuerſum mundum amabiliter reſonaret. Plinius autem ob adrogantiam manuſcit illum appellari tympanum publicæ fame, quod ſanam daret potius quam honeſtam ſanam. Nam reſonat & tympanum, ſed inamæno ſtrepitu. Adluſiſſe videtur huc, quod tympana ſunt cæcæ aſinina.

In beato omnia beata.

A DIVITIBVS omnia magnifice ſunt, a tenuibus frugaliter. Præſinoe in Charitib. Theocriti, laudans Ptolemæum, quod Adoniſidis feſtum magnificis ſumptibus apparaffet, non ſine prouerbiſpecie dixit,

ὁ ἀλβίων ἀλβίων πέντα.

id eſt,

In diuite diuita cuncta.

Vſus erit, ſi dicas ab homine docto omnia docte fieri, a pio pie, a rege regaliter.

Digitum qua proſcrat.

SCHIMATE prouerbiſpecie M. Tullius dixit pro A. Cæcinnæ, digitum qua proſcrat non habet, hyperbolicos indicans illi nihil proſus eſſe quod dicat agat ne, locus ſic habet: Deniq. iſta nimia quæ dominatur in ciuitate potentia, in hoc ſolo genere quieſcit, quid agat, quomodo aggrediatur indicem, qua deniq. digitum proſcrat non habet. Sumptum eſt a geſtu rhetorum qui uariis traditur a Quintiliano, ſimpliciſſimus eſt proſerre digitum, quod plebeiorum eſt & ruſticorum.

Iouis germen.

Ex diis & voc. id eſt, Ex Ioue germen dicebatur inſigni virtute præditus, verba ſunt paſtoris ad paſtorem muſices pulchre peritum, cui honoris gratia clauam dono dedit. Claua autem geſtamen eſt Herculis, ex Ioue proſgnati, obſeruatum eſt a priſcis, a poetis Iouis filios ſemper induci ciuiles & humanos, contra Neptuni truces & aſperos. Muſica autem ciuilitatis magiſtra eſt. Carmen ſic habet:

Ὀνικὸν ἰσὶ

Ῥαὶ ἐπ' ἀλβίων π' πλασμένον ἐκ δὲ δὲ θεός. id eſt,

-Es ſiquidem tu,

Reuera factum ac proſgnatum ipſo ex Ioue germen: Interpres tamen manuſcit eo reſerre, quod qui vera loquuntur, ex Ioue proſgnati dicuntur, adducens carmen Homericum:

Ὁς ἔμ' ἰμὸν πελινύγειτον δὲ ἀπατλὸν,

ἔπικε κεφαλῇ κατανδύσας.

id eſt,

Haud etenim fallax erit aut reuocabile quidquam Quod capite annuero.

Paſtor ob id laudatur quod ingenue profiteatur ſe non conferendum cum inſignibus muſicis. Qualis inducitur & a Marone,

Me quoque dicunt

Vatem paſtores, ſed non ego credulus illis.

Muſarum aues.

Muſarum aues id eſt, Muſarum aues, non abſque prouerbiſpecie Theocritus in Thalyſia appellat poetas, quod Luſciniarum in morem adſidue canant ſua poemata. Scholiaſtes admonet omnes aues canoras Muſarum aues appellari. Sentit autem ſibi diſplicere poetas, qui cuculorum more audent Homero occinere.

Nullus dies omnino malus.

ASTROLOGI designant quosdam dies fortunatos aut infelices, ſed his aut his rebus: nullo tamen die indulgendum eſt otio, quod nullus ſit adeo inauſpicatus, quin alicui negotio ſit felix, ſi quis recte utatur conſeſſo tempore, dies inſauſtus gerendo bello, aut nauigationi, felix eſt adminiſtrandæ rei familiari. Nullus autem dies non proſper parandæ bona menti. Fateatur hoc Heſiodus ποῦν ἔργον καὶ ἡμετέραν,

καὶ ἔπειτ' ἀγαθὸν ἴμεν.

id eſt,

Omni ex parte dies malus haud obuenerit unquam.

Rectam iſtas viam.

REM acu tetigiſti, huic ſimillimum eſt quod habet Plautus in Aſinaria: eſt ne hoc ut dico Libane? Lib. rectam iſtas viam, ea res eſt. Ut qui falluntur dicuntur tota aberrare via, ita qui rem conieſtant, dicuntur rectam inſiſtere viam: quod ſchema mire tritum eſt & hodie vulgo illitterato. Simili ſchemate dictum eſt in Caſſiana, Nunc pol ego demum in rectam redij ſemitam, pro eo quod erat, rem ipſam deprehendi.

Aeacidinæ minæ.

IN eadem ita loquitur mercator: ſiquidem hercle Aeacidinis minis animisq. expletus incedit. Iratus ſi me tetigerit, iratus vapulabit. non ſine prouerbiſpecie dictum eſt, pro atrocibus ac ſuperbiſſimis minis, verſus patitur ut pro Aeacidinis legatur Aeacimis. Nam id non nulli diuinant, ſed probabilius eſt poetam ſentire de Achille Aeaci nepote, quem Homerus ubiq. facit ſtomachabundum ac minabundum: velut in primo ſtatim Iliados libro, ubi ſic incandescit in Agamemnonem ut manum admoueant capulo, a conuiciis ad pugnas venturus, niſi Pallas eum capillis reuocaffet. Quin & ipſum opus ab Achillis ira habet exordium μῆνιν ἄνδρα ἔειπεν. Quod quidam adferunt de Aeaco manum iudice, non videmus quid ad hunc faciat locum. Quidquid etiam inuictum & inſuperabile volumus intelligi, Achilleum dicimus.

Oleo nitidius.

OLEI NITOR adeo venerat in prouerbiū, ut myſtica quoque littera inbeant facie oleo vnctæ diſſimulare triſtitiā ieiunij. Plautus in Truculento de amica pulchre compta. Feruide ut tota floret, ut oleum nitide nitet. Oleum nitorem ac lucem addit rebus omnibus.

Herculis quaſtus.

HERCVLIS quaſtum pro magnis impendiis dixit Plautus in Moſtellaria: Dapſiles ſumptus facit, perdidit

Fff

didit patrem, vnus istic seruus acerrimus Tranio, is vel Herculis conerere quæstum potis est. Alias dictum est, olim plerisque decimam lucri partem Herculi vouere solitos, Huius fauore persuasimus sibi rem fore auct. orem, Ex tam multis autem decimis oportuit immensam pecuniarum vim conflare. Quæstum appellat facete, quasi Hercules suum fauorem vendiderit.

Posterius dictum.

DOCTVM doces, Memorem mones, Scienti loqueris, Aliaq. eius formæ antea retulimus. Eundem sensum festiuissime extulit Plautus in *Asinaria*: cum enim Demænetus queritans de moribus uxoris dixisset, fateor eam esse importunam atque incommodam, respondit Libanus seruus, Posterius istuc dixi quam credo tibi, hoc est sciebam priusquam diceres. Nec apparet quamobrem Nonius hic posterius interpretetur minus. Ne id quidem caret prouerbiali schemate quod mox sequitur. Tu primus sentis, nos tamen prænoscimus. Dedecus ille domus sciet ultimus, ait Satyricus: & Te rētius, Is solus nescit omnia, sed aliena mala licet priores intelligamus nō dolēt nobis, sensus igitur mali primi ad illos puenit, ad quos res attinet, notitia ad alios.

Agones.

ADMONVIMVS Antigonum regem Demetrii nepotem militari ioco dictum Dosonem, quod omnibus polliceretur dicens δόσω, nec præstaret semper pollicita. Ita qui apud Romanos percutiebant victimam Agones dicti sunt, quod ex more priusquam ferirent, populum rogabant agon', id est, ago ne? Ouidius in *Fastis*,

Semper agat ne rogat, nec nisi iussus agit.
Agonum meminit Lactantius Statij enarrator. Quadrabit in contatores, qui semper deliberant, neque quidquam aggrediuntur.

Fungus putidus.

SENEM iam delirum & inutilem Plautus in *Bacchidibus* fungum putidum appellat, fungi licet natura insipidi, olim in deliciis erant, & adhuc sunt apud Italos, sed teneri ac recentes: vetulis nihil insipidius. Verba Plauti sic habent: Terræ odium ambulat. Iam nihil sapit, nihil sentit, tanti est, quanti fungus putidus. Quin & hoc ipsum, terræ odium, prouerbiū figuram habet, velut illud, telluris inutile pondus. Idem in *Bacchidibus*, inter stoliditatis conuicia ponit & fungos: Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, Blenni, buccones. In *Mostellaria* pro stolido fruticem appellat. Nec verisimile loquere, nec verum frutex. In ceteris arboribus est non nulla imago dignitatis ac prudentiæ. Frutex temere nascitur, expers cultus, et aut nullum habet fructum, aut syluestrem & inutilem.

Viuum noueris.

ANTEA retulimus, viuorum meminisse oportet. Id meretricula in *Truculento* Plantina detorquet in alium sensum, amatorem pro mortuo ducens, qui desierat esse dando. Dum uiuit, inquit, hominem noueris, ubi

mortuus est quiescas: Te dum uiuebas noueram. Pecunia iuxta Hesiodum anima est mortalibus, ac amissa, exanimis est homo.

Lippo oculo similis.

VIDEMVS quosdam his moribus, ut eos æquo animo ferre non queas: rursus ita industrios & ad obsequium expositos, ut quoties sese offert occasio, non possis cauere, quin aliquid illis committas. Lippus oculus manuum contactu læditur, & tamen naturalis est nobis illic habere manum ubi dolet. Plautus in *Persa*: Ego nec libenter seruo, neque satis sum hero ex sententia. Sed quasi lippo oculo me herus meus, manum abstinere haud quit tamen: Quin mihi imperet, & quin meis suis negotiis præfulciat. Item in *Bacchidibus*: Lippi illic oculi seruus est simillimus. Si non est, nolis esse neque desideres: Si est, abstinere quin attingas non queas.

Tu in legione, ego in culina.

IN *Truculento* Plantina militi atrociter minitanti cocus respondet: Sis tu in legione bellator si vis, at ego in culina Ares. Auxit cocus bellatoris verbum. Mares enim deus belli est. Quod autem dixit Ares pro Maiores, non est Plauto nouum Græcas voces admiscere Latinis. Quamquam in non nullis exemplaribus habebatur aues, in non nullis aries, sed mendose.

Citius quam formicæ papauer.

NON caret adagij specie, quod est apud Plautum in *Trinummo*: Confit citius, quam si tu obicias formicis papauerem. Verba sunt Stasini serui, narrantis quadraginta minas intra quindecim dies fuisse consumptas, utpote in comestiones, comutationes, balnea, in piscatores, pistores, Lanius, coquos, olitores, myropolas, & aucupes dissipatas, non aliter quam si papauer obicias agmini formicarum. Mox enim distrahitur acerrius, dum una quæque suum arripit granulum.

Itidem ut Acheronti.

ADVD eundem in eadem fabula amanti reposcenti quæ dederat, respondet scortum: Nam itidem ut Acherontis hic ratio accepti scribitur, Intro receptum, quando acceptum est, non potest ferri foras. Sentit nihilo magis ad amantem redire, quod in meretricis domum est datum, quam redeunt ab inferis mortui, unde iuxta Catullum negant redire quemquam.

Mus non vni fidit antro.

NIHIL hodie est decantatius apud vulgus, quam eum murem esse miserum, cui non est nisi vnus cauius. Idem Plautus expressit in *Truculento*:

Sed tamen cogitato mus pusillus quam sit sapiens bestia,

Ætatem qui vni cubili numquam comittit suam.

Quia si obsideatur vnus, aliunde præsidium gerit. Locus erit adagio si quem admonebimus, ut sibi plures amicos paret, aut vna cum opibus studeat philosophiæ, ut si fortuna quod suum est eripiat, in litteris sit præsidium.

Post

Post rem deuoratam ratio.

QVEM AD MODVM de sera ope dicitur, post bellum auxilia, ita de sera parsimonia dicitur, post absumptam rem supputatio. Stasius in Trinummo Plautina: Sero atque stulte, prius quod cautum oportuit, postquam comedit rem, post rationem putat. Loquitur seruus herili filio supputanti rationem accepti, cum tota summa iam esset nequiter absumpta. Nimirum hoc est numerare præteritas vndas, cum venientes oporteat censere.

Cœna popularis.

QVEM AD MODVM Phormio Terentianus cenam dubiam appellat, variis epulis instructam, ubi tu dubites quid simas potissimum, ita Philo Plautinus cenam popularem appellat magnificam, egregieque lautam atque adeo gratam quoque, quales solent exhiberi populo. Verba Plautina sic habent: Quid tui in eadem ad cenam veneris, atque ibi opulentus tibi par fore ut veneris, apposita sit cena, popularem quam vocant. Si illi congestæ sint epulæ a clientibus &c.

Apud mensam verrecundari
neminem decet.

SEQVITVR ibidem aliud proverbiū quod ex tanta antiquitate per manus traditum hodieque versatur in ore omnium,

Verrecundari neminem apud mensam decet,

Nam ibi de diuinis atque humanis cernitur.

Nisi quod vulgus addit, nec in lecto. Sententia est non philosophi, sed Stasii serui Comici: cum nusquam magis habenda sit verecundia ratio, quam in lecto & in conuiuio. Sunt tamen qui rustico pudore molesti sint conuiuia, semper expectantes ut ipsis præministraretur, & quod datum est reponentes. Iam hoc ipsum de diuinis atque humanis cernitur, proverbiale est, quo tropo significabant de summa rerum agi. Dictum seruo dignum qui felicitatis puppim ac proram in ventris expletionem collocarat.

Salillum animæ.

IN eadem scena Philo hominem vocat Salillum animæ, sentiens hominis breuissimam esse vitam, videlicet quantulum salis cuique in conuiuio apponitur. Locutus Plautinus sic habet, Dei diuites sunt, deos decet opulentia, Et sationes, nos homunculi sumus Salillum animæ, quam cum extemplo amisimus, Aequè mendicus atque ille opulentissimus censetur, ad Acherontem mortuus. Quamquam extremo senario desunt duæ syllabæ. Pelops censetur, aut censetur Cræsus, aut aliquid simile.

Nummus plumbeus.

QVEM AD MODVM assis, obolus ac teruncius, ita & nummus plumbeus abiit olim in utilitatis proverbium. Plautus in Trinummo: Cui si capitis res fiet, nummum numquam credam plumbeum. Idem in Cassina, Cui homini hodie peculi nummus non est plumbeus. Aereos nummos & hodie nouit Flandria, plumbeos Anglia. At M. Tull. lib. ad Attic. 5. Vatiniū semissem

hominē vocat villissimū & contēptissimū. Simul uero semis sis homo cōtra me armatū. Et tressis agaso pro contēptissimo dictus est alibi. Plautus in Mustellaria: Tace sis faber, qui cudere soles plumbeos nummos.

Basilica facinora.

ANTE admonuimus quidquid magnificum esset appellari solere βασιλικόν, ut valere βασιλικός, & magnificas ades basilicas appellabant. Plautus in Trinummo de seruo nullius rei, sed philosophica quadam loquente: Dij inquit immortales, basilica hic quidem facinora inceptat loqui. Notum est illud Pori responsum, qui roganti Alexandro a quo fuerat bello superatus, quomodo te tracto? βασιλικός inquit. Roganti, numquid aliud? respondit, & βασιλικός omnia comprehendit. Nihil enim humile decet reges. Duriusculum est quod Plautus dixit in Epidico, Dij immortales, & ego perij basilicē.

Nec caput, nec pedes.

NEGOTIVM ita perturbatum, ut nescias quo pacto vel ex edias vel amittas, veteres dicebant, nec caput h. bere nec pedes. Sic enim M. Tullius iocatur respondens suo Curioni: Sulpici tibi operam intelligo ex tuis litteris non multum opus fuisse, propter res tuas ita contractas, ut quemadmodum scribis, Nec caput, nec pedes. Equidem vellem pedes haberent, ut aliquando redires. Antea nobis dictum est ex Platone ἀκίφαλον μῦθος. Sine capite fabula.

Emendus cui imperes.

CVIQVE in suos seruos imperiosum esse licet, in alienos aut in liberos non item. Ita Plautinus Stasius in Trinummo hero imperiosius reuocanti, quem herum esse nesciebat, aut scire dissimulabat: Emere, inquit, melius est cui imperes. Item in Persa: Emere oportet quem tibi obedire velis. Huc pertinet illud Theocriticum quod alibi recensimus, non sum sollicita ne mihi vacuum abstergeas. Mulier indigne fert obiurgari ab illo cui non erat ancilla nec uxor. Addit & illud ἡ κερσίαις ἐπιταχέει, id est, Syracusanis mulieribus imperas, hoc est non tuis, sed liberis.

Sale & aceto.

PARCVM tenueque prandium significans Grippus piscator in Rudentibus ait, Sed hic rex cum aceto pransurus est, sine bono pulmento. Miseris, obsoniorum loco sal est cum aceto. Mar. Tullius ad Papirium Pætum libro nono. Tyrotarichi meminit, seu plebei condimenti. Id erat ius e caseo confectum, quod & hodie Itali vocant menestram. Meminit & Pompilij piscis vilissimi, qualis erat & gobio. Quem inquit, tu mihi Pompilum, quem denarium narras, quam Tyrotarichi patinam? De pompilo pisce crebra est apud Plinium mentio. Denarium suspicamur esse vocem deprauatam. Certe nobis nondum liquet quid sibi velit. Acetum tamen non numquam usurpatur in significationem acuminis, ut Plautus, Acetum habet in pectore, & Persius, Mordaci lotus aceto. Varro in Sesquiulyxe citante Nonio: Alteram viam deformasse Carneadem virtutis, a cupis acris aceti, hoc est magna subtilitate.

Fff 2 Cassa

Cassa glande.

INTER vilitatis adagia retulimus & illud, Cassa nucē non emam. Simillimo tropo Plautus in Rudentibus dixit cassam glandem. Promittens indicium querit precium, alter licitatur, nummos trecentos. Grippus respondet, tricās. Lab. Quadringentos. Gr. Tramas putidas. Lab. Quingentos. Gr. Cassam glandem. Lab. Sexcentos. Gr. Circuliunculos minucos fabulare. Cassam glandem dixit, pro vitiosa glande, & inani putamine.

Veruecea statua.

PLAUTINVS Egio in Captiui duo, seruum stupidum appellat statum verueccam, quasi dicas, brutum ac mutum hominem: Vos, inquit, hic intro, interim ego ex hac statua veruecea volo rogare, meo minore quid sit factum filio. Quidam pro veruecea legunt verberrea, quasi verberonem plagis assuetum pro statua marmorea dixerit verberream. Certe dictionem verueceam non patitur carminis trochaici ratio, superesset enim una syllaba, nisi in cea facias synaresin.

Quam in tragœdia comici.

UBI QVIS in aliena versatur harena, inducti dicuntur in tragœdiam Comici. Diversi generis sunt Tragœdia & Comœdia, nec fas est tragicas personas in comœdiam inducere, nec contra. Plautus in Pœnulo: Quin adepol indoctior sum quam in tragœdia Comici. Nos legendum arbitramur indoctior sum. Adlusit enim Colabiscus ad id quod dixerat Milphio, Fac modo ut conducti tibi sint dicta ad hanc fallaciam, Respondit iocans, Indoctior sum, id est, instructior sum.

Non magis quam canem.

ODIVM & contemptum vulgo declarant canis vocabulo. Hor. Odit canem peius. Et Plautus in Amphitryone: Valiustin' usque? Expectatus aduenio? Sof. Haud vidi magis. Expectatum cum salutat haud quisquam magis quam canem. Sic enim legendum opinamur, ut cōstet ratio carminis trochaici, tetrametri, catalectici.

Gralatorius aut testudineus gradus.

PLAUTVS in Amphitryone: Bleph. Non potius nostros grandius grandire gradus. Amphi. Sine gralatorius, siue testudineus fuerit, certum est mihi hunc scelestum perdere. Item in Pœnulo: Vinceretis ceruum cursu, gralaterem gradu. Grala dicuntur sustes quibus innixi quidam ingrediuntur, quos gralatores appellavit antiquitas. Græcis κακοβάται dicuntur, quemadmodum σχαenobάται vocantur funambuli. Ij sustes quo sunt longiores a gradu cui pes innititur, hoc gradus sunt maiores. Tantum elicere licuit, e corruptissimo loco apud Nonium, præsertim in editione Aldina. Idem Plautus in Menæchmis: Atque eccum incedit, moue formicinum gradum. Formica videntur currere, cum minimum promoueat. Rursus in Pœnulo: Vicistis cochleam tarditudine. In eadem tardos appellat spissigradissimos, & tardiores quam sint corbice in tranquillo mari. Rursus talium gradum

dicit esse succretum cribro pollinario, quod Simila per angusta foramina, paulatim defluat.

Dædaleum remigium.

AD celeritatem significandam Plautus in Amphitryone dixit, remigiis Dædaleis, pro volatu. Non ocys quiuisi Dædaleis me tulissem remigiis.

Argentum accepi, imperium vendidi.

Nihil hac sententia decantatius: qui accipit beneficium, perdit libertatem. Demænetus eleganter expressit in Asinaria:

Argentum accepi, dote imperium vendidi.

Nam pauper uxorem duxerat pulchre dotatam, sed in quam nihil haberet imperij. Talis inducitur & Nausistrata in Phormione Terentiana.

Despuere malum.

MANET & hodie in vulgi moribus, ut si quid ardeant execrandum, quod sibi nolint euenire, despuant velut abominantes. Id autem habet ex veterum superstitione, qui sibi persuaserant desputationem esse remedium aduersus imminentiā mala, præcipue aduersus morbum comitalem: cui non hinc tantum est nomen inditum, quod in hominum frequentia sæpius oboritur, verum etiam quod prohibeat comitia fieri: & in adiuuendis remediis ter expuere habebatur salutare. Velut etiam aduersus incantationes, ut refert Plinius. Simili superstitione contra improba spei fascinum, ter in sinum expuebant. Plautus: Et illic isti qui sputatur morbus venit, cui respondetur: Ain' verbero mihi cum morbum esse, qui me opus sit insputarier? Hic rursus alter, Ne uerere, multos illic morbus homines macerat, quibus insputari saluti fuit, atque illis profuit. Idem in Amphitryone: Teq. obsecro hercle ut quæ locutus despuas.

Contrahere vela.

IN eadem epistola dixit contrahere vela, pro eo quod est reprimere sese, & cautius agere. Contraxi, inquit, vela perspiciebat inopiam iudicium, neque dixi quidquam pro testimonio, nisi quod erat ita notum atque testatum ut non possem præterire. Itidem Horatius,

-Et idem

Contrahes vento nimium secundo

Turgida vela.

Sumptum est a nautis, qui vehementius spirante vento vela contrahunt, quo tutius nauigent: vento languidiore pandunt, captantes auram.

ἰωπὶ νῦν μοι.

IN eadem carmen Homericum festiuissime usurpat ad continuationem narrationis,

ἰωπὶ νῦν μοι μῆσαι ἐπ' ὧς δὲ πρῶτον ἰπῆσαι, id est,

Dicite nunc Musæ, dixistis quippe priora.

In commemoratione rerum ridicularum habebit gratiam, in Aldina editione, hemistichium modo refertur, ἰωπὶ νῦν μοι μῆσαι. Neq. n. semel habetur apud Homerum, licet finis non sit idem, velut illud ἰωπὶ νῦν μοι μῆσαι ὁλύμπια δώματ' ἔχοντες. Iliados secundo.

In

In dierectum.

Chimæra.

QUIEVS precamur exitium, eos iubemus ire in malam crucem ad coruos, ad cynosarges, pro eodem prisca dixerunt in dierectum, quod illi dierectos appellarent in crucem suffixos. Nonius citat ex Varrone, Apage in dierectum a domo nostra istam insanitatem. Dierectos dici putat quasi in diem erectos. Fortasse scriptum erat in dium erectos, quod qui crucifiguntur, sub dium exponuntur. Præsertim cum addat a domo nostra. Sub dium rapiuntur, quæ domo efferuntur. Insanitam autem pro insania dixit M. Tullius, ne quis mendum suspiceretur.

Nihili est, aut nihil curæ est.

IDEM eodem libro, epistola cuius initium, Cum e Pompeiano, versiculum Rhintonis ut vulgo iactatum refert, Illud tamen, inquit, velim existimes, me hanc viam optatum post Catuli mortem, nec præsidio ullo, nec comitatu tenere. Nam ut ait Rhinto ut opinor, Οἱ μὲν παρ' ἑδνῶν εἰσι, ὅς δ' ἑδνῶν μὲν. id est, Nihili quidem hi sunt, ceteris curæ est nihil. Sentit se non uti præsidio magnatum, quod partim nihil possint, partim negligant res.

E terra spectare naufragium.

ALIAS nobis dictum est, de muris iudicare Achivos, pro eo quod est in tecto spectare aliorum pericula. Idem alia metaphora festini extulit M. Tullius lib. ad Atticum 2. epist. De geographia. Nunc vero cum cogar exire de naui, non abiectis sed ereptis gubernaculis, cupio istorum naufragia ex terra intueri, cupio ut ait tuus amicus Sophocles.

Καὶ ἀπὸ στεγῶν ἀδελφεὺς εὐκλεὺς εὐδῶν φρενί. Quamquam hic versiculus in aliis codicibus habebatur varius, sed æque deprauatus in aliis erat omissus. Videtur esse versus trochaicus catalecticus. Καὶ ἀπὸ στεγῶν ἀδελφεὺς εὐκλεὺς εὐδῶν φρενί. pro εὐκλεὺς, quidam codices habebant ἑκκαλεὺς, quod quid sit non intelligimus, εὐκλεὺς, non patitur carminis ratio. Sensus autem hic videtur esse: optat de tecto audire tumultus aliorum, ipse vacuus & quietus animo.

Qui prior læsit.

IN eodem lib. epist. Subito cum mihi dixisset &c. vsurpat versus Homericum, minitans vindictam ei qui prior læsseretur. Nam nos quidem, inquit, si per istum tuum sodalem Publium licebit, τοῖς ἰσθμῶν cogitamus. Si ille cogitat tantum duntaxat nos offendere, & quod proprium est artis huius,

-ἰπαρχομαι

Ἀνδρὶ ἀπαμύναται ὅς τις πρότῳις χελιδνῶν. id est,

-Denuncio

Vlturum me hominem quisquis prior irritavit.

Quod datur.

NONIUS Marcellus citat hunc versiculum e Cecili Plotio, Patiere quod dant, quando optata nō dant. Da nunc antique dictum est pro dant. Conuenit cum eo quod alibi retulimus ex Cicerone, τὰ μὲν δίδουμεν, & huic similibus.

HOMINEM inconstantem ac variis moribus, aut opus sibi non coherens, M. Tullius designat festinè illo versus Homericus, Quod de Qu. inquit, fratris epistola scribis, ad me quoque fuit,

Ἐδνῶν λείων, ὀπίσθῳ δὲ δρᾶκων, μέσῳ δὲ χιμαίρᾳ.

Quid dicam nescio, nam ita deplorat primis versibus mansionem suam, ut quemuis mouere possit: ita rursus remittit, ut me roget, ut amales suos emendem atque edam. Epistolam sibi inaequalem, appellat Chimæram.

Nihil dulcius quam omnia scire.

M. TULLIUS ad Atticum, lib. 4. epist. Delectarunt me, refert hunc Senarium seu vulgo celebrem, ἑδνῶν γλαυκότερον ἢ πᾶν ὠκύναι. id est,

Nil dulcius quam scire prorsus omnia.

Versus corruptus constabit, si addas ἑδνῶν, sic,

ἑδνῶν γλαυκότερον ἢ πᾶν ὠκύναι.

aut πᾶν πρὸς πᾶν τῶν. Ac mox subiicit: quare ut ho mini curioso, ita perscribas ad me, quid primus dies, quid secundus, quid censores, quid Appius, quid illa populi Apuleia. Est & illud aliquoties obuium in epistolis M. Tullij πᾶν τὸ πρὸς πᾶν τῶν.

Strumam dibapho tegere.

STRUMAM dibapho tegere, dixit M. Tullius ad Atticum pro eo quod est infamiam aliqua dignitate obliterare. Vatinij inquit, Strumam sacerdotij dibapho tegere. Dibaphon appellat purpuram bis tinctam. Struma est tumor corporis, veluti gibbus. Ea deformitas interdum purpura dissimulatur. Idem ad M. Caelium lib. 2. Nam Curtius noster Dibaphum cogitat, sed eum infector moratur. Dibaphi nomine designat magistratum cui fas erat dibapho uti. Sed iocatur illi rem parum ex sententia cedere, quod tinctor esset in mora. Est autem hac una ratio obliteranda infamiae, splendore dignitatis hominum calumniis detertere, mediocris enim fortuna patet inuidie.

Multa in medio.

ANTEA commemorauimus, multa cadunt inter calicem supremamq. labra. Idem alia metaphora extulit M. Tul. ad Atticum lib. 6. epist. Et si nil sani. Non quo me aliquid iuuare posses, quippe res in manibus, tu autem abes longe gentium.

Ροῖα δ' ὁ μεταχρῆσθαι,

Νότις κολίδῃ κῦμα τ' ἐνρίπῃ ἀλός.

Ita Cicero sentit multas rerum nouationes exorituras antequam Atticus qui procul aberat possit opitulari. Senarij sunt quos ita veritas licet,

Sed interim in medio notus

Multas patentis voluit undas æquoris.

Preces armatæ.

IDEM libro nono, epist. cuius initium, Tuas ἰ. Kal. πρὸ θανάκῳ appellat suasionē cum necessitate uiq. coniunctam. Quales sunt principum preces, id quod eleganter Ouidius expressit in Ioue: Precibusq. minas regaliter addit. Ciceronis uerba sunt, Ego autem non tam uoluptuarius huius timeo, quam περὶ ἀνάγκῳ. αὐτῶν τῶν

Fff

3

τρεῖς

τυραννίδων δύνει, inquit Plato, ἵδ' ἔτι μεμνημένος αἰδ' ἡ γὰρ αἰδὴς ἴδιον, id est, non tam fucos huius timeo quam parendi necessitatem: nam tyrannorum preces, ut ait Plato, scis necessitati admixta esse. Exstat & ille mihi nunc celebris,

Cogit rogando qui rogat potentior.

Benefactis pensare delicta.

EODEM libro, epistola, cuius initium, Certior a Tylio factus, citat hunc Senarium citra nomenclaturam, ut vulgo celebrem,

Ἀλλοίσι καὶ ἑαυτοῖς πένθ' ἀπὸ τοῦ καὶ φόρον. id est, Aliis benefactis hocce depellunt probum.

Loquitur de Bruto & Cassio qui occiderant Cæsarem, locus sic habet: Itaq. idus Martiæ me non tam consolantur quam antea, magnum enim mendum continent, & si illi iuvenes, ἀλλοίσι μὲν ἑαυτοῖς, & c. Conuenit cum illo τοῦ κακῶς ἰδὲ φόρον λέγει.

Altius Oromedonte.

THEOCRITVS in Thalyfia,

Ἀλλοίσι καὶ ἑαυτοῖς πένθ' ἀπὸ τοῦ καὶ φόρον. id est, Sic mihi magnopere faber est inuisus, in altum Qui, fruit, aduicis superare iugum Oromedontis.

Allegoria prouerbialis est, deterrens ab insolentia, ne quis se praponat iis, quibuscum nullo pacto est confrendus. Scholiastes indicat Oromedontem esse montem in insula Co. Est adlusum ad poetam Coium. Nam paulo post, Homerum appellat poetam Chium.

Φαῖνος πρὸς ὧπτεν.

HAC voce M. Tullius videtur delectatus. Ita subinde usurpat in epistolis. Est autem vultu fronteque præferre hilaritatem ac beneuolentiam, cum aliud geras in animo. Vnde illud Maronis:

Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

Faciles partus.

THEOCRITVS in Encomio Ptolemai:

Παῖδες δὲ γοναί, πικρὸν δ' ἐπὶ τὸν ἑκόντα πατρί. Sunt faciles partus, sed proles nata parentem Ore refert numquam.

Pater est iuxta iureconsultos quem nuptiæ designant, sed proles non semper facie maritum parentis exprimit. Eoq. iuxta Flaccum, Laudantur simili prole puerpera. Quamquam & hic natura ludit varietate, quæ admodum ferme in omnibus. Proles non semper refert matrem aut patrem, sed interdum auum paternum aut maternum, interdum auiam, interdum patruium aut propatruum.

Præficarum more.

PRÆFICAE dicebantur mulieres in hoc conductæ, ut in funere lamentarentur, ac defuncti laudes prædicarent, aliis plorandi modum præirent, unde & præfica dictæ sunt, quasi præfectæ. Ab his iocus sumitur in eos qui simulant amorem aut dolorem, cum lucri causa faciāt quiddam faciūt. Lucilius citante Nonio:

Mercede quæ conductæ flent alieno in funere præfica,

Multo & capillos scindunt & clamant magis.

Id imitatus est Horatius,

Vt quæ conductæ plorant in funere, dicunt Et faciunt prope plura dolentibus ex animo.

Plautus apud Nonium in Friuolaria,

Superauere omnes argutando præficas.

Conuenit & illos, qui præ inuidia non sistent laudare nisi vita defunctos. Nænius apud Festum, Hæc quidem me hercle opinamur præfica est, quæ sic mortui collaudat. Id familiare est vxoribus, ut maritum defunctum in alterius inuidia sine fine prædicet. Quadrahit & in illos, qui cum ipsi nihil habeant quod laudem promereatur, laudandis aliis adstant videri aliquid. Plautus in Truculento, Sine virtute argumentum cinem mihi habeam pro præfica, alios quæ collaudat, capse sese uero non potest.

Socratis gallus, aut callus.

NONIVS Marcellus e Varrone citat Socratis gallum in significationem caluicie: inuenisse se, cum dormire cœpisset tam glaber quam Socratis gallus, esse factum ericium cum pilis & proboscide. Sentit quisquis illic loquitur se cum iret cubitum, fuisse leui corpore, nec villos habuisse pilos toto corpore. In somno transformatum in ericium, qui totus hirsutus est, & suum in ore proboscidem habet. Aldina editio, pro gallo legit caluum. Lectio tolerabilis esset, si pro caluum legamus callum, hoc pacto: inuenisse se, cum dormire cœpisset tam glaber quam Socratis callus siue callum, esse factum ericium, & c. Socrates corporis erat patentiissimi, quod ad omnem laborem occalluerat, ambulabat nudis pedibus, dormiebat humi. Hinc iocus in Socratis callum. Non ignoramus quid narrent de gallo deplumato, quem Diogenes, immiserat in scholam Platonis, sed magis placet, ut legamus callū, facilis enim transitus est, a c in g, cognatam litteram. In corporis partibus quæ callum habent, non proueniunt pili, velut in pedum cauo, & vola manuum. Vulgus illiteratum significans nihil esse quod det, ostensa vola manus dicere solet, Hinc mihi pilum euelle. Adagium conueniet in nudos & inopes.

Vt ex bulga matris.

NONIVS Marcellus refert hunc Trochaicum tetrametrum catalecticum e Lucilio,

Ita uti quisq. nostrum e bulga est matris in lucem editus.

Id ad nuditatem inopiamque referri potest. Potest & ad æquam omnibus vitæ condicionem. Natiuitas enim non distinguit Cræsum ab Iro, non regem a plebeio. Eadem sunt voces reginæ parturientis & mendicæ, Idem vagitus Cæsaris emergentis & tenuissimi cuiuslibet. Neque mundius est cauum unde se profert monarchæ filius, quam unde prodit ancillæ proles. Festus indicat vocem esse gallorum qui folliculos, aut crumenas aut sacculos scorteos, hoc est, e pellibus factos olim appellabant bulgas. Lucilius Satyrica libertate matricem siue vuluam bulgæ nomine designauit. Quod Græci dicunt, Nudus tamquam ex matre, alibi nobis commemoratum est.

Esurienti leoni prædam exculpere.

NONIVS Marcellus ex Lucilio citat hunc versum: Vt esurienti leoni ex ore exculpere prædam.

Versus

Versus constat, si amoveas ut, aut quod vero propius est, pro ut, legas, vi: & si in esurienti corripitur ti, aut si legas esuriente. Metrum durius est, quod nullā habeat casuram, sed non abhorrens a compositione Lucilij. Adagium simillimum est illi quod alias retulimus, clavam extorquere de manu Herculis, & lupum agnam eripere.

Halopanta.

HALOPANTAM veteres appellabant omnia mentientem. Plautus in Curculione, Aedepol nugatorem lepide natus est hunc Phedromus, Halopantam an sycophantam magis hunc dicam nescio. Verba sunt militis conquerentis de Curculione, qui anulo militis imposuerat lenoni. Nonius Marcellus citans hunc Plauti locum, hæc refert: Halopantam aut sycophantam, hominum genus nequam, quod ob suenda mendacia, miserrima mercede conducitur. Festus hunc in modum: Halopanta significat omnia mentientem, παρρησιος enim Græci omnia, ἀντιμαρτυρία fallentem appellant. Quantum autem tribuendum sit eiusmodi fragmentis non minus depravatis quam decurtatis. Aldina editio habuit aliam etymologiam, sed magis etiam mendosam, nam si halopanta venit ab ἁλὸς sive ἀλιπύμας neutra dictio habet primam aspiratam: & utraq. corripit primam, cum a pud Plautum sit producta, ut exigit Trochaici carminis ratio. Rursus si venit ab ἀλός, convenit quidem aspiratio, sed hæc quoque vox habet primam breuem. Adde quod est nova compositionis forma a nomine, nō a verbo, mollius erat παρρησιότης. Quoniam autem est in his vocibus duabus schema παρρησιότης, proprius adludit ad sycophantam, halopanta. ἀλὸς ὁρῶντες autem dici videtur, qui desert eos qui telonas conantur fraudare peltigalibus, quemadmodum sycophantæ dicti sunt qui deferebant exportantes ficos Athenis. Si legamus ἀλὸς ὁρῶντες, quasi aliena loquentem varieq. mentientem, continet quidem metri ratio, sed abiicienda est aspiratio primæ vocalis. Metrum tamen constabit, si Græce pronuncies halopanten, aut sycophanten. Tum enim in primo loco erit anapæstus pro spondeo. Plautus autem non raro græcissat in comædia. Verum, hoc doctis relinquatur discutiendum.

Quadra propria.

ET hodie vulgo dicitur, Nihil æque sapere ut cibum proprium domi sumptum. Nonius citat hoc hemistichium ex Priapeis Catulli, De meo ligurare libido est. Ligurare dixit, pro gustare cum voluptate. At dū Homericī malunt inuitari ad nidores hostiarum quam pueri οἱ κόριτοι. Citat & ex Plauti Persa, Turbucinari de suo, si quid domi est.

Mansum ex ore dare.

QVOS tenere amamus, his mansum ex ore dare dicimur, quod a matribus ac nutricibus mutuo sumptum est. Lucilius citante Nonio:

Sperans si etatem eandem proferre pōtesset.

Mansum ex ore daturum.

Quamquam Marcus Tullius & Aulus Gellius paullo diversius usurparunt præmandere, quemadmodum antea monuimus.

Medullitus, oculitus.

INTIMVM affectum veteres variis modis exprimebāt, ex corde, ex animo, toto pectore, de quo diximus, penitus ex intimis præcordiis, medullitus, animitus, oculitus. Plautus apud Nonium in Cornicibus: Qui ancillam meam sedulium oculitus. Amantium enim est oculum appellare, quod unice carum est. In Mostellaria, Euge oculus meus. Rursus: Volo placere meo Philolacheti, meo oculo, meo patrono.

Sapientia gubernator navis.

DICTVM est a sapientissimis viris etiam in bellis plus habere momenti consilia quam vires. Idem eleganter expressit Titinnius, citante Nonio:

Sed in sapientia gubernator navium torquet, non ualentia.

Nouum cribrum, nouo paxillo.

NEQVAQVAM obscurum est prouerbio fuisse iactatum quod Nonius citat ex Varronis Eumenidibus, ubi dicitur primus Zenon nouam haresim nouo paxillo suspendisse. Zenonem notat, qui primus Athenis inuexit sectam Stoicorum, idq. nouis rationibus ac paradoxis. Idem in Eimargo: Nouum ut cribrum, nouo paxillo pendeat. Sic enim habet Aldina editio. Quadrabit in eos qui noui quidpiam comminiscuntur.

Sarcinator summum centonem.

APUD eundem citatur hic versus ex Lucilio: Sarcinatoris esse summum. suere centonem optime. Videtur esse versus trochaicus, tetrameter, catalecticis: & constat elisos, in sarcinatoris. Sarcinator a sarcina dicitur, non a sarciendo. Convenit cum illo quod alibi retulimus, Boni poeta est in extremo actu esse optimum. Lucilianum tamen dictum germaniorem ac venustiorrem habet adagij speciem.

Prælio victus non bello.

NON statim victor est qui in uno, altero ne negotij actu discessit superior, sed qui totam caussam euicit. Prelium enim est conflictus bellicus, bellum totum hoc tempus dicitur, etiam si cessetur a præliis, aut si intercedant induciæ. Sola pax finit bellum, induciæ dirimunt congressus. Nonius hos trochaicos citat ex Lucilio: Ut Romanus populus victus vi, & superatus præliis sæpe multis, bello vero nunquam, in quo sunt omnia. Congruunt illi, Vir fugiens & denuo pugnabit.

Curre denuo.

Τελὲς αὐτίς, id est, Curre denuo. Hoc ita refertur a Luciano in tragædia cui titulus ὠκύναις, quasi sit in tonsilina natum. Quamquam totum hoc poemation mendis scatet, neo ullam habet micam salis Lucianici. Inducitur illic podagrosus iuuenis, qui tamen affectabat videri ὠκύναις, Is rogatus a sene, unde accidisset pedis dolor, respondit se cum magna celeritate curreret, distinxisse talum, atque hinc esse cruciatum. Huic respondet senex,

Τελὲς αὐτίς αὐτίς ἔτι πονεῖς καὶ ἀδύμωτος

Παύσαι τὴν καρίαν ὅτι ἀλὶναις.

Si legas, ἔτι πονεῖς, sensus erit, curre denuo, sicuti dixit quidam, qui sedens vellit barbam sub cubitis tonsoris.

F ff 4 son-

tonforum, hoc est, qui curatur a tonsore. Podagrosi remedium petunt a tonsoribus, & tamen nolunt videre podagram, sed pedem alioqui laesum, ut ex immodico cursu. Interim aliquis eorum qui tondentur, sentiens sietam esse causam, respondet τριχ' αἷτις. Nam id solē esse remedium in simili malo. Posteaquam. n. nervus incaluit violento motu, cessat dolor. Quod quotidie videre est in equis, qui post cursum aut non claudicant, aut lenius claudicant. Probabilius tamen est pro κριτὰς legendum κριτῶν participium a verbo κριῶ, quod est hirsutum esse & tonsoris egere: quemadmodum aliquis dixit, qui sedens in tonstrina velit barbam quam habet hirsutam sub alis. Illic enim desident otiosi & garruli. Horatius:

*Cultello proprios purgantem leniter ungues.
Hæc nostra diuination si cui non placet, sequatur quod
magis arridet, res non est magni momenti.*

Nutricis pallium.

NUTRICES quoniam tractant infantes, sæpe vestes habent, buas, salina, mictus, foriaq. contaminatas. Vnde Plautus in Bacchid. Si unam peccauisses syllabam, fieret corium tam maculosum quam est nutricis pallium.

Cum ramento.

TR O P O . *proverbiali cum rammento reddidisse dicitur, qui totum reddit nulla ex parte decuratum. Sumpti apparet a fabris arariis, qui sibi servant quod lima de-
raferint. Plautus in Bacchidibus : Quia patri omne cum rammento reddidi, cum rammento additum in-
ter. &c. gratia, idem velut interpretatur, subiiciens omne oppido, hoc est, omne prorsus. Cum pulvisculo, & cum æruginē alias nobis dicta sunt. Plautus in Rudētibus, Conuerret iam hic me totum cum pulvisculo.*

Mortuo vilior.

Nihil abiectius caduere. Plautus in eadem fabula,
Eia bonum habere animum. Unde habeam? Mortuus
pluris precij est quam ego sum. Et in Persa, quidam
alterum per contemptum appellat morticinum. Non
Hercle si os præciderem tibi, metuam morticinum.

Quam Clinia ex Demetrio.

PLAUTVS in eadem fabula, Plura ex me audis bo-
die mala quam audiuit unquam Clinia ex Demetrio.
Quidam eruditi hoc loco pro Clinia legunt Lamia. Et
verum est Lamiam fuisse supra modum adamatam a
Demetrio rege Macedonum, quo nomine ipse quidem
male audiebat vulgo, sed eam a rege fuisse conuiciis
affectam, nusquam legimus: praterea vocem Lamiam
carminis ratio non admittit. Vera propius est sumptum
et comedia Turpily, cui titulus Demetrius, vel alia
quapiam, ubi pater prolixius et acerbius obiurgat fi-
lium. Talis enim inducitur Clinia in Senec ipsum ex-
cruciante, qui a patre nimium saepe nimiumq. acerbe
obiurgatus, tandem profugit in militiam. Et haud sci-
mus an ad hanc fabulam adludat Plau⁹. Nā fieri po-
test ut Terentius pro Demetrio senem appellaret Me-
nedemum. Nec obstat quod Terentius Plauto fuit po-
sterior, cum Græcus auctor fabulae fuerit utroque
prior.

Pleno gradu.

Q. v. i. leuiter rem quampiam attigerunt, summo pede dicuntur ingressi: contra qui magno studio instituerunt aliquid, pleno gradu, dicuntur ingressi. Trebonius Cicer. libro 12. Nam illum paratum ut video & ingressum pleno gradu, cohortari non intermitteremus, quo in dies longius discendo exercendoque se procedit.

Ad pila vbi ventum.

MARCVS Tullius in libello De remilitari, si tamen nō fallit titulus: Prima autem inquit, & secunda acies, cum ad pila, ut dicitur, ventum fuerit, eorum sustinet bellum. Pilum autem est genus hastæ Romanæ brevius. Itaque cum de propinquo res geritur, ad pila ventum dicitur.

Velatis manibus orare.

Qv i suppliciter orant, velatis manibus orare dicuntur.
Sumptum ab antiqua more oratorum, quo qui pacem
petituri venirent, ramum oliuæ prætendebant. Vela-
tas autem dictum arbitramur pro vitatis. Plautus
in Amphitryone: Postridic in castra ex vrbe ad nos
veniūt, flēntes principes, vettatis manibus orant, igno-
scamus peccatum suum.

Cicadæ sibi canent.

Οὐ τίτιλε καὶ αὐτοὺς χαμέβρεσσονται, id est, Cicadae sibi ipsis
ex humo canent. Hoc exemplum Aristoteles libro ter-
tio, adducit ex Stesichoro schematis, quo quis dicit
quod non dicit. Nec aliud addit, unde possis dicti sen-
sum deprehendere: nisi quod suspicamur poetam his
verbis comminatum iis a quibus erat laesus, quos si ul-
cisci a loqui non posset, certe carminibus suis effecit illos
infamiae traditurus. Adducit idem eiusdem libro se-
cundo, inter sententias obscure dictas, ὁ πόρῃσι χόρος
καὶ λαοῖσι πῖνυσι, ὅτι δ' οὐκ ἔστιν ἄλλος εἶναι, ἢ πῶς μὴ οἱ τίτιλε
χαμέβρεσσον. Quod quidem Stesichorus apud Lo-
crenses dixit, Non oportere cuiquam iniuriam facere,
ne Cicadae ex humo canant. Cicadae poetarum habent
symbolum. χαμέβρεσς dixit, ob inopiam & condicionis
humilitatem. Unumquodq. animal minatur his armis
quibus a natura instructum est. Poetae praeter versum
nihil habent, quibus tamen hominem vel album vel
nigrum ad posterum transmittunt. Unde & Plato dici-
tur amicos admonere solitus, ne quem hominem poe-
ticum sibi redderent inimicum. Est enim, ut ait Flac-
cus, genus iritabile uatum, et in his sunt qui saenum ha-
beant in cornu. Doctis tamen non nullis placet, alio
spectare Stesichori dictum. Quoniam cicadae solent,
Marone attestante, in arboribus canere, apparet Ste-
sichorum civiliter hoc aenigmate Locrenses admonere,
ne per petulantiam a finitimorum iniuriis parum tem-
perantes, tandem arma illorum in se concitent, qui cum
exercitu fines illorum ingressi, quidquid arborum
sit in agris, hostiliter excedant, itaque fiat ut cicadae il-
lis iam humi canere incipiant, sublati arboribus qui-
bus insideant. Fortasse tale quiddam refert Grego-
rius Nazianzenus, cuius in hoc opus commentarios
vidimus Venetiae.

Fama

Fama prodi omnia.

*ÆSCHINES in oratione contra Timarchum refert
sententiam Euripidis :*

Φέρη τ' ἔσθλοι καὶ μυχῷ δείκνυσσι γῆς. *id est,*

Virum bonum fama aperit vel in terre cauis.

Interpretatur autem hoc sensisse poetam, non viventium tantum virtutem illustrari fama, verum etiam sepulchrorum. Terra corpus tegit, sed fama non sinit occultari quod quis bene gessit in vita. Eodem in loco citat Hesiodi versum quem antea commemoravimus,

Φύμη δ' ἔτις πέμπτην ἀπόλλυται, ἣν τινες λαοί

Πολλοὶ φησὶν, ὅτι οὐκ εἶσι καὶ αὕτη.

Quem loci citat & in oratione «Ὁ ὁ πατριάρχης».

Bæotiffare.

I NTER conuicia quibus Aeschines lapidat Demosthe-
nem, etiam illud obicit, quod Bæotum more vocife-
raretur immodice & indecore: τῷ τῷ δὲ μὲν μετὰ τὸ
λίσσας ἀντιβῶ παμμιθίς δημοσίους, ὅς ποτε πέντε
οὐ συμπερίβησι μὲν καὶ ὅς πρὸς τοὺς ἄλλους καλῶς βου-
ταί, id est, Hæc me loquente vehementer exclamat
Demosthenes, quem admodum sciunt omnes qui nobis
in eâ legatione fuisse collegæ. Nam præter alia mala,
etiam Bæotiffat. In clamore fit adlusio ad boum ingi-
tum. Quamquam βούτα, accipi potest, pro fauere
Bæotum partibus.

Surculus furculum ferens.

Qv i singuli sunt infirmi, tamen concordia iuncti, mul-
tum habent roboris. Ita Ennius apud Festum, unus
surus surum ferret tamē defendere possent. Veteres
enim, ut Festus admonet, surum dicebant, unde nos di-
cimus surculum diminutivē. Nos non fugit carmen
esse vitiatum etiam in Aldina editione, fortasse legen-
dum, Si unus surum surus ferret, eum aut se defende-
re posset aut possent. Stirps habet robur, surculi nihil
habent virium nisi iuncti.

Salacones.

Q VEM AD MODVM Irus & Codrus ob inopiam in
vulgi fabulam abierunt, ita & Salacon quidam extre
ma paupertatis homo effecit, vt omnes fortuna tenui
Salacones dicerentur, & ipsa paupertas Salaconia.
Meminit Hesychius, sed idem indicat eodem nomine
fuisse notatos fastuosos & adrogantes: vnde ductum
sit verbum σαλκωνισμῳ ἢ σαλκωνῶν, pro eo quod
est, frācto delicatoq. gradu incedere. Addunt testē
Theophrastum, qui σαλκωνας dixerit eum qui sua pro
fundit temere. Ex his colligere licet, adagij. conui
cium non hēsisse in quosuis pauperes, sed in eos dunta
taxat qui fastu luxuq. redacti sunt ad inopiam. Vox au
tem dicta videtur, a verbo σαλᾶω, quod est labesca
tari & ad ruinam tendere.

Archilochi melos.

Αρχιλόχος μέλος, id est, Archilochi cantio, dicebatur hy-
mnus qui ad multos poterat accommodari, qualem fe-
runt Archilochο fuisse repertum, qui fuerit ante Pin-
darum & alios hoc genus lyricos, qui singulos pro-
priis laudibus exornabant. Archilochi carmen erat
idem in omnes, quod cithara caneatur. Citharædus
tantum ad singula cantionis interualla, victorum nomi-

na voce sua repetebat: velui si Herculem laudabat, accinebat, Tenella Callinice χαῖρε ἄναξ ἱεράκλειος. Aut aliud, si cum alium canebat. Huic non dissimile est quod refert Horatius de pictore, qui depicta cupresso nau- tam rogabat, ecquid uellet addi. Quadrabit in rem priscam ac rudem. Meminit Aristophanis & Pinde- ri interpres. Sumptum est e Pindari Olympiorum En comio septimo: τὸ μὲν ἀρχιλόχου μίλος ποταῖος ἰλμυπία καὶ δίνικος. Quo quidem loco varia commenta refert enarrator, quæ repetere, non videtur ad hoc quod agi mus necessarium.

Ολοίχινες.

ANTEA rectulimus ex oratione Aeschlinis, πρὸ ἐλαχίσ-
τε ἀξέχε, cum lexicographi pro ἐλαχίστῃ habeant
ἐλαχίστη, qui adiecit scholia in Demosthenem, citat ora-
tionem Aeschlinis aduersus Demosthenem πρὸ παρα-
πρωσίας, & Theophrastum in quarto libro. Apud
Aeschlinē reperim⁹ ἐλαχίστη. Similiter Theophrastus li-
bro de plantis quarto, inter ea quæ proueniunt in aquis
facit (quod admonet scholiastes) τρία χεῖρε, hoc est,
sparti siue iunci genera: quorum unum sit acutum,
quod appellant masculinum, id est, infragiferum: alte-
rum frugiferum, quod a nigro fructu vocant μελα-
γχερά: tertium quod dicitur ἐλαχίστη, pinguitudine,
magnitudine & callositate ceteris præstans. Hoc ulti-
mum putat accommodatius ad plectendos funes, quod
mollius sit & carnosius. Dioscorides lib. 4. paullo se-
cus distinguit genera, sed admonet tertium quod ἐλα-
χίστη dicitur, esse ceteris asperius & callosius. Vt autē qui
dam pro χεῖρε scriberent ἐχέρε suspicamur in causa
fuisse, quod Theophrastus meminit carnositatis, quasi
nouum sit audire carnem mali aut cerasii. Echinus ta-
men terrestris, quem appellant Erimacium, in hoc con-
uenit cum holoschæno, quod habet asperitatem: vnde
& cutis detracta cum spinis, utilis est ad defricanda
vasa. Proinde dictum videtur de duro & procaci ser-
mone, quo velut os alicui percellimus. Hoc quidquid
est appendicis, lectorem celare nolimus.

Apologus Alcinoi.

Ἀπ' Ἀρχαῖς ἀνέκδοτ., commemoratur in Græcorum collect.
 ut ante nobis commemoratum est. Originem autem tū
 diuinavimus ex Homeri *Odyssea*, apud quem in conui
 uio multa de se mentitur *Ulysses*: nec absurdum esset
 commentum, si *Alcinoi* apologus dici posset ficta nar
 ratio apud *Alcinoum* habita. *Aristoteles* tamen *Rhet.*
 3. um obiter meminit huius apologi, sic loquitur, ut
 videri possit notasse scriptorem aliquem qui finxerit
 orationem ad *Penelopen*, contextens omnia quæ multis
 annis geri potuerint, ficta narrans pro veris. Fortassis
 scriptor cui nomen *Alcinous*, induxit personam *Ulyssis*
 apud *Penelopen* plurima commemorantem, quasi
 vel in bello, vel in iuinere vere passus esset ea. *Locus*
 apud *Aristotelem* sic habet: ἵτι περπαγεῖς αὐτὸν ἡ
 λυον ὅσα μὴ παρ' ἑτέρου αὐτὸν ἡ δὴν ὅτιν φέρει. περπα
 γμα ὁ Ἀλκίνοος ἀπὸ λῆρος, ὅτι πρὸς τὴν πενελόπην αὐτὸν ἔξαιον
 τοῖς ἴστοις πεποιῖται. *Trapezontius* interpret legisse vi
 detur ἵτι μὴ περπαγεῖς αὐτὸν ἡ λυον ὅσα παρ' ἑτέρου
 ἑτέρ. At ne sic quidem locus videtur vacare mendis.
 Quare suscipiendus hic sententiam, donec vel e *Gre
 gorij Natzianzeni* commentariis in hos libros, vel
 aliunde

aliunde compertius aliquid fuerimus nacti.

Doceat qui didicit.

IDEM in eodem Encomio, τὸ διδάσκειν δὲ τοὺς ἄλλους ἐστὶ τῶν, id est, docere porro facilius ei qui didicit. Iuxta illud, Disce, sed a doctis. Nemo facilius artem tradit alteri, quam qui eam exacte callet. Nouit enim multa in compendium contrahere, nouit obscuris dare lucem. Proinde quod quidam tot ambagibus circumgunt ac detinent adolescentes in disciplinis, in causa est aut quæstus, aut liuor, aut imperitia.

Celeritas in malis optima.

SOPHOCLES in *Antigona*:

Βράχυνται ὅς κ' ἐρίσῃ τ' αὖ πρὸν κενεῖ. id est, Verba sunt Chori ad Creontem in vario luctu domus cupientem e medio tolli. Nam cito perire quem vita tædet, non nihil est lucris. Nihil molestius quam diu animo discrucari, si quid mali imminet, quod vitari non queat. optimum est dare operam ut sit quam breuissimum.

Prima felicitatis pars sapere.

IN eiusdem fabulæ clausula:

Ὡς τὸ φρονεῖν ἐνδοξομένως
Ἐρῶν ὅς περ χρεῖται.
Vt sis felix longe primum
Sapere est.

De Creonte dictum est, qui dum mauult animo suo quæ rectis consiliis obtemperare, et suos et se funditus perdidit. Magna fortuna facile vertitur in magnam calamitatem, si absit sapientia. Idem paullo ante contrariis expressit verbis de Hæmone loquens, qui sibi mortem conscuerat,

Διέσας οὐδ' αὖτ' ἐρωπῶσι τὴν ἀβελαν
Ὅτ' αὖ μὲν ἴσως αἰδρεῖ πρὸς κρητὰ κακίην. id est,
Monstrans quod inconsulta temeritas viro
Adiuncta sit longe malorum maximum.

Sero vidit iustitiam.

RVRSVM in eadem,

Οἷμα ἴσικας ὅτ' ἐπὶ τῷ δίκῳ ἰδὼν id est,
Proh ut videre iusta sero cernere.

De Creonte dictum est, qui prius nec Tiresia, nec cuiquam suorum obtemperat, magnis doctus cladibus incusat suam stultitiam. Eadem sententia repetitur in clausula tragædiæ, sed diuerso schemate,

Μερίλας δὲ πλεῖστος τῶν ὑπερσυχῶν
Ἀποτίσκατος,
Γέρας τὸ φρονεῖν ἐδίδασκεν. id est,
Diui pœnas postquam atroces
De verbis sumpserat superbis
Ætate docent sapere extrema.

Conuenit cum illo, Sero sapiunt Phryges.

Vindicta velox.

DE fera vindicta numinum aliquot prouerbis testatum est, quæ supra retulimus. Sed quod ait Sophocles expeditam deorum vindictam, magis huc conducit, ut in aliquod prolapsi malum, mature resipiscamus. Verba sunt Chori ad Creontem,

Ὅσον γ' αἰεὶ ταχίστα. σωπήμεσι ᾗ

Οἷον ποδ' ἀνέκ' τ' ἐκ κακῶ φρονεῖς βλάβη. id est,
Rex ista facito quam potes celerrime.

Noxa citipedes numinum: improbos viros
Subito occupant iunctæ simul compendio.

Id euenit Creonti, cui vindicta pœne prius adfuit quæ absolueretur Tiresia vaticinium.

Fato non repugnandum.

IN eadem Creon ita loquitur:

Ἀνέχρη δ' ὅς κ' ἐπὶ δούμας χεῖται. id est,
Sed fata contra, quando id est perquam arduum,
Non est reluctandum.

Eandem sententiam alias ex variis citauimus auctoribus. Nemo potest vitare quod deus nobis inmittit. Quod autem vitari non potest, ferendum est, non culpandum. Ducunt enim volentē fata, ut ait Tragicus.

Vati non conuiciandum.

IN eadem fabula Creon Tiresia more vatium incandescenti ac liberioribus dictis impetenti regem, loquitur:

Ὁ βέλους μὲν τ' ἐμὴν αἰσιν ἐνκακῶς. id est,

Vati vicissim nolo proloqui male.

Quod Horatius ait, Genus irritabile vatium, non tantum ad poetas, sed multo magis ad diuinos pertinet. Eblandiendum est, si quid ab eis velis exculpere, quos si prouoces, diuinant omnia mala. Conueniet uti, ubi quis nos impetierit impotenti conuicio, velut afflatus furore quoddam, cui honoris gratia nolimus vicissim maledicere, cum non desit quod retorqueatur aut cum libertatem eam tribuimus iræ, ueluti furori cuidam. Cum irato enim nihilo sanius decertes conuiciis quam cum furioso, finitimum est illi quod ante retulimus, Omite uatem. Præterea illi, Nipater esses, quod est in hac eadem fabula sub persona Hæmonis.

Vatum genus auarum.

IN eadem scena Creon ita loquitur Tiresia,

Τὸ μαρτυρὸν ᾗ πᾶν φολαγγυρὸν ἔννο. id est,
Genus omne vatium est appetens pecuniæ.

Hoc nomine olim male audiebant augures & haruspices. Vera non potest semper loqui, qui corruptus muneribus ad hominum gratiam loquitur.

Non mouenda loqui.

EO DEM in loco iam irritatior Tiresia sic minatur Creonti:

Ὁρσας μὲν τ' ἀκίνητα δὲ φρονεῖν φέρται. id est,
Tu me excitas ut quæ latent in pectore

Immota, cogar proloqui.

Vsus erit, quoties aduersariorum improbitas eo nos compellit, ut quæ decreueramus silentio tegere, effera mus. Creon enim illum conuicio tetigerat, dicens,

Σοφὴς σὺ μάστις, ἀλλὰ τ' ἀδίκων φίλῳ. id est,

Tu doctus augur, at suetus ledere.

Quod ipsum conuenit in hominem prudentem aut eruditum, sed improbum. Confine est illi, Non mouenda moues.

Mortuos rursus occidere.

IBI DEM verba Tiresia sunt ad Creontem, suadentis ut Polynicis corpus sinat condi sepulcro,

Ἀλλ' ἵκεν τὸ βέλος ὅτι, μὲν δὲ δολοῦται

Κοῖτη,

Κοίμῃ, τῆς ἀλλοῦ τ' ἐλπίδος ἐπικταίνῃ; id est,
Age, mortuo concede, nec qui extinctus est,
Stimulato: quæ nam est fortitudo, mortuum
Necare rursum?
Confine est illi quod alibi retulimus, Iugulare mortuos.

Deo nemo potest nocere.

SENTENTIA pia est, sed a Creōte impio animo dicta:

Θεὸς μὴ μὴν ἔτις ἀνθρώπων θείῃ id est,
Violare, siue polluere diuos, nemo quit mortalium.
Veteribus persuasum erat offendi diuos inferos. si mor-
tuo negaretur sepultura: offendi Iouem supplicium, si
quis supplicem reiceret. At Creon putabat nihil hu-
iusmodi rerū curæ esse diis, quod illi non queat a quo-
quam ladi. Hoc carmen occini potest iis qui indignum
deo putant, in matrice virginis latitasse, & per uterū
virginis exisse, unde prodeunt homines ceteri: aut qui
putant corpus domini pollui, quod in Stomachum homi-
nis immundum descendat:

Θεὸς μὴ μὴν ἔτις ἀνθρώπων θείῃ.

Neq. sol polluitur, tot cloacæ ac paludes lustrans.

Auscultandum bene loquenti.

TIREZIA in eodem sermone:

Εἰ σοὶ φρονήσας, ἐν λέγει, τὸ μὲν βαλὼν
Δ' ἡμῖσιν ἐν λέγει, τὸ ἐκ δ' ἡμῶν λέγει. id est,
Tibi beneuolus, bene loquor, suauissimum est
A bene loquente, lucra si fert, discere.

Eandem sententiam, antea dixerat Hæmon:

Καὶ τῶν λεγόντων ἐν, καλὸν τὸ μὲν βαλὼν, id est,
Recte loquentem audire par est, ac decet.

Conueniet cum illo, Audi quæ ex animo dicuntur.
Item cum Hesiodio, quo probatur & is qui paret re-
cta monenti.

Fortunæ nouacula.

EIVSDEM Tiresiæ verba sunt ad Creontem admonen-
tis, ut in summo discrimine positus sapiat,

Φρονέει βελῶς αὐτῷ ὅν ἐν ἑστ' τύχης. id est,
Sape, denuo nunc positus in nouacula
Fortunæ.

Calamitati quam excitarat Eteoclis & Polynicis cō-
tentio, successit hæc quam offensis diis excitauit Creō.
Quamquam hic versus obiter nobis alibi citatus est, in
proverbio In acie nouaculæ.

Peruicacia stultitiæ dat pœnas.

IN eadem tragædia Tiresia, Creōtem admonens ne præ-
fractus ac rigidus persistat in sententia, ita loquitur,

Λύεθ' ἴα τοι, σκαλὸν τ' ὀβρισησῇ. id est,
Præfracta mens amentia pœnas luit.

Intraffabilis illa ferocia fere solet magnæ cuiusdam ca-
lamitatis esse præludium. Hoc Tiresiæ dictum elegan-
ter expressit Hæmon in eadem fabula, duplici meta-
phora, arborum & nautarum. Carmen sic habet:

Οὐδὲ παραρξέμενοι χιμαῖροις ὅσα
Δεδράκων ὑπὸ κνέμῃ, κλωνίας ὡς ἐκαστὴν,
Τὰ δ' αὖ πτίνοντ' αὐτὸ πρὶν ἂν πόθῃται.

Αὐτῶς δὲ, νάδες ὅσις ἐγκρατῆς, πὸντος

Τίνας ὑπὸ κνέμῃ, ὑπὸ κνέμῃ

Τρεῖς τὰ τὸ λοιπὸν σίλμῃσι ναυτίλῃται. id est,

Vides ut in torrentium decursibus,

Quæ cedit arbor, surculos seruat suos.
At quæ resistit, stirpe cum ipsa deperit.
Nauclerus itidem, qui tenens clauum, nihil
Concedit auræ & fluctibus, denoluitur
Ac iam supinis nauigat nixus foris.

Nauigationis socius.

ANTE retulimus. In eadem esse naui, qui communi te-
nentur periculo. Ad hoc adlusit Ismene, in eadem fa-
bula, dicens se non recusare, quo minus subiret idem
periculum, quod subiret Antigone soror.

Αἶψ' οἱ κακοῖς τοῖς στίσι δ' αὖ χύμα
Συμπλοῦ ἡμαυτῶν τὸ πάρος ποιεύμεθα. id est,

Sed in tuis non erubescō me malis

Rate uelā eadem, calamitati adiungere.

Nuntio nihil imputandum.

HIC fere est hominum affectus, ut trisilia nuntiante pe-
rinde indignantur, quasi fecerit quod factum nunciat.
Creonti itaq. succensenti nuntio, quod parum lata ad-
ferret, ita respondet:

Οὐδὲν αἰὶς τὰς φρονήσας, τὰ δ' οἱ ἴγῳ id est,
Qui fecit, animum discruciat, aures ego.

Eiusdem nuntij versus est:

Σπέρχει δ' ἴσιν ἀγῶν κακῶν ἐπὶ δὴν. id est,
Nemo hunc amat, qui verba nunciat mala.

Accommodari poterit ad eum qui lapsim admonet,
ut magis sibi ipsi succenseat qui crimen admisit, quam
ei qui necessariam admouet correptionem. Nam cor-
reptio ad tempus molestā est auribus, sed sceleris cō-
scientia perpetuo mentem fodicat.

Quod fieri non potest, nec incipien-
dum quidem est.

PRIVS retulimus, ἰδὺναι τε θεῶν, id est, impossibilia ve-
naris. Quod aliis uerbis expressit Sophocles in An-
tigone:

Αἰχῇ δὲ θεῶν ἐπὶ πρὶν τ' ἀμύχαται. id est,
Quæ efficere nequeas, nec vel ordiri decet.

Verba sunt Ismenes deterrentis Antigone, ne Poly-
nicen sepeliat aduersus regium edictum.

Cor calidum in re frigida.

EADEM Ismene dehortans Antigone ab audaci faci-
nore ait,

Θρῆν' ὡς ἄνθρωποι καρδίας ἔχουσιν. id est,
Profecto tu cor calidum habes in frigidis.

Alibi diximus calidum facinus audax & princeps ap-
pellari. Frigida hic appellat, quorum feliciter perficiē-
dorum exigua spes erat.

Frustra niti clementiæ est.

RVRSVS in eadem ita loquitur. -Τὸ δ'

Πρὸς τὰς πράξεις ἐκ ἰχνηνοῦ ἔδνα. id est,
Frustranea agere insignis est amentia.

Non solum amentia est, iniusta agere, verum etiam
superuacanea. Ex iniustis interdum aliquod est lu-
crum, ex superuacaneis nullum.

Principi obtemperandum in omnibus.

NON sine proverbiali schemate dictum est in eadem
tragædia, quod ait Creon,

Αἶψ'

Αἰὲν πόλις ἐστὶν, τὴν δὲ χώραν κλέουσιν.
Καὶ σμικρὰ καὶ δικάσια καὶ τ' ἀκαταστάτα. id est,
Sed principatum ciuitas cui tradidit
Hic audiendus, siue leuia precipit,
Siue aqua mandat, siue & his contraria.

Ciuitas non ciuitas.

Hæmon Creontem tendentem ad tyrannidem, ita
tançit:

Πόλις οὐκ ἐστὶν ὅστις ἀδρόν ἐστιν ἴσος. id est,
Quæ unius hominis, illa non est ciuitas.

Dixerat Creon ipse esse, non alterius imperare regio
ni. Hæmon negat eam esse ciuitatem, ubi summa rerū
pene unum hominem est. Polis enim Græcis vel a
versando, vel a multitudine dicta videtur, Latini Rē-
publicam appellant. At Respub. non est, ubi unius ar-
bitratu aguntur feruntur omnia. Itaque cum Creon re-
spondisset, ciuitatem censeri illius, qui illi imperat, su-
biicit Hæmon:

Καλὴς, ὅμως γ' ἀνὸς γὰρ ἀρχὴν μόνον. id est,

Recte, unus ut deserto in agro regem agas.

Regium est imperare liberis, neque quidquam absque
cuius consensu tentare.

Mens cæli, terræq. regina.

Socrates apud Platonem in Philebo: πάντες οὖν
σοφῶνται οἱ ἄνθρωποι, καὶ τὸς ἑκάστου σιμῶντες, ὥς νῦν ἐστὶ
βασιλεύς μιν ὁ θεὸς καὶ ἡ γῆ. id est, Omnes enim sapientes
consentiunt hoc pacto seipsos honestantes, quod mens
nobis regina cæli & terræ. Scilicet sapientiæ gubernari
omnia potius quam voluptate. Cum enim Philebus
probasset felicitatem ex sapientiā & voluptate mix-
tum, quæri cæptum est utra duarum plus haberet mo-
menti ad beatitudinem. Quoniam autem Plato dicit in
hoc omnes consentire, subindicat fuisse vulgo iacta-
tum. Conuenit huic quod habet Hæmon Sophocleus:

Πάτερ, οἱ καὶ θεοὶ καὶ ἄνθρωποι περὶ τὰς ἀρετὰς,

Πάντων δ' ἐστὶν χρημάτων ὑπερπεπνυμένων. id est,

Pater, dei mentem inserunt mortalibus,

Quæ res opes exsuperat omnes maxime.

Primas iactare hastas.

M. Tullius lib. de Oratore 2. primas iactare ha-
stas dixit, pro velitari, quod ad oratorem transfert,
cuius dictio initio debet esse lenis ac sedata, ut paula-
tim incandescat oratio. Notat ibi Philippum oratorem,
qui solitus sit ita ad dicendum surgere, ut nesciret pri-
mum verbum quod esset dicturus: sed aiebat se postea-
quam concalefecisset brachium, tum pugnare. At-
qui non attendit, inquit, eos ipsos unde similitudinem
ducit, illas primas hastas ita tractare leniter, ut &
venustati vel maxime seruiant, & reliquis viribus
suis consulant. περὶ μὲν οὖν ἐστὶν, si ad disputationis aut
contentionis exordium transferatur. Idem unico ver-
bo dicitur Velitari.

Omissis fontibus confectari riuulos.

In eodem libro non sine prouerbij specie dixit riuulos
confectari, pro eo quod est minus ad rem pertinentia
dicere, omissis eo quod est negotij caput. Hac meta-
phora videtur admodum delectatus Hieronymus.
Marci Tullij verba sic habent, Tamen tardi ingenij est,

riuulos confectari, fontes rerum non videre. Etiam
etatis est, vsusq. nostri a capite quod velimus arcesse-
re, & unde omnia manant videre.

Res palæstræ & olei.

Quæ non ad serium negotium, sed ad lulum & osten-
tationem adhibentur, palæstræ & olei dicuntur, cum
in prælio maioribus opus sit viribus. In palæstra non
armati, sed vncti concertabant, tū quo difficilior esset
apprehensio, & elapsus faciliior, tum quo corpus esset
nitidius, certabant enim nudi. M. Tullius lib. de Orat.
1. Nitidum quoddam genus est verborum & latum,
sed palæstræ magis & olei, quam huius ciuiliis turbæ
ac fori. Consimiliter lib. 2. de Isocratis discipulis agēs,
Sed eorum, inquit, partim in pompa, partim in acie il-
lustres esse voluerunt. Eodem spectat quod ait libro
De legibus 1. Fannij autem ætate coniunctus Antipa-
ter, paulo inflauit vehementius, habuitq. vires agre-
stes ille quidem atque horridas sine nitore ac palæstra
sed tamē admonere reliquos potuit, ut accuratius scri-
berent. Hæc tibi. Quod prius dixerat oleum, hic vo-
cat nitorem. Et in libro De claris oratoribus, vnctius
vocat, quod est nitidius. Iam, inquit, erat vnctior quæ-
dam splendidiorq. consuetudo loquendi. Rursus in Ora-
tore ad Brutum, Numerus autem nondum deprimē-
batur, neque habebat aliquam necessitudinem aut co-
gnationem cum oratione: itaque serius aliquanto nota-
tus & cognitus, quasi quandam palæstram & extre-
ma lineamenta orationi attulit: palæstram appellat
venustatem ad ostentationem adhibitam. In his por-
ro verbis, nec illud absque prouerbij specie dictum est,
extrema lineamenta; pro extrema manu, metaphora
ducta a pictoribus.

Operarij.

Ibidem non absque prouerbij specie operarios appel-
lat, qui citra philosophiæ cognitionem causas agunt.
Architectus ex arte rationem operis præscribit, opera-
rij vere non iudicium suum, sed tantum operam adhi-
bent, iuxta præscriptum. At qui philosophiam callet,
ex se paratus est de quauis re recte dicere. M. Tull.
de Mnesarcho loquens, Hos quos nos oratores voca-
mus, nihil esse dicebat nisi quosdam operarios, lingua
celeri & exercitata: oratorem autem nisi qui sapiens
esset, esse neminem. Rursus in Bruto, Nam illud minus
curo, quod congeffisti operarios omnes, ut mihi videan-
tur mori voluisse non nulli, ut a te in oratorum nume-
rum referrentur. Huius generis oratores libro De cla-
ris oratoribus appellat vocales: Addamus, inquit,
huc etiam, ne quem vocalem præterisse videamur, C.
Cosconium Calidianum.

Ex schola cantilena.

Plautus, ut ante admonuimus, Theatri nugas ap-
pellat, quæ solent in comædiis recitari. M. Tull. ex scho-
lis cantilenam appellat orationem declamatoriam ac
iuuenilem, plus habentem ostentationis quam sapien-
tiæ: locus sic habet eodem libro: gerendus est tibi mos
adolefcentibus Crasse, qui non Græci alicuius quotidia-
nam loquacitatem, neque ex scholis cantilenam requi-
runt, sed ex homine omnium sapientissimo atque elo-
quentissimo, atque ex eo qui non in libellis, sed in ma-
ximis

ximis caussis & in hoc domicilio imperij & gloria, sit consilio linguaq. princeps.

A deo ficti.

QVI vehementer ad aliquid natura compositi sunt hos prouerbiali sermone ad hoc natos, factos sculptosq. dicimus: insignem autem naturæ dexteritatem M. Tullius eleganter expressit eodem libro: Sunt autem, inquit, quidam ita naturæ muneribus in iisdem rebus habiles, ita ornati, ut non nati, sed ab aliquo deo ficti videantur. Adlusit autem ad Pandoram quam finxit Vulcanus, ceteris item diis sua munera in unam conferentibus.

E circulo.

HOMINEM etriui, plebeium & contemptum appellamus. Marcus Tullius, pro eo dixit e circulo. Circulum autem vocat conuenticulum hominum in foro aut in plateis confabulantium. Ita Crassus eodem quem modo citauimus libro, Effudi vobis oia quæ sentiebam, quæ fortasse si quemcumq. patremfamilias arripuissetis ex aliquo circulo, eadem vobis percontantibus respondisset.

Causa cadere, Formula cadere, Ex iure manu consertum.

QUEMADMODVM prisci iureconsulti dicebant aliquem ex iure manu consertum vocari, cui lis intendebatur, ita causa cadere dicebatur, qui male agendo ius agendi perdidisset, ut rumq. fiet παρρησιάζειν, si accedat translatio: utrumq. est apud M. Tullium eodem libro sub persona Scævolæ, Quod vero in extrema oratione quasi tuo iure sumpsisti, oratorem in omni sermonis disputatione copiosissime posse versari, id nisi in tuo regno essemus, non tulissem, multisq. præessem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex iure manu consertum vocarent & aliquanto post, cum Hypsæus maxima voce plurimis verbis a M. Crasso prætoris contenderet, ut ei quem defendebat causa cadere liceret: Gn. autem Octavius homo consularis, non minus longa oratione recusaret, ne aduersarius causa caderet. Idem pro L. Muræna: Et si turpe existimas te aduocato illum ipsum quem contra veneris, causa cadere. Meminit & Quintilianus libro 7. cap. 4. Apud priscos superstitione seruabatur, ut qui in actione instituenda vel verbo lapsus esset, causa caderet, cuius superstitionis vestigia non exigua adhuc residet apud Anglos, interdum totum instrumentum reiicientes, si cognomen aliquod una littera secus fuerit scriptum. Iustinianus Institutionum iuris lib. 4. tit. De actionibus, paragrapho, si quis, Si quis, inquit, agens in intentione sua plus complexus fuerit quam ad eum pertineat, causa cadebat: id est, rem amittebat, nec facile in integrum restituebatur, nisi minor erat 25 annis, &c. Proximo autem paragrapho, vocem hanc plus, ostendit quadrisariam intelligi, re, tempore, loco & causa. Re, si quis pro decem aureis petat viginti: Tempore, si quis ante diem vel ante condicionem petat: Loco, si quis Romæ petat, quod Ephesi promissum est: Causa,

si quis stipulatus Stichum aut viginti aureos, petat Stichum pura actione, cum electio sit promissoris. Pro eodem dici videtur rem amittere, litem perdere, & formula cadere. Iustinianus libro quarto tit. De exceptionibus, paragrapho, appellantur: Cum temere, inquit, rem in iudicium deducebat, & consummebant, qua ratione rem amittebant Horat. in Sermonibus.

-Et casu iam respondere vadato

Debat, quod nescisset, perdere litem.

Quintilianus libro tertio, cap. 8. Neque ignoro multa transferri in omnibus scire caussis, in quibus cecidisse quis formula dicitur: hæ sunt quæstiones: an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud huic, an hoc tempore liceat. Seneca libro epistolarum 6. epist. 49. de philosophis agens, qui vocum argutiis ostendebant eruditionem: Quid enim, inquit, aliud agitis, cum eum quem interrogatis, scientes in fraudem inducitis, quam ut formula cecidisse videatur? Sed quemadmodum illum prætor, sic hos philosophia in integrum restituit, ita Seneca. Quia hoc ipsum in integrum restituere, si a foro transferatur ad alia, παρρησιάζειν est. Poterit ita deflecti, ut dicatur causa cecidisse, qui ius obiurgandi filium amisit, quod cum suo exemplo aut largitione ad nequitiam prouocarit. Illa porro sermonis formula, ex iure manu consertum, ab ipsis duodecim tabulis sumpta videtur, quemadmodum indicat Aulus Gellius lib. Nocturnum Atticorum 20. cap. 9. Antiquitus inter quos erat de agro aut simili de re controuersia in rem præsentem veniebant, & apud prætorem vindictarum causa manus conseriebant: hoc est, alter alterius manum corripiebat. Sed cum propagatis Italiæ sinibus, grauerentur prætores vindictarum causa longius proficisci, institutum est, ut litigantes non ex iure apud prætorem manum consererent, sed ex iure manu consertum vocarent, hoc est, alter alterum ex iure ad conserendum manum in rem de qua ageretur vocaret: simulq. profecti in agrum de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, aut unam glebam in ius in urbem ad prætorem deferrent, & in ea gleba tamquam in toto agro vindicaret. M. Tullius libro epistolarum septimo scribens Trebatius iureconsulto: Tantum metuo ne artificium tuum tibi parum profit. Nam, ut audio, isthic

Non ex iure manu consertum, sed magis ferro

Rem repetunt, regnumq. petunt, vadunt solida vi. Huiusmodi vindictarum formulam Marc. Tullius facitissime expressit in oratione pro L. Muræna: itaq. irati illi, quod sunt veriti, ne dierum ratione peruulgata & cognita, sine sua opera lege posset agi, notas quasdam composuerunt, ut omnibus in rebus ipsi interessent, cum hoc fieri bellissime posset. Fundus Sabinus meus est, immo meus: deinde iudicium voluerunt. Fundus, inquit, qui est in agro qui Sabinus vocatur, satis verbosè. Cedo, quid postea? Eum ego ex iure meum esse aio. Quid tum? Inde ibi ego te ex iure manu consertum voco. Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille unde petebatur non habebat. Transit iureconsultus, tibicinis Latini modo. Unde tu me, inquit, ex iure manu consertum vocasti, inde ibi te reuoco. Hæc Ennius Mar. Tullius. Metaphora sumpta est a bellis, in quibus manus conserere dicuntur, qui cominus configunt, quemadmodum indicat M. Varro libro De lingua Latina secundo.

Ggg Lapi-

Lapides flere.

DE re vehementer miserranda proverbiali hyperbola dici solet, eam esse tam lamentabilem, ut vel lapides cogantur ad fletum. M. Tullius in eodem libro, Tu vero vel si testamentum defenderes, sic ageres, ut omne omnium testamentorum ius in eo iudicio positum videretur: vel si causam ageres militis, patrem eius, ut soles, dicendo a mortuis excitasses, statisses ante oculos, complexus esses filium, flensque cum centumviris commendasses, lapides mehercule omnes flere ac lamentari cogeresses, ut totum illud uti lingua nuncupasses, non in duodecim tabulis, quas tu omnibus bibliothecis anteponis, sed in magico carmine scriptum videtur, hæc ille. In verbis autem Cicronis, ad proverbium adludit magici carminis mentio, Quod enim vehementer commouet animum, quavis incantatione efficacius dicitur, sicut alibi retulimus.

Liber non est, qui non aliquando nihil agit.

QUO in summo otio versabantur ab omnibus seriatim negotiis, nihil agere dicebantur. M. Tullius eodem libro, sub persona Crassi ad Scæuolam, Quid igitur, inquam, quando ages negotium publicum, quando amicorum, quando tuum? quando denique nihil ages? Tum illud addidi, mihi enim liber esse non videtur, qui non aliquando nihil agit, hæc ille, mox interpretatur quid declararet, nihil agere: In qua, inquit, permaneo Catulle sententia, meque cum huc veni, hoc ipsum nihil agere, & plane cessare delectat. Nam cessare dicuntur non tantum illi qui desistunt a negotio, sed qui sunt in otio. Expediit autem interdum nihil agere, ut cetera recte agamus. Alias offendimus eos nihil agere dici, qui inanem sumunt operam.

In herba luxuries.

RVSTICI semina copiosius quam expediit herbescunt, dicunt luxuriare: eam præproperam latitiam appellant luxuriam, quam immixtis in agrum iumentis aut pecudibus corrigunt, quod illi vocant depascere. Maro,

Luxuriam segetum tenera depascit in herba.

M. Tullius eodem libro quem modo citauimus. Quod si hic noster Sulpitius faceret, multo eius oratio esset pressior, in qua nunc interdum, ut in herbis rustici dicere solent, in summa vbertate inest luxuries quedam, quæ stylo depascenda est.

Surculum defringere.

SIMILI forma dixit eodem in loco, Surculum defringere, pro eo quod est, non callere totam disciplinam, sed ex ea paululum quod ad rem præsentem faciat decerpere: quemadmodum iureconsulti non nunquam aliquam sententiam aut fragmentum adducunt e Theologorum disciplina, locus apud Ciceronem hunc in modum habet, Atque hætenus loquuntur, etiam hac instituti diuisione vtuntur, sed ita, non ut iure aut iudicio, ut denique recuperare amissam possessionem, sed ut ex iure civili surculum defringendo usurpare videantur.

Mendacium vtile.

DIUES ille apud Satyricum Iuuenalem dicit, Quid enim saluis infamia nummis? & Dorionem Terentianum non pudet vanitatis; dum ob rem: sed honesto propius est, quod ait Orestes in Electra Sophoclis, Δοκοῦντι δὲ δύνῃμα σὺν κατὰ κἀκόν. id est, Nullum reor verbum quod est lucro, malum. Conuenerat enim ut fingerent ipsum esse mortuum. Sentit igitur samam mortis viuo nihil nocituram, sed ad id quod constituerant fore accommodam, venerant enim vlturi Agamemnonis mortem, idque perfecterunt.

Equi generosi senectus.

ἸΠΠΥΓΕΡΑ, alias dictum est, de his qui post res præclare gestas ob senium reiciuntur. Sed Sophocles in eadem fabula, declarat generosi equi senectutem, his versibus.

Ωπὲρ ἴππος ὑμῶν καὶ ἡ γέρας
Εὐ τοῖσι θεοῖσι θυμὸν δὲ ἀπὸ λίσσας,
Αἷ' ἔχον δὲ ἴσασιν, ἀσπῶτας δὲ σὺ
Ἡμᾶς τ' ἐτρύνεις, καὶ τὸς δὲ πρὸ τοῖς ἵπποις. id est,
Generosus ut equus, consenuerit iam licet,
Animum tamen nunquam in periculis abiicit,
Sed auribus rectis stat, itidem tu quoque
Et incitas me, & ipse cum primis ades.

Verba sunt Orestis ad pædagogum senem, cuius consilio & auxilio occidit Clytemnestram & Aegisthum.

Cunctatio noxia.

IN eadem fabula Electra de Oreste qui reditum proferebat ita loquitur,

Μὴ δὲν γὰρ αὖτις δρᾶν τί τις ἔσας τί μὲν
Καὶ τὸς ἀπ' ἑσας ἐλπίδας ἐλπίδας. id est,
Dum facere semper prorogat quæ adsunt simul,
Simul & futuras perdidit mihi spes meas.

Proverbij ratio est in tropo, quo præsentibus & absentibus dixit pro omnes.

In arduis contanter agendum.

IBIDEM Electra querenti de fratre:

Φρονὶν καὶ φάσκαλον δ' ἔδδεν οὐδὲν λείπει ποιεῖν. id est,
Dicit quidem, sed e dilectis facit nihil.

Ita respondet Chorus,

Φιλῶν γὰρ ὀκνῶν πρᾶγμα ἀνὴρ πρᾶσθων μέγα. id est,
Qui facinus ingens tentat, ille lentus est.

Sentiens in arduis ac periculosis negotiis non esse præcipitandum consilium, huic rursus ita respondet Electra,

Καὶ μὴν ἔγωγ' ἴσως ἐκείνον δὲ ὀκνῶ. id est,

At his quidem haud contante me seruatus est.

Sentiens perniciosam esse cōtationem, cum urget præsens periculum.

E paucis verbis ingens bonum aut malum.

IBIDEM Electra sic loquitur sorori Chrysothemidi,

Ροχάτοι σμικροὶ λόγοι
Εὐφραδὲς ἢ δὲ καὶ κατὰ κράτος βροτῶν. id est,
Sermo profecto rebus in compluribus
Deiecit homines simul & erexit, brevis.

Sentio

Sentit interdum ex paucis verbis perperam intellectis, magnos nasci errores, atque etiam erroris correctionem ex paucis recte intellectis. De lenissima rei grauius penitus dictum est alias.

Vni cum duobus non est pugnandum.

Eadem Chrysothemis, Electrae sorori, & Choro concorditer hortantibus ita respondet,

Δεῖσθε, τὸ ὅτι δίκαιον ἐκ ἰχθὺς λόγον

Διὸς δίδειν.

id est,

Factura sum, non equum enim est, resistere

Vnam duobus.

Adhuc est illi, ne Hercules quidem aduersus duos. Huc adlucit & Catullus in epithalamio,

-Noli pugnare duobus.

Mala malis eueniunt.

CLYTAE MNESTRA obiurgans Electram filiam, quod per eam traduceretur, ut viricida, vicissim audit,

Αἰχρὸς ὅτι αἰχρὸν περὶ γυμνὰ ἰκιδίεσκεται. id est,

& turpibus enim, facta turpia discimus.

Significans quod filia de matre parum honeste loqueretur ei imputandum, quae necando maritum, & filij necem moliendo, docuisset liberos odisse matrem, id paullo post dicit explanatius,

Τὰ δ' ὅρα τὰς λόγους ἰκιδίεσκεται.

id est,

Porro ipsa facta, uerba reperiunt sua.

Scitum est illud Socratis, ut se quisque, talem praestaret re qualis haberi cuperet. Fama enim e factis velut e fonte nascitur, e bonis bona, e malis mala. Proinde qui factis ignominiosis sibi peperit ignominiosam famam, ne succedat male loquentibus, sed sibi qui ora aperuit populo: nec molietur vindictam in maledicos, sed benefactis rumorem solum abolere studeat.

Numinis ira ineuitabilis.

APV D Homerum Iupiter uxori nimitans, appellat manus suas ἀνίμω, quod ledant quoscumque velit, cum a nemine uicissim laedi queant. Simile est quod in eadem fabula dicit Orestis pædagogus,

Οὐδὲν δὲ τις ἐμῶν,

Βλάπτει, δύναιτ' αὖ δὲ ἀν' ἰχθύον παῖδι. id est,

At ubi viro nocet deorum quispiam,

Vitare possit nemo quamlibet potens.

Solent homines calamitates suas in hanc aut illam causam reuicere, cum pleraque mala sic præter omnem expectationem accidunt, ut appareata superioris iniuncti.

Quo terrarum raperis.

QVI non sunt attenti ad rem propositam, negantur esse domi. Qui longius aberrant a uero, in alia regione esse dicuntur. Electra sorori nuncianti Orestem viuere qui dictus erat mortuus, ita respondet,

Οὐκ οἶδ' ὅπου γὰρ, εἰδ' ὅπου γνοίμην φέρει. id est,

In quod solum rapiare non intelligis,

Nec quo ferat mens.

Prouerbum est in tropo. Sic in eum qui aberrat a re proposita apte dicitur illud, Quo nunc se proripit ille? Aut, In quam regionem abripitur? Translatum videtur a nauis.

Bene natis turpe est male viuere.

QUIDAM arbitrantur ob hoc ipsum sibi licere turpiter viuere, quod honestis maioribus orti sunt, cum contra generis claritas, quasi fax addita faciat, ut nobilium errata plus habeant dedecoris quam obscuro genere natorum. Hoc in eadem fabula sic expressit Electra,

Ζῶν αἰχρὸν αἰχρὸς τὴν καλὴν περὶ κατὰ. id est,

Natis honeste, turpe viuere turpiter.

Quamquam Electra putat eos turpiter viuere, non qui sunt improbis moribus, sed qui viuunt in seruitute, cum sint ingenui nati, ut cum illo conueniat, Vbi non sis qui fueris, non est cur velis viuere.

Mortui non dolent.

EADEM in eadem fabula, significans se spontanea morte quaesituram malorum finem, ait,

Τὴν δὲ θάνατον δὲ χερσὶ λυγρὰς. id est,

Nam mortuum dolere video neminem.

Et Plinius existimat nullum beneficium a diis datum homini maius, quam quod cuique in manu est cum velit e vita excedere. Melius Socrates, qui docet esse nephas animam iniussu imperatoris dei e corporis praesidio decedere.

Latini tibicinis more.

IN M. Tullij verbis quae paullo ante retulimus ex oratione pro L. Murena, prouerbum inerat, cum ait inreconsultum instructo petitor, Latini tibicinis more transire ad eum a quo petitur, et illum sollempnibus uerbis instructurum. Unde nata sit similitudo, non admodum liquet, nisi quod probabilis coniectura uidetur, dictum a priscis illis Latinis, qui in pagis aut oppidis ueni eo tantum tibicine fabulas agitabant, ad cuius modulatum uocem ac gestum accommodabant histriones, alioqui ob imperitiam non seruaturi carminis rationem. Is igitur tibicen posteaquam ueni auctori praenicerat, cogeatur ad alterum huic responsurum transire, eiq. uicissim in centu tibiae metri modulos praerire, atque hinc rursus ad alium, quod rustici homines absque praesente tibicine non possent apte saltare uersus aut Mimos. Hanc coniecturam adiuuat locus qui est apud M. Tullium in Oratore ad Brutum, ubi agit de uersibus ita compositis, ut posset oratio libera solutaque uideri. Quorum, inquit, similia sunt quaedam etiam apud nostros, uelut illa in Thyeste, Quem nam te esse dicam, qui tarda in senectute: & quae sequuntur: quae nisi cum tibicen accessit, orationi sunt soluta simillima. Prior locus ex oratione, refertur in prouerbio, Causa cadere.

In quadrum redigere.

SUPERIUS ex Aristotele docuimus, virum constantis animi appellari tetragonum, quod ea figura ex omni parte sui similis est. Vnde quidquid congruit & aptum est, quadrare dicitur. Id M. Tullius in Oratore deflexit ad orationem concinnam & aptis numeris compositam: Itaque postquam est nata haec circumscriptio, uel comprehensio, uel continuatio, uel ambitus, si ita licet dicere, nemo qui aliquo esset in numero, scripsit oratione generis eius quod esset ad delectationem comparatum, remotumque a iudiciis forensique certamine,

Ggg 2 quin

quin redigeret omnes fere in quadrum numerumq. sententias. Metaphora ducta est a marmorariis.

Cadere in cursu.

CADERE in cursu M. Tullius dixit pro eo quod est expetita laude frustrari, quemadmodum si quis ad lauream theologicam contendens emoriatur priusquam ad summum eius nominis fastigium perueniret. Marc. Tullius libro De claris oratoribus de Galba loquens, Laudabant hunc patres nostri, fauebant etiam propter patris memoriam, sed cecidit in cursu. Nam rogatione Manilia Iugurthinæ coniurationis inuidia, cum pro se ipse dixisset, oppressus est. Simili tropo dicimus eos e cursu reuocare, quos ab instituto ad aliud quidpiam retrahimus. Et in cursu esse dicuntur, qui magno studio contendunt aliquo. Metaphora sumpta est a publicis certaminibus, pedibus aut equis currentium.

Ne pudeat artem.

VERSUS erat olim populari sermone iactatus, Ne pudeat artem proloqui quam facitites. Multos non pudet turpi quaestu viuere, cum pudeat nomen eius quaestus profiteri. Quemadmodum si quis usuram exercens, vocari malit, negotiator. Versum citat M. Tullius eodem libro, Me autem siue peruulgatissimus ille versus, qui vetat

Artem pudere proloqui quam facitites, dissimulare non sinit, quin delectet: siue tuum studium hoc a me volumen expressit.

Δωριζέμεν.

Δωριζέμεν, olim dicebantur qui corpore parum decore nudato incedebant, ductum a virginibus quæ in Peloponneso discintæ, & absque tunicis esse consueverunt, tā-

tum pallio tectæ utrimq. fenestrato, per quod patebāt nuda corporis. Apud Lacedæmonios autem virgines ceteris diebus totæ nudæ incedebant. De Romanorum mulieribus pellucetibus multa queritur Iuuenalis.

Actoli.

Αἰτωλοὶ dicti sunt olim ioco proverbiali, qui iuxta mores Aetolorum petaces essent & improbi. Adlusum est enim ad vocem, quemadmodum auidi munerum Dorice loqui dicebantur, sic αἰτωλοὶ dicti videntur, quod omnia petant, πᾶρὰ τὸ ὅλον αἰτῶν. Meminit Stephanus.

Χαράνιται.

OLIM Charonitarum cognomen apud Romanos populari ioco tributum est iis qui defuncti commentariis tuebantur quod perperam agebant. Hinc ortum. Cum M. Antonius oratione funebri prolataq. C. Caesaris veste populum in eius interfectores concitasset, adripuit Caesaris commentarios, in quibus acta illius continebantur, iisq. adscripsit quæ libuit. Atque horum auctoritate se facere simulabat quidquid agebat, aliis tribuens magistratus, alios ab exilio reuocans, alios e vinculis liberans. Hi omnes quoniam se defuncti commentariis excusabant, vulgari ioco dicti sunt χαράνιται, ut refert Plutarchus in vita M. Antonij. Simili artificio quidam abutuntur testamentis, in quos competet iidem cognomen.

Iapeto antiquior.

Ἰαπέτου ἀρχαιότερος, id est, Iapeto antiquior. Iupiter apud Lucianum sic adloquitur Cupidinem pueritiam excusantem, σὺ παιδίον ὦ ὄφρα, ὃς ἀρχαιότερος πολὺ τῷ Ἰαπέτῳ.

FINIS.



APPENDIX AD AGIORVM, QVAE ADDITA SVNT.



Salmoneus alter.



SALMONEVS alter, Paræmia specie usurpatur a Symmacho, de supra modum superbo & elato, verba eius sunt ad Theodosium Imperatorem ubi deprecatur honorati vehiculi usum, ista: Absit ut moderator urbis libera atq.

ideo deuota, tamquam Salmoneus alius inuehatur. Eupapius Sardinus in Chronographia de Eutropio eunucho aduersus quem inuectiua extant Claudiani poëta. τὸ ἐκείνῃ κρείττερος τῶν ἄλλων καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ καὶ κατὰ βρόντην, ὥς πρὸς μὲν Περσέως καὶ αὐτοῦ, καὶ ὁ τῶν μόνος Σαλμωνίδης μικρὸν τι χρῆμα πρὸς αὐτὸν ὡς, id est, illius potentia adeo concussit omnia & tonitru quodam percussit, ut non modo Rufinus esse re ipsa deprehensus fuerit, sed fabulosus ille Salmoneus nihil fuerit præ isto. Galenus Therapeutices primo in Thessalum inuehens, dicit eum imitari Zoilum qui Homeri simulacrum flagellare solebat, & Salmoneum Iouis æmulum, sic enim, inquit, καὶ ἔπειτα καὶ Ζεὺς ὁ θεὸς τῶν ὁμῆρος καὶ Σαλμωνίδης τὸν δῖον μικρότερον, id est, Hac ratione nobilitatus est Zoilus Homeri effigiem verberando, & Salmoneus Iouem imitando, & rursus, ὁ δὲ Σαλμωνὶς ἔχων ἄλλῃ δυνάμει τὸν ὁμῆρος μέγιστον καὶ τὸν περὶ πᾶν Σαλμωνίδα, καὶ τοὺς αὐτοῦ φιλοῦσι θεοῖς ἡλικίῳ ὁ Ζεὺς, τοῖς δ' ἰσοδύναμος ὁ Σαλμωνίδης. hoc est, Nemo quisquam sane mentis æmulatur Homeri flagellatorem Zoilum, neque vecordem Salmoneam, tamen si maledicis scurris in exemplo sit Zoilus, & sacrilegis Salmoneus. Hesiodus,

Σαλμωνίδης ἄδικος καὶ ὁπλόμενος ποδὶ κῆρι. id est, Salmoneus plenus factus ac nescius æqui.

Qui & ipse proverbialis versus in principem subditis grauem & superbiæ immodicum, aut pretorem insolentem & iniquum apte torqueri poterit. Salmoneus filius fuit Acoli Elidis reguli ex Laodice Aloi, qui curruum rotas æreis canthi obmunitas super potem aneum quem construxerat, agitasse, ad imitanda vera tonitrua, & immisissis in homines facibus, neci eos dedisse legitur, vnde Virgilius lib. Aeneid. 6.

Vidi & crudeleis dantem Salmoneæ penas,

Dum flammæ Iouis & sonitus imitatur olympi.

Et Valerius Flaccus Argonauticorum, 1.

Salmoneus nondum ille furens, cum fingeret alti,

Quadrifida trabe tela Iouis.

Salmoneum fuisse industrium mechanicarum operarum artificem putat Eustathius Odysseæ. λ. quando & alij quidam ἑρμῆος ad imitanda celi tonitrua leguntur excogitasse, vas ingens mugitum illum tonitru per cal-

culos immisos exprimens. Prodiit & historia Archimedes Syracusanum fulgurationes quasdam igniuomas per specula edidisse. Idem commemorat periculum quendam mathematicum adiumento machinæ, inimici sui ades non aliter quàm terræ motu vibratas concussisse, fulgurosque quosdā radios in illis distinxisse, ut confessione inimici & ἐξέστησαν & περιέπαυον, dictus fuerit Neptuni Iouisque illius terræ quassoris, huius fulguratoris, epithetis, quod dictū de Arthmesio intelligendū est, quē scribit Agathius historiæ lib. 5. domum Zenonis vicini sui æmulis erræ motus concussione per dispositos certis locis tubulos perculisse.

Pulmonis vitam viuere.

PLATO in Philebo. καὶ δὲ καὶ ἀνθρώπος βίον ἀλλὰ τὴν πνεύματος, id est, Non hominis, sed pulmonis cuiuspiam vitam viuere, de homine stupido & rationis mēisq. parum compote. Potest apposite dici in ebriosum & abdomini ἐπὶ πνεύματι ἐπιθυμία (ut Aretes Casariensis loquitur) additum, farcire corpus solum promptum, ingenij viribus nusquam uti. Est autem Pulmo marinum zoophyton, quasi plantamine dicat, mixta inter frutices & animantia natura, si apte sponte proueniens: quod inter testacea ponit Aristoteles & hoc ipso in loco Plato, quando subiicit, ἡ δὲ ὅσα θαλάσσια μὲν ὄντων ἐκ φύσεως ἔστι σωματικόν, id est, aut alterius marini generis quod inter testacea corpora animantū est. Vfus eo est et Synesius Ptolemaidos. Episcopus in lib. de Regno, βίον ζῶντα ἐκ θαλάσσης πνεύματος, i. Vitam degentes marini pulmonis: loquitur aut de voluptariis hominibus qui in ganeæ libidinumque usu summum bonum ponunt.

Thessalica bucca.

Θεσσαλικὴ ἐπίστις, Thessalica bucca vel turunda, pro ingenti ponitur, Athenæo testante & Polluce libro sexto Hermippus in μορταίῃ.

Ὁ Ζεὺς ἐκ πλάσσει τὴν θεσσαλικὴν ἐπίστιν. id est,

At Iupiter mansum efformabat Thessalum. Phileturus in Lampadigeris, θεσσαλότμον κρέας χοιρῶδες, suilla carnis portionem Thessalico more sectam vocat frustum ingens quantum manu tolli poterat, inde nata dicti gratia, quod Thessali in prægrandia frustra carnes partiri solebant, vnde & Crates in Lamia.

Ἐπὶ τρεῖς πῆχυν θεσσαλικὸς τιμμεύει. id est,

Nam sunt tricubita, more secta Thessalo.

Non absimiliter a gentis polyphagia, Frisonicum serculum pro magno, vulgare differium appellat. Alioqui Thessali olim audiebant strenui gurgites & insigniter edaces, vnde illud Antiphanis Comici αἰετὸς ἐστὶ θεσσαλὸν λίγαι, id est, usque esurit, numquam satur. Tu Thessalum depingis.

Thessalicus saltus.

Θεσσαλὸν πῦμα, id est, Thessalicam saltationem in proverbium abuisse annotat in Dionysium commentario, H b h Eustathius

creōte muluatus: qui ait ἀνὰ πῆλομα πρὸς ὅλον πόνον πῆλον
καὶ πῆλον. i. Euolo in celis leuibis pēnis. Et apud Ari-
stoph. Cibestas poeta optat fieri luscinia, sic inquit,

Οὔτε γὰρ ἔστιν ἄλλο τι

Ἀνθρώπου ἀνδρῶν.

Pennata anis fieri volo

Philomela canora.

Corinthia verba & Ionica.

CORINTHIA verba pro exquisitis & magnopere
claboratis et ad ostentationē nitidis, vel ēt pro delica-
to & molli dicēdi genere, poni videm⁹. Quint. li. 8. ca.
3. Sed ita demū, si non appareat affectatio, in qua miri-
fice Virginius, Corinthiorū amator iste verborū. Corin-
thia opera olim laudatissima fuerunt & primæ nobili-
tatis, de quibus ita Plin. lib. 3. 4. cap. 2. Sunt ergo vasa
Corinthia quæ isti elegantiores modo in esculentia tran-
sferunt, modo in lucernas, modo in trullas, nullo mi-
ditiarū respectu. Cic. in oratione pro Sex. Roscio, Domus
referta vasis Corinthiis & Deliacis. Strabo lib. 8. ἱτι-
μὰς ὁμοίους τοῖς χαλκοῦσι τοῖς κορινθίαισι. i. æquali
in pretio æstimata fuerunt cū vasis Corinthiis. Addit
Lu Florus, Aeris notā pretiosiorē fecit opulentissimæ
urbis Corinthi iniuria, quia incendio perustis plurimis
statuis atq. simulacris, aeris auri argentiq. venæ in
cōe fluxerūt. Quod si ad molliū manū referri, succur-
rat verbū κορινθίαι, pro scortari, quodq. Corinthia scor-
ta toties apud veteres scriptis nobilitata sint, ut apud
Aristoph. est videre. Simili modo, ἰωνικὸν ἔστιν. i. Ioni-
cū verbū, pro dissoluto et molli extulit Aeschylus, vñ
de Athenæus lib. 13. Dipn. καὶ παλαιοὶ οἱ κωμικοὶ ἰωνί-
κον τινὰ ῥῶον ἐκ τῆς ἰωνικῆς καὶ τῆς αἰχμῆς. i. Cōmemora-
bo tibi Cynulce et proferā Ionicū dictū, ut Aeschylū
more loquar. Hecychius ἰωνικὸν exponit τρυφερόν Ioni-
cū, delicatū, aut effeminatū fractūq. quo nomine tra-
ducebantur Iones, ita. n. emēdādus est Grecus codex,
ὡς τὰ τὰς ῥῶων καὶ μαδῶν τοῖς οἰωνοῖς. Vnde & Horatius il-
lud, Motus doceri gaudet Ionicos, ex Aristoph. Con-
cionatricibus muluatus est, ubi anus ita loquitur,
Ἡμεῖς γὰρ ἀπὸ τῆς ἰωνικῆς τρυφῆς ἀλάττω καὶ τρυφῆς. id est,
Miscella prius nunc Ionico modo.
Vtitur ita & Philostratus in Iconibus,
Ἀπὸν μὲν τῶν τοῦ ὁδοῦ καὶ μὲν ἰωνικῶν. id est,
Forma illi delicata valdeq. Ionica. Dion Chrysostom⁹,
καλὴ καὶ μέλας, πάλαι ἰωνικὸν τὸ ἔθνος. i. Formosus
& procerus multum Ionica venustatis ore præferēs.
Varro apud Nonium ἀχιλλεύς, ὁπωτινός, ἰωνικός κινε-
τός. i. Achilleus, hoc est, venustus, lascivus, Ionicus ci-
nedus. sic enim interpola da sunt ex manuscripto No-
nio verba quæ portentose hoc modo leguntur, ἀχιλλεύς
ὁπωτινός ἰωνικός in dictione Cinēdi.

In eandem lancem imponere.

Eis τῶν αὐτῶν τίσεαι πλάσιγγα. i. Eidē bilanci imponere,
proverbialiter accipit Athenæus pro eodē in loco ha-
bere aut equaliter æstimare. Sic. n. ait lib. 1. Dipnos. ἵς
τῶν αὐτῶν τίσεαι πλάσιγγα τῶν μέδων τῆς μακρῆς. id est,
In eandem lancem cum insania temulentiam compo-
nens. Sumptū a nummulariis aut ab institoribus equa-
lia lancibus iisdē ponderum momenta appendentibus.
Huic finitimū est illud Simocati, ἔκαστος ἑαυτοῦ ἰχθύνει
ἐν τῇ πλάσιγγᾳ. i. Amor nō habet bilāces æquilibrio

æquales, & iterū, τῶν ἰσόρροον πλάσιγγα τὸ ἐστὶν οἱ πε-
λαγονία. i. Aequalem bilancem deus tibi appende-

Suilla absumpta, bouem non exspectes.

QVANDO cunctationem damnosam fore & vitæ peri-
culo permistam indicare volumus, iuxta Lucani illud,
Semper nocuit differre paratis, usurpare licebit versi-
culum hunc proverbialem.

Φόβηται δὲ πρὸς τὸν κρεῖττον καὶ μὴ βῆν. id est,

Exspectare bouem expleti nolite suilla.

Refertur ab Athenæo ex Anticlidis historiis, quod
cum Sythregi insidiis adoriri Chios inter cenandū eosq.
interficere cogitarent, quidam re cognita Chios versu
isto admonuit ut paratas ipsis insidias fuga præveni-
rent, priusquam in tragicum choragiū exirent epulæ.

Flamma persequeris quem genueras.

IN eum qui damno afficit quem paullo ante & opera &
re adiuerat, quadrabit apposite Senarius proverbialis
Aeschylū,

Σὺ τοι μὲν ἐβυσσας, σὺ με καὶ γὰρ μοι δοκῆς. id est,

Videris vrere igne me quem genueras.

Verba videntur esse Meleagri quæ Athæa mater, im-
posito igni fatali titione, flammis cōsumpsit, vel potius
Pentheus, nam hoc nomine fabulam docuit Aeschylus
in quem furiosa Agave mater desēuit, incēsis edibus.
ut refert Oppianus & Euripides: apud quem in Bac-
chis consimilia loquitur Pentheus. Demet. a victoria
Poliorcetes vocitatus variis casib. ultro citroq. iacta-
tus, ad fortunā exclamasse hoc Aeschili tamē legitur.

Σὺ τοι μὲν ἐβυσσας, σὺ με καὶ γὰρ μοι δοκῆς.

Tu me extulisti in luccm, at eadem nunc parens

Abolere flammis me nefarius parās.

Cubitale.

Πυχῶν dicunt Græci proverbialiter quod humile est aut
exiguum quasi cubitale dicas: Mimnermus Colopho-
nius poeta apud Stobæum

Τοῖς ἰσχυροῖς πυχῶν ὡς χρόνῳ ἀφίστην ἴσας

Τὸ πρόμαχον.

id est,

Tempore perfruimur cubitali, flore iuuentæ.

Frondebis adsimiles.

Breue namq. est cubiti spatium, quod πυχῶν & πυ-
μῶν dicunt illi, unde & Pygmeorum pumila genti a-
gnomen est. Contra πετραπύχων αἰδρα procerum &
magnum vocavit Callixenus apud Athenæum, μισθὸς
δὲ τῶν ἰσχυρῶν αἰδρα μίχων πετραπύχων. Medius ho-
mō incedebat lardus homo quadricubitus. Vsurpauit
& Aristoph. hanc vocem pro magno, ibi, πετραπύχων
καὶ κινώας. id est, quadricubitos & generosos.

Coturnicis naturam induere.

ὁρτυγῶν ἀνὰ πῆλομα φύσιν. id est, Coturnicum induere inge-
nium, proverbium dicitur in pugnaces & feroci inge-
nio homines, quiq. velut re præclare gesta cristas at-
tollunt. Natura coturnicum ea est quod in ludrico cer-
tamine productæ (quod olim vñtatissimū fuisse ex Pol-
luce & Aristophanis commentariis discimus) vel ēt
inter se ipsæ concertantes depugnent collidantq. se mu-
tuīs ictibus, & caput cervicēq. arduā altius erigantur
in gallinaceis videre licet. Aristides sophista de quodā
deprecante ne Sparta muris cingeretur, ita extulit a-

H b b 2 pud

pud Philostratum, καὶ δὲ οὐκ ἐπὶ τῇ πείρῃ, ἐργάζων
ἐργάζονται οὖν, i ne capita illidamus manib. cotur-
nicum assumpto ingenio.

Theagenis munificentia.

Θεαγένης μεγαλόφρων καὶ δόξια i. Theagenis magna-
nimitas & liberalitas in proverbium versa est, de in-
signi et effusa benignitate. Eunapius ut opinamur, apud
Suidam de Hegia amplissime spei, iuvene, ἡ δὲ τῇ
ἐργαίᾳ τῆς Θεαγένης μεγαλόφρονος φρονέει, καὶ τῆς δόξια-
βίας. hoc est, erat in Hegia magnanimitas quodam Thea-
genis in munificentia posita. Fuit autem hic Theagenes,
non is cuius apud Aristophanem pecunia proverbio lo-
cum dedere ad ostentationem magnæ, at re ipsa exiguæ,
sed sub Imperatoribus Romanis, prætor Athenarum
excelso animo & honoris cupido, opibus præpotens, ut
poterit qui calamitatibus non nullorum oppidorum, ne-
dum egenis hominibus aliquot mederi potuerit, ὁ μὲν
ἄλλος δὲ ἑρμῆας, ὁ μὲν καὶ τῶν ἡσυχίων, i. non
vna manu, sed ambabus, iuxta proverbium, elargitus:
ἡ δὲ φιλὰς ὅπως τὴν καὶ μεγαλόφρονος εἰς ὑπερφανίαν, erat
enim supra modum donandi avidus, & quidem magna:
Huius pater Archiadas, sublata rapto ingenti pecunie
vi, conspicatus subtristem filium, iam tum puerum, bo-
no illum esse animo iussit, nihilq. faciendum illam iactu-
ram, quando si in Palladis ludos consumenda ea fuerat,
longe maiores sumptus facturum fuerint, istud vero cum
iactura certamen multo esse cum honestius tum splen-
didius. Ex quo apparet qualem habuerit magistrum &
magnanimitatis doctorem a puero Theagenes.

Tudiculam expoliuit.

Τρυφὸν ἐστὶν id est, Tudiculam dedolavit. Citatur a De-
metrio Phalereo ex Sophone Mimographo, quem toti-
dem ferme ad agis abundare, quot versibus, ait. Vide-
tur quadrare in hominem plus iusto curiosum: vel qui
operam minime necessariam & inutilem verborum suco
commendat: aut qui hominem agrestibus moribus &
rusticano ingenio ac Demeam prorsus, ad elegantio-
res mores cultumq. civiliorem traducere conetur, ta-
lis enim τρυφὸν τῇ ἀπορίᾳ dicetur, Quidam male le-
gerunt τρυφὸν, quod est, ebullit. Est autem τρυφὸν coqui-
narium instrumentum commouendis pulmentariis ol-
leq. vertendæ idoneum, Tudiculam latini vocant, quæ
qui velit expolire elegantius, ne ille in re omnium inu-
tilissima operam consumit.

Iolaum implorat.

Quæ sibi diffisus, alienam implorat opem, Ἰόλαιον δεῖναι,
id est, Iolao habere dicitur aut Ἰόλαιον παρακαλεῖν, Io-
lai opem aduocare. Synesius ad Pylæmenem εἰς ἡλικίαν
οὐκ ἔτι ποτὲς ἀδράσας, τὸν ἡγεκλήων τρεῖς ἐκατάχρον
αὐτῶν, τὴν περὶ τοῦ θεοῦ δὲ ἰδὲν δὴ πρὸς τὸν ἡγεκλήον, ὁ μὲν
ἄλλος δὲ Ἰόλαιον συμμάχον καὶ παρακαλεῖται. i. Abligatur
ad malitiosos homines, Herculis more patriam ab illis
expurgaturus, quam ad rem Deo nimirum & Hercu-
le, imo & Iolao opitulatore ac subsidiario opus habet.
Idem in Caluisti encomio. Εὐρὺς δὲ οὐδὲ φασὶν ὁ λόγος, εἰ
ἡγεκλήος, εἰ τὸν Μολιονίδα ἐκ λόγος τρεπιδόντας ἐκ
ἡμετέρων, ὁ μὲν καὶ πρὸς τὴν ὑδραν ἀγωνίζομενος, τίως μὲν
οὐδὲ σὺ σιωπῇ σιωπῇ, ἰπὲρ δὲ ὁ καρκίνος αὐτῇ παραμένειτο,
καὶ ἀπὸ τῆς ἡμῶν τῶν Ἰολαίων συμμάχων ἀπὸ τῆς ἡμῶν

καὶ γὰρ οἱ δὲ καὶ παρακαλεῖται τὸν πατρίαν ὑπὸ Διόντος, οὐκ
ἔχον ἀδελφίδαν τὸν Ἰόλαιον, id est, Adversum duos,
iuxta proverbium, ne Hercules quidem, qui Molioni-
das ex insidiis ipsum adortus haud sustinuit, & cum
hydra pugnam ingressus, quandiu vnus vni adversus
stetit, æquo Marte decertavit. sed postquam hydra can-
cer accessit, succubisset ille, ni Iolai opem contra im-
plorasset. Similiter cum Dione res mihi succedit, pa-
truelle Iolao defuturo. Apud Platonem in Phædone
cum vrgenti Socrati, ut conuelleret argumentis aduer-
sarios Phædon, deprecatus iste tenuitatem suam, re-
spondisset duobus ne Herculem quidem sufficere, su-
biecit Socrates, ἀλλὰ καὶ ἐμὲ τὸν Ἰόλαιον παρακαλεῖται. i.
Quin tu me Iolao tibi adfiscito. Rursus in Euthyde-
mo, οὐδὲ ἡμεῖς Ἰόλαιος παρακαλεῖται ἰσχυρῶς, καὶ οὐκ ἔστι
ἐν ποίεσιν. id est, At qui si meus Iolais Patrocles ac-
cesserit, alterutram certaminis partem integer sustine-
rit. Quibus ex locis, Iolaum pro auxiliario & qui
operam alteri accommodat, quædam modum & Theoci
nomen, accipi clarum est. Euripili in Ione, Ἀπὸ τῆς ἰο-
λαίας ὅς κοινὸς ἀρχαῖος ἐστὶν ὁ θεός, Δίος πατὴρ σὺν ἡμῶν. id
est. Armiger Iolaus qui communes subiciens labores Io-
uis filio opitulatur. Nota est fabula vel ex superioribus
Synesii verbis, nam collato pede cum Hydra de-
pugnanti Herculi cum Cancer mordicus calcem prehē-
disset, ut in Heraclea refert Panyasis, Iolaus laboran-
ti opem tulit, Quod in fabulosis Palsphatus exponit
ita, Hydram oppidum copiis oppugnante Hercule, Ler-
nus regulus imperata facere nolens, auxiliarem mili-
tium manum, duce Carcino impigro et strenuo homine,
stipendio conduxit, quo bellum propulsaret: itaq. viri-
bus inferior Hercules, Iolaum Iphicli fratris filium,
cum delecta Thebanorum manu, in auxilium vocat,
eoq. subsidio adiutus, hostile oppidum solo aquauit, co-
piasq. omnes deleuit.

In meridie vite philosophante.

Εἰ μεσημβρία τῆς βίης φιλοσοφῆν id est. In meridie vite phi-
losophari dicuntur proverbialiter qui prout ætate
animi ad studia applicant, Synesius ad philosopham.
ὁ δὲ τινὰς ἐκ λογισμῶν ἀποδιδόντες, ἢ πάντως ἀπὸ μὲν
ἡμετέρων συμφερόντων ἀπὸ τῆς βίης ἐκ
μεσημβρίας id est, nostri quosdam depositis ad rationariam
mensam vestibis, aut accepto dāno vel vnico edoctos,
in meridie vite philosophiæ incumbere. Non abludit
hinc multum M. Crassi & Deiotari tetrarchæ Galatiæ
conuictum: nam Crassus videns illum extremo in senio
nouam urbem condentem, Quid, inquit, o rex hora diei
duodecima edificare inceptas? ὁ βραχὺ δὲ δώδεκάτης
ὥρας οἰκοδομῆν ἀρχήν. ὁ δὲ οὐδὲ αὐτὸς προέβλεπε τὸν παρ-
θέος ἔλαττον. i. atqui neq. tu ipse, o imperator, matutinus
admodum in Parthos expeditionem suscipis. Vterq. in-
tēpestiva molimina alteri facere obiecit, quod per scri-
ptum est ab Appiano in Parthico, & a Plutarcho in
Crasso, verbis plane iisdem: ut & pagina aliquot in
vtraq. historia nihil immutatis verbis leguntur: vter
vero plagij in simulacris sit, difficile fuerit iudicium,
quod eadē ætate (ut opinamur) vixerint. Pōt ad quæ
alieni tēporis studia aut negotia trāsferri, velut in senē
intēpestiva libid. ἐκ μεσημβρίας τῆς βίης μετακλίσηται.
Ab hoc adagio nō alienū est illud Alexidis comici.
Ἦδὲ γὰρ ὁ βίης ὁ ἐμὸς ἐπὶ τῶν ἡμετέρων. id est,
Nam

Nam vita seram vesperam trahit mea. Aetatum curricula diei cursui comparantur, & Nazianzenus ad Nemesium *ἱστορία πρὸς ἱερωὴν ἀλγυρινὰς*, id est. Miseræ sub vespere vite.

Altera caduceum, hastam altera.

Ἐπειὰ μὲν δὴ τοῦτο, ἡ τέρτα δὲ κυρία ἐστιν ἐπὶ τοῦτο, id est, Altera manu hastam, altera caduceum præferens. Proverbium esse adnotat Eustathius ex Pausania de iis qui armatas preces adserunt, amica admonitioni minas coniungentes. Ex historia natum quæ talis est. Gephyrei ad decimas Apollini Delphico votivas persoluedas ab Atheniensibus missi acceperant oraculū istud, *Ἄνδρες ἡ πόλις αὐτὴς εὐλαεῖ, ὁ κὺρ ἀριστός.* id est,

Nō domus est melior Gephyrao præ domo amica. admoniti insuper ut præuia bouum vestigia infecuti, ibi locorū consideret, ubi delassatos boues cōspexissent: itaq. oppugnante Atheniensēs Eumolpo, ipsi ad Tanagrā cōtenderunt, tradito in manū sacrali ductori exercitus caduceo, sub pacis legationisq. obtentu, subsequēte a tergo armati inueniunt manu. Ibidem ex alterius lexicī fide adnotat Eustathius eandem historię occasionem paullo aliter, nimirū Gephyreos a Tanagris bello infestatos, sacralē præmississe, armatis ponē insecutis omnibus. Polybius lib. 4. de Rhodiis astu tali vsis loquēs, *πρὸς τὸ τοῦ μὲν Ἀριδίκου προσεχρήσασθαι πρὸς τοὺς ἄλλους, πολιορκίᾳ δὲ τῆς ἑξῆς τριμῆς ἐμὲ σπασμένης, βαλόμενοι τὸ δολιχόχαιρον καὶ τὸ δόρυ δὲ τὸ κυρία ἐστιν αὐτῶν πρὸς τὰς βαρβαρὰς.* Ad Byzantios legatum Aridicen delegerunt, simulq. cum eo Polemoclen tribus instructū triremibus emisērunt, volentes simul & hastam & caduceum, iuxta prouerbiū ad Byzantios mittere. Ad fine huic est & plane cognatum id quod decimō Aeneidos dixit Vergilius,

Pacem orare manu, præfigere puppibus arma.
Porro ex superiore oraculo cōstare pot ratio ēt adagij quod non nullos legitur, Dom⁹ amica, dom⁹ optima.

Dorice incedere.

DORICE incedere, hoc est, *ἀειδέσθαι* dicuntur quæ nudant bonam corporis partē depositis vestibus, ut Aelius Dionysius exponit, Nam in Peloponneso puellæ discinctæ & sine tunica interdū incedebant, quod & Pausanias confirmat interpretans *τὸ δολιχόν, πρὸς τὸ γυμνῶσαι*, quod Doricum esset artus nudos spectantium oculis exhibere, nullo cinctus usu. Anacreō Lyricus. *Ἐκδοσὰ χιτῶνα δολιχῆν.* Exuta tunicam Dorice ingreditur. Chorus apud Euripidem in Hecuba,

*Δίχην δὲ φίλας μόνον πλοῦς
Διπλοῦσα, δολιχὴν καὶ κόρυα.* id est,
Dulceis linquo thoros ego simplicem
Induta pallam Dorides

Qualem solent virgunculæ. Sic & Spartana puellæ incedebant olim incinctæ & ἀχιτῶναι, supparum habentes utroq. in humero quinque fibulis adstrictum, quod inferius laxum incesu femora nudabat, unde Callimachus *ἱσκάσθ' ἄλγος, χιτῶνός πορροῦ.* Erat quando incinctus & alterutro ex latere fibulis adstrictus. Eodē spectat quod Lacynas *φανερὰ κείδαι* dixit Ibicius poeta, quod in incesu femora reiecta ostenderent, & Euripides ait incedere illas *γυμνοὶ μὲν οἱ καὶ πᾶσι καὶ αἰμυλοῖς.* in nudis feminibus, & retracta palla: quin & Sopho-

cles *ἐν γυμνῶν μὲν* quasi elathratum aut fenestratum semur ipsis dat D. Clemens paedagogi libro secundo, *Λατῆνα* virginis more *ἐν γυμνῶν ἰσοκρίτως*, id est. reductis supra genu vestibus incedere, indecorum esse ait. Quadrabit hodie in leues parumq. castas.

Musici apparatus.

Μουσικόν. i. Musici pro mediocri usurpari plurifariā apud auctores inuenim⁹. Damascius Syrus in historia quā de philosophis scripsit τὴν δὲ τριτάτην ἐκδοσάντων τὸν μετρίαν τινὰ καὶ ἀνέκδοτον ἔτι διὰ πλεονεξίας βαλόμενοι, ἀλλὰ μὲν τὴν δὲ μετρίαν καὶ τὴν δολιχὴν τριτάτην τῆς τῶν ἄλλων ἀνέκδοτον. *Μουσικόν.* i. Victū fortitus est moderatū & frugalē, neq. ob egestatē præparatū, neq. propter opes dissolutū, sed mediū atq. musicū, pro fortunis vere temperatū ad instar Doriorū modorū. Plutarchus in præceptis salubribus Timotheū Atheniensem ducē cenasse dicit in Academia apud Plat. *μουσικόν δὲ καὶ ἡμεῖς.* i. Musici & frugalē cenā: quod repetit idē in Symp. 6. his verbis *ἡμεῖς μὲν μουσικῶς καὶ εὐλαεῖ.* tractauit illum musice & absq. graui apparatu, nimirū mediocriter. Similiter Athenæus lib. 10. *ἰσχυρὰς καὶ ἀνέκδοτον δὲ μουσικῶν.* conuiuio acceptus mediocri & Musico Euphrō Comicus, *ὡς δὲς μουσικῶς.* i. Mediocri salis copia uicta. Huc referrī putam⁹ illud Plauti in Mostellaria ubi ait Musice hercle agitis etatē, ita ut vos decet. Vino & victu, piscatu probo, electili, cū vellet innuere mediā viuendi rationē illos sequi, neq. vilēs & minimi pretij, neq. rursus maximi dispendij victuādo, sed habito delectu media eligēdo. Apud priscos tria harmoniæ genera numerantur, inter quæ Lydios modulos ut luctu et funeralib⁹ aptiores respuit Plato, quēadmodū & Ionicos, ut solutiores & mollitie infames: Doricos laudat, ceu temperatis et modestis ingeniis congruos, quib⁹ persimiles sunt quos Aeolios nominabant: Huc spectant Pratinæ Philiastis poetae versus ab adagij sensu haud alieni,

Μὴ σὺ πῶν δολιχὴν καὶ μετρίαν, ἰσχυρὰν, ἔπλησεν μέσων νύμφων id est,
Nec asperum modum aut remissum Ionicum
sectare, sed mediam tenens viam, melos
Modulator Aeolium.

Charixenæ non sunt ista.

ARV D Aristophanem in Conconatricibus anus loquitur, *ἔστι δὲ ἡ χάρις ἡμεῖς καὶ ἡ σὺν.* Neq. n. ad Charixenam ista pertinent. Eustathius in Naniū catalogum scribens, ait esse proverbium a Charixena poetria fidicina tractum, sed non explicat. Scholiastes Aristophanis annotat Charixenam fuisse stolidam & fatuā mulierculam, videtur dici posse cū indicare volumus, aliā de re quam alter existimet, sermonem nobis esse.

Mantissa obsonia vincit.

VETVS est adagium, Plus est mantissa, quam obsoniū, quando significabimus dictum aliquod obiter aspersum orationi, pluris nobis esse, quam reliquam orationis molem, veluti si epistola bene prolixa brevis aliqua parænesis adiecta sit, dicere licebit, Pluris nobis esse eam mantissam, quam obsonium. Elegantissime eo usus est Lucilius in Satyris hoc hemistichio,

Mantissa obsonia vincit.

H b b

3

Ampullas

Ampullas loqui.

AMPULLARI dixit Horatius epistola tertia lib. primi pro verbis tumidis uti, qualibus cothurnus Tragicus solet, ibi

Idem in arte poetica Ampullas vocat verba grandiloqua & turgida quorum egeno homini ineptus usus est, ibi,

Proicit ampulas & sesquipedalia verba. Simili ratione Φυσματτα offerunt Graci prouerbiali figura, ita Hyperides orator de Demea Demada oratoris e tibici nafilio, dixit, os illi magna in suggestu crepanti obstruens, & σιωπῶν μὴ ὑπὸ τῆς μητρὸς ἐφὼν τὸ φυσματτα. id est, Num tacebis qui amplius matre physema habes, φυσμα proprie follem Gracis sonat a flatu argumento: at φυσμα bullam spiritum inflatam & tumentem: unde ad inanem futilium hominum garrulitatem transfertur, ita quod Theodoritas poeta de Vulcano dixit, φυσματτα μολύνει χρῆμα, id est, Vtricularibus folliis uti, poterit contorqueri in blateronem, cuius pleni spirent mendacia folles. Hinc non abludit oraculum de Atheniensibus editum. Μη μο δέλωδες ἀνέτετα, μολγοί, σσηνται. id est, Ne mihi Cecropidas laudetis, erunt etenim utres, hoc est elati & tumidi. Est autem Ampulla lecythi aut olearii vasis genus gradū ventre tumēs.

Asciam cruribus illidere.

ASCIAM cruribus suis illidere prouerbiali schemate dicitur, qui sibi ipsi malum arcescit dedita opera aut te meritate quapiam. Apuleius libro tertio de Asino. Meq. sponte asciam cruribus meis illidere compellis. Translatum videtur a fabula quæ memorat Lycurgum Thracem succidendis vinetis intentum crura sibi amputasse impacta securi. Conueniet indicaces qui virulenta lingua & conuitiis exitij auctores sibi sunt vel saltem ingentis damni, qualem constat fuisse Soradā qui amarulento dictorio perstricto Ptolemæi incestu, regis in se iram, mox necem concitauit: similiter Theocritus Chius Iophista appellitans Antigonum regem Cyclopem, funestam cruribus suis asciam illisit. Est autem ascia fabrilis instrumentum, ad cædendam materiam comparatum, cuius inuentio Dædalo attribuitur a Plinio. Simili metaphora Cicero dixit in oratione pro Plancio, infligere securim pro damnum adferre.

Syri aduersum Phœnices.

Σύροι πρὸς φοίνικας, Aduersum Phœnices Syri, Citatur adagium in Suida collectaneis, Dicit conuenit in pariter fraudulentos & versipelles, utraq. enim natio vafritiæ insignis nomine male audiuit olim. Potest & ad diffidentis significationem trahi ut inter se male concordet & alterum alterius fidei diffidentem σὺρον πρὸς φοίνικα, Syrum cum Phœnice commissum dicamus, eo quod hæ gentes: conterminæ propter mutuam similitudinem raro amicitiam colant, aut sibi inuicem credant: Alioqui Syros & Iudeos, qui Phœniciæ attribuantur, nationes seruituti natas, appellat Cicero in oratione De provinciis consularibus.

Multis brachiis æqualis.

Πολλὸν βραχίωνων ἀντάξιον, id est, Multis brachiis æqualis, de industrio homine effertur adagium, qui ingenij solertia plus possit vnus prestare, quam indefessa opera

plures simul: qualis Archimedes qui incredibilia re ipsa præstitit, veluti cum cuncti Syracusii nauim imensa magnitudinis τεράμνων ab Hierone Ptolemæo regi Aegypti extructam deducere de naualibus nequissent, Archimedis industria solus Hieron eam deduxit, ut obstupescens ille exclamaret, Posthac Archimedi de quavis re loquenti credendum est, ut prolixè narrat Proclus lib. quarto commentariorum in Euclidem. Extat adagij usus apud Philostratum in Heroicis de Palamede, ἀλλ' οὐ περιέμειναι ξυὶ οἱ αἰκιστὲς ἀλλὰ τῷ ἱπλάθουσι, πολλὸν φασὶ βραχίωνων ἀντάξιον ἑαυτὸν ἡγοῦμαι, id est, Traiecit Pontone vna cum fratre æace, multorum (quod dici solet) brachiorum instar seipsum ducens, ita Xenophon dixit πολλὸν οἰκιστὴν οἰμα ἀπὸ τῶν ἑνῶν, id est illum plurimum seruorum vice habeo. Nec aliena est hinc κατὰ γυμνασίαν, hoc est, centimani appellatio, de ingenioso & πολυμαθίᾳ quomodo prædictum Archimedem Centimanum dictum adnotat Eustathius, quod vno machinæ balistaræ tortu multa simul iacula in hostes distringeret.

Archimedeum problema.

QUIA in mentionem Archimedis incidimus, lubet subiicere quod haud dubie prouerbij intellectu a Cicero dictum est libro tertiodecimo epistolarum ad Atticum, ita enim habet. Abiit illud quod tum me stimula bat, quod tibi dabam ἀρχιμήδων πρόβλημα. Archimedeum problema appellat quæstionem abstrusam, solutu difficilem, sollicitaq. indagine examinandam. Archimedis inuenta admiranda, & infinitam solertiam prædicat Vitruuius libro nono, Singularemq. illius industriam ibidem narrat in expendendo sacomate, quod & Rhemnius Fannius explicat versibus. Archimedeum ait Synesius lib. De insomniis, poposcisse locum sibi extra telluris orbem, ubi cum vniuersa terra se velut in lance appenderet, in terra namq. positum, nullas aduersus illam habere vires. Memoratur & dictum ipsius Dorica dialecto,

Ἐὰν δὲ χαρίσιόνι πᾶσαν τὴν γῆν κινήσω, id est, Quo ibo, & vniuersam tellurem Chariscioni commouebo. Leguntur de eius industria incomparabili, senarij Pifida isti sic a me repositi,

Τὰς πέντε δυνάμεις ἀρχιμήδους εἰς μέγαν

Συνέτασ' ἄλλω εἰς τὸ κινῆσαι μέγιστον

Τὸν δυνερχάων ἐφοχὼν τὰ φερτῆ, quorum versuum hic sensus est, Archimedem Geometricas omnes facultates (quæ numero quinq. censentur) in vnum traforis machinæ corpus coniunxisse, qua immensi ponderis moles libraret versaretq. legendum enim est ἄλλω non autem ἄλλω apud Suidam versus istos adducentem.

Gratias Musis commiscere.

EXTAT apud Agathium historicum libro tertio: ταῖς μεσῶν, φασὶ, τὰς χαρίτας συγκαταμῖγνύναι. id est, Musis Gratias, quod aiunt, commiscere, hoc est, operi historico & erudito, gratiæ & ingenij lenocinium aspergere. Euripides in Hercule furente. & παύσομαι τὰς χαρίτας ταῖς μέσων συγκαταμῖγνύναι, ἡ δὲ ἴσα σὺ γυῖον id est, Non desinam Charites Musis coniungere, copulam suauissimam. Vtitur & Dion Chrysostomus in oratione ad Alexandrinos. Non absimile huic est quod apud Herodorum

Iodorum libro quinto Aethiopicae historiae Cnemon dicit ad Nausiclem. καί μοι δοκῆς καὶ τὰ δαίμονες μάλιστα συνίνα, πῶς ὁμῶν τῷ δαιμόνι συγκαταδρῶν, ὃ λέγον ἡδυσμα τῷ πῶς σωμασάχων. id est, *Videris mihi rei sacra rationem optime callere, qui Baccho Mercurium associas & orationis condimentum poculis permisces*, ita Plutarchus lib. 1. symposiac. de philosophis qui non minus satagunt litteratis sermonibus condire symposii apparatus, quam vinum affusa aqua dilucere, dixit, ὃς ἡπὶν τοῖς μέσας δαίμονας ἢ τοῖς νύμφας καὶ ἀνὰ τις. id est, non segnius Bacchum Musis quam Nymphis permiscentes: nam ut vino affusa lympa diluto temperies roburq. corporis conseruatur, ita colloquiis eruditionis sale conditis animus pascitur: propterea addit ibi Plutarchus seq. ipse exponit, Nympha namq. placidum mitemq. eum corpori conciliant, at Musae melleum reuera & benignum animis praestant: utrumq. assequuntur docti & philosophi, qui pocula diluere pariq. studio doctis fabulis coronare laborant. Plato etiam admonet alicubi ut temulentum Bacchi sobriis deabus nymphis cōtemperemus. Huc asseclat quod incertum Nympharum numerum Baccho attribuerit antiquitas, quod plusculis aliquando lymphe mensuris cicuranda sit vini protervia. Attingit adagium huius gratiam Martialis lib. 11. de Philostrato quodam loquens, qui potius per gradus princeps corruit, periclitatus cernicem frangere, non passurus idē, si nympharū aquis proluere se maluisset, sic. n. inquit, Non esset Nymphae, tam magna pericula passus Si potius vestras ille bibisset aquas.

Niobes archetypum.

Νιόβης ἀρχέτυπον, id est, Niobes archetypum, De homine stupido & immobili, quem Saxeum etiam dicimus, Lucilius de saltatore nihil agilitatis habente,

Ορχήστρας νιόβης ἰμπνόν ἀρχέτυπον. id est, Orchestres viuens archetypum Niobes.

Potest & dici de taciturno homine & attonito, unde verbum exculpere nequeas, quomodo apud Antiphanem Comicum loquitur quispiam saxeum euadere se dictitans, cum audito immani piscium venalium pretio velut attonitus hircere nequit. sic enim ait. ἰμὲρ μοι ὅς αὐτίς ἔχουσιν ἀλάς, λίθινος δὲ οὗτος γινόμεν. id est, Quādo intueor cetarios, confestim euado saxeus. Quod adludit ad fabulam de Gorgoneo capite cuius aspectus homines in saxa conuertebat, unde illud Philostrati de Perseo, καὶ τὸ δῖμα τὸ γοργόε, ἔχον ἀπὸ βίτον, καὶ οὐ τυχόν τις αὐτῷ λαοί, λίθινον γίνονται. id est, Seposito Gorgonis terriculamento, ne lapidescerent homines ipsi occurrentes. Neque absurde praefracli ingenij hominem quem expugnare nequeas et ab opinione concepta depellere, viuum Niobes exemplar, seu archetypum, dixeris. De Niobe in scopulum versa, multa apud poetās mentio.

Pergæa Diana.

Ἡ περγαῖα ἀρπυία, id est, Diana Pergæa, Adagium effertur, testante Suida, de circulatoribus & vagis erronibus, qui nullo in loco firmam sedem collocare amant, τῶν ἁγυριῶν δὲ πλανητῶν. Diana enim, quæ eadem est & Luna, inter septem planetas vagatur tamquam

venatibus indulgens operam, unde Annius & epitheton apud Ciceronem. Quadrabit oppositè in circumforaneos mendicos & paullulo meliores illis. Pergæa autem Diana e Perga Pamphiliæ oppido nomen habet, Stephano teste. Huic simile legas apud alium Panagæam Dianam, non sine temeritatis nota immutata voce neque reddita epitheti ratione, ut non immerito mirerentur quidam diffionem ab illo haud fuisse explicatā, cum nullibi apud auctores eam legas. Pergæa vero Diana meminit etiam Cicero in actione in Verrem tertia, ubi inquit ita Pergæa sanum antiquissimum & sanctissimum Diana scimus esse: meminit & Philostratus lib. 1. de vita Apollonij, hymnorum qui in Diana Pergæa honorem canerentur.

Aere & rore pastus.

Ἐν ἀέρι καὶ ῥέσῳ σιτίζεσθαι, id est, Aere & rore saginatus, Prouerbij specie dicitur de eo qui frugali admodum & tenui victu vititur. Plutarchus Symposiac. quarta decade & ἀέρι καὶ ῥέσῳ λίγροισι λατὴ τῶν οἰκτιρῶν σιτοῦμεν, hoc est, Aere ac rore cicade in more enutritum aiunt. Cicadas rore viuere auctor est Plinius, & Virgilius eo versiculo, Et pasta rore cicada & eo, Dumq. thymo pascuntur apes, dum rore cicada. Cuius rei argumentum est humior quem reddunt, dum excitata subuolant. Cui consonat Theocriti illud in Ecloga cui titulus τὸν κίττιος, id est, opiliones,

Μὰ πρῶτα σιτίζεσθαι ὅπως ὁ κίττιος;

Aerio ne fouet vitam ceu rore cicada?

Philo Iudeus de Iudeis philosophis vitam famelicam ducentibus, ἰδιόδικος ὡς φασὶ τὸ πῶς πλὴν γένος, ἀσθὶ τρέφεται, τὸ δὲ αὐτὸ καὶ οἰμα τῶν οὐρανῶν ἔδουκα ἰσχυρῶς. id est, Assueti aere vesci, quemadmodum cicada solent, cantu (ut equidem existimo) esuriem mitigante. Huc respexit Nazianzenus ad Amphilochoium, καὶ αὐτοῖς μὲν ὁ δὲ τῶν ἀρσῶν μὲν τρεῖς ἔσονται κίττιος, id est, Sciemus an reuera solo rore pascantur cicadae:

Gutta fortunæ prædolio sapientiæ.

diuitum inexplibilem auri cupiditatem conuenientissime quadrat Græcius senarius Gregor. Nazianzeni.

Θίλω τύχης πάλαι μὲν ἢ φρενῶν πῖτον. id est,

Prædolio doctrinæ malo guttam opum.

Id mali adfert pecuniæ studium eoq. ceu veneno animum imbuunt, ac veluti Circeo potido immutat, ut præ auro nihil admirentur homines, nihil nocturna diurna q. cura in mente sepius voluant, quam qua ratione dicescant, non sapientiæ adiciant, pecuniæ mancipia, Aloidis persimiles qui Marti quem captiuum in vinculis habebant, nihilominus sacra offerebant: usque adeo infinita illa & insatiabilis habendi cupiditas cultores suos & admiratores dementat, & ut loquitur Ennius, sapientiam omnem expectarat a quibus diuersissima & ex diametro pugnans est studioforum voluntas, qui sapientiæ & eruditionis germanæ guttulam maximis etiam Crætorum diuitiis anteponunt, ut rursus eiusdem auctoris iambicum sibi sumere atque arrogare possint,

Παρις φρενῶν μετὰ μᾶλλον ἢ βυδὲς τύχης. id est,

- Est gutta doctrinæ potior, quam magnæ opes.

H h h

4

Ceterum

Vulpis reliquæ.

Ἀποτέχνημα ἀλώπεκος, hoc est, vulpis reliquæ, Conuenit in versipellem & fraudulentum veteratorem, ita exponit ex Dorotheo Athenæus, extat autem apud Eupoli in Comicum in fabula cui nomen Aurei genus, quam Etymologici auctor citat ἀποτέχνημα hunc in modum, τὸ ἴδιον ἀποτέχνημα ἀλώπεκος, id est, Quid illud est, vulpis quisquilie, adlusum interim videtur etiam ad pusillam mulierculæ staturam mediocri minorem & veluti dentibus præmorsam, id enim sonat ἀποτέχνημα quasi mensum dicas aut buccæam demorsam.

Nox gubernatorem prudentem terret.

Νοδὶν τὴν νύξ κυβερνήτη σοφῶν. id est,

Docto gubernatori nox metum parit.

In rebus dubiis parumq. explicitis, vir prudens caute timideq. gerere se debet. Periti quantumvis nacleri noctis tenebris suspectis habet, quod ille prospectu adimunt, propter iniqua littora & latentes scopulos, ita & rerum publicarum administratores quantumvis prudentes oborto tumultu, præcedi metu omnia etiam tuta timent: Exercitus ductores territat sæpe levis occasio, quando hostium consilia minus liquida sunt. Visus tunc & proverbialis Senarij quo Danaus apud Aeschylum videtur in fabula cui nomen Danaides siue Supplices. φιλῆι,

Νοδὶν τὴν νύξ κυβερνήτη σοφῶν.

Anat nox atra naclero scio parere metum.

Meminit & Plutarchus in libello aduersus Colote. Idem tamen auctor in Agamemnone scite dixit μάταιον ὅν τινα φάσιν, hoc est, nocturnum pauorem vanum esse. Adlusit ad adagium Gregorius Nazianzenus ad Eudoxium rhetorem scribens, ἰδέετα καλὰ, γυνή τὰ κακά, ὁ πλάσιος τῆς νύκτος, πρὸς δὲ αὐτὴν, id est. Bona disfluxere, mala nude se ostendunt, navigatio in nocte, sacula nusquam. Inuit plena est periculorum omnia.

Saperdæ videmur, cum simus

σάπεροι.

PROVERBIALIS est sententia Varronis ex Modio, & fabulæ nomen est, in eos qui sua, qualiacumq. tandem sint, mirifice approbant, suis operibus, suis inuentis impense fauent cæco quodam sui amore ducti.

Omnes videmur nobis esse belluli

Et festiui saperdæ, cum simus σάπεροι.

Gauia in stagnis.

Ἀρεστὸν ἔστι, id est, In stagnis gauia, Suidas annotat dici τὸν ταχὺ ἀποδιδόντα, de cito reddentibus, ut accipiamus eos qui celeri alui proluvio cibum in gestum reddunt: ut competat adagium in voracem & inexplebilis gulæ hominem ac prodigum. Potest & corrupta videri lectio, & quidem proclui lapsu, ut pro ἀποδιδόντων, scribamus ἐπιδιδόντων, efferamusq. adagium de iis qui celeriter incrementum capiunt, quomodo verisimile sit gauiam auem piscosis in amnibus locisq. vliginosis cito augescere in magna alimonie copia: alioqui quomodo in munificum et ad dandum procluiem quaderet, id quod alij senserunt, non videmus. Siquidem in

rapacium auium genere Larus censetur, neququam rapine sue liberalis. Quo pertinet illud Matronis Parodi poetæ,

Χαριφύων πεινῶντι λάρον ὄρεϊ δίκωις. id est,

Charephon parasitus famelicæ gauiæ assimilis.

Quod si ἐπιδίδωμι pro victum querere accipi possit, non inuitus ἐπὶ οὐνοῦ τῶν, legerem, prono similiter librarium oscitantia errore, ut torqueatur in eos qui citra molestiam & facile nullog. negotio victum comparent quem admodum lare affatim alimonia suppetit pisculentis locis.

Dium vides.

Ὅς τὸ διον, ὁ βέλος δὲ πτερόν, id est,

Dium vides, cuius transmisit iaculum.

Cuius sensus est iste. Vides ob oculos velut exemplum quoddam Dium, de se vindictam sumens, Senarius proverbialis vulgo celebratus, cuius vsus est longe elegantissimus, ὅταν τὴν ἐμοίαις τῶν πρὸ πρὶν ὕβρις ἀμωμήθῃ, cum talionem referimus, aut reflicata malorum perpetratorum memoria, mentionem iustæ vindictæ ingerimus: verbi gratia, si iniuriam bello illatâ occupato perfidiose oppido, hostes vicissim reponant capta aduersæ partis vrbe aut ditione. Natum ab historia quam perstringit Polybius historicus libro quinto, Aetoli nefario bello de populati fuerant Iouis Dodoni templum & Diu, quod est, Stephano teste, Macedoniæ Oppidum Olympiaco certamine celebre: hanc illorum impietatem pari talione vlti fuerunt Macedones, Philippon regem eo instigante Arato, capta hostili terq. direpta copiosissima ditissimaq. & Aetolorum nudinis ac mercatu celeberrima vrbe Therma, in scripto oppidi muris elogio prioris iniuriæ exprobatório.

Ὅς τὸ διον, ὁ βέλος δὲ πτερόν,

Dion vides, telo volantem vindice.

Quo dictorio malefici, immo sacrilegij, memoriam partim illis regefferunt atq. ab oculis posuerunt, partim posteritati consignarunt. Perottus interpres re non perpensa male conuertit versiculum ita, Vides numen cuius iaculum volauerit? visus legisse vel tñν, vel diuum adiectiue pro numine accipiens, cum tamen Diu oppidi mentio præcessisset, quod ille intactum tacito pede transmisit.

Chilonius modus.

Χιλονίαν τρέπον id est, Chilonium modum, vel Chiloniam loquendi rationem, pro Laconismo & breuiloquio, quo paucis verbis sententiæ multum complectimur, dixit Aristagoras Milesius, ut in Chilone scribit Laertius, & transcripsit istius verbis Suidas. Fuit autem Chilon Demageti filius Lacon genere, cui genti summa in loquendo breuitas tribuitur: docent autem hoc & Chilonis breues sententiæ quas Laertius enumerat.

Mercurij typus.

IN virum insigniter eloquentem & omnibus doctrinæ numeris absolutum quadrabit illud Synesii Cyrenæi ex epistola ad Pylamenem, ὁ μὲν λαγὺς τὸ πτερόν, id est, Mercurij eloquentiæ præsidis typus siue exemplar, sic autem sonant eius verba. πρὸς τὴν παρ' ἐμὲ παρὸν τὸν συμβασιμαχικὸν Μαρκιανόν, ὃν ἡ πρὸ αὐτοῦ Ἀρετὶς ἰδὼν ὁ μὲν

ὅμως τοις τύποις ἐκ ἀνέρι πρὸς ἡμᾶς ἰκλυθεῖς, μή τις αὖ
 ἐν τυχόν τῆς ἀξίας, ὅτι πλὴν ἰστὶν αὐτοῦ τύπος. id est, Saluta-
 bis ex me pluribus verbis eximium Marcianum, quem
 si ego prior. Aristide, Mercurij eloquentis typum in
 ter mortales venisse dicerem, non satis pro merito illū
 descripsissem, quoniam plus aliquāto est quam typus.
 Quin & ὁμοελεῖς absq. adiuncto proverbialiter de
 magnæ eruditionis homine dicitur. Iulianus paraba-
 tes ad Maximum philosophum, ἡμεῖς δὲ σοικαὶ ἐπορ-
 οῦμεν λόγον ἐκ σοῦ ἵνα ἡμεῖς ἐν τῷ πρῶτῳ. id est, Nos ti-
 bi tamquam eloquentiæ præfidi Mercurio nostra scri-
 ptā in manus tradimus. Idem ad Iamblichum scribēs
 illum nominat ὁμοελεῖς μέγιστον, εἰ δὲ βέλτερον φησιν.
 hoc est, Mercurij eloquentiæ præfidis discipulum aut
 si maioris alumnū. Huc respexit Nazianzenus in Ste-
 liteutice priore in Iulianum dicta, τις ὁμοελεῖς σοὶ λόγος,
 εἰς αὐτὸς εἰπὸς, τὰ γ' ἡμῶν ἄρα κ; id est, Quis Mercu-
 rius eloquentiæ antistes quemadmodum tu dicturus
 esses, istud tibi in mentem redegit? Quod propterea di-
 cit, quod Mercurium λόγος frequenter in scriptis suis
 inculcaret, est autem ita legendum in Nazianzeni
 codice, pro λόγος.

Non abludit a typi metaphorâ quod Syneſius τὰ κακίαν χαρακτῆρας nefarios homines appellat velut improbiatis & ſcelerum typos & characteres: & Nazianzenus epiſcopum ſanctæ vitæ exemplar, χαρακτὴρ τὸ ἐκκλησιαστικόν, id eſt, eccleſiæ typum nominat.

Archigenis indiget.

ARCHIGENEſis indigere dicitur quiſanę mentis com-
poſnon eſt. Iuuenalis ſatyra. 13. Si non eget Anticy-
ra, nec Archigene. Idem ſatyra decima quarta Ocyus
Archigeum quere atque ex quod Mithridates Com-
poſuit. Fuit Archigenes eme Apamee Syrie magni no-
minis medicus Romę ſub Traiano : cuius ſcripta paſſi-
m in teſtimonium vocant Galenus, Actius, aliſj. Con-
ſimili figura ἀρχανπις ἄιδου, id eſt, Aſculapio indige-
re dixit apud Plutarchum Calliſthenes philoſophus &
rhetor, qui in conuiuium Alexandri Macedonis, cum in-
gens poculum meraco vino plenum, ordine ad ipſum
veniſſet, reuſauit ebibere, diſſitans, οὐ βιάσασθαι πῶτον
ἀλλ' ἄγεσθαι ἀρχανπιος ἄιδου, id eſt, Nolo Alexander
bibendo Aſculapij indigere, vt in libro De frenanda
ira ſcribit Plutarchus, & iterum in prima ſympos. de-
cade, vbi lepidius paullo dictum illius arguiusq; repe-
titur. Nolle ſe Alexandri poculum inaniendo, Aſcu-
lapio opus habere, nam ſcyphus qui in orbem ibat,
Alexandro cognominis dicebatur : indicare autem vo-
luit vir prudens, ſe nolle in medicorum manus, contra-
ſta per temulentiam aduerſa valetudine, ac proinde
etiam in preſens periculum conicere. Aſculapius
e Ioue & Coronide nympha natus, medicinę ſcientiam
ab Api Aegyptio inuentam excoluit diligentius &
preceptis adauxit, vt teſtatur Clemens Alexandrinus.
Aſculapio indigere viſus fuit Polemon Laodiceus
magni nominis orator, qui articulari morbo grauiter
vexatus, Pergami in ſano Aſculapij obdormiit, cui
cum noctu apparuiſſet Aſculapius admonens vt ne
frigido poti vteretur, expeſſectus reſpondit, Quid tan-
dem precepturus eras optime ſi bouem laborantem cu-
rares, vt a Philoſtrato ſcriptum eſt. Hermocrates quo-
que Phoceniſis Aſculapio opus habuit, cum propoſitis

illia Scuero Imp. votis, thus poposcit, dictans sibi a Pergamcnno Aesculapio imperatum esse, ut perdice-
retur ibure suffito, ut idem refert. Porro duas fuisse
Anticyras, alteram in Thocide, alteram apud Ma-
lienses, scribit Demetrius Calletianus, ubi præst. antissi-
mum veratrum nasci fert fama. Celebratur & Anti-
cirus quidam nomine purgasse Herculem hellebori po-
culo post insaniam, ut commemorat Stephanus, καὶ τὸν
μορὶον αὐτῷ καὶ τὸν αὐτὸν ὁ ἀντικυρὸς ἐπεπαίει, hoc est,
insanię ipsa per se anticyra medetur, ut ait Plutarchus
libro De comescenda iracundia. Diphilus Comicus
apud Clementem Α καὶ μάκαρ ἀπὲρ διὰ τῶν νεφέων διέπε-
ν ἄνθρωπον. id est, At nobis diuine aer per nubila
mittas Anticyram: expiatorium videlicet pharma-
cum. Alioquin & ἐλεβορον, id est, elleborum, pro mera
insania usurpare videtur Nicosstratus Comicus apud
Athenęum, ibi, χαλκός, δακτυλίδες, ἑλεβοροὶ, ὀφθαλμοί,
σπερματὶδες, ἐλεβορον. quo loco nominat torques, annulos,
monilia, angues, periscelidas, elleborum velut insanię
instrumenta, & ἐλεβοροῖς pro veratri purgatione
usurparunt veteres, inter quos Euclides Iambicus poe-
ta ea voce vsus legitur apud Aristotelem libro de Poe-
tica, οὐκ ἀνὴρ ἐλεβοροῖς τὸ αὐτὸς ἐλεβορον, id est, haud
assumpturus illius elleborum. Porro non abludit a
proverbio Aristophanis illud in Pluto, ubi ait Caryon
seruus de Pluto, quod visum receperit. ἀπὸ τοῦ
πλουτὸς δοῦνός τις τυχὼν, id est, nactus Aesculapium me-
dicum proprium.

Nescit aranea fobolem vt erudiat.

Ἀγνοῖ δ' ἀρ' ἔχον πᾶντα ἃς παιδοῦται,
 Οὐδέ τις τὴν τέχνην πρὸς τῷ φιλότητον. *Id est,*
 Aranea prolem nescit ut suam educet,
 Quas namque eduxit, mortis illi causa sunt.
 Senarij proverbiales in eos qui malum sibiipsi eudunt,
 molientes quod in suum postea vertatur incommodum
 aut exitium. Aranea fetus suos in suam ipsius perniciem parit & educat. Citantur a Suida.

Dormienti loquor.

IRRITI & frustranci laboris significationem habet
illud Orestis apud Aeschylum in Agamemnone .
Καὶ τοι αὐτὰρ ἢ κατὰ βροτῶν μάτην
Ἄνθρωποις, id est,
Inclamo surdis, irrita Sopitis loquor . Quoties igitur
incassum laboramus vel orando vel suadendo , vsus
erit adagionis .

Phryx non minus quam Spintharus.

Φρύγανδον ἄλλων πινυτῶν. id est, Non minus Phryx quam Spintharus, De homine barbaro & inelegante, ac servilis conditionis. Spintharus traducitur in Comædiis homo ineptus, Heraclotes genere, Tragædiographus, quem propterea fortasse proscriberunt ut barbarum quod Heraclea esset oriundus, quemadmodum Tito Livio Pataunitas fuit obiecta. Meminit tamen eius inter testimonia Laertius Diogenes. Exstat in Auiibus Aristophanis.

Telephus e perula.

Τηλεφος ἐκ πυρίδ' ἰς, *Telephus e perula, Dici apparet in ho-*
minem tenui fortuna, sed propter nomen ascriptum
preclarum,

præclarum, magnos sibi sumente spiritus, veluti si quis Caroli nomine sibi placeat quod illud Imperatoris maximi decantatissimum sit nomen. Aristophanes. καὶ τοῖς ἄλλοις ἐν τῇ μὲν χόρῳ τῆς ποικίλης πρὸς τοὺς θεοὺς. id est, Atqui antea mendicabas Telephum te esse prædicans e perula scilicet. Fuit enim is Telephus mendicus slipem querens, manicam circūferens. Sunt qui referant hoc ad Telephum Mylorum regem ab Achille hasta vulneratum, de quo etiam Horatii illud ex arte poetica exponunt quidam. Thelephus & Peleus cum pauper & exul uterque cuius in Acharnensibus meminit Aristophanes, Mysi nominatim, eiusque. ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ, hoc est, obsoletæ plagulas dari alteri postulat Euripidem.

Fumus e sicubus.

Καπνὸς ἀπὸ σικυβῶν. i. Fumus de sicubus, Comico lusu vocatur calumnia aut criminatio sycophantica. Quis nescit Sycophantas (quo vocabulo delatores censentur) nomē habere ab esu ficum, quasi dicas, ficum edones: Refertur ab Eustathio Odysseæ duodecimo.

E tragico Comicum drama.

Ἄρχη ἐν τραγικῷ καμικῷ, id est, Actus e Tragico Comicus, proverbialiter a Synesio vocatur, cum pro tristibus initiis letus succedit euentus, præseus exitum incolumi salute commutatur, sic enim inquit in longa illa ad Euprium epistola, τὸ δὲ πρὸς δὲ καμικῶν τραγικῶν καμικῶν, ὁ δὲ καμικῶν καὶ ἀρχὴ καὶ τὸ πρὸς τὴν γὰρ καμικῶν, id est, Hanc fabulam e Tragica Comicam & fortuna nobis concinnavit, & ego meis ad te litteris inserui. Heliodorus lib. 7. καμικῶν καὶ τραγικῶν τὸ τέλος καμικῶν, id est, Exitus catastrophem habuit e Tragica Comica. E diverso dixit Agathius Scholasticus Epigram. libro septimo.

Καὶ τραγικῶν ἐξ ἑνὸς τοῦ καμικῶν ὅσον ἀρχὴ καμικῶν.

Comicum at is lusu Tragica feritate reponens.

Nemo non novit tragediam in nece, suspendia, exilia, aliasque calamitates desinere, contra Comædiam nuptias plerumque & optatas habere exitus. Alioqui τραγικῶν pro tristi & vitæ periculo coniuncto poni solet, ut apud Philostratum in Apollide. πῶς ἂν τις ἀπὸ φελῶς καμικῶν καμικῶν πρὸς τὴν τραγικῶν εὐτυχίαν μεταχέροιται, id est, qua ratione quis secure tractare queat periculosas & Tragicas sententias. Item pro supercilioso & superbo Plutarchus in Eutello, πρὸς τὴν τραγικῶν καμικῶν, id est, fastus tragicus & intolerabilis. Næzanthenus in epistola ad Anysium, καὶ καμικῶν καμικῶν τραγικῶν, πρὸς τὴν καμικῶν, id est, Non licuit, arbitror, Tragice habetem, Comice ludere, quod ipsam vice proverbij poterit esse, quando aliquis gravibus molestiis implicatus excusat se, cur minus letus sit aut iocis ludat. Cui germanum est illud Synesii libro De providentia. τὸ πρὸς τὴν τραγικῶν καμικῶν καμικῶν ἀπὸ τῆς τραγικῶν, id est, Ita sæpenumero Tragica pernoctatio in Comædiam desinit: quo voluit innuere pernoctes debacchationes dirum & infelicem exitum minantes, sæpe in risum desinere. Aelianus περὶ τραγικῶν ἀρχῆς, id est, & Tragædia digna pati, dixit, pro diras calamitates incurre, at Plutarchus Luculli vitam ἀρχὴ καμικῶν nominat id est, antiqua Comædiam, quod post militares & ætos in repub. la-

bres, deliciis luxuique totum dedit, quemadmodum Comædia post initia dura, in latum finem desinit, & nuptias plerumque.

Thymo nemo vescitur, ubi adest caro.

Οὐδὲν κρεῖσσεται σὺν τῷ κρέματι, id est,

id est,

Carnes ubi ad sunt, nemo vescitur thymo.

Proverbialis senarius ex Antiphonis facetissimi poetæ comædia, cui nomen est Paramia, quod proverbii scateat, Athenæo testat. Nemo libenter egestatem subit, modo liberius vivendi ratio se ostendat: optima quam tenuia munera libentius quisque sequitur: mensæ opiparæ famelicus assidere manult, quam tenue salinum illingere.

Canina victitans, cynocephalum oppugnas.

CLEON apud Aristophanem in Equitibus, ad sartorem inquit.

καὶ ἐν τῇ ποικίλῃ, καὶ ἐν τῇ ποικίλῃ, id est,

Esca canina vescens, pugna provocas canicipitem. Proverbiali figura dictum torqueri potest in eos qui gregales suos eiusdem factionis & instituti, scriptis impetunt. Contrarium huic est vulgare diuervium. Aves concolores plerumque una volitant, quo innuitur consensus hominum, idem vitæ genus, eadem studia, eosdem mores sequentium. Concordat cum hoc adagio verus dictum cuius pane vescor, eius verba molior: aqua namque ratio est nos illi non aduersari amico, qui nos soliet, omni opæ & opera res nostras promouet, a qua prælata nos mutuo demerendi ratione qui discunt, nō illi stiriam immanitatem emulantur. Quisquis ergo aduersus sui ordinis hominem verbis aut scriptis insurgit, is Canina esca vescens, Cynocephalum adoritur. Sunt autem Cynocephali quasi Canicipites dicat, genus hominum, si non potius animalium, capitibus caninis, pro voce latratum edentium, ut libro secundo capite secundo, Plinius & ex eo transcripsit Augustinus de civitate dei 6.

Ex eodem præsepi.

Ex τῇ αὐτῇ ἀρχῇ τῆς ἐν τῇ ποικίλῃ, id est, Ex eodem quasi præsepi edisse dicuntur proverbiali schemate qui eandem opinionem hauerunt, eodem in ludo docti, isdemque imbuti præceptis. Ennapius, ni fallimur, apud Suidam de Epicureis loquens, Μισσηνὶ δὲ ὁ Ἀρκάδιος τρεῖς ἐστὶν οἱδὲν ἐστὶν ἐν τῇ ποικίλῃ, καμικῶν καμικῶν, id est, Messenij qui in Arcadia sunt, cimitæ pepulerunt quotquot ex eodem veluti præsepi passi fuerant, iuuentutis, corruptores eos esse discitantes. Sentit de iis qui Epicuri pestiferam sectam mordicus sequebantur. Tracta similitudo a iumentis quæ communi pabulo ex eodem præsepi pascuntur. Non absimile est illud Petronij Arburi de eloquentia ratione, Sed omnia quasi eodem cibo pasta, non potuerunt usque ad senectutem canescere.

Laconice cenat.

Λακωνικῶς δεῖπνῶν, id est, Laconice epulari pro frugaliter & cibis parum exquisitis uti proverbio dicunt Græci, Diphilus apud Athenæum libro secundo.

Δεῖπνῶν δὲ κατὰ τὴν λακωνικὴν ἀρχὴν καμικῶν,

ὅστις

Οἶζε δὲ κορύδαλιν id est, Cenat larem intra, quid putas, Laconice, Heminam aceti. Laconum in victu frugalitas a Plutarcho in vita Lycurgi celebratur, quippe apud quos exoticis mercimoniis locus non erat, landatur & a Critia καὶ θύον λακωνικῶς, fictile poculum Laconicum quo utebantur.

Fabilibus victitat.

Κυρὸβια ἰδιώτης id est, Fabilibus victitare dicitur proverbiale homo sordidus, qui prae nimia parsimonia quosvis cibos esitat ut impensis parcat. Cratinus Comicus citante Etymologici auctore, Διὰ τὸν ἰχθῶν τὸν πρῶτον, ὅτι κυρὸβιδίων. proscindit hominem agrestem & auarum, vel inde, quod fabarum recrementis vesceretur. Sunt autem κυρὸβια proprie ἰδιώται καὶ ἀντιμαχῶν τῶν κυρῶν id est, fabarum sursures & repurgamenta, quae Pliniano vocabulo fabilia vocari possunt.

Murus Semiramidis.

Σιμωρέμιδος τοῦχος id est, Semiramidis murus proverbialis figura est, a Synesio in epistolis pro re invicta & inestimabili, παραπύλωμα ἢ ἡμῶς ἀπὸ τοῦχος καὶ τοῦχος, ὡς ὁ πρῶτος ἐπὶ πάσαις διαβάσεις ἰσὶς τιμμάσκει, ὡς ὁ δεύτερος ἐπὶ τῷ τοῦχος τῷ σιμωρέμιδος id est, Cortina intergerma, qua viri a seminis seclusi erant, vicem obtinebat, veli paullo ante discissi validum segmentum, temperantibus hominibus murus plane Semiramidis. Semiramis verna regij pellex fuerat, postea Nino potentissimo Assyriorum regi amoribus illius illaqueato inuissit, tantumque potuit apud maritum illex femine phyltrum, ut postulanti concederet unius diei imperium, id namque poposcera ut liceret sibi diem unum regali in solio praesidere, diadema capite praeferre, iuraque dare: annuente rege iubenteque. cunctos illi esse obsequentes, primis imperiis modeste usa satellitum periculum fecit, quos dictis morigeros experta nihilque tergiversantes, Ninum maritum comprehendit primo mandat, mox vinculis astringi, tandem etiam obtruncari: quo peracto facinore Asia rerum potita fuit, & Babylonem decantatissimam urbem a Nino conditam, vel, ut Iosephus vult, instauratam muris validissimis cinxit, quorum altitudo pedes ducentos, latitudo quinquagenos aequaret, in singulos pedes, ternis digitis mensura ampliore, quam nostra, ut auctores sunt Plinius & Strabo. Murus ergo Semiramidis pro validissimo praesidio & indubitato munimento patrae accipitur. Haud scimus an ad istud adagium adluserit. Horatius, ubi ait. Hic murus abeneus esto, eo quod fabricati a Semiramide muri portas haberint abeneas, certe utriusque idem sensus est. Conuenit cum hoc illud Ναζιάζενι de Basilio dictum γινέται τοῖς μύθοις τῶ τοῦχος ὅχυρόν καὶ χαρὶ κάμα id est, Fit istis murus validus & vallum quoddam. Potest huc referri & ἡδύμας τοῦ πεδίου κίων, quasi adamante reuinctam columnam dicas, pro firmissimo munimine, quo Pindarus usus est.

Crania bina gerit & innumeros oculos.

VERSUS est hexameter Cratini ab Hephaestione citatus ex Fabula cui titulus πανόπαια, veluti cuncta intuentes,

κράνια δ' αὖ φέρει, ἰφθαλμοὶ δ' οὐκ ἀριθμαῖσι. id est,

Crania bina, oculosque gerit numerum fugientes. Qui competit in cordatum hominem et prouidum, magno ingenio praeditum & mira sagacitate futura prospicientem. Ductum opinamur ab Argo, quem oculum totum nominat in Aulularia Plautus.

Os duodecim salientum.

Δωδεκάκρουν σόμα quasi duodecim salientium os, prouerbiali figura extulit Ioannes Zexes, de homine laetico eloquentiae fonte manante, quod de Tito Livio dixit Hieronymus, sic enim ait.

Ὅστις δωδεκράων ἰχθυὸς σόμα, καὶ ἀφ' οὗτος ὁ κερτί- id est,

Neque vero nobis est duodecim salientum os, uti Cratinus inquit.

Usus ita est & Philostratus de Dionysio Milesio loquens, quem non nulli laudantes, δωδεκράων σόμα, duodecim scatebrarum os nominabant. Versus Cratini Comici hi sunt.

Ἀντὶ ἀπολλῶν τῶν ἐπὶ τῶν ῥ' ὀμμάτων, id est,
Κἂν ἔσσι πηγὰς δωδεκράων σόμα,
Ἰλιστος δὲ φέρουγγι, τὶ αὖ ἐπ' αἰμαί, id est,
Appollo, fontes verborum puri licet
Salientibus bis sex os occupent

Ilissus impleat fauces, quid eloquar?

Metaphora sumpta a fonte Callirhoe Athēiensis, quem a duodecim salientum scatebris δωδεκράων indito nomine vocarunt Triginta tyranni, antea a nouena scauragine per nouem tubulos manante σινεάκρωτος etiam dictus: unde nouis nuptis lauandis aqua petebatur, puero gentili lauacrum gestante, quem ab officio ὑπερφορῶν vocabant, quemadmodum scribunt Iulius Pollux libro tertio, & auctoritate Philostephani Harpocration: de quo fonte loqui etiam Vitruuium lib. 8. capite tertio puto, ubi sic ait, Ibi (de Athenis sermo est) cū ex eiusmodi locis & fontibus & in eis & ad portum Piraeum ducti sunt salientes e quibus bibit nemo, sed lauacionibus & reliquis rebus utuntur. Porro illud ipsum etiam quod sequitur, ἰλιστος δὲ φέρουγγι, id est, Ilissus in faucibus, prouerbij vicem obtinet, de qui locuplete rerum ac verborum scatebra affluit, quandoquidem ΕΙΛΙΣΤΟΣ, (sic enim potior lectio habet) id est, Ilissus Athenarum fluminis limpidus admodum celebratur, in cuius ripis Oribyam a Borea raptam fabulantur, & quem Mysis, quas ab amnis nomine ΕΙΛΙΑΣΙΑ δακτὸς nominat, sacrum esse scribunt Pausanias & Stephanus.

Quasi Nauplius Caphareo rediens.

Ὡς ἐν ναυπλίῳ ἀπὸ τῆς καφάρῳς ἔκβη. id est,

Quasi Nauplius Caphareo rediens.

De homine immani & horrificam speciem praesente, ita vsurpauit Dion Chrysostomus in Euboico. μικρὸν δὲ δοικα, ὡς πρὸς οἶμα τὸν ναυπλίον ἔκβη ἀπὸ τοῦ καφάρῳς ἔκβηται id est, Metu propemodum corripior, quasi, ut arbitramur, Nauplium suspectans a Caphareo redeuntem, Loquitur de rustico vili penula & atino vellere amictio, qui extra urbis commercia ruri abditus in secessu delituerat. Nauplius Palamedis pater indignam filij necem grauissime ferens, cum ultionis repulsam in castris ad Troiam tulisset, mala varia excogitauit aduersum

uersum Græcos, stupris excidiisq. regnorum filij morte ultus, classē Troia capta reducem in Caphareo asperissimo Euboia monte excitata pyra, in litus scopulosum & naufragum pellexit: ex quo facto diritas hominis facile elucet qui tot hominum millibus innoxius auctor mortis exstitit. Ammianus libro 22. Caphareus Euboicus scopulus, ubi Nauplius Palamedis classē concidit Arginā. Citat Sophoclis versiculū Aristides.

Πόλις ναυπλίον πέρας ὑποπύρεσ.

id est,

Quot Nauplij ignitas tendiculas.

Tela aranæ.

Ἰσὶ ἀράχνης, id est, Aranæ tela, pro resfrinola & parui momenti, proverbialiter accipitur apud Theodoretum Cyri episcopum lib. de providentia sexto, τὴν ὑπὸ τῶν πλειονομῶν κατηγορίαν, ἰσὶν ἀράχνης ἀπαδίδωμεν, id est, Accusationem ab illis contextam, aranæ telam esse ostendamus, hoc est, nihilo fortiorem quam sit cassis aranæ, inualidam nimirum & inanibus argumentis confutam. Fuit ergo rationes & infirmas, ἰσὶς ἀράχνης, id est, aranæ casses vocabimus apposite, quod eos quidquid illabitur facile discindat. Proclus Constantinopolitanus Episcopus πλίκοντες συλλογισμοὺς ἀράχνης ἀποδείκνυσι, id est, Texentes Syllogismos aranearum telis fragiliores, & iterum, ὅτι οὗτοι ἰσὶν ἀράχνης ὑφάσματα οἱ τοῦτα λέγοντες. Qui ista distitāt, reuera telam aranæ contextunt. Nazianzenus in carminibus,

Ἰσὶν ἀράχνης νύμματα ἐστὶν ἰχθῆς.

id est,

Ducere arachneis staminibus similem.

Thales quoque Soloni legum latori dixisse memoratur, vanam operam ab illo insumī, ὅτι τὰς ἀράχνης νύμματα ἴσιν ὅμοιοι οἱ νόμοι, &c. quoniam aranæ cassibus similes essent leges, quod a potentioribus soluantur.

Amisit urbem, & pugionem recepit.

Πόλιν ἀπολωλέως, τυρόκνησιν ἔλαβον.

id est,

Amisissā urbē recepit pugionculum. Prouerbiū est in eum qui pro luculenta quam fecit iactura, exiguum, quid reportat: veluti si negotiator pro mercibus opulenti ad Indos spe diuitis lucri missus, vilem tegeticulam referat. Callippus, qui occiso per insidias Dionē Syracusarum tyrannidem inuasit, non multo post quam imperium suscepit, ad occupandam Catanā vicinū oppidum profectus, urbis Syracusanæ imperio excidit: quā accepta calamitate, proverbialē versiculū hunc exclamauit.

Πόλιν ἀπολωλέως, τυρόκνησιν ἔλαβον.

id est,

Pugionculum recepit, urbem perdidit.

Refertur a Plutarcho in vita Dionis. Est autem τυρόκνησις pugionculi siue cultelli genus scalpendis caseis comparatum, si vocis etymon spectemus παρὰ τὸ κνήσιν δὲ τυρῆς.

Nausclidis solitudo nec ver
nec amicos.

Ναυσκλίδος ὁμιλίαι μὴ τίς, μὴ φίλος ἔχῃ. id est, Nausclidis solitudo neque ver, neque amicos habet, Dicit proverbiali specie autumno de homine cunctis vitæ præsidii atque adiumentis destituto. Apparet natum a Nausclide quopiam qui secesserit solitarium in locum ob omni humano cultu alienum.

Labra, non palatum rigat.

Χείλα μὴ τ' ἰδίω, ὃν ὁρῶν δ' ἀκιδίωσι.

id est,

Labra quidem rigat, ac nequit humectare palatū, Extat apud Homerum Iliados 22. de Andromache, cui necem mariti Hæctoris lugenti, ad pellendum ex animo mærorem poculum oblatum erat, quod dolor non passus est altius descendere. Trahi potest eleganter ad vsum proverbialē, quod indicat ibi et Eustathius, in eum qui exiguum munusculum largitur, quod humectandis quodammodo labris cedat asperginis vice, nequeat tamen oris platū imbucere, hoc est, vel animū explere, vel præsentī necessitati mederi. Competet etiam non absurde in pollicitatorem strenuū qui verbis aureos tantum non montes polliceatur, diues nimirum promissis, quibus cor homini salire faciat, nihil tamen aut perparū præstet: est autem ὑπερβλή, aut, ut in manuscripto Eustathio scribitur, ὑπερβλή, oris calum conuexum, quod palatum vocamus.

Embarus es.

AD AGIVM istud non inficior annotatum esse ab aliis, attamen diuerso plane sensu & origine expositum, neque. n. de recordi et deliro, sed e diuerso de callido atq. ingenioso dici obseruatum est. Refert nāq. Pausanias vel ex eo Eustathius in Bæotia, Embarum quendam ingenij dexteritate vel potius felici astutia sortem oraculi hoc pacto elusisse. Athenienses vrsū, quæ in sanum Dianæ Munychiæ, a Munycho Pyrei regulo sic nuncupata, irruerat, occiderant (in Faunorini codice ἀνέβησε seponē, pro ἀνέβησε) animal illius numini sacrum: quod factum consecuta mox fuit pestis, quantū demum cessaturā oraculo cecinit Apollo, si quis Dianæ filiam immolasset: itaq. Barus quidā siue Embarus, id se facturū cum Atheniensibus pepigit ea cōditione, ut generi suo gentiliū quodammodo & hereditarium sacerdotium deferrent, communi omnium consensu, quod & factum est: at ille vrsū consilio gnātā de more comptam velut victimā mactaturus, in adyto (quo præter sacerdotē accessus nulli patebat) abscondit, & caprā si liæ ornamentis indutā, illius loco, immolauit. Atq. inde proverbij occasio manauit, ut catū hominē & callido consilio aliis imponentem Embarū vocitarent. Conuenit prorsus cum adagio, Thessalicū sophisma, quod simili de causa natum est, nā Diotimo Thessalo (quem alij Aratum nominant) expeditionem suscepturo oraculū præceperat, ut caueret necubi hostes illum anteuertērent opimioribus votis usi: sic ille superare hostes prælio festinans, Apollini κατὰ βίαν, cū manium præsidii vel expeditionis auctori, persoluturum se voluit centumviale sacrum, sed victoria potitus, & votina sacra persoluturus, comperendinando ita diem de die exemit, ut in plures annos votis suis illuserit, distitans humanas victimas Deo non conuenire, religionēq. omni repugnare. In hunc ferme modum scribunt Euripidis commentaria, in Phœnissas, in nomine solo discrepat Eustathius ex Pausania & Suida.

Etiam e vite rubus nascitur.

Καὶ ἀπὸ τῆς βίας τοῦ φῦτου. id est, Etiam e vite rubus nascitur, Prouerbiū est quoties indicare volumus a nequā parentibus, bonæ frugis liberos; ex indocto magistro,

I i i discipulo.

discipulū eruditum: e stolidis, interdum cordatos nasci Gregorius Nazianzenus ex oratione Athanasio Alexandrino dicta. *ἡ δὲ αὖτε λέγει ὁ πρὸς δέκατος* id est, Auditis vero etiam e vite rubum oriri, & inter discipulos vnus exiit proditor ille iudas. Huic contrarium est quod de Euthero dixit Marcellinus lib. 16. qui Armenus natus gente truculenta & improba, iussu consilij plenus fuit, & cum spado esset, nihil efferatis eunuchorum moribus consonum habuit sic autem ait. Sed & inter vepres rose nascuntur, & inter feras non nullę mitescūt. Innuens nullam tam barbaram esse gentem & ab humanitate omni alienam, quin bonos aliquos producat, sic Scythia Anacharsin protulit insignem philosophū, Cappadocia improbitate morum infamis Basilium illum vere magnum, Gregorium Nazianzenum, & Arē tam Capadocem cuius in Apocalipsin extat commentarius, aliosq. præclaros scriptores dedit.

Fronti ocream, tibię galeam applicat.

VI prapostere omnia fiunt, & quę in postremum locū referuari deberent, primore in parte velut acie collocantur, & e diuerso, prorsus quod dici solet *ἡ δὲ αὖτε λέγει ὁ πρὸς δέκατος* uti licebit adagio illo Lucianico in libello de errore in salutatione commisso *ἡ δὲ αὖτε λέγει ὁ πρὸς δέκατος* id est, Non aliter quam si quis tibię cassidem, aut capiti ocream adaptet, & alibi, *ἡ δὲ αὖτε λέγει ὁ πρὸς δέκατος* id est, Quod primum occurrit, prius dicatur, & si vsus ita ferat, fronti ocrea, tibię galea applicetur, innuens vt quidq. in dicendo obuium est, ita nulla habita, ordinis ratione inferendum esse.

Musarum fauus.

Μεσσην δὲ καὶ τὸν αὐτὸν id est, Fauus Musarum propitiarum, Dicitur non inueniunt de omnibus numeris absoluto & carminis elegantia nulli secundo poeta, dictum est poeta cuiuspiam de Sophocle, vt refert Philostratus Iunior in Iconibus, quamquam ibi corrupta voce *ἡ δὲ αὖτε λέγει ὁ πρὸς δέκατος* legitur. Constat autem Sophoclem ob carminis suauitatem *ἡ δὲ αὖτε λέγει ὁ πρὸς δέκατος* velut apem fuisse dictum, & *ἡ δὲ αὖτε λέγει ὁ πρὸς δέκατος* id est, Sirenem nouam. Fauus mellis dulcissimus est. Huc trahi potest illud Aristophanis, *ἡ δὲ αὖτε λέγει ὁ πρὸς δέκατος* id est, Apis Musarum, & Charitum delicię, de erudito viro.

Annum in mensem contrahit.

DE imperioso homine quiq. in republ. omnem paginam, omnesque partes sibi sumit, pro arbitrio statuens atque immutans quidquid lubitum est, aptissime effertur senarius ille Philippię Comici quem in Demetrio citat Plutarchus,

Ὁ τὸς εἰναυτὸν συντημὸν ἐς μὲν εἶα. id est,

Annum integrum qui contraxit in mensem vnici. Natum a Stratoacle Atheniensi qui Demetrio victori adulans decreto sanxit, vt Martium mensem, Nouembrem dici sciscerent vt mystheria Iacchi, quę hoc mense cum statis nudinis celebrari solebant, Martio mense fierentiam Nouembris agnomen adepto, in gratiam Demetrii. Qui ergo ordinem consuetum in rebus pro lubito commutat, scite dicitur, Annum in mensem cō-

trahere. Videtur & non male quadrare posse in abbreuiatore, qui prolixę & ad fastidium vsque multis libris conscripta, in compendium contrahit, quomodo operosam & prelongam Trogi Pompeij historiam in epitomen concinnam redegit Iustinus.

Neronianas thermas refrigerat.

DE insulso homine in quo nihil est venustatis, nihil Mercurialis salis, dicitur eleganter illud Epigrammatarij, Neronianas refrigerat thermas, extat autem lib. 5. de Sabino oratore inepto & frigido,

Si temperari balneum cupis feruens,

Faustine, quod vix Iulianus intraret.

Rogo, lauctur hic rhetor Sabineus,

Neronianas is refrigerat thermas.

Tertiū versū ex vetusto manuscripto codice paullo aliter lego quā in impressis codicib. legitur. Apparet autē thermas Neronis feruentissimas fuisse, quarū fornicū vestigia adhuc hodie videntur Romę prope adē S. Eustachij quarum mentio fit apud eundem libro. 7.

Quid thermis melius Neronianis.

Est modus matulę.

PROVERBIALIS est epigraphe e Satyris Menippicis Varronis apud Noniū Marc. quę admonet seruādū esse in poculis modū, neq. ad satietatē vsq. ingurgitandū. Vitandū. n. omni in re est, quidquid nimium est. Hinc facete dictū fuit a Pretello quodā, qui interrogatus quidnā de Bæotius sentiret, respondit, quid aliud quā quod idē sonarent dolia, si voce essent prædita. Inscriptio autem ita habet. Varro, Est modus matulę, *ἡ δὲ αὖτε λέγει ὁ πρὸς δέκατος* i. de temulentia: solet enim primo loco adagium aut diuerbium ponere, tum subicere libri argumentum.

Musci patibicissimi libelli,

Qui certant Sybariticis libellis.

Delphinum patina non capit.

Ὁ δὲ λέγει ὁ πρὸς δέκατος id est, Nō capit Delphinū lanx escaria. dictum fuit arrogās, Græci supercilij plenum, Amphicratis Atheniensis rhetoris, qui Seleuciam Tigranis regiam veniens profugus, rogatus ab oppidanis vt oratoris artis professionem illic suscipere, indignāter eos reiecit dictorio haud dubij fastus indice, *ἡ δὲ αὖτε λέγει ὁ πρὸς δέκατος* hoc est, quod neque patina delphinum caperet, respuens, eos velut indignos quī tanti oratoris vocem audirent. Delphin piscis cetaceus ac proinde magna mole corporis, vt omne Cetaceorū genus, maior est, quam vt lance aut catino cōtineatur. Transferri potest ad ingenium quod tenue & exile altissimorum mysteriorum & reconditarum disciplinarum capax non est. Extat autem dictum superius apud Plutarchum in Lucullo.

Sol non inuidet vespere.

Ἡλιοις ἐσπερα μὴ φθονῇ. i. Nō inuidet sol vespere. Qui aliquo in artificio præ ceteris excellit, nihil derogatū suę existimationi putat, si tenuibus aliquid ex arte sua accedat lucelli. *ἡ δὲ αὖτε λέγει ὁ πρὸς δέκατος* hoc est, Deinde existimas solē vespere inuidere, aut illum curare si qua sit alia stella in cęlo? Verba sunt Philagri sophiste apud Phil. Homerus solem exoriri dicit, at non uidem stellas.

ἄλυσσ' αὐτοῖσι λιπὸν ποταμὸν ἔχουσιν. id est,
Exoritur Titan linquens maris humida stagna.

Semel in laqueum vulpes.

Ἀπὸ τοῦ ἀλώπου ἰς πάλιν.

id est,

Vulpes semel laqueum subit.

Iamvictus dimeter proverbialis de astutis hominibus quos haud proclive est post primum errorem irretitos tenere: semel expertus quantum opum hauriant lites quantumq. molestiarum pariant, litium laqueos declinat, & cum piscatore ictus super post liminia. Prudentis non est denuo eundem in lapidem pedem offendere. Coningit turbas repetentem naufrago comparat Graecum epigramma, iam secundo pelagus tentanti. Anno-
tat Suidas etiam aliter efferri, ἄλ' ἔκ αὐτοῖς ἀλώπου. Quod iterum vulpes, ut subaudiatur ἰς πάλιν, in laqueum.

Pugna consilia scindit.

Μὴ χυλὸν ἀπὸ τοῦ κέρους, id est, Consilia abripiunt pugna. Hemistichium proverbiale, quo significatur non solum in prelii conflictu, ubi ad manus utrinque ventum est, sed penumero recte promissa consilia turbari & inutilia reddi, verum etiam, in quavis contentione animi impetum & acrimoniam retinendi atque hebescere. Acritudo disputando altercatio sepius confundit ingenium, memoriam obliterat, & praecogitata argumentorum arma prorsus extorquet e manibus, industriamq. expectorat: Extat apud Hesychium.

Megabyzi sermones.

Μεγαβύζιος λόγιος, id est, Megabyzia dicta, proverbiali schemate dicuntur superba & insolentius ac velut elato magnumq. spirante animo dicta, quasi μεγαφύσιος, cuiusmodi Thraconica apud Romanas aures vocantur. A Megabyzis satrapis regis Persarum, in quo genere hominum ferocia plerumq. & impotens supercilium spectatur, nata paræmia. Megabyzi meminit non semel Herodotus. Sic Megabocchum appellat Cicero Pompeium haud vano insolentiae singularis conuictio, quod Bocchum Africa potentem regem saepe tyrannico imitaretur.

Quo curris potius quam ad ephēbum?

Ποῦ τρεῖς, ἢ ποῦ τὸν ἐφῆβον, id est, Quo curris potius, quam ad ephēbum? De Apollonio Tyaneo dictum fuisse, proverbium honorem sortitum testatur Philostratus lib. 1. commentar. de eius Philosophi vita, idq. ex oraculari responso, quo Aesculapius per flaminem suum professus fuerat se gaudere sub Apollonij ephēbi testimonio valetudinem pristina hominibus restituere, quae fama illico ita passim apud Cilices finitimosq. populos inualuit, ut eos qui ad Aesculapium voti causa, aut valetudinis ergo proficiscerentur, percontari soliti fuerint, ποῦ τρεῖς, ἢ ποῦ τὸν ἐφῆβον, id est, Quo abis potius quam ad ephēbum? volentes innuere, nil opus esse peregrinationem suscipere, cum votis abunde sufficere posset praesens Apollonius tum pubertatis annos ingressus. Libuit istud docere, quoniam alij dicat parum liquere, quid sibi velit Cilicium istud adagium: eoq. magis quod existimet ab oraculo Apollinis, quo festinabatur undiq. sumptum esse. Cur autem non similiter ut ille verticem, Quo properas, num ad ephēbum: nequis

temeritatis me insimulet, ratio reddenda est, quod apud Graecos eam vim habeat coniunctio, ut vel comparationi virtutem includat, vel subaudiri dictionem μάλα postulet, quomodo & positum gradui idem apud illos familiare esse solet: id quod exemplo vno atque altero convinci possit. Homerus Iliad. primo. ὅλα μ' ἴσθι λαὸν σὸν ἰμμεναι ἢ ἀπὸ λείδου. id est, populum esse sospitem volo potius quam extingui.

Mansum male reiicias.

Ἰ. T. A. T. Suidas ex Aristophanis Equitibus trochaeum hunc acatalecticum ut proverbialem,

Εἰς φάλαγγα ὡς ἐς ὄρεα, ἀποβάλλεις τὸν ἐπίστυν.

Mansum reiicias male, quod reperisti non bene. Ostendit idē, quadrare in eos quibus praeter expectationem facilius & ex animi sententia aliquid succedit, eius cuius haec sunt verba, ὡς τὴν παρὰ προδομένην δὲ δοκίμωσεν τοῖς, nam laboribus aliquid acquirere, studium & propensam hominis voluntatem atque industriam testatur, at temere inuenire fortitum est nec industriae laudem meretur. Quo loco Suida codex mendosus est, atque ita emaculandus, ἢ τὸ ὡς τὴν ἐπίστυν γινώσκεις ὅτι προδομένην. Dictum est autem ab equitum caetu in Cleonem, qui rerum ad Pylum feliciter gestarum gloriam ad se trahens, in Prytaneo reipub. impendit ut aleretur, obtinuerat. Competit ergo in eum qui facinus aliquod nulli ingenij sagacitate aut prudentia peregit, sed temere, magnamq. laudis partem inde velut singularis industriae testimonium quaerit.

Εἰς φάλαγγα ὡς ἐς ὄρεα, ἀποβάλλεις τὸν ἐπίστυν.

Reicere ut mansu sic possis, ut es adeptus improbe.

Lepus leonem trahit aureo laqueo.

Ἐλεφάντας ἄγειν τὰ χρυσὸν βέλος.

id est,

Lepus leonem rethē ducat aurea.

Senarius est proverbialis cuius in largitiones & munusculum corruptelas usus est. Natus differtur a quadam lagophthilino (ita medici nominant eum qui palpebris biantibus leporum more indormit) qui principum datis numeribus corruerat.

Protervia ignominiam praecedit.

Σωτηρία προμύεται ὕβρις, id est, Protervia ruinam praecedit: qui integer est scelcris, calamitosam ignominiam non incurrit, neque capite aut fortunis oppugnatur iuxta vulgare dictum, qui non peccat, non luit in aere: culpa enim damosa est. Meminit huius proverbij Naxianzensus in eadem inuestiua, ὅτι πρὸ μὲν σωτηρίας ὕβρις, ἀπὸ τοῦ ὕβριος καὶ φασί, πρὸ δὲ ὕβριος τὸ πρὸς τὴν σωτηρίαν, ὡς σαφές ἐστιν ἐν τῷ ὕβρις μὲν πρὸς τὴν σωτηρίαν, τὰ πρὸς τὴν ὕβριν. Præcedit ruinam protervia, ut præclare loquitur paræmia, & gloriam humiliatio, aut ut clarius dicam, Proterviam comitatur ruina, humiliationem gloria. Σωτηρία capitis diminutio vocari potest iurisperitorum vocabulo, cum alicuius fortuna & status affliguntur atterunturque.

Ventura per dioptram prospicit.

De cordato homine qui sagaciter odoratur & prævidet imminens periculum, apposite dicitur illud Pisdæ, τὰ ὕλην πρὸ τοῦ ὅτι δὲ πρὸς τὸν οὐρανόν. id est, Et ante mulso per dioptram prospicit.

calorem & siccitatem esse quædam animæ vehicula, addit, π, α αὐτὰρ ψυχὴ σὸν, τρεῖς δὲ ἴνα πῶν ἀρετῶν τῶν τοῦ σώματος, ἢ παχὺ καὶ γρη῏ν ἡνέκα τῶν τοῦ σώματος τῆς γῆς ἐσθλὴν τὰ ἐπὶ τῇ φύσει, πάλιν καὶ ἀδελφὸν εἰς τὴν κατὰ φύσιν χάριν. id est, Illud vero, anima sicca sapiens, quod Heracliti dictum est, non alio tendere inuenio, quam quod anima opima & vuida si fiat, naturali potere in terræ cauernas demergatur, in subterranea loca detrusa. Quo in loco (ut in trāscursu id admoneam) pro α legēdum censēo ωγ, superioris auctorum testimonio. Heracliti verba annotat Stobæus capite de temperantia, Ἀντὶ τοῦτο καὶ μὲν δὲ; ἀρετῶν ὅσοι πᾶσι δὲ ἀνθρώποις σφαιροειδὲς, ἐκ τῆς αἰσθητικῆς βωμῆς, ἢ γὰρ τὴν ψυχὴν ἔχον, ὡς ψυχὴ σὸν τῶν ἀρετῶν, hoc est, Temulentius malefirmo gressu nutans ab impubere puero ducitur, ignarus quorsum eat, vuidam habens animam. Est vero sicca anima sapientissima & præstantissima. Vnde asseri potest duplex lectio, ὡς ψυχὴ σὸν τῶν ἀρετῶν. id est, Anima sicca sapientissima, & αὐτὰρ ἡ ψυχὴ σὸν τῶν ἀρετῶν, i. Anima sicca iubar sapientissimū, eundē utraq. sensum obtinens. Mens, cuius celestis est origo, & quā non male diuine aures particulā Flaccus nominat, multo cibo potioneq. madida, altum sapere non potest, neq. ad celestium rerū contemplationē assurgere valet. Androcydis oratoris dictū memorabile refertur apud Clementē Alex. Strom. lib. 7. vinnū et carniū sagina, robur quidē adiciunt corpori, at animum reddunt languidum. Tribuit Ioannes Philoponus Plotino diuinā, ut ipse ait, sententiā, quā dicit eos oēs qui saginando corpori indulgent, parum abesse quin arborecant, hoc est in plantarū naturam degenerent: cuius hæc sunt verba, ὅτι ἐμμελὲς καὶ τὰς ἐρίων πικρὰς δαμάσκειν ἐσθλὸν οὖν, οὗτοι κινδυνεύουσιν ἀποβῆναι θῆρας. In eandem sententiā Eusebius apud Stobæum, Crapula corpus quidē opimū reddit, at recordiā & stuporē cōciliat, & rationē, quæ princeps animi pars est, obliterat. Nemo est adeo a sensu cōi alienus, qui non libenter essentiat illi diuerbio vulgato, Pinguis venter nō gignit sensum tenuē, aut illi senario Nazianzeni, Νους ἀπὸ τῆς ἐν γαστρὶ ἐκείνῳ καὶ ἐστίν. id est,

Threicia hirundo labris instrepat.

Χεῖλίστιν ἐπὶ τῇ βίβῳ τῆς ἐπὶ τῇ χεῖλίστιν.

Labris immurmurat hirundo Thracia, De indocto & barbaro dicitur. Hirundo obstrepera auis est inepto garritu auribus molesta. Exstat apud Aristophanem dictum de Cleophonte, Εἰ δὲ δὴ χεῖλίστιν ἐπὶ τῇ βίβῳ τῆς ἐπὶ τῇ χεῖλίστιν, hoc est, Cuius labris hirundo Thracia instrepat. Aliter de Pericle dictum est, eius labris insidere Suadam deam.

Ignis in vepribus.

Ἐπεὶ δὲ ἀκύνει, id est, Ignis in vepribus, De acri disputatore usurpauit proverbialiter Nazianzenus, qui aduersariorum argumēta ignis instar absūmit: ita enim de Basilio Magno loquitur in Monodia, τοῖς δὲ γίνονται πλείους κόπων τὴν περὶ τῶν, ἢ περὶ τῶν ἀκύνει, ὁ φανερὸν ἐστὶν ὅτι γὰρ φανερὸν ἀδίδως ἀκύνει, οὐκ ἀφύλακτος καὶ ὑβερταὶς ἐστὶν τοῦ. hoc est, Fit illis bipennis cotem discindens, aut ignis in senticeto, iuxta scripturæ sacræ dictum absūmens haud difficulter sarmentitias quisquillas, deitatis violatores.

Argi tumulus.

Ἀργεῖος, id est, Argi tumulus, proverbialiter dicitur locus periculose ales plenus, aut negotium difficile capitis discrimini obnoxius. Origo sumpta ab accliu quodam colliculo, apud Argos copiosam olim & nobilem Peloponnesi ciuitatem, quem πῆνξ nominabant vbi Danaus delectis iudicibus ex Argiuorum Aegyptiorumq. primoribus, iudicio stetit, causamq. dixit necis a filiabus perpetrata in fratris filios. Proditum enim est memoriæ Aegyptum necem filiorum ulturum venisse Argos cum exercitu, & Danaum re cognita expulisse arma. Argiosq. in prælium eduxisse, sed Lyncei interuentu rem fuisse compositam, negotiumq. delectis ex utraque gente arbitris delegatum, consilio ei rei in edito tumulo tribunali: Hecateus historicus negat Aegyptum Argos appulisse, iudicij tamē locum in eo colle extitisse non inficiatur. Meminit Euripides in Orestea.

Θάσσῃ τ' ἀρετῇ,

Ὅ φανερὸν πῆνξ Δαναὸν Αἰγύπτῳ δίκασ

Διδοῦναι ἀρετῇ καὶ ἐν κοινῇ δίκῃ. id est,

Conspicor collem editum,

Vbi perhibent primum Danaum Aegypto necis

Causam ferentē, publica ad subsellia egisse plebē.

Dinias historicus in rebus Argolicis meminit locum hanc sententiā. Confestim Melacharini loci dominū & Cleometram saxi obrutos interemerunt, cuius sepulcrum etiam nūc hodie demonstrant in supremo colliculi vertice, quem πῆνξ nominant, vbi Argi uolent ius dicere. Videtur meminisse eiusdem loci & Euripides in Bellerophonte fabula, his verbis.

Καὶ ἐστὶν ὁ χυλὸν ἀνὰ τὸν ἰδρυματὸν, id est,

Circumq. faxeum, notum sedilibus Danaidum.

Vespertinum amant, matutinum oderunt.

ADDVCIT ex Callimacho Cyreneo proverbialem versiculum ZeZes

Ἐσπερινὸν ἀγαπᾷ, καὶ πῶς σὺν ἑσπέρῳ. id est,

Vespertinum adamant, sed matutinum odere.

Quem annotat dici in homines lubricam in amicitia fide seruantes, vacillantesq., & ad quamuis fortunæ aurulam sese vertentes Ego in hereditatas conuenire putam, qui senibus & aniculis palpantur, morti, hoc est, occasui vicinis, quo sibi hereditatis aliquid attrahant. Ab hoc dicto diuersum fuit Cn. Pompeij apophthegma dicentis, Plures adorare Solem orientem, quā occidentem, quo innuere voluit plus esse spei in inuene, quam in defectu ætatis senē.

Bysina verba.

Βύσινα ῥήματα, id est, Bysina verba specie proverbiali dicuntur verba splendida & cum auctoritate ac maiestate quadam prolata. Plutarchus in apophthegmat. παρὸς αὐτὸς ἡνὲρ καὶ ἀρπαξίτης μήτηρ ἐκείνου τὸν βασιλέα μίμνηται μετὰ παρρησίας διαλέμεσθαι, ὡς αὐτὸς χεῖρ δὲ ῥήματα, i. Parysat. Cyri et Art. mater insit cū qui libere cū rege verba factur⁹ esset, bysinis uti sermonibus: nā Christophorus Longolius homo doctissim⁹ ex collatione veterum codicum in suo Plutarcho hæc lectionē manu sua annotauerat: alioqui sermo est de rege.

l ii 3 cum

cum popularibus libere transacturo, si βασιλῆα legas. Existat idem apud Herodotum. Byssina vestis principatus auctoritatisq. primariæ symbolum erat. Sophocles in Laocoonte fabula loquens de Aenea patrem Antigisen succulante,

Βασις, ἐν ὤμων πατὴρ ἵχθυον κεραιῶν

Νῶτα κατὰ στήθεα βύσσινον φέρει, id est,

Adest, in humeris effereus dorso patrem

Sublime, pallium trahentem byssinum.

Et apud Aeschylum Antigone fratri pulcrem mortuo inspergit, quem byssina vestis sinu exceperat, Græce est, κἀλπερ φέρει βύσσινον πεπλωμένος. Apud Ioseph. lib. 6. belli Iudaici, sacerdotes quorum magna erat auctoritas, byssinis vestibus amicti fuisse leguntur. Apulcius lib. 1. Byssina quidem, sed floride depicta veste conspicuus. Aretas Cesarieus in Apocalypsin ait Byssum esse corticem Indicæ plantæ, ad linum redactum. Plinius lino byssino secundam bonitatis palmam dat mulierum maxime deliciis. Pollux byssum lini speciem indici exponit, quod e ligni fructu Ponticæ nucis assumili, in modum lanæ, carpitur.

Charadrij vitam viuunt.

Χαραδρεῖς βίαι, id est, Charadrij vita prouerbialiter dicitur de inexplebili gurgite, qui ut multam cibi potusq. saginam ingerit, ita mox eam deplere satagit, cuiusmodi hominem μετὰ γυδὸς ποχίςιν nominat Hipponax, belluonem insatiabilem, qui ventrem saburrat identidem atque exinanit ut nouo onere eum infereat. Plato in Gorgia, χαραδρεῖς τινὰ αὐτὸν βίον λέγεις, id est, Charadrij vitam iterum dicis. Id ait Socrates Callicli persuadens, felicem vitam in assiduo influxu esse positam. Charadrius auis, quam rupicem Γαζα nominat simul & edere & delucere putatur, sic enim annotationes Græcæ, quas vidi in Georgiâ, habet, χαραδρεῖς, ἐρεῖς τις ὅς ἐστι τὸ ἰδίον ἱκκρίναι. Opinioni isti suffragatur & Olympiodorus Alexandrinus in cum Platonis locum, ὁ δὲν λέγει ὅτι καὶ δίδωσιν ἱκκρίναι, ἢ αὐτὰ τὰ καὶ λατὴν πατρῶν αὐτὸν δὲ χεῖρα τὸ ἰδίον καὶ ἀποβιβάζει. id est, aut de ani loquitur, quæ & vorat & euestigio excernit a lui prolium: aut de rupi cauernis, quæ affluentem aquarum vim recipiunt pariter & deponunt. Quod autem illorum tendat Plat. oratio, verba Soc. proxime præcedentia liquide ostendunt, καὶ αὐτὸν ἀπὸ τῶν πολλῶν ἐπιφέρει, πολλὸν τὸ καὶ ἀπὸ τῶν ἰσχυρῶν, καὶ μετὰ τὰ αὐτὰ τὰ τέρματα ἵνα τοῖς ἱκκρίναι, hoc est, Necesse igitur est, si multum affluat, multum etiam defluere, ipsaq. exitus ora patentibus quibusdam rimis debiscere. Nihil vero commune habet istud prouerbum cum ea Charadrij natura quæ præter Aristotelem & Euphronium refert Heliodorus Trecensis episcopus. Acthiopicarum rerum libro 1. quod videlicet ab auriginosis viris omne in se rapiat atque corriuet fascini cuiusdam in modum, unde in velatis cauernis abscondere eam propolē solebant, ne emptor ante contactum sentiret remedium. Quo adlusum est ab Hipponacte eo versu, qui sic emendandus venit in Suida.

Καὶ μὴ καλῶν, αὐτὸν χαραδρεῖν πρὸναι, id est,

Illum recondit: Num Charadrijum vendens;

Facilius quam Oreum deuicerint Bæoti.

Ἐγὼ γὰρ τὸ ὄρεον ὑπερβύσσω οἱ βῶτοι, id est, Citius quam

Oreum deuicerint Bæoti. Prouerbum dici admonet Suidas de iis qui limites suos transcendunt. Nos arbitramur efferrī posse de expeditione celeriter confecta: ue etiam de re facta proclui. Oreon εὐβοίῃ urbem constat esse in Bæotiæ confinis, quam Bæoti noctu adorti in potestatem sine magna difficultate redegerunt, de iis namque Appollodori verba interpretandi existimo apud Steph.

Cuminum serere.

Κύμινον σπείρειν, hoc est, Cuminum serere dicitur prouerbio homo virulentæ lingue, quiq. effreni oris petulantia maledicus conuitia dirasq. seminat. Demetrius Phaleræus scribit Sophronem Mimographum eo usum, κύμινον σπείρειν, id est, Cuminum seruit. Natum a natura herbæ, quam eiusmodi esse tradunt naturalium rerum indagatores, ut latius prouenire putetur, si maledicta adhibeantur, diræq. imprecationes, dum feruntur: quod nequis ceu ridiculum exhibilet, apponam Theophrasti doctissimi philosophi ex octauo de Plantarum historia lib. verba, ἰδίον δὲ καὶ ἰλέγασιν κατὰ τὸ αὐτό, φασὶ γὰρ δὲ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ βλαστάνειν σπείροντες, ἵμῃ δὲ καὶ ἰσχυρῶν ὅτι οὐδὲν, id est, Peculiare est quod de eo meminerant, ferunt namq. imprecationibus & maledictis opus esse, si qui ferunt, illud copiosum pulchrumq. prouenire velint. Eadem naturæ lex est in ocymo quod iniuriis maledictisq. terræ mandatum, secundum existimauit antiquitas, non abnuente & Plinio.

Pallenicum tueri.

Παλλήνικον βλέπειν, Pallenicum tueri dicebantur qui magnos spiritus præferebant & masculinum animum. Varinus exponit παλλήνικον βλέπειν, ὅτι τὸ ἡνῶν, generosum obtulerit. Sumptum videtur a pugna qua occubuerunt in Pallenæis agris Athenienses, Pisistrato ad tyrannidem aspirante, vel potius a conflictu quo Gigantes in Phlegreæ campis (Pallene autem Thraciæ urbs vetus Phlegreæ nomen mutauit) decertasse cum diis fabulæ produnt: historiam ex Theagene ita memorat Stephanus, Phlegreæ incolæ gigantes dicebatur, ad quos profectus Hercules, gentis proteritiam & immanitatem decusando, animos illorum efferauit in se, itaq. correptis armis ad manus cum illis veniens, pro hospitali tessera bellum inferentes occidit. Contigit autem durante conflictu tonitrua & fulmina edi, inde nata fuit opinatur vulgi fabulæ locum dans, quod dii cū gigantibus debellassent ibi loquorum. Eustath. Odys. 9. παλλήνικον βλέπειν dici annotat & βαλλήνικον a Pallene quæ & Ballene Thraciæ oppido, & esse anigma quod innuat inimicum etiam saxis licere ferire, χαλκὸν ἵνα καὶ λίθους βάλλειν τὸν ἑχρὸν.

Cosæ consilium.

Τὸς κοσὰ λογιέσθαι Cosæ dicta dici inuenio, pro sano & salubri consilio. Fuit Cosas vir consultus & iustus, genere Pellenæus, est autem Atticæ oppidum Pellene, cuius oppidani bellum cum Salaminis gerentes, cum vicinas gentes in belli societatem aduocassent, inito cum illis pacto de partitione agrorum, profligatis hostibus victores, vicinas suos eluserunt, neque conuentis steterunt, illa iutarite cum ipsis pacta minime violanda, immo mordicus seruanda urgente: qua ex re orta paulo

paullo post peste, criminis eos pœnitere cepit, Cosq. consilium magnifice laudant. Dicitur in fœdis fragos aut alioqui imprudentes, qui suis consiliis nō obtemperant, tales namque ἐκ καὶ τὰ λόγους βαλλομένης ἡ ἀπειλή, Cos dicta nihil pensi facere aut despuere dicemus, Refertur apud Suidam.

Iube factu procliua.

Τὰ δὲ πρὸ τῶν τιμῶν, ὅς γ' ἔπειτα καὶ τὰ χυρίτι.

Precipito factu procline, nec esse furentes.

Centaurus inter te certum est,

Versus est spondaius, quo impetiosi hominis & duriora nobis imponentis libidinem castigabimus, sumptus ex Teleclide Atheniensi, versus autem finem prouerbij specie, torquere apte licebit in clamoros, qui intempestiuis clamoribus pertinaciter causam obtinere volunt, immo pugnis interdum potius, quam equitate, ὅς γ' ἔπειτα καὶ τὰ χυρίτι, neque vero inter Centauros versaris aut res tibi est.

Extra callem.

Ἐκ πρὸς πύ, Extra callem, Eustathius ostendit esse paræmiū Odyss. 9. pro ἐκ ποδῶν, procul e pedibus, ubi denunciamus periculi viciniam esse cauendam. Translatum a fugitiuorum periculo, quos intrita pedibus semita errantes facile herus deprehendere atque assequi possit, maiore opera et difficilior in deuus locis eos securus.

Inferorum triacadas.

IN hominem plus æquo curiosum & recondita peruestigantem atque a communi hominum notitia abstrusa cognoscere laborantem, illud competit, τὰς ἐν ἄδ' τριῶν καὶ δέκα πικρῶν, Inferorum triacadas inquit aut scrutatur, τριῶν καὶ δέκα vocant tricesimum cuiusque mensis diem vocabulo a Thalete Milefio primum excogitato, si Laertio credimus, aliis ἐν τῷ καὶ νῆα vocitantibus, quem nos pridianam Calendarum facimus.

Simulacrum pictum.

DE soccorde homine & nihil proficiente non inueniunt, dixerit illud ex Aristophanis Raniis. Γυρραμυκῶν τὴν ἐν ἱερῷ. Pictum simulachrum velut immobilem; quomodo verrucam statuam Plautus dixit: nec abluat hinc vernacula lingua stupidiū nec, quidquā promouētē hominem, ligneam statuam nuncupans. Laudat autem Aristophanes viriq. cordati esse dicit, ad felicem inclinare parietem potius quam picti simulacri in modum stare unico indutum schemate, græce ita habet, μιχακὴν ἰνὸν αὐτὴν αὐτὴν πρὸς τὸν δὲ πρῶτον τὸν τὸν καὶ δέκα, ἢ γυρραμυκῶν τὴν ἐν ἱερῷ καὶ βινὸς ἐν ἡμῶν. Huc pertinet illud Synesii ex libello de Dione ἀφάνιστον ἀνδρῶν τὸν καὶ δέκα, hoc est, Euadere magis mutus quam statua.

Tantali philotesia.

Τὰς τὰς φιλοποίας, Tantali philotesia dicebatur poculū amicitie beneuolentiæq. auspex, sed paullo grandius, quo plerumq. a cena & sub somnum se inuitabant. Ferunt apud Indos morem fuisse ut maioribus poculis præbiberent cubitum ituri, pronis in phialas capitibus ad conciliandam amicitiam, eiusq. poculi initiatorum Tantalum faciebant, is namque, Philostrato teste, φιλῶ

καὶ τὸς ἐν αὐτῷ πρὸς, incredibili inter homines beneuolentia liberalitateq. præcelluisse creditur. Itaq. cum amicitiam cum quopiam conflare, aut iniuriæ iussu omnem obliterare volentes, poculo eius aspiciunt famelici, dicimus, Τὰς τὰς φιλοποίας τὸν πρὸς, Quamvis etiam num in tota ferme Germania durat, et hosti finitiam cena, ingens phiala meracioris generosioriq. vini plena, apponatur. Carpit tamen D. Clemens libro 2. paedagogos qui cum in dolium ingerunt affatim vinum Philotesia nomine, ὅς γ' ἔπειτα καὶ τὰ χυρίτι τὰς ἀλλοίους τὸν ἀκέραιον φιλοποίας ἐν ἡμῶν.

In astragalis nobilitas.

Εν τῷ ἀστράγαλῳ τὸν δὲ νῆα ἐν ἡμῶν, In astragalis nobilitatem gerit, dicitur in hominem stemmata & sumosas maiorum imagines iactantem, nulla re alia quæ virtutem aut doctrinam commendat, ἢ ἐστὶν ἡ βίη: Herodes Atticus sophista ad Bradeam leuicium suum dixisse legitur apud Philostratum libro secundo, sophistarum, cum ille magnifice creparet de generis sui antiquitate & nobilitate, οὐ τὸν δὲ νῆα, τὸν ἀστράγαλῳ ἐν ἡμῶν, tua nobilitas in astragalis sita est. Solebant Romani generosiores in calceis lunulas, antiquitatis insignia, præferre, ut Plutarcho teste, Arcadium more qui se Lunæ priores iactabant: & Philostratus loco iam dicto, nobilitatis illud symbolum vocat, τὸν ἀστράγαλῳ ἐν ἡμῶν (male namq. μὲν καὶ ἡμῶν illic legas) eburnū supertalarē luniforme. Vnde Iuuenalis. Appositam nigrae lunam subtexit alutæ.

Quo spectat & Martialis locus libro secundo, parum scite hætenus scriptus, Non hesternæ sedet lunata lingula plantæ.

Vbi non hesternam vocat veterem & antiquæ nobilitatis testē voce nō temere mutata ex manuscripto.

Marsyæ mors.

DE immāni & supra modum crudeli necis genere, ὅς γ' ἔπειτα τὸν, hoc est, Marsyæ mors effertur, Eunapius de Hormisdæ Saporis Persarum regis filio natu maiore, qui ex venatu ad regiam regressus, cum conuiuarii accumbentium nullis forte, uti decuerat, aduenienti assurrexisset, ἀπὸ τῆς τῶν Μαρσύας τὸν καὶ δέκα τῶν καὶ δέκα, id est, interminatus illis fuit Marsyæ necem, quare intellecta sarrapæ communi consilio, post obitum patris, natu minorem fratrem regno præsecerunt, illo in caueam incluso ferreisq. compedibus obuincto, qui postea ope uxoris limæ præseclis vinculis ad Constantinum Magnum profugus euasit. Marsyas Hyagnidis filius, genere Phryx tibicen cum Apolline de artis præstantia contendisse dicitur, victusq. proteruis pœnas victori dedisse, detracto membratim corio & arbori appensa. Unde Nonius Panopolites in dyonisiacis de tibicine hoc loquens sic canit.

Clenge ex quo pœnas das impie victus,

Ludibrium ventis pellis direpta mouetur.

Hoc cruciatus inhumani genere obuisse Valerianum Romanorum Imperatorem a Persis captum memorat Agathius historis libro quarto, addit idem Saporis necis id genus visu miserabile primum excogitasse ex Orphei de Marsyæ supplicio historia adductum. Refert & Chosroen regem Nacheragam profugum ita ex cruciasset,

ciasse, ut a ceruice ad imos usque pedes cutis detraheretur inuersa, cum ipsis quoque genitalibus, & in utris speciem vento in spicato distenta, scopulo adfigeretur. Commemorat & Procopius rhetor belli Persici libro primo, Bassicij corium deductum, instar utris, palca opletum, ex altissima arbore fuisse suspensum. Et Ammianus Marcellinus lib. 23, scribit eos cutes uiuis hominibus detrahere particulatim vel solidis.

Quem Cos non nutrit, illum nec Aegyptus.

PROVERBIUM esse non admodum vetustum ostendit Iliad. 14. Eustathius tale, ὁ δὲ τὸν κοῦν, ἐκείνῳ, ὃν αἰγύπτῳ. Quem Cos nutrire non queat eundem neque Aegyptus, Conuenit in eos quibus plusquam mediocres fortuna fastidio sunt, inuenias non nullos qui in rebus etiam lautis atque peramplis stomacho sunt nauseabundo, quo vix inare bonorum saturet. Est autem Cos insula valde ferax, pecoris abundans, unde illi & nomen est, Thracibus Con nominatibus ouē seu pecus.

Hinnulus ne cum leone partiatur.

QUOTIES cum ditore pauper, cum potentiore inferior opibus, cum doctiore indoctus congregitur aut rem habet, quadrabit illud Critiae qui ex triginta Athenarum tyrannis unus fuit, καὶ κατὰ τὴν ἀνάγκην τοῦ βίου. Nec cum leone hinnulus existens carniū portionem sortire, Admonet principum potentiorumque libidini concedendum esse, Referuntur eius verba a Platone in Charmide. Huic non dissimile est, καὶ πρὸς αὐτὸν δὲ λέγει ὁ ἀνὴρ μὲν. Conserere pugnam cum leone Caprea nolim.

Quid delphino & boui commune?

DE dissimilibus minimeque inter se consonis effertur, ut si quis imperitos et doctos consociet, ὁ δὲ δὴ δὴ ἀλλήλων καὶ βόι φασὶ κοινόν. Quid enim commune habent bos & delphinus: Apparet contortum fuisse in Syllam Romanorum Imperatorem cum occupatis Athenis, philosophos audiret homo a philosophia prorsus alienus. Refertur a Suida. Concordat cum illo, Quid graculo cum fidibus.

Alba praeordia.

Αἰὼν ἀφ' ἑνός, hoc est, Alba praeordia habere, dicitur homo solidi ingenij & insulsus, metaphora a coloris vitio tracta, si quidem Aristoteli Albus color maxime emouet oculorum sensum ut inde emotus mentis hominem ac bluteum λευκόν & λευκὸν ἔχει φεῖναι dicant, ita Pindarus in Pythiis vsus est, ἡ δὲ μοῖρα ὅς μιν πάλαι ἀνέμιν λευκῶς πύσσεται φεῖναι. audio etenim iniquum Pelian albis vsus praeordiis, Interpres annotat metaphoram ab aquis translata, quae quo minus profunda sint, limpidiores & lucido quodam candore pellucidae videntur, contra profundiores nigrescunt, ut ita λευκὰς φεῖναι dixerit τὰς ἐπιπολάδας, superficialia quadam prudentia, haud profunda, praeditas Homero μελάντας φεῖναι prudentiae argumento no minante. Huc spectat quod Horatius Leuconoen vocat quendam Genethliacorum vanitati fidem adhibentem non sine soliditatis morsu, ut in eum locum olim annotauimus.

De limine offendere.

DE limine offendere dixit Tertullianus specie proterbij, pro in ipso operis negotij ne suscepti primordio peccare, ut sit idem quod illud Fabij Quintiliani, in poru impingere. Vsus est in libro aduersus Valentinianos, A manifesto ad occultum retorquere, de limine offendere est.

Lapitha.

Λαπίθης, Lapitha false vocatur proterbio homo fastuosus quiq. vulgi animos commouere praesumit & in sui admirationem trahere, magnos sibi spiritus fumendo, ὁ αὐχματίας, παρὰ τὸ ἐκ λατρείας οὖν ἀγνοίας ἐπισημαίνω, οἷς πλείονα τινὰς περιουτολογεῖται. sonat enim λαπίθης vocabuli erymon spectantibus, plebis persuasorem, quod de se iactabandus magnopere gloriatur, sic enim annotatum est ab Eustathio Iliados quinto. Soferme sensu extulisse videtur Plutarchus in libello quo Stoicos alieniora a communi hominum existimatione inuexisse disputat, cum ait, ὁ δὲ στωικός λαπίθης, ὥσπερ ἡ ἀδαμαντίνη ὅλως ἐπ' αὐτῷ τὸ ἐπαίτιον κεκαλυμμένος, id est, Stoicus iste Lapitha fabricatus velut ex adamantina materia, impassibilitate quam ipsi innexerunt. Porro Lapitha heroicum genus fuisse in Thessalia, Centauris perduelle, a Lapitha Apollinis & Stilbes nymphae filio ortum ducentes.

Licynij & Licynium fulmen.

Λικυνίης, Licynios proterbiali specie dici annotat Eustathius Odyssae decimo octauo, eos qui duris modis deserviunt asperiusque animaduertunt in quempiam, οἱ ἄγριοι καλῶμεντες, eo modo quo Iri mendici, belluones Sardapali, Craesi diuites dicuntur a Licinio quopiam: suspicamur autem λικυνίης legendum vel certe λικωίης quam lectionem etiam Callimachus olim approbauit, a Lycimnio incendiario qui multorum domos igne crudeliter corrupisse legitur. Quo spectat illud Aristoph. in Auiibus,

Καταβλήσθητε λικυνίης βολαίς, Telo Lycimnio ille te corruerit. Docuit Euripides Lycimnium fabulam ubi fulmine conflagrauit.

Formicarum nidos inspirauit.

FORMICARVM nidos inspirare, quod eleganter unica voce, μυρμηκίαν efferunt Graeci, quasi Formicari dicas, proterbio dicuntur qui malum sibi imprudenter accersunt. Natum inde quod qui inspirant aut aperto ore loquuntur in formicarum antra seu cauernulas, his lingua ulcere intumescit atque infiat, cuius rei causam assignant venenatum aerem quo illarum antra imbuuntur e pastu serpentium: formicas namque mortuis anguibz vesci libenter, inter confessa habentur. Quid quod Draco ex esu formicarum & cantharidum, veneno distendi atque in rabiem agi putatur, ut Iliados vicesimo secundo annotat Eustathius.

Da panem & pugnum.

Δὲς ἄρτους τυχόν τῃ κόνδυλον ὅσον ἐπ' αὐτῷ. id est, Porrige, si possis panem, hinc obsonia pugnus. Proverbium expressis verbis docet esse Eustathius Iliad. 4 quo significetur pugnus plagasque illi deberi qui moderatis contentus esse nolit: Poterit etiam eius esse vsu

*¶ sus quoties expectatione bonæ fortunæ, diuersa ob-
git fors.*

Chius Coum loqui non finit.

Ἐξέπερξας κὼς δὲ ἐάλειψεν .

Hic Chines aſtans, non ſinit Coum loqui.

Senarius prouerbialis e Strattidis Comici fabulis, Cōpetet in rabulam verbum qui multiloquio os prudētiōis doctiorisq. obstruit, nec patitur verba pro se facere. Chiorum scurrilitas & illaudata leuitas ex auctoribus notissima est: at Coos insula magni nominis & decantatissimos viros permultos proculit. Nisi maior referre ad iactum tesserariorum vilitatem dignitatemq. in quibus χῖος vñionem caniculam ve designabat, infelix iactus, at & seniqnem, felicissimus dñum iactus.

Citius quam gradatim.

Ⲑⲛⲁⲛⲓⲛⲓⲛⲓⲛⲓ. Citiuſ quam gradatim proverbio dicunt
Græci cum insignem celeritatem & properandi ſtu-
dium ſignificare volum. Membræ.

То да не се врати до ових изјав.

Ocyssime id curabo, quod dici solet.

Porro quod addit, τὸ δ' ἡνέκα, clarissime ostendit
proverbum fuisse, ne quis huc temere irrepsisse existi-
met. *V*sus eo est & Plutarchus in Fabio Maximo,
αὐτὸς δ' ἑκινὸς ἀπαρνησάμενος καὶ τὰς πόλιν, ἀπὸ τῆς ἑλ-
θὼν πρὸς τὴν γῆν ἡλεχθεῖς, id est, Pater ipse oculus de-
scendens ab equo, concitata quam potuit maxime gres-
su ad filium appropereaus, siue ad verbum si manus, vi-
tius quam gressum. Suidas ex incerto auctore, ὁ δ' ἡ-
νέκατος ἢ βιάσθω τιμὴν τὰ κεφάλαια, ἡλισσάμενος καὶ βυρσαρι-
σθεὶς τινὰ πιπτεῖν, ὁμοειδὲς ἔσται τῆς τὴν φωνὴν ἐν τῷ ἐν τῇ
καὶ τὰ βυρσάσματος ἐν τῷ σισυρβμοῖ φεικτάται ἢ πα τῶν
λῶν, id est, Ocyssime ille caput quassans, & barbara vo-
ce non nulla locutus, quantum licuit coniectare tum
ex vocis contentione, tum ex incessus insolentia, gra-
via minitabatur.

In a fini aures canere.

Et ceteris autem ad idem. In aures asino canere, dicitur proverbia-
liter, qui indocto recitat poema omnibus numeris abso-
lutum, aut orationem in qua nihil reliquum fecerit rhe-
torica ars: aut si quis apud crassas & Musices igna-
ras aures artem omnem ostendit. Musicus. Meminit
adagij Dion oratione vigesima secunda, eiusque occa-
sionem talem indicat. Aegypto Musico insigni affans
in somnis genius prædixisse visus erat, quod in Asini
aures cantaturus esset, quo neglecto somnio ut vano
ac frivolo, accidit ut Syrorum rex Memphim qui vene-
rat, ipsum accerferet, quod audisset a cunctis laudari
summopere, accessit itaque & omni industria adhibi-
ta artis sue præstantiam ostendat adnixus est, qui ta-
cere ignominiose iussus a rege Musices ignaro, recorda-
tus somnij, hoc ipsum inquit, est in aures asini canere:
quibus verbis per interpretem intellectis, rex vinctum
bominem affici verberibus iussit, unde natum postea
bellum. Græce est, *ἡ ἀσινὸς ἀκούει*, ἡ δὲ τοῦ ἀσινὸς ἀκούει.

Alaudæ in nido latet gramen.

CLATVR a Cassiano Basso Scholastico, librorum
qui de agricultura apud Græcos inscribuntur collecto.

re, adigium hoc,

Εἰ κορυθ' ὁ κοῖτη σκολιή κ' ἐκρυπται ἄγρωςι. *id est,*

Ramosum gramin nido occultatur alaudæ.

Quo licet vitium effugij aut subsidij ſpeciem oſtendabimus, veluti ſi potentior quiſpiam nos conetur opprimere, in legum & æqui præſidio fiduciam nobis repositam aut in vetuſti iuris codicillis, in dicere volentes, proverbiali hoc verſu utemur: vel ſi ſcriptorum auctoritate multiplici ac rationib⁹ pugnati ſignificemus, neq. nos hac parte inermes eſſe, ſed ad manum habere in expedito tela quibus nos defendamus: nimirum Εἰ κορυδαὶ καὶ τὸν σὸν λίον ἐκρούσῃ ἐν πτερίῃ, Solet autē alauda peculiari quodam amuleto nidum ſuum luſtrare impoſitis graminiſ ramiſ, quemadmodum aquila callitricho, cornix ver benaca ſupina, turdus myrto, lauro palumbes, vt Zoroaſtra magi auctoritate lib. decimoquinto καὶ πτερυγῶν legitur.

Alauda non est sine crista.

Οὐκ κορυδαλλίς ἄνθρωπος, Nec alauda est absq. crista, Pro-
verbio utemur quoties significamus aliquem non ca-
rere, suis virtutibus, aut eximiam virtutem raramq. erudi-
tionem fere expositas esse invidiæ: ita accepit Euma-
pius Sardinus de Oribasio medico loquens, qui ob in-
signem artis peritiam magna invidia apud multos infla-
grauit, eius hæc sunt verba. Οὐκ κορυδαλλίς ἀπὸ πτερύγε-
σιν ἔσθ' ἄνθρωπος, οὐδ' ἀλὰς ἐστὶν ἄνθρωπος ἰδίᾳ ἐστ' ἄνθρωπος. id est, Ne-
que sine crista (v. loquitur proverbium) est alauda, ne-
que Oribasius absque invidia fuit.

Manu ignavus, mente præsens.

DE homine cordato, qui consilium in numero habet,
non perinde manu strenuus, proverbiale est illud Timo
creuntis Rhody in suis epigrammatis,
ἡ εὐμαχία σὺν ἑπείῃ, καὶ οὐκ ἄνευ πείρης.

Mens praesens, sed adest consilium manib.

Refertur ab Elephestione grammatico.

Prudentia & ingenium, nisi manus famularitrices for-
tiantur, inutiliter satagunt: contra robur, ingenij &
moderatricis prudentia expers, amens fertur, omnia
confundens. At utraque si iungantur et in unum coe-
ant, inictum reddunt. Eam ob causam Aegyptij in
Hieroglyphicis nativis Mercurium inuicibili specie seni
astantem pingebant innuere volentes doctam & sa-
pientem, nisi vires adsint, quæ gravitas et aetatis nomine de-
signantur, nihil agere, quasi alterum sine altero inuti-
le sit: Eadem de causa Spinx in templorum vestibulis
collocata apud eos fuisse legitur, sacrum symbolum
combinationis coniugiiq. harum virtutum, quando per
feræ effigiem robur, per hominis, prudentiam intelli-
gissent: quæ coniunctæ, murus sunt inexpugnabilis, et
(quod dici solet) Semiramidis mænia: at disunctæ pru-
dentia sine viribus, & vires sine prudentia, mole sua
cadunt. Præclarum est elogij Mitridatis Pontici apud
Velleium Paterculum, Consilij dux, miles manu, &
Diktys Cretensis de Hectore testatur numquam vires
consilio potiores fuisse, & Pacatus Drepanius Theodo-
sio id tribuit, quod dux sit consilio, miles exemplo, sic
de Fauno Aboriginum rege dixit Halicarnislibro. 1.
ὡς περ μὲν τὸ δρᾶσις καὶ ἔργατος, vir pariter & impi-
ger & cordatus.

Cerylius

Cerylus euadam.

Βαμὶ δὲ ἐξ αὐτοῦ, ὡς ἂν, facias licet, Cerylus euadam. Dictum istud vulgo iactari solere apud Dores annotat Euphronius & transcripsit Suidas, vsum tamen adagium explicat. Videtur autem salacium & libidi- nosorum dictum fuisse, qui nullum mortis genus depre- centur, modo in venere cupita & in mediis amplexi- bus animam efflare liceat, in voluptate summum bo- num statuentes, nam Cerylus (ita inter Alcedines mas vocatur) in coitu intermori scribitur, & senio defectus a femellis subuehi alis. Nō abluat ab adagio dictum Vespasiani in quendam Cerylum libertum, ἑπὶ τὸν ἀπο- δακνὸς αὐτὸς ἐστὶν κερυλός. Postquam interieris, rursus- fies Cerylus.

Melanurum Perca sequitur.

CITATUR percaemia ab Atheno libro 7. incerto au- ctore, ἡ περκαία μελανύρεα, id est, Perca assequitur melanurum, Prouerbijs vsum non indicat, videtur qua- drare in prudentes homines & callidos, qui alieno pe- riculo suis rebus cauent: aut ex vnius patrocinio & sententia toti pendunt, vnum obseruant. Natum ex in- genio viriusque piscis, Melanurus ex ingenio viriusq. piscis, Melanurus ex re nomen habens quod cauda il- li maculosa sit, imbecillus est (Oppiano teste) piscis, sed qui naturam debilitatem calliditate compensat, adeo vi nassas & retium finis facile eludat, vnde ait,

Ἐξοχα γὰρ μελανύρεος ἐστὶν ἡ περκαία καλῆς, ἢ δὲ σὺν ἡρώδι.

hoc est,

Iniqui diu mire, at prudenter callidus idem

Squamiferos inter pisces Melanurus.

Adagio viam aperit & Numenius in halientico ope- re, Perca ductorem Melanurum vocans.

Περκαία καὶ μελανύρεα.

Meminit huius piscis & Ouidius in halientici fragmen- to, Quin laude insignis cauda Melanurus. Itaq. falli- tur ille dum Melanurum sepiam Vertit, cum hi pisces nihil habeant commune, toto genere diuersi: nec mi- nus, quod de improborum societate dici coniecit, cum ex Numenij verbis liqueat Melanurum periculum Per- carum agmini ducem se præbere, easque vt tutiores sint, illum comitari.

Omni lapidem nitidum adorantes.

DE iis qui temere & sine iudicio erga quosquis afficiun- tur, elegans extat adagium apud D. Clementem libro septimo Stromatum οἱ αὐτοὶ δὲ τὸν περκαίαν καὶ περκαίαν, τοὺς δὲ λεγόμενους, λιπαρὸν προσηύηκε, id est, illi ipsi quoduis lignum & quemlibet lapidem (quemadmodum dici solet) politum adorantes, loquitur de superstitio- sis hominibus, quorum mentes prauitatis erroribus imbutas, numinis metus ita penitus perculit, vt ad quemuis vel facis vel sulphuris aspectum illico inhor- rescant. Transferetur venuste ad iudiciorum morosita- tem, inuenias enim quosdam ita sinistros eruditionis iudices, vt verbosum & volubili lingua verborum ali- quantum hinc inde consarcinantem, non minore admi- ratione quam virum ad miraculum vsque doctum su- spicant et tantum non adorent, τὰ τὰ λιπαρὰ λιπαρὸν περκαίαν καὶ περκαίαν.

Sanguis & anima.

Αἷμα καὶ ψυχὴ, Sanguis & anima, prouerbij specie de re- impense nobis grata & adamata effertur, translatus ab amantium rhoris quibus id in ore frequens est. An- tiphanes comicus,

Ἄνθρωπος ἐστὶν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτῶν. id est,

Argentum & anima & sanguis est mortalibus.

Citatur a Stobæo. Sanguis quia vehiculum & sedes est animæ, pro vita accipitur, qua nihil potest esse no- bis dulcius.

Postes transcendere.

Υποβᾶμεν πέρα τῆς πύλης, hoc est, Postes transcendere, vel pedem inuicere transitorium, specie prouerbij usurpa- tum inuenimur, pro incompote & extra modum in ali- quam rem inuichi, immodiceq. se gerere. Suidas ex auctore incerto. ὁ ὑποβᾶμεν πέρα τῆς πύλης καὶ τὸ πέραν τῆς πύλης ἐστὶν ἡ ἀποκατάστασις, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἀποκατάστασιν, γινώσκω καὶ ἀποκατὰ συνδοχὴν μεταχρησίζομαι πέραν τῆς πύλης. hoc est, haud nimis alte, velut tran- scensis postibus, iuxta prouerbijs in religionem insultans, sed præscriptis sibi certis limitibus atati sue congruis, cultum diuorum pura & sincera conscien- tia administrans. Usus eo fuit & Aristoteles alicubi & Arctas Casariensis episcopus in Apocalypso ex- planatione, interpretes vertit gradum limemq. exce- dere. Diuersum a superiori est βᾶμεν δὲν ὑποβᾶμεν, pro ordine & quasi per gradus vltioris pergere. Athenæus, ὁ πρὸς τὸν πᾶσι θεοῖς ὁρμήτης πρὸς τὴν ἀποκατάστασιν τῆς βίβλης βᾶμεν δὲν ὑποβᾶμεν, id est, Gradatim ad ea quæ proxime sequuntur quodam dicendi seruo- re transit.

Humeros licet perdas aquam incernendo.

Ἀνὰ τοὺς ὤμους ἀκὺμας ἵδωρ ῥίπας, ὥστε ὅσοι μὲν, id est, Quamuis humeros perdas aquam incernendo, aqua ta- mē manet. Citat adagium Suidas in Collectaneis suis, et annotat quadrare in eos qui vanum sumunt labore. Crediderimus rectius cōperere in eum qui ingrato ho- minū diligentem nauat operam, aut in preceptorum stu- pidi & indocilis discipuli, cui quidquid inculcatur, dif- fluit velut in dolium fuitile congesta aqua. Quamquam vero vulgari codices habeant πᾶσαν, constanter tamē πῖσαν legendū autumamus, est enim πῖσαν contusum hordeum pinsere cribroq. incernere, vnde et πῖσαν, hoc est, pisanę vocabulum.

Scommata Dionysiaca.

Διονυσιαὶ ἐκείματα, id est, Dionysiaca scommata, prouer- bialiter dicuntur scurrilia conuitia quibus mores homi- num flagellantur & perstringuntur. Synesius in Dio- nyse Prusæo, καὶ μὴ βᾶμεν τὸ σκωμᾶν καὶ ζῆλον τῆς ἐκ Διονυσίου ἐκείματα, καὶ ἐκ αὐτῶν ἀφισώμεν τὸ πᾶν ἐκείματα γινώσκω καὶ βᾶμεν, id est, Nunc incessanti So- cratem & Zenonem dictis Dionysiis, eorumq. se- ctatores terra mariq. proscribendos mandanti. Suidas ex incerto auctore, καὶ μὴ βᾶμεν καὶ σκωμᾶν τοῖς ἐκ Διονυσίου σκωμᾶσι, id est, Interdum conuitians et Dio- nyssiis scommatibus debacchans. Natum a præni- mīa licentia Bacchanalium feriarum qui flagitiis & scurrarum

scurrarum dicacitate perstrebebant.

Bifrons Mercurius.

DE simulati ingenij homine dicitur, qui aliud coram in-
os, aliud auersus loquitur. Nazianzenus ad Neme-
sium Ἀμφιπρόσωπος ἑρμῆς διγλωσσος διὰ πρὸς ὧν τὸ μὲν
ἄλλο δ' ἐπιδέσθαι. Qualis Mercurius bifrons, aliud postrin-
secus. Herme lapidei ligneue cippi erant in biuitis tri-
uiisq. erigi soliti, ad indicanda viarum ferentium di-
scrimina. Vlpianus in Demosthenicam orationem quæ
est aduersus Leptinem, Hermas istos quadrangulos
fuisse annotat, suprema parte Mercurij faciem præse-
rentes, inferius inscriptiones viarum ostendentes.
Thucydidis scholiastes in sexto scribit quadratos & cu-
bi formes poni consuevisse, velut symbola quadam ra-
tionis & veritatis inconcussæ. Alioqui & τρικεφαλὸς
ἑρμῆς apud Etymologici auctorem Triceps Mercurius,
viarum index legitur.

Cum Musis certare.

Ἀμιχάδαι παῖς μουσῶν, id est, Cum Musis certamen inire,
dicitur proverbialiter qui doctrinæ quam callet indu-
bitata certitudine, causæq. bonitate confisus, cum do-
ctissimo quoque congrredi & in disputationis palestrâ
descendere non dubitarit. Galenus in fine libro primo,
Therapeutices methodi. Ἀμῆ καὶ τὸν πελάγιον ἀνὴρα
τὴν οὐρίαν, ἀμιχάδιον αὖ καὶ παῖς μουσῶν. Equidem an-
tiquissimi tibicinis exemplo o Hieron, etiam cum Mus-
is concertarim. De Thamyra Thrace sentit, ni falli-
mur, cui tamen peritiæ suæ confidentia parum prospe-
re cessit, orbitatis pena victo inflicta, unde hoc loco re-
ferte φιλόκαλον εἶναι ut ambitiosum vocat Galenus: Non
alieno hinc sensu συνηχοῦντες μουσῶν, dixit Phi-
lon Iudæus litteratos viros, quasi qui cum Musis cho-
ros ducitarint.

Ilio indigna verba.

ILIO indigna verba dixit Euripides non sine prouerbij
specie, verba parum fortia & imbellem animum pro-
dentia, sic enim apud illum loquitur Menelaus, suadens
Helenæ vt vitæ suæ consuleret, habita viriusque
salutis ratione.

Ἀναδρ' ἀρ' ἦπαρ, ἰλιούτ' ἐκ ἄρκου. id est,

Imbelle verbum dixi, & haud dignum Ilio.

Fortia facinora in decennialipotentissima urbis Troia-
næ obsidione a Græcis edita, veterum scriptis passim
celebrantur.

Ignem stipulæ admouere non tutum,

PROVERBII faciem habet illud Nazianzeni
Πυρὶ γυγὺς καλᾶμεν, οὐκ ἀσφαλὲς. id est,

Ignem si admoueas stipulæ, res plena pericli.

Iuuentus male creditur libidinum magistris: tenellæ
ætati non tutus est vini usus, quod rudis illa ætas flam-
mis exæstuet inde ardentioribus, quam Actnæi cra-
teres.

Durei equi speciem præfert.

Δερίῳ τινὲς ἦπαρ αἰκὼν σάβην. Durei cuiusdam equi imagi-
nem seruat, Dici potest de homine multifariis & di-
uersis inter se vitiis obnoxio, Clemens libro secundo,
Stromatum de Basilide loquens statuente passiones

animi spiritus quosdam rationali animæ annexos, & is
δὲ, inquit, τὸ τοῦ μὲν παρὰ σωματικῶν, ὡς δ' ἐρεθὶς ἐν ἡ-
πεί κατὰ τὸν ποικιλικὸν μὲν εἰκόνα σάβην & κατὰ βραχίλι-
δ' αὖ αἰθερώπιν, ὡς δ' ἐπὶ σάβην τὸ τοῦ πνεύματος τὸν διὰ τῶν
ἐρῶν σπᾶτον ἐγκολπισμοῦ. hoc est, Id solum nunc obser-
uandum, quod Durei equi speciem quandam obtinet,
iuxta poetarum fabulam, Basilide, homo, vno in corpo-
re tot diuersorum spirituum exercitum in aluo inclu-
sum habens. Dureo equo ligneo ab Epeo fabricato,
multos Græcorum procures fuisse inclusos, ex hisloria
notum est.

Agafonem vincit.

Νικᾷ τὸν ἀγαστῆρα, id est, Agafonem vincit, Adagium
ostendit esse Suidæ in refractarium hominem, qui mo-
nentis verbis obaudit, seq. in præsens discriminē aut exi-
tium coniicit. Originem adagij non demonstrat: ac
proinde sine teste non ausum quidquam comminisci.

Coturniculæ animus.

Ὀρτυγὶς ψυχῇ ἔχων, hoc est, Coturniculæ animum habe-
re; prouerbio dicitur homo pusillanimus & formido-
losus. Antiphanes Comicus in Ruslico apud Athe.

Σὺ τι ποιεῖς δωπᾶσαι ὀρτυγὶς ψυχῇ ἔχων; id est,

Tu quid facere vales coturniculæ animo præditus?

Accessorium operis loco.

Παράρτηρον ἔργον ποιεῖσθαι, id est, Accessorium in opus com-
mutare dicuntur, qui plus collocant operæ in negotio
leni, quodque obiter in transcurso delibandum erat,
quam in primario præcipuoq. instituto. Galenus initio
libro primo de naturalibus facultat. εἰ δ' αὖ τούτους ἐκ-
τραπόμενους ἐλέγχουσι, μίσην αὖ μοι τὸ παράρτηρον τῶν ὀργῶν
ἔχειν, quod Thomas Linacer commode ita vertit, Er-
go si ad hos refellendos digrediar, plus operæ in acces-
sorio, quam in proposito sumam. Plato in epistol. ἵνα
μὴ παρὰ τὸν ὡς ἔργον μοι συμβαίνει λιγυρόμενα, id est, Ne ac-
cessoria, vice operum nominari mihi contingat. Poly-
bius histor. εἰ δὲ πρῶτοι τὰ μὲν ἔργα τῇ εὐτυχίᾳ τῶν οὐ πε-
ρὶ ὧν ποιεῖσθαι, τὰ δὲ παρὰ τὸν ἡμετέρον, ἐκ τῶν τελεῶν τῶν
ἐκ τῶν ἀκέραιων, id est, Pleriq. homines facta magna-
tium imitari negligunt, at emulando accessoria nihil ad-
rem facientia, suam ipsi produnt stultitiam. D. Clemens
libro quinto ex Agathone Tragico, duos senarios addu-
cit. ὅπως μὴ τὸ γὰρ παραρτηρόν.

Ἀρτίωντες πᾶσι μὲν καὶ αὐτοῖς,

Τὸ μὲν παράρτηρον, ἔργον ὡς ἡγεμένοισι,

Τὸ δ' ἔργον ὡς παράρτηρον ἐκπαύμενοισι,

hoc est,

Ne impingamus et nos in illud Tragici Agathonis

Operis loco ducentes accessorium,

Inq. opere satagentes vt accessorio.

Quos versus recitat & Athenæus libro quinto, Greg.
Nazian. elegantissime eo usus est in funebri oratione
in Basilium dicta, de Saule loquens, βασιλεὺς ἄνεστο
μῆλον τῶν ὀργῶν τὸ παράρτηρον ἐμπεδυσάμενος id est, Saul
paternos asinos inuestigans, regno potitur, accessorium
ipso instituto negotio maius nactus. Idem in carmine

ἔργον παράρτηρον οὐδὲ μὲν ἔργον λέγω. id est,

Extrarium negotium, haud opus vocem.

Non otiosum fuerit huc adscribere Pioris Græci mona-
chi dictum, qui interrogatus cur obambulando cibum
sumeret respondit, ὅτι οὐ βούλομαι βρωματι ἀεὶ ἔργον
ἔχουσα εἶναι.

ἡ δὲ πρὸς τὸν ἑρμῆα, id est, Quia nolo cibo vii tamquam opere, sed tamquam operis accessorio.

Achaicum telum.

Ἀχαικὸν βίβλος, id est, Telum Achaicum dicitur telum habile & quod apte collineat. Coniecturam alicuius artificiosum & pulchre scopum attingentem, aut scommata adposite mores cuiuspiam perstringens, licebit paræmiace vocare βίβλος ἀχαικοί, Citatur a Suida. Apparet autem fuisse telum funditoribus gentis Achaicae peculiare, aptum cum primis in obsidione.

Herculis cornu.

Ἡρακλῆος κέρα, id est, Herculis cornu, de affluentia bonorum omnium prouerbialiter dicitur apud Dionē Chrysostomum oratione 2. de Fortuna. ibi, τοῦτο τὸ κέρα καὶ χρυσὸν καὶ ἀργὲς, καὶ ἄλλα μὲν τινὲς αὐτομάτως ἔχουσιν, καὶ Ἡρακλῆος κέρα καὶ κυκλώων βίβλος. id est, Idem ipsum fuit & aurum seculum, & fortunata diē & insula sponte sua proferentes alimentorum genus omne, & Herculis cornu, & Cyclopum victus. Adagium mere idem cum Amalthea cornu de cuius origine quia varia & auctoribus & prorsus diuersa prodi videmus, non lusurum me operam putauisi in studio forum gratiam philologia hac accessione per me adiunaretur: unde elucesceret ratio cur Herculis cornu dicatur. Helenius Acron & Porphyryon grammatici in illud Horatii Odarum lib. 1. Hinc tibi copia Manabit, ad plenum benigno Ruris honorum opulenta cornu, referunt adagij natalem ad cornu Fortuna quod Acheloo detractum victor Hercules Fortuna donasse perhibetur, de quo ita Dion Prusius videtur περὶ τῆς ἡμετέρας πόλεως τῆς ἀμαλθείας κέρα ἰδὼς κέρα πλῆρες ἔχοντα τὰς ἀρετὰς, ὡς μὲν Ἡρακλῆς Ἀχιλλεύς ἀπὸ πέτρης. id est, Qui veritati magis consona pingunt, dant Fortuna cornu Amalthea refertum omnigenis fructibus, quod in conflictu Acheloo defregit Hercules, subicit post, τὸ δὲ τῆς ἀμαλθείας (ita enim legi debet loco ἀμαλθείας, quæ vox incuriam denotat κέρα πλῆρες τῶν ἀρετῶν ὡς περὶ τῆς ἀμαλθείας, hoc est, Amalthea cornu indicat bonorum largitionem & felicitatem. Eustathius in commentariis Dionysij Afri paullo aliter fabulatur, Acheloum videlicet pro lauo cornu per Herculem comminuto Amalthea cornu numeris loco illi rependisse, cuius beneficio bonorum omnium affluentia utenti suppetebat: quam fabulam ita sanant quidā diffidentes, Herculem cunctos ubiuis gentium mortales sibi beneficio deuincire volentem, cum intellexisset Acheloum fluuium errabundis flexibus magnam Aetoliæ partem lancinare, atque ita variis fossis, aggeribus, alueorumq. elicibus regioni iniuriam, vim quodammodo adhibuisse, & ad moderationem reuocasse superuacuos annis cursus eaq. cultura feraciorē agrum reddidisse: quia ratione sinistrum fluminis cornu in compositis sinuosisq. anfractibus inutile atque incolis infructuosum, tractabile ac commodum præstiterit: Atque ista esse Acheloi cornua exponunt, superatam & compressam annis iniuriam, & repositā fecunditatem. Palephatus narrat Herculem aliquando Thessij Bæotia oppido commoratum fuisse, apud feminam liberalis formæ, cui Amalthea nomen fuerit, proposito Iolai nepotis hospitio, quod cum iste iniquius

ferret, cogitaretq. peculium omne quod in cornu bubulo illa asseruabat in usum Herculis, si quid emptitaret, furto auferre, factum est ut socij peregrinationis dicerent, Herculem habere cornu Amalthea, vnde promeret affluenter ea omnia quæ ipsi forent vsui. Alij hanc ipsam Amaltheam animum faciunt ex mercimoniis opulentam, & quæ plerumq. peculij sortem e diuenditis mercibus contractam, includere in cornu ab eius nomine nuncupatum consueuerit, quod quia pecuniis refertum Hercules abstulerit splendide inde victitans, prouerbialis sermo increbuit, ex Amalthea cornu cuncta bona Herculi suppetere. Fuerunt & qui aliam commenti sunt fabulam fuisse in Lybia ditiusculam si praemodum feracem, forma loci bubulo cornu non absimili a femina nomine Amalthea possessam, a cuius singulari fecunditate fructuum genus omne copiosissimo prouentu affundentis, natam paræmiæ originem autumant. Callimachi scholiastes Græcus, amaltheam capram, quæ Ioui lac prebuerit, scribit ex altero cornu ambrosiam fundere, ex altero nectar, creditam fuisse. Theon Alexandrinus in Aratais commentariis annotat Capram istam mulicrem fuisse Arcadicam, Iouis nutricem, Iouemq. alumnū beneficij memorem, nutricis mortuæ pellem complicatam sibi circumposuisse, ac inter astra retulisse, eamq. esse Amaltheam, Parmeniscus ait Melisseo Cretæ regi Alumnū fuisse datum Iouem infantem, cuius filia Dodonides cum lacte carent, illum capram geminos hēdos enixam puero adhibuisse, nomine Amaltheam, quæ eum educarit, eiusq. fecunditatem prouerbio locum dedisse. Musæus (hunc enim fabulæ auctorem citant Hyginus & Bassus Aratai commentarij auctor creditus) tradit Iouis nutrices Themidem & Amaltheam nymphas ab Ope matre delectas fuisse, ac postremam Amaltheam in deliciis habuisse capram incredibili lactis copia scatentem, clausus ille ubera suxerit. Diodorus Siculus Bibliothecæ libro quarto refert Hammonem Libyæ partis regem virginis præstanti forma Amalthea dictæ stuprum obtulisse, procreata ex ea sobole, ipsamq. propinquæ oræ præfecisse, quæ quod bouis cornu speciem imitaretur, occiduū cornu nuncupata sit & Amalthea cornu, quod vineis & fructiferis omnis generis arboribus abundaret, posteris eam appellationem transferētibus ad optimam & primæ feracitatis terram. Hactenus de origine. Socrates (ut Ioannes Stobæus commemorat) Amalthea cornu dicebat esse Symbolum industriae & sedulitatis, illinc enim omnia manare bona illi, qui mædēt, hoc est, ignauius & socors non pergat esse. Cornu namq. bouis animalis laboriosissimi, operarium significare: viuas et alios fructus quibus cornu scatet, indicare affluentiam bonorum ex agricultura prouenientium: Cornu autem illud a bono Genio & Fortuna bonorum largitrice, utrimq. sustineri volunt. Philémon Comicus per iocum Amaltheæ cornu pecuniam esse ait, cuius hi leguntur senarij.

Τὸ τῆς ἀμαλθείας κέραν ἴσθαι κέρα,
Ὅτιον γὰρ ἐστὶν οἱ γὰρ τῆς κέρα βίβλος.
Ἀργύριον ἐστὶ, τοῦτο ἔστι ἐχέμε, λέμε,
Ἐπεὶ τὸτ' ὁ βίβλος, πᾶντα σοὶ γίνονται. id est,
Tunc illud esse cornu Amalthea putas,
Cuiusmodi pingit pictor, cornu bouis?
Argentea est moneta, quam qui possidet,

Huic

Hand solitum est seruire caput se attollere re-
ctum :

Semper at obliquum colla retorta gerit.

Thmuitarum hircus.

Θεμιστῶν τε γὰρ, Thmuitarum hircus, de mulieroso homi-
ne, in quem adhinunt quodammodo scorta, ad vnius
nutum parata, D. Clemens in Protreptico loquens de
Apolline nobili infessore, qui amicas multas habue-
rit, inter quas comemorantur, Aethusa, Arsinoe, Zeu-
xippe, Prothoe, Marpissa, & Hypsipyle, & ἐπιμύλα-
τε γὰρ, inquit, γυναικὸν ἀκὴν πῶν ἢ ἀγῶν ὁ Θεμιστῶν τε γὰρ
γὰρ, id est, Mulierculis ad satietatem se expleuit nō pau-
cioribus quam capris Thmuitarum hircus. Est autem
Thmuus oppidum Aegypti Stephano teste, Eusebius et
Nicephorus Philæ meminerunt Thmuitarum episco-
pi viri sanctissimi. Nemini vero dubium est, singula
Aegypti oppida peculiariter habuisse olim numina, ani-
malia, quibus diuinos faciebant honores, Tentyritæ
accipitrem, Combitæ crocodilum, lupum Lycopolitani,
canem Bubastij, ouem Saitæ, capram & hircum Men-
desij, hircum Thmuus colebant, cui ut verisimile est,
capras votiuas victimas & donaria sacra offerebat
affatim: Itaque ganeonem insignem aut notā samā
mæchum pluribus abundare seminis dicimus, quam
olim capris Thmuitarum hircus.

Ventos pascere.

Αἰῶνες ποιμαίνων, id est, vêtos pascere, hoc est, instar ouium
agere dicitur qui inanem sumit operam, nihil operæ pre-
stans, D. Clemens lib. 1. Stromatum. ὅς δὲ οὐδὲν ποι-
μαίνει, τὸ τοῦ ποιμαίνου ἀίῶνες, καὶ δῶκεν ὀρέξαι πῶν
ἐπὶ, id est, Qui mendaciis innititur, is ventos pascit
& volucres aues persequitur.

Tenedia regula.

Τενέδιος κόραμος, id est, Tenedium fistile, Prouerbiali sche-
mate dicitur de re fragili, & in qua contrahenda ma-
gna opus sit religione. Dion Chrysostomus oratione. 42.
ἡ δὲ οὐκ οὐκ πρὸς τὴν πλῆθος πεπὸνθασιν οἱ ἡμεῖς λόγοι τῶν κόρα-
μων τῶν πενέδιος, καὶ ὅτι ἐκείνους πᾶς μὲν ὁ παραπλήσιον ἐμ-
βαλῆται κόραμον, τὸ δὲ δὲ ὑγία διακομίζῃ ἐσθλῶς,
ἀλλὰ πολλοὶ σάτρεν ποιήσαντες, ἢ συντρίψαντες, ὅσους
καὶ ἔχοντες χαλκῶσιν αὐτοὺς. id est, Idem prope-
modum meis orationibus accidit, quod fistilibus
Tenediis: illuc enim qui præternatigant aduenæ om-
nes, manum fistilibus immittunt, nemo autem fere in-
tegrum perfert, sed plerique omnes ea vel atterendo
perfringunt, vel collidunt, ignorantes testacea sese tra-
ctare. Loquitur de suis scriptis, quæ cum omnibus in
ore essent, multi libere de industria verba immuta-
bant, vel ne memoriæ lapsus proderent, vel etiā inuici-
quibus nihil esset peculij, unde librum compararent,
atque verbatim ediscerent. Transferri potest prouer-
bium ad orationem aut carmen, in quibus qui immu-
tare & liberius transponere verba conatur, is facile
impingit, ut aut orationis vim enervet, aut sanguinem
deducat, aut cursum frangat. Anxietate summa &
sollicita cura hic opus est, quod interdum vnica syllabæ,
immo lettera momentum omne trahat.

Agrestibus holeribus vicitat.

DE homine sordido qui suum defraudat genium, dictum
est illud Pherecratis Comici, in fabula cui ἀγροίος no-
men, & ἐρύσκεισι καὶ βράκχοις καὶ στροβίλοις ζῶν, ὁ πότμος
δ' ἡδὴ πηνῶσι σφιδέσθαι, ὡς πρὸς τὰς πολυπέδας νύκτας πα-
ρετρέψαν, ὡς τὰς δακτύλους, id est, Agrestibus holi-
sculis ac carduis viuere, cumq. vehementer esurierint,
polyporum instar noctu digitos intus, arrodere. Apud
Athenæum male legitur pro ὡς τὰς, & τῶν & ἐρύσκει-
σι, pro ἐρύσκεισι. Sunt autem ἐρύσκα & βράκχαα teste
Hesychio, ἄγρια λαχάκια, agrestia quædam holera, στρο-
βίλοι vero cardui species. Potest etiam dici de homine
egeno qui omnis subsidij expers ad inhumana edulia
adigitur. Porro quoniam istiusmodi holera difficulter
eluantur, hinc Cratinus Comicus δυσβράκχαον prouer-
bialiter dixit, quod intellectu arduum est, & ingenio
ægre consequi quis possit.

Leporem frondium crepitus terret.

GREGORIVS Nazianzenus in Distichis sententijs,
Φίλων λαφύρας ἐκφοβέσιν οἱ κτύποι,
Αἰδράς δ' ἀνάνδρες αἰσκιῶν τῶν περὶ γράτων. id est,
Lepus fragore terretur frondium,
Vmbraque rerum timidulos terrent viros.

Arduus & infraclus animus non commouetur rebus
aduersis & reslante fortuna, neque periculi tempe-
stas illum aut honoris aura vnquam de suo cursu vel
spe vel metu depellit.

Aequalia reddere capita in pugna.

NAZIANZENS in fimebri oratione Basilio Ma-
gno dicta, καὶ τῶν παρ' ἡμῶν ἑσπέρων χαρισμάτων, ἵστασ-
θαι μὲν τὰς κεφαλὰς, τὸ τὰς λόγους καὶ πνεύματα, id est, Addi-
to a me subsidij momento, equalia in conflictu capita,
iuxta prouerbum, ut essent effeci. Quadrabit cū quis
disceptantibus arbiter datus, nunc hunc, nunc illum au-
xiliaribus argumentis suppeditatis sustinet in æquili-
brio quodam contentions, nam parua accessio in tali
pugna, ἡ περὶ χάριος νίκης, i. victoriā alterutro declinan-
tem tribuere potest. Locus videtur desumptus ex Ho-
mero Iliad. vndecimo, ubi Græci pariter & Troiani pa-
ri Marte depugnantes neutro alternante victoria
ισοὺς δ' ὑσμίνῃ κεφαλὰς ἔχον. hoc est, equalia in duello
capita habebant.

Bubulcus antea, nunc caprarius.

Βέτας μὲν ἱλίου, νῦν δ' αἰπόλος ἀπὸ τοῦ βοῦς. id est,
Caprigeni gregis es ductor, paullo ante bubulcus.
Theocritus Idyllio primo. De iis qui in peius degene-
rant, ab equis, quod dicitur, ad asinos: vel qui perso-
nam sustinere nequeunt aut tueri, quam præ se ferunt,
vel qui placidos mores in asperos commutant, humani
prius & mites, nunc crudeles & effrati, denique ex
Mitibus Demeæ Natum videtur a boue & ca-
prarum ingenio, quod processu temporis bulbulci ca-
prariique in consuetudinem rapiunt, animantiumque
istorum mores imitantur. Boves ut sunt placidi &
mansueto ingenio, ita & eorum magistri: contra ca-
prarij salacitate & intracabili feritate capras amu-
lari creduntur contagione in naturam abeunte.
Æolifare.

Aeolifare.

Αἰολίαν, pro circumscribere & decipere, inter prouerbia-
les voces agentium moribus ductas, refertur eo quod
aeoles ut imposteres & fraudulentii traducebantur,
quamquam & a variegatione efficta dictio videri po-
test, id enim αἰολειν significat, & mendacia verborum
fuo variari solent, quemadmodum veritatis simplex
est gratia. Hierocles Alexandrinus cuius in aurea Py-
thagoræ carmina scriptum extat, μὴ δ' αἰολίει τὰῦτα,
id est, Neq. in his rebus imponas aut fraudem facias.
Hinc apud Theocritum Αἰολικόν τι ἔβημα, miraculum
Æolicum legunt quidam, pro ἀπειταλόν, ἐκπλακτικόν
ἢ ποικίλον, fraudulentum & varium.

Cum Euandri matre loqui.

PROVERBIALI specie dictum est illud ab Au. Gellio nocturnum Atticarum lib. 1. Tu autem perinde quasi cum Euandri matre nunc loquaris, sermone abhinc multis annis iam desisto uteris Hominem antiquarium, qui prisca ætatis vocabulis obsoletis vti gaudet, & Apulianæ dictionis delicias iam desistas, in usum reuocare frequens insistit, cum Euandri matre loqui non inueniunt dicemus, quo spectat Phanorini philosophi admonitio ad adulescentem priscarum vocum cupidissimum, Inauditum atq. insolens verbum tamquam scopulum esse fugiendum. Euandri vero Arcadis, qui ob fortunam fratris eadem extorris patria in Latium descendit, ibiq. sedem firmavit, mater fuit Nicostrata proprio nomine, ab aliis Themis quoque dicta, Plutarchi testimonio, quoniam fatiloqua habebatur, unde & a carminis oraculis Carmenta fuit appellata. Non abludivit hinc illud apud eundem auctorem libro decimosexto cap. 10. Ego vero dicere atque interpretari hoc deberem, si ius Faunorum & Aboriginum didicissem: quasi diceret, si vocabula vetera & primis Latij incolis usitata didicissem. Aborigines autem ab Euandro Arcade literas accepisse primum refert Cor. Tacitus Annalium lib. 11. Aborigines ante repertum papyri usum, existisse et scripture loco incisus lignorum taleolis usos fuisse constat, unde Symmachi illud, Mallem Aboriginum more dictionem salutis alterne ligno corticibus scribere.

Alba linea.

ALBA linea fieri dicitur quod simpliciter fit, & absq. varietate quadam picturata. *Au. Gellius lib. 20. cap. ult.* Multa & varia lētitantes in quas res cumq. incidrent alba (ut dicitur) linea, sine cura discriminis, solam copiam festati convertēbant: quo loco copiam pro multitudine sola intelligimus, non aut pro variatione dictionis, Translatio a tabulis monochromatis, ubi nulla pigmentorum varietas oculos satiare potest.

Putcus, si hauriatur, melior euadit.

APPARET proverbium esse vetus quo in Epistola ad
Eustathium medicum utitur Basilius. καὶ ὅτι φησὶ
φασὶν αἱ γὰρ μοῖραι, βελτίον γίνονται, Etenim putei (quod
ajunt) si hauriantur, meliores evadunt. Ferrum si exte-
ratur nitescit: aqua pigra si moveatur, nihilo fit dete-
rior: & ingenii adolescentis quo magis excolas exer-
ceasq; hoc fit præstantius, usus est & D. Clemens lib. 1.

Strom. τὸ φεῖα πικρὸν ἐκκατέμειξε, διὰ τὸ ὅτι οὐδὲν αἰσθάνομαι, καὶ τὸν σίδηρον ἡ χηρὸς καὶ χερνύον φιλᾷ, id est, Putens exhaustus limpidiorum reddit aquam, et ferrum vsus purius seruat. Philon Iudæus lib. De gigantibus. πολλὰς δὲ καὶ πρὶς τὸ ἀρετὴν ἐπιδιδώσιν, ὡς φασὶ τοὶ ὑπερταλμεῖας πηγὲς, ἐν ᾗ ἑκάστη λόγος εἶχεν τὴν μακρόν γλυκαίνειν, id est. Sæpe etiam melior euadit, quemadmodum perhibent fontes, si hauriuntur: hos etenim tunc dulcescere magis vulgaris opinio est.

Otus & Othus.

Ωτος, id est, Oti dicuntur proverbij specie uocordes homi-
nes stulteq. gloriosi, χαλκὸν καὶ χρυσὸν ἔχει, ut ex Actio
Dionysio annotat, Eustathius ab auicula Oto, quam
Astonem Latini nominant, quæ gesticulabunda & ad
laudes suas subsultabunda, eo modo capitur. Idem O-
dyssæa. αὐτοὺς vocari dicit qui facile quavis in re cir-
cumveniunt, ac præcipue qui se patiuntur dictis facile
protelari, argumentis quibusvis improvide assenti-
entes, nihilq. curiosius expendentes, eius hæc sunt verba,
οἱ ἐκ μόνου ἀκρόασι προσέχοντες καὶ ἀδίστατοι εἰς ἀπείτην πεί-
ραντες. Auiculam hanc stolidam esse facileq. decipi an
notat Etymolog auctor, de qua ita Aristoteles, Otus
nocturnæ similis, circa aures alarum quandam similitu-
dinem præfert. Verum Othus pro fastuoso homine et
qui gradus (uti Plautus loquitur) grandit, proverbial-
iter dici potest, at eriente huic rei viam Marcellino li-
bro 22. ubi inquit. Grádiaq. incedens tamquam Othus
& Ephialtes, quorum proceritatem Homerus in immæ-
sum tollit. Fabula de Otho & Ephialte Aloei filijs ex
Homeri Iliad. γ. nota abunde est, qui maiora viribus
aggressi, celumq. aggestis temere montibus inuadere
adorti, deiecti occubuerunt: fabulantur aut illos quoli-
bet mense novem digitis excruciasse, Heginio teste.

Cælaturam olet.

Ταυραξὶς ἴσως. id est, Scalprum aut celsi olere dicitur quod
 recenter fabricatum est. Theocritus idyllio primo de
 poculo tornato recenter, Νιμυχίει τὶ ταυραξίς ποτὶς
 δὸν. Quod natum nuper redolet celsamina scalpri.
 Transferri poterit ad librum recens ab aliquo conscri-
 ptum & e prælo profectum aut ad carmen nuperum
 quod sub incudem nondum renovavit auctor. Sic indu-
 ciæ quæ nō diu duraverāt in bello navali apud Aristot-
 phanem Αχάτου ἰσχυρὰ πικρά, Picem olent, propter tri-
 remium aliarumq. navium bellicum apparatus, quæ
 pice illitæ nuper ad belli procinctum paratæ fuerant,

In Pisa animum confirma.

QVOTIES animum alicui addere volumus ad disceptationem, aut eū in contentionis studio, quod ἀγών Græci dicunt, confirmare ne labasciat aut animo concidat, prouerbij huius vsus erit, quod apud Synesium in Caluitij encomio exstat, τέρεσον ἐὶ πίσιν, φασί, τὸ καρδία. id est, in Pisa animum (quod aiunt) confirma. Vbi auctor ille ob caluitij deformitatem offensus, seipsum durat animatq., ne ea re cōmoueatur. Solebant apud Pisam Elidos urbem quolibet lustro certamina, Olympia dicta, maximo Græciæ conuentu celebrari, in quibus decertaturus ad glorię immortalitatem parandā, presentem animū ac sortem sumere debebat.

KKK 2 Cubitus

Cubitis adolefcere.

Πῆχυσιν αὐξανόμενα. id est, Cubitis adolefcere aut incrementum capere prouerbiali tropo dicitur, qui in re quapiā aut arte magnos & repentinos profectus facit. Eunapius Sardinus de maxima loquens, πῆχυσιν δὲ τὸν πῶτα οὐκ οὐδὲν αὐξανόμενα. id est, Per cubitos ad omnigenā eruditionem prouectus, aut excrefcens. Ita diuitem repente ingentibus opibus ditatum, πῆχυσιν τὸν πλεόντα ἀμύχανος αὐξανόμενα. id est, per cubitos in immensas opes adultum dicemus. Natum a Gigante quopiam, quem singulis mensibus cubito increuiffe fabulā loquuntur: quin & Anticum Libycum in sexaginta cubitorum altitudinem excreuiffe, ut veterum memoria prodidit scriptis Plutarchus in Sertorio. Ad hanc adagiū formulā, effectus est etiam illa Philostrati in Iconibus, δῶκα τὸν ἐπὶ οὐρανῷ καὶ πτερὰ πῆχους ἐκ μικρῶν, i. Præualides efficit & ex pusillis quadricubitos: & illa Crætetis Comici in Lamia, τὸν τριπῆχυν ἐπὶ ἀλκιδὸς πτέρυγας, hoc est, Tricubitalia frustra carnis Thessalico more diffecta. Prodigiōsæ magnitudinis significationem habet & Philoxeni Cypherij gulosissimi votum apud Machonem Comicum, qui optauit, τρεῖς ἐξ ἑνὸς τοῦ λαοῦ γὰρ πῆχυν, id est, guntur tres longum cubitos. Aristophanes quoque proceros designans, πτερὰ πῆχους, inquit, καὶ νύμφας. id est, quadricubitos & strenuos. Citatur & hoc modo adagium, κατὰ πῆχυν ἐπὶ οὐρανῷ, id est, Cubitispatio increfcere. Suidas ex incerto, ut solet, auctore, & δὲ φιλόσοφος ἀνὴρ πῶτος οὐκ ἐλπίδων διέτλην, καὶ ἐπὶ οὐρανῷ κατὰ πῆχυν, ὡς φαίνεται ἐν τοῖς ἀρχαίοις περὶ τῶν θύσαντων. id est, Philosophus liberaliter erogare pecunias non destitit crescebatq. velut per cubitos (ut ita dicam) firmum illud propositum, donec repente in incredibilem calamitatem incidit.

Non est cuius recte condire.

Ὅς πρὸς πατέρειν ἀφ' ὧν καλῶς. id est,

Condire scite est hercle non cuiuslibet.

Veniunt adagium est Cratini Comici lepidissimi in Glauco fabula, de rebus non vulgaribus, sed arduis atque operosis. Huic adagio obnoxij sunt quotquot scribunt carmen, nam si eruditus fuerit paullo, & ad popularium aures minus attemperatum, ita ut vulgi captum excedat, obscuritatis nomine damnatur illico, contra si leue sit & triuiale ac suberis instar superflui tans quodammodo, a doctioribus reicitur, ὅς ἐστι βραχυματὶ κατὰ βλαπτόν: usque adeo Condire recte non cuiuslibet est,

Etiam mater & sorores.

QUANDO citra discrimen aut exemptionem omnes promiscue indicare volumus, prouerbij huius usus erit, Ἀλλὰ καὶ μήτηρ καὶ ἀδελφαί, Etiam mater & sorores. Utitur loco modo citato Synesius ostendens nominatim adagium esse, sic enim inquit, Ἀλλὰ καὶ μήτηρ, ἀλλὰ καὶ ἀδελφαί, φασί, πρὸς καλὴν τινὲς ἡμῶν τῶν ἀφ' ἑνὸς, i. Imo & mater ac sorores (quod aiunt) virorum pulchritudini multum deferunt: volens inuere nullam tam sanctam, tam castam esse, quæ non formæ venustæ & egregiæ lenocinio trahatur, citra exceptionem, etiam si mater illa sit aut germana.

Priusquam

Priusquam ignitus lapis enatarit.

Πρὶν ἢ τὸν μύδρυν ἀναφύωαι, Priusquam globus ignitus exstat. Quando aliquid numquam futurum significabimus, adagium conueniet, veluti si sempiternam accepti beneficii memoriam pollicentes, numquam illius obliuionem nobis obrepturam dicamus, πρὶν ἢ τὸν μύδρυν ἀναφύωαι, aut iuxta Callimachum μέχρις ἀφωκίωαι, cū ἄλ' ἡ μὲν μύδρος, Donec Phocensum ignitus lapis in mari manserit, beneficii perpetuo memores fore. Natum a Phocensibus qui diris execrationibus desertores suæ classis profecuti, lapidem ignitum in altum mare proiecerunt, adhibitoq. iuramento vouerunt nequam in Phocida reuerti antequam e mari existeret ille lapis, Refertur his verbis ab Herodoto in Clio, καὶ μύδρυν οἱ δ' ἄριστον κατὰ πόντον τῶν ἀναφύωαι, καὶ ὁ μύδρος μὴ πρὶν ἐς φρούκαλιν ἔξειν, πρὶν ἢ τὸν μύδρυν τῶν ἀναφύωαι. perstrinxit hoc versiculo Callimachus:

Φωκίῳν μέχρις καὶ μὲν μύδρος ἐν ἄλ' ἡ μύδρος. id est,

In pelago dum saxum ingens Phocense manebit.

Usus est apposite Aristides in oratione in Romam panegyrica, ubi in fine ita precatur deos διδόντων τὴν ἀρχὴν τῶνδε καὶ πόλιν τῶνδε ἐάσαντες δὲ αἰῶνας, καὶ μὴ παύσασθαι πρὶν ἅς μύδρος ὑπερέλαστος πέσιος, Dent imperium hoc & hanc urbem florere sempiternum in ævū, neque prius desinere, quā igniti lapides in maris æquore supernatent. Sophoclis interpretes annotat morem fuisse ut iuraturi ignitos lapides (quos μύδρος vocant) tollerent, & fœderatantisper durare votis exposcerent, dum illi rursus apparerent, simulq. cum dictis solere eas in altum pelagus porrigere, innuentes perpetuitatem pastorum. Huc spectauit Sophocles in Antigone,

Ἡ μὲν δ' εἴποιτο γὰρ μύδρος ἄρ' ἐν χερσίν

καὶ πῦρ διέπειν καὶ διὰς ὀρεῶν μὲν πύριν. hoc est,

Globos parati tollerere igneos manu,

Reptare per pyram. ciurare celices.

Hunc ritum attigit & Plutarchus in Aristide, ὅς ἀρισταίας ὀρεῖσι μὲν τὰς ἑλκυσσας καὶ ἀμύσαντες ὑπὸ τῶν Ἀδωνίων μύδρος ἐμβάλλον τὰς ἀρχὰς ἐς τὴν θάλασσαν. id est, Sacramento adegit Græcos in Atheniensium verba iurare, votsue nuncupatis ignitos lapides in mare porrexerit. Adlusisse videtur huc Macedonius in Epigrammate.

Ὡμῶς τὴν θύσαντα κέρων, τρεῖς ἄνδρες πύτραις

Μηδοὶ μελὶς ἰσίδωμον ἠντιδέν. id est,

Virginis ora feræ iuranti triplice saxo

Me placidis numquam velle tueri oculis:

Suidas in dictione λίθος, ritum iurandi ad lapidē apud Athenienses receptum, auctoritate Philochori & Aristotelis, comprobatur, citatq. locum Demosthenis ex oratione aduersus Cononem, πρὸς τὸν λίθον ἀγοντες καὶ ἑξορκισμαί, qui aliter legitur in vulgatis libris, qui habent βωμόν, id est, aram, non λίθον, id est, lapidem.

Idem furnus, idem duxit trochus.

Ἀπὸ καμίνος, καὶ τὸς ἑλκυσσι τρέχος. id est,

Caminus idem duxit, atque eadem rota.

Senarius prouerbialis de iis qui similia efficiunt, testātibz Suida et Hesychio quorum ille citat duplicē lectionē, καπνὸς ἢ τρέχος. i. fumus aut rota, hic vero mutilatū adferens adagium, prioribus tantum duobus vocibus constans,

constans, subiicit clarius petitam esse translationem a figuli rota. Meo quidem iudicio & dictum fuisse & non sine gratia vsurpari posse videtur de consimilibus operibus, aut dicendi ratione conformi & congenere: vel etiam de duobus hominibus ingenio similibus aut improbitate paribus, & quod dici solet, eodem in Ludo edocilis, tales namque
 Αὐτὸ καμίνος, αὐτὸς κίλινος τρέχας, quasi qui eodem in furno cocti sint, aut eadem rota currente effliti.

Clavis in lingua.

In prouerbij vsu cessit illud Aeschyli,
 Αἱ ἐν καμίνῳ γλώσσῃ γλῶσσος ἐστὶν.
 Et nostra praefert lingua custodem clauem.
 Quoties fidam silentij specm pollicemur.

Citatur a D. Clemente Stromatum lib. quinto. Confor-
 me huic adagio est illud Sophoclis in Oedipo Coloneo
 ὡ καὶ χρυσία κλεις τῷ γλώσσῃ βίβλαρον προσωδόν, id
 est, quorum aurea clavis linguam coercet initiatorum
 quod dixit propterea quod lingua veluti clauis obse-
 ra sit ne reuelet mysteria. Non abludit hinc Aeschy-
 li illud, πῖσιν τομῶν τῷ γλώσσῃ. i. Fidum penu vel a-
 rarium linguae. Huc spectat Lucianicus versiculus.

Ἀρῆτων ἐπὶ πῶν γλώσσῃ σφραγὶς ἐπικλείδω. id est,
 Arcanum vt celet, claudenda est lingua sigillo.
 Praeceptum est Iamblichi Pythagorae, γλώσσῃ πρὸ τῆς
 αἰῶνος κερταί, εἰς ἐπὶ οὐρανῶν, id est, Linguam ante om-
 nia cōtine, Dei exemplo. Diuersum huic est illud apud
 Aeschylum in Persis. ἔδ' ἐτὶ γλῶσσῃ βροτοῖσι. Ἐν φυλά-
 κῃ, id est, Neque amplius hominibus, lingua in cu-
 stodia est, quasi dicat, rem illam libere ab omnibus et
 palam dici citra dissimulationem.

Grossus maturus e sui ineptus.

Ἐπὶ πῶν δ' ὁρῶντες εἰς βροτοῖν ἀχρεῖος ὢν ἄλλας ἐξ ὁρῶντες λόγῳ. id
 est, Maturus cum sis grossus esui ineptus, alios loque-
 ra tua grossis expolias. Exstat apud Sophoclem in He-
 lenes Nuptiis, & citatur ab Eusthatio Iliados vicesi-
 mo, vt prouerbiale in hominem in doctum et inscium,
 qui se doctiores erudire praesumat, versus suis nume-
 ris integri leguntur in tertio apud Athenaeum, hoc mo-
 do Ἐπὶ πῶν δ' ὁρῶντες ἀχρεῖος ὢν Εἰς βροτοῖν, ἄλλας ἐξ ὁρῶντες
 λόγῳ. id est, Maturus grossus esui ineptus, aliis verbo-
 grossos excutis. Talem κερνυδιδακκαλον composita
 voce dixit in Satyris Varro, qua notatur arrogantis
 ingenii adolescens, qui supra etatem plusquam senes
 sapere velit: quae dictio in diuas perperā diffusa apud
 Nonium Marcellum legitur non vno in loco, Aldinis
 exemplaribus legentibus κερνυτὸς διδακκαλός, pro vni-
 co κερνυτιδακκαλός, Est autem κερνυτὸς agrestis ficus ar-
 boris fructus, grossum vocant, qui frugiferę ficui appē-
 sus, pediculis ex ea in grossos emicantibus (vt anno-
 tat Suidas) efficit vt perficiantur eius fructus.

Verba sine penu & pecunia.

IN ostentatores opum immodicos, cum nec araneus illis
 in arca sit, aut in crumena teritium, & quorum ver-
 ba res non sequitur, iuxta vulgi distertium, conuenit
 illud Plauti ex Captiuis.

Quibus sunt verba sine penu & pecunia.
 Est autem elegans adusio in vocibus cognatis penus.

& pecunia, illud in rebus ad vsu comparatis, hoc in
 praesentibus opibus quaeritur.

'Terram ne legas nauigando'.

INTER Pythagorae symbola, dignitate adagijs simili-
 ma, huc ascribendum videtur ab omnibus haecenus
 preteritum, Ἐπὶ γὰρ μὴ πλεῖν. Nauigans terram ne ra-
 das. Quo innuere voluit vestigia similesq. redemp-
 turas incertas & curarum tumultuumq. plenas, con-
 temnere & abnuere nos debere. Sic enim exponit D.
 Clemens Stromatum lib. 5. his verbis, Ἐλλοὶ δὲ τὰ πῶ-
 γκαὶ τὰ ὁμοία τῇ μετρώματων περὶ ἀνδρῶν καὶ αἰσῶν ὄντων
 παρατίθηται δὴν Monet etiam Horatius vt cauti hor-
 rescamus nimium premere litus iniquum.

Antica exclusum, postica recipere.

Τῇ αὐλείῳ ἀποκλείν, τῇ δὲ παραθύρῳ εἰσάγειν, Per atrij seu
 vestibuli ostium excludere, per posticum intromittere
 competit adagium vbi domum apertis verbis repudia-
 tum, conuiuentur admittimus: aut cum sententia aut
 opinioni, cui ex professo sumus refrageti, dissimulan-
 ter assentimus atq. subscribimus. Plutarchus sympo-
 siacan lib. 1 cap. 2. ἔδωκε μὴ δοκῶμεν τῇ αὐλείῳ τὸν
 τύπον ἀποκλείοντες εἰσάγειν τῇ παραθύρῳ μὴ τὰ ποθῶν
 ἀδιαφρίσας. id est, Vt creor ne fastum primore ostio ex-
 clusum, postico intromittere citra discrimē videamur.
 Similiter dixit Galenus lib. 2. De natural. facul. τῇ
 καπταίᾳ κατὰ τὴν παροίμιαν ἀπεχρησάμεν, Postico
 iuxta prouerbium digressi sumus. Est autem anterior
 adium ianua, Graecis αὐλῆς, at postica quae a via regia
 abscedit aut in hortu excurrit, παραθύρας a fallendi ar-
 gumento, & Καπταία velut hortensis, deniq. etiam
 τῷ δόξον διττα, qua voce praeter Ammianum & Sue-
 zonium, vsus etiam est Cicero in Verrinis, Ea quemad-
 modum ad istā postea per pseudothyrum reuertatur,
 tabulis planum faciam. Posticum in ea significatione
 Horatio etiam notum est, ibi, Atria seruantem postico
 falle clientem.

Tragici cothurni strepitus.

TRAGICI cothurni strepitus ab Ammiano Marcelli
 no vsurpatur prouerbialiter pro ostentatione & ma-
 gnificrepa verborum iactantia: sic enim ait lib. vicesi-
 mo de Lupicino armorum magistro Bellicosum sane &
 castrensis rei peritum, sed supercilia erigentem vt
 cornua, de Tragici, quod aiunt cothurni strepitum. Vt
 autem Comicorum proprius est foccus, ita Tragico-
 rum cothurnus: ille vulgaria & plebeia tractat humi-
 li stylo: hic altisonus heroum regumq. res & fortunas
 persequitur: vnde & pro sublimi & grandiore genere
 accipitur, Virgilius in Buccolico carmine.

Sola sophocleo tua carmina digna cothurno.

Propertius poeta alicubi,

Desine & Aeschyleo componere verba cothurno.

Horatius odarum secundo ad Asinium Pollionem.

Grande munus Cecropio repetes cothurno. Simile huic
 adagio est illud Theodoriti de Marco Arcthusio, τὸ δὲ
 κῆμαρ καὶ δρᾶμα τῆς αἰχλὸς καὶ σφακίλλας μετὰ ληγορίας
 διπλοῖ, ἢ ἀξίως τὰ ἐκείνης τραγῳδίας πᾶν. id est, Mar-
 ci factū Aeschyli & Sophoclis cothurno opus habet,
 vt dignis versib⁹ Tragice describāt ea quae sit p̄fessus.

KKK

3

Sacrum

Sacrum ignem inflare illi nefas.

De improbo & sceleribus operto dicitur illud, ὡς τοῖς ὄν
πρὸς ἐκ τῆς ἐστὶν φωνῆς, id est, Cui sacrum ignem inspirare
nefas est. Timeus historicus scriptum reliquit, Demo-
chari cuidam soli inter Athenienses non licuisse sacrum
ignem (qui in aede Vestæ afferuabatur) inflare, quip-
pe superiore corporis parte flagitiose impuro Duris Sa-
mius scribit Pytheā istud ipsum obieciſſe Demostheni.

Neque Phasis mala eluat.

MALORVM multitudinem ostendere volentes, quibus
obuiam iri rectaq. ratione medicari non possit, apposite
vsurpabimus illos Sophoclis versus ex Oedipo tyrano.

Οἱ μὲν γὰρ ἐπὶ τῷ ἰσθμῷ ἔπαινον αἶψα
Νῆται καὶ ἄλλοι τῷ δὲ τῷ σέλι, ἵστα κόλιν.

Nec Ister ipse (quod reor) nec eluat

Phasis, malorum quidquid hæc celat domus.

Sunt autem nominatissimi fluuij & maximi, Ister Ger-
manie & Phasis Colechidos, uterq. maximarum etiā
nauium capax: ille prægrandibus septem ostiis in Eu-
xinum se exonerat, hic Asiam ab Europa distermi-
nat, unde ἑστίασεν Ἀεσχύλο dicitur.

Nihil hydropico ficcius.

DIONYSIVS Longinus in libello περὶ τῆς ἀδελφότητος
hoc vulgo vsitatum ostendit, ἐπεὶ γὰρ ἐν τῷ ἑκτον
ὁ δρῶν πικρὸν hoc est, Nihil (quod aiunt) hydropico sic-
cius. Avarus quo plura habet, eo plura desiderat, tam
enim illi deest quod habet, quam quod non habet, ut
inquit Seneca. Crescit indulgens sibi dirus hydrops,
Nec firim pellit, nisi causa morbi cesserit venis. No-
tum est de Heraclito philosopho, qui aqua intercute mi-
sere affectus bubulo sterquilinio se obleuit, addens
ἐπιπομπὴν δειδῶτα, se opus habere pluuiæ madore, aut ut
Philostatus refert libro primo, de vita Apollonii δι-
δάσκει τὸ ποιοῦντος ἐπὶ ἐπιπομπῇ αὐχμῶν, indigere se eo
qui pro madore squalorem induceret.

Οὐκ ἀφ' ἑσέως.

Οὐκ ἀφ' ἑσέως, quasi ramigerum dicas, prouerbialiter dice-
tur teste Eustathio in Odys. 17. homo ad omnia inuti-
lis, nisi qui forte pascendo pecori in suggerendis surcu-
lis operam præstare foret idoneus. Natum a pompa
Atheniensem, quam Panathenæa vocabant, in qua
senes emeriti oleaginos termites gestabant, testibus
Philochoro & Xenophonte. Meminit & Iuncus in li-
bro de senectute, ἐπεὶ γὰρ αὐτὸς ἐκείνους χερσὶν τῷ ἄ-
λῳ, ὅς ἐστιν ἐκ τῆς φωνῆς, ὅτι λέγουσιν, ὅτι ἀφ' ἑσέως, id est, Lex
illos ipsos decernit Mineræ oleaginas virgulas defer-
re, uti testatur Xenophon. hinc est quod οὐκ ἀφ' ἑσέως ip-
sos senes uominat Aristophanes ceu ad obeunda alia
munera ineptos. Licebit itaque ciuilibus negotiis pa-
rum idoneum aut aliis quibuscumque, οὐκ ἀφ' ἑσέως ap-
pellare Comico sale.

Fructibus non stadiis certare.

Καρποὶς δὲ σταδίοις ἀγῶν, Fructibus haud stadiis contem-
dere, adagio dicitur, De loco exili quidem, sed frugife-
ro, exiguis quidem spatiis circumscripto, fructuum ta-
men prouentu longe letissimo. Antiphilus epigramma-
tarius de Chio insula loquens,

Καρποὶς δὲ σταδίοις ἀγῶν,

Fructibus, haud stadiis certamen inimus.

Licebit non male transferre ad librum non magna qui-
dem mole, sed eruditionis omnifariæ plenum, Cuiusmo-
di iudicium de Persii satyris tribuit Martialis eo disti-
cho,

Sapius in libro numeratur Persius uno,

Quam leuis in tota Marsus Amazonide.

In Ialemos adscribendus,

Εἰς δὲ ἱαλίμους ἐγγεγραμμένος, inter Ialemos adscribendum di-
cimus qui inepte insulseq. se gerit, Menæder Comicus.

Οταν δ' ὄραντες τὸν ἱαλίμους, οἱ χεῖρα,

Εἰς δὲ ἱαλίμους πτῶτον ἐγγράψαι.

Audaciam cui dempseris amans, perit,

Potestq. is inter Ialemos adscriber.

Ialemos homo mameus matris. Calliope dissimilimus
fuisse perhibetur, nomen fortassis adeptus παρὰ τὴν ἰα-
λίαν ἀλάστω, ὅτι τὴν ἰαλίαν αἰσῶν, quomodo & καλέμας,
ὡς ὅτι τὸν αἰσῶν ἀλομῶν. Stolidus fatuusq. homo dici-
tur. Galenus lib. De præmatione ἱαλίμους ἰατρὸς insul-
jos medicos vocat. Hermones rhetor. παρὰ γὰρ μὲν
τοιαῦτα πρὸς γράμματα, καὶ τοῖς αἰσῶν τοῖς ἱαλίμους τοῖς
Mirum quantum negotij exhibeat Ialemis istis hac
de re sciscitantibus.

Sunt qui Ialemum eundem esse cum Lino putant.

Censorium supercilium.

CENSORIVM supercilium prouerbialiter dixit Lu-
Seneca in declamationibus, pro eximia grauitate, &
tetrica seueritate: ubi ait, Affectabat enim censorium
supercilium, cum alius animo esset, quamquam in non
nullis codicibus legatur ibi, faciebat, pro affectabat, &
alias, pro alius, sed utrumque male. Censores Romæ
erat magistratus quinquennalis, penes quos auctori-
tas maxima erat summumq. arbitrium animaduerten-
di in mores ciuium, nam & senatores loco mouere, trof-
sulis, hoc est, equitibus equos adimere, plebeios infam-
ia notare, illis licebat.

Siphnia arra.

Σίφνιας ἀρῆς ἀβών, id est, Siphnius arrabo, Prouerbiū ex-
stat apud Hesychium & Suidam, quo digitus infamis
olim notabatur, a fœdis Siphniorum moribus, unde na-
tum adagium σίφνιας, quod alij notarunt, ita ut Si-
phniam arram ostendere, idem ferme sit quod Martia-
li Medium & impudicum digitum ostendere. Potest
ita vocari & nummus aut arra quam stupri arbitri
largitur. Meminit Eustathius in commentariis in Dio-
nysium ἄστρον ἀστράλλας σίφνιας, id est, astragali Si-
phnij sed cum eius nullibi fiat mentio, arbitramur illū
vicio codicum deceptū, loco ἀρῆς ἀβών legisse ἀστράλλας.
Hesychij codex emaculandus est, pro ἀδούμους legem-
do διδούμους. Posset fortassis & pro ingenti magniq.
pretij arrabone, σίφνιας ἀρῆς ἀβών efferrī, quod insulani
isti olim opibus affluentissimi fuerint quamdiu stato an-
ni tempore decumas Delphico Apollini persoluerent,
ex argenti fodinis Herodoto teste. Siphnius insula una
Cycladum fuit a Siphno Sunij filio nomen habens, ut
Stephanus scribit, laudatissimis poculis celebris, unde
σίφνια ποτήρια, id est, Siphnia pocula, eodem auctore
dicta.

Mugilis

Mugilis vitam degere.

Κισριδὲς βίον τρέβει, Mugilis vitam agere dicitur, qui non habet quod edat, hoc est, esuriem & inediam patitur. Eubulus in fabula Nautica.

Ος τῶν πέρ τῶν ἡμερῶν βίῃ πλεῖστον,

Νῆστιν ποτὶ τὸν κισριδὲς τρέβει βίον.

Qui nunc diem, si diis placet, quartum lauat. Ieiunus improbi vitam mugilis agens. Euphrō Comicus, μίδας δὲ κισριδὲς ἐστὶν, ὡς ποτὶ τὸν πῖ. Midas mugil est, ieiunus obambulat. Amiphsias Comicus ἡθὺν αὐτῶν νῆστιν καὶ ποτὶ κισριδὲς ἐκκαλεῖται. Paulo minus ieiunus tu mugilis in morem mihi famulabere. Alexis in Phryge fabula. Εγὼ δὲ κισριδὲς νῆστιν οἶκα δ' ἀπογείχω, Ego famelicus mugil accorro domum. Dipbilus in Lemnius.

Οὗτοι δὲ διπύλας τιν, ὃ δὲ πελάς ἐγὼ

Κισριδὲς αὐτῶν οἶκα νῆστιν ἀκράσ.

Simpfere cenam isti, ast ego interim misce

Inediam ob ingentem fieri cogor mugil.

Citatur & Theopompo auctoritas κισριδὲς νῆστιν χορὸς, Famelicus mugilum cœtus, & apud Athenæum Hesperus cynicus exclamat, δίκῳ κισριδὲς νῆστιν ἐσθῆς. Esurimus mugilum instar. Mugil vero solus in genere piscium ieiunus siue famelicus audit, eo quod nulla capiatur esca animata, non carne, non alia re quapiam vitæ, ut ab Aristotele proditum est, aut piscium aliorum esca.

Briareus, alias lepus.

Βῆ ξριδὲς φαίνεται, ὡς λαγὼς, Briareus apparet esse cum sit lepus. Competit in Thrasonica iactantia feroces, qui de se magnifice crepant deq. sua virtute, lepore timidiore cum res postulat viros. Posidippus Comicus in Tripudiantibus.

Ἐσθῆς ποτὶ τὸς ὅς τις αὐτῶν ἐχῃ

Φαλιδῶν ἢ δρῶν τὸν σιστῆρα μὲν ὄντος

Εσθῆς βριάρους, ὡς τὴν δ' ἐπὶ λαγὼς.

Stipem merentum ductor isie squamæ

Thorace tectus, aut dracone ferreo

Briareus videtur, si ferat res, est lepus.

Briareum centum manibus armavit fabula, Ioui auxiliarem a ceteris diis per insidias appetito, unde ἐκχον πᾶσι. Homerus centimanum Latini, & centumgenum Virgilius vocant, nominis etymo robustum & preualidum significante, id enim est βριάρους, unde & βριάρους, manu validus. Meminit eius Homerus Οἱ βριάρων ἐκχοντες ἐστὶν, αὐτῶν δὲ πᾶσι τὸς Ἀργείοισιν, Lepore vero nihil esse meticulosius fugaciusq. ostendit & hyperbole proverbiale, λαγὼν ἢ λαγῶν δὲ λαγῶν πρὸς, Lepore timidor. Nazianzenus in fœbri oratione patris, publicanos ait Briarei manus pecuniis publicis immittere, innuens undecumq. hamatis manibus diripere reip. ve fligalia, sic enim ait τὰς βριάρους χεῖρας ἐπὶ βαλόντας τοῖς δημοσίοις.

Lari vita.

Λάρε βίον βίω Lari vitam vivere, pro lucri gratia maria omnia obire navigando proverbiū specie dixit Aelianus sophista in rusticis epistolis, ἐπικυματίζῃ καὶ λάρε βίον ἢ καὶ ἀνέμοις μάχεται διαφόροις. In undis fluctuat, Lariq. vitam degit cum ventis diversis dimicans. Dici conveniet de mercatore qui augēdi peculij gratia quo-

uis terrarum nauigat, et ad extremos etiam Indos de- currit, Larus enim vorax avis e mari victum querit, aut lacubus quam Ganiam Latini nuncupant, & Matron Parodus Charephontem parasitum laro assimilat famelico, ob inexplicabilem voracitatē, sic enim ait, Ἐνὼντι λάρεν ὀρνίθιον αἶας.

Carpathius testem.

Καρπάθιος τὸν μαρτυρεῖ, Carpathius testem, scilicet ἐπὶ κα- κῷ, accersit, aut adduxit, Dicitur cum quis testem citat in suum ipsius malum & perniciem, veluti cum auctoris testimonium aut scripturæ locus quem pro se adducit quispiam, diversum sonat atque repugnat ipsius opinioni. Vsurpavit adagium Archilochus deflexum ab altero vidiatore, Carpathius leporem. Est autem Carpatius insula a Co, in quam importati alimide lepores, in tantam copiam excrevere, ut non frugibus tantum, sed & viribus erosus exitium attulerint.

Scaperdam trahere.

Σκαπέδα πρὸς τὸν μαρτυρεῖ, Scaperdam testem, scilicet ἐπὶ κα- κῷ, accersit, aut adduxit, Dicitur cum quis testem citat in suum ipsius malum & perniciem, veluti cum auctoris testimonium aut scripturæ locus quem pro se adducit quispiam, diversum sonat atque repugnat ipsius opinioni. Vsurpavit adagium Archilochus deflexum ab altero vidiatore, Carpathius leporem. Est autem Carpatius insula a Co, in quam importati alimide lepores, in tantam copiam excrevere, ut non frugibus tantum, sed & viribus erosus exitium attulerint.

Insanus appensis pellibus non curatur.

TATIANVS Assyrius in oratione aduersus Græcos, οὐδὲ δὲ μὲν ὡς πύτιδων ἐξ ἐπὶ τῆς πύτιδος ἐστὶν. Ne- que furiosus pellium appendicibus curatur. Quemadmodum ab insanæ morbo non liberant coriacerum segmentorum pendigines, ita stoliditatem non auferunt doctoralia insignia nec ingenij vanitatem, habitus sacerdotalis. Eandem plene sententiam habet cum illo Plutarchi, Calceus podagra non liberat.

Pica Sirenem imitans.

DE inepto imitatore dictum est illud a Galeno libro 2. de pulsuum differentiis, καὶ τὴν πικρὰν μιμνήσκου. Pica Sirenis æmula. Doricum videtur esse proverbium, quid enim consoni habet obstrepera pica, cum arguta Sirenium fabulosarum voce?

Αμφαζόντι.

Αμφαζόντι proverbiale dicitur, ut annotat Iliad. V. Eu- stathius, qui non recta via incedit, quod simili tropo exorbitare latine dicimus, nam ἀφῶν etiam orbitas significat, quas ἀμπατροχία Callimachus dixit. Sic Epicureos voluptatibus summum bonum metientes ἀμφαζόντι dicimus, quod Augustinus in libris de Civitate dei, exorbitare ab itinere sapientiæ & lege iu- stitiæ.

stis. Quāā et libare genibus ac succidere incessu parum firmo ἀμεινον significare Hesychius & Pansanias in Rhetorico Lexico annotant, id quod accidit in firmis & inualido corpore nutantibus, aut quibus epigonatis, seu conchula genu muniens luxata est. Dicitur ergo nō modo de iis qui a vulgata veraque opinione recedunt, & longo vsu receptam a doctis sententiam fastidiunt, quomodo Cleanthes Samius olim, et nuper Copernicus, calum flare, sedemq. telluris circumrotari asseuerarunt, prater astronomorū omnium consensum verum etiam de iis qui instabili doctrina ad quemuis argumenti crepitum vacillant, atque in alienam sententiam manus dant.

Fundo carens calix.

CITATUR ab Eustathio Iliados. λ. senarius proverbialis,

Α πυνδακάτος εἰς τραπέζην κύλιξ. id est,

Fundo carens mensis non inferitur calix.

Non tamen exponitur eius vsus, Apparet dictum esse in profuse liberales, prodigioq. aut linguaces blaterones qui verborum modum nesciant; quos a mensae communione, vitaeque consortio excludendos moneat. Quadrabit & in prae grande poculum, quod a mensa exulare postulat homo sobrius. est autem πυνδαξ idem quod πυνδα, vasis alicuius fundus, quamquam Sophocles in Iphigenia πυνδακαξίως pro capulo gladii extulerit, ut ex Pansania lexico Eustath. & Hesychius annotant. Porro senarius iste versus e Sophoclis Triptolemo desumptus videtur, corrupteque apud Etymologici auctorem legitur εἰς τραπέζην κύλιξ. Citatur adagium & a Demetrio Phalereo hunc modum, α πυνδακάτος εἰς τραπέζην κύλιξ, α γί. τ. π. α πυνδακάτος, τραπέζην κύλιξ εἰς τὸ τί. Id est, ut verbum verbo exprimam, Fundindigus mensari non solet calix: pro eo quod est, fundo carens calix, in mensa non apponitur.

Alcinoi horti.

Αλκινόος κήπος Alcinoi Hortus, Paræmia specie celebratur & Alcinoi pometum, apud Septimum Tertullianum, libro de pallio, Constitutum & amœnum super Alcinoi pometum & Mieæ rosetum, quod alibi in libro de corona militis sic extulit, Centenariis quoque rosis ex horto Midae lectis. Ut autem de loco celiçiarum pleno dicitur, ita & tropice transferri poterit ad librum eruditum ac variegationis diuitiis exultum, ut dicamus non Alcinoi hortos cultiores esse, quam sint huius aut illius commentarii. Notum est ex Homero Alcinoi Phæacū regis affluentissimos cultusq. diligentissimæ fuisse hortos. Iulianus ad Libanium κήπον δὲ τὴν Ἀλκινόος κατὰ δέξιν, πᾶσα πλῆσιον δὲ τὴν ἀσπίδα. Hortuum imparem quidem Alcinoi pomario, sed tamen Laertæ consimilem. Consimili ratione Alcinoi mensam dixit Gregorius Nazianzenus de opipara & omni luxu genere referta,

Καὶ δὲ μὲν αἰγλήοντα, καὶ Ἀλκινόου τραπέζαν,

Nō si marmoreū dederis lectum, Alcinoiq. mensam. Et alibi in epistola ad Basilium, ἥ ὥς Ἀλκινόου τραπέζαν. sic Ciceronianam mensam dixit Tertullianus libro De anima, pro sumptuosa magniq. pretij mensa. Quod, inquit, mensis Ciceronianis inferitur, nam M. Tullius Cicero citream mensam quingentis millibus emit ut

idem ait lib. de pallio, aut ut Plinius, HS decem millibus.

Iynges.

INGIS voce pro illecebris & blandimento lenocinio ve quodam proverbialiter utuntur passim auctores. Sophocles in Hippodamia, loquens de præstantia formæ Pelopis.

Τοιαῖ δ' ἐστὶν ἱγγαὶ θεραπείαι,

Ερωτὸς ἀρετὴν τιν' ὁμιλίῳ ἔχουσιν. id est,

Iynga talem lumina efflant, illicem,

Amoris igneum iubar in oculis cubans.

Quamquam apud Athenæum in decimo tertio λόγῳ legitur Aeschylus in Persis,

ἱγγαὶ μοι δ' αὖτ' ἀγαθὸν ἡτέρων ὑπὸ μιν ἄρκας. id est,

Regeris mihi aliorū bonorū lenocinatio memoria.

Heliodorus Eusebius libro quarto Aethiopica historiae ἀπαράτητον ἔχει πρὸς γυναικας ἱγγαὶ χρυσοὶ καὶ λίθοι. id est, Aurum & gemma vim pellacæ haud dubiam obtinent apud femineū genus. Synesius ad Herculianum. παρὰ πρῶτον ὑπὸ τῶ κατὰ κράτος ἡγεμονίας ἐπιστολῆς ἱγγὰ καὶ ὡς ἐλαχίστων, id est, multo ante ipse quodam iubarum in epistolis iyngum & deliciarum diluvio effeminatus sum. Idem ad Athanasium. αὐτῶν ἐκείνων ἀπαράτητοι δὲ πρὸς παλαιὰς ἱγγὰς νομοῦν ἀγορεύουσιν, id est, ipsam illam Galatheam tibi hic sistam illecebris variis conciliatam Suidas ex incerto auctore, ἢ δὲ κλειπὴν γὰρ αὐτὸ τοιοῦτον, ὡς καὶ ἱγγὰ καὶ τρεῖς βασιλεὺς κρατήσαντες τρεῖς, id est, Cleopatra rebatur se iisdem illecebris, quibus Cæs. & Antonium, tertium quoq. Aug. expugnaturam. Idem παρὰ τὴν πρῶτον ἱγγὰ τῶν Διογένης λόγους τὰ καὶ ὡς. i. Tantum inerat illucium Diogenis Cynici verbis. Sic de Helena dictum est illud, ὅτι ἐφελκυστικὰς τινὰς ἔχει πότρε ἱγγας hoc est,

tam validas & illices amoris, iyngas habuit, ut cum

Priamus illam agnosceret esse belli causam, irasci tamen illi nequiverit, immo filia nomine eam compellaret amanter. Philostratus Iunior. ὑπὸ τῆς καὶ ἱγγῆς. id est, Sub cesti pellacia. Lycophron etiam πρὸς ἱγγὰς, igniuomam iyngem vocat amoris illicias, & Ze

Ze λυγικὰς ἱγγας, verborum iyngas appellat, quod animos verba attrahant quantumvis duos & inflexiles, quodam lenocinio. Vtitur etiam Pindarus ea voce pro cupidine & desiderio, in Nemeis ἱγγὶ πῆρεται ἡ πόρ. id est, liquefcit iyngē seu amore pectus. Est autem inx auicula pluvis discoloribus, collo prælongo, lingua exerta, crebro motu se circum agens, & cervicem in orbem flectens, propygiumq. succussans, unde & σαρπηγὶς a non nullis vocatur, ab aliis κινάδων, ex eadem causa, Zeti etiam κινῆλις, Latinis motacilla: cuius usus ad veneficia infamis fuit atq. ad incantamentum, nam de trocho eam relegabant veneficæ, & carmina quædam admurmurantes circumgyrabant, aut ex teratam trocho adnectebant. Hanc fingit Pindarus in Pythiis a venere primum e celo ad homines deportatam, & Iasoni traditam, additis veneficij documentis, quibus Medeam irretiret: Fabulæ narrant Iyngē mulierculam fuisse Iunonis iussu in avem commutatam, quod pharacis quibusdam Iouem in Ius amorem concitasset, ut Nicephorus pariter & Pindari Scholiastes cum Zeze annotant, nam apud Suidam pro

pro ἀπαλίσθαι. legendum est ἀπαρτίω. Theocriti inter pres scribit eam id veneficii molitam fuisse, ut in sui amorem Iouem pertraheret. Callimachus Iyngem Echus filiam facit, alij Pithus sine Suadela. Nicephorus Gregorius ex aliorum auctoritate scribit ἰγγα fuisse citharam mire concinnam, κίθαρα ἑμμελίστην, atque inde prouerbiali figura ἰγγα dici quidvis suauis et desiderabile, πᾶν γλυκύ καὶ πόσιον. at Theocriti glossemarius annotat Iyngi auicula vim inesse natiuam amatorij philtri, ac propterea omnia ad amorem impellentia, gratiosa, pellacia, & ad persuadendum apposita, ἰγγα: methaphorice dici, τὰ ἰγγα καὶ χαρίεσσα. Quid, quod innocationes & archana preuiam vires quas mutare nefas erat certis verborum legibus conceptas ἰγγα dicebantur, quo spectat illud Synesii libro de insomniis, καὶ μὴ ποτὶ αἰμάξαν ἰγγα αἰσῶν, quod Marcellus Ficinus nescimus quā recte vertit. Consideratione vero dignum est, Vtrum huc tendant illices vel motacille magorum. Illo quo diximus modo accipitur in Hecates oraculo apud Porphyrium.

Τὸς μὲν ἀπαρτίους ἔδωκεν ἰγγα ἀπ' αἰθέρος
Παίδιός τε καὶ οὐρανὸς ἰγγα δὴ καὶ γῆς. id est,
Daemon, is innumeris in terram ex æthere votis
Traxisti diua inuitos magno absque labore.

Xenophon etiam pro venefico Iynga dixit ibi, ἰγγα καὶ αἰθέρος ποτὶ γῆν φιλτρου καὶ ἰγγα καὶ οὐρανὸν. id est, quod ista non citra philtra, incantamenta, & Iyngas accidunt.

Manum peteris & pedem porrigis.

MANV. peteris & pedem porrigis. Adagio utitur Hieronymus in Rufinum, Eo uti possumus in hominē auersi ingenij & præposterum, qui aliud rogatus, aliud & quidem diuersum ostendit aut respondet. Conuenit cū illo celebri, αἰεὶ ἀπὸ τοῦ αἰεὶ ἀπὸ τοῦ αἰεὶ, id est, Falcem petenti, denegabant sarculum.

Ab alno spectat.

Ab alno spectat. id est, Ab alno spectaculum. Dicitur de eo, qui cum non possit e propinquo spectare, extrema adiumenta querit. Erat Athenis extra theatrum in foro alnus arbor, ita tamen ut inde in theatrum peteret prospectus eminens, quo fiebat ut cui in teatro confessus locus non erat, in alnum ascenderet. Vt licebit, quando innuere volumus quæpiam in peregrina arte & a studiis suis aliena eius artis mysteria procul et quasi per transfennam inspicere: veluti Iureconsultus extra Medice artis theatrum positus, velut ab alno, iuxta prouerbum, artis secreta despectat.

Binis tonderi forficibus.

Διπλὰ μαχάρα κτερίζω, id est, Gemina tonderi forfice Prouerbiale conuiuium de molliculis hominibus & effeminatis quique ornanda & componenda corporis forma studij plusculum impendunt. Citatur absq. auctore a Iulio Polluce onomastici secundo. Est autem hoc locò μαχάρα quæ & διπλὰ forficula tonsoria. E diuerso. Qui κτερίζω tonsuræ genus ita dictum tondebatur, hi teste Hesychio, μαχάρα κτερίζω, vna forfice tonderi dicebantur, tamen si locus ille non nihil apud eum sit corruptus.

Agrestis apis.

Ἀγρία μέλιτις. id est fera aut agrestis apis prouerbialiter dicitur de improbris præter modum & crudelibus, testante Suida, ab api quæ aculeum in vulnere relinquere solet. Fuit & Hegesias Cyrenæicus philosophus, Cuius non semel meminit Cicero cognomento ἄγρια μέλιτις dictus, eo quod de morte differens, in magna orationis contentione multos necem sibi consciscere compulerit, attestante Valer. Maximo. E diuerso Xenophō ob styli suauitatem ἀδικὴ μέλιτις, id est, Attica apis nuncupatus fuisse legitur. Alioqui ἄγριον παδέρasten circa puerorum amores offeratum dixit Aeschines in oratione aduersus Timarchum, & Menander ἄγριον κυβότῳ aleatorem alex insigniter deditum nominat.

In agrum seruus.

Ἐν ἄγρῳ μάνης. id est, in Agrum famulus. Conueniet dici ubi quid vtiliter & apposite suo loco sit, nam famuli opera in agris necessaria est. Varinus ex Hesychio trā scripsit. est autem μάνης seruile nomen, unde & ad significationem larvæ æneæ transfertur, παχτικὸν τι χαλκῷ πρόσωπον, ut annotat Eustathius. Quadrabit item ubi significare volumus, suam cuiq. artem esse tractandam, non in aliena inuolandum: veluti theologus ea quæ sacras litteras respiciunt, medicus morborum curationes, fabri tractent fabrilis, sic rusticum opus verna exerceat.

Illic vellus non carpitur.

Ἐκεῖ τοῦ πόρεος καὶ κτερίζω, id est, Illic vellus non carpitur aut tondetur. Conuenit adagium, ubi vir doctus fordidam provinciam, qualis est, erudiendæ inuentutis detrectat: aut quando innuere volumus aliquem esse doctiorem, quam ut ab eo prima rudimenta & artis tyrocinia petenda sint: aut quando alienam & alterius loci operam a quopiam exposcimus. Natum a Xenocrate Chalcedonio philosopho qui illitteratum hominē geometriæ & astronomiæ prorsus rudem, ipsius scholam frequentantem hoc dicto abegit, παρ' ἐμοῦ πέρεος καὶ κτερίζω, id est, Apud me vellus non deglubitur. Lanificium multos habet operarum gradus, tōdetur enim primum, mox maceratur, deinde hamatis aut dentatis instrumentis carpitur, postea in netticum & textorum officinam deditur, postremum in fulloniam ablegatur.

Quid Lecycho cum Strophio?

Τὸ λεκύθος καὶ στροφίον. Quid Lecycho cum Strophio? De rebus dissimilibus & absonis effertur. Citatur a Suida. Cui adfinis est & illa paræmia, τίς δὲ κατὰ πρῶτον καὶ εἰς φρεσὶ κοινῶν; quid speculo commercij cum gladio? Est autem Lecythus vas olearium quod Capsacem vocat D. Cyprianus.

Flumina in terram commutat.

Χερσοὶ τὰ ῥέεθρα, πλεμᾶται δὲ τὰς λίβας. id est, Amnes humum facit, mutat saxa in lacus. Citatur ex Piside. Quadrabit in præpostere omnia facientes: aut in magnicreos qui ex cloaca arcem faciunt: Adlusum putamus ad historiā de Xerxe, qui rerum naturæ frenum quoddam iniicere tentauit, Athon montem nauigabilem faciens, & fluuios siccis pedibus permeabiles reddens: quamquam & ad magicæ vires

res referri posse origo videri queat, quomodo apud Petronium Arbitrum Genotra inquit de se gloriabunda, His ego callens

Artibus Idæos frutices ingurgite sistam
Et rursus fluvios in summo vertice ponam.

Tydeus Corpore, animo Hercules.

De staturæ quidem pusillæ homine, sed animo infracto dicitur, Menander historicus de Sapiro milite plusquā Herculeo animi robore. τὸ μὲν σῶμα ὡς ὁ παρ' ὁμήρου τυδίδης ἀνυμένεος, τὴν δὲ γνώμην καὶ περὶ τῶν τυδίδος ἡρακλῆος ὅτι τὴν ψυχὴν καὶ τὴν τοῦ γαστρίου ἐν πρὶ ἀλκιμώτερος, ὅτι ἀποκνίω ἰσχυρὸς ἐστὶν ὡς τῶν ἡρακλῆος ἐν δυνάμει τῆς, id est, Corpore exiguo Tydeus, tantopere ab homero celebratus, animi vero constantia Tydeo superior, quippe qui Hercules animo fuerit, & si quis illo umquam extitit fortior, neque enim vireor Herculem secundo loco ponere, quod ad magnitudinem constantiæ attinet. Homerus Iliad. 5.

Τυδίδης τοι μιν εὖρος μὲν ἐλὼ δὲ μὲν, ἔχῃ μαχητὴς. i.

Tydeus parius eram, at bellator strenuus armis.

Hinc Fabius Quintil. lib. 3. Interim confert admiratio ni multum etiam infirmitas, ut cum idem Tydea paruum, sed bellatorem dicit fuisse: & Grammatici nominis etymon deducunt a τῶν quod pusillum significat ob corporis breuitatē. Statius Papinius de Tydeo,

Maiores in exiguo regnabat corpore virtus,

Fuit autem Tydeus Oenci Aetolorum regis ex Peribæo filius qui Alcathoum & Lycopæ patruæles patri suo insidiantes in agro occidit, eum patruq; Melanem quem imprudenter vulnerauerat.

Rurestris locusta.

Ἀγροστὶς μάρτις, id est, Rurestris vates aut locusta, proverbialiter dicitur, Suida teste de otioso & reside scgni. Est autem μάρτις locustæ genus tardum egreq. vaudens, viridi corpore, e cuius incessu nō nulli curiosa vanitate, futurorum euentus captare soliti fuerant.

Hippocratis liberis cedit.

Τοῖς ἰπποκράτους γένειν ἱκανῶς, id est, Hippocratis liberis cedere proverbialiter dicitur de inepto & stolidi ingenij homine. Aristophanes in Nubibus.

Τοῖς ἰπποκράτους γένειν ἱκανῶς. id est,

Hippocratis prolibus locum dabis.

Traducitur in Comædiis Hippocratis liberi ut rudes & indocti stipites, ac hebeti ingenio, ὡς δὲ deniq; unde Eupolis Comicus in fabula quam Δόμος inscripsit,

Ἰπποκράτης δὲ παῖδες ἐμβόλιμοι τινὲς,

Βλαχὺτὰ τῆνα, καὶ ἔδαμῶς τινὲς τρέπε. id est,

Sunt liberi Hippocratis nothi, insitij,

Pecudes balantes, moribus nullis bonis.

Meminit & Galenus in libello, quod animi mores corporis temperamento respondeant, ἰπποκράτης, inquit, γένει μὲν ἰσχυρὸς ὡς ἡμῶν οἱ καμικοὶ δὲ τὴν ἀμεινον ὁρμῶν. id est, Hippocratis filios stultitiæ nomine rident Comici ob immoderatum calorem. Indoctum itaq; & Stupidum, Hippocratis liberis vecordia credere dicimus.

Vter fastu plenus.

Ἰνὸν hominem fastu turgidum & superciliosum, elegans

est dictum proverbiale Timonis Phliasij, qui philosophorum arrogantiam mordaci opere, quod a re similis inscripsit, conuellit atq; exagitat. Κολίκες οἰσίοις ἐμπλοῖς ἀσκόις. id est, Uter, quem impleuit opinatur vana. Quadrabit & in sui ingenij hominem, qui suo sensu abundat, nec a concepta opinione facile refilit. Versus eius hi sunt,

Γοῖον ἐκ τ' ὀρίδων λιγυρὰ ὁμάχων πεπλάγμεναι;

Ἀνέρωπι καὶ οἰσίοις ἐμπλοῖς ἀσκόις. id est,

Quæ vos seducunt rixæ, vel qui blaterones?

Ab vento si utres, quos implet opinor inanis.

Huc pertinet illud Synesij in Epistola ad Herculanum, καὶ φύσκες ἐμπλοῖς οἰσίοις ἐμπλοῖς ἐπὶ τῶν δόγματι. id est, Qui ventoso folle inflati, diuina decreta conspurcarunt, idem in libro De providentia, φύσας τὴν ἡσυχίαν πλεῖον τὴν ἡσυχίαν καὶ ἀσκόις οἰσίοις. id est, Follis in modum vento pleni, imperium expectabant. Eunapius Sardonius, ἰδὼν δὲ καὶ αὐτὸς ἐκαστοτὶ τῶν αὐτῶν, κενὸν φασμάτερος αἰδὼν ἀμυπητοῦ. hoc est, Feci & ego aliquoties illius periculum, qui inani flatu absque ingenio eunabat. Epicharmus Comicus, φύσας αἰετοῦ πῶν, ἀσκόις πεφασμασμένοι. id est, Homines natura sunt v- tres vento distenti.

Darij opes.

Ἀφ' οὗ πλεῖον, id est, Darij opes, de immensis diuitiis proverbialiter effertur, Synesius libro De regno, Πλεῖον ἐστὶν ὅτι μόνον ὑποπύειν τὰ δὲ Δαρίου, id est, Opum cumuli maiores quam Darius ille vetus possederit. Huc spectat et illa Craetis hyperbole in epistolis, πλεονασμῶν τῶν καὶ ἡμετέριον φρονήτων, id est, Ditior iis qui Carthaginiensium rebus student.

Ex eodem lare.

Ex μᾶς ἰσῖας, id est, ex vno & eodem lare, proverbiali figura dictum est a Synesio, pro, eodem ex principio, in libro De providentia, ὡς ἐκ μᾶς ἰσῖας προῖναι τὰ ποσὶ τὸν ἀποκτισμῶν, καὶ μίαν εἶναι τῶν δυὸν βλαστῶν τὴν ῥίζαν, id est, ut ex eodem lare ortum habeant res tantopere diuersæ, sitq; una duorum germinum radix. Aristides, κοινὰ τὰ γένεα ἰσῖας, id est, communi generis lare, hoc est, origine. Ita accipiendum est illud quod in Arato commentario male redditum suspicamur, Sophron in Mimo, qui Nuncius inscribitur, a vesta incipiens, omnes inuocant Ionem omnium principem; grece arbitramur esse. ἀφ' ἰσῖας, quod interpretes communi vertendi ratione, a Vesta vertit, cum debuisset hoc pacto, Sophron in ipso exordio a Iouis inuocatione auspiciatur, causam. namque reddit cur Aratus operis sui initium a Ioue ordiatur, neque enim Vesta illic fit mentio, quamvis ea vox vestam quoque Græcis significet.

Polypus scopulo affixus.

Πετραφύς πολὺν, id est, Adfixus scopulo Polypus, proverbio dici potest qui ita adfixus & deditus alicui studio aut rei adheret, ut nullis inde machinis diuelli queat: Menander Byzantius qui Agathij historia suam subtexuit, de Sapiro fortissimo milite, τὴν ἐπὶ τῶν τὰς χεῖρας ἐπιβληθῶν, οἷα πολὺν ἀφύκτους πλεκτάνας τινῶν, id est, Propugnaculo manus iniiciens, ut Polypus cirros

cirros suos inexplicabiles. *Ναζιάρζενος in Monodia Basilij*, τὸ πρὸ πολυπύδων πέισμα, ὃν τις βαλάνος ἐξέλκεται, προσέχεται τῷ κοτύλῳ αὐτῷ, id est, *Accidit mihi id quod Polypis vsuuenit, quorum flagellis saxa adherent, si nido eos auellere tentaueris. Et in libro Carminum,*

Ρόλυπον ἐκ βαλάνος πέτρῳ κοτύλῳσιν ἔχοντα. id est,

Herentem polypum crinali corpore saxis.

Transferri potest ad studiosissima libris addictum, ut vix somni voluptas, aut cibi necessitas studium interpellare queat, quod de Ioanne Pico Mirandulano Comite memoratur, cui rarum aliquem codicem in bibliothecis nato ministri cibum & necessaria ad eum ipsum locum adferre cogebantur, ut ne interim dum cibum capit otiantur oculi: potest & in amatorem quadrare amoris castibus irretitum, cuius animus (iuxta Plautum). dhaeret affixus clauo cupidinis.

Atlanticum mare cotyla exforbere.

De re impossibili aut etiam supra modum difficili hyperbolice dictum est a Simocato in epistolis, *λίαν ὀργῶδες καὶ τε καθάρων τῷ Ἀγῶνι κόπον ἐστὶ δουχεῖσιν, καὶ τῶν τοῦ ἀτλαντῶν ὅπου ἐκφορεῖται πέλαγος.* id est, *Valde operosum & difficilius quam sit repurgare. Augia stercilinum, aut quam sit Atlanticum mare totum cotyla exorbere. Est autem cotyla mensurae genus sex cyathos capiens, de qua Rhemnius Fannius ita,*

At Corylas (quas, si placeat, dixisse licebit. Heminas) recipit geminas sextarius vnus.

Thyestæa cena.

Θύες τεχέας δῖπν, id est, Thyestæa mensa, aut cena, pro immitti & cruento cupulo ponitur. Athenagoras lib. De mortuorum resurrectione. καὶ τὰ τεχνικά διήνη δούκα. id est, & *Tragicas Thyestæ epulas. Eusebii lib. quinto eccl. hist. in epistola Galliconiarum Christianorum, quæ est de martyribus in Gallia necatis, & ἐχθρὰ τοῖς ἡμῶν δούκα διήνη καὶ οἰδιποδίας μέγας,* id est, *Mentiri sunt de nobis Thyestæas cenas, & Oedipodios incestus nobis obiicentes. Oppianus Cilix in Cynegetico tertio, de onagro loquens testes sui catuli absumente, conqueritur de natura, quæ non homines tantum in pignora sua diro exemplo armauerit, verum etiam bestias eadem immanitate imbuerit, sic inquit.*

Θαρσὶ δούκῳ δ' ὅλῳ παρὶνκε τεχέας, hoc est, Apposuitq. feris epulum feral Thyestæ, Philon in oratione de dirarum imprecationibus ἐπαρῶν τρεῖς τὰ δούκα παρὶν καὶ συγκρινόμενα τῷ ὕπνῳ βαλάνος τῷ συμφερόντι. id est, *Execrandæ dapes Thyestæi liberi inter grauissimas calamitates adnumeratæ. Martialis libro primo.*

Qui scribit prandia seui

Tereos aut cenam crude Thyestæ tuam. & lib. 5.

Fugerit an Phæbus mensas cenamq. Thyestæ.

Ignoro, fugimus nos Ligurine tuam.

Nota est fabula de Thyeste Pelopis filio, cui Atreus frater epulandos suos ipsius liberos apposuit, quorum nomina prodit Euripidis scholiastes esse, Aglaum, Orchomenum, & Caleum.

Pardalis exuuium induere.

Παρδαλίῳ ἐνιδεῖν, Pardi exuuii amictus dicitur homo versipellis & ingenio varius, v. iserq., ὁ παλύνει τὸ ἔθνος, teste Eustathio Iliad. tertio, quod & breuius repetit in decimo, εἰς ἡερομίας τῶν πάνδεργων καί ποτε τοῦ ἐκ τῆς τῆς παρδαλίας. id est, Paræmiace de vafis effertur maculosa pardi pellis. Est enim variis maculis distincta pardi pellis, præcipueq. eius quam Heliodorus Camelopardalin nominat, de qua sic scribit historiæ Aethiopica lib. decimo, χρῶμα δὲ καὶ ἐπιδερμὶς φάστιν ἀνθρώπου ἐστὶν ὡς ἐόντος, color pellisq. florentibus macularum punctis variegata, vnde & epitheto ἀνθρώπου, id est, maculoso tergo dicitur ab Oppiano. Astutum ergo & subdolum παρδαλίῳ ἐνιμύσει eleganter dicemus, quomodo fraudulentum ἀλώπεκῳ ἐνιμύσει vulpino exuuii conuersitum, & λυκίῳ lupina pelle indutum hominem rapacem, & νεβρίδα ἐνιμύσειν hinnulina pelle tectum, timidum hinnuli instar, aut etiam versipellem, quod huius animalis pellis maculosa quoque sit. Non abludit hinc quod legimus Antenorem ingenio varium (id quod patriæ suæ non dubia prodiit, quamquam hostium nomine a Linio excusata, facile ostendit) non exitium modo effugisse capta iam Troia, sed res etiam suas integras seruasse, beneficio pellis pantheræ seu pardi, pro adibus ipsius appense, haud ambiguo argumento varij dubijq. ingenij: cuius rei fidem facit Sophocles in Aiace Locro, quod videlicet pro ioribus adium ipsius perpenderit, κατὰ κίττα καὶ δὲ Σπῶν ὁ λιβύς, παρδαλὶν φέρον δέρεα. id est, Maculosa canis Pellis Libyssa, pardalinum scilicet tergus.

In quo versu perperam pro λιβύσῃ scribitur καὶ βύσῃ apud Aristophanis scholiasten in anibus.

Vmbra me prohibent.

Τάμεν εἰργασίᾳ ψυχῇ δόξα καμώται, id est, Meq. abigunt vmbra, larualia spectra virorum. Verba sunt Patroli in somnis Ach.lli conquerentis se excludi ab inferis propter denegatum sibi humationis officium apud Homerum Iliad penultimo. Eustathius annotat quadrare ubi quis impedimentum accipit in negotio quopiam a vilibus & nullius pensi hominibus. Torquebitur & in strigosos & exangues, umbris pallore similes, cuiusmodi apud Aristophanem Samyrion tragædus, Melius, & Cinesias traducuntur quos a poetis ad cætum poetarum apud inferos degentium legatos fuisse fingit. ἀἰδοφῶτες eos nominans.

Habenas ignarus non tractet.

Μὴ διγῆς ἡνίων παιδίων ἀπειρος ὢν, id est,

Ne frena tractes inscius cum sis puer, Quadrabit cum a negotio quopiam arduo deterrebimus ei prouinciæ imparem. Extat apud Clementem pedagogi tertio, μὴ διγῆς ἡνίων παιδίων ἀπειρος ὢν, μηδὲ ἀνθρώπος τὸν δῖον ἱλαίνον μὴ μάθαν, id est, Ne tractes habenas fili regendi imperitus, nec currum conscendas aurigandine sciens, Apparet alicunde sumptum e tragædia quapiam, ubi Phæthontem filium deprecatur pater, ne exitiale votum urgeat, sibiq. perniciem accersat regendo solis equos. Vnde apud Ovidium Metamor-

tamorphoseon secundo Sol filium alloquitur paternos
entrus deposcentem,

Magna pestis Phaethon, & quæ non viribus istis
Munera conveniunt, nec tam puerilibus annis.
Plus etiam quam quod superis contingere fas est,
Nescius affectas,

Non omnia per bouem obtinebis.

Μὴ πάντα κατὰ βόειον ἔχει,

id est,

Nō speres te opera bonis omnia posse tenere.

Hemistichium est proverbiale quod admonet non sacrificiis aut litationibus, votisq. pro arbitrio omnia cessura, sed laborandum nobis esse, quemadmodum apud Salustium in Cat. lin. Cato ait, Non votis neque supplicis mulieribus auxilia parantur deorum, sed vigilando, agendo, bene consulendo, prospere omnia cedunt, ubi socordia atque ignavia te tradideris, nequidquam deos implores, quo spectat illud Aeschyli,

Τῷ δ' αὖ περὶ τὴν βίαν συλλαμβάνει.

id est,

Quisquis laborat, huic manū præbet Deus, & iterū.

Τῷ περὶ τὴν βίαν ἐπιλήσκου τί τιμα τὰ πῶς καλεῖται.

id est,

Laboranti, debetur diivinitus gloria laboris proles. Torqueri solitum in resides exercitus duces, qui mactato boue propitiasse se Deum abunde putant, non posse infelicitate cadere sua cæpta arbitrautes, cum consilio & animi præsentia et fortibus factis in bello opus sit. Crediderim idem esse cum eo quod ex Diogeniano citat aliq. μὴ κατὰ βόειον δοχε, atque exponit Ne contra bouem opta.

Bupali odium.

Βεπαλιὸν ὄνειδος, id est, Bupalium odium de inextinguibili & acerbo proverbialiter dicitur a Bupalo Chio sculptore, vel secundum alios, pictore, qui acerrimam cum Hipponacte & phesio clarissimo poeta symulacrum exercuit sed infelici conatu quippe qui maledicorum versuum morsus concoquere non potis, laqueo sibi gulam fregerat. Leonides Epigrammatar.

Ὡς οὐκ ἐπὶ πῶς χαλαρὸν τὸ πῶς,

Τὸν φρενὶν ἰππὸν αὐτοῦ, ὅτι χ' ἄτιμος

λαμβάνει βεπαλιὸν ἐς ὄνειδος.

id est,

Hospes sepulchrum grandians diris fuga,

Horribile Hipponactis, cuius & cinis

Exercet odium Bupali iambis seris.

Bupalia pugna.

Βεπαλιὰς μάχη, id est, Bupalium duellum proverbiali figura effertur a Iuliano apostata, pro virulento & detestata scriptio, quo maledicentia & irarum habenas omnes in quempiam effundimus sic enim scribit in epistola ad alypium Casarij fratrem, qua gratias illi agit de Geographica pinace elegantioribus formis ac lineamentis expressa, καὶ κατὰ μέτρον αὐτὸ πρὸς διέσκεπον ἱμνῶν & μάχων καὶ ὁμιλίαν τὸν βεπαλιὸν κατὰ τὸν κυρτὸν ποιητὴν, ὅτι οἱ καλὸν σὰν φῶς βέλειται τοῖς ὕμνοις ἀρμυρίαν. id est, Singulari industria illud elaborasti, adiectis & senariis iambicis qui non Bupaliam pugnam canunt, ut Callimachi Cyrenæi poetæ verbis utar, sed quales venusta Sappho vult in deorum hymnos concinnari.

Matreæ beluam alit.

IN hominem invidum liuore percitum competit, quod ex Athenæo detortum est apud Eustathium Odyssæe primo de Matrea quodam Alexandrino, qui ænigmatibus ludere solebat, diffitans se belluam alere seipsam comedentem, ἡρώων τὴν τρεῖς αἰῶνες αὐτὸ ἐσθίων. Polypus piscis carnem suam rodere dicitur, sed ingenti esurie eo adactus: at invidus alienæ felicitatis spectator, quamvis ipse abundet, se conficit, & iuxta poetæ dictum macrescit alterius rebus opimis, ut non mirum sit cur liuor epitheto et quidem dignissimo edax a poetis dicatur.

Andromachen ex anguibus concinnare.

Ἐξ ὀφιδῶν τὴν ἀνδραγάχην διασκευάζει, id est, Anguium plexu Andromachen exornare, proverbio dicitur qui admiracula omnia undecumque congerit ad confirmandam suam causam & exornandas fulciendasq. rationes suas: vel qui operis molem multiplicis lectionis opibus & omnis generis scriptorum auctoritatibus instruit atque exedificat Nicephorus Callistus libro 14. Id consilij nobis est, ut ex omnibus quæ ad rem faciunt colligamus, & interdum etiam spiritus anguium implexis Andromachen adornemus, Græce est, αἰὲς τὸν δὲ καὶ ἐξ ὀφιδῶν τὴν ἀνδραγάχην διασκευάζωμεν, Est autem hoc loco ὁ οὐκ ὀφειδῶν τὸν ἀνδραγάχην διασκευάζωμεν, quod erinium volutis lubrico spirarum implexu, in modum anguium incrantibus fastigiatur, quod Statius Papinius suggestum comæ nominat, quod genus in veteribus Italia monumentis frequens occurrit. Respexit huc Iuvenalis Satyra sexta: feminarum astum notans, quæ anguium isto plexu & structura plocamorum, proceritatem mentiebantur, ubi ait,

Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altis
Ædificat caput, Andromachen a fratre vidi bis, Post,
minor est. Constat autem Andromachen Hectoris uxorem statura longissimam fuisse, ex Ovidiano versu.

Mariandinus tibicen.

Μαριανδίνος βέλωνηρος, id est, Mariandynus tibicæ aut precensor, dicitur luctuosi carminis cantor, qui scabiles modos insonat. Neque absurde poetastrum inamæni atque indocti carminis scriptorem, μαριανδίνων βέλωνηρος dixeris, consimili ratione, qua ineptam orationem, Caricam Musam & καρικὴν αὐλῆμα. Citatur nominatim proverbij vice ab Eustathio in Dionysianis commentariis, ἵσθι ὅτι ἐπεχρησάμεθα τοῖς μαριανδίνων βέλωνηρος αὐλῆμα, ὡς καὶ ἡ περὶ τοῦ δολοῦ, μαριανδίνου μεμνημένη βέλωνηρος, id est, Sciendum apud Mariandynos frequentes fuisse tibicines lugubria cōcinētes, quod & proverbio indicatur, in quo fit mentio Mariandyni eiulantis. Chorus apud Aeschylum in persis, Xerxi reduci, post deletas ingenti strage a Græcis Persarum copias, loco gratulatorij carminis accenturum se dicit lugubre Mariandyni tibicinis carmen, his versibus.

Πρὸς φθόγον σινοῖς, τὰν κακοφάτιδον βόων,

Κακομίτῃ τῇ ἰνυ μαριανδίνου βέλωνηρος Εἰμύθω. i.

Excipiam reditum tuum clamore incondito & male concinnio Mariandyni tibi cinis ululatu te prosequar. Quo Aeschyli versu uti licebit apud eum qui pro exspectato

peccato lato nūcio, aduersa omnia & tristia apportat Mariandyni gens est Pontica. Paphlagoniae contermina nomen habens a Mariandyno Acolensi, ut Stephanus indicat, Aeschyli interpretis ex Callistrato annotat Tyrium binos habuisse liberos, Priolaum & Mariandynum, qui in venatu perierit, insignem artificem lugubris concentus, qui flebiles tibiis modos adaptarit, suamque artem docuerit Hiagnin Marsiae tibicinis patrē (quem Marsiam nominat Eustathius) & addit, eam gentem ad sua usque tempora, in estiuis caloribus, flebilibus numeris auctorem suum Mariandynum prosequi, Apollonii Rhodij scholiastes annotat, Mariandynum Phinei filium fuisse ex Idea Dardani, ab aliis Ciminij creditum fuisse filium. Quin & Maryandinas tibiis aptissimas esse lectui, idem scribit, & consentis in gentis peritia Hesychius: huc referri & vulgatum illud, Ἀντὶ μὲν ἁπλῶς καλὰ μοῖς, κρυφὸν ἰατρίαν. id est, Spirat Mariandynis calamis Ionicos modos sonans To tei autem prouerbialis ille versus anapesticus torque ri in hominem secum discordem, velut qui inter leta tristes fabulas commemorat, aut lugubre carmen cōdit. Nam ut Mariandynae tibiae neniis fimbriis dicatē sunt, ita Ionici modi amoribus, deliciis, lasciniisq. seruiunt. Citatur in Aeschyli Graecis commentariis, quos quam nitidissimos ex corruptissimis dedit nobis Henricus Stephanus, ὁ δὲ τῶν ὀργάνων ἐν πάσῃ. Solebant autem tibiae in lectui adhiberi, & testatur Statius Papinius funera praesertim minoris aetatis ad tibiae efferrī solere, eo versus.

Tibia enim teneros solitum deducere manes.

Myforum more inclama.

Μύσῳ ἐπιβόῃ, id est, Myforum instar vociferari, prouerbialis specie dixit Aeschylus in persis, pro eiulare & fletu omnia permiscere, ubi Xerxes accepta clade mortuus ita chororum alloquitur,

Καὶ ἰδὼν ὀργᾶσι καὶ ἐπιβόῃ τὸ μύσῳ. hoc est,

Conscinde planctu peccus, atque Mysium inclama. Apparet autem barbaros ob natiuitatem vocis asperitatem olim ad funebres pompas ad ciendum lectum ex petitis fuisse, sic Phrygas & Mysios ad id muneris adhibet Eustathius, ita & Carica Musa ut insuauis pro epicedio & funebri carmine Platoni accipitur. Aeschyli interpretis ita succincte tradit, ἐπιβόῃ τῷ μύσῳ, οἱ δὲ μύσῳ οἱ οὐρανὸς μάλιστα ἐστὶ θεῶν ἡμεῖς. id est, Mysium inclama, nam Mysi Phrygesq. ciendo lectui appositissimi sunt. Simonides, Μύσῳ ἀπὸντα παρὰ ἐν ἡρώδῃ, id est, Mysium & flebile exclamantem ad Arganthonē amnem.

Ter sex iacit.

Τεῖς ἔξ ἑκάμῃ, hoc est, Ter sex iacere prouerbio dicitur, cui ex animi sententia ac pro votis omnia succedunt prosperrime, inde nata prouerbij origine, quod antiquius in trium cubitorum iactu, seniores iecisse, fortunatissimum erat & primae palmae victoriam apportabat, aliter quam putauit quidam tertium iactum felicissimum fuisse, diserte namq. testatur Suidas quod dixi, ita annotans, τεῖς ἔξ, νικητικὸς βόλος, id est, Ter sex, vi Hor iactus est, & attestatur prouerbum quod anticipati voto vel supremam vel infimam sortem deposcit,

τεῖς ἔξ, & τεῖς διπλῶς, id est, Ter sex aut tres vniones. Clarissime vero extra controuersiam hoc ponit apud Aeschylum in Agamemnone nuncius in specula relictus, qui conspiciatus in tenebris facem capri Ilij indicem uti conuenerat, ait ignem illum ter sex iecisse, nimirum fausta ac leta omnia portendere signans, verus hi sunt,

Τὰ δὲ πρὸς τὸν ἔξ δὲ περὶ τὸν ἑξῆς, id est,

Τεῖς ἔξ ἑκάμῃς τῆς δὲ μοι φερὲν τὸ ἔξ. id est,

Felicitate cecidisse heriles res dabo,

Fax ista quando iecerit ter sex mihi.

Qui versus quoniam deprauati leguntur apud Suidam admonendus est lector æquus vitij duplicis, nam & male πρὸς τὸν ἑξῆς in priore scribitur, & in secundo βελῆσα τῆς ἑκάμῃς. Neque vacuus erroris est codex Eustathij Romæ excusus, apud quem in Odysseæ primo pro τὰς δὲ μοι legitur & εἰς.

Lacrymæ Simonidis.

Mæstius lacrymis Simonideis, prouerbiali figura dictum est ab elegantissimo Catullo, de re flebili & miseratione digna. Simonides poeta ex poetis, quos τραγῳδοὶ vocant, præcipui nominis fuit hoc est, qui nectas & carmina que cum lamentatione mortuo extrema accinebantur (sic enim Nectas exponit Diomedes grammaticus) scripserunt, Vnde Horat. lib. od. 2. talia nominat Cæ nectas munera. Sunt & qui elegia inuentæ gloriam illi tribuerunt, veteres autem in funere mortuorum elegis ad sepulturam utebantur, ut Lucilius Tharrheus ait. Calliolum pentametri siue elegiaci carminis auctorem facit. Verba autem Catulli sunt, in epigrammate ad Cornificium, Paullulum quidlibet allocutionis,

Mæstius lacrymis Simonideis. Fuisse autem Simonidē appositissimum concitando lectui, etiam Aristides ostēdit in Epicedio his verbis exclamans, ποῖος τὰ αὐτὰ σιμῶνιδος ἐκλάσσει; qualis Simonides hunc mærorem digne lugebit?

Theatrum simul & aperit & claudit.

PROVERBIALE est in eum qui pollicetur dicturum se aut explicaturum aliquid opportunum & magni momenti, simulq. alio orationem dirigit. Heliodorus lib. tertio. ὡς περὶ κατὰ τὴν ἐν τῇ ἡλικίᾳ, τὸ τὸ λόγος, περὶ τῆς χεῖρας, οὐδὲν ἀνέλασεν καὶ καλίσσα τὸ διατερεῖν, id est, Me veluti peracto iam festo aduenientem, iuxta prouerbum, præteritis, & referans simul & claudens theatrum. Potest & infordidum torqueri, qui spem ostentat domi, sed mox reuocat.

Veluti Mineræ calculus.

Ὡς τις ἀέλωας ψήφος, id est, Velut quidam Mineræ calculus, Prouerbialiter dictum est a Philostrato ubi dicit Herodem Atticum, principem in oratoria virum honestasse sua presentia Aristoclen pergami docentem missis eo & suis discipulis, sic enim inquit, ὃν τὸν Αἰγισκλῆς ἔδιν ὡς τις ἀέλωας ψήφος. i. vidit & Aristocle, velut quidam Mineræ calculus, nimirum ad faciendā fidem illius eruditionis dignatus eum honorifica salutatione, eoq. facto veluti comprobans præclarā de illo existimationem. Vti ergo prouerbio licebit, cum quis primarij iudicis calculo absoluitur, aut quoties do-

L L L Efi

Est viri iudicium accedit ad laudem alterius, testimonioq' luculento huius eruditionem extollit: aut ubi bellicosus aliquis Heros strenuam ducis militisve virtutem liberali elogio exornat: utriq' enim & militiæ & doctrinæ Minervæ præfecit gentilitas. αὐτῶς τῆς Ἀθηνᾶς καὶ τοῦ πολεμικοῦ. Nalem proverbij referendum puto ad iudicij Orestæ, qui cum pares essent calculi & damnatorij & liberantes, Minervæ calculo alteri parti accedente absolutus a crimine fuit, quod ita refert Aristides, ὁρίσαντο δὲ τὸν ὅτι καὶ τὸν ἑκατέρωθεν, ἡ δὲ Μινerva προέδωκεν τὴν πᾶν αὐτῆς σάβην.

Ieiunium olet.

Nεκρία ὄζειν id est, ieiunium olere Græco proverbio dicitur, quibus grauis est anima & pudidum olens, Aristoteles Problematum sectione 13. διὰ τὴν τὰ στήματα μὲν ἰδὼν οὐκ ὀνείων, ἀλλὰ γινώσκοντες τὸν ὄψιν μὲν ἔκκαλει τὴν νεκρίαν ὄζειν φερόντων δὲ τέκνιτι, ὅτι ἰδὼν μὲν ὄζειν id est, Quid causæ cur ora eorum qui nihil ederint, sed ieiunij sint, magis puteant (id quod Ieiunium olere dicitur) postquam cibum sumpserint, nequaquam, cum oportuerit tunc magis obolere. Causam assignat aeri propter requiem servata, qui spiritum & excrementa pituitosa in putredinem agat. Cæcilius Comicus, Quæ mihi.

Ubi domum adveni, affedi, exemplo suavius

Dat ieiuna anima.

Plautus in Mercatore.

Ieiunitatis plenus, anima fœtidat,

sic enim citat Nonius Marcellus, & legit vetus codex, pro quo vulgata editio habet, Iam plenus ætatis, animaq' fœtida. Huc pertinet quod in Bassam olidam anum scribit Martialis libro quarto Epigram. Quod bis murice vellus inquinatum,

Quod ieiunia sabbatariorum,

Mæstorum quod anhelitus reorum,

Quod spurca moriens lucerna tede,

Quæ postrema dictio in impressis libris perperam in Le dæ commutata legitur.

Sphyngeis ænigmata dissolvit.

EPIGRAMMATON libro 3. Alexi poetæ proverbialis versus legitur,

Νῦν σφίγγος γρίφος οἰδ' ἵππος ἰφρασαύλω. id est,

Nunc Sphyngeis nodos Oedipus explicui,

Quadrabit in eum qui insigni dexteritate recondita ætiorum sensa & tenebrosos locos possit explanare. Alexis Comicus in Orchestride.

Δαμονίδης ἀπαλόμα

Γραῖν σφίγγα πρὸς ἐμὴν ὡς ἀνιγματο λήγ. id est,

Complector valde humaniter

Anum Sphingem quæ soluat ænigmata mihi.

Huc spectat urbanus Ciceronis iocus, ad Hortensium, cum iste diceret se Ciceronis ænigmata intelligere. Atqui, debes, inquit ille, cum Spingem domi habcas: acciperat enim a Verre auream Sphingem Hortensius, patrocini præmium, uti refert Quintilianus. Comicus Straton in Phœnicide.

Σφίγγ' ἀρῶ, δ' ἀγέροντες εἰς τὴν οἰκίαν

Εἰς αὐτὴν ἀπαύειν τὸ δὲν μὰ τῆς θεᾶς

Ὅς εἰς λήγην, συνίμι.

id est,

Domum introduxi masculam Sphingem, Haud cocum, adeo nihil, testor Deos, intelligo. Quæ loquitur. ubi Sphingem masculam vocat cocum poeticiæ verbulis vicentem identidem data opera, ut ea ratione obscurior imperito hero illuderet. Finitimum huic est Epicharmi illud, Οἰδ' ἵππος τοῖνυ ποτ' ὦν ἀνιγματο ὅς τις ἦν; id est, Iam olim Oedipus cum sis, ænigmata haud capis. Sphingem fabulantur fuisse belluam canino corpore, vultu puellari, avis in modum pennatam, humana voce loquentem, consuevisseq' Thebanis civibus ænigma proponere quod indissolubile cum multis necis causa fuisset, tandem, Oedipus Corinthius dissolvit, exitialemq' bestiam sustulit, quam fabulam pluribus persequitur Palaephatus: aliter eam exponit apud Necephorum Philostorgius, Sphinx, inquit, de simiarum genere est, pectore ad collum usque glabro, reliquo corpore hirsuto, ubera muliebria habet, facies plusculem rotunda est, & acuminata, a muliebri specie non abhorrens, vox humana, sed stridula nec articulata: bestia indomita, maligna, astuta, hanc crediderim olim Thebas allatam, & cum in civium ad spectaculum commeanantium vultus insilivisset, eosque ungibus lancinasset, Oedipum civium suorum iniuria offensum feram intermisit, nomenque inde illustre vetulissimum. Ceterum fabula Oedipo fortitudinis gloriam tribuens, alatam eam fingit eo quod celeriter in obuios insultum faceret: eadem illi pectus muliebre, corpus leoninum addit, illud propter glabritiem & semineæ formæ similitudinem, hoc propter ferocitatem, quodq' ut plurimum quadrupes ingrediens leoninum incessum mentiat: Sermone quoque illi assignat, quod vox eius humana sit adfinis, ænigmata vero, quod obscurum quiddam neque intellectum vociferetur. Neque otiosum fuerit ut huc adscribatur quod D. Clemens commemorat Stromatum lib. quinto, apud Aegyptios pro templis stare dedicata Sphingum simulacra, quo significant obscurum minimeq' explicitum, & ænigmati cuiusdam simile, quidquid de Deo loqui aut opinari mortales insititimus: non ignoro tamen aliter istud symbolum a Synesio exponi in libro de Regno ad Theodosium Iuniorum, & iterum in Aegypto.

Cyreneus videris.

De homine quavis ratione inexpleto dicitur Alexidis Comici illud e Tyndareo, id fabulæ nomen est,

Ανθρώπος ἦναι μοι κυρλωτός δοκίς. id est,

Videris esse vir Cyrenæus mihi.

Proverbij vice usurpavit Athenæus libri duodecimi initio. Ανθρώπος ἦναι μοι κυρλωτός δοκίς, κατὰ τὸν Ἀλέξιδος Τυνδάρειον ἱταῖς Τιμόκρατις, καὶ ἐπὶ τῷ δὲ τῷ διπνον ἵνα καλῶν, παρῶσιν οὐκ ὠρεαὶ δὲ ἀλλοί, καὶ δὲ ἄλλοι. id est, Videris esse homo Cyrenæus mihi, iuxta Alexidis Tyndareum, sodalis Timocratis, illic. n. si quempiam ad cænam voces, mox octodecimi alij ad sunt & currus decem. Modeste Timocratis studiosi hominis inexplabilem in legendo & ad editionem deposcendis libris aviditatem, perstringit, qui perlectis iam undecim Dipnosophistarum commentariis, nondum satur, efflagitarat prædictis adiici librum de iis quos luxu diffuentes ac deliciis addictos fuisse observarat. Apposite igitur quadrabit in hominem inexhaustæ lectionis aut voluptatibus nunquam saturum.

Ne

Ne corticem quidem dederit.

VERSICVLVS est prouerbialis Parthenij ab Etymologico auctore citatus.

Οὐδὲ πῶσι ἔστι δρυὶ λικ πορτικῶς, id est,
Herbe littoreæ fragmina non dederit, vel ita,
Radicis nulli dederit fragmenta marina.

Quo licebit vti in hominem sordidum & auarum, qui nulli aliquid largiatur, ut e pumice aquam citius elicias quam a tali numulum, est autem δρυὶ λικ cortex arboris delibratus, seu ab arbore reuulsus, aut etiam quisquiliæ qualibet & fragmenta, ἔπὶ τῇ δρυὶ πῶν, quod lancinare sonat. Conuenit cum eo quod alibi citauimus, Ne solem quidem dederit.

Ne Bæon piscis molestus sit.

Μὴ με βαδὼν κακὸς ἰχθύς, id est, Ne Bæon pisciculus mihi noxam pariat. Citatur ab Etymologico auctore, qui illud exponit de homine voluptario & delicato ganeo ne, qui vilia & communia edulia aspernatus, cupedias sectatur: cuiusmodi Philoxenus Cytherius fuit, qui apposuit exigentiam nullum perconsectanti similis auri ad mouit, ut ingenioso commento prægrandem Dionysio tyranno in eadem mensa oppositum impetraret, ut re fieri Atheniensis. Est autem βαδὼν pisciculus gobio persimilis, alio nomine βιδεῖνος a mucositate, ut videtur, nomen sortitus, quamquam apud Athenæum libro 7. βιδεῖνος scribatur, ubi & alter exstat in vulgatis codicibus error talis, ὅτι βιδεῖνος ἰσχυρὸς παρὰ πλεονεξίαν, pro quo reponas ex Eustathio & Etymologico auctore κοβίς, ut dicat βαδὼν, piscem a βιδεῖνος, id est, mucosum nomen habentem, gobio esse persimilem. Vilem autem fuisse & ingrati saporis pisciculum, ostendit Epicharmus, ἔχχας δὲ βαδὼν, id est, insipidos Bæonas vocitans. Lectio huius paræmij diuersa est apud Athenæum, sed quæ eodem sensu conflare potest μὴ με βαδὼν κακὸς ἰχθύς, id est, Procul a me facessat Bæon malus piscis. Competet in hominem aspernabundum & delicati morosiq; ingenij, qui communia & vulgaria fastidiat.

Cum vulpe habens commercium,
dolos caue.

SENARIVS prouerbialis citatur a Suida talis,

Κοῦδ' αἰσυνᾷ, τὴν κοῦδ' αἰσυνᾷν προσδίδκα, id est,

Cum vulpe habens commercium, dolum caue,
Adfuit illi Paulino, Cum prauo deprauaberis. A malorum consortio cauendum est, ne aut impostura exitio tibi sit, aut ne in mores transeat contagium, τὸ ὅτι ἰμφοὺς ἔσ' αἰσὺν ἀλώπη, ἔσ' ἐμφορμοὶ λίεν περὶ λαχάρεσσιν τοῖς ἵπποις, ut inquit Pindarus hoc est, natium ingenium neque dolosa vulpes, neque rugibundus leo commutare valeant. καὶ δὲ αὐτὴν vulpes dicitur quasi κοῦδ' a cauda quam spissam habet tractu, vel ab astutia qua lucrum queritur & emolumentum, quā κοῦδος ἔστι nominant, unde et κοῦδελίος fraudulentus homo dicitur.

Propede Xenium.

Τὸ πῶσι αὐτὶ ποδὲς ξενίων,

id est,

Istud habe Xenium pede pro bonis.

Verba sunt Philæti bubulci Ulyssis apud Homerum Odys. 22. ad Cresippum quem sagitta traiecerat, illi insultantis, ut munus illud accipiat pro bubulo pede,

quem ille mendicanti Ulyssi impegerat paullo ante. Admonet ibi Eustathius usurpatum adagium a primi nominis theologo, in eos quibus malum pro malo reppenditur.

Vti nutrices Lamiam.

CV inanes minas ad territandum solum comparatas innuere volumus, utemur illo Dionis Chrysostomi, ὡς οὐκ αὐτὶ τῶν ἀνθρώπων τῶν λαμίων, id est, instar nutricum Lamiam pueris obicientium. Eius verba hæc sunt oratione 55. μιν δὲ λαμίας τὰς λείπας (ita corrigendus est codex græcus, qui habet λείπας) καὶ τὰς αἰτῶν καὶ τὰς σκύνων καὶ τὰς κύωνων, διὰ τὴν ἐκείνων ἐκείνων τὰς αἰτῶν τὰς σκύνων καὶ τὰς κύωνων, διὰ τὴν ἐκείνων ἐκείνων τὰς αἰτῶν τὰς σκύνων καὶ τὰς κύωνων, id est, Solos miraris leones, aquilas, scyllas, & cyclopes quibus ille stupidos homines demulsit, non aliter quam solent nutrices pueros, Lamia aduentum narrantes. Lamiam quasi λαμίας a prægræ di ingluuiæ nomen habere vult Etymologici auctor, diximus de ea in adagio Lamia turris, antea: nunc & hoc addendum est ex Nicephero Callisto lib. 18. cap. nono, Lamiam etiam ἡλὸν vocari, sic enim ait de Mauritio Imperat. Illud insuper anile parumq; simile veri addens ἐν πύσῃ (ita enim nominant, quam ἡλὸν quis dixerit) sapienter numero infantem Mauritium e cubili, velut mox deuoraturam, extulisse, nullo accipio incommodo.

Immortales Gratiarum horti.

Ἀνθρώποι χαρίτων κήποι, id est, Interitum nesciunt Gratiarum horti. Aristides, καὶ μὴ οἱ ἀνθρώποι χαρίτων κήποι, id est, In immortalibus Gratiarum hortis natæ. Prouerbij facies ad gratitudinis significationem trahi potest, nam beneficij collati memoria immortalis esse debet, semperq; in animo grato viuere, vnde & Gratiarum vni a virore perpetuo Thaliæ nomen fuit. Potest & ad personam transferri, si dicamus virum sempiterna memoria dignissimum, in Charitum horti immortalibus viuere. A quo non abluat Sapphus poetrix in æliu in indoctam & a Musis Gratijsq; alienam feminam, κατὰ χάριτα δὲ κίριον, τὸ δὲ ποτὶ μνημὸν σὺν αἰσέσει αἰετ' ἐπὶ δὲ ποτὶ βίαν, ὃ ὅτι μετὰ χάριτος ὁ δὲ ἄνθρωπος πειρίσας, ὃ δὲ ἀνθρώπος καὶ ἀίδον δέμοις φαιτάσσει. hoc est, Mortua iacebis, nec tui vnquam a morte exstabit memoria, quippe expers rosarum in Pieria nascentium sed obscura umbra apud inferos manens oberrabis. Quæ verba corrupte leguntur apud Plutarchum in tertio Symposiacon in Codice Aldino, parumq; integre.

Phœnicis instar reuiuiscere.

Κατὰ φοίνικα ἀναβιδύσκειται, id est, Phœnicis in morem reuiuiscere, prouerbio dicitur, qui longa valetudine, adfuit curis, amore, sollicitudine, carceris tēdio emaciatus, nunc viuidior factus ad se redit. Aristides refert ad statum ciuitatis, cuius ruina in nouam vrbis faciem restituta sint, reparatis etiam iis quæ obsoleta forent, ita enim loquitur de Smyrna beneficio M. Aur. Imper. reedificata. ἡ πόλις ἀναβιδύσκειται μεταβαλόνσα τὴν ἐλίκιν αὐτῇ παλαιά τε καὶ νεὰ μνημόσιν, ὡς οὐκ ἐν φοίνικα ἀναβιδύσκειται λόγος αὐτῇ ἐν αὐτῇ. Repullulat ciuitas deposito senio, vetus eadē et noua, quō Phœnicē ex se

LLL 2 rcu

reuiuiscere fama loquitur, & alibi de eadem, ἡ γὰρ δὲ παλαιότερη καὶ νεώτερη αὐτῇ ἐκαστὴ ἀνενώταται, καὶ τὸ πρὶν ὅτιν φασὶ τὸν ἱερὸν. i. Facta est eadem urbs & antiquissima & nouissima, resumpta iuuenta, quod de sacro alibi dicitur. De Phœnice aue ita Ambrosius lib. de fide resurrectionis. Auis in regione Arabiæ, cui nomen est Phœnix, rediit in suæ carnis humore reparabilis, cum mortua fuerit, reuiuiscit. Eusebius Pamphili in vita Constantini. Αἰγυπτίον ὄρνιν φασὶ μονογενὴν οὐκ εἶναι φῶσιν, ἐνέσκημι μὲν ἐπ' ἀρσενίου, αὐτὸν αὐτῷ τῷ πάλαιον θνητῶν. ἀναβίωσκει δὲ ἐξ αὐτῆς ποσὶς καὶ ἀναπύχεται τοῖς πενθῶν καὶ πρὸς τὸν αὐτὸν φῶσιν. id est, Phœnicem volucrum Aegyptiam serunt natura vnigenam esse, & super aromatum acervo emori, suum sibi rogam adolescentem, postea de suo cinere reuiuiscere, resumptisq. pennis talem existere qualis antea fuerit. Nazia Zenus in Carthinum lib.

Ὡς δ' ὄρνιν φασὶν καὶ φάτις ἐνέσκηοντα νεώτερον,
Εν πυρὶ τικτόμενον ποσὶν ἰσίων μετὰ κύκλῳ,
Εὐραλίης κοινῆς ξείνον γόνον αὐτομήνιδον. id est,
Phœnicem perhibent post fata resumere vires,
Nascentem ex igni, & decursis pluribus annis,
De cinere annofo sæturam sponte renasci.

De hac aue ita ferme Artemidorus lib. de insomniis quarto cap. 49. Phœnix ubi fatale ingruit tempus, euolat in Aegyptum, loco vnde profectus ad sit ignotato, sibi que constructo e casta myrrhaq. rogo, immortitur: ex eo cinere post statum temporis curriculum vermis enasci putatur, qui grandescens in volucrum abit, sitq. iterum phœnix, moxq. emigrat ex Aegypto, locumq. vnde genitor aduenerat volatu repetit. Eius verba leguntur apud Suidam in diffione φωνίξ, sed a librariis corrupta, nam illa ἀφ' ἡπείρου εἰς αἰγυπτον ἐκεί-
ται, ex Artemidoro ita legi debent, ἀφ' ἡπείρου αἰγυπ-
τις ἐκείται. Plura de hac aue qui scire desiderat, legat opusculum Laëtantij, & alterum Claudiani, de Phœnice, Cornelium Tacitum annalium lib. quinto, Plinium lib. 10. cap. 2. Solinum cap. 36. Ouidium in transformationum libris, deniq. Achillem Statium Alexandrinum in calce lib. tertij de amoribus Blitophontis & Lenciæ.

Qualis heras, talis & canis.

REFERTUR a Clemente Alexandrino lib. pædagogico tertio, οἷα ὅς τις ποικίλῃ (φασὶν οἱ παροιμιαῖοι) ποικίλῃ δ' ἁκύνων, id est, Qualis namq. heras, iuxta prouerbium, talis est & canis. Quadrabit in impudicæ aut ebriosæ matris, libidinosam aut temulentam filiam. Vfus eo est Gregorius Palamas, in declamatione, qua corpus aduersus animum se defendit, testaturq. se mereri veniam, raptum illius affectionibus οἷα ὅς τις, φασὶν, αἰδωμένα, τοῖα χ' ἡ κύνων.

Gyaro dignum.

FACINUS audax cum periculo coniunctum, quale ἐῖ φακινδωνος Greci vocant, velut proiectæ audaciæ plenum, versu a multis usitato, Iuuenalis dixit, Gyaro dignum, ita autem habet, Aude aliquid breuibis, Gyaris, & carcere dignum, in quo præter aliorum grammaticorum expositionem, breuibis, epithetò esse nolo, ut exilitas insule includi eo verbo videatur, sed comma-

te discernino, vt tria loca periculo vitæ coniuncta illi aduenda esse significet, qui facinus aliquod memorabile suscipere velit. Sunt enim Breuia loca maris vadosa, naufragiis infamia, quorum etiam apud Vergilium mentio est in primo Aeneid. ibi, In breuia & Syrtis. Polybius similiter vt Latini βραχέα nominat. vt lib. 1. de parua Syrti loquens ὅτι περὶ πλοῦτος εἰς τινὰ βραχέα (ita locum corrige pro ἀβραχέα) διὰ τὴν ἀπειρίαν, εἰς πᾶσαν ἡλὸν ἀπορίαν. id est, Ad quam in breuia incurrentes, propter locorum imperitiam, in summum adducti fuerunt discrimen. Gyaros vero insula est inter Cycladas, quam immittem & sine cultu hominum causatur Tiberius apud Cornelium Tacitum.

Mel summis digitis delibandum.

Ἡ δὲ τὰ μέλιτος ἀκρὸς δακτύλῳ ἀλλὰ μὴ κνήμῃ χειρὶ κινεῖται. hoc est, Mel summo digito, haud caua manu delibandū est, Dionysius Milesius apud familiares suos identidē dicere solebat, Philostratus lib. 1. de Sophistarum vitis commemorat. Translationibus alijsq. delicijs, quibus oratio ornatur, parce vtendum est, non affluenter & ad fastidium vsque. Voluptatibus modice frui pro re nata, illaudatum non est, modo ne totum te iis immergas. Vti adagio conueniet, quoties moderatum rei alicuius vsum laudabimus.

Polycleti norma.

Πολυκλείτης κανὼν, id est, Polycletæa norma, prouerbij specie effertur de homine omnibus numeris absoluto, de opere ad vnguem facto, deq. re extra controuersiam perfecta. Natum a Polycleti statuariorum assignanti commentario, quo absoluti operis specimen artificibus præscripsit, itemq. eiusdem statua absolutissima, quibus ambobus κανὼν nomen inditum fuit ab auctore. Sed operæ pretium est Galeni verba quibus hanc rem persequitur apponere ex quinto libro De Hippocrate & Platonis decretis. καὶ τὸ πρὶν, ὅτι ὡς Πολυκλείτης κανὼν ἡ γὰρ πᾶσι, πᾶσι αὖτ' ὅτι ἐκ δὲ δέξασθαι ὅτι ἐκείνου τῷ συγγράμματι τὰς συμμετρίας τὰ σώματα οὗ Πολυκλείτης, ὅτι τὸν λόγον ἐβίβασεν διμερῆσθαι ἀνδρῶν κατὰ τὰς λόγους προστάγματα, καὶ καλεῖσθαι δὲ καὶ αὐτὸν τὸν ἀνδρῶν κατὰ τὸ σύγγραμμα, κανὼνα. id est, Quemadmodum in Polycleti regula perscriptum est: nam cum eo in commentario Polycletus nos edocuisse symmetrias corporis, scriptum deniq. opere confirmauit, fabricata statua iuxta libri præscripta, inditoq. illi similiter, vt & commentario, Norma peculiari nomine. Idem de corpore quadrato loquens in primo De temperamentis, quod non modo medium obtinere humiditatis siccitatisq., verum etiam optima formatione præditum vult esse supra Polycleti normam, sic inquit, καὶ πᾶσι ἀνδρῶν ἐπαυγνύται Πολυκλείτης κανὼν ὁνομαζόμενος, ἐκ τῶν πάντων τῶν μορίων ἀκριβῶς τῷ τῶς ἀλλήλων συμμετρίαν ἔχον, ὁνομαζόμενος τοῖς τέττατον. id est, Laudatur alicubi statua Polycleti, Norma vocitata creato inde nomine quod exactam adamussim omnia inter se membrorum commensurationem habeat. Transferetur apposite ad animi dotes, si hominem omni virtutum genere præditum Πολυκλείτην κανὼνα vocemus. Eo modo accipitur et p se κανὼν Grecis, vt Norma Latinis. Apud Suidam incerti auctoris verba citantur ista, ἡ δὲ ἐφοβία, κανὼν καὶ ὁρμὴ βίης καὶ ὑγίης. Pubertatis anni

auti norma erant recte instituta, san. eq. vit. Sump-
pius de Marciano, id est de aetate et de aetate et de aetate
vbi dicitur id est, Vir ad omnes virtutes velu-
ti norma quae piam affabre factus. Simili tropo Hiero-
nymus ad Rufinum dixit, Norma Catoniana seueri-
tatis, & Martialis lib. 11. Regula morum. Ad fine etiā
est illud Trebellij Pollionis, Valeriani vita censura est.
Ad eundem modum capitur & γνομων. Damascius de
Isidoro philosopho Hypatiae doctissime feminae marito
απον το δεικτρον ος επιτειν, η εκεινος κριση γνομωνι διχα-
το ην αμειν η χαρις λεγει τον, id est, Vniuersum thea-
trum illius iudicio utebatur cen regula eorum qui be-
ne malene dicerent. Thucydides de Themistocle, η
παραχρημα δι λαχισις βελος κρισις γνομων, id
est, Rerum praesentium exactissima norma, adhibito
vel leui consilio.

Pro virgine cerua.

Αντιπαρεστι λαφρ. i. Loco virginis cerua. Proverbio
hoc uti licebit, cum praeter opinionem insperatum quid
accidit, veluti si quis opima spe excidat, & pro aureis
tantum non montibus exiguum quid referat: aut vbi
quis criminis purus, reus tamen accusatus, liberatur,
auctore sceleris deprehenso: aut cum aliud pro alio
fraudulenter substituitur. Exstat apud Achillem Statium
Alexandrinum libro sexto de amoribus Clitophontis
& Leucippes. Custos, inquit, ut verisimile est, obstu-
perat inopinata rei nouitate commotus, iuxta para-
miam, pro virgine cerua conspecta. Natum videtur a
fabula Iphigeniae, quae cum in Aulide Licotiae ad aram
Dianae adducta staret, futura dea victima, ipsa quidē
repente euasit & in Tauricam deuecta est, immolata
eius loco supposititia cerua. Hanc rem narrat apud
Euripidem in Iphigeneia.

Αντιπαρεστι λαφρ. i. Loco virginis cerua.

Φάσμι, οὐκ μὴδ' ὄρα μὲν τῆς πρὸς αὐτῇ,

Ελαφὸς γὰρ ἀπαρτῶν ἐκ τῆς αὐτῆς.

Η δ' αὖματι βωμὸς ἐφέσκειτ' ἄρδω τ' ἐλδο. id est,

Spectrum intuentes a deorum quopiam

Inopinum, & aegre creditum spectantibus,

Nam cerua humi iacebat artub. micans,

Aram dea cruore stagnantem imbuens.

Non alienum hinc est quod Martialis iocatur in Mis-
simum quendam a Cybales sacerdotibus nocte prae-
stis virilibus orbatum, cum illi Achillam puerum co-
cubinum ea parte mulasse se crederent decepti, pro-
inde subiicit auctor, Suppositam fama est quondam
pro virgine ceruam.

Fulmenta lectum scandunt.

CITATUR a Nonio proverbium Varroni frequens,
Fulmenta lectum scandunt, quamquam in impressis co-
dicibus, ut vbiq. scatent portentosis mendis, singulari
numero Fulmentum vitiose scriptum legitur. Videtur
autē quadrare quoties praepostere aliquid fit, aut vbi
hero imperare seruus, & supra patronum cliens babe-
re presumit arroganter. Nihil autem in rerum natu-
ra magis est praeposterum, quam vbi fulcra sustentan-
do lecto destinata, onus ipsa lecti esse volunt, & ab eo
portari quodammodo. Est autem fulmentum idem
quod fulcrum aut pleniore voce fulcimentum, quod
vel ex Plautino exemplo in Trinummio liquere potest,

vbi vulgati codices fulcimenta praefertunt, cum semini-
no Fulmentas veriore lectione emendatiores libri ha-
beant hoc modo, Fulmentas iubeam suppingi foccis.

Tantali mensa.

Ταντάλη τετραπλη. id est, Mensa Tantali, effertur de re
qua frui nō liceat. Melite Ephesia apud Achillem Sta-
tium libro quinto, amore Clitophontis incensa, cum ve-
neris fructum sollicitaret apud illum identidem tergi-
uerfantem: Ne ego, inquit, torum Tantali: mensa non
absimilem nacta sum. Praecesserunt autem haec ver-
ba. Tantone tempore ut propter flumini sedeam,
neque sitim explere queam? nam cum sedulo instare
Melite, ut litando veneri nuptias confirmaret amans
ille amasiae suae Leucippes desiderio hoc dans, congres-
sum connubiumq. cum Melite vitabat, diem semper
eximendo. Nota est de Tantalo fabula in mediis undis
sistente, & imminentiibus ori ipsius pomis frui non po-
tente: quam rem eleganter idem & breuiter expref-
sit Petronius Arbiter.

Nec bibit inter aquas, nec poma patientia carpit

Tantalus, infelix quem sua vota premunt.

Vnum alucare.

Εν κρηνη. id est, Vnum idemq. alucare. Proverbium est de
collegis sociis & coniuratis, qui eiusdem sodalitij sunt,
iisdem studiis addicti, aut similibus sceleribus operati.
Citat in Suida collectaneis.

Camelus pyrrhicham didicerit.

Η κάμηλος πυρρίχας ἐμαρτυρήσῃ, id est,

Pyrrhicham Cinesiae camelus didicerit.

Locus erit adagio vbi quis repugnante natura et genio
aggreditur quippiam, veluti si stipes quispiam litteris
operam dare velit, aptior tractanda stipe, huic enim
dicitur,

Disce camelus pyrrhicham Cinesiae.

Fuit Cinesias poeta praelongus tardo immobiliq. cor-
pore, quippe tiliae arboris asserculis circummunito ad
gressus firmitatem, ac proinde ad saltandum pyrrhichā
tripudij genus velocis, inepto Pyrrhicha namq. Laco-
num inuentum ab armatis adolescentibus obiri solebat
ad comparandum velocitatis habitum, quippe quā in
bellis maxime opus sit, cum ad persequendum hostem
tum ad fuga euadendum, si contingat inferiores obtine-
re. Aristophanis interpretes scribunt Cinesiam poe-
tam pyrrhicham composuisse ad quam decursus modus
latus fieret, lege carminis conflata e breuibus ferme
pedibus, qui vel inde, vel ab ignea mobilitate pyrrhi-
chij dicuntur, iudem & πυρρίχας, vel ab auctore, vel a
mobilitate, ut a Diomede grammatico scriptum est. Ad-
lusum videtur ad versum Aristophan. in Nebulis
πυρρίχας τις ἐμαρτυρήσῃ. id est, An Pyrrhicham
Cinesiae quis edidit? Gratia multis accedet adagio, si
paullulū deflectatur hoc modo, Camelus citius pyrrhi-
chā Cinesiae didicerit, quā talis caudex litteras. Est. n.
Camelus animal saltationi ineptum, tametsi nomen illi
quasi κάμηλος, a femorum incuruatione esse velit Eue-
nus apud Artemidorum. Neque absurdus eius usus
erit, quando significabimus sub institutione viri littera-
ti, stupidum discipulum plurimum profecisse, sub tali
enim preceptore Camelus Pyrrhichā Cinesiae didicit.

LLL

Eleusina

Eleusina seruat quod ostendat.

ELEVSINA seruat quod ostendat reuicentibus, In adagium cedere dignissimum Seneca dictum, quando significabimus non semel & unica vice effundendus esse omnes eruditionis opes. Habent hoc vitij non nulli, ut omne suum myrothecion, vniuersa pigmenta simul in unicam epistolam aut orationem impendant, cum parciore ornatus laudabilior sit. Seneca Naturalium Questionum lib. septimo, Eleusina seruat quod ostendat reuicentibus, Rerum natura sacra sua non simul tradit. Habent illud ciuitates quae spectaculorum & reliquiarum ostentus gratia, statis annorum intervallis adeuntur, ut seruent in proximam panegyriam semper aliquid antea non spectatum. Eleusin sine Eleusina Attica locus Eleusina Cereris religioso sano nobilis, quo prima frumenti satio inuecta fuerit, παλαιά ἑλεσινα, ut Diodorus Siculus ait, uel ab Eleusino Mercurij filio nomen habens, ut Etymologici auctor voluit. Atticae sacrarium eam vocat Apuleius.

Nemo comatus qui non praeciditur.

Οὐδὲς κομῆτης, οὐκ ἐκείνηται.

id est,

Nullus comatus qui non praecidi solet, Prouerbiū esse vetustum, immo oraculare, manifestis verbis testatur Synesius, quo significetur, omnes qui impense mollitiei cutis operam n. uant, aut calami straturae nimium studium impendent, aut quomodo cumq. tandem corporis cultum & nitorem deamant, molles censerī, & publicum quiddam si non corpore, animo saltem praeferre, fractosq. esse. Verba eius sunt in epistola ad fratrem de Ioanne quodam improbo homine & ignauo, ἔστις τοι πάρολα μὲν ὁδὸς συναγορεύει τῇ περὶ μίαν, καὶ ἄλλαν δὲ ἰσχυρὰ μὲν, ἡσυχίαν δὲ ἀντιτικρὺς, τοῦτο καὶ πάντως εἰδὼς, τὸ δὲ καὶ κομῆτης ὅστις ἐκείνηται. Idem in libello de Coma. Τίς οὖν πόρ' ἐστὶν ἡδε περὶ μίαν καὶ τι βέλτερον, ὅστις κομῆτης ὅστις ἐκείνηται, καὶ ὅστις οὐ πρὸς τὴν ἡσυχίαν τρεμῖται συναρμόστιον, ἐπὶ ἡσυχίαν δὲ γέγραμμι τὸ δὲ καὶ ἡσυχίαν καὶ πρὸς μίαν καὶ ὅτι μὲν. id est, Quod est igitur prouerbiū illud & quid sibi vult, Nullus comatus qui non. nam postremam vocem, trimetri numerosae legi tu ipse adaptato, neque enim proferetur a me secundum illud & re & nomine verbum. Quae uerba citantur & Suida in dictione κομῆται, non nominato tamen auctore. Idem alibi senarij postremū verbum immutatum citat hoc modo, ὅστις κομῆτης ὅστις ἐκείνηται. Vtrobique tamen idem est sensus.

Smyrnaei mores.

Σμυρναῖος τρέπος, id est, Smyrnaei mores, prouerbiū videtur competere in eos qui deliciis luxuriae indulgent, rursus cum res postulat viros, fortiter segerunt, ita enim exponit ipse Aristides in Smyrnae encomio, tribuit namq. illis ἐβροτῆτας καὶ εἰς τὸ κατ' ἡμῶν, πολέμους δὲ εἰς τοὺς πολέμους κρῖναι ἢ ποθοῖς ὁρίσσει λυσίπλοον, addit deinde, ὅς τε καὶ τῶν ποιοτῶν ἀδυνατιστὶ σμυρναῖος τρέπον τὸ ποιοτῶν ἀρετῶν. id est, Indies opipare viuunt, sed in bello ferociiores sunt, quam ut multis expediat eiusce rei periculum facere usque adeo ut non

nulli poet. & Smyrnaeos mores tale ingenium vocent: suauiter deinde exemplum unum de Chiis qui vacuum ab oppidanis illorum urbem occupaturos se rati, viris in monte operi rustico intentis, mox cum de monte decurrentes subito ciues conspexissent, tanta trepidatione iniecta fugerunt, ut triremes plerasq. iniquitate locorum amiserint, impetum in se ciuium metuentes. Dicitur ergo degente aut homine bellicoso, pacis tempore dissoluto.

Capra cinnamomum.

Καὶ τὸ κιννάμωμον, id est, Capra cinnamomum videlicet sequitur aut amat. Eustathius dicit testatur in eos qui rem quampiam impense amant, & seruide depereunt. Cinnamomum surculus est Arabicus mirae fragrantiae vitis non dissimilis, qui naribus adnotus odoris gratia, voluptatis plena, lacrymas etiam inuitis elicit, ut ex Porphyrio annotat ille in Dionysij Afri commentariis, aduaturq. vehementer ab indigenis capris. Philostratus l. b. 3. de vita Apollonij originem adagij docet, cum namq. ostendat, Capram documentum praebere bonitatis cinnamomi, ita subiungit, si quis caprae porrigat cinnamomi surculum, ea catuli instar adinmurat, abeuntemq. sequitur, naribus quantum potest admotis, atque adeo repulsa non aliter, quam si pabulum denegatum foret, quiritatur.

Veteris moneta.

Παλῆς καὶ μὲν, id est, veteris monetae esse dicitur quisquis integrum adfert iudicium, haud corruptum, fuci corruptelaeq. nescius: deniq. quidquid probum est & rectum, veteris monetae esse dicitur, vetera namq. eo nomine bene audiunt, velut minime adulterina καὶ κίβδαλα. Symmachus epistol. lib. 2. Itaque ut ipse non numquam pradicat, spectatorium tibi veteris monetae solus supersum, ceteros delinimenta aurium capiunt. Usus huius prouerbij durat etiam nunc in lingua nostra vernacula incorruptum dicentibus nobis esse de veteri moneta. Ita ferme usurpatur καὶ χαιώ, hoc est, vetuste apud Demosthenem in Philippicis, pro simplici & sine fuco doloq., quod prisci seculi homines integri fuerint, sic enim habent eius verba, οὗτοι δὲ καὶ χαιώ, hoc est, de verbo ad verbum, usque adeo vetuste habebant.

Olim Pelasgi, Danaidae postea.

Πάλαι πελάσγοι, δαναΐδαι δὲ ὕστερον.

id est,

Olim Pelasgi, Danaidae postea.

Euripidis senarius in Oreste fabula, prouerbij speciem redolens, qui torqueri potest in locuplete genere ortos iam ad egestatem redactos, aut propemodum stirpitibus extinctos. Pelasgi, si Straboni credimus, numerosae & valida olim gens fuit, quae errabunda passim sedes posuit leuiq. de causa eas mutauit, alio atque alio commigrans, & in infinitam adaueta multitudinem, celeriter defecit: siquidem maritimam Ioniae oram in sedisse, & Chium insulam inhabitasse leguntur, Herodotus refert etiam Imbrum & Lemnum insulas Persici belli temporibus a Pelasga gente habitatas, memorat Strabo & campum Pelasgicum in Thessalia ad Larissam. Possederunt & Cretae partem ut ex Ulyssis ad Penelopen verbis apud Homerum manifestum sit. Fuent

runt & Pelasgi in Achaia, cum & Acoliam in Asia incoluerunt: transferunt & in Italiam eorum colonia, Lesbys quoque pelasgia antiquitus ab incolis eius nominis dicta fuit. Conueniet itaque in eos quorum opes olim firma & potentes fuerunt aut praeputēs familia, nunc vero ea defecerint. Potest & haberi ad fine illi vulgato de Milesiis, Fuere quondam strenui Milesij.

Helena crater.

Ελιναι κρατήρ, id est, Helena crater, de lato nuncio aut re quavis animo nostro impense grata quae sollicitudinem leuare possit curaq. diluere. Philostratus in Sophistis ἡ τὰ ἀχρεῖα καὶ τὸ γυναικῆς ὄψος ἡ κρατὴρ τοῦ ελιναι τοῖς ἀγυπτιοῖς φαρμακόν, id est, Leuabit tibi animi molestias non aliter quam Helena poculum Aegyptius pharmacis imbutum. Intelligit de pharmaco Nepente, Locus est apud Homerum Odyssea quarto. ἄνθρωπος ὅς τις ὄντων βλάττει φάρμακον, οὐδὲν γὰρ ἔστιν ὁ φάρμακον τὸ ἀχρεῖα καὶ τὸ γυναικῆς ὄψος, ὡς καὶ ἐπὶ τῷ ἱερῷ. Irarum causas abolens, fugansq. malerum Sensum, & tristitia patiens obliuia, vino. Pharmakon immisit. De quo ita Plinius lib. 25. cap. 2. Nobile illud Nepenthes obliuionem tristitia veniaq. afferens, & ab Helena utique cunctibus mortalibus propinandum.

Spina colligens.

Τὴν ἀκαρεῖαν συνάγων, id est, Spinas attrahens, Frequens est apud Atheniensem de moroso homine & importune curioso qui in disputationibus nunc hoc nunc illud incessit & in controuersiam trahit: talem autem ubiq. perstringit Vlpianum Tyrium altercando molestum, ut lib. 3. Dipnosoph. ἔστιν ἡ χίμαιρα πάντα τὰ περιπλοκῶς τοῖς συνδιαλογουμένοις, τὰς ἀκαρεῖας συνάγων, ὡς καὶ ἐπὶ τῷ ἱερῷ καὶ ἀνὰ τὴν χίμαιραν ὄντων αἱ διατριβὴν αἰσίων τῶν ἀνδρῶν μάλιστα σωκράτους, id est, Ad ungucem expendis quidquid disceptantibus occurrit, spinas acerbēs, quippe inter tribulos semper, spinosam & Ononia conuersans, nihil omnino amoenorum florum colligens, quem locum respiciens Eustathius ita legit lib. 2. Iliad. καὶ οὐ παραμύχιο, τὰς ἀκαρεῖας συνάγων, ὡς καὶ ἐπὶ τῷ ἱερῷ, id est, Vnde proverbium illud. Spinas adducens velut tribulos aculeatos: cum adlatus ibi sit ad distichon quod apud Plutarchum exstat Sympos. libro primo, cap. quarto.

ὡς καὶ ἐπὶ τῷ ἱερῷ καὶ ἀνὰ τὴν χίμαιραν ὄντων φάντασμα μάλιστα ἀνέχεται λυσιτελεῖν. id est, Ceu scabros inter tribulos, & Ononin acutam Tellure erumpunt mollia Leucoia.

Idem Atheniens libro sexto, ἐκ τῶν πάλιν τῶν ἀκαρεῖαν ἀκαρεῖαν ἀνέχεται λυσιτελεῖν, id est, Hic iterum e predictis spinas colligens Vlpianus. Rursus libro 8: οὐ τὰς ἀκαρεῖας ἀνέχεται λυσιτελεῖν, id est, Vlpianus spinas congregans. Porro superiore disticho concinne utemur cum a Seuero homine & austero lepide dictum aliquod prodierit & iocosus lepos: aut ibi scriptum ietricum quasiq. aculeatum vnus atque alteris facetiis conditum temperetur.

Suilla harmonia.

Τὴν ἀρμονίαν, id est, Suilla harmonia, prouerbij specie de incondito & indocto clamore effertur alicubi ab Ari-

stide, τὴν ἀρμονίαν ἀρμονία ἡ ἀρμονία, id est, Harmoniam porcinam modulantes, de ineptis & obstreperis sentiens, ac molesto barbaroq. sermone obgrumentibus:

Monitor capras age.

Εἰς τὴν ἀρμονίαν, αὐτὸς ἀρμονία, id est, Quime admones, ipse capras age. Quadrabit inconsultorem ineptum, qui alteri distare consilium parat ipse supra flumē non sapiēs. Antigit istud Aristides in oratione. ἡ ἀρμονία ἡ ἀρμονία, hoc est, de inepto responso. ὅτι καὶ ἡ ἀρμονία ὡς ἐπὶ τῷ ἱερῷ, ὡς καὶ ἐπὶ τῷ ἱερῷ, ὡς καὶ ἐπὶ τῷ ἱερῷ, id est, ut intelligas cuiusmodi vir sis qui me admones, cum prouerbium inbeat te capras pascere.

Agamemnonium epulum.

Ἀγαμέμνωνος δεῖμα, ἡ ἀρμονία, id est, Agamemnonium epulum, vel Agamemnonia, mensa prouerbialiter dicitur de iis qui in exitiali mensa epulantur, ultimamq. cenam sumunt. Torquetur in eos qui amice accepti medicatum hauriunt poculum aut venenatam effulam & Claudij Cæsboletum edunt, quod multis ex purpuratorum collegio contigit, qui ab Alexandro pontifice eius nominis sexto opipare excepti Agamemnonia mēsa, paulo post interierunt, Refert Homerus Odys. 8. quomodo Aegyptus adulter laetum apparuit coniunium velut excipiendo Agamemnoni instructum, quo illum nihil mali sufficantem incremit, sic enim ait, κατὰ τὴν ἀρμονίαν, ὡς καὶ ἐπὶ τῷ ἱερῷ, ὡς καὶ ἐπὶ τῷ ἱερῷ, id est, Cena Accepti maculat, ceu sub famile cadit bos, Aliter ἀγαμέμνωνος δεῖμα accipit Sophocles pro anniuersario interfecti Agamemnonis epulo. Refertur ab Eustath. Odys. 4.

Ioui paria intonat.

IN ferocem & supperbe grandiloquum nihilq. mediocre spirantem quadrabit illud Rhiani Cretenis, apud Stobaeum.

ἰα καὶ ἡ ἀρμονία, καὶ τὰ ἄλλα ὅτι καὶ ἀρμονία ὡς καὶ ἐπὶ τῷ ἱερῷ, Par Iouis imperio fremit, & capite arduus exit. Cui conuatum est illud Sospianis apud eundem. Ἀνδρὶ δὲ τυχεῖν μάλιστα ὅντι, ὡς καὶ ἐπὶ τῷ ἱερῷ, id est, Id est,

Affulserit si fors egenis, illico Attollitis celo arduum caput.

Ita ut idem sit, καὶ ἡ ἀρμονία, ὡς καὶ ἐπὶ τῷ ἱερῷ, illud potestatis equalitatem hoc inimitabilem altitudinem insimulat.

Tamquam Pauo circumspiciens se.

DE philauto homine & qui sibi quacumq. tandem in re placet impensius, suoq. ingenio indulget, aut qui forma sua delectatur. Synesius de Dione Prusaeo sophistici politicisq. argumentis admodum delectato, ὡς καὶ ἐπὶ τῷ ἱερῷ, ὡς καὶ ἐπὶ τῷ ἱερῷ, ὡς καὶ ἐπὶ τῷ ἱερῷ, id est, in illis resupinus gloriatur, in illis resupinus gloriatur, in illis decorem ostentat, pauonis in morem seipsum circumlustrans & quasi superbiens orationis splendore. Pauo superba auis gemmantes suas pennas mirari solet, & ad laudes suas explicare opes. Philostratus in Hippidromo, ἀρμονία ἀπὸ τῶν τῶν ἀρμονίας, ὡς καὶ ἐπὶ τῷ ἱερῷ, id est, Exorsus a pauonis: LLL 4 ut qui

est, ore alieno manducare dicamus : qui inuitus manū operi admoneat, ἡ ἀγορία χειρὶ πίνειν, aliena manu quid agere : qui quod nolit aspiciat, ἡ ἀγορία οὐκ ὁρᾷ, alienis oculis intueri : qui difficilis sit in præstantia alterius dictis opera, ἡ ἀγορία οὐκ ἀκούει, alienis auscultare auribus.

Vux passæ similis.

Ἀπὸ τοῦ ἰσχυροῦ, id est, Vux passæ similis, scommate prouerbiali in similem ætatem rugis contractam & passacuta strigosam detorquetur, apud Gregorium Palamam Thessalonicensē archiepiscopum, qui animam sic loquentem inducit, ὅτι τὸ πρὸς τοὺς ἡλικίους κερκίον, μὴ δὲν ἀπὸ τοῦ ἰσχυροῦ, τὸ τῆς παλαιότητος, ἡ ἀγορία, ὡς νῦν πρὸς τοὺς ἡλικίους, id est, cum rursus senilem submisserit caluam, nihil a passu vix (iuxta prouerbiū) disidentem, iterum infantis loco habeor.

Imbrij & Lemnij.

TERGIVERSATORES & qui sibi consēj iudicium declinabant atq. subterfugiebant, causantes se peregre abfuisse, prouerbialiter ἰμβριες, hoc est, Imbrios dici solere annotat ex Aelio Dionysio Halicarnassēo Eustathius, cuius hæc verba citat, ἰμβριοι, οἱ τὰς δικαιοσύνας φεύγοντες, ὡς τινες εἰς δίκην καλεῖσθαι, ἡ ἀγορία, id est, Imbrij dicuntur qui iudicium subterfugunt, eo quod aliqui in ius vocati in Imbro absentiam prætendebant. Idem repetit & Hesychius, sed addit eosdem quoque λεμνίους dici velut absentiam in Lemno prætexentes. Est autem Imbrus Æolica insula non procul a Lemno dissita, e regione Tenedi.

Patroclum sub specie.

Πάτροκλον πρόφασιν, Patroclum sub obtentu aut prætextu, prouerbiū dicitur de his qui rei cuiuspiam gratia simulant se facere aliquid, quod reuera aliorum faciunt: aut qualiter alium qui laudant, ut suus in eo laudes recitent, atque inculcent, ἢ Patroclum obtendunt. Est autem elliptica oratio ut plena sit, πᾶν τὸ παρόφασιν τίθεται, aut simile quid, hoc est: Patroclum obtentum facere aut prætexere. Plutarchus in libello quomodo se quispiam extra inuidiam laudare possit, λέγει δὲ μάλα διὰ πρόφασιν ἑαυτοὺς ὁδε τῶν ἡρώων ἐπαινεῖν ὅπως μὴ δοκῶμεν πᾶν τὸ παρόφασιν, σφᾶς δ' αὐτὰς δι' ἐκείνων ἐπαινεῖν. Quapropter diligenter attendendum est nobis circa alienas laudes, ne videamur Patroclum obtendendo, nos ipsos per alios laudare. Occasio adagij ex Homero petita est Iliados decimonono, ubi Briseida necem Patrocli lugentem, reliqua feminarum turba sequitur, non tam Patroclum, quā proprias ærumnas deflens, sic enim inquit.

Ὡς ἔφατο κλάωσα, ὡς δὲ σὺ ἀχοντο γυναικῶν
Πάτροκλον πρόφασιν, σφᾶς δ' αὐτῶν κῆρ' ἐκείνη.
Sic ait illacrymans, gemitum grex insuper addit
Femineus, Patrocli obtentu, sua funera lugens
Qualibet. Ita paullo post Achille lacrymante, seniorū cætus etiam illacrymat, memor pignorum domi relictorum quod Eustathius reddit, οἱ ἡρώωνες κλάωσι πρὸς φασιν ἡ ἐκείνων δόκει ἐλεπεῖν. neque enim propter Achillem lacrymis indulgebant, sed memoria recolētes quos parentes, quantum liberorum domi reliquissent. Hinc liquet errare eum qui natum adagium putat e Pa-

trocli cuiusdam moribus cuius sordes in comædia traducuntur.

Pyrrhonia hæsitatio.

Πυρρῶνιαις ἀπορίαις, id est, Pyrrhonia dubitatio, prouerbiali schemate usurpatur de iis qui nihil certi statuunt atque decernunt, semper ambigui : Galenus libro secundo, de temperamentis. ἡ τὰ τῶν ἀπορίαις ἀπορία, ἡ ἀγορία, ἡ ἀπορία, id est, Nonne hæc sunt Pyrrhonis hæsitatio & infinitæ nugæ. Idem lib. 2. de naturalibus facultatibus, ἡ ἀπορία, ἡ ἀπορία, ἡ ἀπορία, ἡ ἀπορία, ἡ ἀπορία, id est, Sed hæsitatores quidā subito ac Pyrrhonij euadētis, Fuit Pyrrhon Elæus philosophus qui desperata veritatis inquisitione, temere omnia diuinitumq. rimatus, in singulis hæsitabat, ut idem Galenus in libello περὶ τῶν πρὸς τὴν ἀπορίαν scribit, n hilq. reuera esse aiebat, sed lege quadam & consuetudine omnia fieri, Laertio teste. Huius scēæ affectus ab auctore Pyrrhonij appellati fuerunt: iidem & ἀπορίαι, quæ si supersedentes, quod cunctarentur ac supersederent quidquam asserere, de quibus Philostratus, πυρρῶνιαις ἀπορίαις οὐκ ὁρᾷ, hoc est aiebat Phanorinus Pyrrhoniorum de rebus diffinire supersedentium questiones iudicari posse : ab his Εἰρηχῆ nomen habuit quam assensionis retentionem vocat Cicero in Academicis. Idem & ἀπορία, siue ἀπορία, a perpetua hæsitantia, ut Σκεπτικῶν quod considerationibus semper vacent, numquam inuentionem perficiant. Dicti fuerunt & Ζητητικῶν, quod inquirant semper veritatem. In horum familiam adoptarunt se Academici, qui nihil adfirmabant & quasi desperata certi cognitione, quodcumq. verisimile videretur, sequi volebant, ut in lib. de finibus bonorum & malorum inquit Cicero. Idē lib. De natura deorum primo, Prudenter dicit Academicos in rebus incertis assensionem cohibuisse.

Caricum schema.

Καρικὸν σχῆμα, id est, Caricum schema de libidinoso effertur. Hesychius annotat venerei congressus spurcum turpemq. modum ita nominari, atque inde τὸ καρικὸν, lasciuos & salaces effrenata libidine prurientes, καρικὰ σχήματα εἰδόμενα, id est, Caricas figuras edoctos dicemus.

Libera in Cynadra aqua.

Εὐκυνάδρῃ ἐλευθερίῳ ὕδαρ, id est, Libera in Cynadra aqua Prouerbiū est ad vitæ libertatem adhortatorium, nam cū libertas res sit inestimabilis, securius dulciusq. aqua viuatur in libertate, quā in magna rerū abundantia seruitur. Vere inquit, Persius liberum esse cui vitam ducere licet, ut voluit, Est autem Cynadra fons Argis, a perfugio canis, nomen habens. Meminit prouerbij Eustathius Odysseæ v. Annotat & auctor Frymologici Argis fuisse ἐλευθερίῳ ὕδαρ, id est, liberalem aquam, e qua serui qui in libertatem afferebantur, poculum hauriebant : unde etiam Cerberum canem inferni tricipitem bibisse, liberatumq. fuisse fabulantur, a cuius forte perfugio fonti Cynadræ nomen creatum fuit.

Lippus oculus solis radios non fert.

PROCVL Constantinopolit. episcopus, ἡμῶν ὀφθαλμὸς ἡλίου

ἄλῃς ἀκτῖνας καὶ ἐκέρχεται δὲ δὲ χεῖρας καὶ ἀθροῖσα διάνοια
πρὸς τὸν οὐρανόν, id est, Lippus oculus solare iu-
bar inoffense non admittit, nec imbecilla mens fidei fa-
stidium capit. Non illico perspicua sunt lectori medi-
cos libros enolūti, eius artis mysteria, nisi ea doctrina
imbuto: Diuinarum litterarum arcana non obuia sunt
prophano vulgo. Porro in Cræco exemplari perperam
scriptum est ἀμὼν pro ἀμῶν.

Fulicam cygno comparas.

DE rebus aut personis maxime inter se dimissilibus con-
ueniet dici hos Paulini Nolani ad Ausonium versus,
Si confers fulicas cygnis, & aedona parræ,
Castaneis corylos æques, viburna cupressis.
Dissimilimæ sunt inter se fulicæ colore fusco, & cygni
niveæ: rursus aedon seu luscini a vocis amœnitæ aut
reginæ, & parræ auicula inter oscines a Festo habita,
sed stridulo & ingrato sono. Eadem imparitas specta-
tur in castaneis arboribus proceris, & humilibus cory-
lis quæ ab Auella Campaniæ oppidulo Auellani fuer-
unt dictæ: itidem inter cupressos editas ac proceras
admodum arbores, & breuia depressaq. viburna, qua
comparatione etiam Vergilius Romam urbem reliquis
Italiæ oppidis confert, ut eam tantum dicat caput præ
ceteris efferre.

Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

Lumbos fractus ut Mysius asinus.

Ὁσπρὺς κτηνὸς ὅστις μὴ ἴσται ὄναι.

Delumbatus asini iustar Mysii, Citatur prouerbij nomi-
ne ab Eustathio in Niduum catalogo sed non explica-
tur, contentus enim est addere, in Mysia rarissimos es-
se asinos, quibus rectum sit deorsum circa lumbos aut
ilia, ita enim, ὁσπρὺς vocatur tertia & inferior dorsa-
lis spina pars ad clunes descendens. Videtur quadrare
in molles & effeminatos, quos clumbes vocamus, Græ-
ci κατὰ γόπον, hoc est, fractos, de quo antea diximus.
Porro in Eustathio Romæ excuso pro κατὰ γόπον legen-
dum est ex manuscripto exemplari quod Bononiæ vi-
dere contigit, κατὰ γόπον.

Araneis abundat propter inopiam.

HOMERICVS versiculus est prouerbialis Odyssea
Γ. quem Telemachus loquitur interrogans an iborus
paternus etiamnum propter collecti inopiam scateat
aranearum telis oblitus. sic enim ait.

Χαίπῃ δὲ κενὸν καὶ ἀράχνη καὶ ἰχθυὸς. id est,
Horret Arachneis vacuus ne coninge telis.

Volens significare desertum iacere atque neglectum,
nam locis incultis stabulantur araneæ. Varius Imp.
opera seruorum decem millium pondo aranearum cum
collegisset, squaloris urbis Romæ manifestum testimo-
nium ad posteros transmisit. Poeta quispiam pacem
optans, voto a Deo exquiri, ἀράχνην ἰχθυὸν ἰφαι-
πρὸς ὅπλα, ut araneæ telas suas armis intexant. Hesio-
dus in præceptis rusticis ita mandat, Εὐκ δ' ἀράχνην ἰφαι-
σιναι ἀράχνην, admonens doliorum esse satagendum
ne intus nidulentur araneæ. Prouerbiali itaque specie
dicemus, καὶ ἀράχνη ἰχθυὸν, id est, araneis abundare
quidquid incultum desertumq. iacet. Transferetur ad
posite ad ingeniorum culturam, aut ad interpretum
oscitantiam supinam, qui difficilioribus auctorum locis

altum agunt silentium & squalorem quendam conci-
liant: & Nonius Marcellus, & Varro corruptis tot
locis descriptorum incuria, passim, καὶ ἀράχνη ἰχθυ-
σι. Ad superiorem versum adluisse videtur Proper-
tius in tertio.

Putris & in vacuo texetur aranea lecto.

Manus in Aetolis habet.

Τὼ μὴ χεῖρὲς εἰς αἰτωλοῖς, id est, Manus ambas habet in
Aetolis, prouerbium est Aristophanis de impudenter
petace, aut munerum corruptela obnoxio, nam Aetoli
populi nomen habere videntur deducti ab αἰτῶν ὄλον,
quod totum flagitent, ita Homerus Odyssea ξ. egenum
hominem & mendicum ex Aetolia oriundum non te-
mere fingit, ad vocis εἰμων adludens quod est, αἰτῶν.
id est, postulo. Versus Aristophanis est,

Τὼ μὴ χεῖρὲς εἰς αἰτωλοῖς, ὁ δὲ νῆς εἰς κλοπιδῆς,

Manus utraque in Aetolis, ad mens in Clodidis.

Quod prouerbiale esse scommata annotat Eustathius in
veteratorem improbum & munerum receptatorem,
qui & flagitiose manibus donaria efflagitet & furaci
animo opes inuolet. Est autem paragramatis in
Clodidis & Cropidis, nam Cropidæ tribus Athenien-
sis nomen est, at Clodidæ & πὸ τῆς κλοπῆς a furto nomē
habere videntur.

Turtur cantat.

DE inepto cantore extat prouerbium apud Suidam. τρυ-
γὼν τὰ κῆρ, id est, Turtur psallit aut canit, quamquam
apud illum perperam scriptum legitur, τῶν τῶν αἰτῶν
πρὸς τῶν τῶν pro τὰ κῆρ τῶν. nam turturum vocis sonus
asperior est, & inamœnum stridet, gemitui quam can-
tui propior quod τρυγῶν Græci dicunt, unde & ad odio-
sam loquacitatem transfertur, Hinc Idyllio septimo
Theocritus.

Αἰδοῦναι κῆρ δὲ καὶ ἀκατέιδε ἐστὶν τρυγῶν, id est,

Cantabant corydi & spini, turturq. gemebat.

Potest & ad ineptum inepti carminis scriptorem
transferri.

A lineis excidere.

PROVERBIALITER utitur Tertullianus Aline-
is excidere, pro eo quod est, ab instituto & proposito
aberrare, libro aduersus Hermogenem, Et hic a lineis
tuis excidisti, quibus circa personam Dei usus es. Trā-
statione sumpta a geometria quæ lineis omnia perficit
ita concionatorem a propoſita materia latius euagan-
tem, a lineis excidisse dicemus. Sic e diuerso, Lineæ in-
sistere dixit libro quarto aduersus Marcionem, pro, in
instituto permanere sic enim inquit. Puto me non te-
mere hucusq. adhuc lineæ insistere, qua definitio nusquā
omnino alium Deum o Christo reuelatum. Frequens
autem usus linearum specie prouerbij apud hunc au-
ctorem est, nam & iisdem demicare lineis dixit, pro
intra certa argumentorum septa permanere, & lineas
aliquas præducere, pro certam materiæ legem præfi-
niri, & ad lineas & in gradum, libro primo aduer-
sus Marcionem pro, ad propositum atque institutum,
& lineis claudere materiā hoc est, stata quædam ar-
gumenta præfinire, intra quæ ceu cancellos quosdam
coerceatur liberior orationis euagatio. Duſta metapho-
ra a certantium luctantiumve lineis, quas intra de-
certent.

cerent. Hinc manavit urbanus iocus Cassii Seueri, qui aduersus eos qui in diuersa subsellia transeunt, lineam poposcit, ut est apud Fabium: velut obicem certum & p[ro]hibitu[m] limitem, quem transgredi non liceat: ridiculum enim est quod Calius istud de longuriis interpretatur. Eodem spectat & Hieronymi illud in Luciferiani dialogo, In gradum rursus ac lineas regredere. Ab eadem in metaphora fluxerunt & h[ec] loquendi formulæ apud Ciceronem pro Pub. Quintio, Si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipsi circundedi, libro De oratore. 1. Et quasi certarum artium forensibus cancellis circumscriptam scientiam. Neque silentio pretereundum est quod annotat Donatus in Eunuchum Terentianam: Longis lineis fieri, pro eo, quod est, de longinquo.

Lapis molaris.

DE homine stupido vecorde & cerebri experte, prouerbialiter dicitur λίθος μολαίος. id est, lapis molaris, Platon in Hippia maiore, οὐ μοι περιμέτασο λίθος καὶ τοῦτο μολαίος, μή τι ὧ τὰ μὲν ἰγχιφαλον ἰχθύν. id est, Non aliter quam si lapis asfideas mihi, isq. molaris, & auri-bus & crebro carens. Apud Aristophanem quidam λίθες, id est, lapis audit, propter vecordiam insignem & animi stupiditatem, διὰ σκληρότητα καὶ ἀναισθησίαν, ut exponit Eustathius. Aristides ex Platone. τί δὲ τί τὸ περικλήεις ὅτι λίθος ἰκνίθην. id est, Quid, si Periclis filij lapides fuerint, ita fere & Plautus in mercatore, Ego met credidi Homini docto rem mandare, is lapidi manido maximo.

Decumani malorum fluctus.

Κακῶν τρικυμία, id est, malorum decumanus fluctus. De ingentibus calamitatibus effertur. Mercurius apud Æschylum Prometh.

Ὅτις σε χερμαὶν καὶ κκυῶν τρικυμία
ἐπεισ' ἀφύκτες.

hoc est,

Tibi quanta tempestas, & inuitabiles

Fluctus malorum decumani mox ingruent.

Theodoretus lib. De prouidētia sexto, ὁ πλοῦτος πολλαὶς ἰχθύν ἐσθλὺς καὶ φρονιτὶς καὶ παντοδραπίας καὶ τρικυμιῶν ἐπιδόμων ἐπὶ βλάσας ἐσιν ἀντιπῆς. id est, Opes variis tumultibus & omnigenis curis refertæ, ac sexcentis decumantum luctuum generibus, virtuti insidiantur, Ibidem. πᾶσις ἥν περὶ τρικυμίας ἐβδιδόμων. id est, affectuum decumanis undis cedere. Nazianzenus in distichis.

Κυβερνῶς ἰδμῶν ἐβδιδόμων τρικυμίας.

id est,

Doctus Gubernator decimas undas cauet.

Plato lib. De repub. quinto νῶ τὸ μέγιστον καὶ χαλεπότερον τὴν τρικυμίας ἐπείγει. id est, posteaquam vix euasi binas disceptationum undas nunc maximum difficillimumq. veluti decumani fluctus vorticem superingertis. Idem in Euthydemō σῶσαι ἡμᾶς ἐμὶ τι καὶ τὸ μετὰ κίον ἐκ τὴν τρικυμίας τε λόγῳ. id est, seruatos nos velis me pariter & adolescentulum e disputationis decumano tantum non impetu. Clemens Alexand. in pedagogo. δίδοντες εἰς βυθὸν ἀκοσμίαν τὰς τε οἷας τρικυμίας ἐπικιχασμῶν. id est, Corpus immergitur in profundum turpitudinis, adobrutum quibusdam decumanis temulentia fluctibus. τρικυμίας tempestatem volunt esse grauem, qua tres undarum cumuli in unum coeūt,

quam graphice describit in epistola ad Euoptium Synesius, Latini decumanum fluctum nominant. Lucianus in libello De mercede seruientibus, τὰς τρικυμίας καὶ ῥάλας καὶ ἰκθολίας. id est, Decumanos fluctus, procellas, naufragia. Plato in Euthydemō. δέμεσθαι τοὺν ἐβδιδόμων, ὡς περὶ διασκέδων ἐπικαλούμενος, σῶσαι ἡμᾶς ἐμὶ τι καὶ τὸ μετὰ κίον, ἐκ τὴν τρικυμίας τε λόγῳ. id est, Obtestatus hospites velut ipsos Dioscuros inuocans, qui nos (mei delicti & adolescentem) e decumano sermone fluctu seruatos velint.

Statua viatores omnes intuens.

GREGOR. NAZIANZ. eodem in loco in funerali oratione Athanasij, prouerbialiter, statuam viatores omnes intuentem, appellat symbolum aut dictum aliquod diuersimode interpretari quod possis, & quod speciosis argumentis in hanc & in illam sententiam deflecti & ad diuersa accommodari queat. Verba eius sunt, ἡ περὶ πάντας ἐβδιδόμων τὸς περὶ τὸν τὸν ἰκνίον, id est, effigies aut simulacrum cunctos viatores aspectans.

Anguilla in strigmento.

Εγγύλιος κατὰ γλαῖον. id est, Anguilla in strigmento, de lubrica fidei homine dicitur. Anguilla per se lubrica est nec facile manibus stringitur, multo magis si strigmento olei unido, quod γλαῖον vocant Græci, imbuta sit. Exstat apud Simonidem in Iambis, ὡς περὶ ἐγγύλιος κατὰ γλαῖον, velut anguilla in olei strigmento: Simile illi est quod ex Aristophanis δαυταλόσσην, fabulæ nomen est, citatur ab Athenæo, λίθος ὡς περὶ ἐγγύλιος. id est, Instar anguillæ lubricus.

Faber cadit cum serias fullonem.

ARNOBIVS lib. sexto aduersus gentes lepidum usurpat adagium, quo vti licebit quoties significabimus immerentem plecti aut perstringi, veluti si quis in re ridicula, exposita muri esca latifera, catellum imprudenter e medio tollat. eius verba sunt. Nōne illud est quæso, quod in vulgaribus prouerbis dicitur, fabrum cadere cum serias fullonem? Finitimum huic est quod apud Athenæum Philyllius Comicus in fabula quæ πολὺς inscribitur, extulit.

Ο, τί αὖ τὴν χῆν

Μάγνητος ἀδικίαν, αὐλῆτιον λαβὼν
Πληθαί.

id est,

Quidquid coquus.

Deliquerit, cadi flagris tibialem.

Enbulus in Leda.

Ηκαστὸν καὶ τοῦτο νῦν τὴν ἐσθλὴν

Οἱ ποὶ πῶς ἂν ὁ μάγνητος ἐξαμαρτάνοι,

Τὸ πῆλιν αὐλῆτιον,

id est,

Ecastor audisse memini olim me domi,

Tibialem cadi, ubi coquus peccauerat.

Leo prius, nunc leporem agit.

Αγροβίον ζῆς ὁ πρὶν ἄγρομας λίων.

id est,

Ferox leo olim, leporis auum nunc agit. Senarius est prouerbialis, incerti auctoris, in hominem delicatum, qui pristinam ferociam exuerit. Huc spectat illud Gale ni lib. De prænotione. τὸ δ' ὑποπλάσσοντα λέγω βίον ζῶντι τριμῶν καὶ τὴν πρὶς ἐσθλὴν περὶ δακτύλου. id est, Metuentem leporis vitam viuere, semper trepidum ac pati

pari quidpiam spectantem. Dion in oratione de gloria
 τοῦτο δὲ τὸ λόγῳ, λέγω βίον ἴσθι. id est, Ac iuxta
 proverbium, leporis vitam vivens. Antiqui λέοντες, id
 est, leones viros streornuos appellarunt, ita Lycophrō
 Herculem τριῖς τοὺς λέοντες, id est, triesperum leonem di-
 xit: Q. Calaber Achillem κενύρον λέοντα, id est, rigidum
 leonem: & Euripides Oresten ac Pyladen λέοντας δι-
 δόμενους, id est, geminos leones. Eodem referendum est
 Chabriae dictum, τοὺς οὐκ ἐν ὄνῳ ἰλάφῳ σέχονται λέ-
 οντες: ἐν γένει, ἢ λέοντων ἰλάφῳ. hoc est, Formidabilius
 esse ceruorum agmen ductore leone, quam leonum, cer-
 uo, quod Aristides refert. Euripides a Deo cuilibet ani-
 manti unam in genere attributam esse naturam dicit.

Τὶ ποῦ ὁ πρὸς ἀδελφὸν ἀνὴρ ἔμελλε πλάσσει,
 καὶ τ' ἄλλ' αὖτε παύει; οὐκ ἔστιν ὁμοίῳ
 ἔδωχ' ἑκάστῳ κατὰ φύσιν ἑκάστῳ χύστιν,
 ἀπὸ τοῦ οὐκ ἴσθι τοῦ ἀλλοτρίου.
 Διὸς πάλιν ἔμελλε ἰσθί, τοῦ οὐκ ἴσθι. id est,
 Quid, quod Prometheus condidisse quem ferunt
 Nos atque cuncta animantia, ille bestiis
 In genere singulis naturam unam dedidit,
 Cuius leones præditi sunt robore.
 Formidinis pleni omnes sunt lepusculi.

Argiuos exarmat oraculum.

CITATUR a Plutarcho in eo quem ὁμοίων inscrip-
 sit senarius proverbij vice ab ipso usurpatus;

Τὸ δ' ἐπὶ πλὴν τοῦ πορὸς ἀνὴρ ἴσθι. id est,

Exarmat Argiuam gentem hoc oraculum.

Accommodari poterit quando significabimus argumē-
 to quopiam valido aut syllogismi ariete destrui atque
 euerri que per se firma antea & certa videbantur. Vi-
 detur e Tragico quopiam de sumptibus. Exarmare pro-
 prie bellum dicimus quando ungulas aliaue armamē-
 ta contra hostilem iniuriam a natura illis concessa de-
 minimus, ne nocere queant. sic Plinius exarmare accu-
 sationem tropice dixit pro infirmare eam & conuel-
 lere.

Turbinem felix prospecta.

Ἐξόστω δὲ τοῦχος ἄρεα, id est, Turbinem prospecta felix exi-
 stens. Citatur ex Varronis Menippeis a Nonio Marcel-
 lo. Cum res sunt maxime secundæ, tum de adversa for-
 tuna præcipue rimendum est: quemadmodum nauta
 licet prospero fere vento oram soluant, ad manum ta-
 men aut saltem præparata adversus tempestatem si
 forte ingruat, instrumenta adminicularia habere de-
 bent, ne malo cedere cogantur. Sapientis est infortu-
 nis se ante parare, quam opprimant. Nō abludit hinc
 Vellij Valentis responsum apud Cor. Tacitum, cum
 metteret a Claudio Ostia agente, Afficere se tempe-
 statem ab Ostia atrocem, cum de Messalina adulterijs
 quaestione acrem futuram innuere vellet cunctis in
 autem dormientibus. Ἐξόστω αὖτε ventus est procel-
 losus quasi dicas quassatorem, πᾶσι τὸ ὄσσω. id est, ab
 impellendo. Ad fine est illud,

Χρὴ δ' ἐκ τῶν ὄντων πημάτων τὰ δὲν ἔσθαι. id est,
 Extra malum existens, pericla prospice.

Amaris pharmacis amara bilis proluitur.

Ἰατροὶ Πικρὰ πικροῖς καὶ ἴσθι φαρμάκοις χολῶν. id est,

Medici Amaram amaris pharmacis bilem eluunt. Εὐκλεῖαν κρέον, id est, In Ciliciam Crocum, proverbiale
 est

Senarius est integer cum fine alterius, ex Sophocle
 sumptus, ut indicat Plutarch. in lib. de facie in limæ
 circulo apparente, meminit & in lib. De animi tran-
 quillitate. ὡς οὐκ οἰσοφικὸς ἱατρὸς πικρὰ χολῶν καὶ
 ἴσθι φαρμάκοις πικρῶν. id est, ad exemplum medicorum
 Sophoclorum, qui bilem amaram amaro pharmaco
 eluunt. Competit ubi res nobis erit cum moroso & dif-
 ficili homine, cuius improbitatem simili asperitate frā-
 gendam esse videamus. Finitimum est illi, Cum Crete
 Cretizandum. Adlusisse huc videtur Symmachus in
 epistola quadam. Plerumq. amara haustu ad salutem
 valent, & succis tristibus affecta resonentur. Quadra-
 bit etiam ubi asperioribus verbis iuvenilem audaciam
 aut calidum facinus castigandum esse indicabimus.

Mulgens hircos, sanguinem ducit.

Ρομῶν ἀμείλιχ' ἐὶ δὲ λῆμα, καὶ τὰς τετραγύας,
 Ἀλλ' ἀντὶ γάλακτος, αἷμα τῶν πενταγύων. id est,
 Mulgere & hircos, si velit, pastor potest,
 Sed sanguinis pro lacte salientes fluent.

Leguntur apud Nazianzenum hi senarij proverbia-
 les, qui salubriter monent, non esse exugendos subdi-
 tos, ut ad vitalis usque sanguinis fontes descendatur,
 Convenit cum Tiberij dicto, Tondendum esse pecus,
 non deglubendum, quod Amylio Recto Agypti præ-
 tori graviora consuetis vestigalia imperanti rescrip-
 sit, quod his verbis expressit Dion lib. 57. κτερεῖται μὲν
 τὰ πρόβατα, καὶ ἐκ ἀπερρεῖται βέλματα. id est, Tonde-
 ri meas oves, non radi volo.

Canisclanculum mordens.

Κύων λαϊκὸς γὰρ. id est, Canis clanculum mordens, Prover-
 bium de simulatoribus qui benevolentiam & studium
 suum ore prædicant, clam insidiantur & detrahunt,
 & dolum blando risu prætexunt. Citatur alicubi a Sui-
 da iambicus talis.

Σάωνος δὲ κύων, καὶ κύων λαϊκὸς γὰρ. id est,

Palpando mordet, clam capis dentem imprimens.
 Adlusit huc Eustathius Odiseæ 16. obtrectatores no-
 minans, λαϊκὸς γὰρ δὲ κύων. id est, in modum clancu-
 larij canis mordentes. Leguntur apud Lacrtium poe-
 ta cuiuspiam verba, hypocrita insidias cauendas esse
 admonentis,

Πεφυλαγμένος ἀνδρῶν ἑκάστον, ἔρα μὴ κρυπὸν ἔγχος
 ἔχον κροῖστω, καὶ αὐτῶν προσενεπὶ προσώπων, γλῶσσαι δὲ
 οἱ διχόμυθοι καὶ μελάνας φρενὸς μέγαν. id est, Caute ob-
 servans quemlibet virum, vide ne occultum corde ge-
 rens mucronem, nitida te fronte compellet, atque os
 lingue ex atris præcordiis sonet.

Mensura aquam bibens.

Μέτρον ὕδατος πίπτει, ἀμείτῳ μᾶλλον ἰδρύται. id est,
 Immodice vorat, & lymphā modulo obbibit aquo.
 Versus oracularis qui in proverbium abiit, de lurconi-
 bus & comessatoribus qui se cibis vinoq. ingurgitat,
 aque parum vel adeo nihil infuentes. Natum ex o-
 raculo Sybaritis edito, quos immoderatus luxus Cro-
 toniatas debellatos subiecit.

Crocum in Ciliciam.

li agros omneis fœdus reddētis pastimantisq. Arist. in Rhodisco refert ad ingentem et inauditum fragorē ac strepitum. ἡμῶν γὰρ ἐν τῇ ἐποπείᾳ ἀγρόν τι καταρῆ-
καται, ἐπὶ τῷ τῆς ἐξω βαλάντιος ῥαχίᾳ, ὅτι σκηπὶς πρὸς
φύρεται, ὅθεν οἱ πλεῖστοι ἐχέουσιν ἀδρόπας, ὡς τὸ ἐν αὐ-
τῇ καὶ ἐν τῷ πρὸς βαλάντι. id est, arbitramur neq. Ca-
tarractes supra Aegyptum, neque oceani salebrosissimum
litus, neque ignita quæ nubibus erumpunt fulmina, ne-
que etiam quidquid maxime inter homines instrepat,
huic malo & fragori comparari posse. Catarractes lo-
cus dicitur in Nilo, uti per arduas & excisas pluri-
bus locis rupes Nilus insurgit & vires suas concitat,
ac occurrentibus saxis fractus perq. angustias elu-
etatus cadit cum ingenti circumiacentium regionum
strepitu: ut lib. 4. natural. quæst. scribit Seneca, eiusq.
loci accolæ gentes propter magnitudinem sonitus, sen-
su audiendi carent, ut inquit Cicero in Somnio Scipio-
nis. De eo ita Plinius lib. quinto Notissimo catarra-
ctæ inter occurrentes scopulos non fluere immenso fra-
gore creditur, sed ruere. Est autem catarractes limita-
neus terminus Aegyptum ab Aethiopia separans,
ut apud Heliodorū Emesenū declarat Hydaspes rex.

Equus sefforem rapit.

Ἰππὸς τὸν ἱππὸν ἔλκει, id est, Equus sefforem subaudi & φερ-
πέει, id est, abripit, Prouerbiali figura dicitur, cum
orationis impetu abducimur & in aliam diuertimus
materiam. Gregorius presbiter, πρὸς τὸν ὁ λόγος συναρπά-
σας τὸν λόγον καὶ τὸν ἱππὸν τὸν ἱππὸν ἔλκει εἰς τὸς ἱ-
ππῶνας καὶ τὸς βασιλεῖς τὰ μακρὰ. id est, Orationis
cursus dicentem, veluti sefforem equus, in laudes B. Ba-
siliū abduxit. Horatius etiam orationem equo assimi-
lat: & Græci ἱππὸν velut equestrem vocant oratio-
nem numeris adstrictam, quod quasi equo inuicta su-
blime spiret.

Abaridis sagitta.

Ἀβάριδος δόρυ, id est, Abaridis sagitta, de velocibus dici-
tur, ut & Pegasus. Nazianzenus in funebri Oratione
Basiliū, τὸν γὰρ ἀβάριδος οἶον ἵππὸν λέγουσι τὸν ἱππὸν
εἶς, ὁ πρὸς ἀγρόν πρὸς αὐτὸν, οἷος δὲ ποσειδῶν τὸν δὲ αἰετὸς
φύρεται, ἵππὸν αὐτὸν τὸν πρὸς εἶδὸν αἰετῶν, id est, Quid A-
baridis Hyperborei iaculum recenseam, aut Argium
Pegasus, quibus non tam studio fuit per aerem vola-
re, quam nobis ad deum mentes attolere. Abaris
Scythæ fuit Scythæ filius, qui oracula Scythica compo-
suit, & e Scythia in Græciam Athenas legatus venit
memoraturq. inquit Suidas, eius fabulosum iaculum e
Græcia ad Hyperboreos vsque Scythas deuolantis. Li-
cebit in usum hoc modo vocari, si dicamus non Abari-
dis sagittam celerius deuolasse, quam alicuius litteræ
ad nos commearint. Elegantissime Nazianzenus in e-
pistola ad Basilium ὑπὸ πτόσιν καὶ μετὰ πτόσιν, καὶ τὸν ἀβάρ-
ιδος δόρυ συμφορέμεν. id est, Alate tu & sublimipeta,
& qui una cum Abaridis iaculo per ardua raptaris:
istud dici conueniet festiuiter in astrologum, aut in pe-
reginantem, maxime si pernicious veredis celeriter
auectus fuerit.

Circa montis radices versari.

Πρὸς τοὺς ὄρους πρὸς τὰς ἐπιφάνειας. i. Circa montis radices
hæere dicitur prouerbiali figura qui ad præcipua ar-

tis alicuius capita & mysteria non adspirat, sed in tri-
uiis & vulgaribus inheret. Nazianzenus in Mo-
nodia Basiliū, ἐπὶ τῷ τῶν πρὸς ὄρους τῶν ὄρων ἐπιφάνει-
α, & ἀπὸ τῶν ὄρων οἱ, ἐπὶ τῶν ὄρων δὲ πρὸς τὸν ὄρον, & ἐπὶ
τῶν ὄρων καὶ ἀπὸ τῶν ὄρων. id est, Adhuc versamur
ad montis radices, a cacumine abstinentes, adhuc fre-
tum transmittimus, relicto profundo & ingenti pel-
ago. Idem in carminibus metaphoricè dixit, ὑπὸ πτόσιν
ἐπὶ τῶν ὄρων, Sub connubij radicibus, pro, inuitis. Dicu-
tur autem πρὸς τὰς ὄρους montis imæ radices, unde in acclī-
ue assurgere incipit.

Arma Achillea.

Ὁπλὰ ἀχιλλεύου, id est, arma Achillea prouerbialiter pro
certissimo presidio, et haud dubia ope seu potius pro in-
uicto eloquentiæ robore accipit Philost. in Sophista Po-
lemone, χερσὶν αὐτοῦ μὴ περιβόωντι πρὸς τὸν σμυρναίων, ὡς
ὁ πλάττω ἀχιλλεύου τὴν ἐκείνου πειρὴ ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν. i. Delectus
ut pro Smyrnenis legationē susceperet, vim persuaden-
di quæ in Scopeliano erat, quasi armaturā quandā A-
chillis postulauit. Eius usus est cum alienam viri do-
cti eloquentiā optamus, aut patrociniū principis quod
ab iniuria maleuolorum nos tueatur: quæadmodū Pa-
troclus Achillis armaturā flugitat apud Homerum
Iliad. 7. ut Troianos falsa armoris imagine deceptos bel-
lo abstereret. Porro sententiā superiorem aliquantulū
obscurā idem Philost. dilucidiorē reddit in Scopeliano
his verbis, ἡ ἀρετὴ τοῦ δὲ ὁ πολέμου, ὅπως περὶ τοῦ
καὶ πρὸς τὸν, ὁ δὲ καὶ τὸν ὁ δὲ τῶν ἀρετῶν τὸν καὶ, ἵνα
τὸ μνῆμα οἱ τῶν τῶν σκαπλίων πειρὴ, καὶ περιβόων
αὐτὸν τὸν τῶν ἐκκλησιῶν, ὁ δὲ δὲ μὴ οὐκ αὐτὸν τὸν σκα-
πλίων τῶν καὶ, ὡς ἔμπροσθεν ἔστω σοι. i. Habito delectu de-
creta fuit Polcmoni legatio. eius muneris tyroni, itaq.
ille quod bene vteretur: precatus, poposcit sibi adesse
Scopeliani persuadendi vim, illiusq. in corona circum-
stantium hominum amplexus, hoc versu compellauit,

Indulgeto meis humeris aptarier arma

Nunc tua, si mereor.

His. n. verbis deprecatur Achillē Patroclus, ut arma
turam ipsius impetraret. Eustathius eo in loco annotat
istū versum usurpari posse cum quis consensum alicui-
de & Adminiculum querit cum verbis tum factis.

Vomentum in numero.

VOMENTVM in numero esse dicuntur prouerbiali spe-
cie quotquot non modo extemporaneam dicendi le-
uitatem sequuntur, quæ cruda pleraque & indigesta
effutit, in primoribus solum faucibus, non in pectore
nata: verum etiam qui chartis illinunt, quidquid mu-
steus ingenij male feriatu feruor ebullierit, cum scripta
fingi oporteat vsino more, & lima addita expoliri.
Aristides Smyrnenus, cum Mar. Antoninus fama viri
commotus ipsum audire differentem gestiret, dixisse le-
gitur, τὴν ὁρὴν πρὸς αὐτὸν καὶ αὐτὸν ἀντὶ τοῦ, οὐ γὰρ ἵσχυρὸν
ἐμὸν τὸν, & καὶ τὸν ἀντὶ τοῦ. i. Hodie proponito, &
cras. audito. neq. enim e vomentium numero sumis,
sed exacta cura elaborantiū: quod a Philost. in Sophi-
stis traditū est, & a Zeze repetitur. Idē Phil. in Faui-
rino iudicii sui censurā interponens de orōne quadā sal-
so illi attributa, sic inquit, Αἰὲν αὐτὸν μετὰ τῶν
τίτμα καὶ μετὰ τῶν, καὶ καὶ τὸν ἐμὸν τὸν ἡγούμεν. i. Quin
existimamus eos esse lusus adolescentis cuiuspiā temulē
ti, seu potius vomentis. Ita Cicero probri loco recēser.
Mar.

Mar. Antonium orationem ab ipso scriptam de ebrietate comuisse. Synesius in Dione, ubi ait istos qui sibi indulgent in stylo, cæca & subventanea parere, subiicit, ἐν ᾧ ἐκ θαλάσσης πύξωσι λόγον, ὅτω καὶ ἡμεῖς ἐμὴν ἀνέχμεν, id est, nec enim incubando sonet intus orationem, cui quotidie vomere necessum est: fit namq. enanidus stylus & ἑστιαία, qui non congrua temporis mora dictionem elimat, immo, quod in sætu immaturo solet accidere, abortit, eoq. fieri assolet ut abortus eiusmodi in habitum abiens nihil pariat vitale & integrum ac diuturnum. Huc spectat Lysia oratoris dictum, οὐ βούλομαι ἔγωγε συνταπειν ἐπὶ θυμῷ. id est, Nolo ego conscribere que festinato præcipitavit.

Fures ipsi accusant.

Οὐ φῶρις πρῶσι καλοῦσι, id est, Fures ipsi infimulant, aut accusationem intentant. Aristides adversus eos qui saciurnitatem ferinam in ipso criminabantur. Ρῥῖσι-
ρον μὲν οὐκ ἔχοντα καὶ πρὸς τὴν πόλιν ἰσχυρίζεσθαι, τὸ
πρῶσι καλῶν τοὺς φῶρας, νῦν δὲ μοι δοκεῖ γινώσκειν, ἴ-
σταν ὅσοις ἀπατῶνται τὰς μεταίτας καὶ τὰς ἀκράτους πρῶ-
σιμον, τούτο παρὰ τὴν ἀρετὴν ἀλλοτρίαν αἰτιῶνται,
τὰς δὲ τὰ σφέτερά των ἐπὶ τῶν λαλοῦντων, πᾶσι δὲ ἀντί-
σις ἡλὶς κατὰ τοὺς φλῶντας μὲν αὐτοὺς τὸ φανόμε-
νον οὐκ ἔστι. id est, Ante hac ignoraueram quid sibi vel-
let vulgo quod dici solet, Fures ipsos accusare: nunc
vero intelligere id mihi videor, nam cum illi quos æ-
quum foret ad studiorum exercitamenta & audiendas
declamationes conuenire, ea postposita cura, causan-
tur neminem esse qui declamet, quomodo non animad-
uertunt propriam vecordiam in alieno vitio? quemad-
modum si quis radiante solis iubare occludat oculos,
negetq. luccm existere. Conueniet dici in istos qui
suam ipsorum culpam, friuolo prætenu excusant, &
cum ipsi iuste reprehensioni subiaceant, in alios crimē
deuolunt: Potest & aliter in vsum vocari hoc modo.
Insimulas me neglecti officij & proteruiæ, qui tuos pe-
nates non inuiserim illac iter faciens, cum tu ipse accu-
sandus eo nomine venias, qui prior hac parte impege-
ris, nimirum iuxta prouerbiū, Fur ipse accusat, Nō
raro vsuuenire solet, ut qui manifeste criminis tene-
tur, priores accusandi partes suscipiat, ut suspicionem
offensæ eximat, integritatemq. mentiatur.

Herculis ædem mulier non intrat.

Ἡ ἡρώς ἀρχαίαις οὐ φησὶν ἄ. id est, Mulier Herculis eodem non ingreditur. Quadrat proverbiū in eos qui rei ali cui indigne manus iniiciunt & attreſtant, velut ſi proſanus cerdo ad altiffima ſacrę philoſophię myſteria, illota mente irrumpat : quadrabit & in indignos & adminiſtrandis reip. muniis neutiquam aptos. Natū opinamur a veterum religione, quę feminas Herculis indigetis ſano excludebat, velut Dei illius opprobria, obſervitium Omphale Lydorum reginę præſtitum : quemadmodum viris non dabatur acceſſus in Bonedæ templum. Citatur a Suida.

Reteinflas:

ΔΙΚΤΥΩΝ ΦΥΣΑΙ, id est, Rete inflas, prouerbiū est in incas-
sum laborantes, qui temere rem impossibilem aggre-

diuntur. Quid enim stultius, qui vanior labor, quam
rete foraminosum vento conari distendere? Exstat
& istud in Suidæ dictionario.

Hydrargyro furacior.

ὑδραργυρος καὶ πικρὸς, id est, Hydrargyro furacior, seu
argento viuo, est enim bydrargyros, quod argentum
viuum nominamus, Chymestæ Mercurium, quod &
ille furtorum magister & epitheto etiam φῶερ, id est,
furis apud Græcos notus fuerit: Paræmię origo eo re-
fertur, quod viuum argentum cuncta quę fusilia sunt
recipiat & in se rapiat: vel quia vt fures potissimum
insidiantur auro. ita & argentum viuum cetera fere
metalla vřignobilia, ipsi imatantia, reiciit, at au-
rum veluti mero quodam domino sibi vsurpat ac possi-
det, sordes tantum illius expuens. Adagio vsus est ele-
ganter Io. Zexes præsulum sui temporis sordidam auar-
itiam notans,

Υδραργυρὸς ὅστις ἐκλείπειται τὰ κλίπῃ. id est,
Furaiores sure sunt hydrargyro.

Summis auribus infidet.

Quod persuntorie auscultamus quodq. difficulter credimus & cum aurium fastidio, ἀκροῖς ἀσιν ἰσθῆναι, id est, Summis auribus insidere specie proverbiali dixit Philo Iudæus li. De vita theoretica, ἥτις οὐκ ἀκροῖς ἀσιν ἰσθῆναι, ἀλλὰ δὲ ἀκροῖς τῶν ψυχῶν ἐσθῆναι, καὶ βιβλῶν οὐκ ἐπιπλάττειν, id est, Quæ nō primoribus auribus insidet, sed per aures in animum penetrat & firmiter immoratur. Consimili modo dixit Seneca, Summo animo inherere, προεπιπολάζειν & leniter.

Ne ad Adonia quidem.

Cum doctrinam alicuius ita eleuamus, ut ne in triui-
libus quidem & rebus communibus, talem doctorem
deposcere nobis dignaturus simus, uti licebit Cratini
lepidissimi poetæ versu e comœdia quâ inscribitur Bu-
bulci.

Съ оубъ сѣмъ хрѣсту іудѣ

Εμοὶ διδῆσθε, ἵνα ἂν ἴδω αὐτοὺς.

id est,

Quem ne digner quidem

Doctorem habere vel sacris Adoniis.

Adoniis autem sacris, quorum meminit Macrobius et Lucianus, nihil stultius excogitari potest, quæ præter femineos plantus vix aliud religionis cultusue diuini vestigium habuerunt, at lacrymæ & lamenta, quibus omnia stulte permisceunt, femineo generi paratissimæ sunt opes. Extat apud Athenæum. De Adonidis hortu meminit eleganter Nazianzenus formam mulierem illi comparans.

Κῆπος ἀδωνίδος ἦν τὴν χάριν ἀλιτρίκτερος. id est,
Gratia feminea est effatus Adonidis hortus.

Neq. defraudat neq. marginem excedit.

Ὡς μὴ πικρῶσαι, μὴ δ' ὑπὲρ χιλῶς βαλεῖν. *id est,*
Ut nec defraudet, neue excedat marginem.

Senarius versus quem paræmig nomine adducit Hesychius, & habere moderationis temperamenti. significationem annotat. Sumptū a venditoribus equitatē et modū in mēsuris obseruantibus, ita ut neq. cōcutiant mētreten ut excidat quod mēsum est, neque tantum

MM M 2 affun-

effundant, quod superfluas & margines excedat. Græci vocant κερταίους ἐν τῇ in mensura defraudare aliquem quod improbi insitiores faciunt, unde & κερταῖοι λέγονται dicuntur metaphorice vulgi impostores, apud Aristophanem. At χεῖλος proprie labrum denotat & per translationem supremam oram atque marginem cuiuscunque rei. Hesiodus de Pandoræ dolo, ἐκ δὲ τῆς ἐμῆς πύλης ὑπὸ χεῖλος. i. cōtinuit se intra doli labra, et ἰπὸ χεῖλος νοεῖται qđ eo usq. plēnū est ut supfluat, ut ἰπὸ χεῖλος quod infra margines non usquequaq. mensuram implet.

Hirundo æstatem loquitur.

Η χεῖλος τὸ ἔπος λέγει. id est, Hirundo æstatem loquitur. Aristophanis interpres in Equites fabulam, eo loco, εἰ οὐκ ἔστιν ἄρα, νῆα χεῖλος. id est, Nonne videtis? noua birundo: admonet prouerbiū esse mutilum, sed integrum tale esse, Νῆα χεῖλος ἔστιν ἔπος ἄρα, hoc est, Noua hinc unde veris est initium. Sunt qui, interpretis verba ita accipiunt, ut paræmiā perinde valere scripserint, quasi dicas, initium veris: hanc paræmiā imitatus est Philemon Comicus,

Η μὲν χεῖλος τὸ ἔπος ἐστὶν ἡ γυνὴ λέγει. id est,

Æstatis o mulier birundo est nuncia.

Quadrat prouerbiū in artificiosa coniectura, cū indicio non vano indubitatum de futuris euentum ominatur: verbi gratia, si visa fuerint in freti angustiis cata scopia prædatoria quæ mari insidiari incipiant, belli futuri ea sunt præludia, nempe ἡ χεῖλος τὸ ἔπος λέγει: aut si dicamus fororiantes puellæ mammæ, nubilem ætatem loqui, nimirum hirundo illa veris est primordium. Alioquin νῆα χεῖλος, id est, nouam hirundinem non inconcinne puto vocari posse eum, qui noui quidpiam licet vetus, opinione tamen hominum, adferat: quemadmodum hodie multi noua inuenta iactant, quæ vel plane vetera sint, vel e veteribus pendent saltem: veluti birundo naturæ lege aut obseruatio ne hominum semper ver prænunciat a primordio mundi semper nouum, cum anni nouantis initio.

Quid cothurnus cum claua.

Τὸ κούρην καὶ τὸ ὄπταρον ἐν ἑνὶ ἔργῳ. id est,

Quid conueniunt cothurnus & claua.

Verba sunt Herculis ad Bacchum apud Aristophanē in Ranis, crocoto muliebri indumēto & cothurno mollium & delicatiorum gestamine indutum, quibus superiniecūm erat leoninum tergus cum claua. De rebus incongruis & indecoris: veluti si sacrificus militarem abollam gestet & dissectis thorace & caligis incedat, pileoq. pennis farto.

Adulter ad adulterum trahit.

CITATUR in Suidæ commentariis adagium sed perfunctorie, ἵνα καὶ μὴ χὼς εἰς μοῖκον. id est, Trahit adulter ad adulterum, dictum arbitror in contagionem morū, nam flagitiosi alios suis flagitiis socios quærunt: vel potius in similitudinem ingeniorum, æqualis enim equalem delectat maxime.

Senis ira.

Γέρωντος ὀργή. i. senis ira dicitur de ira languida & facile quæ sopitur, quod in senectā oēs affectus remissores sint & celeriter cadant. Soph. in commentariis. Euripides.

Οργὴ γέροντος δὲ καὶ μαλὰ καὶ νύκτις. id est,

Senilis ira, mollis instar guttulæ

Pungit quidem, at retusa hebescit illico.

Nazian. de sene Euseb. qui olim rigidior fuerat, nunc modestior mitesceret, ὁ παρὰ σιδῆρος, inquit, περιττὸν χεῖρ καὶ μαλὰ καὶ νύκτις. i. ut igne ferrū, ita hic senio mollescit.

Diuersum sentit Aristophanes in vespiis.

Τὸ γένος καὶ τὰς ὀργὰς

Τὸ γένος καὶ τὰς ὀργὰς, ἵνα ὁμοίον σφικτῇ. id est,

Qui senum genus

Proritat, ille in se crabrones concitat.

Ne sol quidem sciet.

CVM tutam silentio fidem obstringimus, ac nemini cōsiliū nostrum detestēuros, aut factum declaraturos innuimus, prouerbio locus erit. Heliodorus Emesenus lib. 7. Aethiopice & historie. ἀλλὰ τὸ γένηται οἷα καὶ ἔστιν, ὡς ὁ δὲ ὁ κληρὸς τὸ δὴ τὸ τὸ λόγος, γινώσκεται. id est, Quin de ea re animo sis securo, nam ne sol quidē, quod dicitur, sciet. Sol mundi oculus a philosophis appellatur, quod omnia lustrat, unde Homerus,

Ηλίας δὲ δὲ πᾶσι τὰ πάντα καὶ πᾶσι τὰ πάντα. id est,

Sol oculus rerum cuncta audit & omnia cernit.

Unde Plinius lib. 2. natur. hist. Omnia intuens, omnia exaudiens, ut principi litterarum Homero placuisse in vno video. Huc pertinet Polemonis sophistæ dictum qui arthriticos cruciatus non ferens, cum se viuū in sepulchro condiuisset, ad familiares operam illi manantes dixit, ἵπαρε ἵπαρε, μὴ γὰρ ἴδῃ με σιωπῶντα ἥλιος. id est, Obstrue obstrue, ne me tacentem sol aspiciat. Diuersius dixit Antiochus philosophus de victoria luculli aduersus Tigranem, εἰ καὶ φησι τοιαῦτα ἀλλὰ ἵπαρε καὶ τὸν ἥλιον. id est, Dicebat solem non vidisse aliam maiorem, victoriam scilicet.

Qui sitiunt, silentio bibunt.

Οἱ ἀπόνητες σιωπῇ πίνουσιν, id est, siticulosi silentio bibunt. Qui aspirant ad adsequendos honores, nemine qui ambitus sit particeps conscio id affectant: qui amicam amant re non communicata cum rivali, cum parentibus & necessariis transigunt. Aristides eo vitur in declamatione in puteum Aesculapij, ἀλλ' οὐ μὴ δὴ χρὴ τὸ σιωπῆν τὸν φασί πινειν σιωπῇ, ἀλλ' ἐπικρατῆσαι τὴν καὶ λόγον καὶ προσμῆν τὸν σιωπῆν δύναι. i. Haud decet iuxta sitibundos, quod aiunt, silentio bibere, sed exornare oratione & salutare salutis auctorē Deū. Licebit diuerso sensu usurpare, quando significabimus non esse suppressendas & obliterandas insignis viri laudes, vel simile quid, sed claris verbis in lucem id omne efferendū. Idē in epicedio. Eteonei pueri δὲ οἱ παρὰ οἱ ἀπόνητες σιωπῇ πίνουσιν, ὅπως ἐκείνῳ ἡρεκεν διχόμενα τὰ λεγόμενα. id est, Quemadmodum silentio bibunt siticulosi, ita illi satis erat dictata excipere.

Bubulum obtueri.

Βόειον ἐπιβλέπειν. i. Bubulū obtueri, pro defixis & intentis oculis obseruare. Synesius lib. de caluitio. δὲ βόειον ἐπιβλέπειν αὐτῇ. i. ut bubulo obtutu aspeket. Natū fortassis inde quod grandes oculos bos habeat, unde βωώπιδες, hoc est, Bonoculæ Tunonis epitheton apud poetam: cū exiles ocelli conuiuere magis videantur.

Cicada

Cicadae humi canunt.

Τὴν δὲ χυμὸν ἀδόντων ἰδὲ, Cicadae humi canunt, Pro-
uerbio significatur ingens vastitas. Aristoteles lib. rhe-
toricę secundo anigmatodes esse ostendit, ἵον αἱ τιγλὶ
3. οὐδὲ τῆς χυμὸς αἱ ἀδόντων ἰδὲ, ἵον αἱ τιγλὶ
ἵον αἱ τιγλὶ χυμὸς αἱ ἀδόντων ἰδὲ, ἵον αἱ τιγλὶ
dicat id quod in Locris extulit Sthefichorus, non
oportere conuiciari, ne cicadae humi concinant: quo in-
nuit temperandam esse a dicacitate linguam, eo quod
uitia sepe concitent bellorum causas, unde fit regio-
nes deuastentur penitus excidioq. non arborum modo
sed urbium quoque, Marti litetur. Meminit Eustathius
Iliados tertio, μιμνήσθαι χυμὸν καὶ συμβολικῶς λόγῳ αἱ τιγλὶ
πυλῶσά τῃς ποιήσῃ τὰς τιγλὶας τοῖς ἰχθύσι χυμὸν
ἀδόντων, αὐτὶ τὰ δυνάμει μὲν αὐτοῖς τὸν χυμὸν, ἵον αἱ
ἐκ χυμὸν αἱ τιγλὶ αἱ ἀδόντων ἰδὲ, ἵον αἱ τιγλὶ
repretium est & symbolici dicti, quo minatus fuit qui
spiam hostibus se effecturum ut cicadae humi canerent
nimirum excisurum se arbores omnes regionis, ut ne-
cessario cicadae humi canerent. Natum inde quod arbu-
stis maxime gaudeant cicadae, unde in Bucolicis Vir-
gilius,

Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis
& Pli. li. 1. dicit cicadas nō nasci in raritate arborū.

Colossi fragmenta.

Κολοσσὸς σπασθὲν, id est, Colossi frustra, proverbiali spē
die dici possunt commentaria viri docti specimen ma-
gnae & incredibilis eruditionis praebentia: aut versus
aliquot & sententiae excerptae singularis ingenij testi-
monia: aut etiam discipuli litterati qui e schola insi-
gnis praecceptoris velut ex equo Troiano prodierint om-
nes, ceni assule quapiam & frustulamenta eximij cu-
iusdam colossi. Herodes Atticus cum audisset Hadria-
num Tyrium adhuc adolefcentem declamantem, bono-
rifico testimonio dixit, καλοῦσε τὸν μεγαλὰ πρῶτον
ματῶν, Ingentia haec fuerint Colossi frustra; magnae
spei illum fore auguratus apud Philostratum legitur.
Colossi moles sunt statuarum, turribus pares, ut inquit
Plinius sic dicti vel ab auctore, ut Sex. Pompeius vult,
vel ἀπὸ τῆς κολῶσιν τοῦ ὕψους, quod altitudine nimia offi-
ciant inspectantium luminibus: vel a vasta inanitate
specus cuiusdam interanei, quasi κελύφα, hinc Colossi-
ea dicuntur quae magnae molis sint onera. Strabo lib.
primus, κατὰ πόλιν αἱ τοῖς κολοσσικοῖς ὄψεσιν αἱ καὶ ἰκάνον
ἀκρίβειαν τῶν μνησίων, ἀλλὰ τοῖς κατὰ τὸν προσηγορικὸν μᾶλλον
αἱ καλῶς εἰν τοῦ ὄλου, ἔτι καὶ τοῖς αἰσθητοῖς τοῦ κρεί-
στου, καλοῦσε γὰρ τις καὶ αὐτὴ τὸν μεγαλὰ φέρεισα πῶς
ἵον, id est, quemadmodum in Colossicis molibus singu-
larum partium exactam structuram nō exploramus,
sed uniuerso operi an recte fabricatum sit attendimus
potius, & idem in istis iudicium est, siquidem & haec
Colossica quaedam fabrica est, rerum magnitudinē quo-
modo se habeant declarans. Ita Vitruuius lib. 10. Co-
lossicoterā comparatiui modo dixit quae immania sunt,
Sim autem, inquit, colossicoterā amplitudinibus & one-
ribus onera in operibus fuerint, non erit succula com-
mittendum. Procopius de statua grandi, καλοῦσε ἵον
αἱ, id est, Colosso assimilis. Philon Iudaeus Demundi
fabricatione lib. 6. ὅς γὰρ τῇ καλοῦσιν αὐτὴν μὲν τὰς ἵον
αἱ καὶ ἵον βραχὺ τὴν σφαιρὴν τὴν αἰσθητὴν δὲ χυμὸν.

id est, quemadmodum enim perexiguum sigillum acci-
pere potest expressam Colossica molis effigiem. Colof-
sam magnitudinem ad horrorem trātulit Eumapius,
ὁ πῶς ὁ ῥῶδ ἵον καλοῦσε διὰ μέγεθος κατὰ πληκτικὰς ἵον
ὅτι ἵον ὁρᾷ μὲν, καὶ αἰσθάνεται διὰ τὸ ἄφ' ἡγῆμα τὸν θαυμα-
στικόν, ὅτι ἵον χυμὸν, id est, Sicut Rhodiorum Colossus
propter inusitatam magnitudinem amabilis non est,
sed formidinem potius & horrorem incutit, ita & ille,
quamuis contemptus opum admirabilem eum fecerit
gratiosus tamen non fuit. Huic adagio adfuit illud
Alexandri Seleuciensis sophistae apud Philostratum
eundem, πρῶτον αἱ σφαιρὸς αἱ σφαιρὸς πέντες, id est,
Frustrula aut particula tuae sumus omnes quotquot so-
phistae dicimur: quod ad Herodem Atticum dixisse
fertur, cum litteratorum omnium columnen facileque
principem illum vellet innuere: paullo diuersiore sen-
su Aescylius dictitare solebat, suas tragodias esse fru-
stula de magnis Homeri canis, τὸς αὐτὰς τραγῳδίας
πρῶτον αἱ τὴν μεγαλὰν ἵον αἱ σφαιρὸν, uti refert in
Dipnosophistis Athenaeus, cum significaret se instru-
xisse ex ingeniorum affluentissimo fonte Homero suas
fabulas. Isocrates apud Plutarchum in vita ipsius ad
Demisthenem integram pro disciplina stipem persolue-
re nequeuntem, ὅτι πρῶτον αἱ σφαιρὸς, inquit, τὸν πρῶτον
πῶς, id est, artis oratoriae institutionem in frustrula nō
partimur.

Atticus miles.

Ἀττικὸς πεζομαχέας, id est, Atticus miles, Proverbio dicitur
in sortem ac strenuum virum. Heliodorus lib. 2. Ae-
thiop. Historia. τὸν γυνάμνα νεκρῶν καὶ ταυτῶν ὑπε-
φθονῶν ὁ γυνάμνα καὶ Ἀττικὸς πεζομαχέας. hoc est, Terga
dedisti mortuam feminam fugiens, tam strenuus &
Atticus miles. Potest ironice torqueri in meticulosum
& quouis lepore timidiorē, talem hominem nominā-
do militem Atticum. Torro in pedestri & statario pre-
lio laudati olim fuerunt milites quos Attica mittebat.

Quid barbiton crocoto loquitur.

Τὸ βαρβίτον κεκοῦσθαι λαλῆναι, τὸ δὲ λυρὰ κεκοῦσθαι λαλῆναι. id est,
Quid barbitō crocoto loquit, quidue lyra calaticea.
De re absurda nihilq. consoni habent.
Citatur a Suida ex Aristophane: veluti si Manardus
medicas rationes cerdoni alicui aut crasso rustico enu-
cleet: vel si colores rhetoricos rudi eius artis fabro ex-
ponat rhetor. Est autem barbiton siue barbitus instru-
mentum Lyricum fidibus centum, plectro pulsatile,
quod a grauioris fortasse soni modulibus βαρβίτον, quasi
grauichordum dicas, Pollux libro quarto, nominat,
quam lecttionem saniores iudico, quam quae in Athe-
nao libro quarto, βαρβίτον, legitur, & in 14. βαρβίτον.
De quo Halicarnassensis libro 7. βαρβίτον κεκοῦσθαι, id
est, barbita plectris radiisue percurrentes. Theocritus
βαρβίτον ἵον πολυχόρδον, barbiton multichordum.

Ex Illo meducis.

C v m significamus praeteritorum malorum memoriam
refricari, aut ad tristitiam rerum mentionem nos cōpel-
li: Heliodorus li. 2. ἀλλὰ μὲν φέρει καὶ συμμῶς κακῶν καὶ
τὴν ἵον τῶν βόμβων ἀπὸ τῶν σφαιρῶν τὴν κρινῶν. Ex Illo
me rapis, ac malorum examē & infinitū ex illis bōbū in

M M M

3

re com-

te communes. Ita Virgilianus Aeneas. Infandum re-
gina iubes renouare dolorem, Troianas ut opes, & la-
mentabile regnum, Eruerint Danaï.

Nectar spirat.

De re impense suauis, aut quouis honore digna dicitur.
Symmachus, Litterę tue olentes Platonium nectar.
Eubulus Comicus vinum Lesbium vetus, nectar stilla-
re ait eo versu, λίσθιον ἔχοντα νεκταρὸς ἔχει. quod non
incommodè transferri poterit ad orationem suauilo-
quam. Theocritus. αἰδοῦ τὴν νεκταρὸς ἐστὶν. id est, Fragrat
nectaris instar. Martialis lib. 9. Nomē nectare dulcius
beato. Suidas ex incerto auctore, αὐτὰρ ἡμεῖς ὅς ἐστιν ἀμβρο-
σίαν καὶ νεκταρὸς. id est, Redolent ambrosiam & nectar:
quod annotat ille competere in eos qui merentur &
digni sunt admitti. Aristides. ὡς τὰς οὐρανίας μὲν ὕμνους οὐρανὸς
οὐδὲν ἄριστον ἔχει νεκταρὸς, id est, his gloriatur atque
superbit tamquam nectare non inferioribus. Hermip-
pus apud Athen.

Ὁσμὸν ἔχει δὲ ῥόδον, ὅς ἐστιν ὕμνος.

Ὁσμὸν βίπρωσις κατὰ πᾶν δ' ἔχει ὑπόθεσις δὲ

ἀμβροσίαν καὶ νεκταρ.

id est,

Spirat odor mirus violasq. rosasq. rubentes

Ambrosia angustas nectarq. impleuerat edeis.

Non alienum hinc est quod Petronius Arbiter di-
cit, Mellitos verborū globulos, & omnia dicta factaq.
quasi papauere & sansuco sparsa. Porro nectar volūt
esse decorum potum, alij cibum, inter quos Anaxandri-
des Comicus, τὸ νεκταρ πινυμένον ἐστὶν διαπνέον τ' ἀμ-
βροσίον. id est, nectar premansum edo, ambrosiamq.
interbibō, & Alcman Lyricus ait deos τὸ νεκταρ ἐδ-
μεν. id est, nectar esitare: ita Sappho Lyrica, ἀμβρο-
σίαν κρατὶ ἐκίκερατο. id est, Ambrosia poculum infu-
sum erat: at Homerus nectar decorum poculum agno-
scit & Ibycus qui ambrosiam cibum nouies. dulcedine
mel superare ait.

In triclinio choa.

PROVERBIALE enigma exstat apud Fabium Instit.
orat. lib. 8. cap. ultimo. ex Cęcilio Comico. Et in tricli-
nio Choa, & in cubilo nola: quod detorsit ille in multi-
bibam feminam, quę citra pudorem in conuiuiū cali-
ces detergeret, eandemq. importune garrulam ubi mi-
nime oporteat: siquidem ubiq. iuxta Sophocle, γυναι-
ξὶ κόσμον ἢ σιγὴν φέρει, hoc est, silentium addit feminis
decus, sed potissime cubiculo silentium debetur. Qua-
drabit igitur in bibosam animum & odiose loquacem.
Choa vocant Gręci congiū, sextariorum sex capacē,
ut ex Rhemnio Fannio constat. Epinicus apud Athē-
næum, ῥύτιον χαρῶντα δύο χόας, ὃν οὐδ' ἂν ἐλεφας ἐκ-
πίει, id est, Rhytium duorum congiū capax, quod
ne elephas quidem ebibat.

Alabandicum opus.

Ἀλαβανδρικὸν σύγγραμμα, id est, Alabandicum scriptum
vel opus, pro inepto ac barbaro dici proverbialiter in-
uenio, & Philoxenus ἀλαβανδρικὸν σολοικισμὸν solæ-
cismum Alabandicum nominat turpem & vitiosum:
utrumq. est apud Stephanum: Hermolaus Barbarus
impolitos ac rudes carbunculos, Alabandicos dici an-
notat, ut Alabandicos libellos, ineptos & barbaros,
nam in uniuersum Cares omnes, inter quos sunt Ala-

bandai, βαρβαροφωνοὶ ab Homero nuncupantur, a bar-
barie & ruditate: quorum vecordia vel in eo eluxit,
quod in gymnasio loco certaminibus & exercitationi
corporis dedicato statū apud eos viderentur habitu
causidicorum, contra in foro iudicatio, discos aut simi-
le quid manibus tenerent, ordine plane præpostero.
Alabando Carię vrbs, ab Alabando, quem indigerum
deorum in numero colebant, condita, inter duos colles
utrinque in accliuē surgentes sedet, ita ut speciem re-
ferat clitellarum inuersarum, ita enim vertenda sunt
Strabonis verba ex lib. 14. οὗς ἐστὶν κατὰ χεῖρας καὶ ἐν-
λίς κατὰ πρᾶμους, quę perperam interpreter reddidit,
ut cistę inuersę aspectum exhibeant: quamquam &
gręcus codex non careat menda, pro κατὰ πρᾶμους le-
gens κατὰ πρᾶμους: vnde emerfit iocus Appolloniј di-
centis eam esse σκορπίων καὶ βέλων κατὰ πρᾶμους. hoc
est, scorpionum clitellas inuersas, Scorpionum addēs
propter istorum animalculorum abundantiam: suggil-
lat postea illos ut mollitici ac delitūs dedidos, & καπυ-
ρίσας hoc est libidine feruentes, sic enim malo reddere,
quam cum interprete, suffitos.

In acruum metere.

Ἐρετὸν τὸν σφῆρον ἀμείδω, id est, In accruum metere, prouer-
bium esse admonet Suidas in eos qui ad magna aspi-
rant, aut res arduas suscipiunt: vel qui edicta edictis,
mandata mandatis accumulunt. Sumpta a messoribus
metaphorā.

Pardus maculas non deponit.

Ἐκ δὲ δαλίας ἐκ ἀποτίετω τὸ κατὰ σικτον ἐδ' ἀλείφει τὸ μέλας.
id est, Pardus pellis maculis non ponit, nec Aethiops
fuscēdinem. Extat apud Nazianzenum in Stelitenti-
cis, Ut panthera, versicolor maculas non amittit, nec
Aethiops colorem mutat,

Sex congios capit.

Ἐξ ἡσὸς χωρεῖται, id est, Sex congios capit, prouerbiū
est in solidos & emotę mentis homines. Aristoph. in
Nebulis, Ἐξ ἡσὸς χωρεῖται, subaudi, ὁ ἐγκέφαλος αὐ-
τοῦ. id est, Senos capit congios, nempe cerebrum homi-
nis. Metaphora ab vtre aut testa, citatur in Suidę
commentariis.

Aquam plorat cum lauat, fundere.

PLAVTINVM illud ex comędia Aulularia, Aquā
hercle plorat, cum lauat, profundere, conuenit in homi-
nem præparcum & illiberalem nimis atq. sordidum,
qui vsque adeo sit non attentus ad rem modo, sed mi-
ser, ut illuminiem & sordes aquę, qua fuerit ablutus, ve-
reatur effundere, velut sui aliquando futuras.

Supra clepsydrā dicere.

Ἐπὶ τὸ ὕδωρ ἐκ χυθόμεον ἐπὶν, id est, supra aquam infu-
sam dicere. Prouerbiū annotatur a Budęo, non expli-
catur tamen, sonat autem idem quod, supra clepsydrā
loqui: & quod Quintilianus dixit, Aquam perdere:
videtur dictum de garrulis, qui loquentię multum ha-
bent, sapientię parum, quiq. verbositate nimia tem-
pus extrahunt. Synesius in Dione. ὕδωρ δὲ τῶν τοι βέλ-
διων δρόμον ἐμμετρημένων ἐδὲ πρὸς κλειψύδρας τα-
μυόμενοι, ἀλλ' ἐγὼ μὲν εἰ μὴ πῶ παύομαι, ἀλλ' αὐτίκα
πύλω.

πεπαιστωμένη id est, Aqua celeriter disluit, non dimensa aut ad clepsydram expensa: attamen ego si nondum finem facio, mox saltem desistam. Philostratus in Pausania sophista, τὰς τὴν κλεψύδρας μετρίωντας, id est, clepsydram participes nominat qui ad clypsydram declamabant aqua certa mensura repletam, κλεψύδρας ἐν μέτρῳ vocat, talesque vulgari diſterio, διψώντας quasi siticulosos appellatos fuisse scribit. Solebant veteres ad aquae stillicidium, orandi modum metiri productiore breuioreq. tempore circumscriptum.

Mare amnium non indiget.

NAZIANZENSIS in Monodia in Basilium, ὅτι γὰρ ἐλάττω ἐστὶν ἡ θάλασσα τῶν ὑπερῶν ποταμῶν, id est, Non indiget mare influentibus amnibus. Vtemur eo cum ostendere volumus quempiam ita suis animi dotibus instructum & exornatum, ut per se abunde sit laudatus, nec accessione alieni praeconii aut externo adiunſcio opus habeat. Philosophiae doctrina imbutus, non indiget vno aut altero Isocratis aut Agapeti praecepto ad mores faciente: vir cordatus alienis non usus habet consiliis, suis abundans: Eo modo vitur idem in epistola quadam ad Basilium, ὅτι οὐδὲν ὠφέλιον ἐστὶν ἐλάττω, καὶ οὐτὲς συμβεβηκός ἐστιν, id est, Si aqua indiget mare, & tu consultore opus habebis.

Rudens omnis disruptus est.

Ἐάν τις πείσῃ διέξεσθαι, id est, Omnis rudens disruptus est, Proverbium effertur de summo rerum discrimine, cum conclamatam esse spem significamus, Heliodorus lib. 7. Aethiop. historia. πᾶσι δὲ τὸ τοῦτο λόγῳ πείσῃ διέξεσθαι, πᾶσα ἡλπίς ἀγνοῦνται πάντως ἀπώλεται, id est, Omnis quod dici solet, rudens perfractus est, omnisq. spei ancora prorsus sublata est. Metaphora a navi quae amissis funibus in mari iactatur undarum ludibrium.

Vincat tuus tripes.

HELIODORUS lib. 2. νικῶντος ὁ πᾶς οἱ τρίπες, ὡς δὲ ἡ θύρα τῆς ἀπορίας ἐστὶν, id est, Tuus tripus vincat, egoq. mendax vates inueniar, Conueniet ubi alicui proterue pertinaci veritatem dicti concedimus, velut herbam illi porrigentes victoriamq. permittentes. Scriptum a tripode oraculari cui insitens vates, hausto numine ventura canebat.

Tamquam Gorgone conspecta.

DE repente attonito metuq. percusso dicitur Heliodorus lib. 4. ὅτι δὲ ὡς τὴν γοργὴν διὰ τὸν φόβον καὶ τὴν ἀποπληξιν, ὅτι τὴν καὶ μὴ ἀνέκασιν, id est, Illa non aliter ac conspecto Gorgonis capite aut alio quopiam monstro, altum vociferata est. Gorgones Phorcyas Pontiterraeq. filij nate fuerunt, ut fabulantur Hesiodus in Theogonia, Hyginus, & Bassus in Aratao commentario, oculo vno exempti praeclat tres, alatae, anguibus loco crinium implexae, aprugnis dentibus, manus habentes aeneas, & alas quibus volaret, ut amotatum est a doctissimo scholiaste Aeschyli, quarum nomina fuerunt, Stheno a robore, Medusa a regni cura, Euryle ab imperio maris appellata: quarum meminit in Agamemnone Aeschylus.

Αἰὶς γοργῶν δὲ κίλιν

Φαυχίτωνες καὶ πεπλεκτανημένοι

Εὐκνοὶς δράκοντι.

id est,

Ille instar Gorgonium

Aratae, & angues inuolutae crinibus.

Gorgo autem & Gorgon ad incutiendum terrorem formidabilis fuisse fingitur horribili aspectu, unde Homerus Iliados undecimo.

Τῇ δ' ὡς μὴ γοργῶν βαλόντων ἐς φάνωτα

Διὸν δρεκόμεν.

id est,

Torna tuens Gorgon clypei lucebat in are.

Tam vero teter & horrendus earum obtutus fuisse perhibetur, ut in saxa obriguisset homines solo aspectu crediti fuerint, quo spectat illud Homeri γοργῶν, aut ut Zenodotus maluit, γοργῶν δ' ὄμματα ἔχων, id est, Gorgoneos torquens oculos, & Martialis lib. nono,

Auertam vultus, tamquam mihi pocula Gorgon

Porrigit, atque oculos oraq. nostra petat.

Aeschylus in Prometheus de Typhone loquens,

Ἐξ ὀμμάτων δ' ὕδατος γοργῶν σίλασ.

id est,

Vibrabat ex oculis Medusaeum iubar.

Vlysses apud Homerum Odyssea undecimo, pauidum fuisse se ait,

Μῆ μοι γοργίλιν καὶ φελὼν δεισιό πηλῶρα

Ἐξ ὀφθαλμοῦ πέμψουσ' ἄρουα βορσισφόνεα.

id est,

Ne mihi Persephone coniunx Plutonia tetrum,

Gorgonei capitis monstrum submitteret Orco.

Iambilicus Gorgonem cupiditatem nominat, quae illeſtos recordibus affectionibus homines, materiae immergit, saxosq. efficit. Alexander Myndius historicus apud Athenaeum in 5. refert Gorgona animal esse Lybicum non dissimile vitulo, quod diro minacium oculorum aspectu intuens enecet.

De Gorgone lege Palephatum.

A vipera morsum culpas.

DE eo qui alienae calamitati insultat, nondum expertus fortunae sauitiam, extulit illud Aristides in oratione modo ci καὶ μοι δοκεῖ κατα τὴν παροιμίαν, τὴν ὑπὸ τοῦ ἔχιδνης δειχέσθαι αἰτιασθαι μηδὲν ἄλλοτ' αὐτὸς δειχέσθαι, id est, Videris mihi viperæ dentibus faucium culpare, ipse faucius antea numquam iuxta proverbium. Adagy origo videtur ex Apologis sumpta.

Philoxeni codicillus.

Φιλοξένος γοργόματιον, id est, Philoxeni codicillus. Citatur proverbium a Suida, & exponitur de iis, qui repudiata oblatam condicionem, aut pustulata pernicaciter reiciunt, Naxos a Philoxeno Cytherio, dithyramborum scriptore Dionysii tyranni deliciis, qui cum inepta huius poemata & fastidiret audire & transuerso calamo iugulasset in Latomias (ita appellatur carcer Syracusis ab eo ipso tyranno factus esaxo in mirandam altitudinem depresso, & multorum operis penitus exciso, ut testatur in Verrinis Cicero) missus fuit, unde liberatus iussu tyranni, ac Tarentum elapsus, ac per litteras a Dionysio ut rediret reuocatus, responso illi dignatus non fuit, sed arrepto codicillo primum alphabeti elementum quod est α identidem inscripsit, quo totum illius prorsus rescissa amicitiae tessera repudiaret: habet autem α negandi vim apud Græcos, inficiatoria particul. Philoxeni ergo codicillum aut Pugillares rescriptisse dicitur apposite, qui rogatus non obtempe-

M M M

4

rat,

rat, vel oblatis nuptiis nuncium remittit, vel denique ratione quamvis abnuat ac respuit rogationem. Venu-
stius est quam quod ab aliis adferretur, et quæcunque est, id
est, Philoxeni non.

In Ceo quis dies.

Ex *xiij.* *Tibi ipse,* id est, In Cco qui dies. Hefychius anno-
tat offerri prouerbum de rebus dubiis haud certo cõ-
pertis, *in T. x. l. vj. v. ar.* quod in Cco insula non habe-
rent statas ferias, sed pro arbitrio quisque suo eas ce-
lebrarent, ubi commodum esset : unde etiam prouer-
biale dictum manauit, *Tibi ipse calendas edicito,* de
quo alibi egimus.

Quod fal carni.

C V M significare volumus proprium aliquid esse & peculiare alicui rei, prouerbij usus erit, veluti si dicamus veritatem proprium esse condimentum historiae, non aliter, quam sal carnisit aut poetices delectationem: usus est Philon Iudaeus libro de mundi opificio, de piscibus loquens, quibus ad conseruationem corporis aspersa sit vitalis facultas, καὶ τὸ τῶν ἁπλῶν τῶν ἁπλῶν καὶ τῶν ἁπλῶν καὶ τῶν ἁπλῶν, id est, quemadmodum sal, uti dicitur, carni, ne facile computrescat. Ita Varro libro rei rusticae secundo, Suis animam datam pro sale ait, qui seruaret carcem. Et sal satius, de insipido homine dicitur, quomodo Heccbolius sophista legitur se huius strauisse ante templi vestibulum, καὶ τὸν ἁπλῶν τῶν ἁπλῶν τῶν ἁπλῶν, id est, proclutate me saltem insensilem quod refert. Nicephorus Callistus.

Intus Hecuba, foris Helena.

De femina formosa quidem, sed maledica & improbis moribus praedita dicitur proverbio. Gregor. Nazianzenus in carmine aduersus fucatas mulieres purpurisso oblitae.

Εὐδ' οἶ τιν' ἐκ' ἄβλιν, ἱκτοῖ τιν' ἐλίνιν, hoc est,
Turpemintus Hecubam, pulchram Helenēq. foris.

Hecuba Priami uxor præsenio turpissima in carnem conuersa fingitur, Plantinus Menæchmus propter maledicentiam, sic enim ait.

Non tu scis mulier, Hecubam qua propter canem
Graii esse predicabant? Mu. Non equidem scio.
Me. Quia idē faciebat Hecuba, quod tu nunc facis.
Omnia mala ingerebat, quem quem aspexerat,
Itaque adeo iure capta appellari est canis.

Huc spectat illud Iuuenalis satyra decima: Sed torua
canino Latrauit rictu, quæ post hunc (Priamum) vixe-
rat vxor. Poterit & de fucata dici, quomodo usus est
Nazianzenus, quæ larua potius & spectrum homi-
nis videri queat, nisi sibi & purpurissi mangonium
penicillo inscriptum sæditatem obliteret. Transferri
etiam poterit ad librum spurcitia plenum, speciosum
titulum præferentem, aut membranis sumptuosius ma-
gnifice exornatum.

Citius terra ætherem conscendet.

IMPOSSIBILIS conatus significationem habet illud,
quod apud Euripidem Hercules loquitur. πρῆξις

שם אהרן.

Γῆς ἵσταν ἄσπερον, γῆν γ' αἰθέρος εἰς αὐτὸν ἄσπερον,

Πρὶν ἔξ ἡμῶν σοι ἐλθῇ ἄπαυτῆσαι λόγον. id est,

Citius humo infigentur astra, & ætherem

Terra occupabit, quam verbis palper tibi.

*Refertur a Philone scmel atque iterum. Cui adfinc est
Zenonis dictum, ὅτι ἐὰν πλοῦς ἀσκόνη βαπτίσαι πλῆρες ὕδα-
τος hoc est, Proclivius mergi posse utrem vcnio di-
stentum: cuius idem scriptor meminit.*

Flamma sine Vulcano.

Τυράκιον αἰθέραρον καὶ ἄφυλον, quod sonat, Incendium absq.
Vulcano & lignorum expers, proverbio dici scribit Io.
Zeze in omnigena historia, animi angores & curas
animum coquentes exulcerantesq. nullum autem gra-
uius est incendium quam affectus, qui ita animum lan-
cinant : Sic de amoris igne dixit Vergilius doctē, Est
mollis flamma medullas & de eadem Didone iterum,
Et cæco carpitur igni, secretum amoris incendium: quo
torrebatur indicans.

Edentulæ maxillæ.

Ἀμύλοι γινῶθ, id est, Bucca edentula proverbiale diciturum in eum qui ledere aut fortunis officere alterius nequeat: Licebit & ἡγεῖν τις ἀμύλος & γινῶθες, id est, edentulas aut exarmatas senis maxillas in contemptum senilis virium detorquere, ut si quis calamo conuittioq. senem laceffens, iniuriæq. vicissitudinem contemnens, dicat se nibili facere impotentis hostis ὡς τις ἡγεῖν τις ἀμύλος γινῶθες, veluti senis edentulas maxillas. Integrum videtur adagium levisse Gregorius Thessalonicensis hoc modo,

Γάμοι τοις ἀμόλοι γνάθῳ βακτηρία.

id est,

Sunt scipio scni maxillæ edentulæ.

Verba eius hæc sunt, ὁμῶς ἀλλήτοι γνάθοις ἀμύλαις, ὥς εἶον-
τι, καὶ τις παρεμμίασται καὶ βλακηρία ἀπὸ χαλρίετα
αἰδοῖ· καὶ ἐν τῷ hoc est, At tamen edentulis malis, vs
potest, cibum molit, quas proverbum scipionis vice se
nitribuit.

A cauda ad os transferre.

Ἀν' ἐρχεσθαι τὸ σίμα μὲν, id est, *A*cauda ad os trans-
 ferre, apud Plutarchum in nono Symposiac. prouer-
 bii vice positum est, pro, a calce ad initium transferre:
 ut quod postremum locum obtinere debuerat, ad pri-
 mum mutato ordine transponatur, sic autem inquit.
 αἱ θ' καλεμε, αἱ ψυχραὶ τ' ἀπ' αὐτῶν ἐρχεσθαι σίμα με-
 ταχθίσαι τῶν πρώτων αἰτίῃ ἔχουσιν τὰ ξηρὰ ἔχουσι. id
 est, *Q*uas frigiditas nominamus mensas, a cauda ad os
 translate, primum pro. postremo ordinem obtinent.

Agnum demetere.

Ἄρνιον ἐοικέν, id est, Agnum demetere, Proucrium ci-
tat Eustathius Odyss. nono, efferrique. annotat, ὡς καὶ ἐκ
διαλλήματος τιμωρομένων de his qui ad poenam conui-
uent, multamq. in commodum tempus differunt: Occa-
sione adagij petita ab agnis qui primo vere inutiles la-
nitio relinquuntur, asseruanturq. in aetatem ad idone-
um tondendis lanarum villis tempus. Quadrabit quā-
do silentio pratermittimus quidpiam, data occasione
opportuniore loco ac tempore disertius de eo prolixius
que acturi.

Nil

Nil boni cogitat vir arrigens.

Οὐδὲν ἀγαθὸν διανοεῖται ἄρριγος.

id est,

Nil cogitat plane boni vir arrigens.

Prouerbialem senarium citat Eustathius ex Aelij Dionysii rhetorico lexico, non explicat tamen, atque ita legit & Suidas fere hunc in modum, ὁδὲν μὲν ἀγαθὸν διανοεῖται ἄρριγος. id est, Nil magnum sapit vir arrigens, sed manca parumq. integra versus lege. Significat autem quod libidinis furor prudentiam omnem expectaret, honestiq. rationem ex animo delcat, quod si quis legat ἄρριγος, indicabit, stantes, hoc est, in iram aliosue animi affectus arreptos iussit indicare non posse, siquidem legimus iudices olim sedisse: argumento sedatioris animi & ab omni motu compositi. Porro verbum ἄρριγος in prudendam significationem transtulit Comicus, unde & de Diana virgine dictum est. ὅτι σὺ μὲν καὶ μισοῖς, ἀποῖς αὐδαίῃς τὰς αἰσῶν, quod arrectionem inuisam habeat: quin & lactuca sessilis latifolia, ab Atheniensibus ἀρριγὸς dicebatur, quod nimius eius vsus impotentes in venem reddat, qua de causa & Pythagoræi ἀρριγὸν eam vocarunt, quasi castramentum & eunuchum.

Herculis ira.

HERCVLIS iram appellat Aristophanes in vespis, generosi peccatoris iram, magnamq. animo dignam, quod quemadmodum Hercules laboriosissima quæq. & difficillima certamina subiit, e quibus eo plus honoris assequabatur, quo essent molestiora: ita & generosus est & Herculis ira dignus, potentiores incessere, quam plebeios homunculos, propterea inquit Comicus,

Ἀλλ' ἥρα κλέειν ὄργῳ τινὶ ἔχων τοιοῦτον μέγιστον ἐπιχρησέμεν id est, At Herculeam quandam iram habens, magnates adoriri se velle dicit. Theocritus de robusto illud extulit idyllo quarto.

Φαστίνην ἥρα κλέειν ἰβίῳ καὶ κέρπεος ὄρεϊ δέν. id est,

Viribus Alcide hunc contendere posse loquuntur. Philon Iudæus, ἥρα κλέειν δὲ τοιοῦτον id est, Herculeam confidentiam dixit prouerbialiter ibi, τῷ ἥρα κλέειν δὲ τοιοῦτον ἀπομιμνήσκου id est, Herculeam ferociam imitantes. Ad Aristophanicum versus respexit Aristides, de Comico illo sentiens, ἵνα τοὺς δ' αὐτῶν ἥρα κλέειν ἔργῳ τινὶ ἔχων. id est, Alius quispiam Herculis quadam ira percitus. Huic dissimile est quod Ouidius ait lib. De ponto tertio. Nobile namque Peccus, & Herculeæ simplicitatis habes.

Deo præeunte, nullus officit obex.

FREQVENS est & paramie vice vsurpatum ab Aristide ἐξ ἀρχαίων τοῦ ἀρχαίου, id est, Deo præeunte aut initium faciēte, ut in Panegyrica oratione, Ἀλλ' ὁ δὲ θεὸς πρῶτος ἐξ ἀρχαίων τοῦ ἀρχαίου, ὁ δὲ θεὸς πρῶτος ἐξ ἀρχαίων. id est, At ubi Deus initium ostenderit, quod ait Pindarus, nullus officit obex. Idem aduersus otij obtreffatores ἐξ ἀρχαίων τοῦ ἀρχαίου, ὁ δὲ θεὸς πρῶτος ἐξ ἀρχαίων. hoc est, Mostrante initium Deo, ut Pindarus inquit, prona est semita ad inueniendum quod propositum est. Huc pertinet sententia prouerbialis, quam citat Suidas, ἐξ ἀρχαίων τοῦ ἀρχαίου, ὁ δὲ θεὸς πρῶτος ἐξ ἀρχαίων. id est, Deo presente fit expeditum, quidquid fuerat impicuum, & illud Aristide, ἀνελύτῃ περὶ χροῦ ὁ δὲ θεὸς πρῶτος ἐξ ἀρχαίων. id est, Fit peruium auctore Deo,

quod imperium erat antea. Hinc Philon Iudæus libro. Quod omnis vir bonus idem sit & liber. ἀλλὰ τὸ ἐξ ἀρχαίων τοῦ ἀρχαίου, ὁ δὲ θεὸς πρῶτος ἐξ ἀρχαίων. id est, Exclamabit. n. Sophocleum illud, oracularibus responsis nibilo inferius, Mortalium nemo, at Deus dux est mihi. Ad hanc classē spectat & Synesii illud in epistolis, ἐξ ἀρχαίων τοῦ ἀρχαίου, ὁ δὲ θεὸς πρῶτος ἐξ ἀρχαίων. id est, Deus cuiusvis & dicti & facti auspex esto. Certe religio omnis Deum opificem omnium agnouit semper, & ab illo captandum auspiciū unanimi conspiratione consensit, unde Pausanias auctoritate annotat Eustathius in cuiuslibet rei auspiciū dici solere, celeusmatis instar, ἐξ ἀρχαίων id est, Deus Deus: quod obseruasse non temere videtur Plato in principio librorum de Legibus, ubi cum Atheniensis hospes dubie dixisset videri a Deo aut ab homine quopiam inuectus esse leges, respondet Clinias. ἐξ ἀρχαίων id est, hoc est, Deus o hospes Deus eiusceri auctor est. Quod Platonis dictum repetit Theon Alexandrinus in Arateis commentariis, causam reddens, cur ab Ioue exordium operis sumpserit. Aratus, ita canens ἐξ ἀρχαίων τοῦ ἀρχαίου. quod Maro ad se recepit ibi, Ab Ioue principium. Nimirum & Pindarus alicubi dixit breuiter, Διὸς ἐξ ἀρχαίων. hoc est, Ab Iouis proæmio, innuens ab Ioue, hoc est, Deo rerum principio, conatus nostri auspiciū esse sumendum.

Daphnis inter pastores primus.

Δάφνης πρῶτος ποιμὴν πρῶτος ἐγένετο, id est, Daphnis inter pastores primus euasit. Extat apud Synesium in Epistola ad fratrem, prouerbiali specit dictum. καὶ τοῦτο Δάφνης πρῶτος ποιμὴν πρῶτος ἐγένετο, τοῦτο τὸ ἐξ ἀρχαίων τοῦ ἀρχαίου, ὁ δὲ θεὸς πρῶτος ἐξ ἀρχαίων. id est, Ex ea occasione Daphnis inter pastores primus extitit, hoc factum Euthalium ad amplas fortunæ euexit. Vsum prouerbij ipse auctor exponit propemodum. Quoties namq. opinionem alicuius augescere, ipsumq. admirationi esse volumus innuere, atque magnæ auctoritatis haberi, dicimus, Daph. inter pastores principatum obtinet. Prouerbij origo ex Theocriti Bucolicis; ubi de victore Daphni ita conit.

Καὶ τοῦτο Δάφνης πρῶτος ποιμὴν πρῶτος ἐγένετο. i.

Daphnis se ex illo primus pastoribus insert.

Quo adlusit Virgilius ibi Daphnin ad astra feremus. Historiam de Daphnide pertexit Diodorus Siculus libro quinto, Is e Mercurio & Nympha Siciliæ indigena prognatus, & ab nymphis enutritus, multa bouum armenta possedit, a quorum cura βούκολος, id est, bubulcus dici cæpit, cumq. esset ingenio acri, carmen ab auctore Bucolicum dictum, primus excogitauit: dicitur autem Syracusius fuisse. De hoc paullo fusi⁹ Aelianus libro decimo omnigenæ historiæ. Daphnis, inquit, Bucolus amicus fuit Mercurij, secundum alios filius, nomen ab euentu sortitus, quod a partu expositus fuerit in laureto, quem boues in Sicilia pascentem nympharum vna deperiisse dicitur, cumq. illo primum iuuetæ florem delibasse inito pacto, ne cum alia congregaretur, quod si falleret, interposita oculorum orbitatis pœna: sed cum non multo post adamatus a Regia puella, per ebrietatem pactum dissoluisset, habita consuetudine cum Regis filia, captus luminibus, Bucolicum carmen,

carmen, calamitatis solatium, primus cecinit.

Addere gangrænam.

ADDERE gangrænam usurpat Arnobius lib. quinto aduersus gētes, pro geminare malum, aut veterem culpam nouæ noxæ accessione granare, verba eius sunt. In quo cum vnam contrahere possetis culpam conscriptione de superis tali addidisti (ut dicitur) gangrænam, cum deorum omnibus appellauisti res turpes. Simili metaphora dictum est illud a Varrone libro tertio de vita populi Romani. Quo facilius animaduertatur per omnes articulos populi hanc mali gangrænam sanguinolentam permeasse. Ad eundem modum Lucilius in satyris, Serpere uti gangræna malo atque herpesti ea posset.

Hectorem imitaris, ab Ilio numquam recedis.

TOCVS, est in parasitum gulæ plus æquo deditum. Marulli Mimographi, quem M. Antonini philosophi & Cæs. temporibus vixisse testatur Iulius Capitolinus: cuius præter Ael. Spartianum meminit & D. Hieronymus aduersus Rufinum. Tu Hectorem imitaris, ab Ilio numquam recedis. Adlusum est autem ad Ilij, quo troia censetur, nomen ambiguum, cum Ili intestino, per quod cibus receptus delabatur. Competet in strenuum surgitem, qui nunquam belluonari desinat. Quadrabit & in ganeonem inexhaustæ libidinis, quippe cum Ilium pro impubio seu interfamineo muliebri accipi solet attestante Hesychio, quo sensu detortum fuit illud Homericum, ἰλιον εἶσω, id est, Intra Ilium.

In cauea non canit lusciniæ.

Ἡ ἀνδρὶν ἐν οἰκίᾳ καὶ μὴ ἄλλῃ, id est, In cauea non canit lusciniæ, prouerbio significatur ingenij libertate nihil esse præstantius ad res agendas, propterea quod seruilis conditio animi sinum coarctet quodammodo ac præcludat: præclare enim dictum est ab Homero Odyss.

Ἡμισυ γὰρ τῆς ἀρετῆς ἀποδύναται δουρὸς παρὰ ζῶντος Ἀνδρὸς, οὗ γὰρ ἂν μὴ κατὰ δούλιον ἦμαρ ἔλθοιεν. id est, Dimidio ingenij non æquus Iuppiter orbat Seruilem quem forte premit conditio vitæ.

Recte quoq. Philon Iudæus, δὲ λαίλα τῶν ἐλευθέρων ἀφαιρῇ τὴν τοῦ ἐσίου, id est, Homini libero nihil seruitute intolerabilius est. Scopelianum sophistam obsecrant Clazomenij, ut domi sue profiteretur, sperantes eius doctri-
na celebres fore Clazomenas: horum petitione reiciens ille, os obstruxit percommode, dicitans inclusam cauea lusciniæ non canere, Græca Philost. verba sunt, οὐκ εἰμυσοῦς παρρησία το, τὴν ἀνδρὶν αὐτῶς ἐν οἰκίᾳ καὶ μὴ ἄλλῃ. hoc est, non inuenisse deprecatus fuit, lusciniæ, inquit, non cantillat in cauea. Lusciniæ tale ingenium est, ut non nisi libero aere moduletur, capta caueæq. cancellis immissa obmutescat: quamquam audio inuentum esse apud nos, qui arte quadam erudiat lusciniæ ut in caueis content.

Nesalem quidem dederit.

Οὐδ' ἄλᾳ δοίη, id est, Nec vel salem dederit. Adagium est in hominem præparcum & sordidum, qui neque minimum quid, ac ne salis quidem micæ largiri sustineat.

qui hospitibus datur omnibus. Exstat apud Homerum Odyssæa. 17. ubi Ulysses Antinoum conuicio lacerat, velut sordidum supra modum & illiberalcm

Θυσὶν ἄνθρωποις καὶ σὺ ἐπιστάτην οὐδ' ἄλᾳ δοίης, id est, De penore haud dederis micam salis Vipilioni. Vbi notandum quod Aristarchus, ita legit, quemadmodum citauimus, at Calistratus ὁ δὲ λα δίκτῳ προπαροxytona scribit & exponit κέρεια ἢ λύματα, id est, sterquilinia & ædium purgamenta, quæ scopis a pauimento euetruntur, ab οὐδ' αὖς, quod sonat solum siue pauimentum: quod ab Eustathio in illum locum annotatum est. Vsurpatur & a Dione Chrysostomo in oratione, quam inscripsit Euboicum, quamquam in græco codice vitiose legitur, οὐδ' ἄλᾳ δοίης.

Nec vola, nec vestigium.

EXSTAT apud Varronem in τὰ φησὶ μενίππε, Hæc Numa Pompilius fieri si viderit, sciet suorum institutorum nec volam nec vestigium apparere. Et iterum in Cynicis πῶς ἐπιταξίῳ. Quorum in sepulchris nec vola nec vestigium extat. Vtrūq. citatur, a Nonio Marcello. Idem est cum illo Plautino Nec pes nec caput sermonis apparet. Huc pertinet illud Aeschyli in Agamemnone fabula,

Καὶ ποὶ πλαντὰ καὶ κακὰ οὐδὲν λόγος; id est,

Qui finis, aut quod nascitur verbis caput; Verba sunt Electæ ad Agamemnonem, quo uti licebit, cum indicamus incertos nos esse quo euadat oratio, aut unde orta sit.

Spongia medebitur.

Σπόγγος ἰάται, id est, Spongia medebitur. Quadrabit quoties mutatuos nos sententiæ & antiquatuos pollicemur. Vt spongia notissimus erat in extergendis mēsis præcipueq. abacis in quibus scribebant & inducēta spongia corrigebant, quomodo Augustus Aiacem fabulam in spongiā incubuisse dicit ad exemplum Aiacis, qui in ferrum, uti refert Suetonius Tranquillus. Aristides in oratione quadam, οὐ γὰρ τὴν μὲν λαλῶντα, οὐδὲν δὲ τῆς σωτηρίας παλινωδίασ, ἀλλὰ σπόγγος ἰάσεται, id est, Quod si quid nugati sumus, nihil opus fuerit Stesichori palinodia, nimirum abunde medebitur spongia. Adlusit huc auctor epigrammatis incertus lib. 6. in quo Callimenes quidam Mercurio artis suæ instrumenta his versibus dedicat.

Καὶ βυβλίῳ τρίτονος ἀνιπλάκτοιο χαμῶν ἰω

Σπόγγον, ἀκτεροῖω πλαζομένους γραφίδος, id est,

Vndiuagiq. thorū Tritonis spongiā, in alto

Decerptam, errantis quæ medicina styli est.

Clemens Alexandrinus ἀνασφογγίζων ξυροφαγία dixit, madorem ventriculi nimium aridis cibis ebibere atque rapere, quod metaphorice licebit transferre ad orationem, quæ si nimis affluens sit, exiccanda venit, ac molli illo madore exinanienda, Græce non male dixeris, τὸ τῷ λόγῳ ὑγρὸν ἀνασφογγίζειν,

Figura, & triobolus.

ΕΥΣΤΑΤΙΟΣ Iliados decimotertio annotat prouerbialiter dici, γὰρ καὶ τριώβολον, id est, Figura & triobolus cuius usus sit in ingeniosos quidem, sed nisi institeris remissos, & non nisi premiis quibusdam expugnabiles:

gnabiles : cui vitio dexterrimus quisque obnoxius ferme esse deprehenditur. Nata paræmia a Phrynico tragicō, qui tantum operæ studiūq. collocasse in Tragicā saltationem perhibetur, ut nouum genus saltandi (χῆμα vocant) excogitantibus triobolum præmij vice numeraret. Refertur ab aliis origo prouerbij ad Pythagoram, quem Iamblicus philosophus scribit ingenioso dextroq. discipulo, sed ad disciplinas excolendas tardiori, pro quolibet mathematico schemate triobolum perpendisse, ut præmij inuitamento supinitatem discipuli castigaret, studioq. discendi (quod libera & incoercita voluntate constat) facies quasdam subderet.

In paguro sapientia.

Ἐν παγῷ σοφία, id est, In paguro sapientia, prouerbium est quo significatur, ut arbitror etiam paruis rebus suam esse gratiam, & pusillæ staturæ hominibus non deesse prudentiam, ut ad eum modum dicatur, quo illud, Inest & formicæ suæ bilis. Alioqui elegantissime lepidissimeq. Paguri sapientiam habere dicitur, qui viri suis diffusus, cum fortiori congrédi timeret : ut si dicamus doctum quempiam, cui cum sophista res sit, imbecillitatis suæ conscius, in idoneum tempus pugnam differentem, παγῷ σοφία, id est Paguri sapientia armare se debere. Pagurus cancri genus est, qui quotannis spoliatus se testæ crusta & aculeis omniq. armatura sentiens, latebris suis verno tempore tantisper se continet, dum noua eaq. durior testa succreuerit, nec ante hoc tempus, imbecillarum virium conscientia, pitem vllum aggredi audeat. Hinc est quod consilij prudentiaq. argumento Pagurum de collo Dianæ Ephesiae suspendisse antiquitas putatur. Huius prudentiæ meminit multis versibus in primo Halicution Cilix poeta : & apud Epicharmum comicum in Purpura fabula, piscator inquit. σοφία ἐστὶ παγῷ σοφία ὡς ἐστὶν ἐχθρῶν ὅτι ἐχθροῖς δόρυ καὶ πανπύδα πᾶς τὶ χύσσῃ. id est. In Paguris Diis inuisis sapientiam, inq. pisciculis omnigenas artes deprehendi. Lycophron in Cassandra appellat Phænicem Achillis formatorem παγῷ σοφίᾳ, non tam propter cutis asperitatem senio contractam, quod Zezes & Eustathius annotant, quam propter innatam prudentiam, cuius ergo Peleus illum formandæ Achillis filij pueritiæ præfecit.

Hecales cena.

De frugali admodum tenuiq. apparatu effertur Hecales cena, ab Hecale paupercula, cuius apud Ouidium fit mentio, & cuius egenam cenam non aspernatus fuisse Thesens legitur. Iulianus Cesar ad Iamblichum philosophum. πᾶν τὸ πρὸς τῇ τῆς Ἑκάλης ὁ βροτός τε δὲ πῦρ τὸ λίπον ἀπὲρ ἰσότητος, & ἡ μὲν καὶ μικροῖς ἐς τὸ ἀγαθόν αἰσθάνεται. id est, Nimirum Thesens non detrectauit tenuē Hecales canulam, sed norat etiam paruis esse contentus, cum ita ferret necessitas. Dicitur autem Hecaleanus Thesens iam tum iuuenili in ætate hospitio solere excipere, proq. illius ad pugnam profecturi sospite reditu vota diis nuncupasse : in cuius beneficij memoriā Thesens instituit postea Hecalesion festum : quo Ioui ab illius nomine Hecalo dicto sacrificabatur. Callimachus scribit in opere quod ab anu inscripsit Hecalem, habuisse illam φιλοφρονεῖν εἰς τοὺς ἀκλίστους. id est, hospitij lares cunctis parentes.

Alexandrinæ deliciæ.

CONSIMILI sensu Alexandrinæ deliciæ dixit Fabius Quintilianus institutionum oratoriarum lib. vbi parentum erga liberos suos indulgentiam seuerè prosciendens : Verba inquit, ne Alexandrinis quidem permittenda deliciis risu & osculo excipimus : extremā intemperantiam turpemq. luxum designans : luxus autem & intemperantiæ genitrix est opulentia. Neminem vero dubium est, Alexandriam copiosissimam & opibus mercibusq. omnigenis affluentissimam fuisse emporium. in hunc usque diem.

Medica mensa.

Μηδικὴ τράπεζα, id est, Mensa Medica, pro exquisitè suntuosa & ingentis apparatus mensa prouerbialiter accipitur a Synesio lib. De insomniis : a Medorum deliciis, qui Persidi contermini in eorum mores defluxere, siquidem apparatus Persicos, pro opiparis dixit Horatius, et scribit Herodotus Persas natali suo quæq. die opiparam apponere cenam & prolixam diuersis ferculorum missibus, idq. tam pauperibus quam diuitibus faciliari : alioqui Persarum regi mille victimas quotidie iugulari præter immensam volucrum vim, ex Heracleide Cumano refert Athenæus. Synesii verba sunt. παρὰ τὴν περὶ τῶν περσικῶν αἰσθητικῶν σικελικῶν, ὅτι ἡ ἀρετὴ, καὶ δικαίω. id est, Mensam apponit, si velit, Siculam, aut si malit, Medicam. Vsurpat & Dion Chrysostomus in oratione tricesimetertia. ἀμα τὰ περσικὰ καὶ ἀλεγεινὰ καὶ καὶ μηδικὴ τράπεζα καὶ τὸ γινώσκοντες ἐξελίπιν. id est, Desecerunt pariter sceptrā, paludamenta, mensa Medica, ipsorumq. prosapia. Thucydides libro primo de Pausania elatius segerente, τράπεζα καὶ μηδικὴ παρὰ τὴν περσικὴν id est, Mensam apponebat Medicam, quāquam scholiastes Græcus περσικῶν legisse videtur, sed exponit recte περσικῶν id est, opiparam deliciisq. affluentem. Diuerso plane sensu, Μηδικὴ τράπεζα, id est, Medicam mensam extulit Athenagoras libro De mortuorum resurrectione, pro immitibus cruentisq. epulis, respiciens, ut opinamur, ad crudele Astyagis Medorum regis factum, qui Harpago amico consiliorum omnium participi epulandum filium apposuisse legitur apud Iustinum Trogi Pompeij epitomias ten.

Vbi Atridarum scapha.

Ποῦ σκάφος ἦν ἀτρίδων. id est, Vbi scapha Atridarum, Adagio utemur cum significabimus non esse curiosos nos de re a nobis peregrina, quæ nihil ad nos pertineat de qua non admodum sit nobis laborandum : verbi gratia si dicat quis se melioribus studiis addictum non curare aut sollicite velle indagare, quid rerum agat Pontifex, vbi æstiuat Turca, quid apparet Cesar, quidue molietur Gallus : quo sensu cecinit illud in odis Horatius,

Musis amicus tristitiam & metus

Tradam proteruis in mare Creticum

Portare ventis, quis sub arcto

Rex gelidæ metuatur oræ

Quid Tyridaten terreat, vnice Securus.

Vtitur Cicero libro ad Atticum septimo. Sed quoniam res eo deducta est, non queram, ut scribis, ποῦ σκάφος ἦν

Ἰσθμὸν. Videtur alicunde e Tragedia sumptum.

Isthmum sinapi bibit.

PROVERBII speciem redolet, quod apud Artemidorum lib. quinto Onirocriticon legitur, ἰσθμὸν τὸ νάπυ ἰσθμὸν. id est, Isthmum sinapi bibit aut momordit: ubi ille exponens visum & euentum somnij cuiusdam, quo is qui visus sibi erat ebibisse liquidi sinapi trituram, in ius vocatus, capite luerat, subiungit id quod illi acciderat, iam antea designatum fuisse prouerbiali dictorio modo dicto: sic enim sonant eius verba, ὁ μὲν τοὶ δὲ λυγροὶ περὶ τὸν ἰσθμὸν τὸ νάπυ ἰσθμὸν. quo miror quid Cornario viro alioqui doctissimo in mentem venerit, ut omisso verborum ductu, postremum istud verterit hoc pacto, Quis unquam sinapi bibit? vsus adagij esse poterit, quando aliquem crispare nasum præ ira, animoque ringi stomachabundum significabimus: vel quando scommatis dicacitatisue pænas dat quispiam, & numquam rediturus per iugulum voces effluens in capitis periculum se conuicit, nā tunc mordax conuictorum sinapi appetit iuguli isthmum. Est autem Isthmus præter notam significationem, inter septimum narium, & oris gulæq. intersepi. mentum quod absumptum iri sinapis poculo denotabat somnium.

Icci cæna.

De præparca & frugali cæna dicitur paræmiace ἰκερδανία. id est, Icci cæna, ut commemorat Eustathius. Iccus Tarentinus fuit medicus, ἰς δὲ ἱεὺς ὁ πάλαι εἰς παρμίαν καίτω, hoc est, cuius vitæ parsimoniam paræmia notat: diciturq. inquit, ὡς τὸ ἀπείθεος διπνῶτων. Meminit Aelianus omnigenæ historiæ undecimo lib. Icci Tarentini non medici, sed luctatoris, quem toto certationis tempore, temperantissimo & coercito vitæ genere usum fuisse, venerisq. omnis expertem scribit. Græce est, κικλᾶσμεν τρεφὴν διαβιώσας. Simile est illi quod supra adscripsimus, Hecales cæna.

In cinere scribere.

Ἐπὶ τῆς γὰρ γράφῃ, id est, Inscribere cineri, Suidas & ex eo Varinus exponit de eo qui inanem sumit operam: Cinis namq. impressos caracteras, quantumvis leuiss aurula statu facile confundit. Adnotant iidem auctores de rebus quoque impossibilibus dici. Citatur ex incerto auctore, apud quem usurpari videtur, pro, nihil pensi facere. Εἶπε δὲ τῶς ἑκαὶς αὐτῶς, τὸ πρῶτον, οἷμα δὲν εἰς τὴν γὰρ γράφῃ, id est, Equidem illorum iusurandum cineri, iuxta prouerbium, inscribendum esse reor.

Frumentum in populum.

Φρουρὸς εἰς δῆμον, id est, Frumentum in populum, Prouerbiale dictorium in ambitus suspectos & officiis muneribus gratiam vulgi demereri studentes: cuiusmodi fuere, qui frumentum populo vitium diuidendo, tyrannidis gratia id facere putabantur, ut ciuium libertatem in periculum vocarent, occupatis tali libertate illorum animis. Cicero lib. ad Atticum sexto iocatur in eum, quod elargitus fuisset in Athenienses frumentum, tamquam qui ad tyrannidem viam quandam affectaret, itaque ait, Sed heus tu φρουρὸς εἰς δῆμον Athenia,

placet hoc tibi? Memorat Velleius Paterculus Tiberium, eiusq. fratrem Caium, Gracchos, præmuniente regalis potentia gratia, frumentum populo dari instituisse. Quadrabit in omnes qui quauis ratione gratiam captant popularem.

Iciens ictus est.

Ἰκλῶται βάλαν, id est, Iciens ictus est. Competit in eum qui sibi ipsi malum accersit. Ortum habes ab Hercule, qui in Olimpia statuam conspiciat, eamq. latronem ratus esse, saxum eo contorsit, quod cum resiliisset, Herculem ipsum ferit. Effertur & ad hunc modum, πλάξας καὶ πληγῇ, id est, Percutiens idem & percussus. Eustathius Iliad. 1. originem paullo aliter refert, quod nimirum inter Elidem & Pisam statuam steterit, arte dadalea se vertens, quam cum Hercules lapide percussisset, virum suspensus, illa impulsu Herculem ferit. Eleganter vsus est adagio Philostratus in Iconibus de Capaneo loquens. καὶ παρὰ δὲ λήϊται καὶ αὐτὸς βιβλίσται, πρὸς τοὺς μὲν οἷμα κόμπω βαλὼν τὴν Διὶ. id est, Fulmine percussus fuisse dicitur Capaneus, qui prior (nisi me fallit opinio) iactantia Ionem percusserat.

Mulctores reipub. pestis.

Ἀμολγοὶ siue ἀμολγοί, ac si mulctores dicas, prouerbiali dictorio nominabatur oratores, quod populi pecunias, emulgeret atque exurgerent quodammodo, ut ex Pausanias lexico adnotat Eustathius Iliad. 1. & iterum Odysseus. qui etiam μολγοὶ dicebantur, ab ἀμολγῇ, quod significat ἀρπάζειν, hoc est, vindemiari, atque inde natum prouerbium, ἀμολγοὶ πόλεως ὀλέτοι, id est, mulctores ciuitatis perniciēs, Oratores olim sæcundior aliquanto prouentu & lucro, quam nunc aduocatorum turba, factiones seditionesq. venali lingua fouendo, & reipublicæ, ærarium expilabant, & plebem exugebant temporarij patrociniis. Hinc fit quod tantas pecunias coegisse rhetores illi leguntur cum Demades Atheniēsis talenta decem accepisse memoratur, non alia de causa, quam ut tacendo causæ ne officeret, ut apud Cellium inquit C. Gracchus diserte professus, se ipsum quoque non gratis ad concionandum prodisse, aliosq. omnes qui verba ad populum faciunt, rei familiaris suæ pretium & premium referre. Huc spectat oraculum in quod ludit Comicus Aristophanes,

Μὴ μοι ἀέμωαις αἰνῆσι, ἀμολγοὶ ἐσὺνται. id est, Me mihi Cecropidas studio laudetis inani, Mulctores etenim fient.

Argentea fame conuiuari.

Ἀργυρεὶ λιμῷ εἰσὶν, ἢ ἀλαπινάζειν, id est, Argentea fame conuiuari epulari ve dicitur prouerbialiter, qui vere splendidam, hoc est, argenteis lancibus onustam, sed obsoniorum inanem mensam apponit, exstat apud Epigrammatarium lib. 2. titulo in Parcos,

Ἀργυρεὶ λιμῷ τίς εἰς εἰλαπίνῃ μὲ καλίσσας Ἐκτανὶ πινυλίας τὰς πίνοντας προσφῶν. id est, Ad cenam accitum esuries argentea nuper Menecuit, vacuis lancibus assiduam.

Ubi ludit eleganter in voce πινυλίων, id est, lancium, quarum scrutatus etymon cum speraret eas fore sibi πινυλίας, hoc est, famis medelam, prorsus, πινυλίας, id est, famelicæ & inanes reipsa fuit expertus. Huc spectat

Ecce Epigramma Martialis, cuius ego mentionem alio loco feci,

Auro, non dapibus, oneratur mensa, ministri

Apponunt oculis plurima, pauca gula.

Cum argentea fame eandem esse putant quam idem

Epigrammatarius pretiosum vocat libro decimo,

Hic pretiosa fames, conturbatrixq. macelli.

Sic enim, in duobus vetustissimis exemplaribus lego reponendumq. censeo, pro quo vulgati libri habent, conturbatorq. macellus. Præciosam autem famem illuc & conturbatricem macelli intelligo, qua exotica delicia & gancata obsonia, inexhaustis pretiis alio ex orbepetebantur, quod Satyricè carpit Petronius Arbitr, ibi,

Luxuriæ rictu Martis marcent mœnia,

Tuo palato clausis paruo nascitur,

Plumato amictus aureo Babylonico,

Gallinatibi Numidica, tibi gallus spado, &c.

Diversa ab hac est, ἰσχυρὰ λιμὲς, id est, argentea fames pro argenti pecuniæ inopia, apud Hesychium.

Qui celocem regere nequit, onerariam petit.

COMPETIT in eum qui maiora aggreditur quam ferre valeant humeri. Citatur ex Apuleio in libro de rebus verbis, Qui celocem regere nequit, onerariam petit. Celox nauticum est breue, a celeritate quæ pollet, nomen habens: at oneraria, grauis est & tarda de onere, cui ferendo accommoda est. Celocem facili momento quis regat & impellat, maiori arte ac labore in agendis onerariis opus est. Non abludit hinc Sylla dictum insultantis Marij Iunioris consulis capiti, quod memorat libro primo Appianus. ὁ δὲ τὸν δειπνῶντα καὶ δαίαν, περὶ παλαιὰς ἐπὶ χερσὶν, i. Remigem prius esse oportet, quam tractando gubernaculo manum admoventis.

Aranearum plenus alius.

Ἀραχίδων πλεὺς ἔχει τὸν σακεύα.

id est,

Senarius prouerbialis apud Cratinum Comicum in fabula quæ Dolium, siue Seria inscribitur. Prouerbio egestas & extrema inopia significatur: ex quo detortum videtur Catullianum illud de se, Plenus sacculus est aranearum.

Staphyla anus apud Plantum in Aulularia, metuens ne edes inanes a furibus asportentur: Ita, inquit, inaniis sunt opuletæ atque araneis.

De paxillo suspendere.

Ἐκ πάλου ἀδρακεῖν ἰδὲν, id est, De Paxillo aut clauo suspendere prouerbiale specie dicitur, qui rerum non satagit, sed negligentius quidpiam curat: sic exponitur ab Eustathio. Metaphora sumpta ab iis qui non reponunt aliquid accurate, sed velut aliud agentes, primo instrumento obuiio appendunt illud. Simili modo dictum est, sed tamen diuerso sensu, κερμαῖς αὖ τὸν ἀπιδεῖν, id est, suspendere, pro, quietè agere & in pace versari, quoniam pacis tempore scuta de parietibus suspenduntur.

Inter Sosas & Tybios referre.

Ἐν θοσίας καὶ τυβίαις ἀποδιδέω, id est, In Sosiarum & Tybiorum numerum referre, prouerbij specie dicemus quoties meritos prostitimus & in inferiorem quam

merentur classem atque ordinem redigimus. Synepsius ad Eupatorium, τὸν αὖτε τὰ πάλιν ἡ κερμαῖς τὴν θυρα-
τρίδαν, ὅ ἐστιν ἡ θοσία καὶ τυβία, ἡ θοσία καὶ τυβία
ἡ πάλιν, id est, Huius vel Cecrope longe generosioris
consobrinam ammiculus Herodes ab oñis, in Sosas
& Tybios elocauit, hoc est in ignobiles & plebeios
terræ filios. Galenus Therapeutices libro primo, indi-
cat Tybios emptitios fuisse seruos, quamquam ibi ma-
le perij, scribantur, eius verba sunt, καὶ ἂν πρὸς τὸν καὶ
τυβίαν καὶ θοσίαν ἀγορεύοντο, id est, Ceterum more &
Tybiorum, Tracumq. venalitiarum hominum Tibij a
Phylarcho in Ponto ponuntur, ita quoque in Plinia-
nis libris est, ut naturalis hystorie cap. 2. libri septimi.
Plutarchus symposiaca quinto cap. 7. καὶ τὴν πάλιν
πρὸς τὸν πόντον οἰκιστὰς ποταμὸν τυβίαν προτεγορεύοντες
ἰσχυρὰ φάσκει, ὅτι παλαιὰς μὲν, ἀλλὰ καὶ παλιν διεβίβει
ἔγωγε, i. quāquam Tybios dictos Ponti accolæ refert
Phylarchus non pueris modo, sed & adultæ ætati fa-
scino officere. Sosas vero in comædiis seruiles esse
personas nemo est qui ignoret.

Orestis somnium.

Ὀρέστου ὄνειρος, id est, Orestæum somnium de re fabulosa & comentitia, futiliq. dicitur: ita usurpat Galenus Therapeutices methodi lib. primo. ὄνειρος Ὀρέστου ἐλαφρὸς καὶ
καὶ, id est, Orestis somnium nobis narras Thesale. Huius simile est illud Dionis Chrysostomi. ὁ δὲ τὴν
θεῶν ἀρχὴν καὶ κόσμον, id est, Videbar mihi videre in
somnia quæpiam agros & vicos quos prædicabat.

Reperit patella operculum.

ἈΔΑΓΙ ἰδὲν Ἰσίου Ἰσίου, salientes latuerunt hætenus, donec diligentiores aliquanto operam repastinantis Nonij Marcelli senticetis impendens ego, primus illos aperui: cum illic non vno in loco legatur nullo prorsus sensu. Varro beneuolus passopoma πρὸς τὸν μνηστῶν, pro quibus verbis ita legendum e manuscripto vetusto codice adnotatū a nobis in Animaduerforum libris fuit antea. ὁ δὲ ἡ λαοπὰς τὸ πῶμα, πρὸς τὸν μνηστῶν, Constat autem Varonem plerisque suis libris prouerbiales inscriptiones dedisse. Est igitur adagium istud ὁ δὲ ἡ λαοπὰς τὸ πῶμα, id est, Reperit patella operculum, pure putetq. idem cum eo quod D. Hieronymus detorsit ad suum usum, Dignum patella operculum: quo utemur si quando vecordi marito satiam obtigisse uxorem significare volumus, aut difficili homini rem esse cum morosis.

Vitex floret, & botrus maturuit.

Ἡ ἀγρὸς ἀδίδει καὶ ὁ βότρυς περὶ αὐνίου, id est,

id est,

Flos vitice exit, & botrus maturuit.

Plutarchus libro secundo, Sympof. ubi de remora pisce agit, ostendit versiculum hunc vulgi sermone tritū fuisse, quando addit, τὸ δὲ τὸ λεγόμενον, id est, quod dici solet: sed usum non addit, neque originem adagij. Vti eo non intempestive licebit, quando indicabimus tempus esse ut iuuenis maturi ingenij specimen edat, Ἀγρὸς est quam salicem Amerinam & viticem Latini nominant, cuius frondes thori loco substrate, veneris impetum cohibere creduntur, vnde illi & nomen a sterilitatis argumento, quasi ἀγρία, hoc est, genitura inimica.

NNN NOMS

Nouus ille Palæphatus.

Καὶ τὸ ἐπὶ παλαιῶν περὶ τοῦ Νόου οὗτοῦτο ἰδίᾳ· *Nouus ille Palæphatus.* Venuſte quadrabit in eos, qui fabuloſa, qualia fidem non inueniant, ſeria oratione verſimilia facere alijsq. approbare ſatagunt. Exſtat apud Athenæum de coſto artem ſuam oſtendente glorioſius, id ἐκ τῶν παλαιῶν περὶ τοῦ Νόου οὗτοῦτο, id eſt, Ennouus ille Palæphatus, de quo ita Euaſthius in Odyſſæa decimumnonum ſentit. παροιμιαὶ περὶ τοῦ Νόου οὗτοῦτο, id eſt, χῆρ. id eſt, Trowerbialiter torquetur in adſerto res rerum, quæ fidem non merentur. Palæphatus ſcrip- tor ſuit fabuloſarum narrationum, quas ad hiſtorias transfert, cuiusq. hodie exſtat. τὸν ἀπὸ τοῦ Νόου οὗτοῦτο liber de rebus incredibilibus, in quod opusculum multa commentati fuiſſe dicuntur Heraclitus & Charax. Meminit eius & Virgilius in Ciri co verſu. Doſta Palæphatia teſta- tar voce papyrus.

Aliud quidpiam exorna.

ΣΤΑΤ apud Synefium in epiſtola ad Athanaſium, pro uerbali ſchemate prolatum haud dubie, ἀλλο μὲν τοι ποικίλλει, id eſt, Aliud coloribus exorna: nam cum V- lyſſes euadendi e ſpecu Cyclopiſ modos omnes rima- tus, ſpem Galathææ amorum illi ſeciſſet, antrῶνq. prius euerrendum ab illuue pecoris, ac thymiamate quopiā fragranti adolendum, & ſertis corollis ornandum in- ſtaret, quo ſic fugam captare liceret, ille non omnino ſtupide verba ſibi dari ſubodoratus, δεινὸν τὰν μὲν αὖ ἐρωπῶν, inquit, οἰκῶν ἔναι καὶ ἔχοντα τριμύρον ἐπὶ πρὶς γυναικὶν αὖ μὲν τοι ποικίλλει, οἷός τε γὰρ ἀποδράσκει, id eſt, Callidiſſimus mihi videris homuncio, & in re- bus verſatiſſimus, nempe aliud pigmentis exorna, ne- que enim iſtῶν effugies. Sumptum a pictoribus qui colorum delinimētis variis rem exornant. Locus vide- tur alicunde ex poetæ tragici alicuius fabula, cui Cy- clopiſ nomen ſit, deſumptus. Non abſimile eſt illi quod apud Plutarchum in Sympoſ. octauo Autobulus di- cit, πάλαι ποικίλλων περὶ ἡμῶν, id eſt, Deſine iſta apud nos variegare: Sophocles in Trachiniis. ἔδιν ξυνίμῳ ἂν σὺ μὲν ποικίλλεις πάλαι, id eſt, Nihil horum capio quæ tu dudum exornas & lenocinio verborum illece- briſq. venuſtas, & iterum, Lichas ad Deianirā, τί ποτὶ ποικίλλας ἔχεις, id eſt. Quid artiſticioſe moliris & exornas,

Lutea progenies.

Παρογενεὶ vocabulo Callimachi dicuntur vaſti homines & ignobiles, quaſi e luto prognati, παρὰ τὸ ἐκ πηλὸς κρη- νῶν: quales terræ filij habebantur, unde Minutius Felix in Octauio, qui lib. falſo octauus Arnobio adſcri- bitur, de Saturno loquens, Terræ enim, inquit, & cæ- li filius, quod apud Italos eſſet ignotis parentibus pro- ditus, vt in hodiernum opinato viſos, Cælo miſſos, igno- biles, & ignotos terræ filios mominamus, & Tertul- lianus in Apollogetico, Terræ filios vulgus vocat quo- rum genus incertum eſt. Eodem ſenſu γυναικίς, hoc eſt, terrigenæ dicuntur, apud Alexin Comicum.

Ὁ δ' ἵππος τίς αὖ τυχόμενός ἐστιν ἀνθρώπου;

Βῶλος, ὡς τὸν γυναικὸς ἀδελφόν.

id eſt,

At alterum quo nomine obſecro ſeram?

Is ipſe gleba eſt, ſtiua, terræ & filius.

Quibus verbis, ſtupidum, inſuſum & ignobilem pro- ſcindit Quid, quod γίγαντες, hoc eſt, gigantes, non alij quam ἐκ γῆς κρηναῶν, id eſt, humo enati, ſonant græ- ca voce. Haud diſſimili ſchemate κλέσθων veteres dixe- runt, craſſum, indocilem, telluris inutile pondus, teſte Aelio Dionyſio, qualis ille ſuit qui e ſomno euigilare non potuit, niſi compunctus impreſſis altius aciculis, vt Euaſthius inſimulat: Tranſlatio a terre collis mole. Theodotius lib. De prouidentia 5. ὡς γὰρ ἡ φύσις τῶν μεγάλων μιμνῆται, id eſt, Immani corporis mole col- les repræſentat:

Intestina adolens ipſe carnes deuorat.

PLUTARCHVS in Problemate, ubi de vmbriſ in cō- niuiis adducendis ſententiam exquirat, ſenarium vt ap- parer, tritum adducit.

Ἀλλος γὰρ ἡμῖν προσηλῶσιν οἱ λίγαντες,

Διὰ τοῦτο βύσσας αὐτὸς δ' ὀνεί κρέας.

id eſt,

Alioqui ioculari illud in nos contorquent,

Omenta ponens ipſe carnes deuorat.

Quadrabit in eum qui deteriora alijs ponit, potiora ſi- bi reſeruat: exemplo Promethei, qui ſola oſſa adipe conteſta Ioui apponēbat, ſibi totius hoſtiæ carnes ſer- uabat: aut qui facit quidem quod decet, ſed non ſine commodi ſui reſpectu. Eſt autem διὰ τοῦτο ſeu διὰ τοῦτο, quod imporcino genere vulua Latinis dicitur.

Præſente arbore, ligna om- nes colligunt.

Δενὶς παρὲς τοῦ πρὸς αὐτὴν φυλάττει.

id eſt,

Præſente quercu ligna quicuiſ colligit.

Paræmia citatur a ſcholiaſte Theocriti.

Facile cuius eſt ſcribere, parata dicendi ſcribendiue materia, cum res ſe vbertim ſuggerunt. recte namque dictum eſt ab Horatio,

Rem tibi Socratica poterunt oſtendere chartæ pro, παρὲς τοῦ, id eſt, ad manum præſente & parata, legendum cenſuemus, περὶ τοῦ, i. rucnte vel lapſa.

Ventis & mare & ignis ſeruiunt.

Ἀνέμοις ἐλάσσας τὴν πύρρην καὶ θάλασσαν, id eſt, ventis mare ignisque ſeruiunt. E Menecratis Democritiq. fontibus hauſtū adagium, quo indicare illi voluerunt, ita comparatum eſſe diuinitus naturæ lege, vt mare, quamuis imperiū in naues nautasq. obtineat, ignis, in ſubiectam mate- riam, ventis tamen obſecundare cogantur: quam ſen- tentiam pluribus verſibus expreſſit in Alexipharma- cis Nicander.

ἐλάσσας

Ἡ γὰρ καὶ ἀτμῶν ἀνέμοις πύρρην ὁρῶντι γαίῃ

Σωπυρὶ, καὶ γὰρ τὸ πνοῆς συνδράμειν ἐχέει.

Ἐν μὲν αὖ ἰσχυρὸν καὶ ἀχάριτον ἐστὶν ὁ πῦρ

Ἀερίας, &c.

id eſt,

Inſeruire dedit, ventis, maris arbiter, æquor

Atque ignem: hic etenim ſtatu ſtridente domatur.

Nam viua x Euros ignis timet, & mare vaſtum.

Gratia non ducitur pœnitentia.

BREVIUS concinniusque Græcis dicitur, χάρις ἀμει- νῆτος. i. Gratia pœnitentiæ expers. Elogium breue & Theoph. auſtore dignum, & cuius gloriā diſcipulo nō inuidit Ariſtoteles: quo ſignificatur gratiam pœnitenti- æ non duci, neque reuocare collatum beneficium, ita

Terentianus

Terentianus Simo ad Sosti. in libertum beneficij memo-
rem, dicit se haud mutare factum. Conueniet eo uti, ne-
que sine uenire, quando volumus significare non pœni-
tere nos beneficij in hominem non male merentem col-
locati. Antiph. Comicus apud Athenæum libro pri-
mo, eleganter.

Τὸ δὲ τὴν ἀλὴν πρὸς θεῶν πρὸς ἀνέκα
Εὐχαριστοῦν πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ ἀνέκα,
Ἡ τὰ δὲ ἀνέκα πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ ἀνέκα
Σπείρειν τὴν καρπὸν χάριτος ὡς δὲ θεῶν, id est,
Qua gratia, testor deos, ditescere.
Quis optet, atque effluere gratia diuite?
Nisi ut suo ferat opem amico, & Gratia
Inter deas primariæ fructum ferat.

Orestis insaniam insanire.

SIMOCATVS in epistolis de paupertate loquens,
malum calumiosissimum illam vocat, qui cum nullus
habere commercium desideret, etiam si Orestæ insa-
nia laboret, & dicit, inquit, τὴν ἐβελὴ πηλικὴν καὶ κακοῦ συ-
νέτην, & dicit, τὴν ἐβελὴ καὶ κακοῦ συνέτην. Ore-
stis insaniam pleni sunt auctorum libri, qua diræ scele-
rum ultrices furia illum agitarunt, parricidij reum.

Tria Theramenis cauenda.

CVM periculum ingens denunciamus, aut cauendum
esse negotium periculose aleæ plenum admonemus,
adagij usus erit. Polyzelus Comicus in Demotryanda-
teo fabula, τρεῖς οὗ κακῶς ὡς ἐλάττω, αὐτὸς τὸ κακὸν
καὶ γὰρ,

Εὐλαὸν τ' ἐφέλκω, ὃ πῖπτον ἐμὸν,
Προδίδωμι τὴν μάστιγ' ὡς τὴν κακῶν
Ἀπαχάλατον, τὸ δ' ἐστὶ τρεῖς βαρύνουσας,
Ἀσὶ φυλακτὴ ἐστίν. id est,
Tribus e malis unum necesse legere erat,
Induere palum, vel cicutam obducere,
Vel naue prodita malis cito eximi,
Theramenis tria hæc cauenda cenſeo.

Apparet versus esse trimetros, quorum priores parij
suis numeris constant, corrupti nimirum. Aristophæ-
nes in Triphalete fabula,

Εγὼ γὰρ ἀπὸ ἐνερμύος διδύκα τὰ τρεῖς τῶντι.
Ego metuo mihi tria hæc Theramenis.

Theramenis, cuius dubia in reipub. administratione
fides litteris consignata est, tria pœnarum genera A-
thenis inuexisse videtur, aut stipiti adligatum corpus
licitori excarnificandum dare, aut cicutæ poculum ebi-
bere, aut exilio solum vertere. Huc adlusit Menan-
der Comicus eo versus.

Κὴ γὰρ τὴν τρεῖς τῶν κακῶν. id est,
Id namque de tribus malis unum obtigit.

Theramenis quomodo a triginta tyrannis e medio su-
blatus sit, quidq. dixerit, ne Isocrates suscepto illius
patrocinio periculum sibi ipse crearet, legas apud Plu-
tarchum in vita Isocratis. Non dissimile est quod re-
fert Suidas, capitis reis tria apponi solere, gladium,
vestim, & cicutæ potumculam, quæ nominabant τὰ
σπείρα καὶ ἐς βλάβην, hoc est, Tria letalia, vel τὰ τρεῖς
τῶν ἐς θάνατον, hoc est, tria morti addictorum: cuius rei
meminit in Aepolis fabula Alexis Comicus, quæquæ
etiam aliter illud efferatur, τὰ τρεῖς τὰ παρὰ τὴν ἀλὴν,
id est, Tria apud Prætorium siue iudiciarium forum:

quod inde natum quod capitalem sententiam subiur-
fas esset tria quæ lubrum esset, effari, libere cibo prius
vinoq. expletis. Zenobius auctoritate Aristidis cōme-
morat, oraculum Delphicum cōsulentibus sortes exhi-
beri consueuisse annulo obfirmatas, cum admonitione
istâ, ne statim ante diem, eas resignarent, præuaria-
toribus. n. impendere e tribus unum aut oculorū orbi-
tatē, aut linguæ iacturam, aut manus truncationem.

Vita suilla.

SPVR CVM & contaminatum viuendi genus, ὡς δὲ
βίος, id est, Suilla vita a Clemente lib. pædagog. tertio
vocatur, ubi ait, τὸ μὲν τῶν ἀνθρώπων συνδιαίτητον ἀν-
θρώπων, ὡς δὲ γὰρ οὐκ ἔστιν ὁ πᾶντορας διὰ μὲν τὸς πᾶντορας
γὰρ, χοίρειον ὁ πᾶντορας μετὰ λαμβάνειν. id est, Pædago-
gus ille omnicius, sciens conuersionem cum impro-
bis hominibus suam esse, per Moyſen venit porcina
vesti: ὡς δὲ et. amstolidi crassiq. ingenio dicitur, ut
apud Aristophanis scholiasten Hippocratis Liber le-
guntur traditi fuisse per ora hominum de stupidita-
te, hoc est, διὰ βλάβην καὶ ἐς ὡς δὲ καὶ, & Eudemus de
iisdem ait, ὡς δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ τοῦ κακοῦ καὶ τοῦ κακοῦ, id est, suil-
li & illiterati Comicorum salibus incescebantur: Ari-
stoph. interpretes de Phænippo quodam, ὡς δὲ καὶ
ἡ τῶν κακῶν, id est, Suillus & scortorum amoribus dedi-
tus erat. Bæoli ὡς δὲ dicit fuerunt propter ingenij cras-
sitiem. Thæcratis etiam ὡς δὲ pro imperitia extulit,
& Plato ὡς δὲ pro indoctē & insulſe, suum more ali-
quid conari. Naz. anzenius,

Ἄντοι δ' οὗ σφί περὶ ἀχίον ἐστὶ σφίς. id est,
Ipsi in suis ipsorum probris sunt sues.

Supra fumum clauus.

Τὴν καπνὸς τὸ πᾶν δὲ καπνὸς, id est, Supra fumum clauus. Re-
fertur ab Eustathio Odyss. μ. Idem Odyss. π. indicat
proverbialiter dici securitatis aut incuriæ cuiusdam ar-
gumento, τὴν ἀμελεσιάν, de rebus iam secure sepo-
sitis: quasi supra fumum, ac proinde neglectis: Cui op-
positum est illud Ulyssis consilium ad Telemachum fi-
lium, Ἐκ καπνὸς καὶ καπνὸς, id est, Extra fumum deposui
diligentiæ nauatæ indicio, siquidem arma aut utensi-
lia cum cura seponimus ne fumo denigrentur, sed splen-
dorem seruent. Incuriam ostendit qui illud scripsit,

Ἡ δ' ἀπὸ τῶν φησὶ ἀλλοῦ κριμασάται. id est,

Hic clypeus appēdetur in fuligine: nimirum neglectus
propter diuturnam pacem atque obliterated. Hesiodi-
cum est, ὡς δὲ καπνὸς οὐκ ἐστὶ πᾶν δὲ καπνὸς, id est, supra fumū
seponere gubernaculum, pro, nauigationi super sede-
re: sic enim ait,

Πᾶν δὲ καπνὸς δ' ὡς δὲ καπνὸς κριμασάται. hoc est,
Clauū affabre factū supra fumū suspendere, & iterū,
Ἀλλὰ καὶ πᾶν δὲ καπνὸς καπνὸς καπνὸς, id est,

Absq. mora supra fumum seponere temonem.

Greg. Nazian. in epist. locatur in Greg. Nyss. qui reie-
ctis sacris lib. & sepositis, profanos in manus assump-
sisset: inquit, ὡς δὲ καπνὸς πᾶν δὲ καπνὸς, id est, πᾶν δὲ καπνὸς
καπνὸς, id est, an supra fumū libros seposuisti, quæ
admodum clauum solent brumæ tempore.

Fluctibus obloqui.

Πρὸς κύματα λαλῶν, id est, Fluctibus obloqui proverbialiter
dicit, cui cū homine refractario ac moroso res est,

NNN 2 Refer-

Refertur ab Eustathio Odyss. nono. A quo non ablu-
dit illud Aeschyli apud Prometheum.

Οχλὺς μάτην με κῶν' ὅπως παρὰ γέρων, id est,
Hortando me obturbas ut vnda inaniter.

Aesopicum onus.

Αἰσώπιος φόρος, id est, Aesopicum onus proverbiali spe-
cie dicitur quod non usquequaq. grauat, sed paulatim
lenius redditur imminuiturq. Natum ab Aesopo fabu-
latore, qui mazas fricas & comineatus in longum
ita parati vim magnam humeris exportondam in se
recepit, iniquius nimirum & portatu difficilior onus,
qua de causa ludibrio sannisq. omnium patuit primo
sed cum indies decederet aliquid oneri, demerso die-
tim inde in cibum absumpto, postea ob industriae speci-
men cunctis admirationi fuit, videntibus illi decre-
re onus, conseruis propter vię molestiam & diuturni-
tatem in grauescere. Qui scholę ergastulum susci-
pit, docendi insolens, subit quidem ille Aesopicum
onus, sed quod vsu sit lenius.

Lapis ad funiculum.

Λίθος ποτὶ σπῆραν ὁδὸς πῖται, id est, Lapis ad funiculum a-
ptatur, proverbium accommodatur cum quid rite fit
& ex vsu, nec enim rubrica ad lapidis positum adapta-
tur, sed pro rubrica seu funiculi ductu, coria in ad ficiis
seu lapidum ordines adposite locantur. Vtitur eo Gre-
gorius Palama, καὶ λίθος ποτὶ σπῆραν ὁδὸς πῖται, ὃ
σπῆρα ποτὶ λίθον συνδιατίθεται, i. Et lapis ad funiculū
apte locatur, nō aut funiculus ad lapidē cōponitur. Cōfi-
ne est illi, Bos currū trahit, nō bouē currus. Est aut σπῆ-
ρα is funiculus fabricarū cementariorū, quē ad perpēdi-
culi normam extendunt, ut lapidum coria concinnius
aptent atque componant. Potest & inuerti adagium,
cum quid preposterè administrari significabimus. Eu-
ripidis scholiastes citat hoc modo adagium. τὸν λίθον
ποτὶ τὴν σπῆραν ἄν. id est, Funiculo lapidem applica.
Refertur & ab Apollonij interpretibus Doricę parę-
mię nomine, ita, ἡ δωρικὴ παροιμία, τὸν λίθον ποτὶ τὸ
σπῆρον ἄγοντας, id est, Dorico proverbio dicitur, Lapi-
dem ad sparton agentes.

Caprę anniculę pera.

CITATVR ab Eustathio Odyss. 9. paręmia heroici
versus lege astricta eiusmodi.

Λίθος ἐπὶ περτωδὲς ὄντερ πῆρεσσι, id est,
Anniculę caprę ruffę pera optima fertur.

Videtur autem confecta ad commendationem puella-
ris ætatis, sunt enim περτωδὲς anniculi agni, ut expo-
nit Hesychius. Vfus eius accommodabitur, si quando
eundem iuuenem præclarę spei & modestum laudabi-
mus, qui postea senij vitio morosior redditus intole-
rabilis euasit.

Tibi ipse calendās edicito.

Σταυτῶν νεμλίωσιν κηρύσσῃ, id est, Tibi ipsi nouilunij diem
aut Calendas edicito. Licebit vri cum alicuius arbitrio
permittimus quidpiam, ut pro suo iure statuatur quod
velit. Apparet olim cum penes sacerdotes ius omne ef-
set intercalandi, ab usq. petenda esset feriarum omnis
ratio, consuetudinem fuisse receptam, ut preconis pu-
blici voce in vulgus ederetur. initialis cuiusq. mensis

dies, quem feriatum habebant: Est autem νεμλίωσιν, no-
uilio dicatus dies mensis auspex Fit huius adagij
mentio apud Hesychium: & indicat natum a Ceti in-
sula incolarum consuetudine, ubi pro libito ferias sibi
quisque deiebat, incerta & confusa dierum festorum
ratione.

Disidij pomum.

DE eo qui seminarium litium & rixarum spargit, dissi-
dij auctor, proverbialiter dixit Nicephorus Callistus
lib. 14. τὸ μῦθον ἐκείνου ἐς μέσον βλάπτει, id est, Contentio-
nis pomum in medium proicere. ubi crasso errore la-
psus est interpretes ita vertens. Contentionis ouem, ve-
hementer eam perstringens, in medium protulit. Ad-
lusit ad fabulam de pomo, quod Eris discordiæ dea in
cōiuiio deorū proiecit inter accūbētes deas, in scriptū
ut pulcherrimę cederet, qua de re Lucianus legatur.

Xenocratis testimonium.

DE minime vano & indubitato testimonio effceri potest,
siquidem hoc de illo proditū legimus apud Laertium,
quod cum nemini iniurato testari liceret apud Athe-
nienses, soli huic iusiurandum remissum fuerit, ὡς δὲ,
inquit, καὶ Ἀθηναῖος σφόδρα, οὐκ ἔμελλε αὐτῷ μάρτυ-
ρεῖν, τὸ τῶν μὲν συνήχοντων ἀδυνατοῖ. Quo spectat illud
Ciceronis ad Atticum. Quę mihi res multo honorifi-
cior visa est, quam aut illa, cum iurare tui ciues Xeno-
cratem testimonium dicentem prohibuerunt, aut clam
tabulas Metelli Numidici, cum hæc, ut mos est, cir-
cumferrentur, nostri indices aspicere noluerunt. Ex
quo similiter Metelli tabulę, pro incorruptę integręq.
fidei tabulis, quibus etiam non inspectis fides habea-
tur, in adagij usum vocari possunt.

Vlyssis vinculum.

Οδυσεὺς δεσμός, id est, Vlyssis vinculum aut ligaculum,
dicitur (ut adnotat Eustathius Odyss. 6) de rebus tuto
sepositis ac diligente opera obseratis. ὡς γὰρ σφραγί-
μοιαν εὐσφάλλω. Occasio adagij sumpta ex Homero, lo-
co iam antea citato, ubi Vlysses,

Θωὸς δ' ὡς διαμύνειν
Ροικίλον, ὃν ποτὶ μὲν δίδωκε φρεσὶ πότνια κίρκη. id est,
Continuo firmum iniicit ille.

Vinculum, quod quondā monstrat necesse Cicer.
Vetus moris fuit vinculis munire, quod ab aliorum
iniuriaturum esse volebant: recentior enim est clauis
vsus, quas Laconum esse inuentum, sunt qui adnotant.

Vulgari pisces non insunt spinę.

Εν βωφὶ ἰχθυὶ ἀκακῶν δὲ καὶ σπινῶν, id est, Vulgari pisces non
insunt spinę. Democriti adagium est. Vulgus homi-
num non ita ledere potest aut fortunas aliorum euer-
tere, uti magnates: neque argumentis obuiam ire po-
test: idem etiam dissoluendis syllogismis ineptum est.
Plutarchus Sympos. lib. 2. εὖ βωφὶ ἰχθυὶ ἀκακῶν δὲ
καὶ σπινῶν ὡς φησὶν ὁ Δημοκρίτης. id est, Etenim quod dixit
Democritus, vulgaris piscis spinas non habet. Refert
Aelianus omnigenę historie libro decimo, Archy-
tę Tarentini apophthegma tale, ut difficulter inuenias
piscem spina carentem, ita & virum qui nihil habeat
dolosus aut spinosus, græce illud sonat ὅτι οὐκ ἔστιν ἰχθύς
ἀκακῶν μὴ ἰχθυῶν.

Arundi-

Arundinea crura, & tabis propheta.

Di pratenui homuncione et macilento, atque etiam morbo dictur illud Comici Platonis,

Καλὴ μιν σκία φέρει, τὸς προφῆτης. id est,
Arundinea habens cruscula, tabis propheta.

Torsit ille in Cineſum Euzgoræ filium, poetam dithyrambicum, qui usque adeo imbecillo & macro corpore fuisse memoratur, ut tiliaceis ascribis circumquaque se cingeret, ne praelongum & exile corpusculum ultero citroque flecteretur, vnde τὸν τῆς τιλίας, id est, Tiliacci cognomentum illi apud Aristophanem incidit, autem iste ex laterali morbo in epyema, collecto in thoracem pute, quapropter vetusto more, caussa remedi contra phisim, inuſus fuerat, ut ex Platone Comico refert Calenus aphorism. lib. 7.

Expiatis bona obtingunt.

ATHENÆVS in primi Dioposophistarum initio, versu hoc prouerbiali vitur ex Callimacho Cyrenæo desumpto,

Τεῖς δ' ἀπομαρτυροῦσι βίῃ διδόντιν ἄμεινον, id est,
Dant bona cuncta Dei, ter viuo flumine tinctis.

Postularat autem Timocrates communicari sibi sermones eruditos in mensa variis de rebus habitos, neque patiebatur se excludi ab ea auditione, tanquam profanam, & mysteriorum cognitione indignum. Solebant vero antea quam sacra attingerent, lustrari ter se lauando aut circumferendo, quod ipsum antiquum est sacrorum verbum, pro purgare, Plauto quoque usurpatum, ibi,

Pro lauatore circumferam: quæ morem expressit Virgilius in 6. ubi ait Idem ter socios pura circumtulit unda, Spargens rore leui, & ramo felicitis oliuæ, Lustrauitq. viros. Licebit vii quando postulabimus participes fieri scientiæ reconditæ, aut cognitionis rei cuiuspiam arduæ, tanquam symmisti: veluti si anatomici & disseccionis studiosi, rerum quarundam difficultum explanationem ab Andrea Vesalio, ea in arte extra omnem aleam peritissimo, efflagitet. Trāſferri etiam potest ad animum vitiorum sentina liberum.

Nodorum vincula texentes.

QUO S non ineleganti voce Utilitigatores vocauit Cato, testante Plinio, eos non minore gratia φιδαντίας & ἡμετεριῶν dixit Democritus. Abderita, illud quod iurgia serant contentiosi, hoc vero, quod veluti nexus quosdam vinculorum implicent, quibus alios inmoluant, irretiantq. Clemens Stromat. lib. 1. οὐδ' ἀρτίως μὲν καὶ ἡμετεριῶν, ὡς ὁ Αἰδαντίας ἐκείνος φησὶν. quæ lectio apud Plutarchum prima Symposiac. decade non nihil corrupta legitur hoc modo. οὐδ' ἀρτίως δὲ καὶ τοὺς ἀμολογῶν καὶ ἡμετεριῶν λόγους ἀφ' ἑαυτοῦ. Missas facere oportet eorum fabulas, qui de lana caprina rixantur, & nodos texunt, ut est apud Democritum.

Tripuer senex.

Τεῖς γὰρ κερντῶν, quasi dicas, iam tertio puerum senem vetulum decrepitum prouerbiali schemate vocat Alciphron, in epistolis, ubi Phœbiana delicata iuencula senem ab intempestiuo amore deterret, acerbius illi his verbis increpans, & πάλιν τεῖς γὰρ καὶ πάλιν.

τὸν κερντῶν περὶ τὰς ἀφ' ἡλικίας ἀδούσας ἡμᾶς. iniquā ne defines Tripuer & cariose senex nos in ipso ætatis flore cōstitutis puellas fodere? Simili figura serme, Triseclisenē vocauit Nestorē Nemi? Quin et τρεῖς γὰρ μῦθος ab Aeschilo in Agamemnon. fabula dicitur.

Coruus absente graculo pulcher.

AD AGIUM spirat quod in Theophylacti epistolis legitur, καλοῖς μὲν φασὶν τὸν καὶ κέρκε δὲ περιπέσει καὶ τὰ λαοὺς διδοῖται, ὁρῶντιν. id est, Non apparente graculo inter speciosas aues numerabitur & coruus. Non inueniſſe eo vitimur, cum duorum fiet comparatio similis prope deformitatis. Elegantiſſe sonabit si ad ingenium tranſeratur, ut si dicamus, Salustij immanem illam in Ciceronem dicacitatem, merum esse lusum præ effreni illa Caleni Fusti apud Dionem in eūdem virulentia. καλοῖς ἀπ' ὅπου τὸν κέρκε καὶ δὲ περιπέσει εἶναι ὁρῶν.

Medium sequere.

PROVERBIALES sunt Senarij Pratinæ Tragici poetæ Philiſii apud Athenæum in 14.

Μὴ σὺν τῶν δ' ἰσχυρῶν, μὴ τ' ἀσθενῶν,

Ἰσχυρῶν, ἰσχυρῶν μὲν καὶ ἰσχυρῶν, id est,

Ne sequere mollem, quem vocant Ionicum,

Neu asperum tonum, viam at mediam tene.

Quibus adposite vitimur ubi modum, quo sine nihil recte sit, suadebimus, quemadmodum inter Harmoniæ generæ, cum Lydij modi Lugubre quid sonent ac flebile; Ionici mollibus seruiant: at Dorij velut inter utrosque medij laudantur: ita indicendi ratione inter grande illud atque robustum genus, & alterum gracile, mediū ex duobus floridum & picturatum sequendum monet Fabius. Hinc ad fine est illud Damascij Syri in Philosophica historia, τὴν δὲ τριτὴν ἐκλεγεσθαι μετρίαν τὴν καὶ μετρίαν, οὐτὶ καὶ μετρίαν δὲ μετρίαν, οὐτὶ δὲ μετρίαν μετρίαν, καὶ μετρίαν καὶ μετρίαν, καὶ τὸν δὲ τριτὸν τριτὸν καὶ μετρίαν μετρίαν, id est, Mensæ apparatus erat moderatus & frugalis, neque sordidior propter egestatem, neque dissolutior propter opulentiam, sed mediū ac Musicus, in modum Doricorum modulorum reuera concinnus.

Cras cerdo, hodie nihil.

VARRONIS est inter paræmiacos librorum titulos prouerbium nō semel a Nonio Marcello citatum, quo mutationem & variabilem rerum humanarum sortē, significari auctum. Conforme illi est immo idem plane, Anaxandridæ Comici illud ex Anthise fabula.

Ρομαῖοι δὲ νῦν μὲν εἰναι οὐκ ἐλδοῦνται,

Εἰς αὐτοῖς δὲ σωματῶν, ἢ τ' εἰς τριτὴν

Αγορὰν κίχρωται, τὸν δὲ αἰῶνα σφίσι

Δαίμων ἐκείνη.

id est,

Multi quidem sunt hodie liberi parum,

Quos Sunienses luce crastina, dies

Sequens videbit perfrui claros foro.

Sors namq. clauum versat hominum cuilibet.

Ubi per Sunienses, negotiatores intelligi puto, a Sunio Athenarum emporio notissimo, ubi rerum venalium forū erat, Donato testetur innuat repente quosdā e seruis negotiatores bona fortuna vsos euadere, mox et ciuiliū rerū gubernaculis admoneri, hoc est, ex Iris Cræſos, N N N 3 fieri.

fieri. Exstat apud Aristophanem simile prouerbium, *Νῦν μὲν ἔστις, αὐτοὶ δὲ ὑπομύχουσιν*, id est, Qui nunc nullus, cras prae magnus. Consimili figura ferme dixit Nazianzenus in Athanasium. *ἡμεῖς ἱερόσυλοι καὶ συμφοροῖς*, id est, Heri sacrilegi, hodie sacrifici: de iis qui sacra intempestiue tractant, adhuc tyrones artis, aut qui doctores esse presumunt, vix discipuli. Postremum autem illud, *οἱ καὶ στίχῳ δ' αὖτις ἰκασθῶν*, id est, Fortuna vertit clauum cuiuslibet, prouerbium sapit, quo fortassis vsus sit Varro similiter, ut haud absurdum sit illud apud Nonium reponere in dictione. Examusum, ubi sic legitur, Idem *οἱ καὶ*, hoc modo legendo, Idem *οἱ καὶ δ' αὖτις*, ut ex initiali voce notum tunc adagium agnoscipotuerit.

Pulvere extrito decertat.

Κίνῳ ἀποφύσσεσθαι ἀγῶνισμα, id est, Extrito pulvere decertat, aut in certamen descendit. Citatur prouerbium ab Eustathio Iliados penultimo, Quadrat in eum qui victus animum resumit, & cum hoste digladiatur. Transferetur ad animum, si quis in congressu litterario herbam alicui dare coactus, nihilo animo deiectionior ad conflictum redeat, quasi deterfis pulueris sordibus.

Hercules in Lydia.

HERCVLES in Lydia prouerbialiter dicitur qui cultu corporis effeminatior incedit indecoro sibi habitu vtens, ut miles in toga talari conspicuus. Multorum scriptis celebratur Hercules muliebribus indutus apud Omphalen Lydiae reginam. Aristides in oratione aduersus eliminatores, *ἡρεκλῆς δὲ λυδοῖς ὡς ἡμίσητο*, id est, Hercules inter Lydos saltauit. Tertulianus lib. de pallio. Quales ille Herc. in serico Omphales fuerit, iam Omph. in Herculis scorto designata descripsit. ubi pro serico Beatus Rhenanus Theristiro legit: innuit autem non minus pudendum fuisse. Herculi muliebrem cultu adsumere quam Omphale Leonina pelle cingi.

Asino gramen & baculus.

SAPIENS praeceptum est, *ὅνα χέρεος καὶ ῥάβδος, καὶ ἄλφας ἄρτους καὶ μάστιγας*, id est, Asino fenum & baculus, seruo panis & scutica. Refertur a Gregorio Palama Thesalonicensi, ignaviae sedentariae, desidiae iustissimum premium: indicat namq. duriter habendos, qui nil recte faciunt, nisi vrgeas flagris. Seruilia ingenia non nisi plagis emendantur, Phrygium in morem: & quae in prauum induruerunt, minis, verberibus, & Manlianis imperiis frangenda sunt: contra generosi spiritus dura omnia respuunt, laude excitantur, honorisq. ambitu quocumq. velis ducuntur.

Paruis parua dant dii.

Αὐτοῖς μικροῖς μικρὰ δίδδοσι θεοὶ, id est, Largitur paruis vsque pusilla Deus. Versus est Pentameter ad Callimachium auctorem relatus. Ita ferme natura comparatum est, ut tenuis conditionis homines, tenui oblata sorte non secus exultet, quam magna solent magnates. Artemidorus in libro De somniorum interpretationibus quarti calce, *ἐν τῷ δὲ τῷ τυχόν λαβόντες ἀγαθὰ καὶ ὑποχάριστον, ἑρβώδεις οὖν καὶ τὸ καλλιμαχὸν ἔχον, τὸ, Αὐτοῖς μικροῖς μικρὰ δίδδοσι θεοὶ*, id est, Hi namq. vulgare quidpiam na-

sti, amplectuntur illud ac supra modum gaudent, propterea recte habet Callimachi dictum, Dat semper paruis munera parua Deus. Proinde monet vulgi prouerbium vernacula lingua Auream quadrigam esse ambiendam, a qua si contingat voto excidere, rota saltem aut aureus radius obtingere possit desiderioq. satisfacere.

Agri podex.

Πῦν ἀγρῶν, id est, Agri nates, prouerbiale est, de resiliibili agri feracitate, metaphora a carnulentis natibus sumpta: sic & *ἔδαρ ἄρσενος* accipitur, quod Virgilius vertit, Uber glebae: τὸ δὲ γὰρ πῖον τὸν καὶ τὸ φῶς ἀναδέρκιν. Homerus etiam γαῶν ἀλῶνς dixit, Varro sumen terrae. Nonnulli efferunt adagium de hominibus immodice rusticis: Alij dici volunt de otiosis delicatissq. qui non agro tantum adsident magno in otio, sed simpliciter quauis in re delicatius versantur: ut Eust. adnotat. Hesychius etiam locupletes homines & latifundiis opulentos, *ἀγρῶ πυρρῶν*, dici adnotat, velut agris suffarcinatos.

Vna clamore Neadas superat.

Μᾶλλον μίαν τῇ νύκτι δύνει, id est, vna clamore vincit Neadas. Aelianus libro 17. De animalibus indicat adagium fuisse in clamosas mulieres: esse autem *νιάδων*, id est, Neadas animantium genus quorum clamore terra inhiatum discedat, auctoritate Aphorionis, qui etiam Samum desertam ab incolis propter harum Neadae multitudinem, scripto prodiderit. Neida in auem mutatam ex Pherecyde fabulatur Didymus, Aedonis & Zethi filiam. Perstringit simili ratione seminarum verborum Iuuenalis saryra sexta, ibi,

Vna laboranti poterit succurrere luna,

Tot pariter pelues & tintinnabula dicas Pulsari

Retibus confert, nihil tamen capit.

MEMORAT adagium huiusmodi Hesych.

Δαῶναι μὲν εἰς ἱππακτρίων, λαβόντες δὲ μὴ id est,

Conferre retibus, nihil capere tamen.

Versiculus est iambicus trimeter. Competere videtur in hominem alienis inseruientem commodis, unde et plus iacturae, quam emolumenti ad ipsum redeat. Adagio huic obnoxij sunt, qui typographis adsiduam operam praestant, nullo vel exiguo certe cum suo lucro.

Schema & gradus.

DORICVM prouerbium est *ἄχμα καὶ βῆμα*, quod communis lingua profert, *ἄχμα καὶ βῆμα*, id est, Habitus & incessus. Quo significabatur, non protinus ad altiora artium penetralia esse prouolandum, et quasi supra septa excedendum, ac praecupanda veluti sedilia certis ordinibus constituta, sed pedetentim & ordine quodam pergendum esse, ne praetereantur quae praecedere debent rudimenta atque initia, sine quibus cognitio cassa fiat & concidat reliqua omnis traditio. Exstat apud Etymologici auctorem.

Quam facile canis exsta edit.

QVAM facile canis exstat edit, prouerbiale dictum est apud Anneum Senecam in Apocolocyntosi, seu, Ludo de morte Claudij Caf. vbi D. Augustus intraducitur

citur hunc in modum sententiam suam edisserens. Qui vobis non posse videtur muscam excitare, tam facile homines occidebat, quam canis exta edit. Ista namque lectio magis placet, quam vulgata, quæ legit, quam canis excidit, ut adnotatum est a me nuper in adnotationibus in eum librum, fauentque illi scriptura doctorum plerique. Dicitur de re expedita & oppido quam facillima factu; quo pertinet illud Horatii, Ut canis a corio nunquam absterrebitur pñto.

Io Saturnalia.

DION lib. quinquagesimo octavo refert vulgatum fuisse dictionem, ἰο σατῶν ἑλίκ, hoc est, Io Saturnalia, quo uti licebit, ubi quis suis conditionis immemor, auctoritatis sibi plusculum arrogat. Refert autem Dion, cum expeditionem in Britannos, velut extra orbem positos detrectarent legiones, nec A. Plantio egregie militaris famæ senatori, eius militie duci, obtemperarent, Narcissum, Claudij libertum, ab imperatore immissum suggestum conscendisse, sed verba facere pro concione ad milites tentantem, coercitum fuisse, acclamante undeque exercitu notum illud diuerbium, Io Saturnalia, eo quod in Saturnaliis serui herili apparatu induti epulabantur. Grace est, συμποτικὰ περὶ ἑωσυνετῆς τοῦ δὲ πρὸς τοὺς μισμοὺς, ἰο σατῶν ἑλίκ, ἐπὶ δὲ πρὸς τοὺς κρηνοὺς οἱ δὲ οὐλοῖ τοῦ δὲ πρὸς τὴν χύμα μετὰ τὴν βαλάντιον ἰο σατῶν. Paulo diuersius extulit Martialis libro 11. clamant ecce mei Io Saturnalia, versus, Et licet, & sub te praside Nerua libet.

Nihil ad Persium.

PROVERBIALITER usurpatum est a Cicerone libro De oratore secundo, quo utemur, cum discrimen ingēs eruditionis inter duos notare volumus: sic enim ait. Lelium Decimum volo, quem cognouimus virum bonum & non illiteratum, sed nihil ad Persium. Deflexum est autem e C. Lucili Satyrographi verbis hisce, Persium non curo legere, Lelium Decimum volo: quibus significare voluit se optare suis scriptis lectorem neque indoctissimum neque rursus doctissimum, quod ille nihil intelligat, hic morosius aliquanto iudicet, ac plus intelligat fortassis quam ipse auctor de se, hunc locum attingit & Plinius in præfatione naturalis historiæ, ita scribens. Præterea est quedam publica etiam eruditorum reiectio. Utitur illa & Mar. Tullius extra omnem ingenij aleam positus, & (quod miremur) per aduocatum defenditur, Hæc doctissimum Persium legere nolo, Lelium Decimum volo.

Rarum, carum

PLATO in Euthydemo. Το ὃς σπάνιον ὃ δὲ δίδυμι τιμῶν τοῦ δὲ ὅσως δυνάτων, ἀρετῶν ὅν τις ἐφ' ἡμῶν, id est, Quod rarum est Euthydemæ, idem etiam magni fit, at aqua, tametsi res sit longe optima, quod Pindarus ait, nihil vilius. Prouerbiū est & vetustissimum, & hodie visitatissimum, quod χρῆμα versu omnibus in ore est, Quod rarum, carum, vilescit quotidianum. D. Hieronymus alicubi, Omne quod rarum est, plus appetitur, Pulegium apud Indos pipere est pretiosius. Martialis libro primo, Epigram. Rara iuuant, primis sic maior gratia pomis,

Hyberna pretium sic mernere rose.

Facit namque fastidium copia, ut inquit Liuius: & frigidius amamus semper ea, quibus ubi libeat, potiri fas sit. Huc spectat quod libro ad Herennium tertio Cornificius ait. Visitata res facile e memoria elabuntur, insignes & noua manent diutius. Solis exortus, cursus, occasus, nemo miratur, propterea quod cottidie fiunt, at eclipses solis mirantur, quia raro accidunt, & solis eclipses magis quam luna, quoniam hæc crebriores fiunt, docet igitur natura se vulgari & visitata re non exuscitari nouitate vero & insigni quodam negotio commoueri.

Ne vicini quidem sentiunt.

CVM indicare volumus ita geri tacite ac dissimulanter quidpiam, ut ne proximi quidem subodorētur factum, aut rem adeo triviale esse & exigui momenti, ut ea nemo commoneatur, prouerby vsus erit. Plato in Alcibiade priore, differens quantum ponderis trahant res magnatum. Persarum, inquit, regi cum primogenitus nascitur, cui hereditario iure destinatur imperiū, cuncti subditi festum diem celebrant. ἡμῶν δὲ γέννησιν, τοῦ τῶς κωμωδουμένου, οὐδ' οἱ κίττους σφάδρα τοὶ ἀδελφοὶ. id est, at nobis in lucem editis, ne vicini quidem (iuxta Comici dictum) magnopere id persentiscunt. Non liquet nunc mihi e quo Comico petendum sit.

Tamquam ouis meridians.

SOCRATES apud Platonem in Phædro, de supino otio animiq. vterno extulit prouerbialiter illud, ὡς περὶ πρῶτον μισμοβριχόν, hoc est, tamquam ouis meridians: verba eius ita habent, κλημενὲς ὅφ' αὐτῶν δὲ ἀργίαν τῆς διανοίας, δικαίως αὖ κατακλῶν, ὅσοι μὲν αὐτῶν πρῶτον αἴψα σφισιν ἐλθόντα εἰς τὸ κατακλῶν, ὡς περὶ πρῶτον μισμοβριχόντα ποδὶ τῶν κελύων δίδιν, id est, Si viderint nos animi vterno torpentes, merito derideant, arbitrati mancipia quæpiā in suum delata gurgustium, tamquā oues meridians ad fonticulum indormire. Solent oues medium diem accedente sole ad fontium aquas desides iacere aut in vmbra.

Ad Scirrhonem tendere.

THEÆTETVS apud Platonem in cognomine sibi dialogo, οὐδ' ἐμοὶ δοκεῖ πρὸς τὸν σκίρρωνα μάλλον πίνειν, id est, Videris mihi ad Scirrhonem potius spectare. Proverbiāli figura dictum de eo qui efficacibus argumentis & scientificis demonstrationibus, cuiusmodi lineales necessitates appellat Aristoteles, compellit quempiam ad assensum. Sciron latro fuit insignis, qui cognominatus a se Scironidas cautes insidens, compellebat viatores ex abrupto caute præcipites se dare, vi in Bibliothecæ quinto scribit Diodorus Siculus. Euripidis scholiastes annotat solitum fuisse viatores ad abluendos ipsi pedes cogere, atque ita inter lauandum improvidos de præcipitio impactis calcibus deturbare: huius meminit & Ovidius Metamorph. 7. & Propertio tertius.

Nec tamen est quisquam sacros quiledat amantes,

Scirronis media si licet ire via.

Ubi Scirronis viam appellat periculi plenam. Pausanias in Atticis Scirronem memorat Pila regis Megaridis filium, qui de huius urbis imperio cum Niso Pandionis filio contendens, belli ius & imperium omne obtinuit,

NNN 4 tinuit,

Inter lugentes iocari.

DE eo qui alieniore tempore intempestive aliquid designat aut loquitur, competit quod paræmiæ nomine recitat Demetrius Phaleræus, ὁ πινθεσι παίζειν, id est, inter lugentes ludere, verba eius sunt in capite de homæoteleutis, ubi affectatam vocum structuram criminatur. ἐμὰ τὸν δία πάρος κινήσει δὲ ἑλίου, ἀλλὰ τὸν καλῶς κλαυσιγῶτα, τὸ ὅρ' οὐ πινθεσι παίζειν, κατὰ τὴν παροιμίαν, τὸ τοιαῦτα οὐ τοῖς παθεῖν κακῶς χυεῖν ἐστίν, id est, Non hercule affectum mouebit aut miserationem, sed eum quem nominant mixtum fletui risum, nam in affectibus talia vitiose affectare, est idem quod inter lugentes ludere, iuxta prouerbiū, quo in loco turpes mendæ in codicibus impressis insederunt, siquidem male πένες pro πάρος scriptum legitur, ὅτι ἰλασθῆναι, & ὁ πινθεσι locus οὐ πινθεσι. Quid, quod vox ipsa κλαυσίγῶτα prouerbialis est, de simulato fletu, qualis heredum esse solet, iuxta Mimium Publīanum, Hæredis fletus, sub personarīfusus est, quā vsum ostendit Xenophontē Hermogenes rhetor cap. De Tenuitate: est autem locus Græcarum rerum lib. 7. πάντας δὲ τὰς πρὸντας τὸ πᾶν τὸν ὄντι κλαυσίγῶτα ἔχον. id est, Cunctos qui aderant tenui reuera permixtus lacrymis risus. Apollodorus apud Athenæum lib. 13. refert duas fuisse Phrynas mœretrīculas, quarum alteri a fletu lachrymis cognomen dicit fuisse κλαυσίγῶτα, alteri a pudicitate σαπφῶδον.

Pistillum exornatum.

DE METRIVS Phaleræus de frigiditate scriptorum differens, adagio hoc vitatur, ubi ait, idem esse frigiditatem, quod arrogantiam: nam ut homo adrogans quæ in se non agnoscit, sibi tamen vendicat, tamquam adfuit: ita qui humilibus rebus pondus orationis adiicit, similiter agit ille qui in re tenui superbit. καὶ ὅπου τι τὸ οὐ παροιμία τῆ κοσμήσεως ὑπερβῆναι, τοῦδ' ὅτι τὸ καὶ τὸ οὐ τῆ κοσμήσεως ὑπερβῆναι, οὐ μιν εἰς πρῶτον, i. cuiusmodi est pistillum exornatum, quod in prouerbio est, talis fuerit & tumor orationis in re exili. Dicetur de re præpostere aut inepte compta, aut oratione inepta flosculis quibusdam parum apposite picturata. Quadrabit & in hominem gloriosum aut operose vestitum, in quo nihil sit salis aut prudentiæ.

Formicæ semitam canit.

DE eo qui subtilitates omnes persequitur, & minutissima quæque dictioni immiscet ut elabatur: aut qui vltro citroq. narrationem rei implicat, prima mediis, vltima primis inuoluens temere, prouerbio dicitur, μύμν καὶ γὰρ πρὸς ἑδν, hoc est, formicæ semitas canit Extat apud Aristophanem in Thesmophoriæ, de Agath. Comico dictum, quem sugillat ut subtilia ac flexiloqua carmina scribentem, Formicæ viam suam obliquant discursu implicito.

Sirenas præternavigare.

Ως οὐκ ἔστι παραπλῆν, id est, Sirenas præternavigare prouerbiali tropo dicitur, qui Philosophiæ præceptis communitus voluptatum illecebras desinit, aut quomodocumq. vitiorum occasionem declinat. Socrates apud Platonem, ἐὰν δὲ ὁρῶσι, διαλογόμενος ὃ παρα-

πλῖντας σφῆδῶσιν σιρῶναι ἀκλήτῳ, id est, Sin videant nos sermones conferentes & illecebris immobiles præternavigare ipsos tamquam Sirenas quaspiam. Similiter dixit in Symposio. βία οὐκ ἔστι ἀπὸ τῆς τῆς εἰρώων ἐπὶ χόμοις τὰ ὅτι, οἰχομαι φθύνων, id est, Fuga abeo, vim mihi adhibens, & tamquam a Sirenibus aures obstruens. Notissima est ex Homeri Odyssea fabula de Vlyssæ sociorum aures cera claudente, ut periculum sibi suisq. imminens effugeret.

Οἰκῶτα οἰκᾶν.

Οἰκῶτα οἰκᾶν, id est, de domo in domum transire dicuntur Græci, quoties ab amico amicus munus accipit, aut cādidè operam suam amico desert, ita vsus est Iulianus apostata in epist. qua fundum donat amico. καὶ δὲ σοὶ δ' ἄρα καὶ φίλῳ κετὰ δὲ δῶμι μικρὸν μὲν ὁ πόρ' ἐστὶ, χαρίσθαι δὲ φίλῳ, παρὰ φίλῳ οἰκῶτα οἰκᾶν κατὰ τὸ σφόν ποιῶ τὴν πινθεσιν, id est, Nunc o amicum caput, dono tibi do fundum, cūguum quidem illum, sed amico non ingratum, de domo in domum, ut cum sapiente Pindaro dicam. Extat apud Pindarum Olympiorum oda sexta. δέξαιτο καὶ μὲν οἰκῶτα οἰκᾶν, id est, præconium accipiat de domo in domum, hoc est, proprium haud peregrinū. Certe quidquid non aliunde accedit, sed quasi domi nostræ natum & vernaculum nobis est, οἰκῶτα habere dicimus. Aristides in oratione de templo Zeziceno, καὶ τὴν φυλακὴν τῆς ἀρχῆς ἐκ ἀλλοτρίων, ἀλλ' οἰκῶτα ὡς ἀλλοτρίων ἐποιᾶται το καὶ ὁνόντων τις ἀπὸνται, id est, Imperij tutelam non alienam, sed reuera domesticam constituerunt, rerum omnium communione. Idem in gene thliaco Appellat. ὅπου δὲ καὶ δ' αὐτὸ τὸν οὐκ ἔστι πινθεσιν ὡς οἰκῶτα οἰκᾶν ἵνα τὸ οὐκ ἔστι καὶ λόγῳ τὴν ἀρχὴν δὲ δῶσι, id est, Imponit illi filij nomen adeoq. dat quasi de domo in domum & geenris & existimationis ex æquo principium. Non male ad vsum ita accommodabitur: Si tibi tuisue studiis gratificari aut prodesse quid possum, siue libris siue pecunia, fac a me repetas ὡς οἰκῶτα οἰκᾶν.

Mithæcus cum sit, Agamemnonem simulat.

Μίθαικος ὅν Ἀγαμέμνονα ὑποκρίνεται, Mithæcus cum sit, Agamemnonis personam agit. Competet in eum qui magnas opes habet, inops cum sit & retenui: aut in indoctum, qui tamen eruditionis opinione se populo venditat. Themisthius in prima oratione quæ βασιλική, quasi Explorator inscribitur, de plagiario sophista & doctriæ quæ nulla erat, inani ostentatore, Εὐκὲς δ' αὖ δῶν ὅτι ἔλαττα ἢ ὅτι καὶ πρόσθεν Ἀγαμέμνονος ὑποκρίνεται Μίθαικος τις ὅν οὐ δόξα ἢ διακρίων, id est, Non ignoratis viri optimi, hunc vobis imponere, & Agamemnonis personam histrionice representare, cum sit intus Mithæcus quispiam aut Thearion. Mithæcus ex fece poetarum fuit, qui obsonandi more Siculo rationem conscripsit, ac Thearion pistior seu panifex, quorū meminit in Gorgia Plato, διακρίων ὁ ἀρτοποῖς καὶ Μίθαικος ὁ τὴν ὀψοποιᾶν συνηγεφῶς τὴν σικελικὴν. Meminit Mithæci & Athen. eiusq. ὁ κερτυτικὴ citat, libro 7. quod est de obsoniorum conditura. Non abludit ab hoc adagio dictum Polemonis ad sophistam quendam viles pisceculos et boletulos ementem, οὐκ ἐστὶ τὸ διακρίων καὶ

καὶ ἔστι τὸ ἐν μὲν καλὸς ὑποκρίνασθαι ταῦτα τιτρεσθῆναι.
id est, Qui talibus visitat, magnos Darij & Xerxis spi-
ritus apte exhibere non potest, ut refert Philostratus.

Iupiter plue mel.

G A L E N U S medicus libro tertio ἡδὲ τὸ ἐν τῶν δυνάμεων,
id est, de potestate nutr. mentorum, scribit ætatis tem-
pore, si quando insignis copia mellis passim in virgali-
tis ac arborum solus inueniretur, Rusticos exclamare.
confusuisse, ὡς ἐστὶ ἐν χυμῶνι, O Iupiter plue mel, quo
verbo commode uti cōueniet, quando omnia fusa
& felicia precamur. Angelus Politianus lib. 1. epi-
stolarum ad Pitium. diuersum citat ex Tragædia qui-
piam, ὡς ἐστὶ ἐν τῶν δυνάμεων, O Iupiter plue calami-
tates. Sic exclamamus dum ob rei indignitatē, etiam
perniciosis votis vitimur, ita quod Plato in dialogo, qui
inscribitur Alcibiades secundus, putat esse probi Poe-
ta versiculos illos. Ζεὺς παλαιὸν καὶ μὴ ἰδὲ καὶ οὐχό-
μιος καὶ ὡς ἀνθρώποις ἄμμι δίδε, καὶ δὲ λυγρὰ καὶ οὐχό-
μιος ἀπερὸς.

Hoc est, Rex Iupiter, optima quidem nobis & vouenti-
bus tribue.

Ceterum perniciofa petentibus etiam quam longissime
iubeas abesse.

Manus in Actolis, mens autem in Clopidis.

A R I S T O P H A N E S in Comædia cui titulus ἰππείας, τοῦ
χθρὸς ἐστὶ ἀπὸ τῆς ἐν τοῖς δὲ ἐν τῶν δυνάμεων, quod de Cleone
dicitur, in omnes illos torqueri potest, qui numquam
cessant vel a petendo, vel si hoc parum successerit ab
alienis rebus sublegendis. Poeta germana sua festiui-
tate Aetolos ab αἰτωλῶν, id est, ab assidue & importune
petendo derisauit, quamquam etiam Atheniensis τὸ
καλοῦσθαι καὶ ἀπὸ τῆς αἰτωλίας libro sexto, Demofoph. dicat
esse Aetolicum. Ceterum cum Cropita populus sit ex
Leontide tribu, Poeta valde quam eleganter in αἰτῶν
mutauit, ut αἰτῶν, id est, furium exprimeret, cuius
perpetuo reum agit Cleonem: meminit adagij & Plu-
tar. in libello de Curiositate.

Αἰτῶν ἰδὲ καὶ.

S T E P H A N U S in dictione αἰτῶν, quæ ciuitas est Ma-
gnesia, scribit αἰτῶν, prouerbio dici vanos accusa-
tores & sycophantas. Alexones enim ut idem inquit,
βαλὰ τῆς μὲν καὶ συκοφαντῆς καὶ ἀντιφάνειαι, Harpocraton
in dictionario 10. Orato. dictione αἰτῶν, scribit hoc
adag. Menand. & Platonem Comicos esse usos.

Βαρβαὶ ἰδὲ καὶ.

S T E P H A N U S in dictione βαρβαὶ, scribit βαρβαὶ, pro-
uerbio dici, καὶ δὲ ἀλλοτρίως λέγειν, id est, nihil dicere quod
verum sit, adagio ab Antiphane Comico Berceo nato,
qui prorsus incredibilia & vana quædam scripserit.

Thessalus missus.

P A V S A N I A S in Græcia Attica, Thessalium missum,
egregie lautum cibum ita dictum fuisse scribit, & A-
thenæus probat. lib. Δ. Demo. δὲ τὰ περὶ αὐτῶν ἰσθῶν οὐτως
οἱ ἑλληνικοὶ, καὶ αὐτὸς ἐν τῶν δυνάμεων ἐστὶν, id est,

in mensis instruendis valde quam operosi fuerunt
Thessali, unde & Eriphus Conicus in beliaſte sic in-
quit

Τὰ δ' αὖ καὶ ἐνέες αὐτῶν λαίης οἱ συρῶν

Οὐδ' οὐδ' ἐν τῶν δυνάμεων ἐστὶν ἰσθῶν, id est,

Illa vero non Corinthus, non Laïs o Syre

Nec item lautorum Theſſalorum hospitium alimenta.
Idem Athenæus lib. 15. Demofoph. Theſſalos τῶν
ἐν τῶν δυνάμεων πολυτελεῖς τοὺς vocat.

In ollis venari.

A T H E N A E U S ex Menandri Trophonio Parastus,
ἀέχλασσον ἐν τοῖς λατοῖς ἰδὲ καὶ ταμεῖσι mare nul-
lo unquam tempore attingat, in ollis tamen egregiam
capturam adsequitur. Prouerbum in eos competit,
quibus nullum vinum gratius est, quam alienum, qui
qui vere dicuntur καὶ λαίης: sunt enim iuxta Anaxidam
Comicum, τῶν ἐν τῶν δυνάμεων ἐστὶν σκωλῆς.

Quattuor habens capita.

A T H E N A E U S libro decimo, dipno. scribit Menandri
de Eyzantiij vinosis atque temulentis mercatoribus
dixisse, τέσσαρας κεφαλὰς ἔχων, id est, quattuor habens
capita. Siquidem ebriis omnia geminata videntur. Cui
ius rei rationem reddit Alexander Aphrodisiensis li-
bro primo. Problem. 121. Et Lactan. de Opificio Dei
capite nono. Adagium ad eos pertinet qui cum se lar-
gius inuitarint, sese putant non numquam pro vno
multa capita gestare.

Barbam ab vlnis puerorum vellere.

L V C I A N U S in tragædia cui titulus ἀντιφάνειαι, πρῶτον τι ἀντιφάνειαι
ἐστὶν ὡς ἀντιφάνειαι, Barbam velle a puerorum vlnis, hoc
est, inanem laborem suscipe, & perinde nihil profutu-
rum. Nam quod barba genus a puerorum vlnis pos-
sit, ego non video. Barbam igitur a puerorum vlnis vel-
lunt, qui sumunt inutilem operam, rebus egregie com-
modis passim præteritis & neglectis.

Ocream capiti, tibiæ galeam adaptare.

L V C I A N U S in Rhetore, Ironicos Rhetorem sic insti-
tuit, ἀλλὰ τί πρῶτον ἐμπέσον, πρῶτον λέγειν, καὶ ὡς ἔστι
τόχη, πρῶτον τῶν μὲν καὶ μὴ ἀντιφάνειαι, πρῶτον τῶν καὶ μὴ ἀντιφάνειαι, id est,
Verum ut vnumquodq. primum inciderit, primo lo-
co dicatur: ad hæc si fors ita contigerit, fronti quidem
ocrea, tibiæ vero galea adponatur. Prouerbum indi-
cat nihil suo loco, sed omnia præpostere fieri. Adagio
rursus utitur Lucianus in Commentariolo, ὡς ἔστι τὰ ἐν
τῇ προαγωγῇ πλάσματες, id est, de errore compella-
tionis, ὡς ἔστι τὰ ἐν τῇ καὶ μὴ ἀντιφάνειαι, πρῶτον τῶν καὶ μὴ ἀντιφάνειαι, id est,
Sallustius in bello Iugurthi-
no præposteros homines vocat, qui maiorum acta, &
græcorum Militaria præcepta tum primum legunt,
quando iam consules facti sunt. Nam gerere, quam fie-
ri tempore posterius est. Plinius scribit, Oryges esse
contrario pilo, & ad caput verso vestitos, ita repe-
rias quosdam homines qui nihil ament, nisi quod sit
præposterum.

Archilochi Vulpes,

B A S I L I U S Magnus in Commentariolo ad Nepotes.
καὶ ὁ ἀρχιλόχης ἀλώπεκος τὸ καὶ ἀλλοτρίως τὸ καὶ ἀλλοτρίως
λαλῶμεν, Archilocha vulpis versutam atq. variam
calliditatem

calliditatem imitemur. Adagiū in eos dicitur qui pro re nata consilium expedissime capiunt, quemadmodum Archilochus in Apologis a se scriptis vulpē ubique callidissimam introduxit Auctore Philostrato in Iconibus cap. de fabulis meminit eius rei, & Ammonius in libello di differentiis vocum, dictione &c.

Senator absque prouocatione, Legatus sine mandatis.

CICERO libro tertio de Legibus, sed quæro quid hac re sit turpius, quam sine prouocatione Senator, Legatus sine mandatis. Adagia sunt egregie venusta, de iis qui cum nihil auctoritatis habeant, nullis deniq. civilibus muneribus fungantur, volunt tamen, ut consuevit imperiosum hoc hominum genus, primi esse in omni loco & tempore: ad hæc ingenerata quadam insolentia nihil non sibi tribuunt. Nemo autem ignorare potest, ex iure consiliorum & historicorum sententia prouocationes ad senatum fieri solitas, quamquam lege a Publicola lata ut Linius libro secundo. Ab urbe condita docet, priscis Romanorum temporibus prouocatio a magistratibus ad populum erat. Ceterum quod ad Adagium pertinet, nemo Legatus esse potest, qui non reipublicæ suæ legitimis mandatis instructus atque alio missus sit. Idem in 13. Philippica inquit, Senator voluntarius lectus ipse a se, de iis qui se negotiis alienis administrandis etiam non accersiti ingerunt.

Cantilena ex scholis.

CANTILENA ex scholis, prouerbio dicitur res nugatoria ac plane nullius utilitatis, cuiusmodi A. Gellius scholica nugalia vocat. Cicer. libro primo, de Oratore, Neque ex scholis cantilenam requirunt. Ita diuus Hieronymus in Proæmio 8. libri Commentariorum in Esaiā Testamentum autem, inquit, Græci Corocorā Porcellī decantant in scholis puerorum agmina cæchinnæsiū. Idem aduersus Rufinum, Quasi non Cyrrhatorū turba Milesiorum in scholis figmenta decantent, & testamentum suis cæchinnæ membra concutiat.

Conchas legere.

CONCHAS legere prouerbio dicuntur, qui ad animum remittendum non numquam ad ludicra quadam sese demittunt. Ita Cicero in 2. de Oratore, Sed tamen ita narrare solet Scæuola, Conchas eos ad Caietam, & Lucrinum legere consueſſe, & ad omnem animi remissionem ludumq. descendere. Hicſcimus nō defuturos qui nos dicant etiam gignere proueria, qui si velint, hoc Angelo Politiano rescribant, qui prouerbio nominationis & adposite vsus est in Miscellan. cap. 77. Atque eius viri auctoritas apud nos longe sanctior est quā ut metuamus ab eius incōparabili eruditione vel latū digitum discedere. Valerius Maximus lib. 8. cap. 8. de Scipione & Lælio, Ita animi quoque remissioni committer acquiescebant. Constat namq. eos Caietæ & Laurenti vagos, littoribus conchulas & calculos lectasse.

Subula leonem excipere.

PROVERBIO vtitur Seneca libro undecimo epistolarum in fine: citius vsus est, si quando rem periculi

plenam leuibus admodum & infirmis præſidiis depellere volumus. Subula leonem excipit, qui frigidis rationibus fortissima argumenta conuellere nititur.

In eodem valetudinario iacere.

DE iis dicitur qui eodem periculi genere & communi malo implicantur. Prouerbio vtitur Seneca libro tertio epistol. Non sum tam improbus ut curationes æger obeam, sed tamquam in eodem valetudinario taceam, de communi malo tecum colloquor, remedia cōmunico. Cor. Tacitus in dialogo de Oratoribus. Qui in eodem valetudinario hæc ossa & hanc maciem probant.

Deos absentes testes facit.

PLAUTVS in Mercatore, Deos absentes testes memoras, qui ego isthuc credam tibi? prouerbiale de eo qui cum summa confidentia strenue mentitur.

Sic Ajax de Vlyſſe apud Ouidium, Sua narrat Vlyſſes Quæ sine teste facit. Et Iuuenalis, Solus enim hoc Ithacus nullo sub teste canebat.

Gallinaceus Euclionis.

AVSONIVS in præſatione Gryphi de ternario numero, Gallinaceum Euclionis prouerbio dixit, qui soleat omnia diligentissime perquirere & inuestigare, ne pulvisculo quidem relicto, donec id inuenerit quod exquisita cura conquiſſerat.

Sapientes sunt qui veteri vino vtuntur.

QVOD Plautus in Casina de veteri vino dixit, hoc ad omnis antiquitatis commendationem pertinet. Homerus certe vetus vinum, diuinam potionem appellat Odyſſ. 6.

Εν δὲ πῶτος οἶνος παλαιὸν ὁ σῶτος

Εὐχόμενος, ἔχρηται, τίθεν πατρὸς, οἷος ἐχέτης.

Ouidius 2. de arte.

Qui properant, noua musta bibant, mihi fundat auitū Consulibus priscis condita testa merum.

Sapientiss. certe sunt existimandi, qui scriptoribus antiquis vtuntur non iis quos præposere veteres vocāt, quos vappa verius & feci quam vino comparaueris. Gnathæna, siue ut alij Pbryne, ut est apud Athenensē libro 17. ἐπὶ δὲ οἶνος δὲ τινος οἶνον ἐπὶ θυγατρὶ δὲ μικρόν, καὶ ἐπὶ οἶνος ἐπὶ ἰκκαὶ καὶ ἰππὸς, μικρὸς γὰρ ἰππὸς, ὅς περ οὖτος ἐπὶ τῶν. Pindarus in Olympiis Oda. 9. αἶνον δὲ παλαιόν.

Etiam vetus arbuſtum transferri potest.

SENECA libro 13. Epistolarum, Aegialus paterfamilias dicebat etiam vetus arbuſtum transferri posse. Adagium est, omnem tandem ætatem posse ad optimam quamq. viuendi rationem transferri & accommodari, quando & senex Cato græcas litteras didicit. Ita quod verissimum sit hoc Publilianum, Nulla est sera ad bonos mores via.

Lacinia obtinere,

CICERO in tertio de Oratore, Nam illud alterum genus, quod est temporibus locis, reis definitum obtinet, atque id ipsum Lacinia. Lacinia tantum obtinere dicitur, qui rem non integram intelligunt aut assequuntur. Plautus

Plantens in Asinario de amica amantem agre dimittente, Lachrymantem lacinia tenet.

Clausis thesauris incubare.

CLAVIS thesauris incubare dicuntur qui rem quidē possident, ceterum nec vi norunt, neque frui possunt. Quintil. in x. Qui autem scierit, quo sint quæq. modo dicenda, nisi tamquam in procinctu paratam quidem ad omnes casus habuerit eloquentiam, velut clausis thesauris incubabit. Est autem sapientis verbum, The-sauri abstrusi & absconditi sapientiæ nullam esse vtilitatem.

Teucrum Pacuij edificere.

CICERO in I. de Oratore, Mallem edificere Teucrum Pacuij: de re magni negotij, & in qua conficienda oporteat ingentem laborem insimcre. Pacuij Teu-crum sape citat Nonius Marcellus: est autem veri-simile, poema hoc fuisse arduum & ex pari difficile, quod memoriæ non facile mandari potuerit.

Musas hortari vt canant.

AVSONIVS in epist. ad Symmachū, eiusmodi prouer-bialia scitamenta, quibus significamus nos cum inbor-tari qui sua sponte atque adeo non rogatus in negotiū incumbat, eleganter expressit, Musas hortari vt canāt maria vt effluant, auris vt vigeant, ignes vt caleāt.

Equus Troianus.

EQVVM Troianum prouerbio dicimus tacitas insidias & paucis intellectam imposturam. Sic enim Cicero nō semel usus est, pro M. Calio. An Equus Troianus fue-rit, qui tot inuictos viros muliebri bellum gerentes tu-lerit? Pro Murena, Intus, intus inquam, est Equus Troianus a quo nunquam me Consule dormientes op-primemini. Et in 2. Antoniana, in huius me consilij so-cietatem tamquam in Equum Troianum includi cum principibus non recuso. Ceterum Equi Troiani descri-ptio ex Homero & Virgilio notior est, quam vt hic re-censeri debeat. Macrobius scribit Cincium in suasionē legis Fanniae seculo suo obieciſſe, quod porcum Troia-num, hoc est, inclusis etiam aliis animalibus graui-dum mensis inferrent.

Calcei Sicyonij.

ΤΑΛΕΙΑ σικυονία, Calcei Sicyonij quemadmodum & Stephanus meminit, prouerbio dicuntur de re pulchra quidem, sed quæ virum parum deceat. Cicero in I. de Oratore, vbi de Socrate loquitur, Quin etiam cum ei scriptam orationem disceptans orator Lysias attulisset, quam si ei videretur, edificeret, & ea pro se in iudicio vteretur, non inuitus legit, & commode scriptam esse dixit: sed, inquit, vt si mihi calceos Sicyonios attulisses non vterer, quamuis essent habiles & apti ad pedem, quia non essent viriles, sic illam orationem disertam si-bi & oratoriam videri, sortem & virilem non videri. Athenæus libro quarto meminit saltatores in conui-uiis Sicyoniis esse vsos. Nam σικυονία, tantum pleri-que Græci vocant eiusmodi effeminatum calceorum genus. Lucianus in Rhetore, ἡ ἰμβρὲς σικυονία πάλαι τις λευκὸς ἐπιτηρίσσει, id est, Solea Sicyonia albis vin-culis ornata. Lucretius in quarto de delicatiss. mol-

licie scribens.

Languent officia, atque egrotat fama vacillans, Vnguenta, & pulchra in pedibus Sicyonia ridens. Festus Pompeius citat hunc versiculum Lucilij, Et pedibus lœna Sicyonia demit honesta.

Proverbio usus est & Picus ad Hermolaum Barbarū libro nono, Epistolarum Aug. Politiani.

Pygmeum imponere Colosso.

PHILOSTRATVS Sophista Nicete, prouerbio di-xit, Pygmeum imponere Colosso, hoc est, rem minutā & abiectam amplissimam efficere. Cicero dixit arcem facere ex cloaca.

In cauea minus bene canit lusciniæ.

IDEM in Scopeliano dixit, in cauea minus bene canere lusciniam, quo prouerbio commode utemur, si quam do significamus, libertatem esse rem inestimabilem, & ingenia libera rebus omnibus agendis esse accommo-datiores, Homerus, Odyss. libro 9. scribit, Iouem omni-bus seruis dimidiam animi portionem abstulisse, cuius & Plato in sexto libro de legibus meminit, ἡμισυ γὰρ τ' ἀρετῆς ἀποκύνουσι δουλοῦντα ἑδὲ ἀνδρῶν, οὐτ' ἄν μιν κατὰ δούλιον ἤμαρ ἔλθοιεν.

Problema Archimedeum.

CICERO libro duodecimo epistolarum ad Atticum, πρὸς βλήμα ἀρχιμήδων vocat questionem reconditam & implicatam, quæ a nemine vel a paucis intelligi possit. Idem libro septimo ad Atticum, rem abditissimam Platonis obscuriorem vocat. Virgilius libro no-no capite tertio scribit Archimedem si quid abstrusum & multo labore quesitum, vix tandem inuenisset, so-litū exilire gaudio & currentē identidem exclamasse θεῶν καὶ θεῶν, i. reperi tādē reperi. Exemplum incredi-bilis & nunquam intermissi studij Archimedis recen-set Plutarchus in commentariolo, virum senisit admi-nistranda respub. ἀρχιμήδων δὲ τὴν σαρδίην περὶ σκυμνοῦ ἀποπερὶντος βία καὶ ἀποδύοντος ἑλισσόν οἱ θεοὶ ἀποντίσας, ὁ δ' ὠν τὸ σῶμα τὸς ἀλλήλους διερχατο τὰ χεῖματα.

Byssina verba.

PLUTARCHVS in Apophtheg. περὶ σατίας ἡ κόρη καὶ ἀρετῆς ἔρε μῆτερ ἐκέλευε τὴν βασιλείαν μὴ λαοῦται μετὰ παρρησίας διαλέγεσθαι βουσινοῖς χροῖται ἑλμασι, hoc est, Parysatis Cyri & Artaxerxis mater, iubebat eñ qui regem liberius esset adlocuturus Byssinis vtī verbis. Byssina verba vocat quæ nitorem habeant cum grani-tate mixtum, immo quæ commonendi asperitatem, iucun-do quodam candore, atque adeo niuca quadam facili-tate condiant. Aristoteles etiam præcipit cum princi-pibus aut rarissime aut iucundissime colloquendum esse.

Computatorum digiti.

COMPUTATORVM digitos eleganti prouerbio di-cimus qui variis & incertis fortuna casibus obnoxij sunt. Plutarchus in Apophtheg. δρόντης ὁ βασιλεὺς ἀρ-ταξέρξης γαμβρὸς ἀτιμία περιπεσὼν δι' ὀρχῶν καὶ κατα-γνώδους ἐφθ, καὶ ἐκ τῶν οἱ τῶν ἀρεθμητικῶν δακτυλοῖ, καὶ μὴ μυριάδας, καὶ δὲ μονάδας τίθιναι δυνάσται, τὸ αὐτὸ καὶ τῶν βα-σιλέων

turres, &c. Prouerbiū est, de re quā fingitur esse
mihi formidabilis, cum tamen omni periculo careat:
quemadmodum infantibus horribilia de Lamiis nutri-
cula narrare consueuerunt. Nonius Marcellus & La-
Etantius libro primo, capit. 22. diuinarum institutio-
num, hos versus, ex Lucilio poeta citant,

Terricolae Lamiis, fauni quas Pompiliique
Instituere Numae, tremunt has, hic omnia ponit
Vt pueri infantes credunt signa omnia athena
Viuere, & esse homines, sic isti haec omnia ficta
Vera putant, credunt signis cor inesse & athenis.

De Lamiis & multa & abstrusa quadam diximus in
Lamiam Politiani.

Qualem demens ille Clamydem disperdit?

TERTULLIANVS in libro de pallio citat ex Menan-
dro Comico, mirum nisi prouerbiale, Qualem demens
ille chlamydem disperdit? quod in eos commodē dice-
tur, qui rem suam viui videntesq. decoquunt, immo
qui sua sponte sese in maxima magna mala coniiciunt,
cuiusmodi plures reperias qui cum neque per se, nec
ex aliis sapiant, non iam chlamydem tantum, sed &
se se ipsos miserandum in modum perdunt.

Deorum liberi sunt inuulnerabiles.

PINDARVS in Isthmiis Oda. 3. in Melissum Theba-
num, ἀτρε τοῖς μὴ βίωσι παῖδες, Deorum liberi sunt
inuulnerabiles: de potentioribus hoc commodē dice-
tur qui nusquam non euadunt, vt Cicero de nobilibus
diuit in oratione pro Quinto, Homines nobiles seu re-
cte seu perperam facere ceperunt, ita in utroque ex-
cellunt, vt nemo nostro loco natus adsequi posset.

In Paro frigida quidem est aqua,
sed pulchræ mulieres.

INTERPRES Aristophanis in Vespis, Prouerbiale
Versiculum citat, nec eius usum ostendit, ἐν δὲ παρῶ
ψυχῇ μὴ ὕδαρ, καλὰ δὲ γυναῖκες, Paros habet quidē
frigida aqua, sed formosae mulieres. Ego quantum
indicare possum, existimo prouerby usum esse si quan-
do significabimus dispendium esse perpetuo cōpendio
aliquo sarcendum. In Paro tametsi frigida sit aqua,
venustas tamen mulierum hoc quidquid est dispendij,
abunde reponit. Quod si quis e numero doctōrum me-
lius nouerit quis adagio locus sit, is candide admoneat
reperiturus hominem gratum, tantum abest vt inge-
nuis admonitiombus obtemperare nolim.

Bellum cum Protogene mortuo gerere.

AUL. Gellius libro decimoquinto cap. ult. scribit Rho-
dios Demetrio Polierceti qui tum eos obsidione cin-
gebat, atque extra urbis muros memoratissi. illam Ialysi
imaginem Protogenis manufactam absumere igni pri-
rabat, per Legatos ita respondisse, Quæ, malum, inqui-
unt, ratio est vt tu imaginem istam velis incendio e-
dium facto disperdere? Nam si nos omnes superaue-
ris, & oppidum hoc totum ceperis, imagine quoque il-
la integra & incolumi per victoriam potieris: sin ve-
ro nos vincere obsidendo nequiueris, petimus consue-
res, ne turpe tibi sit, quia non potueris bello Rhodios
vincere, bellum cum Protogene mortuo gessisse: ad
eos autem pertinet, qui cum laruis luctantur, & con-

tempta memorabili lege Solonis, mortuos iam conui-
tiis insectantur, quod Homerus etiam intellexit dum
inquit, Iliad. libro 6.

Κυζῶν δὲ γὰρ ἀνὴρ ἐμμενέων.

Et Agamemnon Iliad. v.

Οἱ δὲ τις αἰδῶν νεκρῶν καταπένησιν

Γίνετ', ἐπὶ κείνῳ ἔχουσιν, &c.

Et ex eius sententia Virg. libro undecimo Aeneid.

Nullum cum viciis certamen & aethere cassis.

Quantum ubiq. possunt duo oboli?

BACCHVS apud Aristophanem in Ranis, postquam
accepisset ab hercule duos obolos Charonti pro trans-
missione paludis persoluendos esse, subiicit, ὅ μιν ἀμεί-
δον πανταχῇ δὲ βέβωλω; quantum ubiq. possunt duo
oboli? prouerbiali nimirum dicto significans, pecuniā
in omni re plurimum posse: quæ nisi esset, non commit-
terentur etiam tot diuersi generis flagitia, ita quod re-
ctissime dixerit Antiphanes,

Ὅπλ' ὅτε ἡμᾶς κατὰ πόλιν ἔχ' ὅς κακός

Τυφλὸς βλάπτοντας περὶ λαβὼν πάντας ποῦν.

Id est, diuitiæ tamquam malus medicus quos accepe-
rint videntes, excacare consueuerunt.

Echinus parturiens cunctatur.

Εχῖνος τὴν τὸν σὺν ἀβύσσῳ, Echinus partum procrastinat.
Echini terrestres, quos Erinaceos dicimus, existiman-
tur propter aculeos catulorum suorum partum mora-
ri solere ac deinde aculeatoribus factis catulis eger-
rime eniti. Vnde prouerbiū, Eudæo etiam teste, in eos
usurpatur, qui subinde versuram faciunt, hoc est, cre-
ditorem mutant, sanus senore soluiunt, nomen nomi-
ne expungunt, atque illi dum fidem suam ad aliquod
tempus labefactari nolunt, ad extremum fortunæ om-
nibus euertuntur.

Cauum pedis ostendere.

Καὶ λὼν τὰ ποδὶς δειξάτω, Hesychius admonet ὡς τῶν εἰς φυ-
γὰν τρεπομένων, id est, de iis dici qui sint in fugam ver-
si, qui pedibus sibi consulant. Vt Turnus de Drance a-
pud Virg. An tibi maiors
Ventosa in lingua pedibusq. fugacibus istis
Semper erit?

Alexandrinæ delitiæ.

QVINTIL. in 1. Verba ne Alexandrinis quidem de-
litiis permittenda, risu & osculo excipimus. Alexan-
drinas delicias, luxum effeminatissi. & molliissimum
appellauit. Alexandrinis quidem apud omnes scripto-
res hoc nomine male audiunt, quod propter amanita-
tem urbis caliq. clementiam immodice delicati fue-
rint. Ammianus Marcellinus libro 22. Alexandria
vertex omnium ciuitatum, inibi sunt auræ salubriter
spirantes, aer tranquillius & clemens, atque vt pericu-
lum docuit per varias collectum ætates, nullo pen-
die incolentes hanc ciuitatem solem serenum non vi-
dent &c. Quam ex admirabile euentu condita sit Ale-
xandria, docet Stephanus, quæ per excellentiam etiā
πόλις dicta fuit, vt Athenæ & Roma Urbis.

Manubrium eripere.

PLAV. in Epidico, Eripe manubriū e manu. Idē in Aul.
Exemi e manu manubriū. Manubrium eripere scitiss.
metaphora

metaphora dicuntur qui nocendi causam adimunt, qui viam omnem obsepunt qua periculum ipsis imminere videatur.

Geometriam exercere in cilio.

Γεωμετρεῖν ἐν τῷ ἐπισκώλειον, Geometriam exercere in cilio. Iulius Pollux libro quinto, cap. 15. de mulieribus dixit, quæ formam ascitiis lenociniis commendant, quod tandem ad omnes illos pertinet, qui suis quibusdam adulterinis & quod Plautus ait, Exoticis condimentis sese suæ venditant. Proverbijs meminit & Hermolaus Barbarus libro quinto. Corollarij in Dioscoridem. Diffinitione γεωμετρεῖν antiqui, ut ex Platone atq. Plutarcho colligimus, non tantum in dimetienda terra vsi sunt, sed in omni negotio quod exactius & diligentius tractamus. ἐπισκώλειον autem extraneus ambitus est generis superioris, quam antiqui cilium appellarunt, & ex eo etiam supercilium, in quibus superbia sedem habet, Auctore Plinio libro 11. ca. 37. Demetrius Phalerens χερσὶν ὀφθαλμοῦς a venustate superciliorum dictus fuit, Athenæo teste libro 17. Dipnosoph.

Simiæ sanguinem profudisse.

DIODORVS Siculus lib. 10. scribit in Pithecusis cum honorem haberi Simiis quem Aegyptij canibus tamquam diis suis exhibeant, vivere simul cum hominibus cibum ab eis absque omnimodo capere, parentes isthic liberis suis a Simiis, ut alie gentes a diis imponere nomina: qui simiam occiderint, tamquam impium flagitium designassent, iis penam extremum supplicium esse constitutum, unde etiam proverbio apud eos dicatur de iis qui iam occisi & e medio sublatis sint, ὅτι πῖταις ἀμυζοῦσιν. i. Simiæ sanguinem eos profudisse.

Descammate egredi.

DESCAMMATE egredi apud D. Hieronymum legitur, pro eo quod est proposito digredi. σκαμμα locus certaminis est, in quo congregiuntur Athletæ, fossa I plerumque aut saltem lineis cinctus.

Hercules in Lydia.

DICITVR in eum qui cultu indecoro & sibi neutiquam accommodato vititur. Vlpianus.

Testudo volat.

DE re absurda aut impossibili dicitur. Claudianus libro primo, aduersus Eutropium (qui cum eunuchus esset, tamen Romæ factus fuit consul) multas huiusmodi ἀδωάτων species adfert.

Iam testudo volat, profert iam cornua vultur,
Prona petunt retro fluminis vada, Gadibus ortum
Armenij dixerunt diem, iam frugibus aptum
Aequor, & adfuetum syluis Delphina videbo.

Ornamentum in luto, dignitas indigno.

VT minime conuenit ornamentum aliquod in luto iacere: ita parum dignitas homini insulso & indocto, qui honorem et titulum suum defendere non potest. Saluianus.

Pica Syrenem imitans.

SIMILE est illi, Sus Mineruam docet, de iniqua dicitur

comparatione & absurda imitatione. Stulte enim pica Syrenas imitatur, garrula potius & obstrepera quam canora. Galenus.

Myricæ citius poma ferent.

Si quis idem sperat: laturas poma Myricas
Speret, & e medio flumine mellis petat.
Proverbialia hæc ἀδωάτων apud Ovidium leguntur.

Eburneis rastris solum vertere.

Ligonibus aureis terram fodere.

PRO re insigni & præclara abuti, ut si quis eruditione pollens, ea in rebus vanis, inutilibus & famosis abutatur. Prudent. in Symm.

Ars amat fortunam, fortuna artem.

Τί γιν' τὸ χλὼ ἰσχυρὸν, καὶ τὴν πικρὴν. Aristoteles eo usus est indicare volens, summam esse adfinitatem inter artem & fortunam, & alteram ab altera adiuuari.

Quorsum opus amicis, si modo faueat Deus.

Οὔτε γὰρ ἰδὲ ἀμὶκὸν δὲ δίδω, τί ἐκίχλω; Hunc senarium tamquam vulgo celebrem citat Aristoteles, ubi agit de homine beato, anne ille etiam egeat, amicis. Qui putant eum omnia in se sufficere habere, nec ideo ullis opus habere amicis, hunc senarium adferunt. Contrarium tamen Aristoteles concludit. Veri enim amici est dare potius beneficium quam accipere, virtutisque proprium est benefacere, & pulchrius amicis benefacere quam alienis: opus ergo amicis.

Amicus cum vitiis ferendus.

CONVENIT cum eo. Mores amici noueris non oderis: non enim, inquit Chrysostomus, fratres tantum sumus sed & membra & corpus unum Vide Saty. 3. Horatij. 1. Sermon.

Amere frustra, odio ne sis frustra.

INNUIT apud omnes homines querendam esse gratiam & amicitiam, quousque sine nostro fieri possit damno: sed nullum temere suscipiendum esse odium, si non aliqua inde ad nos profectura sit, utilitas. Chrysostomus. hoc dictum minime in Christianis probat, qui libere alter alterum admonere debent, neque odij causa tacere, Vult autem tum maiores eius dici nos esse, quando lingua nostra videtur prouolatura in conuicia & maledicta.

Amicus Plato, magis amica veritas.

Φίλος πλάτων, ἀλλὰ μάλλον ἡ ἀλήθεια. Istud seu proverbium, seu apophthegma, innuit nullum hominem tam carum nobis esse debere, ut in illius gratiam veritas ullo superprimatur modo. Galenus.

Caritate septum esse oportet.

A nequitia, rapina, & sceleribus virum bonum abesse oportet: caritate autem (ut inquit Saluianus) & beneuolentia, non armis septum esse.

Vter.

PROVERBIALITER homo fastuosus et superbus a Græcis μαλῆς vel ἀσῆς vocatur, quod scilicet in modum utris inflatus tumeat. Aristophanes.

000 2 M

Μέμνησθε ἀνδρῶν, οὓς οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος.

Ne mihi Athenienses laudate, utres sunt.

Nescit seipsum.

CONTRARIUM est Delphico oraculo: Nosce teipsum. Competit in superbos, adrogantes et homines inflatos. Notatur etiam Philautia, quod vitium, homines vel talpa ceciores in propriis erroribus reddit. Chrysostomus.

Afinus de Aesopi puteo.

ASINUS de Aesopi puteo modo venit, & iam exclamas. In eum usurpari potest, qui recens in aliquem locum venit, & ibi mira inter ignotos iactat. Tertulianus.

Plus verrere quam serere

IN auaros dicitur qui nulla re exsatiari possunt. Plinius.

Vicinum semper inuenies.

UT CUMQUE exturbet quis possessionibus suis vicinos & proximos, numquam tamen solus supra terram habitare poterit: quamlibet enim cuncta peruat, vicinum tamen semper inueniet. Dicitur in auaros, qui omnia sibi subicere conantur, vicinorum domos et agros. Salmianus.

Mappam mittere.

MITTERE mappam, est certaminis incipiendi signum dare, in qua sententia Suetonius in Nerone usus est.

Proletarius scriptor.

QUI in plebe Romana tenuissimi pauperrimique erant, neque amplius quam M. D. aris in censum deferebant, proletarii ciues appellabantur. Trahitur & hoc vocabulum latius ut dicatur proletarius scriptor: proletarius homo, pro homine infimi subsellij, & auctore parua eruditionis, & infimae classis. Aul. Gellius.

Minunt praesentia famam.

QUOD absens terrori est, praesens saepe contemnitur. Claudianus: Plus nominis horror,

Quam tuus ensis aget, minuunt praesentia famam. Quod praesens est fere contemnimus, absentia vero & peregrina admiramur, & magno studio amulamur.

Balneum ingressus depono odium.

Εἰς βαλανεῖον εἰσελθὼν, μὴ ζήλοισι τὸν συμβαίνοντα σοὶ εἰς τὴν μάχην, id est, ingressus balneum, ne certes odio cum eo, qui pedem habet tecum in eadem pelui. Sententia ad multa applicari potest: nempe in communibus locis, templis, theatris, balneis, conuiuiis, manibus nullum exercendum esse odium. Iul. Pollux.

Acum & filum sumens, rupturam consue.

Παρίδω καὶ λίνον λαβὼν, τὸ δὲ ῥήγμα σὺρῶν: acum & filum sumens, rupturam consue. Dicitur poterit, ubi quem volumus adhortari, ut studeat paci, & argumenta colligat, modisque excogitet, quibus inter offensos animos concordiam resarciat. Idem.

Talis quisque est, quales quibus cum familiaris.

Τοιούτος ἐστὶ, ὅστις ὁμοῦ ζῶν. Senarius est Euripidis, quo indicatur familiarium vitam & mores, in eum quoque transire, qui eorum consuetudine fruatur. Botrus oppositus botro maturefcit.

Aliud homini, aliud humanitati satis.

DIGNA haec sententia Varronis est, quae prouerbiis adnumeretur, qua pulsatur eos qui consuetudinem potius sequuntur in loquendo quam certas rationes. Humanitatem autem hic ponit pro curiositate, ac si diceret: Natura quidem paucis contenta, sed quod huic sufficit, non satis est curiositati.

Insuere in saccum vel culeum.

INSUERE in saccum vel culeum, vulgo dicimus pro circumuenire aliquem vel ludere.

Pulchra apud pueros simia.

PULCHRA (inquit Galenus) semper apud pueros est simia, nos admonens illusionem esse ridiculam puero-rum hoc animal illudentium. Poterit autem istud prouerbi-um quoque ad locum, secus iudicandi, commodè transferri.

Quasi locum in balneis occupare.

IN publicis locis primum occupans, solet plus iuris habere. Unde & iureconsultus: Qui prior tempore, potior iure. Ad hunc morem adlusit Tertullianus ubi dicit: Sed quia prior eis venit, & prior virtutum documenta signauit, idcirco quasi locum in balneis, ita fidem occupauit, posteris quibusque praeipuit.

Primus secundus tertius.

Primus medius nouissimus.

PROVERBIA Graecorum sunt in eos, quos laudibus efferunt. Sic Isocrates laudat Alcibadem: Τοιαῦτα δὲ τὸν ἀρετῶν, ὡς καὶ πρῶτος, καὶ δεύτερος, καὶ τρίτος ἔχεται. Theocritus quoque Idillio. 17. Ptolemaum laudans dicit eum virorum primum, medium & nouissimum. Ἀνδρῶν δὲ αἰ παλαιμαυεὶς αἰεὶ πρῶτος λεγέσθω, καὶ πῶματος, καὶ μίσος, ὃ ὅτι περιφροῦντος ἀνδρῶν. Virgilius:

Nulli pietate secundus, id est, primus in pietate.

Spicilegium relinquere.

IN varias trahi potest sententias. Qui opus aliquod insignit edidit, tale tamen, cui aliquid adici possit, spicilegium reliquerunt. Vlpio & posteris spicilegium tantum reliquit. Huc facit Antigoni Apophthegma qui cum suis pecuniam imperasset, & quidam diceret, non talis erat Alexander, ἵκνιος (inquit) ἰδίρις τὸν ἀσίαν, ἵγω δὲ καλαμῶμαι, hoc est, ille demersit Asiam, ego spicas lego.

Terram & aquam poscere.

Τῆς γῆς καὶ τοῦ ὕδατος αἰτῶν, id est, Terram & aquam poscere, & τῆς γῆς καὶ τοῦ ὕδατος ἀδύναμις, id est, Terram & aquam dare, Graeci dicunt pro bellum alicui inferre, & bellum cum aliquo suscipere. Aeschines.

Non

Non hodie aut heri institutum.

Vbi vber, ibi tuber.

De more aliquo veteri qui omnibus notus esse debet, vel de lege ex antiquo instituto. Sophocles.

Ad Sirenū scopulos consenesecere.

Pro, in re aliqua ad senium usque demorari, aut miram quandam in ea percipere voluptatem, non secus ac si Sirenes ipsas canentes audiamus. Aul. Gellius. & Apud Sirenas, aut Lotophagos herere dicitur.

Adamante notare.

De bis quæ in perpetuam memoriam servantur. Claud. Iret adhuc in verba dolor, nisi Iupiter alto Cæpisset folio: voces adamante notabat Lene Iouis. Verba finguntur adamante notari, tamquam Deus nihil loquatur nisi serium dignumq. quod in perpetuam memoriam conseruetur.

Sparsis redemerunt crimina nummis.

MULTOS pecuniæ perdidit, ansamq. ad offine scelerum genus dederunt: deinde omnium malorum seminarium & radix, auri est & argenti fames: quod qui sagaciori animo perpendunt reiectis & contemptis pecuniis in huiusmodi vitia non incidunt, & sparsis nummis crimina redemisse dicitur. Saluianus. Simile quid iam apud Plutarchum de vitanda usura de Philoxeno legitur, qui cum opulentissimam domum hereditate natus esset, & delicias ac voluptates indignerium considerasset; Μα τὸν εἶναι, ἢ πῶς, ἢ μὴ τὰ ῥα τὰ ἀπὸ τοῦ ἀπαιτῆς & ἀπαιτῆς, ἢ μὴ τὰ ῥα τὰ, hoc est, per deos, inquit bona hæc me non perdent, sed ego illa.

Nummum quærit pestilentia, duos illi dā & ducat sese.

ADMONEMUR hoc proverbio, ut lites & fora iudicialia quam possumus maxime fugiamus, & potius pestilentie, id est pestilenti & pernicioso homini poscenti nummum, duos demus, quam propter unum litem cum eo contestemur, perdituri aliter in primis tempus, dein animi tranquillitatem, innocentiam & amicitiam. Augustinus.

Sapientia in exitu canitur.

INDICAT finem vitæ spectandum esse: laudari enim penitus anteacta vitæ prudentia non potest, nisi bono fine claudatur, cui ad finem est illud Solonis. Finem vitæ spectā. figuratius tamen dicitur sapientiam in exitu cani. Saluianus.

Multum nauigavit aquæ.

Πολλὰ περιπλῦκας. De eo, qui multas regiones peragravit: & μεταφορικῶς de eo, qui multarum rerum experientiam habet. Aristophanes.

Familiaris dominus fatuum nutrit seruum.

QUI timeri, observari, coli vult a servis suis, rarius cum iis loquatur, rarius cōgrediatur, nulla ludicra cum iis exerceat: nimia etenim familiaritas contemptum parit, & ut Plinius secundus inquit, Mitium dominorum apud servos ipsa cōsuetudine, metus exolefcit, Bernard.

INDICAT opulentiæ comitem esse fastum & superbiam. Apuleius. Terentius in Hecyra: Quia paululum vobis accessit pecuniæ, sublatis animi adsunt.

Conclamare vasa.

EST signum mouendi dare. Militare olim institutum erat, ut cornicis signum darent, quoties essent mouenda castra: id Cæsar vocat conclamare vasa: nam tum quisque cogebatur colligere vasa sua, iuncusq. se apparare.

Pro aris & focis.

CREBRO apud Romanos scriptores reperitur, pro aris & focis, quod idem ac sacra & prophana defendere. Originem habent ex sacramento militari: inter cetera enim milites etiam iurabant se pro aris & focis pugnatuuros. Aul. Gellius.

Gradum figere.

SVMVNTVR ab Athletis crebra metaphora, ut gradum figere: conferre gradum: de gradu cedere: in gradum redire: de gradu pelleret: de gradu primo præluere: eodem gradu occurrere. Gradum figere, est conceptam semel sententiam acriter defendere, & in ea persistere, vel, ut Cicero ait, argumentum suum premere: quater eo ita Tertull. usus est. Gradum conferre, quod Cicero & Quintilianus dicunt pedem conferre, est initium disputationis facere & cominus aggredi. De gradu recedere, a sententia recedere. In gradum redire, ad sententiam & propositum reuerti. Eodem gradu occurrere, pro: eodem telo & argumento obuiam ire.

Vinculis Hippocratis adligere.

QUAE argumentis fortissimis roborata sunt, vel scripturarum testimoniis, Hippocraticis vinculis adligata dicuntur. Hieronymus.

Ut sportum furunculus captare.

CVM quis per fraudem quod sibi non debetur amplectitur, & alienum ad se trahit, ut sportulam furunculus captare dicitur. Tertull. Natum ab amiculis & clientibus Romanorum potentiorum, a quibus mane salutabantur, & per urbem incedebant stipati, quibus vicissim sub vesperam dabant honorarium aliquod munusculum, sportulam videlicet. Inter hos autem clientes & amiculos, cum iam dandum esset munus, alij clam se immiscebant, vel ab absentibus sese submissos mentiebantur, quos furunculos vocabant.

Totam spirare Arabiam.

Τὴν ὅλην ἀραβίαν ἀπὸ νῆως, id est, Totam Arabiam spirare, est, unguenta pretiosa, ut olim in usu veterū fuit, aut ut nunc, moscū olere. Arabia ponitur pro odoribus & unguentis, continens pro contento. Lucretius.

Calathum Sycaminorum in malis habere.

ARISTOTELES οὐδὲν αὐτὸν εἶναι συκαμίνων καλάρον. i. videris esse ipsum Sycaminorum calathum, in eum dicitur, qui faciem & mala hypopio aut cerussa succit, quem ὑπὸ πινυμῶν Græci vocant.

Personam non faciem gerit.

Ὁ πρόσωπον ἔχει προσωπίδα. dici potest in homines perfrictis frontibus quod nihil pudet, & maxime in mulieres meretricis quæ faciem sibi & cerussa fucant. Iul. pollux.

Tabernariam exercet fronte.

Καπηλαία ἀσκή προτώπη. Superiori simile est, & in eodem dicitur. Pollux.

Formosus sine pulchritudine.

Ὁ εὖος ὡς καὶ καλός. Non dissimile superioribus, in eos dicitur, qui pigmentis exoticam formam adsciuerunt. Aristoteles.

Omni fune remisso.

Ἐάντα χαλῶν αἰεὶ id est, Omni rudente remisso. Contrariū est eius quod habet: Πάντα χαλῶν σίμῃ, hoc est, Omnem mouere rudentem: hoc autem significatur summa diligentia illo vero summa omnisq. negligentia & ignauia. Pollux.

Sine persona lasciuiare.

DEMOSTENES: Ἐν ποίῃ προπηγίῃ αἰεὶ τὰ προσωπίδα. In pompis sine persona aut larua lasciuiare. Dicitur in eos qui nihil non palam & aperte facere audent, quibus impudentia ipsa loco προσωπίδος, id est, personæ, aut larvæ est.

Per eandem lineam ferram recipocrare.

COMPETERE videtur in eum qui semper idem argumentum tractat & eandem cantilenam canit, Sumptu a seſtoribus lignorum, qui partes trahium secandas prius solent lineis distinguere: qui se semper bareant in eadem linea, raro quidquam absoluent.

Ad scamma producere.

HOC est, In certamen prouocare. Ab Athletis sumptū est, cuiusmodi multa in libro ad martyres apud Tertull. anum sunt, σκαμμα quid sit vide in adagio, De scammate egredi.

Ferrum virum attrahit.

ΕΛΞΕΙ Τὸν ἀνδρα σιδῆρος. In omnire & ad omnem rem muli-um valent oculi. Sic visa solum semina ad amorem accendit, visi inimici mouent dolorem, ferrum visum trahit ad bellum. Tertullianus Græco dixit hemisticho, quod alicubi apud Homerum legitur.

ΕΛΞΕΙ Τὸν ἀνδρα σιδῆρος. id est, ferrum vero virum trahit.

Eloquentia male sine moribus dilcitur.

ANTIQUI morum probitatem semper anteposuerūt facundie. Orator inquit Cato, vir bonus dicēdi peritus. Lege Ciceronis præfationem lib. de Inuentione primi.

Vinalia sine vino expediri non possunt.

VARRO in libri de lingua Latina præfatione. Multa, inquit, societas verborum, nec vinalia sine vino expediri, nec curia calabris sine calatione potest aperiri: quibus dictis prouerbialibus sese excusat, si in libris

suis quædam adferat, quæ absurdiora videantur. Non enim potest fieri ut ille, qui nominum origines conatur explicare, non interdum dicat, quod ab omnibus non probetur.

Volsellis pugnare cum gladio.

QUI fragilia argumenta ad rem quampiam probandam adferunt, dicuntur volsellis cum gladio pugnare.

Bene consulit sed malefacit.

SENARTVM prouerbialcm ex Anaxandrida Arist. citat. ἡ πόλις ἐβέλγει, ἡ νόμος δὲν μίλει, hoc est, Urbs consulit, cui nulla legum cura est. Dicitur in omnes qui recta quidem consulere norunt, recta autem facere nolunt. Non absimile huic quod habet Cicero in Catone: Athenienses sciunt quæ recta sunt, sed facere nolunt.

Soracus malorum.

Κακὸν σόρακος. id est, Malorum corbis, dicitur eadem prouerbiali forma qua. ἰχθυὸν ἡ κακὸν ἀμαξία, id est, Bonorum vel malorum plaustra pro ingentibus & malis copiosis. Aristophanes: κακὸν πρῶτον συνέκλειμοι τὸν σόρακος, id est, breuib. malorum ipsum mihi corbem refer.

Tamquam super spinas incedere.

Ὡς οἱ ἐπὶ τῇ ἀκατόν ἐπιβάνοντες, id est, Tamquam super spinas incedentes, dicuntur a Luciano equites, qui obtortis cruribus & contractis equitant.

Ex cubitis cenare.

Ἐπὶ ἀγκῶνς διπνῶν. Dicitur in delicatos & aulicos quiduis sibi permissum putant & decens.

Πρωχομῆδος.

SIGNIFICAT Grammaticulum, vel Rhetorculum, vel potius rabulā forensem, qui litteras ob nihil aliud quam ventris causā & ad quæstum scire videntur.

Orestis somnium narrare.

Is dicitur, qui absurda loquitur. Sic Galenus Theſſalo insultat: Quiesce dum miserrime in stratis tuis: namque haud vides quæ tu putas nosse probe. Orestis mihi somnium narras Theſſale.

Κριόμυζος.

LICEBIT in impudentes interpretari, quod scilicet more arietis tamquam cornibus quemlibet impetant, qui mos fere indoctorum est, κριός enim idem quod aries. Galenus.

Pituitam a naribus allio & cepe detergere.

USURPATVRA Galeno aduersus Stupidos, demonstratiue methodi & dialecticæ imperitos, nec non deprehensos & argumentis conuictos.

Ne Mercurius ipse quidem cum Musis fanarit.

ET hoc a Galeno in Stupidos dictum legitur, & omnium rerum ignaros.

Sms

Sua fronte.

Vt Aedituus responsa numinis prædicat.

SUA fronte proponi dicitur quod libere & aperte, non autem coacte aut occulte. Tertullian.

Romana libertas, Latina libertas.

SVMMAE libertatis olim erat populus Romanus, ut qui nulli subessent regi, principi, aut Imperatori: ipsi vero infinitis nationibus, reginis & regibus imperarent. Non nihil tamen inter Romanam & Latinam libertatem interest: plus enim Romana, iuris minus Latina habet. Salustianus.

Quidquid licet, minus desideratur.

QVID QV ID, inquit D. Hieronymus licet, minus desideratur, ergo e contrario, quod non licet, solummodo accipit desiderij. Ovidius:

Quod licet ingratis est: quod non licet, acrius urget. Et alibi: Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata. Omnium rerum, inquit Plinius, cupido lingue scit, cum facilis occasio est.

Litterarum radices amaræ,
fructus dulces.

INDICAT adiutorem ad litteras esse difficilem, multisque laboribus & vigilis constare, ipsarum vero possessionem incundam & dulcem. Hieronymus. Idem expressit Horat. in arte Poetica.

Qui cupit optatam cursu contingere metam,
Multat tulit, fecitque puer, sudavit & alfit.

Introite, nam & hic dii sunt,

LAUDABILE Heracliti dictum: Introite, nam & hic dii sunt: admonet ut libros quam familiarissimos nobis reddamus, studiique colamus, ex quibus omnia arcana mysteria licebit haurire, & non deos tantum videre, sed etiam cum iis familiarissime colloqui dabimur. Aulus Gellius.

In communi pisce non insunt spinæ.

EΥΦΩΔΙ ἰχθυὶ κενεῖται ἐκ κοινῶν. Videtur competere in he-
luones & gula nepotes, qui fraudatis aliis apposita,
quique priusquam sortiti sunt, communia deuorant, ab-
sumunt. Plutarchus.

Εὐκχεῖται.

GRÆCI sine coniunctione pro eo, quod est mediocriter perinde atque si Latine dicas, bene male, quo licebit quoque vii, indicare volentibus nobis vitam humanam, partim ex prosperis & latis, partim ex tristibus & aduersis constare. Euripides.

Beta sapientum.

Τὸν σὸτον βῆτα. In eum competit, qui in aliqua re, nec primus nec infimus est. In Eratosthenem dictum suis-
se auctor est Strabo, ut qui non primas sed secundas
inter doctos teneret. Theocrit.

Omnis virtus est mediocritas.

VETVS Academia dixit virtutes omnes, quandam me-
diocritatem esse moderatam. Cicero.

PROVERBIUM in eum competit qui aliquid absens & memoriter dicit. Aeditui enim ut a numine ora-
cula accipiebant, sic ore consulcentibus, referebant, non
ex scripto. Macrobius.

Qua in re clarus quisque est, ad
eam properat.

Εν ὧ βέλτιστος δοκίμῳ, αὐτὸς ἰαυτὸν ταῦτα διατρέβω.
In quo quisque sibi excellentissimus videtur, in eo ver-
satur Aristoteles. Sic Ovid. Scilicet est cupidus studiorum
quisque suorum.

Tempus & adfecta ponere in arte inuat.

Quot ilicis folia. Quot fluctus insula.

HYPERBOLAE prouerbiales, quæ de immenso nume-
ro, vel magna multitudine dicuntur. Plutarchus:

Ὅσον ὕδαρ κατ' ἀλλήλους, ἡ ἀμφὶ πέπλη. hoc est,

Quot quercus foliis, quot fluctibus insula abundat.

Leguntur etiam & tales hyperbolæ apud Homerum:

Ὅδ' εἰμὶ τοσαῦτα δοῖν, ὅσα τεύχεα ἐπὶ κόνει. id est,

Non si tanta daret quot arenis litus abundat:

Ovidianæ hyperbolæ de immenso numero hæ sunt:

Gargara quot segetes, quot habet Metbymna race-
mos

Aequore quot pisces, fronde teguntur aues,

Quot celum stellæ, tot habet tua Roma puellas.

Et alio loco.

Quot lepores in Atho, quot apes pascuntur in Hyblæ

Cerula quot baccas Pallados arbor habet,

Littore quot conchæ: tot sunt in amore dolores.

Aristoteles huiusmodi hyperbolas pueriles vocat,

quod scilicet pueros & homines iracundos deceant,
non graves viros.

Deorum dona sæpe non dona.

CITANTVR ab Aristotele hi senarii:

Πολλοὶ δὲ δαίμονες κατ' ἐννοίαν φέρων

Μεγάλα δ' ἰδούσιν ἐπιτυχήματα, ἢ

Τὰς συμφορὰς λάβωσιν ἐπιφανεῶς. id est,

Multos deus non beneuolenti pectore

Ad summa rerum protrahit fastigia,

Vt inde grauius postea miseri cadant.

Indicant, summæ felicitatis plerumque comitem esse in-
signem calamitatem, nec temere esse, si quando homi-
nes nimia rerum omnium prosperitate vtantur.

Bene Claudianus.

Tolluntur in altum

Vt casu grauiora ruant.

Ἀπὸ λαοῦ, φορμὸς ἑστῶν.

EST putare, vel in modum storeæ aut sportæ consue-
re inde, qui in angustias aliquas pelluntur, & in nassam
quandam inducuntur, prouerbialiter dicuntur φορ-
μὸς ἑστῶν. Aeschines.

Determinare fossam.

HO C est, Concludere aliquem intra circulum, vel certum
aliquod spatium, extra quod egredi non debeat: Sic
vsus Tertullianus: Hanc tibi fossam determinauit ip-
se qui te non vult aliud credere, quam quod instituit,
ideoque nec querere.

000 4 Oculis

Oculis clausis agere vel perstringere.

DICUNTUR qui indistincte & nullo iudicio agunt, & minime cernentes quid facere oporteat. *Augustinus: Quæ tandem vis, nisi cecitas & vanitas animi cogit hominem clausis (ut dicitur) oculis tamquam in altum iacere, quod cum in eum iccerit, continuo redeat.*

Cera & ære nobilis.

CERA & ære nobilis dicitur cuius nomen & scriptis & statuis celebratum est. Romani maiorum egregia facta & litteris mandabant, & in foro statuis honorabant. In cereis autem tabellis olim scribere solebāt & ex ære statuas formare.

Hippodromica bona.

ITA vocat Chrysostomus, bona huius mundi, quæ morte celeris equi cito discurrunt, & transvolant.

Sub tunica & sinu.

QVOD occulte, non palam fit, id hodie proverbialiter dicitur fieri sub pallio. Tertullianus paullo elegantius exprimit. Sub tunica & sinu.

Sub pallio condere.

PRÆCEDENTI ad simile, de eo quod clam & occulte adseruatur, non autem palam ostenditur. *Galenus.*

Εἰς κακόν.

ID est: malum foras, eadem forma dicitur qua, εἰς βλάμην, id est, Foras famem. Tertull. Vti licebit quoties de precari malum aliquod aut infortunium volumus, ut etiam exclamare solemus: di meliora. Sic enim Græcorum εὐφύμην circumloqui Cicero solet.

Felix & faustum sit lumen.

VARRO auctor est, Græcos cum lumen infertur, dicere solitos, φῶς ἀγαθόν, id est, faustum sit lumen.

Elige vitam optimam.

Εἰς βίον τὸν ἀρίστον, ἢ δὲ τὸν ἰσχυρότερον ποιεῖν, id est, Elige vitam optimam, hanc enim iucundam reddet consuetudo. Pythagoræ sententia ad virtutem commomentis, Plutarchus.

Cum aquila esse queas, inter granculos primas ne opta.

CONVENIT cum superiori Pythagoræ dicto. Optima autem semper sectanda sunt, circa quæ deficere laudabilius est, quam in vilioribus superare. Nazianzen.

Lydia arena.

Ἀύριον ψέγμα, id est, Lydium psegma, de re pretiosa, & auri plena dicitur. Basilus in homelia ad nepotes, est ψέγμα arena, ex qua aurum expurgatur, quæ apud Lydos copiosa est. Statius: Viue Midæ gazis, & Lydo ditior auro.

Pythiæ Myfi talenta.

DE thesauro maximo & diuitiis amplissimis.

Hortus altera succidia.

SUCCIDIUM dicitur Lardum suillum, ponitur hic

pro carnario, cuius vicem hortus implet: nam ut *Plinius* inquit, expedita res & parata semper neque eget igni qui hortos habent. Crudis enim cibus facile vescitur & coctus facilibus. *Seneca.*

Ad solarium versari.

DICITUR in adsentatores & parasitos, et amicos illos ollares, qui curiose solent umbam solarij observare et tempus cenæ inde discere. *Cicero.*

Suaue me suffocet.

PARASITORUM & gnatonum proverbium est, de his qui gula, luxui, & deliciis dediti sunt, commode dici poterit, suaue eos suffocare. *Chrysostomus.*

Da mihi hodiernum, tu sume crastinum.

HOC est, fruar ego hac vita, tu futura. Dictum, quod in ore habere solebant homines voluptatibus addicti. *Chrysostomus.*

Sal patriæ pluris faciundus est, quam hospitis mensa.

DICTUM Aeschinis, quo significatur, plus deberi patriæ & civitati, quam amicis aut ulli necessitati.

Centum viri vnum pauperem spoliare non possunt.

PAUPERTAS omni caret metu, intrepide ubique versatur, nullos metuens fures, nullos latrones. unde *Horatius.*

Cantabit vacuus coram latrone viator.
Maxima paupertas propugnatione defenditur, quam nullus rex, nullus imperator vincere potest. *Chrysostomus.*

Qui honorat, seipsum honorat.

VULGO dicitur honorem non esse apud honoratum, sed apud honorantem. *Aristoteles.*

Expumicare.

PRO, expurgare & expolire, in usu fuit. Vsus enim pumicis est in chartis leuigandis & sordibus detrahendis. Tertull. Similia fere sunt: exasciare, edolare, interpolare, colophonem imponere, ad umbilicum ducere.

Studium generat studium, ignavia ignauiam.

UBI semel bonum opus captum est, resimendum est, donec habitum consequamur: quem ubi semel consecuti fuerimus, non erit quod ipsum deferere poterimus, cuiusque enim rei dulcedo cui adueti sumus trahit. *Chrysost.*

Ne hoc quidem male.

Οὐδὲ γὰρ κακῶς, id est, Ne sic quidem male. Quo licet ubi res licet præter spem aut institutum, non infelicitate tamen ceciderit. Plutarchus commentario περὶ εὐδαιμονίας. Originem habet a primigno, qui cum aberrans a cane quem lapide petebat, percussisset nouercam, εὐδαιμονίας dixit.

Ratio

Ratio sapienti pro necessitate.

PROVERBIALIS sententia qua docetur, sapientē nihil metu adactum aut necessitate, sed consilio omnia facere. Plinius Iun.

Quod dubites, ne feceris.

BENE (inquit Cicero) præcipiunt qui vetant quidquam agere, quod dubites æquum ne sit an iniquum, equitas enim lucet per se, dubitatio autem cogitationem significat iniuriæ.

Nihil desperandum & nulli rei fidendum.

NEMO desperet quod non habet, nemo confidat iis quæ habet.

Seneca in Thyeste:
Nemo confidat nimium secundis:
Nemo desperet meliora lapsis.

Indigentia mater sanitatis.

A medicis sumptum, qui parimoniam & ciborum paritatem commendant. Chrysostomus ad animam trahit, qui non corpora ieiunio solum roborari, sed & animam a vitis expurgari docet.

Domi militatq.

PRO quo Græci dicunt ἐν ἐλέμῳ καὶ πολέμῳ, id est, In pace & bello, de eo dicitur qui & semper & nusquam non vitem seipsum præbet. Aeschines.

Eodem iugo vrgeri.

PRO eadem necessitate dicitur, sumpta metaphora a iumentis iugalibus. Tertullianus potest etiam dici tamquam in eodem periculo versari, ut in eodem luto hærecere, in eadem naui esse.

Mulum de asino pingere.

DICI potest quando exemplar & res efficta non multū inter se distant: vel quando ineptis ineptius representantur, vel mendacia mendaciis astringuntur. Magna similitudo inter asinum & mulum est. Tertullianus.

Repente tamquam procella.

HOC vitimur, cum significare volumus, aliquid subito evenisse, ἡ τὸ πρὸ τοῦ καὶ τῶν ἐξ ἁφθῶν ἐκ τῆς ἐντυχίας ὡς τὸ γινώμεν ἐφάμ, Id est, Deinde subito rhetor illo tempore ex tranquillitate, seu procella venti apparuit. Demosthenes.

Vltra pedem.

ΥΠΕΡ Τὸν πόδα. Ultra pedem, id est, Ultra vulgarem modum & viuendi consuetudinem. De sumptuosius dicitur.

Sufflaminare.

VSVS est Hieronymus pro cohibere, compescere & retordare: nam sufflumen retinaculum est quo una rotarum religatur, ne currus in præceps ruat si quando

via est pronior. Unde Iuuenalis:

Ipse rotam stringit multo sufflamine consul.

Tempore pacis cogitandum de bello.

Εἰ ἐλέμῳ μελετῶν τὰ πολέμικα. Admonet proverbium in tempore de necessariis prospiciendum esse. Lucianus.

Panis prior prora.

Πρὸ πρῶν ἐστὶ τῆς προῦρας τὸ φρεῖσαι, Id est, confectio panis prior est ipsa prora. Vtilicebit tui cum persuadere volumus, ut id quod maxime necessarium est, anteponatur ei quod minus: tum ut ordine res quæpiam agatur. In hunc sensum tamquam adagio usus est eo Demades rhetor, cum Athenienses iuberent triremes e naualibus producere, easque milite complere, deficientibus interim pecuniis bellorum nervis. Lepos dicti in hoc situs est, quod licet prora anterior & prior pars nauis sit, tamen aliud prius est expediendum in bello nauali, ut scilicet de victu & comœatu prospiciatur. Plutarchus.

Mithrij pœnas sustinere.

MITHRII pœnas sustinere, pro grauissimis pœnas sufferre dicitur. Nazianzenus.

Pharus.

ELEGANTER usurpatur hæc dictio Pharos a Tertulliano, eo modo, quo a poetis Ara, arx, portus, anchora, & similia. Fuit Pharos altissima Aegyptij turris, quæ nocturnis ignibus naues ad portum dirigebat.

Intra quattuor esse.

Εἰς τὸν ἑνὶ πύλῳ ἵσται. Pro eo quod est, intra ianuam esse, in ædibus, vel in tuto, familiaris loquendi modus apud Græcos. Iul. Pollux. Simili schemate etiam dicitur, Intra quadrangulum esse, pro eo, quod intra propriam domum, vel in tuto.

In portu dormire.

Εν λιμένι καὶ ἐνδύν. Hoc est in tuto & extra omne periculum esse, & tranquillam agere vitam. Chrysostomus.

Ager quam multos habuisti & quam multos habiturus es dominos.

CITATUR a Chrysostomo ex his, quæ vulgo dicuntur: quod & ad domos, pecunias, vestes, ornamenta, & terrena omnia rectissime dici potest: indicat quæ huius seculi sunt relinquenda esse solam vero virtutem & recte factorum conscientiam nobiscum ad supercelestem illam vitam commigrare.

Manuarium æs.

MANVARIVM æs, videtur vocare Gellius illud, quod in commune confert is, qui in certaminibus lusi- busque factus est inferior,

Briarci manus iniicere.

HOC est, Furaces et violentas. Hinc qui iniustam opulentiam

lentiam colligunt, & facultatibus præda & rapinis partis ditantur, dici possunt Briarei manus iniicere. Briareus gigas fuit, cui centum brachia & manus fuisse dicuntur, sauiissimus & immanis pyrata. Nazianzen.

Fluuij cursus non detorquendus.

SENTIT prouerbum, naturæ non debere fieri vim, sed ad quod vnumquodq. natum est, eo adhibendum.

Κωμᾶδοτεργωδία.

COMODOTRAGODIA, res dicitur ex letis simul & tristibus constans. Hand illepide sic appellatur vita humana quæ nunc prosperis, nunc aduersis rebus vititur. Item & matrimonium. Phorphyrius.

Pauca male parta, multa bene comparata perdunt.

MVLTVM ad finis hæc Chrysostomi sententia Plautina est:

Male partum male disperit.

Ad oculos magis quam ad velticam pertinet.

DE re dicitur, quæ voluptatem magis & oblectationem, quam lucrum creat. Vesica ponitur pro pecuniarum receptaculo: nam porcina & bubula vesica in eum usum a veteribus haberi solebant. Varro.

Bos in lingua.

POLLVCIS sententiam apud Homerum: ῥ'οῖα χαλκίον, &c. docentis fuisse commutationem rerum citra nummos, & sic permutationem, non venditionem comprobatur Paullus in reconsulto libro. Pandect. 18. tit. de contrahenda emptione. Plutarchus scribit Theseum nota bouis nummum signasse, ex quo hoc prouerbum, de iis qui corrupti pecunia tacerent, ut Demosthenes, cum dictus est argentaginam pati: addam illud Philost. in Scopel. βούη ἀφ' ὧν ἡ γλώττις βιβλάμει.

Conscientia crimen prodit.

CONSCIENTIA nihil aliud est, quam secretum, & quod falli non potest facti nostri iudicium, & mille testes, ut dici solet. Nam sua quemque fraus, & suus terror maxime vexat, suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit, suæ malæ cogitationes, conscientiaque animi terrent. Cicer. pro Sexto Ros. Ame. Paullus Pandect. lib. 40. tit. 9. qui & a quibus manu missi liberi: & imperator Antoninus Calpurnio Critoni rescriptis, eo tempore quo quis propter facinorum suorum cogitationem iam de pœna sua certus esse poterat, multo plus conscientia delictorum, quam damnatione ius danda libertatis eum amisisset. Post sub finem. Conscientia animam verberat.

Patere legem, quam ipse tulisti.

PAVLLVS lib. Pandect. 32. tit. de legatis & fideicō. cap. 32. ad hoc vulgo iactatum prouerbum adluisse videtur. Decet enim imperatoriæ maiestati, eas ser-

uare leges, quibus ipse solutus esse videtur. Vnde Claudianus: In commune iubet, si quid censetue tenendum primus iussa subi: tunc obseruator æqui fit populus. nec ferre vetat cum viderit ipsum auctorem parere sibi.

Tonderi pecus, non radi debet.

IN principes grauiora consuetis vitiis galia imperantes. Tiberius Aemilio recto Aegypti pratori rescriptis: Tonderi pecus se velle non radi. Cuius dictum istud recenset ita Dion: καὶ ἐπὶ τῷ πρὸς Αἰμίλιον, ὅτι ἐκείνῳ ἐπελάττειτο, νimirum humaniter, hand in principio modo tractandos prouinciales innuens. Sunt enim qui rem exactius, quam sit est, ac morosius excutiunt, & ad viuam cutem rescant, quod alio prouerbio ad viuum vsque radere dicitur. ut & Boni past. est tondere pecus non deglubere.

Temporibus seruire decet.

LVCANVS ad Catphurnium Pisonem:

Temporibus seruire decet, qui tempora certis Ponderibus pensauit, cum si bella vocabunt, Miles erit: si pax, positus toga gestiet armis.

Hunc fore pacatum, bellantem castra decebunt.

Cicero libro de finibus tertio commemorat inter præcepta veterum sapientum, quæ constat prouerbiorum vice celebrata: Quæq. sunt, inquit, vetera præcepta sapientum qui iubent tempori parere, & sequi Deum, & se noscere, & nihil nimis. Pro parere, sunt qui parcere legunt. Ad finia sunt, Seruire scenæ. & Vti foro.

Pygmæi vel Thiodamas cum Hercule.

AMMIANVS lib. 22. ubi Iuliani imperatoris animi inuictam constantiam & susurrorum contemptricem laudat, prouerbiali sehemate illud extulit: Frustra virum circumlatrabant immobilem occultis iniuriis, ut Pygmæi vel Thiodamas agrestis homo Lindius cum Hercule. Innuat enim Iulianum nihilo magis commotum fuisse blateronum aulicorum iniuriis distulsiq. quam Hercules Pygmæorum adsultibus exterritus fuerit, immo ea ipsa contempsisse risisseq. velut Thiodamantis Lindi probra conuiciaq. inultus neglexit Hercules. Ad illud de Pygmæis adludit Alciatus iuri consultus in Emblemate quodam, in eos, qui maiora viribus aggrediuntur, suæ imbecillitatis non conscii, quod hunc in modum habet:

Dum dormit, dulci recreat dum corpora somno

Sub picea, & clauam ceteraq. arma tenet.

Alcidem Pygmæa manus prosternere letho

Posse putat, viris non bene docta suas:

Excitus ipse, velut pulices sic proterit hostem,

Et sæui implicitum pelle leonis agit.

De Thiodamante hæc est fabula. Cum in Thiodamantem Lindium terram aratro proscindentem ex improviso incidisset famelicus Hercules, alterum ex iugo bouum iugulat illo præsentem & deuorat, quam ille iniuriam maledictis fuit aggressus: At iste illum sibi amarrissime conuiciantem cum risu & cachinis audit. Sunt qui Herculem bis integrum deuorasse bouem scribunt, semel

semel apud Lindum urbem, & iterum apud Driopas
Thiodamantis bouem.

Amor sit ira iucundior.

ISTUD præterquam quod vsu verum esse intelligitur,
testimonio etiam atque auctoritate Plutarchi confir-
matur, in commentario, quem ἑσθιωτικὸν vocauit: Quæ-
admodum enim, inquit, cum e nubibus exiit sol, ac post
caliginem deniq. feruentior est: ita amor cum interces-
sit ira aut suspicio, pace facta, reconciliatisq. animis iu-
cundior est atque acrior. Plautus præterea simulatū
Amphitruoni louem idem induxit loquentem: Verum
ira, si quæ forte eueniunt huiusmodi, inter eos, rursus
si reuentum in gratiam est, bis tanto amici sunt inter
se quam prius. Hinc Terentius in Andria: Aman-
tium ira, amoris integratio est.

Voluptas, malorum efca.

Vox Platonis grauis in Timæo, πρῶτον μὲν ἡδονὴν μί-
γνυναι καὶ δόξαν. A Cicerone in libello de Senectute,
ita expressa: Diuinus (inquit) Plato escam malorum
voluptatem appellauit, quod ea videlicet homines ca-
pianur ut hamo pisces. Sed a Plauto in Mercatore, in
Latinum prius versa: Demipho, Sapientum illud di-
ctum, te audisse reor sapius: voluptas est malorum
efca, quod ea non minus homines, quam hamo capian-
tur pisces.

Cena sine sanguine.

DIPHILVS comicus, cenam sine sanguine vocauit,
quam Plautus terrestrem appellauit. Ambo autem te-
nucm pauperemq. hoc est, vilibus dapibus instructam
mensam intellexerunt, ille ob quam ornandam nulla
cæsa forent animantes, hic ob olera. Carmen autem ip-
sum Diphili ex Athenæi sexto libro Dipnosophista-
rum hic apponam:

Ὅταν μὲν καλίστη πλεῖστις, διπνῶσι ποίων,
Ὅς κατανῶν τρεῖς λυφ' ἔδδ' τὰς εἴρας,
Ὅς δὲ δειμάς τ' ὅς κορινθίους κ' ἰαδ' ἔρε,
Απνὰς δὲ περὶ τὰ μακρὰ τὸν κάπνον.
Καὶ μὴ σφοδρὸς φρεσὺς εἶναι, εἰς δὲ τὸν τρεῖς χη,
Γίγνεται, καὶ χαλκῶ, καὶ πῖος ὑσσώμω,
Εἰς δὲ πλάγους, καὶ λιπὸς δὲ δὲ νοῦ
Ὅτι τὰ πῶ μοι τὸ διπνῶν, ἀλλ' ἔδ' αὖ μ' ἔχει.

Inducitur autem parasitus ab eleganti facetoq. poeta
ita loquens:

Pisces magni paruulos comedunt.

AD apud Græcos & maiores nostros in vsu fuit, & ad-
huc hodie vulgo nos usurpamus, cum de iniuriis opu-
lentorum querimus, significamusq. nomam non esse
quod tenuiores ex uantur patrimonio a potentioribus.
sumptum ab animante immani, atque expertem om-
nis humanitatis. M. Varro in Menippeis libro quem
Margopolim siue πρὸς ἀρχὴν inscripsit, apud Nonium:
Natura humanis omnia sunt paria, qui pote plus ur-
get, pisces ut sepe minutos magnus comest, ut aues
enecat accipiter. Polybius 15. lib. historiæ: ἔδ' οὐδὲ
κατὰ πόρσι τρώσονται, βραχίονα δὲ τινὰ πρὸς ἀρχὴν
αἰχμῶες προφασιν, ἀλλ' ἔξ' αὐτῶν καὶ ἐνερῶδες ἔ-
τρε, οἷα προσέφην τινὰ λεγόμενον τῷ ἰχθύων βίαν, καὶ εἰς
φασὶν ὁμοφύλοις ἔσι τινὲς τῶ μείζονος ἀπώλων τῶ μείζονι

τρεῖς μὲν γὰρ καὶ βίαν, id est, Nec faciunt (inquit) hoc
more tyrannico, sed modicum aliquem dedecoris præ-
textum præmittunt, & confestim impudenter ac sero-
citer sic agunt, ut atrocitatis ipsorum, vitæ piscium con-
formari possit: de quibus fertur, quod cum eiusdem ge-
neris sint, nibilo tamen minus minorum perditio, ma-
iorum sit cibus & vita.

Gutta cauat lapidem.

Hoc Ouidiano hemistichio ex quarto libro de Pontio uti-
mur, quoties temporum diuturnitate omnia absumi
significamus:

Gutta cauat lapidem, consumitur annulus vsu,
Et teritur pressa vomer aduncus humo.

Charilus: Πέτρα καὶ ἀνὰ ῥ' αὐτῆς ὁδὸς οὐδὲν ἔχει.
Hunc versum citat Simplicius in commentario suo in
octauum librum Naturalis auscultationis, quem his
verbis Lucretius protulit:

Nonne vides etiam guttas in saxa cadentes
Humoris, longo in spatio pertundere saxa?

Pro incerta spe, certa præmia.

SALLVSTIVS in bello Catilinæ, de Allobrogibus lo-
quens, diuersa consilia animo voluentibus, inquit enim
Pro incerta spe, certa præmia. Animaduertendum præ-
terea an cum idem de bello Iugurthæ narrat ita, Metel-
lum regi Boccho suasse, quamquam opibus suis confi-
deret, tamen non debere certa pro incertis mutare, re-
spexerit (ut puto) ad sententiam versus Hesiodi, val-
de celebratam, inquit enim sapiens ille poeta.

Νῦν ποῖς, ὅς περ ἔτοιμα λιπὸν, καὶ ἔτοιμα δόξαν. hoc est,
Stultus, qui parata relinquit, & imparata perse-
quitur.

Theocritus in Cyclope: τὴν πρὸς ἄμαλιν, τὴν πρὸς
φάγοντα δόξαν. Mulge præsentem, quid enim fugien-
tem sectaris? Vbi scholiastes Hesiodi versum citauit.
Hoc age igitur, quod præsens: quodq. præ manu est, et
in id tibi mens intenta sit: de eo cogita, non interea ina-
nes cupiditates & vana somnia sequaris. Plautus au-
tem apertius illam vertit, cum Pseudolum, callidum
seruum, secum philosophantem induxit, in alijsq. mul-
tis dicentem: Stulti haud simus, frustra ut simus, quæ
quod cupienter dari, petimus nobis, quasi quid in rem
sit, possimus noscere. Certa amittimus, dum incerta
petimus, atque hoc euenit, in labore atq. in dolore, ut
mors obrepat interim. Hoc autem prouerbio mone-
mur, ut præsentibus commodis fruamur, & absentium
cupiditate nos non excruciemus. Iuxta hoc Philemo-
nis comici, καὶ δ' οἷς ἔχομεν, τίς γὰρ μὴδὲ χρῶμεθα. Eun-
dem habet sensum quod alibi nobis dictum est: Præ-
stat possidere, quam persequi.

Cena terrestris.

Αὐτὸς ἔχει ἔχομεν ἡμῶν, ὡς ἂν διὰ τυχεῖν,
Ὡς δὲ αὐτοὺς ἰσχυρὸς ἰσχυροῦσι.

Si præsentibus non utimur,

Absentia querimus: his quidem nostra culpa,

Illis vero per fortunam priuabimur.

Narrat enim se dissentire ab ingenio multorum, qui cū
vocati sunt ad cenam a diuite aliquo, fortunatoq. ho-
mine statim domum introeuntes laudant triglypba, te-
tia laqueata, corynthiaq. vasa, coniectis in huiusce-
modi

modi ornamenta adium oculis: se namq. his rebus spretis, intentis oculis respicere fumum culinae, quod si ille impetu quodam directo latus sit, se gaudere, ac pre gaudio exultare. Contra autem si obliquus ac tenuis ille co cognoscere cenam, quod ei vehementer dolebat, sanguinem non habituram. A signo igitur ille iudicat se male acceptum iri: neque enim huiusmodi cena ipsum delectabat. Plautinus contra senex in Captivis, parasitum ludit, ostendens se huiusmodi cenam ei daturum: Asper meus victus sane est, cui ille: Sentisne escas? Sequitur: Aegio. Terrestriis cena est. Parasitus terrestriis bestia est. Aeg. multis oleribus, Par. curato aegrotos domi. Nihil autem inimicitius esse oleribus parasito, & hic declaravit, & apud eundem Graecum comicum in Mercatore, quidam qui accusat alium & pisces & aves, & omnes denum delicatiores escas coementem. Inquit enim sumptibus & voracitate illius fieri, ut & ipse, & universa civitas necessario ad olera redigatur, ac pugnent saepe, contendantq. inter se de apiis, ut in Isthmis fieri solebat: quorum certaminum corona victoriae premium erat ex apio. Nam iocatus in hoc lepide est. Inquit *καὶ ἐστὶν ἡ χερσὶν ὑπὸ σα μεταλαβὴν. Σωκράτης μὲν εἰς ταλαχχοῦ αὐτῷ πολὺν. Πίρις τὰ σιλίνε μαχόμεν' οὐ πρὸς ἰσχυρίαι.*

Massilenses mores.

PLAUTVS in Casina Massilenses mores, quos miris laudibus Strabo & Cic. in oratione pro L. Flacco effert. tamquam optimos & probatissimos dixit: Ubi, inquit, tu es qui colere mores Massilienses postulas? Massilianam enim peregrinationem pro Attica disciplina gratia suscipiebant Romani.

Ο τρώας καὶ ἰσχυρίαι.

GRAECO hoc proverbio usus est Suetonius in vita Claudij, quo suboscure significare voluit se remedium illi malo, quod ei fecisset, inuenturum, sublaturumq. Neronem, quo stulto consilio, imperium ut res postea docuit, Britanico eripuisset, Suetonij verba haec sunt: Et subinde obituum sibi Britannicum arctius complexus, hortatus est, ut cresceret, rationemq. a se omnium factorum acciperet. Graeca insuper voce prosequuntur, *τρώας καὶ ἰσχυρίαι*, hoc est, etiam laesus sanatur, vel a nullo sanari potest vulnus, nisi ab eo qui inflixit. Proverbium autem hoc ab Achille ortum est, qui eadem hasta, qua Telephum vulneravit, ipsum postea sanavit. Crebrum vero id est apud veteres auctores. Plutarchus in commentario, quod inscripsit πρὸς τὰ ἀκούσια, de morsu quodam, qui in animis ingeniosorum adolescentium a Philosophia excitatur, loquens dicensque posse illum a ratione ipsa, quae ipsum inflixit sanari, non minus ac plagam illam Teleph. manifeste ad hoc proverbium respexit, cum etiam verbis ipsis usus sit, quāvis versum etiam Euripidis addat, quo Poeta ille eandem rem tragice commemoravit. Verba Plutarachi haec sunt: οὐ γὰρ μόνον ὁ δούρειος ἵππος, τοὺς πολλὰς τρώας περιείχετο, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐκ φιλοσοφίας ἐμψύχων δούρειον νόσος δὴ μὲν αὐτὸς τρώας λόγος ἰσχυρίαι. hoc est: Neque vero, ut auctor est Euripides, solum Telephi vulnus ab eadem hasta, quae illud inflixerat sanatum exstitit, sed etiam ingeniosi adole-

scitis, qui in philosophia probe est institutus, acceptus morsus eadem oratione unde illatus est, emendari potest.

Tonitrus imbrem antecedit.

HOC est post minas verbera, ductum verbum a lepida voce sapientissimi viri, qui absurdos asperosq. mores uxoris patienter admodum tulit, quae cum ipsi antea maledixisset, postea autem aquam in eum effudisset, Nonne inquit ille amicis, hoc futurum dixeram: οὐ γὰρ ἐπὶ τῇ παρρησίᾳ καὶ ἐν τῷ πνεύματι. Vix enim Latine hoc pronunciari posse puto, ut maneat, in ea lepos elegantiaq., quae in ea his verbis pronuntiata percipitur. Nam tonitrus imbrem antecedere certum est.

Campas dictis abigi.

CAMPAS dictis abigi, Plautus in Trinummio proverbialiter dixisse videtur de iis, qui verba non curarent, sed rem ipsam. Solent enim Campas quibusdam carminibus extinguui. M. Catoni sunt vermiculi astatit tempore olera & arbores infestantes, nos brucas appellamus.

Dignus qui ranis ministres.

NOS vulgo verbum hoc saepe usurpamus, atque quoties vini ministratores reprehendimus, quod nimium aquae ingerunt, ac vini ipsius vim penitus perdunt. Pherecrates apud Athenaeum lib. 10. *δὴ πρὸς τῷ σίλινε ἡ κορυφαία, βαρεῖα χεῖρ ἐστὶν οὐκ ἀπὸ τοῦ σίλινε.*

Fumus pulchriorem persequitur.

HOC proverbium non recens est, sed multis seculis & apud diversas gentes celebratum est ac viguit, quo feruntur sumum natura sua formosorem totius domus seferari. Aristoph. apud Athenaeum libro sexto. *δὴ πρὸς τῷ σίλινε*: ubi parasitus in formosis tentandis, cum se reliquos superare dicere vellet, inquit in illis se sumum esse: *ὅπου μὲν πλεονέκτημα, καὶ καὶ δόξα, πλεονέκτημα καὶ δόξα, τοὺς καλὰς περιεργάζονται.*

Crispiores apio.

APVD epigrammaticos extat proverbiali schemate dictum illud: *ὁ λόγιος σιλίνων, apio magis crispum.* Quo spectat illud Aristotelem in Rhetorices tertio: *ὁ λόγιος σιλίνων*, ubi parasitus in formosis tentandis, cum se reliquos superare dicere vellet, inquit in illis se sumum esse: *ὅπου μὲν πλεονέκτημα, καὶ καὶ δόξα, πλεονέκτημα καὶ δόξα, τοὺς καλὰς περιεργάζονται.*

Hylam vocare.

IVASTA Cum Mysium fluvium, cui civitas adiacet: item Cius dicta, a nymphis raptus fuit Hylas ab Hercule adamat, quem ingenti vociferatione vocas Hercules nihil profecit. Unde proverbium manavit, de votantibus non audientes, Hylam vocare. Vide Theocritum Eidylio 13. quod Hylas inscribitur. Erudite descripsit eandem fabulam Apollonius Rhodius in fine primi libri Argonauticorum, qui sic ait: Herculem, cum regionem Driopum accolarum Parnassi transferet, voluisse cripere bouem ad sacrificium Theiodamati Driopi, quod cum ille prohiberet, ab Hercule interceptum, & regionem direptam. Atque Hylam infantem

tem adhuc Theiodamantis filium de cunis abreptum, in familia Herculis educatum, & ab Hercule adamatum, edoctum, ac tandem, cum aquam peteret, rap-
tum à nymphis.

Αἰγίς δὲν ἔσθ' ἔτι. Pigris semper esse festum.

OLIM valde potentes fuere Tarentini, sed deliciae eos perdidit, quia plures apud eos fasti dies per annum quam alij celebrantur, institutis propter ocium ac delicias continuis feriis, unde & vulgari proverbio fertur: Pigris semper esse festum. Hoc vsus est Theocritus in Eucolicis. notatum est supra. Ignavi semper feri.

Caracallæ nummi.

CONVENIT in eos, qui aliud pro se ferunt, aliud tegunt, quique, fuco corrupti sunt & pallent, in blados vultu, sed animo virulento, Dion autem narrat Antonium Caracallam in vsu habuisse nummos adulterinos, plumbumque, argentatum, & as inauratum, pro argenteo vel auro suis senatoribus dedisse. Hinc natum est proverbium.

Fabula Milefia.

FABULAE Milefis proverbio dicuntur sermones nec veri, nec verisimiles, nec in aliquem vitam usum parati & congruentes: sed tantum ad voluptatem & extrahendum tempus, vel in conviviis, vel in cætibus virorum ac feminarum, qualia sunt etiam amatorum omnia. Ideo, Lucianus sermones amatorios vocat Milesios, & Capella quasdam poetarum fabulas, Scripsit nominatim de Milefiis Aristides libros aliquot περὶ τῶν Μιλησίων, & Apuleius asinum, ex Luciani asino desumptum & concinnatum. Eiusmodi narrat vetule pueris ad socium ne plorent, aut molesti sint. Milefia à Mileto Ionia, quæ de luxu & deliciis male audiuit, dicuntur.

Iyngem habet.

Vs vs apud Græcos obtinuit, ut hi iyngem habere dicantur, qui velut præstigiis quibusdam homines ad se amandum prouocant. Iyng enim auicula est pblongo collo & lingua, crebro collum circumnagitant, ea venefice ad extantationes utuntur, ut inquit. Pindari interpres in Nemeis. Latine tortucam nominare possumus à torquendo collo. Quidam putant eam esse, quæ alio nomine vocatur οὐροκόπτης, Latini motacillam vocarunt. Iyngæ verò trahi etiam proverbiali figura dicitur à Theocrito eidylio 2. versu qui repetitur.

Εἰ πινυκὸς καὶ πινυκὸς.

PROVERBIUM de re commentitia, quoniam in porticibus & tabulis depingi fabulae solebant. Plutarchus in libello de particula ei inscripta foribus Delphici templi. Ceterum ista, inquit, prorsus ex porticu & tabula.

Mel facietatem gignit.

DIONYSIVS Halicarnassensis in comparatione Herodoti, & Thucydidis: Satietaem enim gignit, ait Pindarus, & mel, & dulces res venerea. Iam verò illud in animo reputavi quàm suavis & iucunda res sit in historia, scriptionis varietas & immutatio. Laurentius Hunfredus de Nobilitate libro tertio. Sed quicquid nimium est, ingratum & iniucundum est, eiusque omnis in fruendo suauitas amittitur. Theocritus in Megara: καὶ οὐ φέρουσιν καὶ ἔστι. id est, & latine satieta est.

Εἰ πινυκὸς καὶ πινυκὸς.

QUARTA luna natos proverbiali schemate dicimus,

quibus sinistra parumque auspiciata rerum omnium sunt initia. Quod ipsum non tam ad diem quartum, quàm ad postremum lunæ quadrantem refero. Inter alia in vita Aristophanis legitur: δὴ καὶ ἰσχυρὸν ἀριστὸν ἄνθρωπος, καὶ ἀμεινὰς περὶ ἀλγύνης, ὡς γὰρ οὐκ ὄνεια, κατὰ τὴν παροιμίαν, ὡς ἔμοις ποισὶν, τὰ μὲν πρῶτα ὅδ' ἀπὸ καλῆς καὶ φιλονιδίας καὶ δρᾶται. id est, quare ipsum exagitarunt, seu cōtempserunt Aristonimus & Amipsias dicentes, quarta luna (quod aiunt) natum: quod aliis laboraret. nam primas fabulas per Callistratum & Philonidem exhibuit.

Aurum ex stercore colligendum.

Hoc vtemur quotiescunque significare volumus id quod Plinius iam olim dicebat, nullum librum tam malum esse, quin parte aliqua prodesse queat. Recte etiam olim dictum esse puto, non quis, sed quid dicatur. considerandum. Modestia enim est. quod alicuius seculi commune linguae fuit vitium, dissimulare. Nec enim video aurum minori esse in pretio quod in vase fictili hoc, illud in splendida arca custodiat. Nonne gallus Asopicus dum vertit stercorarium, nitidam gemmā reperit?

Lydia harena.

Λύδιος ἄμμος, speciem habet proverbij, quemadmodum illa: Lydius currus, Lydius lapis. Apparet autem id de re nō vili aut continenda dici, cum & multum auri in Lydia prouenire receptum sit, ut est apud Lucianum in dialogo, qui inscribitur Contemplātes. Hoc vsus est Demetrius ad nepotes: Et ex Lydia harena fit aurum.

Aquæ furtivæ dulciores sunt.

EXTAT inter Hebræorum proverbia non dissimile senario Cræco, λυγρὰ καὶ ἁλᾶς ἐκ λυγρῶτος, id est, dulce pomū, cū abest custos. His vtemur, cū significabimus impunitate males ad peccandū prouocari.

Mense Siculæ, Asianæ, Persicæ, & Italicæ.

PRÆLAVTAE & oppipare dicebantur. Plato Politicorum libro tertio. συρακουσίων δὲ καὶ σικελίων, καὶ σικελίων ποιοῦνται. id est, Syracusanam amicem mensam, & Siculam in obsonij varietatem, non videris approbare. Idem in quadam epistola ad Dionis propinquos: ἰταλιώτικόν τι καὶ συρακουσίων τε καὶ σικελίων. Lucianus in dialogo Simili ac Polystrati, καὶ τὴν σικελίαν, inquit, ὑπὸ τῆς σικελίας. ac mense Siculis lautiores. Docet hoc libro duodecimo copiose Athenæus. Persicis & Asianis delicijs nihil olim inquinatius nec mollius: de quorū delicijs in animos hominum impressa opinione, perpetuò inualuit. Macrobius libro Saturna. septimo: Modum eum seruat, qui sui potens est, & in mensa Sicula vel Asiana.

Dardaniæ artes.

DARDANIÆ artes, pro magicis usurpauit Columella lib. 10. Veniant (inquit) Dardaniæ artes. Dicit autem sunt à Dardano insigni (ut tradunt) mago, cuius commentarijs diligenter perlectis, longè doctissimus euasissse Democritus memoratur. Consule Plinium lib. 30. c. 1. Apuleius, vel ipse Dardanus, vel quicumque alius post Zoroastrem. Euseb. lib. 6. αγγλ. παραφρ. 2. ὅτι ὁ δαρδανός, ὁ μύθος ἐστὶν κατὰ τὸ δαίμα, τὸ μυστήριον.

PPP

Neptuni, siue Maris filii.

SCRIBIT Gellius in 15. cap. 21. ferocissimos & immanes, & alienos ab omni humanitate tanquam in mari genitos, Neptuni filios dicere potius consueuisse. Apud Plutarchum autem in Dialogo: Siue rationis vis in bestiis. In marinis (inquit Aristotelmus) nullum esse gratia sensum, amorem nullum, nec ingenij suauitatem: recteque Homerus ait, Glaucum te genuit de immanis uero, & omnis societatis experte dixit, quod beneuolum mureq; nil mare gignat.

Omnia omnibus annuit.

DICITUR in valde senes, in quibus calor naturalis inopia imbecillitatem, imbecillitas tremorem efficit, ita ut caput perpetuo motitantes, omnia omnibus annuere videantur. Catullus in nuptias Iulie & Manlij, Vsq; dum tremulum moues cana tempus anilitas. Omnia omnibus annuit.

Nec mulieri, nec gremio credendum.

Nec mulieri, nec gremio credi oportere, proverbium est, quod & illa incerti & leuis animi est, & plerumque in gremio posita, cum in obliuionem uenerint exurgenti-um, decidunt. Festus.

Plaustrum perculit.

PROVERBIUM rusticum, quo plaustrum preculisse dicuntur, qui negotium aliquod euerterunt ac perturbant. Meminit Donatus in Eunuchum, ubi ait seruus: Perculeris tuam me, id est, impellendo perturbaueris. Et eo usus est Plautus in Epidico: Perij, plaustrum perculi: id est, eueri ac perturbauit rem falsa emptione. Percillere enim est euertere, & ad terram deijcere.

Telum ira facit.

IDEM ibid. Telum ira facit. Huic confine est eiusdem: Furor arma ministrat. Cui non dissimile est apud Basilium ad nepotes suos: τὴν τρεχάδια ἔδωκεν ἡμῖν ὁ ἀπὸ τοῦ θυμοῦ, ἡ τὴν ἔρεβος ὁ πλὴν γίγεται. Tragedia enim nequaquam est credendum dicenti, inuicem armabit ira manus. Plaut in Merc. Perij, seditionem facit lien, occupat praecordia. Vergil. 10. Aeneid. Spes addita suscitatur iras, Tela manu iaciunt.

Aufidus Hadriam retrò fugit.

VERGILII Aeneid. Amnis & Hadriacus retrofugit Aufidus undas. Vbi Seruius admonet subesse proverbium de re neque verisimili, neque consistente. Allusum est ad paræmiam: Sursum versus sacrorum fluminum feruntur fontes. Cum praeposterè hoc fieri velit significare. Aufidus amnis oritur ex montibus Hirpinis, & Canusium praeterfluit.

Lapides ad filum.

VSURPAUIT Basilus ad nepotes cap. 6. cum iubet ad honestarum artium praescriptum mores & studia nostra applicari & corrigi perinde quasi lapides, iuxta Doricum proverbium, ad filum, vel Lesbiam regulam dirigentes, κατὰ inquit τὴν δαρκίαν παρρησίαν, τὴν ἰσοστάσιον ὡς ἔχοντες ἔργον καὶ, Extat trochaicus apud Plutarchum in libro de Profectu eius sententia

περὶ τῶν δαρκίων περὶ τῶν τῶν δαρκίων, κατὰ περὶ τῶν δαρκίων, id est, lapis amussus est, applicandus, non amussus ad peram.

Pythiae Mysii talenta.

PROVERBII speciem habere videtur, & illi confine esse Fantali talenta, Cræsi opes dicitur enim utrumque de immensis opibus. Diuius Basilus ad nepotes capite decimoquinto. καὶ πρὸς τὸν μυσόν, &c. At nobis nisi Pythiae Mysii talenta, &c.

Rore pascitur.

Si hoc referamus ad proverbium, transfertur ad ingenium, siue stylum ieiunum & aridum, aut per ironiam in hominem vehementer obeso corpore. Theocritus in Nomio Batto: καὶ περὶ τῶν ἀσπίδων ὁ πῆξ. Nunquid rorem depascitur ut cicada? Cicadas autem rore alit, testis est Plinius lib. 12. cap. 26. Ore carent, sed habent in pectore fistuloso quiddam aculeatum, linguis simile, eo rorem lambunt. Cum excitatæ subuolant, reddunt humorem: quod solum argumentum est illis rore pasci. Neque enim ad excrementa corporis ullum foramen est. Virg. in Daphnide:

Dum iuga mentis aper, fluios dum piscis amabis,

Dumq; thymo pascuntur apes, dum rore cicadae,

Semper bonos, nomenq; tuum, laudescq; manebunt.

Hec sunt τὰ ἀναγκαῖα, id est, necessaria, & proverbij speciem habent, quibus indicare licebit, quod in vita perpetuum nobis futurum intelligi uolumus. Itidem Virg. hoc quod habetur quarto Aeneidos: Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.

Conando Graeci Troia potiti sunt.

IN Syracusis anus dixit: Conando Græcos Troianis potitos fuisse, & omnia perfici conando, quia proverbialis figura significatur, conando, & experiendo, quantumvis etiam ardua, perfici posse.

Fac nidum unum vna in arbore.

HABETUR in Eidylio. 35. & frequens hodie in populi ore versatur, quum fit sermo de non temerè mutandis veteribus amicis. Amicos enim subinde nouos amplecti veteribus neglectis turpe est. Inconstantia in amore nihil crebrius, neque vulgariius est in communi vita, πολυφιλία, id est, subinde mutare amicos, veteres fastidire, & nouos amplecti. Id olim perinde probrosum atque infame habebatur, ut si qua mulier subinde alios atque alios viros admitteret. Is igitur qui bene audire apud homines honestos vult non leuis neque inconstans in colendis amicitijs esse oportet.

Sternutauerunt amores.

EX Thalissia Theocriti apparet proverbiale dictum fuisse, quod aliqui de signo bono, alii de diuerso & malo intelligunt. Amores sternutauerunt, hoc est, sternutando signum praebuerunt, quod esset amaturus, ipsum emenit.

Bilis in naribus.

IDEM in Thyrside de Pana: est amarulētus inquit, Aepolos, & illi semper acerba bilis in naribus sedet. Proverbiale, de homine bilioso & iracundo. Qui biliosi sunt, hoc

hoc est abundant flava bile, iracundi sunt. Hic enim humor mobilis est, & acutus, quare facili irritatur & effervesceat.

Orimalides cum Acylis ne contuleris.

EST autem hoc proverbiale apud eundem in viatoribus quod magnam similitudinem, & iniquam comparationem significat: Lacon: ὁ δὲ δὲ ἀλλὰ ἐστὶν ἀλλήλῃ. id est, Neque agrestia poma cum Acylis, scilicet aquaeris. Acyla autem fructus, siue nux peris arboris, similis nuci fagi. Dioscorid. lib. 1. cap. 26. Orimalides poma montana, ab ὄρει mons, & ὄριον pomum.

Annulus aureus in nare suilla.

SIGNIFICANTES quippiam non in loco factum dictumve dicunt quidam: Annulus aureus in nare suilla: pro quo alij, in lenticula unguentum. Habetur Proverb. cap. 11. Circulus aureus in naribus suis. Id tras ferri commode potest in improbum & facinorosum hominem de virtute & honestate verba facientem, aut precepta de moribus prescribentem, cum id non deceat, nisi cum qui sit moratus & vita inculpate. Malum enim hominem etiam bene loquentem non esse audiendum censet Plato. Vide Gellium lib. 18. cap. 3.

Sua cuique rei tempestivitas.

CUM omnia suo tempore fiant, & hic queratur quid sit bonum, videndum est, ne id alieno tempore queratur: ut enim inquit Ecclesiastes c. 3. aliud ferendi aliud mendi, &c. sic aliud felicitatis, aliud infelicitatis tempus est. In hac vita, tempus est miserie, quod si quis in ea bonum querit, perinde facit, ac si velit sementis tempore metere. Expectanda messis est, hoc est, futura vita: in qua non, ut in hac, pro iure regnabit iniustitia, sed sola dominabitur iustitia & veritas, sublati erroribus. Sed vitam illam non curantes voluptati indulgent. Vulgo ita fertur, Omnia tempus habent. Hoc cum aliis superioribus confer: Nosce tempus, & aliam etatem alia decent.

Planus semel crura fregit.

PORPHYRIO in epi. Horat. ortum esse monet ab insigni quodam impostore, qui sepe finis crux sibi fractum aliquando multos irrisit, quorum in vehicula tollebat: tandem verè fracto crure, quasi etiam tum luderet, neglectus est. Hec est parva hominis mendacis, ut, si quando cæperit verum dicere, careat apud omnes fide: quo de exstat apud Æsopum elegantiss.

Absens hæres non erit.

DE iis, qui ob absentiam suam quapiam utilitate frustrantur: Tractum ab illis, qui cum propinquitatē quadā legitimam alterius successiōem sperare possint, eadē, dum absunt, oportunitis obsequiis & delinimentis aliorum privantur. Demosth. Xenoph.

De fumo ad flammam.

GALLVS Caesar, inquit Ammian. Marcellin. lib. 14. de flamma ad fumum, hoc est, de letalium insidiarum periculo & timore ad ipsam planē necem tendit. Et Plato de iusto. 8. Populus, inquit, liberorum hominum fugiens fumum, in flammam feruili dominationis incidit. Notatur isto stulta temeritas, & calamitas eorum, qui à similitudine, vel dubio, vel minimo malo in certum & ingens odium & malum prorumpunt.

Nunquam lagenam crateri impone.

Μηδὲ ποτ' οἶνοχόῳ τὴν κρατὴν ἐπιτίθειν
Εἰς τὴν τὸν οἶνον ὅσον ὅτι ἐπ' αὐτῇ μάλιστα τίθεται.

Ne cratera super potantium pone lagenam:

Qui facit, eveniet mors illi cruda repente. Hesiod. 1.

ἔργον.

NON simul omnia effundenda, & aliorum libidini prodigenda, quæ habeas, ne ipse egens deinde & famelicus pereas: quod ita etiam vulgò offerunt; Nunquam exuas te, antequam cubitum eas. Tzetzes ita interpretatur; Nunquam priuatum publico, partem toti, deterius meliori præfer. Vilior enim κρατὴς cratera est. Nam κρατὴς vas quoddam erat, ut lebes, in symposiis adhibitum, vino diluto repletum: οἶνος ἴσ' in verò, οἶνον κίλε, aut quid simile, quo ex cratera bibitur hauriebāt. Proclus eo admoneri putat, ne iratos verbis pronocemus magis & iritemus: & nugaces homines, atque importunè garrulos lecto ne recipiamus. Aliis videtur Hesiodus deterrere omnes ab assiduis perpotationibus: ibi enim nihil aliud quam crateri ænochoe imponitur. certè Moscopulus gentium pluralem absolute sumere videtur, his verbis, μηδὲ ποτὶ πινόντων κρατὴν σὺν ποσὶ τίθειν.

Vbi vber, ibi tuber.

NIHIL hominitam diuinitus datum, nihil tam prosperè succedit, quin admixtum sit aliquid difficultatis. Apul. Florid. 4.

Oleo fraudare lucernas.

DICTVM est ab Horat. sat. 5. in Natam hominem et si nobili & honesta familia natum, valde tamen sordidū qui se inungebat vili, raucido, & ad lumina relegato olei genere, (Ætius λαχνάριον, lucernarium appellat) atque ita lucernas suo alimento & fomento defraudabat. Turn. Aduer. 4. cap. 9. Simili migratione facere dicemus sordidū & cibis sine sanguine victitantem, fraudare iumenta suo alimento &c.

Est modus matulæ.

SATYRA quædam Varronis inscribatur. Est modus matulæ, vel ut alij libri scribunt, modus matula: qua inscriptione mouebat adhibendum esse modum compositioni & ebrietati. Nam ē matula potum significauit, cum cibum sicciorē in ventrem, liquidiorē in vesicam descendere censerent. Vero alio loco: Diuinitum apotheca Chias ad communem reuocat matellam Plautus, nolo in vesicam quod eat: in ventrem volo.

Paludem & salinas emere oportet.

Τὸ δὲ περὶ αὐτῶν καὶ τὰς ἀλάς. Querenda bona aliquando sunt, quamuis non omnino careant incommodo. Natum fortasse, ab eo, qui cum salinas venales haberet, in quibus erat palus, salinas alienare sine palude ut vellet, induci nullo pacto potuit. Ita Franc. Luisinus Parergon. 1. ē vet. codice & exemplari Vcneto castigat & explicat id, Olcum & salem emere oportet.

Salaminia nauis.

DE iis quæ vilia non sunt, nec omni tempore exposita, quæq; difficillimis temporibus necessaria reseruantur: qualem se Pericles præstabat, ὃς ἀνὰ πείραν ἵς τὸ πλεῖστον, ἀλλ' ἔστω ὁ δὲ σάλα μιν ἄν τινος, φησὶ κερτίλας, πρὶς τὰς μεγάλας χρεῖς ἐπιδίδε. Plut. in Pericle.

PPP 2

Noxa caput sequitur.

PROVERBIALITER hoc Gordianus Imper. pronuntiant in c. Licet, C. An ser. pro suo facti post mateneam. Nam, ut M. Cato ait, nequiter factum semper durat, & reum comitatur. Sic & Poeta, Pona potest demi, culpa perennis erit.

Herculis clypeus.

PROVERBII loco vititur Iulianus in Hexasticho Digressis preposito, *ἡ δὲ τῆς ἐκείνου πρὸς τὸν ἀνδρὸς ἀποδοξία*. Sumptum apparet ex opere Hesiodi, cui Titulus est, *ἄσπετος*. Dicitur autem de re pulcherrima & varijs ornamentis insigni.

Lex Africani.

DICITUR de re perplexa & obscura. Sumptum a Responsis Africani iuricons. difficilibus, Delium natorum efflagitantibus. Lex Africani est, ergo difficilis, in ore omnibus est ea ratiocinatio.

Ab aula recessit.

VITITUR Iulianus in c. Ne in arbitris C. de Arb. Si enim, inquit, vera consuetudo stipulationum, & subtilis, imò magis superuacua observatio ab aula concepit, cur non, &c. Dicitur de re, quæ amplius in usu non est. Metaphora sumpta ab emeritis Palatinis iudicibus.

Leuato velo de causa cognoscere.

SCHEMATE hoc utuntur Imp. in c. C. de naufragio lib. 11. De submersis, inquit, nauibus decernimus, ut leuato velo ista causa cognoscantur, hoc est, summatim. Eadem figura, quæ, de Plano cognoscere.

Mus in pera, &c.

HOC proverbium cum nonnullis alijs ab Innocentio Pontif. citatur in cap. Et si, de Iud. Iudei, inquit, nobis illam retributionem impendunt quam (iuxta vulgare proverbium) mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu suis consueverunt hospitibus exhibere. Enarrantur & alia in iur. Pontificio, Vno collurio, instar emporici omnibus morbis mederi, ca. Necesse, Dist. 29 facibus solem adiungere, c. Si omnia, 6. q. 1. quod de superuacaneis & absurdis dici consuevit. Frustratim lupo comedit agnum. 13. q. 1. cap. Ecclesiis, Simile est illud ab Iurisc. nostri sæculi exprobr. usurpation, Heret tanquam mus in pice, cum quis pendet ambiguus, incertusque quo se explicet.

Canis in eadem dormitat tegula.

INTERROGATVS Empedocles, teste Aristot. lib. Moral. 2 c. 11. cur nam semper in eadem canis dormiret tegula, respondit canem simile quid habere tegula, & proinde ob similitudinē eō tendere Vsurpatum hoc ab Aristot. proverbij loco, de ijs, quæ instinctu naturæ similiter erga similia affecta sunt. Adiungit & illud significantius, Graculus graculo assidet, semperq. Deus simile agit ad simile. Lusi. parerg. 3. 10. causam facit, quod xix. quid. sem. cretacea vasa serē habeant ca-

num & aliorum animalium effigies, ad quas tãquam vias accurrisse canes aliquando testatur Athen. 13.

Pauperi vitulus est castrum.

PRO eō, quod quisque suis quantumvis exundantibus fortunis, grauctur, hisce difficilibus temporibus. Suius enim morbus cuique difficillimus est, inquit alicubi Plinius. Nec hoc hac tempestate vsurpandum apud afflitos, quod dici solet, De minimis non curat pauper.

Spinofum aliquid in prato.

PROVERBIALITER hoc dixit Iulianus de Cœcep. Dig. §. 6. Quasi diceret in re pulcherrima & venustissima turpe quiddam esse immixtum, quod illam dignitatem ac speciem imminuat, ut si in prato viridij. mo & amantissimo spinæ & vepretula inessent, quæ in ambulantium pedes offenderent. Et hoc tamen pererrò, inquit, ne ex occasione huiusmodi lapsus oriatur aliquid in tali prato spinofum.

Non soli Atridæ vxores amant.

REFERT Ulpian. in c. 12. de adult. ex Homero: apud quem id ipsum respondit Achilles Pylxi, cum ab eodē rogaretur ut in castra, vnde causa Eryseidis sibi ab Agamemnone adempta abierat, redire vellet. Sexius Cecilius hoc dictum venustè transtulit ad eos, qui vxores quamvis iniustas habent, ut adulterij accusatio nō minus ipsis, quàm iis qui iustas vxores habent, permittatur.

Cratetis poetica.

Κεῖν τις πεινικὴν proverbiali conuitio egestas & mendicabulum dicitur teste Demetrio Phalereo Occasionem adagio dedit poematum Cratetis philosophi, quo manicam suam descripsit.

Troia non producit Thracem.

Ἀνὴρ δὲ τρεῖς ἑκατὶς ἔτι παρὰ τὸν Τροίαν, Treicium non Troia virum produxit vnquam. Significatur e degeneri prosapia haud nasci generosum pectus. Diverfa ratione dixit Flaccus: Nec imbellem feroces progeniant aquila columbæ: exstat apud Stephanum. Troiani ob luxum effeminati audierunt: at Thraces bell. cōsi semper: vnde Thracia Martis domicilium Manlio Antiocho fingitur.

Domi sue quilibet rex.

QUOTIES vulgò significamus nos, quæ volumus, libere, & inculpate in ædibus nostris, agere dicimus nos domi regnum possidere: eō respicit illud Homeri. *Ἄνδρα γὰρ οἷον ἀνδρὸς ἑσθλὸν ἡμῶν πῶς*. Nec ab eo abludit hoc Iuvenalis. Tu tibi liber homo, & regis conuiua videris. Transferrī potest ad animum. Artem enim, quam quis perfectè nouit, sine imperitorum reprehensione quiuis exercere potest. In suo opere auctor, nisi velit alterius limam, spongiam, stylum denique tolerare non debet.

Pro amphora vrceus.

HORATIVVS initio de arte poetica ex eadem planè fornace igneum illud adfert. Amphora caput Instituit corrente

surrente rota cur vrceus exit? qua prouerbiali locutione ingeniosè & aptè optimus sententiosè breuitatis magister secundum artis præceptum: aut, si malis primū præcepti appēdicem, & simul maioris lucis gratia adductam similitudinem conclusit. Præceperat, ut scripta præsertim magnifica partibus sibi suis, usq; belicè & aptè compositis constarent, & ut longa & multis aliisq; ambitiosa ornamenta ipsam rem principem obscurantia & deformantia fugerentur. Laudabat pictores, qui hoc vitium sua in arte studiosè cauercnt: Subijcit deinde, utrumque, poetam & pictorem, si aliter ficerint, nihil aliud quàm prodituros esse superbam suam inopiam & imperitiā: non secus atque illi, qui amphoram magnum & amplum vas meditati & aggressi, vrceum tandem, minimum & alia longè forma vasculum effingunt: & opus auspiciati, in opusculum monstruosè desinunt. Licebit commodè torquere in omnes eos, qui oneri suscepto impares succumbunt: item qui temerè ad aliena à re proposita aberrant. Vtitur eodem Hieronymus sæpius in epist.

Dum vitat humum, nubes & inania captat.

Ex eadem officina prodit illud, quo licebit ineptum scriptorem irridere, qui sermonem rei aut persone non accommodat, sed aut nimium abiectio & famulari oratione vitatur, ubi grandi & elata opus erat: aut contra.

Verum ita riores, ita commendare dicaces.

Conueniet Satyros, ita vertere seria ludo.

Ne, quicumque Deus, quicumque adhibebetur heros

Regali conspectus in auro nuper, & ostro,

Migret in obscuras humili sermone tabernas:

Aut, dum vitat humum, nubes & inania captet.

Castigat Hor. poetas, qui præter decorum dijs & heroibus tabernariorum & opificum orationē tribuunt: & contra opificibus magnificentiam verborum planè heroicam & celestem. Metaphoræ rationem nos natura docet: ut ab Icaro aut aliunde non opus sit cam arcessere. Non inueniunt idem quadrabit in eos qui nulla in re medium tenent: sed vñ plurimum in alteram partem peccant. Similiter, migrare in obscuras tabernas, non malè usurpabimus pro, abicere se & infimo hominum genere digna in se admittere.

Cinerem quærere.

VSYRPA TVR pro, esse abiectum, vile & sordidum. ab actione ut opinor, qua est inter cæteras abiectissimas mediastini functiones. Pyrgopol. laqueo Melpheidippe & Palæstrionis iam propè adstrictus: satin hæc quoque me deperit? Meam laudat speciem: adeo! huius sermones bandquaquam cinerem quæriant. P. A. Quo argumento? P. Y. Quia enim loquitur laute & minimè sordide. Tum ipsa nimium lepida nimisque nitida semina. Alij putant militem is verbis dicere, debere eorum sermonum perpetuam esse memoriam. sed sequentia non videntur satis hanc interpretationem admittere. Aliorum iudicium facio.

Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.

MONET Philto Lysitelem suum, ut, cum se semel ad bonam frugem recepisset, porrò pergeret. alioqui futurum ut totam rectè antea vitam una atque alte-

ra macula statim deturpet. à lignorum strue qua sub diuo posita si rara est aut exigua; lapsu pluuiæ ad imū usque fascem situ & putredine extabescit. Cicero Philipp. 14. Nec dispersis bustis humili sepultura crematos; sed coniectos publicis operibus, atque muneribus, eaq; extruptione, qua sit ad memoriam eternitatis a-ra virtutis.

Vtramque inflare tibiā.

Et ἐκ τῆς αὐλῆς αἰνῶν. In eos qui omnem mouent lapidē.

Aristid. de paraph. Simile, ἐκ χεῖρας διπλοῦς, saltare bifariam. Ibid. Et διπλοῦς χεῖρας bifariam pulsare. vide sup. 71. Item, μίτον δύοιν καὶ ἑκατόν, inter duas sedere. Idem Sicula 2.

Aggeram plura etiam diuersissima, sed modo quo ante, μίτον μὲν τὴν πόλιν, pro, eius negotij non sum planè rudis. Idem caprearum rupes. Claudian. extulit de regia crudelis & libidinosi principis. vide Suet. in Tiberio. Satyrion bibibisse, pro ad libidinem incitatum esse. Nota vis Satyrj herba, & etymon. Petron. tieme Gallica frigidior. intelligit eam, qua ad Septentriones vergit. Idē. In aquā hiantē ore desilire, pro, appetentem esse mortis. Senec. in Nat. quæst.

Ομῆρι καὶ δ' αὖτις, prandium serarum, cuius nemo sit particeps. Scaliger in Varr. ex Plutar.

Clypeum post vulnera sumere.

Nec hoc quidem relatum ab adagiorum scriptoribus absq; controuersia παροιμιώδως offendi. Dicitur autem de intēpe liuo auxilio, & præsidio. Ouid. de Tristib. 1. 3.

Et quamquam serò clypeum post vulnera sumo.

Attamen hanc odiis exonerare fugam,

Conuenit huic Diogenianum illud, Post bellum, machi uas. Quo longius trabetur, eò erit venustior eius usus. Ad externa: Hic homo incipit esse parcior frugaliorque iam consumptis opibus: clypeum post vulnera, ut aiunt. Ad corpus: Assidua καὶ συνεχὴς effectum & enervatum corpus iam continentiam meditatur, clypeum nempe post vulnera. Ad animum: Hic filium suum peruersa animi natura & improborum societate perditum ad probam frugem videtur recepturus vereor ne post vulnera, quod aiunt, clypeumumat.

Vulpes pilum mutat, non mores.

RESIPERE adagium videtur illa senis bubulci sententia qua apud Suet. Vespasianus Cæsar perstrictus est, qui negata sibi gratuita libertate, quam imperium adeptum suppliciter orauerat, proclamauerit: Vulpem pilum mutare, non mores. Sensus est titulis dignitatum & amplissimis fortunæ muneribus corporis, non animi sordes tolli in veteratore & auaro homine: fortunam improbis & subdolis splendorem & nitorem corporis conferre, non abstergere animi illuuiem, ingenique sordes: exuere hominem callidum pannis, nō item vitijs: Vel senectutem addere annos, non etiam virtutes.

Huic illud simile est, Lupus pilum mutat, non mētem. Hodie Flandrijs trita sunt. Lupus non emendatur senio. Et, Vulpes ætate fit astutior, non etiam melior.

O cyma cantare.

SATYROGRAPHVS ille disertissimus (sic enim à D. Hieronymo laudatur) qui teste Fabio, multum re-

re, gloria affectus est unico libello: lepidissimi
ad. p. e. proverbiali, Ocyra cantare pro probriis,
conuictis que adpergere, & maledictis insectari dixit
saty. 4. ubi, cum genus & formam tanquam eximias
naturæ dotes instanter Alcibiades efferret, alioqui te-
neræ ætatis imbecillitate ad Rempublicam gerendam
parum idoneus, præsertim rerum usu destitutus & ve-
ri reflecti, sordidus auctor: Socrates eodem loco nihilo
meliozem facit Pannucia, diu scintillum socor-
demque vernam maledictis grauiter impetente.

Dinomaches ego sum, suffla, sum candidus: esto,

Dum ne deterius sapiat Pannuccia Baucis,

Cum bene discincto cantauerit ocyma vernæ.

Sensus est, lacta quantum vis, natales claros, egre-
giamque corporis pulchritudinem si ingenium sordidum
sit: & prudentia rerumque solertia absit: nihilo melio-
res vinosa & suffarcinata aliqua anu, ætate & vino
delirante (talis enim inducitur Baucis) quæ probe de-
fricat conuictis socordem & dissolutum feruorem domi-
natum. Ducta est allegoria à veterum more inter seren-
dum ocymum usurpato: quod teste Plutarcho & Pli-
nio, li. 19. cap. 7. creditum est provenire copiosius &
felicius, si maledictis additis sereretur. Eodem planè
sensu, eademque figura proverbiali possumus dicere, Cu-
minum serere: quod etiam auctor est Plinius, cum im-
precatione ne exeat, postquam satum fuerit, terra ad-
eclat: paucitur.

Gratiis lita.

NON potuit festinius aut magis proverbialiter dici-
quam est à Platone Atheniensi philosopho dictum ad
Xenocratem discipulum suum, qui semper teste Lae-
rio lib. 4. tetrico vultu & seверо habitu incedebat, nul-
la animi hilaritate ostensa, nulla oris facetia, frontif-
que nitore tristem severitatem mitigante ac temperan-
te. Volens igitur Plato seueri grauisque ac vultuosi,
ac proinde molesti hominis mores comi quodam blan-
deq. festiuo habitus genere componi ornatis, illum
dum τὸν χεῖρον insit, quod Gratiæ inducantur semper
à Poetis. liberali oris effigie, & ridenti facie solutif-
que zonis. Et de inhumano ac barbaro: Nunquam ille
Gratiis litauit.

Sicula aula.

IUVENALIS traducens seuitiam matronarum Romæ
in seruos ancillasq. mira libidine animi ad quamvis oc-
casionem iniquè & crudeliter verbis & verberibus
debaebantium, earum domum translatione prouer-
biali Siculam aulam vocat. Aluit enim Sicilia prisca
seculis plurimos tyrannos miserabiliter in humana cor-
pora pro libidine grassantes, ut Phalariden, Dionysi-

um, & id genus monstra exitialia. Carmen Iuuenalis
ex sat. 6. hoc est.

Et cecidit, donec lassis cedentibus, exi,

Intonat horrendum, iam cognitione peracta,

Profectura domo Sicula non mitior aula.

Aptissime utemur de civitate, vel domo iniqui crude-
lisque principis satis superbe & insolenter omnia pro im-
perio gerentis, bonosq. capite, & fortunis oppugnan-
tis, ubi, ut canit Ovidius,

Victa pugnaci iura sub ense iacent.

Commodè etiam dicitur, de schola plagiis alicuius
magistrelli seuitia & inscitia sarentis, qualem puer co-
go cognoui cuiusdam re & nomine Scythæ, planeq.
Scythæ: cuius schola non lenius personabat verberum
stridore Sicula aula Phalaridis, aut Dionysiorum. Et
que adeo suæ erat homini ciuitati puerorum vo-
ces audire, & longissimo temporis spatio casorum la-
chrymis ac gemitu miserabili nasci. Nomen tacchitur,
terra a quisque obruendum, vulcanusq. sacrandum. Fa-
cta est Diogenis χεῖρον & proxima proverbio, de
gymnasio Euclidis, εὐκλείδου γυμνασίῳ. Et platonis la-
dum, non δὲ τὸν χεῖρον, ἀλλὰ καὶ τὸν καλὸν appellantis.

Alcinoo poma dare.

MERETI proverbiale est illud Martialis poeta facetissimi
pariter & lepidissimi, quod οὐχ ἑστὶν eius iniquè sua-
dis sodalis αὐτὸν satyr. 5. Alcinoo poma dare. Quæ
do tenuis rei vel facultatum homo magis opibus aban-
danti, eiusq. quod datur largissime diuiti inuoluit ali-
quod munus, offert dedicatq. Vel cum tenuioris eru-
ditionis vir summo excellentiq. ingenio viro, summaq.
doctrina nobili ingenii aliquod leuidentia, ut ait Cice-
ro, nunciusculum nuncupat: quod nec sic festiuit conue-
nit. Martialis lib. 7. ad Castricium modo quo exposui-
mus utitur: cuius hæc sunt verba.

Muneribus cupiat si quis contendere tecum,

Audeat hic etiam, Caltrice, carminibus.

Nos tenues utroque sumus, vinctiq. parati:

Inde sopor nobis, & placet alta quies.

Tam mala car igitur dederim tibi carmina, queris?

Alcinoo nullum poma dedisse putas?

Iuuenalis satyr. 5. taxans Trebium amicum, qui se pa-
rasitum Virroni cupiam opulento exhibebat, omni co-
tumeliarum genere quotidianisq. probriis à diuite illo
vexatus, ad prouerbium superius alludit carminibus
quæ subijciam: etsi poma Alcinoo de sapore & gustu
suauibus & delicatissimis, specie pro genere utendo,
licebit dicere etiam proverbiali colore:

Virro sibi & reliquis Virronibus illa iubebit

Poma dari, quarum solo pascaris odore,

Qualia perpetuus Phæacum autemmnus habebat.

Alcinoo pometum (sic enim Tertullianus loquitur)
graphice describit Homerus Odyss.

F I N I S.



FLORENTIÆ
Ex Officina Iuntarum.

M. D. LXXIIII.

CVM LICENTIA SUPERIORVM.

1. 20 4
 2. 10 11
 3. 10 11
 4. 10 11

INDEX PROVERBIORUM

ahencus	306	allia & fabas ne edas	1016	amor Caunius	823	antiopæ luctus	874
aiacis risus	306	allium in retibus	1154	amor ex aspectu nascitur	111	antiquior Codro	1061
a ianua aberrare	256	allij caput	964	a mortuo tributū exiget	370	antiquiora chao	704
alabanda fortunatiss.	483	allium olfacere	605	amphictyonum cōseilus	994	antiquiora diphthera loque	
alabastrus vnguētū putet	172	aloes plusquam mellis habet		amphidroniam agis	1044	ris	103
a lare ordiri	276	355		ampullacea	1225	antiquiores Crono & Titas	
alas addere	1196	alphapenulatorum	573	amulsi applica lapidem non	608	704.843	
a lasso rixa quaeritur	262	altera manu fert aquam, alte-		contra	233	antiquis debetur ueneratio	
alba auis	500	ra ignem	1095	amulsi alba	367	997	
albæ gallinæ filius	63	altera manu fert lapidem, al-		amylas perdidit silentiū	534	antronius asinus	618
alba faba	217	tera panē ostentat	339	amylis insanit	56	anulum habeo	639
alba felicia	ibidem	altera scabit caput, altera te-		anagyrim commoues	1023	anulus aureus in naribus suis	
albo retere aliena captant bo-	952	rit malam	340	a Naunaco	873	296	
na	284	alter Hercules	1056	anaxyrda ostentare	1120	Medium annulum traharis	
album & nigrum nouit	217	alter lanus	460	ancilla semel, numquam he-	982	oportet	369
album calculum addere	829	alterū pedem in cymba Cha-		ra	138	a nuptiis pura	726
album panē pinso tibi	284	rontis habere	1243	ancipitis animi	1194	anus bacchatur	369
albus an ater sis nescio	578.1250	altius Oromedonte	831	ancora domus	635	anus cothouillat	375
alcinoi apologus	508	a lupi uenatu	1116	ancora non uulgari nitendū	1022	anus eriphus	695
alcinoi mentia	169	alybantis hospitis munera	683	1060	635	anus hircillans	369
alea extrema	476	1021		ancora rupta	635	anus saltat	695
aleam omnem iacere	987	amara azeliam reperit	561	ancora iactum præuertit de-	33	anus simia fero quidem	603
ale luporum catulos	317	amantes sibi somnia fingūt	805	us	1177	anus subsultans multum exci	
Aliam ætatē alia decent	903	amantium iræ	751	ancoris duab. niti bonū	927	at pulueris	696
Alia committenda, alia cælan	564	amare & sapere uix deo con-		ancoras tollere	186	anus uelut equus profundam	
da	207	ceditur	514	ancoris duabus sultus	787	habebis fossam ibidem	
Alia æstare, alia hyeme	786	amas te ipsum, ideo nullus ti-		androcides in seditione dux	995	anus unguento ne utare ibi.	
alia dantur, alia negātur	1026	bi amicus	751	angerōia Volupis comes	992	apage hospitem in tempesta-	
alia aliorū inuentiones	369	ama tan quam osurus, oderis	467	angina ui naria	922	te	639
alia aliorū inuentiones	616	tamquam amaturus	456	anguillam captare	766	a patella rapere	253
alia aliorū inuentiones	207	amazonum cantilena	372	anguillam cauda tenes	1198	ad aputuria profectus	869
alia Lacon, alia asinus portat	786	ambabus manibus haurire	372	angustior scytala laconica	952	aperire ianuam	160
517	786	ambobus pedibus fugere	255	484	992	aperte, simpliciterq. loqui	
aliam quercū excute	1026	ambones	1177	angustum & latum	952	apertis tibiis	236
alia Menecles, alia porcellus	369	ambrosia alendus	807	angularū deliramenta	560	aperte loqui	974
loquitur	616	ameles angulus	711	anima & uita	409	apes primum abigendæ	120
alia res, sceptrum, alia res ple-	207	ambulatio iuxta mare	114	animam debet	498	apes apum similes	197
ctrum	207	amens consultor	855	animo quicquid statueris nō	488	aphya in ignem	
alia vita, alia dixta	207	amens longus	874	eueniet	696	apliarum honos ibi. &	
alia voce pfitacus, alia cotur-	538	amici mores noueris non o-		animus abiicit	542	apicem ponere	
nix loquitur	172	deris	628	animus bon⁹ in re mala	429	ne inter apia quidē sunt	
Aliena iacis	501	amici procul agentes, nō sunt	1016	animus est in cornis	302	apinæ, Tricæ	97
aliena infania frui optimum	976	amici	559	animus heptaborus	1016	apio mollior, aut mitior	302
538	976	amicitia æqualitas	16	animus in auribus	766	apio opus est	
alienam metis messēm	975	amicitia quæ desit, numquā		animus in pedes decidit	357	a pitibus abstinet	26
alieno choro pedem inferre	538	uera fuit	557	animus mulieris	922	apis hospitem, Siren amicum	
501	1199	amicitia stabilium, felicitas	425.1007	annacum plorare	697	nunciat	694
alieno auxilio potentes	792	temperantium	556	annas clibanum	1007	apollo quid tibi cecinit	696
alieno feror præsidio	792	amicitias immortales esse o-		annofa uulpes haud capitur	407	apologus alcinoi	578.1250
alieno periculo cautus	792	portet	1112	laqueo	1041	apros immittere fontib.	926
alienis uti soleis	792	amicitiæ personam	948	annofam arborem transplan-	173	1041	
alienos rigas agros tuis sitien-	207	amicorum communia om-		tare	958	apta prouincia	984
tibus	828	nia	15	anno senior fio	868	apud aram consultare	
alienum arare fundum	980	amicorum est admonere mu-		annus olibanum	49	apud campanos plus unguen	
alij sementem faciūt, alij me-	397	tuum	978	annus producit, non ager	498	ti, quam cæteris olei	
tent	267	amico amicus	227	annus superior semper me-	1212	apud equum & uirginē	
aliis lingua, aliis dentes	609.1083	amico Hercule	62	lior	909	apud simū odorum uaporem	
aliis prospiciens, nō sibi	1211	amico oportuno homini ni-		antam quærere, & consimiles	177	spargis	
a limine salutare	42	hil amicus	1031	metaphoræ	1194	apud matrem manere	
a linea incipere	471	amicos multos habet felici-	887	ante barbā doces senes	839	apud mensam uerecundari	
aliorum medicus, ipse hulce-	358	tas	18	antehæ putabā te habere cor	1237	non decet	
ribus scates	979	amicos necito pares	919	nua	840	apud nouercam queri	1118
alios tragædos prouocat	668	amicos tragædos æmulatur	457	antelentem augere ollā	808	a puro pura defluit aqua	831
1211	979	amicus nemo cogendus	977	ante mitteria discedere	191	aqua hæret	
aliquid mali propter uicinū	996	amicus neque nullis neque	919	ante pedes	630	aquam bibens, nihil boni pa-	
malum	850	multis	850	ante pilos sapit	858	rias	
aliquo numero esse	814	amicus salute tenus	16	antequam incipias consulto	181	aquam ē pumice postul	181
aliter catuli longe olent, ali-	1107	amicus usque ad aras	1107	555	1074	aquam igni miscere	
ter fues	828	amicus alter ipse	16	ante tubam trepidas	179	aquā inaniter consumis	
aliter cum aliis agendū	828	amicus certus in re incerta	1107	ante uictoriam encomium es	311	aquam in mare ferre	
aliud cura	516	cernitur	1107	nus	463	aquā in mortario tudere	
aliud genus remi	850	amicus magis necessarius	512	anteuorta & Postuorta	1201	aqua optima	
aliud noctua sonat, aliud cor	84	quam ignis & aqua	512	anthericum metere	828	aqua præterfluit	
nix	84	amicū cuitare	518	anticyras nauiget	441	aqua strangulat fauces	
aliud septrum, aliud plectrū				antidotum ante uenenum	563	aquilæ columbam non gi-	
516				1075	gnunt	aquila	
aliud stans aliud sedens							
alius aliis in rebus præstan-							
tior							

PER ORDINEM ALPHABETI.

aquila in nubibus	373	ars, portus miseriz	500	atrax non soli amant uxor	417
aquila cornu pronocat	842	artem quous alit terra	300	aut bibat aut abeat	417
aquila muscas nō capiat	828	artem quam quisq. norit in	300	aut cucurbita florem, aut cu	676
aquilam uolare doces	186	hac se ex.	515	curbitam	676
aquilam testudo uincit	316	artibus suis capi.	53	aut iple fuisse, aut tui simili	987
aquila thripis aspiciens	393	artilex probus probz mate	913	nus	987
aquila deus querit	952	tie	913	aut manenti uincendum, aut	888
aquila tenecta	389	a sacris abstinele manus	990	moriendum	888
aquila sancta, Corydi iuuet		a sartagine rapere	251	aut minime aut iuctidissime	157
ibidem		alioce ad extremum scientia	920	aut minus animi, aut plus po	1055
aquila noctu copas	373	a sexaginta uiris uenio	1151	tentia	1055
a quinq. seopulis delire in		alim caput neiaues nitro	846	aut morere aut occide	655
fluctas	828	alim cauda	1049	aut mortuus est aut docet li-	420
arabius tibicen	299	alim lana	182	aut piscē olet, aut florē	1111
arabum gazar	274	alim man libula	847	aut regem aut satuum nasci	117
ara neq. nec fidem habet	955	alim mores	827	oportere	117
a radicebus	596	alino fabulam	1160	aut terra aut mari	1223
araneorum telas texere	174	alinos non euro	1065	aut ter sex, aut ues reserz	552
araneas eucere	1073	alino ossa das, cani paleas	889	auxilium post bellum	914
arare litus	175	alium in rupes protrudere	1031	azanea mala	632
atra arationem, citraq. semen	229	alium tondes	182		
arator nisi incuruus prauari	1126	alium sub freno currere do-	172		
catur	675	ces	170		
aratro iacularis	696	alimus a libram	1024		
arbelas profectus fies	804	alimus ad tibiam	289		
arbore deiecla quiuis ligna	711	alimus apud Cumanos	1229		
colligit	381	alimus alino pulcher	954		
arbores cadunt post folia	828	alimus auris	1089		
arbor e fructu cognosc.	843	alimus auriculas mouens	366		
arcadas iuuat	843	alimus balnearis	827		
arcadam me postulas	1003	si uel alius canem mordet,	615		
arcadium germen	1129	litum mouebit	213		
arcantum celat	844	alimus complantur	615		
arcem ex cloaca facere	504	alimus cluricus fustem negli-	147		
arcenilamitum bellum	504	git	213		
archilochia edicta	1249	alimus in unguento	614		
archilochi melos	504	alimus in paleas	485		
archilochi patria	1008	alimus in pelle leonis	897		
archilochum teris	1129	alimus inter apes	998		
archimedes nō posset melius	674	alimus inter apes	998		
describere	18	alimus in ropem	460		
archite crepitaculum	1123	alimus myrtora portans	998		
archu anulum ne gestato	769	alimus selet	1116		
arcus tenuis tum puitur	879	alimus stram. manult	1060		
ardens uetis	381	alimus aurum	832		
a remo ad tribunal	1219	a fidente camelo	948		
areopagus	243	a paragi	998		
areopagus taciturnior	293	a pendius citharodus	827		
argas	1154	aspera uita, sed silubris	803		
argentangiam patitur	674	asperitilla quana	1116		
argenteis haitis pugnare	1154	aspidis morius	1060		
argenteus puteus	1240	aspidis telum	832		
argentum accepi, imperium	528	a pisa uipera	832		
ueniendi	675	a itatus tributum exigere	1060		
argenti fontes	864	astutus coccyce	679		
argi collis	1011	alt ydamus scriptum laudat,	478		
argia calumnia	336	679	832		
argui fures	1011	allam farinam concupiuit	289		
arguo clypeo dignus	704	a subeunte portum nau	309		
arguos uides	227	atclite	464		
arguum clypeū detraxit	929	a teneris unguibus	345		
argum fallere	626	atheniensem athenis laudare	1025		
aries cornibus lasciuies	528	haud difficile	1085		
aries nutritionis mercede	1149	atheniensium inconsulta te	832		
peroluit	220	meritis	57		
arictem emittit	1188	atheniensis probus, egregie	1068		
arictis ministerium	318	probus	687		
aristarchus scriptorum	1151	athon			
aristylli more	976	athos celat latera Lemnia bo			
aristophanis & Cleantis lu	993	uis			
cerna	999	atlas caelum			
arrepta candela		atraxaxis mendax			
arripe negocium		atrci oculi			
arripenda quæ offeruntur					
993					
arrogantia non ferenda					
999					

INDEX PROVERBIORUM

Borea cessante	867	carco cum speculo nihil	960	gare	1217	nescit	663
Bos ad ceronia	178	Carcum infomnium	1065	canem excoriatam excoriare		cappa duplex	929
Bos ad lyram	170	carcum testimonium	341	547		cappa tria pessima	928
Bos alien ⁹ subinde foras pro-		carcus auribus & mente	ibid.	canens uitæ palmum	1045	capra ad festum	1004
spec.	420	carcus caro dux	343	canē peius & angue odit	735	capræ liberæ ab aratro	754
Bos ad præsepe	453	carcus dux	855	canere ad myrtum	635	capram cœlestem orientem	
Bos aduersus seipsum puluc-		cælebs est, qui nou litigat		canere intus	450	conspexerunt	1004
rem	621	1045		canere sibi	906	capra cœlestis	239
Bos apud aceruum	826	carnare me doce	900	canē Tellenis	632	capra contra sefe cornua	57
Bos consenscit	866	carnæ deorum	807	canere bellicum	908	capra gladium	54
Bos cyprius	431	carnus inuulnerabilis	867	canere de Telamone	864	capram portare non possum,	
Bos expecta aliquando herbâ		carni haita	1032	canere receptui	ibidem.	& imponitis bouem	689
825		inter casa & porrecta	144	canes ueteres non temere la-		uel capra mordeat nocentem	
Bos ephippia optat	273	casum ac punctum	167	trant	122	366	
Bos Homolottorum	826	caius caia	106	canes timidi uehementius la-		capra nondum peperit, hæ-	
Bos in ciuitate	865	calabri hospitii xenia	930	trant	972	dus autem ludit in rectis	
Bos in lingua	293	calauriam pro deo	1060	canes uenatici	1209	632	
Bos in quadra argentea	1150	calcar addere currenti	100	canibus agnos obicere	738	caprarius in æstu	659
Bos in stabulo	1150	calcar tollere	493	cani das paleas, asino ossa	889	capra Scyria	408
Bos in stabulo lenex	454	calceus non tollit podagram		canina facundia	579	caprea contra leonem	594
Bos inuincula	681	1096		caninam pellem rodere	594	captantes capti sumus	407
Bos lassus fortius figit pedem		calceum eundem omni pedi		caninum prandium	414	caput artis decere quod facias	
51		inducere	1091	canis	1007	1106	
Bos lente aut placide	441	calceus maior ped.	611	canis ad cibum	1150	caput in trunco	766
Bos marinus	1150	calciamenta portare	235	canis circum intestina	575	caput sine lingua	426
Bos porrecto ultra Taygeton		calculo mordere	957	canis digna pabulo	631	caput scabere, & consimilia	
capite	1049	calculis omnium	221	canis digna sede	ibidem	931	
Bos senex non lugetur	723	calculis utrinque ponere	218	ut canis e Nilo	395	caput tertium	970
Bos septimus	421	calculum reducere	218	canis festinans cæcos parit ca		caput uacuum cerebro	870
Bos sub iugum	653	calere in frigidis	613	tulos	494	carbone notare	217
Botrus oppositus bot. matu-		calicum remiges	1161	canis in præsepi	406	carcini poemata	819
relc.	825	calidam ueruti partem	657	canis in uincula	681	carcini strobili	ibidem
Bouem in faucib. portat	528	calidis balneis teneri	797	canē intestina gustasse	575	carcinus quoque in rebus de	
Bouem si nequeas, asinum		calidum & frigidum ex eodē		canis lapidem mordens	414.	speratis	519
agas	694	orecf.	340	1042		cardo rei	35
Bouem uolentē ducito	1019	calidum mendacium	1122	canis masculi infinita cubi-		cares	244
Boues meos numquam abe-		calidum plus satis	613	lia	749	in care periculum	244
gerunt nec equos	689	calidum prandium comedi-		canis mendico auxilians		cares ite foras	108
Boues solidi e elibano	784	si	54	canis panes somnians	1007	carizare cum care	89
Boues e elibano	1110	caliga Maximini	35	canis peccatum sus dependit		carico more	1147
Boue toto deuorato, in cauda		caligare in sole	621	861		carica mula	359
854		callix deluunt pennæ	1170	canis per Phratrores	930	carica saltatio	ibidem
Bouis in tercore defecit	881	callidum esse æquum est ad		canis podicem inspicere	495.	caricum sepulchrum	1057
Boues mæsis tempus expe-		suum quenq. quæstū	952	1041		carica uictima	819
ctantes	825	callicyris plures	819	canis reuersus ad uomitum		caricum uinum	1138
Boue uenari & similia	1087	Callipides	261	889		caricus hircus	931
Boui elitellas	741	callipygos	1155	canis scruens in lapidē	1042	carne ipse delphis immolata	
Brachas ostendere	873	calliphanes	1019	canis tamquam delum nauis		uescitur	759
Brasidas quidē uir bonus	865	callum ducere	791	gans	823	carpathius leporem	473
Brasiam iurare	640	calumnia Argiua	864	canistrum canistrum uocat		carpet citius aliquis quam	
Britannica mensa	506	Caluum uellis	703	526		imitabitur	517
Bubo canit lusciniæ	1078	caluus comatus	616	canis uindictam	307	caseus calcam ducit	106
in Buccam quicquid uenerit		caluus quum sis	1153	canis uiuēs e Magdalia	1017	caseum habens non eget ob-	
226		Camarinam mouere	561	cannæ res siue more	697	sonio	880
Buccas inflare	904	Camerine loqui	1129	cantharo astutior	823	casta nuce non emam	334
Budoro more	823	camelus desiderans cornua,		cantherium in fossa	248	casta glande	1239
Bulbos quarit	871	etiam aures perdidit	888	cantherius in porta	228	castes rodere	896
Bulbus nihil profuerit	1046	camelus saltat	681	cantilenam eandem canis		castioticus nodus	608
Bullata nugæ	931	camelus uel scabiosa complu-		621		catastrophe fabulæ	93
Bunas iudex est	653	rium asinorum gestat one-		cantionem Lityersam canis		catella Melitæa	854
Butubata	334	ra	389	877		Catone hoc contenti sumus	
Buthus obambulat	652	Campana superbia	1179	cantionem Telamonis canit		1219	
Byzeni libertas	1039	canalicolæ	959	864		catinus malorum	626
C		Cancellis circumscribere	921	cantis hæsitantia tussis		catena negotiorum	225
Aballus arare optat		cancer leporem capit	594	731		catenati labores	751
273		canceri nunquam recte ingre-		cape nihil, & serua bene		catulæ dominas imitantes	634
Cadaver uiuum	567	dientur	956	1157		catulus Leonē adlatrās	357
Cadere causâ, formula.	1257	cancros lepori comparas	362	capere desertam	229	cauam Arabiam terere	461
Cadere in cursu	1263	cancerum ingredi doces	972	capere ciuitatem.	1114	cauda blandiri	1020
Cadmea uictoria	701	candidati eloquentiæ	371	capere crines	1224	cauda de uulpe testatur	380
Cæca dies, & oculata	341	candidorum uirorum nulla		capillis trahere	1215	caudæ pilos equinæ paulatim	
Cæcæ diuitiæ	324	utilitas	917	capillus quoque umbram suâ		uellere	365
cæca speculatio	344	candidum linum luci caus-		894		caudam nigram habentian	7
cæcias nubes attrahens	222	sa ducis	829	capite admoto	1095	gusta	17
cæcior Leberide	142	canem alens externum præ-		capite ne quid suas	796	cauda tenes anguillam	186
cæcias spirat	1198	ter linum nil habet	847	capite gestare	1152	cauendum ab eo, qui semel	
cæci præscriptio	1165	canem agnitis lactibus alli-		capitis & inguinis discrimen		impoluit	978

cauendum

PER ORDINEM ALPHABETI.

Cauendum a potentiore	977	chius risus	226	claudus optime uirum agit	comœdiæ ueteris licetia	310	
Cauenda pœna mali in tem-		chlaumata omnia	732	732	comœdice	1065	
pore	992	chœnici ne infideas	17	claudus sutor	817	commouere sacra	1210
Cauentis clancularias infidi-		chordæ vice	856	clauē findere ligna, & securi	655	communis Mercurius	474
as	974	chordas non mouendas	mo-	fores aperire	256	commune naufragium	1058
Cauethoracem	586	uere	299	clauis duobus figere	598	communis tamquam Sisypho	1178
Cauuus amor	823	choreæ Ionicæ	225	clauo purior	385	compedes aureæ	576
Causa cadere	1257	choro alieno pedem	501	clauus Trabalis	77	compendiaria res improbi-	
Caute loquacior	922	chorus maior & concinen-		clauum clauo pellerē	789	tas	834
Cautus enim metuit &c.		tior	252	clauum rectum tenere	318	complura masculi canis cubi	
1035		a chytropode cibum	250	cleantis lucerna	36	lia	749
Cecidis & Buphoniorum		cibo opus duraturus in labo-	986	cleomatis Aegyptia	1066	compressis manibus	449
1082		re	21	cleon Prometheus	158	concha dignus	815
Cedro digna	1025	cibum in matellam ne im-	1024	climacides	1084	cōciliant hominē mala	466
Cedendum multitudini	991	mittas	197	clithene intemperantior	817	concinere	1197
Celei supellex	1225	cibum est flamma petere	87	clithenem uideo	817	concordia fulciuntur opes et	
Celeritas in desiderio mora		cicada Acanthia	358	clypeus siquis iuxta ciuitatē	1022	exigua	979
est	709	cicada cicadæ chara, formica	378	cnips in loco	815	conna calculus	491
celeritas in malis optima		formicæ	401	coalemo liba	1198	conon curabit prælia	840
1251		cicadæ apem comparas	1248	coccyce astutior	1060	conos artoxya	1029
Celerius quam Butes	658	cicadam ala corripuisti	860	coelebre expers litium	491	conscientia mille testes	430
Celuis in ferro	819	cicada stridet	893	cœlo ac terræ loqui	1091	consilium improbi, in extre-	
Cenare me doce	900	cicada uocalior	645	cœlo delapsus	199	mum incidit malum	818
Celtica audacia	151	cicadæ humi canent	818	cœlum capite perfringere	172	consilia inania inanum	894
Censoria virgula	220.1183	cicadis pleni	602	cœlum digito contingere	815	consilij & cursus non idem	
Censura dat veniam coruīs		ciceris emptor	700	cœlum terræ miscere	700	exitus	497
vexat columbas	904	cicernus Bacchus	274	cœlum territat	1045	consiliis simul & facto ualens	
Cetautis mens non inest	747	cilicij Imperatores	1045	cœna popularis	228	998	
Centones facere	589	cilicium exitium	228	cœnare me doce	362	consilium in melius commu-	
Centro & spacio circumscri-		cillicon bona	568	cœno puram aquam turbans	568	tatum	983
pta	1168	calix haud facile uerum dici	1045	numquam inuenies potū	211	consilium ne adeas inuoca-	
Centū plaustrī trabes	1073	788	1045	potū	211	tus	114
Cepas edere aut olfac.	822	cimbicum	442	conuicio locum dare	161	consputare	731
Cepe tantum sumpseris, iam		cimmeriæ tenebræ	640	conuiuia non conuiuia	993	consulere amens	894
vixeris	910	cinædo mollior	302	copiæ cornu	238	consilium res sacra	457
Cepis iisdem vesci		cinclus	513	contra bouem ne opta	740	consulendum, & consiliis pa-	
æpis puridi nulli usus	833	cinerem uitans in prunis	1069	re difficile	211	rendum	975
æpphus parturit	494	cidit	854	contrahere supercilium	904	contentionis filium	855
æram auribus obdis	1058	cinnari bonorū direptio	726	contrahere uela	1240	contigit & malis uenatio	600
æris rubris notare	210	cinyra opes	800	contra ostium	1084	conto nauigare	815
æra tractabilior	820	circa cleplidra animus	490	contra retiarium ferula	622	cōtorquet piger funiculū	182
cercopisare	672	circeo poculo	1208	contra stimulum calces	139	contra torrentem niti	814
cercopum cœtus	671	circes uirga	340	contribulis factus serua ordi-	1052	nem	
cercyrea scutica	494	circulum absoluerē	657	conuicio locum dare	161		
cerealis cœna	821	circulus res mortalium	314	conuiuia non conuiuia	993		
cerebro uacuum caput	870	circutondere comam	216	copiæ nostris	247		
cereri sacrificant	1030	citeria	675.1188	coquinariis uerbis	1197		
cerite æra dignus	426	cistamis eous	819	corchorus inter olera	294		
certamen non accipit excusa-		cithara canere non didi.	492	cor calidū in re frigida	1254		
tiones	852	cithara incitat ad bellū	1169	coreyra libera, caca ubi libet			
certissima paupertas	1124	citis quadrigis	167				
ceruinus uir	672	citius quam formicæ papa-	1235				
cerula miniatula	220	uer	1191				
ceruus canes trahit	1078	citius quam asparagi coquū-	948				
cescon habitas	656	tur	948				
cestreus ieiunat	129	citius in nauicadens a ligno	530				
cestum habet Veneris	819	exciderit	1107				
cherephonis similis	743	citius Teleg. donarim	441				
chalcēterus	1143	cito sapientes non tuto sapi-	1184				
chalcidica uxor	760	unt	229				
chalcidiflare	822	citra arationem, citra semen-	1046				
chamæleon de suo corio ludit		tem	921				
518		citra puluerem	906				
chamæleonte mutab.	861	citra uirum temulentia	1071				
hao antiquiora	704	ciuitas non ciuitas	237				
haradrium imitans	1174	ciuitates ludimus	1023				
haretis pollicitationes	656	clamosior lauro ardente	158				
charybdis vitans in Scyllam		clancularias infidias cauen-					
incidit	193	tis	974				
charybdis	957	clasicum canere	908				
charmione & Naxca	918	clauam extorquere Herculi	167				
charontis ianua	698	1035	278				
chimæra	1242	claudiana tonitrua	817				
chironium uulnus	697	claudicare utroque	850				
chius	1045	claudi more tenere pilā	817				
chius ad eoum	681	claudio uicinus discēs claudi-	423				
chius domium emit	560.	care					

INDEX PROVERBIORUM

Cretenſis mare	89	cum larvis luſtari	102	Calathum Sycaminorum in	computatorum digiti	1418
Cretenſes ſacrum	802	cum licet fugere, ne quarrel-	tem	malis habere	conando Græci Troia potui	1418
Cribrum aquam haurire	176	cum minerua manum quoq;	881	Calcei Sicyonii	ſunt	1446
Cribrum crebrius	1226	cum mone	246	Calcedas tibi ipſi edicito	conchas legere	1415
Cribrum diuinare	404	cum mula pepererit	230	Camelus pyrrhichicam didi-	conclamare uafa	1428
Crines capere	224	cum muſis	929	cerit	condere ſub pallio	1433
Criſonem Himeræum præ-	1173	cum naufragium feci, bene	739	campas dictis abigi	coſcientia crimē prodit	1437
currere	357	cum naufragium feci, bene	739	canibus oſſa prodo	conſeſcere ad Sirenum ſco-	1428
Criſtas detrahere	676	cum nūbas coccyſſauerit	847	canina victitās, cynocephalū	pulos	1428
Crobyli iugum	589	cum paruula eit, bona vide	855	oppugnans	corinthia uerba Ethionica	1269
Crocodyli lachrymæ	274	turſpina	1370	canis clanculum mordens	corticem ne quidem dederit	1351
Cræſo ditior	1226	cum plurimum laborauerit	1449	canis in eadem dormitat te-	cher	1404
Cræſi pecuniarum teruntium ad-	704	mus, eodem in ſtatu ſum?	1406	gula	coſe, conſilium.	1300
dere	992	cum principe non pugnādū	714	canis quā facile exta edit	cothurni tragici ſtrepitus	1322
Crono & Titanib. antiquio-	581	cum puluiſculo	1241	canis talis qualis hera.	cothurnus cum claua quid	1377
res	582	cum ramento	1130	canit formice ſemitam	conueniunt?	1377
Crotoni cōparatæ ciuitates	582	cum ſacco adire	1128	cantilena ex Scholis	coturnicis naturam inducere	1270
1007	582	cum ſarcinis enatare	1321	capra cinnamomum	coturnicū animus	1310
Crotone ſalubrius	870	cum ſarcinis enatare	1260	caprarum nemina	cræuia bina gerit	1287
Crotoniatarum poſtremus re-	699	cum ſarcinis enatare	1166	capræ anniculæ pera	cras cerdo, hodie nihil	1404
liquorum Græcorum pri-	699	cum ſarcinis enatare	200	caprarius nunc, ante	crateri Lagenam nunquam	1448
mus	569	cum ſarcinis enatare	115	cus	imponere	1448
Crudelis Bacchus	415	cum ſarcinis enatare	1035	caracallæ nummi	crateris poetica	1450
Crumena nobilis	1125	cum ſarcinis enatare	995	caricum ſchema	crispiores apio	1442
Crumena te generoſum facit	676	cum ſarcinis enatare	996	charitate ſeptū eſſe oportet	crocum in ciliciam	1370
699	800	cum ſarcinis enatare	350	caro ubi adeſt, nemo uſcitur	crura arundinea, & tabis pro-	1405
cubito emungere	470	cum ſarcinis enatare	1094	rhimo	phetis	1405
cubito eodem	800	cum ſarcinis enatare	802	capathius teſtem	crura ſemel Planus ſiegit	1447
cuculus	1242	cum ſarcinis enatare	696	catum quod rarum	cubitale.	1270
cucurbitæ flor. aut cucurbi-	108	cum ſarcinis enatare	1450	caſtrum pauperi uitulus eſt	cubitis adoleſcere	1319
tam	991	cum ſarcinis enatare	1422	cauum pedis oſtendere	cum aquila eſſe queas	1433
cucurbita ſanior	297	cum ſarcinis enatare	1372	cedrus cecidit	cū Euandri matre loqui	1317
cucurbitas lippis	94	cum ſarcinis enatare	100	celocem qui regere nequit pe-	cum gladio uolſellis pugna-	1430
cucurrit quiſpiam ne pluuia	845	cum ſarcinis enatare	1439	tit onerariam	re	1430
maſceſcet, & in foueam	845	cum ſarcinis enatare	1440	cena ſine ſanguine	cuminum ſerere	1300
præſocatus eit	949	cum ſarcinis enatare	1225	cena terreſtris	cum muſis certare	1309
cui iſta arident, meis negau-	540	cum ſarcinis enatare	1434	cenſorium ſupercilium	cū prauo deprauaberis	1351
deat	289	cum ſarcinis enatare	1433	centum uiri unum pauperem	cum Protogene mortuo bel-	1313, 1421.
cuique ſua patria iucundiſſi-	730	cum ſarcinis enatare	1440	ſpoliare non poſſunt	lum gerere	1313, 1421.
ma	789	cum ſarcinis enatare	1440	cera, & are nobilis	cum uulpe habens commer-	1351
cui multum eſt piperis, etiā	1203	cum ſarcinis enatare	1375	certa p̄mia p̄ certa ſpe	cium	1351
oleribus immiſcet	789	cum ſarcinis enatare	1307	cerua virginis loco	curſus Fluuij non detorque-	1437.
cui nullum negocium erat,	221	cum ſarcinis enatare	1299	cerylus euadant	duſ	1437.
Harmenæ mētia addidit	998	cum ſarcinis enatare	1419	charadrij uitam uiuit	cycni canent quando græu-	1420.
1139	1038	cum ſarcinis enatare	1274	charadrij uita	li tacuerunt	1420.
cui placet obliuiſcitur, cui do-	89	cum ſarcinis enatare	1282	charixene non ſunt iſta	cycuo fulicam cōparas	1365.
let meminit	1062	cum ſarcinis enatare	1305	chilonius modus	cynadræ aqua libera	1364
cuiusmodi portet me inuo-	867	cum ſarcinis enatare	1381	chius cō loqui nō ſinit	cyreneus uideris	1350
luit fortuna	89	cum ſarcinis enatare	1379	choa in triclinio	D	
culicē elephāti conferre	867	cum ſarcinis enatare	1451	choros tragicos moleſte fert	Aedaleum remigiū	1239
culleo dignus	802	cum ſarcinis enatare	1059	cicadæ humi canunt,	Dadali alæ	798
cultro adhæret	801	cum ſarcinis enatare	431	cinerem quarere	Dadali execratio	764
cumani ſero ſapiunt	759	cum ſarcinis enatare	625	circa montis radices uerſari	Dadali opera	550.
cum amico non certandum	986	cum ſarcinis enatare	972	circulator cybelius	Dalapidi uolam	1193
amulatione	714	cum ſarcinis enatare	1409	citius quam gradatim	Da mihi mutuum teſtimo-	329
cum adſit uia, ſemitam qua-	443	cum ſarcinis enatare	1305	citius terra ætherem conſcen-	nium	972
ris	89	cum ſarcinis enatare	1385	det	Danace	177
cum aqua fauces ſtranguet.	1062	cum ſarcinis enatare	1421	clamidem demens qualem di-	Danadum dolium	1002
443	867	cum ſarcinis enatare	1321	ſperſit	Danda uenia lapſo	798
cum care carizas	802	cum ſarcinis enatare	1433	clauis in lingua	dare uerba	215
cum cane ſimul & lorū	801	cum ſarcinis enatare	1417	clauſis oculis agere	da ſimul & accipe	695
cum ceſſat borzas	759	cum ſarcinis enatare	1452	clauſis theſauris incubare	daſypus carnes deſyderat	242
cum coryeo luſtari	986	cum ſarcinis enatare	1452	clypeum poſt uulnera ſume-	date mihi peluim	798
cum deo quiſque & gaudet	611	cum ſarcinis enatare	1318	re	datilis cantilena	740
& flet	714	cum ſarcinis enatare	1361	cœlaturam oler	datiſmus	ibidem
cum delphis ſacrificauerit, ip-	1073	cum ſarcinis enatare	1379	collaria cadauera	dathus bonorum	132
ſe carnes abſumit	310	cum ſarcinis enatare	1418	colloſi fragmenta	datyli dies	599.
cum diis non pugnandū	442	cum ſarcinis enatare	1273	colloſo Pigmeū ponere	dat ueniam coruiſ, uexat cœ-	ſura
cum diis pugnare	442	cum ſarcinis enatare				
cum erugine	442	cum ſarcinis enatare				
cum exoſis ſuum rodit pedē	442	cum ſarcinis enatare				
1073	442	cum ſarcinis enatare				
cumini ſector, cum aliis ſimi-	442	cum ſarcinis enatare				
libus aliquot	442	cum ſarcinis enatare				
cuminiſ conuiciis ſeritur	442	cum ſarcinis enatare				
cum haſta, cum ſcutō	442	cum ſarcinis enatare				
cum lacte nutritis	442	cum ſarcinis enatare				

PER ORDINEM ALPHABETI.

furz columbar	904	tia	1029	diphtheram sero inſpexit lu dormientis rete trahit	ibid.
batum nollē, quod dedi	589	deturbat gradu & ſimilia.	158	piter	319 doſones
baulia cornix	929	deum eſſe, deum ſacere	237	dierecti	1241 doryphorematis ritu
bausus ſum non Oedipus	133	Deum fallere volenti multa		diris agere	312 drachma canit, quatuor deſi
baa excogitauit	1204	ſcienda	750	discipuli magiſtris praſtatio	nit
ba alieno liberalis	1001	deum ſequere	495	res	992 drachma grando
ba alieno ludis corio	518	deuotionis templum	112	diſcordia ſit carior concor-	drachmas tres da mihimutuo
ba allis loquenti reſpondeſ		deus ex machina	781	dia	805 ad porcellum
ba cepis	869	deus ex improuiſo apparens		diſpendio æquale malum lu-	draco non fiet ſerpens ni edat
ba calinis nihil laborans	949	57		crum	848 ſerpentem
ba calini proſpectu	146	deus indiſtriā adiuuat	991	dithyramborum poctis inſa	duab. ancoris ſultus 33.1194
ba calini umbra	140	deus nullius indigens	738	nior	493 duabus ſedere tellis
ba calcaria in carbonariā	598	deus ollaris	926	dithyrambus non eſt, aquam	ductus per phratores canis
ba cempes umbra	876	deus nos reſpicit	989	ſi bibat	1067 930.
ba cernetur equa Theſſalica		deus ulciſcitur	991	diu delibera	1052 dulce & amarum
1017		deus ultro ſubiicit bona	535	diu diſſimulatum aperientis	dulce bellum in experti
ba cippula murem cepit	880	deus vnus, amici plures	879	975	dulce pomum quum abeſt cu
ba curru delapſus	532	deus undecunq. iuuat, ſi mo-		diues aut iniquus eſt, aut ini	ſtos
ba di malum & accepi	516	do propitius	990	qui hares	384 dulcis cubitus
ba fece haurire	403	dextera non cuius iuicien		diues factus ſatidit lentē	703 dum clauum rectum teneam
ba teta comedisti	649	da	18	diuinator ſapiens	1148 789
ba filo pender	393	dextero aut amico Hercule	62	diuinitus	802 dum virent genua
ba fructu arborem cognosco		dextrum pedem in calceo, ſini		diuinum excipio ſermonem	duobus clauis ſigere
381		ſtrum in pelui	797	1115	duobus digitis primoribus
ba fumo ad flammam	1161	diagoras Melius	876	diuite uena	653 1213
ba fumo diſcepre	142	diametro diſtare	416	diuitia non ſemper optimis	duobus malis reſiſtere diffici
ba gradu dei cere	158	dicendo dicere diſcunt	257	con.	995 le
ba lana caprina	142	dictum ac factum.	738	doceat qui didicit	1251 duobus pariter euntibus
ba lius natator	253	diem neſtibus æquare	416	doce me cenare	900 duobus pedibus fugere
ba lphica umbra	140.141	dies antiquus	901	docti eodem ludo.	706 duodecima artium
ba lphicus gladius	554	dies bonus ē pharetra	997	doctum docet & ſimilia	80 duos fures non alit unus ſal
ba lphinum cauda ligas	186	dies daryli	599	docui te urinandi artem	870 tus
ba lphinum natate docet ibi.		dies nouerca & parens	355	dodonaxum as	29 duos inſequens lepores, ucu
ba lphinum ſyluis appingit.		dies poſterior prioris diſcipu		dolia duo	312 trum capit
ba lphibus aprum	594	lus eſt	354	dolia louis	805 duos apros uno ſaltu capere
ba manu in manum	1114	diſſilia quæ pulchra	444	dolaris uita	354 924
ba mentis felicitas.	289	digitu crepantis ſignum	691	in dolo ſigularem artem di	duos parietes de eadem deal
ba mittere ſeſe ad alioſq. me-		digitum nō porrexerim	128	ſcere	245 bare ſidelia
ba diocritatem	996	digitum quæ proferat	1233	dolum inexplabile	411 duplex cappa
ba morſos vngues ſapere	931	digitu mediū oſtendere	591	dolum pertutum	411 duplices uiſos
ba mentale non ineſt illi.	1008	digitu ſtulto ne permit.	887	dolum uoluitur	1058 dupoudii
ba tata charta	929	digitum tolle	865	domesticum diſſidium	1000 durus alloquiis
ba tem dente rodere	639	digitum tranſuerſum	195	domesticum malum	992 durus & implacabilis
ba te Theonino rodi.	503	digna, indigna, & ſimilia	449	domesticum theſaurum	ca dux cæcus
ba co fortuna. comit.	983	digna cedro	1025	luminari	263 dux bonus bonum reddit co
ba co nemo pot nocere	1253	digna canis pabulo.	631	domesticus teſtis	526 mitem
ba co volente, quiſque.	1253	dignum propter quod	uadi	domi coniectura facere	527
ba atque flet	801	monium deſeratur	336	domi hēt, domi naſcitur	417
ba eorum cibus	363	dignus pilo	335	dominus domino, ſeruus ſer	uo praſtat
ba eorum cœtus	1190	dignus qui cum in tenebris			549
ba eorum concio	1129	mices	338	domi ſecues	1124
ba eorum manus	120	dii a morte ne quidem	libe	domi manendum	989
ba pilo pender	393	rant	990	domi manere oportet	belle
ba plantro loqui	319	dii beati adſint	830	fortunatum	785
ba pulchro ligno vel ſtragu-		dii facientes adiuuant	246	domi Mileſia	162
ba lare	487	dii laboribus uendunt omnia.		domi non eſſe	1341
ba pulmonem reueller	899	502		domi pugnans more galli	1388
ba puſillis magna proemia		dii laneos habent pedes	427	1194	
860		dii omnia poſſunt	123.1130	domum cum facias, ne relin	
ba reduuia queritur	1204	dii hominibusq. plaudenti.		quas impolitam	249
ba ſerta cauſa	229	bus	62	domum imperfectam ne re	1367
ba ſerta vincere, capere, ac-		dij tibi dent tuam mentem		linquito	249
ba ſare	ibidem	1035		domum redire	588
ba ſertum obtueri	1054	dij uinctis pedibus	427	domus amica, domus optima	
ba ſportula cœnare	1162	dimidio uitæ nihil differunt	845		
ba ſpuere malum	1240	felices ab infelicibus	443	domus optima	999
ba ſtitutus oī auxilio	1986	dimidium plus toto	398	domus recta	1106
ba ſtitutus ventis, remos adhi		diolygium malum	654	donum quodcunque dat ali	
ba	1128	diomedis & Glauci permuta		quis proba	1015
ba teriorum victoria	252	tio	75	doribus dorice loqui ſas eit	1432
ba terrima mors relinquit		diomedea neceſſitas	368	1211	
989		dionyſum Thraſibulo		dici	611
ba tētatis ac abhorrētis.	998	tis eſſe ſimilem	716	dorice concinere	1213
ba toga ad pallium	1116	dionyſius corinthe	65	dorice loqui	1211
ba tribus capellis die	786	dionyſiaci	536	dormiens nullius rei eſt	444
ba tripode	326	dionis gry	343	dormiens ſomnias	85
ba tuo capite aguntur comi-		diphthera antiquiora	203	dormienti dii conſcient	230

INDEX APENDICIS PROVERBIORUM.

D	A mihi hodiernum, tu	1434
	ſume craſtinum	1434
	ba naida poſtea, & olim	
	Pelaſgi	1358
	ba panem & pugnum	1304
	daphnis inter paſtores primus	1388
	dardania artes	1444
	darij opes	1342
	decumani malorum fluctus	1367
	de fumo ad flammam	1447
	de limine offendere	1304
	delphinis in terra vires	1267
	delphinum patina non capit	1292
	deco præcunte nullus officit	
	obex	1387
	deorum dona ſæpe non dona	1432
	deorum liberi ſunt in uulne	
	rabiles	1421
	deos abſcētes teſtes facit	1416
	de paxillo ſuſpendere	1395
	de ſcammate egredi	1423
	determinare ſoſſam	1432
	deus ſi faueat, quorsū amicus	
	opus	

INDEX PROVERBIORUM

opus?	1424	elephantum sub alis citius ce	esto promus	1054	exercitatio potest omnia	522
Diana Pergea	1277	les	e sublimi me derides	111	ex fronte perspicere	567
Dicere supra clepsydram	1382	elephantus Indus haud curat	esurienti ne occurras	1227	ex habitu bonum uirum pra-	
Dies digitus	1410	culicem	esurienti leoni praedam excul-		se tert	988
Digitus computatorum	1418	elephantus non capiat mu-	pere	1244	ex hara	46
Dignus qui sanis ministris		rem	esurienti uiro necesse est fura		ex harena funiculum necis	
1442		eloquentia Attica	ri	903	181.646	
Dionysiaca scommata	1308	elleborum bibe	et fama fuit & eras	737	exigit & a statuis farinas 832	
Dij paruis dant parua	1405	e Malsilia uenisti	et tanti horto fructus colli-		exiguum malum ingens bo-	
Ditrephe doliares habens		embarus sum	gis	1063	617	
alas	1409	emendus cui impetres	e terra spectare naufragium		exiguum oboli precium	901
docti in tabula	1419	emere malo qua rogare	1241		ex louis tabulis testis	338
Domi militumq.	1445	emori risu	e thymbra non sit lancea	612	ex ipso boue lora sumere	111
Domi sux quilibet rex	1450	empedoclis simultas	etiam betylum deuorares		eximere e manu manubrium	
Dorice incedere	1273	emprotor difficilis haud bonu	1056		1021	
Dormienti loquor	1284	edit obsonium	etiam in deorum coetu	1019	exitij nulla ratio	1167
Dormire in portu	1436	empusa mutabilior	etiam capillus unus habet		exitium	482
Draconis leges	1268	e multo bibere	umbram	894	exitus flagitiorum turpis	
Dum uidet	1282	e multis paleis paululum fru-	etiam chorecorus inter olera		997	
Dum vitat humum nubes ca-		ctus collegi	294		ex iure manu cōfertum	1257
prat	1451	emungens acrius elicit lan-	etiam quereus bacchatur		ex lib. gubernatores	1159
Durei equi speciem praefert		guinem	1056		ex minimis iniitiis maxima	
1309		e nalla escam petere	etiam si cato dicat	1121	975	
Duro flagello mens docetur		encomium ante uictoriam	etiam si lupi meminisses	694	ex natali emortualet facere	
rectius	1371	310	et me mater, &c.	1079	1219	
E		endymionis somnu dormis	et meum telum cuspidem ha-		exotica uis	124
Adem ancora nixus	33	391	bet acuminatam	113	exoidiri telam	658
Eadem cera	709	eodem collyrio mederi om-	et post malam segetem seren-		ex ore lupi	680
Eadem mensura	44	nibus	1181		ex ouo prodit	158
Eadem oberrare chorda	197	eodem cubito	et praedam & praemium	1218	ex paleis inanibus tritutam	
Eadem pensari trutina	198	eodem in ludo docti	et puero perspicuum est	454	facis	687
Eadem per eadem	234	e Patroclis domo uenit	et Scellij filium abominor		ex patre malo numquam bo-	
Eadem queri	1220	e paucis uerbis ingens bonu	1195		nus filius	255
Eamus Athenas	1135	aut malum	e tribus malis vnum	903	expecta anus	828
Ea tela rexitur	449	e pelle appareat	euenit malo male	978	expecta bos aliquando her-	
Ebrietas abique uino	119	ephelleo	eucrates	714	bam	ibidem
Ebur atramento candescere		epeo timidior	euitata charybdi in Scyllam		expedit habere plura cogno-	
149		ephefæ litteræ	ibidem		incidi	193
Æanis podice	1041	ephemeri uita	1054		eum auscultra, cui quattuor	
Æ cantu dignoscitur aus ibi.		epimenidum corium	1052		sunt aures	122
Æ chini duo prius amicitiam		epimenidis somnus	392		eundem calcem omni pedi-	
incant	595	epiphyllides	1043		inducere	1091
Echino asperior	594	episcythizare	530		cuparyphus ex comadia	
Æchinus asper totus	734	e poculo perforato bibere	1100		curipus homo	390
Æchinus partum differt	594	862	curybatizare	113	ex quercibus & faxis nati	
Æ circulo	1257	epops cum cignis certat	557		1022	363
Æ clibano boues	1110	equa Thesalica decernetur	1017		1039	
Æ crumena nobilis	699	equi dentes inspicere donati	1112		872	
Æ creta raptus	1100	1112	ex academia uenis	866	ex stipula cognoscere	415
Æ culmo spicam coniicere		149.1038	ex adyto	327	ex syngrapha agere	1175
149.1038		equis albis praecedere	108		ex tempore dicere	354
Ædax currus	590	equi generosi senectus	1260		ex tempore uiuere	ibidem
Ædax triremis	1219	equi senecta	451		exis pluit	828
Ædentulus septennis	486	equitandi peritus ne cantet			extra calcem	1146
Æ de nasturtium	351	1206	ex aquo partire	1053	extra chorum saltare	651
Æ dentulus uescientium denti-		equo senescenti minora cice-	ex amphitheto bibisti	1040	extra cantionem	499
abus inuidet	783	la admoue	707		extra fumum & undam	1178
Æ dolio hauris,	477	equum in planiciem	361		extra lutum pedes habes	1121
Æ duobus tria uidet	783	equus ex asino	298		extra oleas	488
Æ effeminatorum etiam oratio		equus in quadrigis, in aratro	516		extra organum	791
effeminata	722	bos	294		extra periculum feror	979
Æ faucibus ereptus bolus	932	equus me portat, alit rex	431		extra publicam uiam ne desie-	
Æ fontibus haurire	477	294	1411		eris	22
Æ fugi malum, inueni bonu		equus Seianus	431		extra querere sese	609
782		equus Troianus	1411		extra telorum iactum	155
Æ simbria de texto iudico	380	erastinades	750		extra uiam currere	51
Æ flamma cibum petere	1024	erecti	1110		extrema extremorum mala	
Æ gens in turba uersetur	1000	erectriensium rho	708		858	
Æ iure manu confertu	1257	ergini cani	857		extrema manu	198
electro lucidior	1095	erinnys ex tragœdia	1056		extremis digitis attingere	
Æ laphanti celerius pariunt		erisichthonis metra mutabi-	854		extremum occupet scabies	
370		lior	1256		1077	
Æ laphanti culicem conferre		e schola cantilena	793		extremus actus fabulæ	93
789		e scopulis enauigare	570		extripode	316
Æ laphanti similis	742	e scurra diues	619		extritum	
Æ laphantum ex musca facit		e sternius cum Pacidiano	563			
393		e squilla nō nascitur rosa	563			

PER ORDINEM ALPHABETI.

Extritum ingenium	731	Fallacia alia aliam trudit	506	aruo	273	dum	750
Ex uitibus non amputatis ne		Fallum probum	1214	feruet olla, uiuit amicitia		femina nihil pestilentius	
libaris diis	25	Fama non temere spargitur	202	ferula manum subducere		998	
Ex umbra in solem	112	258		festuca		foenum esse	807
Ex uno multa facere	457	Fama prodit omnia	1249	650		foenum habet in cornu	64
Ex uno omnia specta	111	Famelicus non interpellan-		festina lente	433	folia cadunt, post cadent ar	
Exutere mare	1120	dus	975	festinantē ultro incitare	99	bores	711
		fame mori miserum	920	festu die si quid prodegeris		folio ficulno tenes anguilla	
		fames perit interuallo, & op-	109			186	
		tine perditur	873	festucam ne moue	855	fons Dodoneus	340
		fames & mora bilem in na-		festuca ex alterius oculo ei-		fontes ipsi sitiunt	311
		sum conciuunt	709	cere	279	fontibus apros, floribus au	
		Fames magistra	201	festum multas habens	1006	strum	926.1041
		Fames multa docet	1048	ut fici oculis incubunt	710	fontibus omisis sectari riua	
		Fames Melia	392	ficos diuidere	442	los	1255
		Fames optimum condimen-		ficos uult		foras Cares, non amplius an	
		tum	682	Fictilis homo	767	thisteria	108
		Fames Saguntina	392	Ficu similior	694	foras famem	393
		Famelicus non interpellan-		Ficulna machara	324	foras prospectare	420
		dus	975	Ficulna mens	ibidem	fores habet tritas ut pastorū	
		Familia decem dierum	716	Ficulnum auxilium	ibidem	case	766
		Famis campus	393	Ficulnus	ibidem	foris habere pedem	632
		Farcire centones	589	Ficulnus gladius	710	formica camelus	214
		Farinæ nostræ	899	Ficum cupit	525	formica formicæ chara	87
		Farinam fugit quicunque mo		Ficum Mercurio	710	formicæ quoque sua bilis	
		lam deuicit	851	Ficus auibus gratæ	1018	607	
		Farinam nondum coctam in-		Ficus ficus, ligonem ligonem		formosus in ostio	930
		spergis	202	uocat	526	formosus Pithon.	909
		Farinas exigit a statuis	832	Ficus post piscem	1018	fors domina campi	1222
		Fasces submittere	357	Fides rara	850	formula cadere	1251
		Fastidium imponere	90	Fiducia pecunias amittit	849	fortes fortuna adiuuat	99
		Fastuosus Maximus	110	figuli opes	419	fortis in alium fortiozem in	
		Fatale uitæ tempus exactum		figulus hgulo inuidet, faber		cidit	1009
		989		fabro	87	fortiozem te uita	874
		Fatis imputandum	975	Filix innascitur agris negle-		fortuna cui por. me inuoluit	
		Fato non repugnandum	1252	ctis	744	730	
		Fatum immutabile	990	Filo crasso, tenui, & simil. 653		fortuna nouacula	1253
		Fatuos non inuenit	320	Filum contentionis tunc e		fortunam præsentem boni	
		Fauere linguis	890	rat	855	consule	727
		Fauor principum necessarius		Filum neuisti & acu opus est		fortuna æstuarua	925
		993		1153		fortuna Euripus	390
		Fecem bibat qui uinum bi-		fimo suffritum facis	177	fortunam sui cuiq. mores fin	
		bit	273	finire minore pomærio	921	gunt	578
		Fele rapacior	110	finem uitæ specta	135	fortuna quem nigrū pinxit	
		Feles Tartesia	109	figere caullas	465	115	
		Felices quo differant ab infe-		fixis oculis intueri	730	fortuna committere	983
		licibus	443	Flagitiorum turpis exitus		fortunator Strobilis Carcini	
		Felicia alba	284	997		109	
		Felicitas sunt & trimestres fi-		flamma fumo est proxima		fortunatum domi manere	
		lij	302	201		oportet	785
		Felicitas a deo	1055	flammam citius ore presseris		fossa & uallum	31
		Felicitas a funibus pensilis		615		in foueam incidit quam fecit	
		Felicitas multos habet ami-		flere ad noueræ tumulum		53	
		cos	887	370		fractis auribus	1159
		Felicitas sapit qui piculo alie		flet uictus, uictor interiit		frater uiro adsit	328
		no sapit	738	637		fratrum iræ acerbissimæ	
		Felicius multi cognā	805	floci non facio, aut flocci fa		100	
		reli crocoton	110	cio		334	
		Felix Corinthus, at ego sim		flos cinis		1155	
		Teneates	615	fluctus fluctum excipit	255	frenum mordere	166
		Felix qui nihil debet	690	flumina quæq. altissima mi-		fricantem refrica	530
		renestram aperire & similes		nimo sono labuntur	972	frigidam aquam suffundere	
		metaphoræ	160	fluuiali sermone marinā ab		418	
		Feram præturbare	889	luit auditionem	845	frons occipitio prior	86
		Feras, non culpes quod muta-		fluctus mutus	1138	frons periit	346
		ri non potest	124	fluuius cum mari certas	394	frontem exporrigere, frontē	
		Feri puer	1111	fluuius non semper fert secu		contrahere	348
		Ferociam facietas parit	960	res	1067	frugi homines omnia recte	
		Ferox alieno præsidio	975	fluuius quæ procul absunt ir		fructo panis	151
		Ferreus, aheneus	306	rigat	793	frustra canis	184
		Ferro diuidere	253	focul luculentus in ædibus		frustra habet qui non utitur	
		Ferrum & flamma	1221	1003		986	
		Ferrum natate docet	176	fodere non didici	492	frustra Herculi	641
		Ferrum tuum nunc in igni est		sedum est & mansisse diu, ua		frustra niti, dementis est	
		1102		cuumq. rediisse	715	1254	
		Fertilior seges est alieno in		femina mortua non creden		fucum facere	216
						fuga tutior	997

789

INDEX PROVERBIORVM

Fuge procula viro matre	874	Fortificatum indos inspira-	1304	Gigantum arrogantia	1008	Gratia non ducitur pœnitentia	1398
Fugientem quid insequeris	833	Formicæ semitam canit	1411	Gigantum fraterculus	362	Gratis lita	1451
Fugientem mulge	833	Formosus sine pulchritudine	1412	Gladitor in harena consiliu	262	Gratiarum horti immortales	1352
Fugram autem, insequitur	1412			Gladitorio animo	151. 629	Gratus mulis commiscere	1276
Fugientem	607	Fortes in tabula	1419	Gladium acutum auertas	23	Grossus maturus elui inep-	1322
Fugitans	986	Fortuna artem amat, ars for-	1414	Gladium dedisti qui se ceci-	792	Gubernatori somnolento no-	1372
Fugus Troes	386	tunam	1414	deret	613	benefacito	1372
Fuit & Mandroni sicula na-	1117	Fossam determinare	1432	Glandes mihi coquam	413	Gutta cauat lapidem	1440
us	1117	Frondum crepitus leperem	1316	Glandibus victitantes	700	Gutta fortuna præ delio ta-	1278
Fulgur ex pelui	687	terret	1316	Glaucius alter	1052	pietate	1278
Fulgent lectum scandunt	1222. 1355.	Fronte tabernaculum exercet	1419	Glaucus comesta herba habi-	1027	cyare dignum	1359
Fumantem nasum uris noten-	923	Fronte cretam, tibie, galeam	1291	tat in mari	700	H	
tacens	923	applicat	1291	Glabrum quoque accipit erro	700	Abec	1019
Fumi umbra	567	Fructibus non gladiis certa-	1329	glebam	537	Habet & musca sple-	882
Fumus undere	137	re	1329	glebam pro bonis	907	nem	882
Fumum fugiens, in ignem in-	195	Fructus literarum dulces, ra-	1431	glebam honorum	598	Habitus virum bonum indi-	982
cili	195	dicet amare	1431	glebam	1130	cat	982
Fumus	1196	Frumentum in populo	1393	glebam	463	Habitu miserum	386
Funiculus, ralicus	1181	Fulcam cygno comparas	1365	glebam	384	Hæc non egreditur uerbum	490
Funiculum absummare	792	Fulgent lectum scandunt	1355	glebam	384	Hæc Helena	142
Funiculum impere nimium	224			glebam	384	Hæc petior	258
ten leudo	224	Fumus effluens	1285	glebam	384	Hæreditas sine sacris	149
Funicum reducere	390	Fumus pulchriorem perfe-	1442	glebam	384	Hæsitantia cantoris tussis	731
Fungus	1021	quitur	1442	glebam	384	Halædonia sunt apud forum	1249
Funiculum ad lapidem	1199	Fundo cretas calix	1327	glebam	384	Halapanta	827
Funiculum ad restem	891	Fures ipsi accedant	1375	glebam	384	Hamaxiza	354
Funiculum miniatum fugi-	109	tur arma mirabitur	1445	glebam	384	Hamaxobij	505
unt	109	Furtiua aqua sunt dulciores	1444	glebam	384	Hamum uerare	384
Funiculus curatum	225			glebam	384	Hæmus semper pendet	384
Funis nihil attinet	384			glebam	384	Hæc technam in te ipsum	322
Futuri litore harenas	1046			glebam	384	Hæc mandas semina	175
Futuri necesse uero elurienti	923			glebam	384	Hæc metiris	175
				glebam	384	Hæc sine calce	542
				glebam	384	Hæc cedere	395
				glebam	384	Hæc cantilena	762
				glebam	384	Hæc reddidit	1025
				glebam	384	Hæc caducum	779
				glebam	384	Hæc & fento	710
				glebam	384	Hæc abiicere	395. 522
				glebam	384	Hæc primas iactare	1255
				glebam	384	Hæc annuncius bellum	706
				glebam	384	Hæc canit paternas cantio-	762
				glebam	384	Hæc	762
				glebam	384	Hæc unquam arceat osium	489. 1084
				glebam	384	Hæc pauperior	264
				glebam	384	Hæc carna	1107
				glebam	384	Hæc sacrificans	382
				glebam	384	Hæc fasciuior	1216
				glebam	384	Hæc post antistitia	266
				glebam	384	Hæc cibis	269
				glebam	384	Hæc lapis	232
				glebam	384	Hæc dare	395
				glebam	384	Hæc balnea	552
				glebam	384	Hæc scabies	576
				glebam	384	Hæc lecti	1156
				glebam	384	Hæc nodus	384
				glebam	384	Hæc morbus	576
				glebam	384	Hæc dextro	62
				glebam	384	Hæc labores	722
				glebam	384	Hæc contra duos	212
				glebam	384	Hæc & summa	883
				glebam	384	Hæc columnæ	802
				glebam	384	Hæc cothurno	272
				glebam	384	Hæc infanti	924
				glebam	384	Hæc hospitatur	1019
				glebam	384	Hæc	

PER ORDINEM ALPHABETI.

Hercules malorum	661	Hospes indignam	882	Hircus Thmuitarum	1315	Impari numero superis sacri	
Herculis quæstus	1234	Hospes in tempestate aut hyc		Hirundo æstatem loquitur		ficato	21
Heri & nudius tertius	610	nie molestus	639	1377		Imperator bouus & idem ro	
Hermionis uice	618	Hospes quisquis profuturus		Holeribus agrestibus uicti		bustus miles	1004
Hermodorus uerba importat		est ueniat	673	tar	1316	Imperatorum multitudo Ca	
660		Hospitibus aliquid relinqui		Homini aliud, aliud humani		riam perdidit	663
Hermionium officium,	646	to	120	tatis satis	1426	Impete peritum artis	669
Herniosi in campum	1195	Hospitem non semper hospi		Honorat se ipsum qui hono		Impetere lingua	548
Hermiosus usque ad gulam		tem	1201	rat	1434	Improbi consilium in extre	
1042		Hospitis habenda cura	995	Horti Gratiarum immorta		mum incidit malum	828
Heroum filij noxæ	254	Hostimentum est opera pro-		les	1352	Improbitas muscæ	983
Hesiodi senectæ	679	pecunia	571	Hortus altera succidia	1433	Improbitas compediaria res	
Hesperidum mala	1060	Hostes semper tales me inse		Humeros licet perdas aqua	834		
Heterognathus	859	quantur	695	In cernendo	1308	Inabsurde locutum	974
Heteromolia caussa	768	Hostibus eueniat	811	Hydrargiro furacior	1376	In acie nouaculæ	34
Herus omnis seruo monosyl		Hostis domesticus	1114	Hydropico nihil liccius	1323	In ære meo est	309
labus	859	Hostium munera non mune		Hylam uocare	1442	In ære piscari	180
Herum nemo benegerit, nisi		ra	133	I		In agro lurcario capras	
seruierit bene	27	Huius non facio	334	Acere in fermento	763	1127	
Hiberæ naxæ	569	Humeris sustinere	1128	lactantæ comes inuidia		In albo esse	300
Hic depone	890	Humi hauris	767	1001		In alia regione esse	1161
Hic Rhodus, hic saltus	843	Humida nox	917	lactantia turpis	990	In alieno foro litigare	519
Hic telam texuit, ille didu-		Humi sapere	ibidem	lactare iugum	968	In angulo	1122
xit	1139	Hybernium somnium	1211	laculari sine scopo	410.899	Inania multa in bellis	749
Hinc belli initium	893	Hydra fecas	405	lculo immisso fugere	29	Inaniter aquam contumis	
Hinc illæ lachrymæ	148	Hydra magis uariis	71	lalemo frigidior	766	179	
Hinnulus leonem	139	Hydriam in foribus	473	lalemo inferior	ibidem	Inani spe flagrat	1058
Hipparchi murus	1034	Hydrus in dolio	1010	lanua aberrare	256	Inanium inania consilia	894
Hipparchorum tabula	768	Hylam inclamas	179	lanuam aperire	160	In antrum haud legitimum,	
Hippoclidem non curat	406	Hymettia nulla	104	lapeto antiquior	1264	stimulum impingis	880
Hippolytum imitabor	924	Hymetia noua, falerna uetera		lbyci equus	1165	In anulo dei figuram ne gelita	
Hippomene magis impius		510		lbyci græus	374	to	24
751		Hypera omissa pedem inse		Idem actij quod Titij	426	In apes irruisti	762
Hipponaæteum præconium		queris	872	Idem puluis	297	In aphanis	830
504		Hyperborea	759	Iecit achilles duas tesseras &		In apio nondum est	429
Hircus Caricus	931	Hyperborei peior	1068	quattuor	705	In aqua hæret	191
Hirudo nisi plena non omit-		Hyperu uertigo	693	Ignarium dare	1141	In aqua sitire	116
tit cutem	595	Hyplea excior	143	Ignauis semper feriz sunt		In aqua sementem facis	175
Hirundines sub eodem tecto		Hystricis seta	1055	633		In aqua scribis	176
ne habeas	23	INDEX APENDICIS		Ignauu uertitur color	114	In arduis cunctatæ agendum.	
Hirundinum musca	484	PROVERBIA RVM.		Ignem dissecare	176	1260	
Hirundo totos schænos an-		H Abenas ignarus non		Ignem igni ne addas	78	In arca latitas	881
teibit	1061	tractet	1344	Ignem ne gladio fodito	18	In armis accissat	1054
Hirtuto corde homines	533	Habitus & incessus		Ignem palma	766	In aurem dicere	139
Hoc calciamentum consuit		1406		ne ignifer quidem reliquus		In beatam	482
Hilixus, Aristagoras indu		Hadriam Aufidus retro fugit		est factus	409	In beato omnia beata	1232
it	870	1445		ignis ad Naphtam	924	In bello peccare bis	790
Hoc iam & uates sciunt	1189	Hadriam Aufidus retro fugit		ignis ad torrem	924	In buccam quicquid uenerit.	
Hoc municeps aut uicinus		1445		ignis, mare, mulier, tria mala	225		
nunciauit	1204	Hætes absens non erit	1447	500		In caducum parietem incli-	
Hoc noueram priusquâ	1076	Harena Lydia	1444	ignis non exstinguitur igni		nare	652
Hodie nihil succedit	1188	Harmonia suilla	1359	848		Incantatione quauis effica-	
Hodie nullus, cras maximus		Hætam altera, altera caduceu		lisdæ litteris comœdia ac tra		cus	1181
1034		1273		gœdia componitur	880	In capras syluestres	829
Holerum appositiones	767	Hecales cena	1391	lisdem numeris	415	In caput præcipitari	856
Holitor opportuna loquens		Hectorum imitatoris, ab illo		lisdem uetcentes cepis	784	In Care periculum	244
238		numquam recedis	1389	liade prolixius	1118	In cedis per ignem	1009
Holmus erit mihi cubile		Hecuba intus, foris Helena		lias bonorum	130	Incidit in foueam quam fecit	
708		1385		lias malorum	130	53	
Homerici uersus aliquot pro		Helenæ crater	1359	llico hyems erit	1091	In cita equum iuxta nyssam	
urbiales	972	Hercules in Lydia	1423	lilentis tragædos conduxit		1098	
Hominum uniuersa proluit		Hercules animo Tydeus cor		579		In citare currentem	976
pelagus mala	864	pore.	1341	lilio semper mala	1016	In cœlum expuis	879
Homo bulla	542	Herculis ædem mulier non		llaudatus	729	In cœlum iacularis	185
Homo fictilis	767	intrat	1375	lilium non sunt, at qui sunt		In corijs est animus	955
Homo homini deus	58	Herculis clypeus	1449	liali	729	In cotyla gestaris	762
Homo homini lupus	60	Herculis cornu	1311	lillot manibus	388	In crastinum seria	1166
Homo nouus	362	Herculis ira	1387	lillot pedibus ingredi	387	In eadem eandem tundere	
homo semper contradicens		Hinnulus ne cum Leone par		Illo respiciens, sed hic remit		401	
1155		tiatur	1303	te bona	913	In cudi reddere	235
Homo Thales	954	Hippocratis liberis cedit		Imberbis senes doces	846	In culmo arare	1070
Homo trium literarum	715	1341		Imbre terra gaudet	551	Incus maxima non metuit	
Honos alit artes	364	Hippocratis uinculis adliga		Imis ceris eradere	1072	strepitus	789
Honetti nulla satietas	101	re	1428	Imitabor Nepem	1036	In dextram aurem	337
Horis omnibus nemo sapit		Hippodramica bona	1433	Imodo, uenare leporem, nūc		In diem viuere	354
577		Hircos mulgens sanguinem		Itym tenes	920	Indignus qui me vel aspicias	
Horus mæsis	1027	ducit	1370	Immunem uenire	1086	978	

INDEX PROVERBIORVM

[illegible]

PER ORDINEM ALPHABETI.

Iuxta fluium purcum fodit	854	in tabula fortes	1419	laqueum mandare	591	lepus dormiens	479
Iuxta Lydium currum pedes	513	intergraculos primas	1438	laqueus auxiliari uidet	1044	lepus marinus	447
Iuxta melam	908	interlugentes iocari	1411	laqueus laqueum cepit	842	lepus pro carnibus	
Iuxta nauem	1029	inter Orci caneros adhæsit	1279	a lare ordiri	276	472	
Iyuge trahor	1130	inter Socias, & Tybios referre	1395	largitio nō habet fundū	411	lepus pulpamentum quærit	
INDEX APPENDIC. PROVERBIO RVM.				lari sacrificant	382	242	
Ieci cena	1393	intestina adorens ipse carnes deuorat	1398	larinum uerbum	1195	lerna malorum	130
Iciens iustus est	1394	intra quatuor esse	1436	cum laruis luctari	102	lerij mali	584
Idem furnus idem duxit trociscus	1320	in triclino Choa	1381	larus	494	lesbia regula	235
Ieiunium olet	1349	introit eam, & hic Dij sunt	1431	larus hians	756	letbiari	965
Ignaui ignauiam generat &c.	1454	intus Hecuba, foris Helena	1385	larus in paludibus	943	lesbiis digna	755
Ignem sacrum insulare illi nefas	1323	iolam implorat	1271	larus parturit	371	lesbius cantor	260
Ignem stipula, admouere nō tutum	1309	ionica uerba, & Corinthia	1269	laterem lauas	174	lesbius prythis	969
Ignis & mare uētis seruiunt	1398	ionica patria insonat	1360	late uiuens	757	letale mulsū	352
Ignis in sinu	1449	io Saturnalia	1407	latine loqui	45	leucæus & scriptura non idē	
Ignis in uepribus	1297	ira fit iucundius amor	1439	latini tibicinis more	1262	908	
Illo indigna uerba	1309	ira telum facit	1445	latronum beneficium	161	leui brachio	167
Imbrem trionitus antecedit	1442	istie uellus non carpitur	1340	latum & angustum	1198	leuidens munus	892
Imbrii & Lemnij	1363	isthmion sinapi bibit	1393	latum unguē & similia	195	leuis. rei. lgrauissima pœna	
Immortales Gratiarum hor.	1352	italicæ mensæ	1444	laures Peliam	758	809	
In aceruum metere	1382	iube factu procliuia	1301	laudat ut pueri pauone	1033	leua mens	985
In Aetolis manum, mens autem in Clodidis	1413	iugo eodem urgeri	1435	laudare æquū, capere pl	951	leuisissima res oratio	
In Aetolis manus habet	1366	iupiter incuruum ceruicem nondum habet	1314	laudas teipsum	678	787	
In agrum seruis	1340	iupiter plue mel	1413	laudiceni	534	lex & regio	922
Inania capiat, dum uitat humum	1451	lyngem habet	1443	lauerniones	1011	lex in manibus	1163
In asinaures canere	1305	lynges	1328	laureolam in mustaciis	quæ liba coalemo	1198	
In astralagis nobilitas	1302	L		rere	1215	libera Coreyra, caca ubi li-	
Incauca minus bene canit luscinia	1389, 1418	Abda mihi uideris	1031	lauro clamor ardēte	668	bet	1016
In ceo quis dies;	1385	Labere laboriosius	757	laureum baculum gesto	64	liberæ capræ abaratro	
In cinere scribere	1313	Laborem ferere	758	lauriticæ noctuæ	79	754	
In communi pisce non in sunt spinæ	1431	Labrax Milelius	ibidem	lexna non statuar in machæra	740	liber non est, qui non aliq, ni hil agit	1259
In cubiculo nola	1381	Labores acti iucundi	540	leberide cæcior	142	liberorum amantior quam	
Indigentia mater sanitatis	1435	Labore felicitati optimum obsonium	853	leberide nudior	38	Gello	699
Indigno dignitas ornamenti in luto	1423	Labrum mordere	964	leberide scabrosior	831	libetris inelegantior	
In eadem tegula canis dormitat	1443	Labyrinthus	757	lecytho pinguior	606	263	
In eandem lancem impone re	1269	Lacæne sola uiros pariunt	1060	lecythū habet in malis	1192	libya semp adfert mali quipiam	949
In eodem uoletudinario iace re	1416	Lac gallinaceum	240	legatus non caditur, neque uiolatur	1156	lybica fera	ibidem
Inferorum triacadas	1301	Lachanizare	593	lemnia manu	755	ligna in syluam	311
In talesmos adscribendus	1324	Laciadæ	758	lemnix bouis latera athos ce	832	353	
In meridiæ uitæ philosophari	1272	Lactæti simile	197	lac	377	lignum tortum, haud unquæ rectum	755
In naribus bilis	1446	Laconicæ lunæ	606	lemnium malum	1158	ligula non dignus	1029
Innumeros oculos, & crania bina	1287	Lacryma nil citius arefcit	1202	lens deus	703, 782	limam addere	220
In ollis uenari	1414	Ladere facile, mederi difficile	445	lente bos	295	limen ostij retigisti	842
In paguro sapientia	1391	Lampada tradere	92	lenticula angulo tenes	295	lindij sacrum	604
In Paro frigida aqua, sed mulieres pulchræ	1421	Lampon iurat per anserem	1020	leti unguentū infundere	341	lineam ducere	165
In Pisa animum cōfirma	1318	Lana caprina	142	lentiscum mandere	1123	lingere salem	1082
In portu dormire	1436	Lanam in officinam fullonis	1160	leo chordula uinctus	380	lingua amicus	850
In prato spinosum aliquid	1430	Lanci pedes deorum	427	leonem ex unguibus æstima re	380	lingua bellare	755
Insaniam Orestis insanire	1399	Lapide empri	764	leonem radere	602	lingua his, at illis dentes	
Insanus appenſus pellibus nō		Lapidem decoquere	908	leonem larua territas	260	828	

INDEX PROVERBIORVM.

Item mouebis, si uel asinus	lupus aquilam fugit	684	libera in Cynadra aqua	1364	mala auis	668
ibidem	lupus circum puteum cho-		liberi Deorum inuulnerabi-		mala bona	204
Item incipere	977 rum agit	512	les	1421	Mala conciliant homines	
Item ne quare quum licet	lupus hiat	548	libertas Romana & latina	466		
fugere	881 lupus lupum, fur furem co-	1431			mala mallis	1261
Littoris harenas furari	1046 gnoscit	551	licynij, & licynium fulmen		mala senium accelerant	
Littore loquacior	727 lupus Milesius	758	1304		1002	
Littori loqueris	183 lupus non curat numeru	599	ligonibus aureis terram fo-		mala ultero adsunt	1050
Littus arare	175 lupus in fabula	979.1117	dere	1424	maleam legens, quæ sunt do	
Lityersam cantionem canis	lupus ouem prius ducat uxo		lineam mittere	1419	mi obliuiscere	583
877 rem	956	lippus oculus solis radios no			mala parta, male dilabuntur	
Liur in uiuis	664 lupus pilum mutat non men		fert	1364		
Liur quoque laudaret facie	tem	842	literarum radices amara fru-		Mali bibunt improbitatis te	
227	lusciniæ deest cantio	927	ctus dulces	1431	cem	753
Locrense pastum	608 lusciniæ nugis insidentes	485	locusta rurestris	1341	Malicia uaria est	506
Locrensis bos	710 lusciniæ somnus	730	lucernas fraudare oleo	1448	Mali commatis	813
Loculi mendicorum semper	lutea, pro uilibus	768	ludere inter lugentes	1411	Mali corui malum ouum	
inanes	747 luteus	ibidem	lumbos fractus ut mysius as-			
Locusta bouem prius pariet	luto lutulentior	1220	nus	1365	Mali fontem sibi reperit	54
478	lutum luto purgare	421	lumen felix & faustum sit		Mali principij malus finis	
Loliginis succus	503 lutum nisi tundatur, non fit	1433	lusciniæ in cauea non canit			
olio uictitant	450 urceus	847	lusciniæ in cauea non canit		Malis auibus	62
longæ manus	875 lutum sanguine maceratum	1389.1418	lusciniæ musarum	1268	Malis ferire	592
longæ regum manus	77 754		lutea progenies	1397	Malis mala succedunt	995
longis tibiis canere	236 lux affulsit	684	lydia harena	1433.1434	malis non cedendum	982
longum procemium audien	lychnobij	1089			Malis ter mala	861
di cupido	1199 lydi mali, post hos Aegyptij				Mali thripes, mali ipes	753
longum ualere iussit	525 754				Mali uiri honesta oratio	
loquax talpa	1145 lydio more	ibidem			296	
loqui nescit, tacere non po-	lydius currus	513			Mali uiri munera inutilia	
test	674 lydius lapis	232			133	
loripedem rectus derideat	lydo non erat negociu	683			Malo accepto stultus sapit	41
817	lydorum carica	660.1101			Malo asino uehitur	1154
Lorum ex ipso boue sumere	lydum in placinima prouo-				Malo male euenit	978
111 cat	878				Malo nodo malus quæren-	
Lorum una cum cane	1062 lydus in meridie	658			dus cuneus	78
lotum gustauit	680 lydus cauponatur	ibidem			Malorum meminisse	480
Lucernam accendere possis	lydus ostium clausit	658			Malorum obliuio	975
1231	lynceo perspicacior	461			Malorum panegyris	751
Lucernam in meridie adhibes	lystistratri diuitias habes	878			Malorum thesaurus	131
601					Malo uni obnoxium	1045
Lucernam olet	318				Malua mollior	302
Lucerna pinguior, & lecytho	pinguior	606			Malum bene conditum ne	
Lucerna sublata, nihil disceri-	minis inter mulieres	878			mouerit	55
Lucri bonus odor ex re quali	bet	950			Malum bono pensatum	997
Lucrum pudori præstat	951				Malum consilium	81
Lucrum cape a subeunte nauis	832				Manere apud matrem	1194
Lucrum malum æquali dispē	dio	848			Malum est bonum	1057
Lucrum undecunque captat	994				Malum Hercules	572
Lusta Phyrnichi	913				malum lucro coniunctum,	
Lumen soli mutuas	311				non est malum	951
Lunæ radiis non maturefcit	botrus	1170			malum lucrum, æquale di-	
Lunam in tuum malum dedu	cis	812			spendio	848
Lunam detrahere	1027				malum malo medicari	78
Lupi alas quæris	182				Malum munus	1058
Lupi decas	660				Malum uas non frangitur	
Lupi etiam si meminisses	694				1056	
Lupi illum priores uiderunt	325				Malus cum malo collique-	
Lupi a tergo, præcipitium a	fronte	880			scit uoluptate	556
Lupi uenatus	831				malus ianitor	1048
Lupinum potum	660				malus ne ingreditur	
Lupis parcere	493				851	
Lupus ante clamorem festinat	684				malus choraules bonus sym	
Lupo agnum eripere postu-	lant	684			phoniacus	1207
Luporum catulos alere	476				malus nullus hoc sciet	863

PER ORDINEM ALPHABETI.

Manduces	1184	rasemper mala est	392	Mens non inest cetauris	747	minutula pluuiā imbrem pa
Manere apud matrem	1194	Mature fias senex	105	Mens peregrina	921	rit
Mannij Ariciz multi	751	Maturior moro	1154	mens uidet, mens audit	1108	mirmillo
Manibus nihil non fit	955	Maza esurienti	590	mentam belli tempore neq.		mira de lente
Manibus pedibus	166	Mazam pinluta me pistam		serito, neque edito	481	miscetbis sacra pphanis
Manica	1085	745		in mentem quicquid uenerit		1157
Maniuoro uinculo	752	Mazam scarabeo	746	225		miserrimum fame mori
Manfille diu & uacuum re		Maza post panem bona	590	mentis bonæ bona opera		920
diisse, fœdum est	715	mazonomum cantio	456	577		mithragyrtes non daduchus
Manfium ex ore dare	1245	mea est pila	595	mentiuntur multa cantores		1190
Mantica in tergo	279	medicus multorum instar	522	meos corymbos necto	834	mitior malua
Manticulari	968	335		mercator est	1015	mitior columba
Manubrium e manu exime		medicus oratio	810	mercator nauiga & expone		482
re	1021	medis aliquid relinque	120	1124		mittere manum in flamma
Manuari	1133	medium ostendere digitum		mercenariū præconiū	1209	913
Manu longa & mann breui		591		merces amico constituitur		modio pleno
tradere	1130	medius teneris	186	1186		1217
Manum admouenti fortuna		medullitus	1246	mercuriale	4152	modio demetiar
est imploranda	515	medus his non infidiabitur		mercurio dextro	1151	746
Manum admonere	1064	761		mercurius infans	747	modius salis absumentus pri
Manum de tabula	227	megarenfes neque tertij, ne		mercurius non e quouis li	612	446
Manum prudens immitto in		que quarti	470	quo fingitur	1059	modo palliatus, modo toga
flammam	913	megarenfibus nunquam	917	mercurius superuenit	971	1179
Manus conferere	1257	megarenfium lacrymæ	604	mercurius triceps		mœnia ferrea, non terrea
Manus in sinu habere	752	megaricæ sphinges	667	merthæ ac Siloam flumina		mœnia pro opibus
Manus longæ	77.1130	megaricum machinamētum		seiuincta sunt	870	1064
Multæ manus onus leuius		549		merx ultronea putet	387	molam qui uitat, uitat & fari
reddunt	564	megaricus risus	225	messena miserā metere	968	351
Manus unius infirma pugna		meis telis uulneror	52	messena feruiliior	714	1205
464		melampygam ne incidas		messle tenus propria uiuere		molesta necessitas
Manu habere sub pallio	752	455		278		molestus est, sed iam assueui-
Manum non uerterim	228	melanione castior	748	messis in herba	518	mus
Manu ferendum, non thyla-		meliacum nauigium	747	messis tempus boues expe-	167	741
co	796	meliza fames	392	metantes	825	molestum sapientem apud
Manu utraque adesse	373	meliores fancisci aues	668	metam præstitueret	921	stultos loqui
Manus manum fricat	42	melitæus catulus	854.1095	metiri digitis	1127	746
maras	1023	melitæus stultior	1095	metum inanem metuisti	558	996
Mare aureum	372	melius nobis est quam heri		metus infamiz	987	molli brachio, leui brachio
Mare celo miscere	152	802		metus & pudor	984	167
Mare exhaustis	972	Mella poetica	104	micare in tenebris	338	mollior cinzdo, pepone, mal
Mare inexpugnabile	500	melea præfocatio	353	midæ diuitiz	249	ua
Mare prius uitent tulerit	593	melle potor Glaucens resurre-		midas auriculas asini	148	302
Mare proluit omnia mortu-		xit	700	midas in testaris consultor o-		901
lium mala	864	melle litus gladius	352	primus	742	momo satisfacere & similia
Mare falsum esse e paucis		melle remeti plium perungis		mihi curæ erit hoc negocium		244
tis cognoscitur	381	747		996		359
marigues	555	mellis medulla	668	mihi ista curæ futura sunt		730
maria aquam addere	511	memorem compotorem odi		1006		montes frumenti
maria fossa aquam	827	1286		milesia stragula	163.385	372
marinam auditionem flumina		memorem mones & similia		milesia stromata	163	629
li abluit sermone	845	80		milesij quondam strenui	385	78
maritimi mores	1135	memoria iu cunda præterito-		milesius lupus	758	166
maritimus quum sis, ne uelis		rum malorum	1205	miles siculis	907	964
fieri terrestres	888	me mortuo terra miscetur		militauit cum Erasimade	750	168
mar communis	1163	incendio	152	miliū terebrare	1160	1147
maris haud cœcutit sua ipsius		mendacem memorem esse o-		miliū torno sculperet	749	1202
arma	868	portet	556	miliū adorat	912	1188
maris initio laudatus ob filios		mendacium utile	1260	miliū quantum nō oberret		1187
913		mendax Atraphaxis	1068	912		1194
maris rex	1012	mendici pera non impletur		mineruz selem	408	768
martem tueri	865	608		mineruz suffragium	873	mores regioni respondent
marie nostro	247	mendico ne parentes quidem		cum Minerua manum quoq.	984	1062
maris campus	674	amici sunt	1048	1062		mors omnibus communis
maris pullus	868	mēdici oculi semper inanes		1062		984
maschalām tollere	698	747		miniatura cera notare	220	mors optima rapit, deterri-
masculum	1227	mendicus etiam plurimum		ministrabo mihi balneum		989
masiliam nauiges	565	in loco potest	519	413		mortalis deus
matellæ immeiere	225	menecles alia, porcellus alia		minimo prouocare	920	238
matellæ probæ probus		loquitur	786	minis tribus insumptis duo-		1262
lex	913	menia communis	242	decim imputat	579	919
matuolechus	1059	mens calti terræq. regina		minore finire pomærio	921	mortuis non conuiciandum
matrem sequimini porci		1255		minus de istis laboro quam		1005
1188		mens cuiq. deus	496	de ranis palustribus	800	mortuo uerba facit
matris ut capra dicitur		163		minus habet mentis quā Di-		184
748		mens est in tergoribus	490	thyramborum poetæ	493	1172
matulam porrigere	215	mens lœua	985	minus animi, aut plus poten		mortuos rursus occidere
matula satio lœpe decipit, se-				1055	1252	

INDEX PROVERBIORVM

Mortuo uilior	1247	glandes comedit	1048	myforum postremus	275	mulieres pulchre, sed in Pare	
Mortuos uidens	912	Mundus unus nō capit	duos	myforum piada	430	aqua frigida	1421
Mortuum flagellas	178	soles	491	myforum ultimus nauig.	275	mulieri & gremio non cre-	
Mortuum unguento perun-		muneribus res agitur	976			dendum	1445
gis	844	muneribus uel dii capiuntur				mulier Herculis adem non	
Mortuus iacet pedens ibide		127				intrat	1375
Mortuus per somnum uaca-		munerum animus optimus				multa bene comparata &c.	
bis curis	1016	662					
Moricho stultior	718	munerum corruptela	994	M Agui pisces paruulos	1437		
Moschus canens Bœoticum		munus Leuidentæ	892	comedunt	1439	multis brachiis æqualis	
855		munus exiguum, sed oppor-		Male discitur sine moribus	1275	1275	
Mothonem a remo aufer	826	tunum	995	eloquentia	1429	multum nauigauit aquæ	
Mouere calculos	218	murem cepit decipula	880	Malorum efca uoluptas	1439	1427	
Mouere Camarinam	56	mure obstrepeute etiam ti-		Mādibulis alienis ridere	1362	mulum de asino pingere	1435
Mouebo talum a sacra linea		met	862	Māsum male reiticias	1294	mutus Semiramidis	1287
37		murem pro leone ostendit		Mātilla obsonia uincit	1274	1291	
Mox sciemus melius uate		788		Manuarium æs	1436	musarum Luscinia	1268
1005		muris circumcurrentibus		Manubrium eripere	1422	musas hortari, ut canant	
Mula ubi pepererit	230	1073		Manu ignauus, mente præ-	1417		
Mulcta allium, æs alienum		muris interitus	808	Manum peteris, & pedem por-	1306	mulicus apparatus	1274
cepe	853	muris alienus	751	mus in pera &c.	1449	1449	
Mulctro bibere	477	mus nunc floret	842	Myrica citius poma ferent	1339	1424	
Mulgere hircum	140	musarum aperta ianua	673	Manus Briarei iniicere	1436	1424	
Muli alius quantum præstāt		musarum aues	1234	Manus in Aetolis, men. in		1446	
796		mulæ eiusdem æmulus	450	Clopidis	1366. 1413	1446	
Muli Mariani	1096	mus albus		Mapam mittere	1425	myforum more clamat	1347
Mulierem ornat silentium		mus apud Pisam	1053	Mare annuum non indiget			
1036		mus non ingrediens antrum		Mare & ignis, uentis seruiunt			
Mulier imperator, & mulier		cucurbitam ferebat	1855				
miles	622	mus non uni fudit antro	1236				
Mulier, desunt uerba	927	musæ	1162	Martandinus tibicen.	1346	N	
Mulier ne credas, ne mortuæ		musæ improbitas	983	Mariandinis calamis lonicos	1347	Azra & Charmio-	
quidem	750	musæ quoque splen est	888	modos louare	1345	ne	918
mulieris animus	922	musas depellere	941	Mars filij	1302	Nam illi iam non	
Mulieris, oculus	875	musas præteruolantes metue		Marsyæ mors	1302	lunt, at qui sunt mali	729
Mulieris iusturandum	286	re	224	Marsilienses mores	1441	nanus quum sis, cede	1063
Mulieris podex	921	musco lapis uolutus haud ob-		Marsæ beluam alie	1346	nare sine cortice	344
Mulier mala	500	ducitur	877	Marsæ modus est	1192. 1448	nasus suspendere	337
Mulier pudica ne sola sit us-		muscum demetere	828	Marsæ quum oderunt, uel perti-		nasturtium edere	351
quam	988	musicam docet amor	1109	num amant	1298	nasturtium obtueri	ibidem
Mulierum exitia	750	musicam nescio	492	maxillæ edentylæ	1386	nasus	276
Multa cadunt inter calicem		mulicam ne uitries	1060	medica mensa	1392	nasum fumantem uris ne ten-	
supremaq. labra	191	mulices, occultæ nullus respe-		mediositas omnis uirtus		taueris	903
Multa dicere, & opportuna		ctus	323	mediositas omnis uirtus	1431	natare non didici	491
non est eiusdem	117	musice uiuere	537	medium sequere	1404	natum non nouit	285
Multa docet fames	1048	musis iratis	62	megabyzi sermones	1293	naturam expellas furca, tamē	
Multa in bellis inania	749	musis sociis	929	melanurum perca sequitur	1058	usque recurrit	666
Multa in medio	1242	vel mus mordeat uirum im-		mel summis digitis deliban-		uauci non facio	333
Multæ manus onus leuius red-		probum	365	dum	1354	naues onustæ conuiciis	356
dunt	564	musopatagos	1230	menta Alcinoi	1327	naufragium commune	
Multæ regum aures, atq. ocu-		mus picem gustans	553	menta Ciceronis	ibidem	nauius atq. quadrigis	167
li	76	multelæ seuum	165	mentis Siculæ, Asianæ &c.	1444	nauigare cum deo	462
Multæ rotæ uoluentur	1078	mustelam habes	110	1444		nauigare cum felicibus	126
Multam syluam geitas	923	mutabilior metra Erifichtho-		meptura aquam bibens	1370	nauigatio ad mensam	159
Multa noris oportet, quibus		nis	854	mercurij catena	1313	nauigatio iuxta terram	114
deum fallas	750	muti citius loquentur	1122	mercurij typus	1282	nauigationis socius	1254
Multa nouit, uulpes uerum		muti magistri	85	mercurius bifrons	1309	naui annoa haud quaquam	
echinus uerum magnū	199	mutas operas tradunt	330	mercurius ipse ne cum musis		nauigabit per mare	667
Multas amicitias silentium di-		mutua descriptio tutissima	989	sanarit	1430	nauem in portu mergis	228
remit	449	mutus Hipparchion	687	metere in aceruum	1382	naui aut galerus	744. 468
Multi discipuli præstantiores		mutus magis, quā pisces	205	milesia fabula	1443	naui una non uehit	1027
magistri	992	mutus magis quā scapha	704	mineræ calculus	1343	naulum perdere	905
Multiq. boniq.	254	mutuum fricant senes	330	minuit præsentia famā	1425	nauphracton tueri	744
Multi boum stimul-	288	mutuum muli scabunt	329	mitheus cum sit, Agamemno-		naufon nauerati	745
Multi manij Aricæ	751	mutuum testimonium	329	nem stimulat	1412	nauticæ uluræ	1210
Multis hirundinibus opus est		myconius crispus	443	mithrij pœnas sustinere	1436	naxia cos	304
329		myconius caluus	443	mittere lineam	1419	ne allia comedas & fabas	
Multis ictibus deiecitur quer-		myconius uicinus	99	molaris lapis	1367	ne allij quidem caput	964
cus	365	myconiorum more	1182	monetæ ueteris	1358	ne altero quidem pede	416
Multis parasangis præcurre-		myconius conuiua	444	monitor captas age	1360	ne Apollo quidem intelligat	
re	558	myconus una omnia	584	morimi uerlus quis descripte		ne bestia quidem ferre pos-	
Multi te oderint, si te ipsum		my facere	332	rit?	1371	sunt	1208
amas	751	mylus omnia audiens	676	mugil s uitam ducere	1325	ne bolus quidem relictus	
Multitudo imperatorum Ca-		myrtea coronā ambis	1060	mulctore reipublicæ peltis	897		
riam perdidit	663	my fortitus es	1050			ne bos quidem ieruat	
Multitudini cedendum	991	myforum ac Phrygum termi-				1102	
Multorum festorum Iouis		ni discreti sunt	585			nebulæ in pariete	580

nec

PER ORDINEM ALPHABETI.

Nec animi, nec inanime 1139	Ne intra uestibulum quidem	neque pessimus neque pri-	agrum optime colere 948
Nec apud homines nec in mari 1193	742	mus	1080 nihil potest nec addi nec addi 1178
Nec caput nec pedes 1238	Ne Iupiter quidem omnibus placet 677	iniunt	730 nihil profuerit bulbus 1042
Nec aures habeo, nec tango 911	Ne libaris diis, &c.	25 neque terræ motus timet ne-	1179 nihil recusandum quod dona tur 1001
Nec ara nec fides 955	1029	neque fluctus	247 nihil sacres 342
Nec Catoni quidem crederē 1121	Ne maior thylaco accessio 1051	ne quicquam sapit, qui sibi non sapit	282 nihil sanum 343
Ne catulus quidem relinquitur ex genere malo 419	Ne Mercurio quidem crederē 1152	ne quid mouere uerborum strepitu	985 nihil sale utilius 1212
Nec cum bonis nec cum malis amicis errandum 548	Nemesis adest 643	ne quid nimis	282 nihil sine ope diuina 991
Nec currimus nec remigamus 1189	Nemesis in dorso 817	ne quis malus ingreditor	ni intra est oleam, nil extra est in nuce duri 324
Nec deus nec homo 1194	Nemini fidus, nisi cum quo prius inodium salis absum pferis 446	nequis unquam Megarensibus	niobes mala 844
Nec dignus qui me intueatur 978	Nemo bene merito bouem immolauit, præter Pyrrhiā 566	ne rebus prosperis mihi ueniat	ni pater esset 667
Nec elephātus ebiberet 1143	Nemo bene imperat, nisi &c. 27	ne uisus incidere	ni purges & molas, non comedes 742
Necessarium malum 204	Nemo cogendus amicus 1205	ne sacrificato sine farina	nisi crura ei fracta fuissent 1125
Necessitas ferus caret 539	Nemo cogendus officij causa 996	ne si ad Iouis quidem aulam	nisi si qua uidit aus 493
Necessitas ingens telum 539	Nemo laeditur nisi a seipso 918	ne si bos quidem uocem edat	niti contra torrentem 814
Necessitas molesta 1105	Nemo malus hoc sciet 863	ne spina quidem uulnerebit bon.	nitor 1256
Necessitas magistra 1105	Nemo natus 1218	nestorea eloquentia	nitro caput asini ne laues 516
Necessitati ne dii quidem resistunt 539	Nemo nos insequitur 864	nestorea senectū	nix alba non est 394
Nec fidei credere 227	Nemo omnibus horis sapit 577	ne temere Abydum	nocte lucidus, interdiu inuitis 1063
Nec in funerali cœna laudandus 665	Nemo quinquam prohibet ire publica uia 893	ne tempestas quidem nocere possit	noctua aliud sonat, aliud corripit 828
Nec mulieri, nec gremio credendum 1099	Nemo sibi nascitur 1147	ne terra quidem inuit	noctua inter cornices 213
Nec musicam scio 491	Nemo sine crimine 578	ne tria quidem Stesichori no-	noctua uolat 63
Ne contra bouem opta 740	Nemo mouet festucam ab omnibus 572	ne uia quidem eadem cum illo uult ingredi	noctua Laureoticæ 700
Nec cuius dextram inuiceris 18	Nemo mouet lineam 400	ne uidit quidem oleum 1079	noctuum ouum 456
Nec obolum haberi 139	Nemo my quidem 332	ne uitæ musicam	noctu nauigare 1062
Nec omnia, nec paucim, nec ab omnibus 572	Nemo nomen quidem 1078	ne uni nauis facultates	noctui & nocet 981
Nec propius ferire 654	Nemo nuncius quidem 410	ne unquam uiri sensus	nodum in scyrpo queris 593
Nec crepitu quidem digiti dignum 1156	Nepolemi uindicta 68	nuba coccyliante	nominis proprii obliuio 683
Ne respiciens quidem a tergo 167	Nepam imitabor 1036	nicostrati more	non ab Hymetto 1232
Nec feritur, nec metitur mihi 276	Nepaliam quidem 405	niger infamis	non abiicit animum 995
Nec sibi nec aliis utilis 614	Ne patris quidem nomen dicere possit 793	nihil ab elephante differt 742	non abiq. Theseo 204
Nec si quis loqueretur 793	Ne personatum quidem 335	nihil ad Bacchum	non admodum misces 1049
Nectaris flos 269	Nephalia signa 743	nihil ad fides	non bene imperat, nisi qui perit 27
Nec uno dignus 335	Nephalium sacrum ibidem 1121	nihil ad Parmenonis suum	non capit somnum, nisi hoc aut illud fecerit 958
Nec utilis, nec inutilis 848	Ne pictum quidem uidit 1263	nihil ad uersum	non cedendum malis 982
Ne decima quidem Syracusanorum pars 583	Ne pudeat artem 603	nihil agere 924, 1259	non certatur de oleastro 769
Ne de lite pronuncies 795	Ne pueri gladium 1171	nihil alia ciuitates ad Crotonem	non Chius, sed Cius 487
Ne depugnes in alieno negotio 980	Ne præceptis fueris ad iurandum 1193	Nihil cum amaracino sui	non contis aut ramulis &c. 1145
Ne dii quidem a morte liberant 990	Ne propius ferire 654	nihil corio est	non curat numerum lupus 599
Ne Executides quidem uiam inuenerit 645	Ne quæras deus esse 1241	nihil est, aut nil curæ est	non decet principem solidâ dormire noctem 688
Ne fascines 1080	Ne tingant dura 645	nihil de uitello	nondum sacrificata deuorat 250, 560
Ne genū quidem flexo 454	Neque cælum neque terram attingit 213	nihil desperandum	non e quercu aut saxo 1176
Negotium ex ocio 744	Neque compluitur, neque folle adurit 614	nihil dulcius quâ omnia scire	non equouis ligno fingitur Mercurius 612
Negotium meū non est, multum ualeat 746	Neque cum malis, neque sine malis 743	nihil est ab omni parte beatus 804	Non eras in hoc albo 300
Negotium non aptum 993	Neque dicta, neque facta 1190	nihil est miserius quam animus conscius	non est amicus qui desit 171
Negotium ruminare 964	Neque enim ignari sumus 1002	nihil ex agro dicis	non est beatus, esse qui se nesciat 1106
Negry quidem 333	Neque intus, neque foris 1116	nihil graculo cū fidibus	non est cuiuslibet Corinthiū appellere 158
Negularis quibus nigra est cauda 17	Neque Lydorum caricas 1101	nihil graue passus, nisi	non est curæ Hippocledi 406
Ne Hercules quidem aduersus duos 211	Neque mel neque apes 269	nihil homini amico est oportuno amicus	
Ne incalcatus in mōtes 1136	Neque natæ, neque literas dicit 1214	nihil inanius, quam multa scire	
Ne in neruum erumpat 641	Neque nullis sis amicus, neque multis 919	re	
Ne insciens quidem uerum dicit 429		nihil minus expedit, quam	
Ne in conuictis quidem 463			

INDEX PROVERBIORVM

Non est Dithyrambus, si bi- bat aquam 1067	Non sum ex istis Heroibus 612	ne sol quidem sciet 1378
Non est eiusdem, multa & op- portuna die 117	Non suscipiendum negotium temere 994	ne vicini quidem sentiunt 1408
Non est dormitandum in peri- culoſo negotio 985	Non tam lactis simile ibid	nihil ad Persum 1407
Non est meum negotiū, mul- tum ualeat 746	Non tam aqua simili aquæ ibidem	nihil desperandum, & nulli rei fidendum 1435
Non est oleū in lecytho 967	Non una manu capere 1114	nihil hydropico siccus 1323
Non terenda arrogantia 999	Non una uehit nauis 7102	nihil boni cogitat uir arrigens 1387
Non filius Achillis 1088	Non ut prior Ixam, sed ut iniuriam retalem 1045	niliacis cataractis 1372
Non habet cui indormiat 1128	Non uulgarī ancora nititur 1116	Diobes archetypum 1277
Non huc nauigatur a bonis viris 159	Noſce teipſum 281	nobilis in aſtragalis 1302
non inſueta uictoria 983	Noſce tempus 316	nodorum uincula texentes 1403
Non idem ſunt ſcriptura & Leucaus 908	Nos decem Rhodienses, decē naucs 677	nola in cubiculo 1381
Non incedis per ignem 1136	noſtra larinx 899	nondum incurram ceruicem Iupiter habet 1314
Non inest illi dentale 1008	noſtris iſtorum alis capimur 264	nondum omnium dierū ſol occidit 1420
Non iacellandus fameli- cus 975	notæ eiusdem 899	non eſt cuius recte condire 1319
Non liberat podagra calcus 1096	notare unguis & ſimilia 220	non hodie, aut heri inſtitutū 1427
Non licet bis in bello peccare 790	nota res mala, optima 741	non omnia per bouem obtri- nebis 1345
Non luſtu, ſed remedio opus 989	nouacula in cotem 35	non propter pedi cum lyra diſſidium 1295
Non magis quam canē 1239	noua hirundo 268	non radi debet, ſed tonderi pe- cus 1438
Non magis quam lupis parce- mus 493	noua Hymettia, ſalerna uete- ra 510	non ſoli Atridæ uxores amāc 1450
Non mouenda loqui 1252	noui nummi 1190	norma Polycleti 1354
Non mouenda moues 269	nouercalc odium 520	non tractet ignarus habenas 1344
Non nauigamus ad Hippolai- tas 1043	noui Simonem & Simon me- 612	nouus iſte Palephatus 1397
Non nauigas noctu 1062	nouit hæc Pylea & Tytygias 678	noxa caput ſequitur 1449
Non noſtrum onus, bos clitel- las 741	Nouit mala & bona 1002	nox gubernatorem prudentē terret 1281
Non omnes qui habent citha- ram, ſunt citharædi 288	Nouit quid album, quid ni- grum 284	nubes captat, dum uitat hu- mum 1452
Non omnia eueniunt, quæ in animo ſtatueris 787	Nouos parās amicos ne obli- uiſcere ueterum 856	nummi Caracallæ 1443
Non omnia poſſumus oēs 563	Nouum cribrum nouo paxil- lo 1246	nummis ſparſis crimina rede- merunt 1427
Non omnibus contingit 999	Nox humida 917	nummum querit peſtilentia &c. ibidem
Non omnibus dormio 240	Nuce caſſa non emam 334	nunquam crateri legenam imponas 1448
Non omnibus ſeruo ibidem	Nucem frangit qui e nucle nu- cleum eſſe uult 728	nutrit ſeruum fatum domi- nus familiaris 1427
Non omnino tenere eſt quod uulgo diſſitant 249	Nuces relinquere 208	
Non omnis fert omnia tel- lus 1080	Nuces abiicere & ſimilia 208	
Non oportet hoſpitem ſemi- per hoſpitem eſſe 1201	Nucleum amiſi, reliquit pi- gnori putamina 738	
Non perſuadebis, ne ſi perſua- ſeris quidem 678	Nudæ gratiæ 676	
Non pluit, &c. 611, 1095	Nudior paxillo 781	
Non pluris quā ſimias 1116	Nudior leberide 38	
Non probantis 973	Nudo capite 875	
Non pugnandum cum Prin- cipe 992	Nudo mandas excubias 738	
Non omnibus eadem infania 1009	Nudo ueſtimenta detrahere 181	
Non quiduis contiget quod optaris 1002	Nudus nece centū uiris ſpo- liari poteſt ibidem	
Non quiuis ſus hoc ſciet 863	Nudus tam quam ex matre 704	
Non ſemper erit æſtas 1072	Nugæ ſiculae, Perſolæ 570	
Non ſine diis 801	Nugæ theatri 1216	
Non ſoli Atridæ amant uxo- res 1136	Nugas agere 185	
Non ſtatim decernendum 977	Nulla candidorum uiro- rum utilitas 917	
Non ſtatim ſinis apparet 1119	Nullam corporis partē 1223	
Non ſtatuar lezæna in machæ- ra 740	Nullam hodie lineam duxi 165	
Non ſum diuinus 134	Nullius coloris 1218	
	Nullius indigens deus 738	
	nullo in numero eſſe 471	
	Nullo ſcopo iaculati 899	
	Nullum animal, quod ani- mal 474	
	Nullum ocium ſeruis 542	
	Nullus dies omnino malus 1234	
		Nullus emptor diſſicilis bo- num edit opſonium 848
		Nullus malus magnus piſcis 562
		Numeris Platoniciſ obſcuri- us 918
		Numerus 532
		Numinus ira inuitabilis 1261
		Nummo addicere 1199
		Nummum plumbeum non credam 960
		Nummus plumbeus 1237
		Nunc bene nauigauit, quā nau- fragium fecit 739, 799
		Nunc contingat ſeruari 739
		Nunc dii beati 669
		nuntio nihil imputandum 1254
		Nuntius bonus honore di- gnus 786
		Nuntium procul abſit aure 831
		Nunc in regionem ueni 739
		Nunc ipſa floret mula 842
		Nunc ipſa uiuit ſapientia ibi.
		Nunc leguminum meſiſ 668
		Nunc tuum ferrum in igni eſt 1102
		Nunquam efficies ut recte in- grediantur cancri 956
		Nunquam expugnabit urbē 1114
		Nunquam enim meos boues abegerunt, nec equos 689
		nutricis pallium 1247
		nutricum more male 894
		Nymphæ Baccho conueniūt 524
		INDEX APENDICIS PROVERBIORVM.
		Nauis Salaminia 1448
		Nauplius quaſi Caphareo rediens 1288
		Nauſiſchlidis ſolitudo nec uer- nec amicos 1289
		Ne ad Adonia quidem 1376
		Ne adas ſuperas una clamore 1406
		Ne æxon piſcis moleſtus ſit 1351
		Nec mulieri, nec gremio cre- dendum 1445
		neſtar ſpirat 1381
		ne corticem quidem dederit 1351
		nec uola, nec ueſtigium 1390
		ne feceris, quod dubites 1445
		ne hoc quidem male 1444
		ne Mercurius ipſe cum muſis ſanarit 1430
		nemo comatus, qui non præ- ciditur 1357
		neptumini filij 1445
		neque deſraudat, neque mar- ginem excedit 1376
		neque lhaſis mala eluat 1323
		neroniauas therm. & refrige- rat 1292
		ne ſalē quidem dederit 1389
		ne Samnionē domi relicto 1420
		neſcit aranea ſobolem 1284
		neſcit ſeipſum 1425
		O Bedientia felicitatis mater 112
		Obelo notare 219
		Oboliſco dignus 335
		Obliquus curſus 677
		Obluionis campus 734
		Obluio malorum 975
		Obolis quatuor non emiaſſa 720
		Oblixiuum pretium 901
		Obulum non habet undere ſtim emat 139
		Obolo dignus 1219
		Obolum reperit Parmentes 673
		Oblexiuum amicos, ueritas odium parit 733
		Obrudere palſum 917
		Obrurbas fruſtra uelut unda 853
		Obuiis ulnis 734
		Ocaſio dea 317
		Ocaſio premenda 992
		Ocaſio mali tollenda 1000
		Ocaſione duntaxat opus im- probitau

PER ORDINEM ALPHABETI.

probitati	465	ominabitur aliquis te conspe	optima quidem aqua	1201	os duodecim salientum	1288
Oculus cito	991	cto	optima mors rapit	989	ossa canibus prodo	1410
Oecipitiū oculos habet	847	omissa hypera, pedem infe-	oprima domus	999	otus, & othus	1318
Oecisionis ala	820	queris	871	optimis diuitiæ non contin	oues meridianes	1408
Ocium & cibus alienus	536	omissis fontibus sectari	riu	gunt		
Ocium feruus nullum	542	los	1255	opus ad opus		
Oenos suam torquet	182	omissis nugis rem experia-	oraculum	327	P Actoli opes	274
Ostipodem excitas	55	mur	987	oracula loqui	1232	Paginam utranque face
Oculata dies	341	omitte uatem	735	oram soluere	635	re
Oculare manus	341	omne iacere aleam	168	oratio effeminatorum etiam	722	Palestra
Oculatus testis, & auritus	648	omnem mouere lapidē	167	effeminata	722	Palinodiam canere
stis	1217	omnem rudentem mouere	810	oratio leuissima res	787	Pallio manum tegunt
Oculus ac manibus	730	omnem uocem mittere	1142	oratio pharmacum optimū	1119	Pallium oreſti texere
Oculus fixis intueri	1023	omne æs alienum cepe &	810	oratio medicus	810	Palmam ferre & similia
Oculo utroq. dormire	1023	multa allium	853	orationis sculptura	221	palmarium facinus
Oculis ostundere puluerem	730	omne tulit puniunt	221	oratio uitæ speculum	74	palpam obtrudere
Oculus magis habenda fides	74	omnes adhibere machinas	1123	orei culus	761	palpari in tenebris
quam auribus	1246	omnes intus	1126	orei galea	762	palpo percutere
Oculitus	1222	omnes laqueos effuge	1114	oreſti pallium texere	1024	palumbem pro columba
Oculum excludere	1014	omnes sibi melius esse ma-	162	organum rueri	1143	1047
Oculus uisitæ	788	lunt quam alteri	155	ornatus ex tuis uirtutibus	1024	panagæa Diana
Oculus uicinorum inuidus	580	omnia chnaumata	732	orpha uita	1177	panania ebricitas
Oculus dexter mihi salit	981	omnia elculēta obſeſis	734	ofce loqui	1097	735
Ocyor accipitre	735	omnia ex ſententia cedunt	983	ofculana pugna	ibidem	119
Oderint dum metuant	285	omnia idem puluis	257	ofcitant uno deinde ofcitat	880	panaticæ ualere
Odi memorem compotorem	163	omnia non pollunt omnes	1066	ofciterum	802	pandeletas ſententias
Odi puerulos præcoci ſapien-	1037	omnia octo	297	os ineſt orationi	1066	1024
tia	735	omnia præter animam	1203	ofla dea	249	panegyris malorum
Odit cane peius, & angue	470	omnia potentes	1144	os ſublinere	215	751
Odiū agreſte	520	omnia ſecunda ſaltat lenex	791	oflij linien terigijſti	842	panem album pinſo tibi
Odiū nouercaſe	ibidem	omnia ſimilia	734	oflium mouet Lydus	618	25
Odiū uatiniānum	350	omnia ſapientibus ſacilia	734	oflium ob lite prophani	890	panem ne frangito
Odiſſer lucri bonus ex qualibet	275	omnia ſapientibus ſacilia	734	ofſrei in morem	1188	paniceus caſus
re.	312	omnibus armis præſidiisſque	986	ouem lupo commiſiſti	164	947
Odiſſerati	587	deſtitutus	986	Ouis γροῖμαδος	807	panidis ſuffragium
Oedipi imprecatio	708	omnibus horis nemo mori	577	ouis cultum reperit	545	790
Oene charadram	926	lium ſapit	577	ouium mores	807	panis bene conſectus
Oeſtro percitus	1000	omnibus communis mors	984	ouium nullus uſus	669	243
Oereus genius	999	omnibus neruis	166, 1041	ouo proſignatus eodem	532	panis lapidoſus
Officiam bona poſt panem	657	omni certaminis genere	997	ouum adiutinas	178	1092
Officium humilius	996	omni deuorato boue, in cau-	854	ouum ouo ſimile	197	pannus lacer
Officium ne collocaueris in	732	da deſecit	854	INDEX APENDICIS	1066	557
inuitum	968	omni pede ſtandum	791	PROVERBIO RVM.	1066	900
Officij cauſa cogendus nemo	1192	omni telorum genere oppu-	167	O Boli duo quātum ubiq.	807	parat ſibi malum qui alteri
996	1234	gnare	167	poſſunt	545	parat
Ogygia mala	301	omnium calculis	221	Ocream capiti, tibia galeam	669	1191
Olearij uelabrum	301	omnium horarum homo	153	adaptare	1414	paries dealbatus
oleo bacæ egene	1192	onobaris	1135	oculis clauſſagere	1433	parieti lequeris
oleo incendiū reſtinguere	1234	onus nauis	842	ocyma cantare	1452	184
oleo nitidius	1234	onus tollenti auxiliare	22	odum deponere balneum in-	1425	pari lance & ſimil.
oleo tranquillior	1234	operam & retiam perdidit	1256	greſſus	1425	1196
oleum & operam perdidit	1234	operarij	1256	ocnamus ruſticanus	1295	parit puella, etiamſi male ad-
oleum in auricula ferre	1234	operi incipienti fauendum	1193	oleo fraudare lucernas	1448	ſit uiro
oleum incendiarium	1234	oportet agrum imbecilliorē	1127	olim Pelagi, Danaidæ poſtea	1358	669
oleū non eſt in lecytho	1234	eſſe	1127	omnem lapidem nitidum a-	1307	parmula reſecta
oleum non uidit	1234	oportet remum ducere qui	110	derantes.	1307	521
oleum & ſalem oportet eme	1234	didicit	110	omnia omnibus annuit	1445	603
re	1234	oppedere, & oppedere contra	320	omni ſune remiſſio	1429	pernetes obolum reperit
oleum tamino addere	1234	opes concordia fulciuntur	979	omnis uirtus eſt medicocritas	1431	673
olitor oportuna loquēs	1234	opitulum re, non uerbis	1399	oneraſſam perit, qui celocem	1395	paropſis malorum
olitorum odi qui radit	1234	optat ephippia bos piger, o-	1396	nequit regere	1395	par pari referre
oliam ne comedas	1234	prat arare caballus	273	oreſtis ſomnium	1396	43
olla amicitia	1234	opta uicino ut habeat magis	888	oreſtis ſomnium narrare	1396	partitio non præſocatio
olla fabariæ torqna aurea	1234	autem ollæ	888	orimalides cum Acylis ne cō	1447	1053
olla ueſtigium in cinere ſur-	1234	optimum obſonium labor ſe	853	oramentum in luto digni-	1423	parturiunt montes, naſcetur
bato	1234	nectui	853	tas indigno	1423	ridiculus muſ
olla ipſa legit holera	1234					371
olla lenticulam attigit	1234					ibidem
ollam alere	1234					parturit Larus
ollam exornas	1234					parturit Cephus
ollaris deus	1234					partuē emptas carnes
ollas lippire	1234					1064
ollas oſtentare	1234					paſeris ſemiobolus
						670
						paſſalam non habet
						405
						paſſim coruos inſequitur
						374
						patillos Ruſſillus olet, Gor-
						gonius hircum
						731
						paſtoris boni eſt tondere pe-
						cus non glubere
						950
						patella dignum operculum
						423
						paternas cantiones non ca-
						b 4

INDEX PROVERBIORVM

promouvoir

PER ORDINEM ALPHABETI.

præmouere uenatum	889	probat materia: probus	arti	1037	pardalis exuium induere	
præsentibus rebus consulendum	1214	sex	913	puero gladium	603.23	1344
præfens abest	685	pro beneficentia Agamemnonem ultri sunt Achius	631	uel Pucro perspicuum	454	pardus maculas non deponit
præsentem fortunâ bonicōsule	227	pro bonis glomi	907	pugna peracta uenire	732	1382
præsentem mulge, quid tugientem insequeris	883	pro bonis honeitum	662	pugno uerbis non re	985	pauis parua dant Dij
præstat habere acerbos	1070	pro cæco exocularus est	956	pulchra noxa	487	1405
præstat inuidiosum esse quâ miserabilem	1098	procorum ciuitas	737	pulchre fallit uulpem	1111	1446
præstat uni malo obnoxium esse, quam duobus	1045	procridis telum	686	pulchrorum, etiam autunus pulcher est	149	patella operculum reperit
præstat canem irritare quam anum	1183	procul ab auribus nuntius ueniat	831	pulchrum, sepulchri elogio		1396
præstitueret metam	921	procul a loue	157	1201		patere legem quam tu ipse tuleris
præstantiori alius altis	984	procul a pedibus equinis	156	pullati de pace cōsultant	40	1437
præter calamem ne fugias	193	pro Delo Calauriam	1060	pullus tuus semper paruus		1363
præter Sibyllam leget nemo	1046	prodesse potest qui nocere		670		pauca male parata, multa bene comparata perdunt
præuertit ancoræ iactū deus	1060	prodici doctior	1048	pulmo prius uenisset	1115	1460
præuillæ Adonide stupidiore	712	proxiimum longum audient, dicupido	1199	pulmonis uitam uiuere	1266	pauperi uitulum est castrum
preces armatæ	1242	profani fores ocludere	890	puluerem excutere	714	1450
premeda occasio	992	profetus ad apaturia	869	puluerem oculis offundere	730	pedem porrigis, & manum petis
premere pollicem	347	profundum sulcum	1042	punica fides	339	1339
preuenientis iustitia	912	prolixius Iliade	1118	punica malis omnibus inest		1358
prima facie, prima fratre	396	pro malis cane suem repofcis	913	granum aliquod putre	833	perca melanurum sequitur
prima felicitatis pars sapere	1251	promeri canes	686	punctis omnibus	121	1307
primas ferre	573	prometheus post factum	158	punctis singulis	ibidem	pergæ Diana
primas iactare hastas	1255	promissa præstiturum	974	puncto non distcedam	195	1277
primoribus labiis degustare	397	promus magis quam condus	593	pura a nuptiis	726	pericæ mentæ &c
primum apes abigendæ	1201	promus esto	1054	purgatis auribus	598	1447
primum aut ultimum quid	502	pronomi barba	1040	purior clauo	ibidem	personam, non faciem gerit
primum experiienti uenia	397	proemia magna de parua re	860	purpura iuxta purpuram diu dicanda	468	1429
primum Mars in filiis laudatus est	913	properans nimium, serius ab soluit	902	purpura uoracior	559	phænicium instar reuiuiscere
primum recte ualere, proxima forma	806	pro perca scorpium	631	putus puram detluit aquam	831	1352
primus & ultimus	30	propria uineta cadere	277	pulsillum pusillo addere	365	phænicium mendaciū
princeps & æqua & iniqua audit	686	proia & puppis	30	pusillum quantus Molon	901	1279
primus ueniens primus morlet	749	protei more	862	puteum fodit iuxta fluuium	854	pharmacis amaris amara bilis
princeps sapit congressu sapientum	910	proteo mutabilior	511	puteus argenteus	1154	1369
princeps indiligens	1001	proteruiam fecit	382	putre salsamentum amat origanum	505	pharus
principatus Seyrius	260	protinus apparet, quæ plantæ frugiteræ futuræ	1040	pygætorum ærotinia coloflo adaptare	1034	1436
principes inter se noti	994	pro uinciam capere aut trade re	581	pylea & Tytygiæ hæc non nit	678	phasis neque mala eluat
principium dimidium totius	95	prouoluitur ad miluos	912	pylos ante pylum	705	1323
principium, medium, finis	1177	prudencia coniuncta cum uiribus	981	pyraustæ gaudes gaudium	839	1384
principi obtemperandum in omnibus	1254	prudencia senum	992	pyraustæ interitus	387	phryx non minus, quam spitharus
principum fauor necessarius	993	prudens in flamma mitto manum	913	pyrrhandri commentū	838	1326
prior occupat	990	prudenciores etate	991	pyrrhen oculis præte ferens	965	1423
piscis credendum	1226	pruriunt dentes & similia	580	pyrrhiæ bouem immolauit benemerenti	566	pigmæi, uel Thiodamas cum Hercule
prius antidotum quam uenum	1075	psallium iniicere	1176	pythagoreis taciturnior	1070	1438
prius duo echini amicitiam incant	595	psaphonis aues	117	pythagoræ symbola	17	pigmeum imponere colosso
prius lupus ouem ducat uxorem	956	psedas aut ros	731	pythia & Delia eadem	654	1418
priusquam assa sit farina	841	Quam apes apum similes	197	pythum uersus uia iterum ac que iterum	758	1443
priusquam gallus iterum cecinerit	963	ptydracia	1129	INDEX APPENDIC. PROVERBIO RVM.		1445
priusquam mactaris, excorias	840	plyra Bacchum	870	P Acis tempore de bello cogitandum	1436	1425
priusquam sortiaris, communia deuoras	911	plyrice facta	431	pacuuij teucrum ediscere	1417	1436
		ptolemaica lis	912	paguri sapientia	1391	1342
		publica uia ingredi	890	palatum non rigat	1290	1447
		publica uia ne ambules	22	palephatus nouus	1397	1454
		pudebat reculare, & non audere		pallenicum tueri	1300	1424
		pudor & metus	984	paludem, & salinas emere oportet	1448	1424
		pudor in oculis	465	panem, & pugnum	1304	postes transcendere. 1308
		pudori lucrum præstat	951	panis prius prora	1436	postica recipere, antica excludum
		pueros talis, uiros iureiurandi	87			
		pro optime falli	496			
		puer glaciem	496			
		pueris puer, in consilio senex	362			
		pueros odi præcoci sapientia				

INDEX PROVERBIORVM

sum 1322
post uulnere clypeum 1452
re 1452
præ Nili cataraetis 1372
præsentia arbore ligna omnes colligunt 1398
præsentia famam minuit 1425
primus inrer pastores Daphnis 1388
primus, medius, nouissimus 1426
primus, secundus, tertius ibidem
prius quâ ignitus lapis enatit 1320
priusquam pinsueris farinam subigis 1314
pro amphora urceus 1450
pro aris, & focus 1428
problema Archidemicum 1418
prodit crimen conscientia 1437
producere ad scamma 1429
pro incerta spe certa præmia 1440
proletarius scriptor 1425
pro pede xenium 1351
proterua ignominiam præcedit 1294
pro uirgine serua 1355
puerorum ab ulnis barbam uellere 1414
pugna consilia scindit 1293
pulchra apud pueros simia 1426
pulchriorem persequitur sumus 1442
pulegium apud indos pipere preciosius 1407
pulmonis uitam uiuere 1266
puteus si hauriatur 1317
pulvere extrito decertat 1405
pythia Mysij talenta 1433
pyrricham camelus didicerit 1356
pyrrhonia hæsitatio 1364

Q Vadra propria 1245
Quadratus homo 1185
Quæ apud inferos 182
Quæ apud Sagram 375
Quæcunque mentiuntur somnia 325
Quæ dantur 1047
Quæ deciderunt, ne tollito 24
Quæ dolent, ea molestum est contingere 1026
Quæ ex antiqua 971
Quæ nocent docent 42
Quæ non posuisti, ne tollas 871
Quæ offeruntur arripienda 993
Quæ quis ipse facit 1191
Quære hospitem 320
Quærens obolium, uellem perdidit 615
Quæ semel ancilla, nunquam hera 1120
Quæ sero contingunt, sed magnifica 974
Quæ supra nos, nihil ad nos 272

quæuis terra patria 520
Quæ uncis suat unguibus ne nutrias 22
Qualis hera, tales pedissequæ 1121
Qualis uir, talis oratio 263
Quid opus erat longis tibiis canere 236
Quam Clinia ex Demetrio 1247
Quam curat testudo muscam 718
Quam in tragædia comici 1239
Quam facile uulpes pirum comedit 904
Quam quisque norit artem, in hac se exerceat 515
Quando id fieri non potest 912
Quantum habet 1072
Quantum ex Bacchanalibus 1014
Quantum non miluus oberret 912
Quantum pedibus potes 1175
Quarta luna nati 63
Quasi dies dicta sit 1210
Quasi locum in balneis 748
Quasi nullus cani 1096
Quasi lutrum cant 1089
Quatuor aures habenti auscul ta 122
Quatuor obolis non æstimo 720
Quauis re dignus 336
Quem mater amicum dedit obseruare 151
Quem fortuna pinxerit 115
ex Quercubus ac faxis nati 363
Quercum aliam excute 107
Quercus baccharatur 1056
Quercus multis scilicet deicitur 365
Queruli in amicitia 1066
qui amant sibi somnia fingunt 561
qui arat oliuetum 444
qui bene coniciet, hunc uitem 557
quibus nec ara nec fides 955
Qui canem alit exterum 847
qui circa salem & fabam 32
qui continet arcanum 1003
quicquid in buccam uenerit 226
quicquid in linguam ibidē
Qui cum contemptu uitæ inuadunt 980
quid ad farinas; 917
quid ad mercurium 833
Quid exco cum speculo 960
quid distent ara lupinis 151
qui domi compluitur 1065
quid nisi uictis dolor 629
quid non fies profectus Arbelas 696
quid sic cælum ruat; 223
quid tandem non efficiat manus 915
quid tibi Apol. cecinit; 696
qui eget, in turba uersetur 1000
qui enuce nucleum esse uult

frangit nucem 728
qui inlpuerit in cauernam fornicarum 1147
qui lucerna egent infundunt oleum 1147.1267
qui iure perierunt 1003
qui modus equitum 697
qui mori uoluit ante tempus 115
qui multa rapuerit, pauca salutragatoribus dederit saluus erit 510
qui multum obsuit 1116
qui nimium properat, serius absoluit 902
qui nocere potest, idem prodesse 993
qui non litigat, cælebs est 1045
qui non zelat 1158
quintæ classis, pro postremo 472
qui obtrifescit 984
qui omni in re, & in omni tempore 728
qui paratus ad resistendū 981
qui parat alteri malum 1191
quis parentem laudabit, nisi infelices filij; 729
qui primus uenit primus morietur 749
qui prior læsit 1241
qui probus Atheniensis 1025
qui quæ uult dicit 39
qui sese non habet, Samum habere postulat 323
quisquis is fuerit 979
quisque suam rem meminit 1022
quisquis tarde uenit ad cenā 1234
quod adest, boni consule 998
quod alibi diminutum, exequatur alibi 980
quod aliis uitio tuertas, ipse ne feceris 987
quod alius condidit coquus, aliter condiam 1037
quocumque in solum uenit 911
quod datur accipe 1241
quod dedi, datum nollem 589
quod fieri nequit, ne incipien dum quidem 1254
quod in animo sobrij, id in lingua ebrij 292
quod in corde sobrij, in lingua ebrij 462
quod index auro, id aurum homini 586
quod non opus est, assecharum est 1102
quod pulchrum, idem amicum 1172
quod recte datum est 1199
quod uolumus sanctum est 1155
quo properas, num ad Ephesum; 454
quo semel est imbuta 574
quos non tollerent centum Aegyptij 899
quo terrarum raperis 1261
quot homines tot sententiæ 121
quot seruos habemus, totidem habemus hostes 535

INDEX APPENDIC.
PROVERBIORVM.
Vadrante dignum 1268
Quadracubitus homo 1270
Quære cinerem 1451
qualem demens illi clamydē dispersit 1471
qua in re clarus quisque, ad eam properat 1432
Qualis hera, talis canis 1353
quam facile canis extra edit 1406
quantum ubiq. possunt duo oboli; 1422
quasi locum in balneis occu pare 1426
quasi Nauplius Caphareo rediens 1288
quatuor habens capita 1414
quem Cos non nutrit, illum nec Aegyptus 1303
qui celocem regere nequit, onerariam petit 1395
quid barbiton Crocoto loquitur; 1380
quid cothurnus cum clauis; 1377
quid delphino, & boui com mune; 1303
qui honorat se ipsum honorat 1434
quid Lecytho cum strophio; 1340
quid Lyra Cantalicq; 1380
quidquid licet, minus desideratur 1451
qui sitiunt silentio bibunt 1378
quo curris potius quam ad Ephebum 1293
quod dubitas, ne feceris 1435
quod sal carni 1385
quorum opus amicis si faueat deus 1424
quot fluctus insulæ 1432
quot illic folia ibidem
R Adit usque ad cutē 845
ne Ramenta quidem ne festuca quidem 405
Ramenta melior ibidem
Rana cum locusta 1199
Rana aquam 914
Rana Gyrina sapientior 451
Ranarum more 914
Ranarum palustrium maior est mihi cura, quam rerum istarum 800
Rana Seriphia 106
Ranis uinum præministras 231
Rapere a uerū 250
Rapina Corytiis 971
Rapina rerum Cinnari 726
Rara uis 448
Rara fides 849
Ratio quidem apparat, argenti cum 1203
Rebus turbatis & pessimis in honore est 519
Receptu canere 908
Recoquere 235
Rectam instans uiam 1234
Rectus loripedem deridet 841
Rectam

PER ORDINEM ALPHABETI.

Rectam ingredi uiam	890	rhaptaspis	521	Romana libertas	1431	sapiens diuinat	1148
Recurrere satius quam curre		rimam reperire	829	Rore pascitur	1446	sapientia gubernatur nauis	
re male	379	Risu emori	1033	Rosæ inter uepres nascuntur	1246		
Recusare pudebat, & non au-		risus Chius	226			sapientia nunc uiuit	842
debant suscipere	809	risus de hoste iucundissimus	538	Rubus etiam e uite nascitur		sapientia uino obumbratur	
Reddidit Harpocratem	1025	risus equinus	883				
Refingere	235	risus Ionicus	225	Rudente omni remisso	1429	sapientem apud stultos lo-	
Reluctantis laudem immodi-		risus Megaricus ibidem	668	Rudens omnis disruptus est		qui molestum	746
cam	973	risum cui ista pariunt in me				sapientibus omnia facilia	
Regia uacula	725	is ne gaudeat	962	Rupturam consue acum & fi-			
Regis cerebrum	268	risus Sardonius	882	lum fumens	1425	sapientes tyranni, sapientum	
Regulus bipedum nequissi-		risus Synerusius	643	Rurestris locusta	1341	congressu	910
mus	474	riuulum inducere	793	Rusticanus Oenomaus	1295	sapientum octauus	364
Regum offensæ uitandæ	1001	Romanus sedendo uincit				sarcinator summum cento-	
Regum aures atq. oculi mul-				S		nem	1246
ti	77	Romano more	1202	Aburratus	961	sardanapalus	954
Regum manus longæ ibidem		Rore pascitur	1079	Sacer manipulus	1140	sardi uuales	241
Relicta parmula	521	Rosam quæ præterierit, ne		Sacer piscis	1144	sardonica tinctura	718
Relinque quippiam & Me-		quæras iterum	644	Sacra hæc non aliter constât		sardonius risus	882
dis	120	Rosam cum anemona con-		596		sarone magis nauticus	837
Rem suam quisque meminit		fers	644	a Sacra linea mouere talum		sarpedonium litus	724
1022		rosa non nascitur e squilla		36		satanas satanam	77
Rem acu tetigisti	598	ros aut psecas	731	Sacram ancoram soluere	37	sat cito, si sat bene	445
Rem lactam habere	1046	rosius	1168	Sacra nihil sunt	909	sacietas ferociam parit	960
Rem factam stultus intelligit		rotæ multæ uoluentur	1078	Sacra haud sacrificata deuora-		satis quercus	160
40		rubidus semel, ac decies palli		re	560	satius est injuriis mederi quâ	
Remis uelutiq.	167	dus	909	sacra prophanis miscere	152	fini	96
Remū ducat qui didicit	110	rubo arefacto præfractione		sacrum sine fumo	405	satur impera	1081
Remum ducere	1196	483		saguntina fames	400	saturnalia non semper erunt	
Reopitulandum, non uerbis		rubo neglecto uitis impeti-		salacones	1249	108	
984		tur	464	salamina nauis	838	saturnia olet	469
Repagula aperire	160	rude donare	375	salem & acetum	1238	saturnia tempora	704
Repariare	827	rudem accipere	ibidem	salem & acetum	1238	saturnia leuæ	469
Reperire rimam	829	rudentem omuem mouere		salem apponito	25	saturni lacrymæ	ibidem
Reperit deus nocentem	633	168		sal & faba	32	saturni podex	851
Reum omnium uicissitudo		rudentes & remos cum armis		salem & fabam	890	saxum uoluere	580
313, 993		mutauit	844	salem & cascum edere	1127	saxum uolutum non obduci	
Res ad Triarios rediit	365	rudius ac planius	45	salem & mentam ne præte-		tur musco	877
Res Cannacæ	697	Rufillus paltillos olet, Gorgo	731	reas	242	scapha magis mutus	704
Res est in cardine	35	nus hircum	964	sal & mensa	1214	scaphula uirgulica Aegeum	
Res indicabit	199	Ruminare negotium	964	salem & oleum oportet	enit	transmittere	462
Res ubi abest, optima est opi-		rumor publicus non omni-		re	916	scabrorior leberide	831
nio	465	no frustra est	1185	salem lingere	955	scabere caput	931
Resecare ad uiuum	571	Rupta ancora	1022	salem nihil utilius	1212	scarabeo citius persuaseris	
Resistere paratus	981	ruris fons	650	salem uehens dormis	325	1198	
Res in nostro foro uertitur		rursus iterum tranquillitate		salem perunctus, hic adiuuabi-		scarabeo citius faciet mel	
911		uideo	486	tur	867	1180	
Res palestræ & olei	1256	rus ciuitas	645	saliæres cenæ	1214	scarabeus abominandus	746
Respicere illo sed hic remit		rusticanum oratorem ne con-		salillum animæ	1237	scarabei umbræ	823
te bona	913	templis	644	salis modus absumentus		scarabeo nigrior	822
Respublica uirum docet		ruta exsa	1085	salis priusquam fidas	434	scarabeo unguentum inui-	
1074		ruta opus est	1080	salis onus unde uenerat, il-		sum	171
Respublica nihil ad musicum				luc abiit	323	scarabeus aquilam quatit	
1197				salina Mercurialis	574	932	
Res salua est, salrat senex	791			salinam imbibere	574	scellij filium abominor	1195
Res sacra consultor	457			salina prima	ibidem	scenæ seruire	68
Res tuas tibi habeto	1100			salmoneus alter	1265	scientiam ad extremam ad	
Rete albo aliena captas bona				salsamentum putre amat ori-		cerse	920
952				ganum	558	schœnicolæ	1210
Rete hoc nihil attraxit	384			salitudo non inest illi	546	scindere glaciem	910
Reti uento uenaris	178			saluginea uicinia	259	scipioni arundineo ianiti	
Rex aut asinus	897			salutatenus amici	850	scit quomodo Iupiter duxit	
Rex sum	1225			saluere equorum filia	1190	rit lunonem	1080
Rex tragicus Chartaceus	622			sambico grauiora patitur	64	scolon nec proficisceris ipse	
Radamantheum iudicium				sambucam citius caloni	898	nec alterum comit	587
726				samij literati	1131	scopæ dissolutæ, scopas dissol-	
Rhadamanti iurandum				samij mores	1132	uere	236
727				samiorum flores	725	scopo aberrare	410
Rhamnusia Nemefes	641			samiorum laura	969	scopum attingere	410
Rhamnusus	900			samiorum mala metuis	1034	scopo nullo proposito iacula	
Rheginis timidior	726			samium comatum	970	ri	ibidem
Rhinocerotis nasus	337			sanguine flere	590	scorpium pro perca	631
Rhodienfes decem, naues de-				sanior pisce	1100	scorpius sub omni lapide	
cem	677			sapiens sua bona secum fert	169	1222	
Rhodiorum oraculum	644			1107		scriptæ	
Rhodij sacrificium ibidem				sapiens non eget	1192	scriptura & Leucæus non idē	
Rhodus hic, hic saltus	843					sunt	

INDEX PROVERBIORUM

sunt	908	senex bos non lugetur	723	sibylla uiuacior	1024	sinui inspuere	180	
Scropha alba fecundior	726	senex pluitacus negligit	feru	si caseum haberem, non deli	siphniastare		908	
scrupulum abeunt	29	lam	106	derarem opionium	880	si quid mali, in Pyrrhæ	811	
scurra semel, nunquam pater		senex secunda saltat	791	sicco iunco	1112	si quis iuxta ciuitatem clype		
fam.	570	senior anno fio	958	si coruus possit tacitus pasci	us		1022	
scutica una omnes impellit	760	seni baculus maxillæ	634	1035	siren amicum nunciat, apis			
scuto pacem petere	779	seni puellam subiice	909	si crebro iacias, &c.	80	hospitem	654	
scutum abicere	395, 521	senis mutare linguam	105	sicule nugæ, Gerræ, Persolæ	570	sisyphi artes	954	
scyrius principatus	260	Sensum tenuem non guignit	105	nugæ	506	si tanti uitrum, quanti marga		
scytala Laconica angustior		uenter pinguis	915	siculus omphacizat	603	ritum;	1069	
	484	seniū mala accelerat	1002	siculus coquus	509	si tibi amicum, nec mihi, ini		
Seytha accifflans asinum	523	senum consilia	887	siculus mare	524	micum	451	
scytala tristis	484	senum prudentia	992, 1004	siculus miles	907	si tibi machæra est, & nobis		
scythamalus	1215	sententia utroq; nutans	928	sicyon arrodens uxor	1110	urbina est domi	723	
scytharum oratio	537	sententia Pandectia	1024	nam texe	994	si tu proreta	1216	
scytharum solitudo	910	septa transilire	430	si deus uoluerit		si uel alius canem momor		
scythica potatio	530	septem conuiuium, nouem		si dixeris quæ uis, audies quæ		derit, litem mouebit	366	
secum uiuere	259	conuicium	157	non uis	39	si uinum postulet, pugnosc illi		
securim inicere	1211	septennis edentulus	486	signum bonum aut malum		dato	631	
sedecim pedibus superauit		sepulchrum uiuum	567	sepulchri pulchrum elogio	845	smaragdus in luce obscurus		
	876			silenti Alecbiadis	835	Socratis callus aut Gallus		
sedens aliud quam stans	850		1201	silentij tutum præmiū	887	1244		
sedens columba	906	septimus bos	421	silentium multas amicitias	449	soleis alienis uti	1199	
seianus equus	431	sequitur perca sepiam	1111	diremit		solem orientem plures ado		
seipsum uincere	104	sera in fundo parsimonia	506	silentium mulierem ornat		rant, quam occidentem		
seiuincta sunt merita ac si		serendum & post malam se		1036	841			
loam fluente	870	getem	1092	si leonina pellis nō satis est,		solæ lacænz uiros pariunt		
sellam oleo ne absterferis	24	serere ne dubites	96	uulpina addenda	906	1060		
sellare	1082	serenitati nubē inducit	1083	silurus putris in quadra argē	296	solem adiuuare facibus	1183	
semel rubidus, ac decies pal		seriphia rana	206	tea		solitudo, scytharum	910	
lid.	909	nec seritur nec metitur mihi		simia barbata seu caudata		solidos elibano boues	784	
sementem ut feceris, ita me		276		906		sol lumen inferre	601	
tes	358	sermonem diuinum excipio		simia fucata	961	sol omnium dierum nodum		
seminare in faxis	176	1115		simia in pelle leonis	147	occidit	287	
semitas quartis quum adfit		sero uenisti	724	simia in purpura	288	solum uertere	529	
uia	1038	sero moluit decorum molæ		simia non capitur laqueo		solus aniat	448	
seper affert Libya mali quip		1097		411		solus currens uicit	547	
piam	949	sero uenisti, sed in colonum		simiarum pulcherrima defor		solus sapit	547	
semper agricola in nouum		ito	724	mis est	614	solus uenter superest	958	
annum diues	723	sero sapiunt Phryges	40	simia simia est etiam si aurea		sonito beatus	325	
semper aliquem uirum ma		sero uidit iustitiam	1251	gestet insignia	288	somnium hybernium	1211	
gnum	1232	serpens ni edat serpentem,		simile gaudet simili	88	somnium tuum tibi narro		
semper aliquis in Cydonis		draco non fiet	852	similem simili adducit deus	737			
domo	489	serpentem coruus	1032	88		somnus absit ab oculis	703	
semper graculus asidet gra		serpentis oculus	400	similes captiuis ex Pylo		somnus domat famem	648	
culo	87	seruabis bouem	1005	1039		sonitica caula	1224	
semper illo mala	1016	seruatori tertium	691	similes habent labra lactucas		somni non capit	958	
semper feliciter cadunt louis		serui dimidio mentis carent		422		Sophocles	534	
taxilli	123	555		similior ficu	694	sorbere & flare simul	514	
semper leontini circa pocula		seruilis capillus	533	simonidis cantilenæ	712	sorex suo indicio periit	146	
	119	seruire scenæ & simil.	241, 68	simpularia	510	sortitione nondum facta cō		
semper me tales hostes infe		seruire tempori	ibidem	In simpulo	510	munia deuorat	911	
quan	695	seruorum ciuitas	725	simul & da & accipe	695	sortem & usuram persoluer		
semper similem ducit deus ad		seruum haud uelto	970	simul & dictum & factum	1167			
similem	87	seruum pecus	151	738		soterichi lecti	1086	
semper superioris anni me		seruus Car	244	simpliciter loqui	992	spartana disciplina	566	
liora	909	seruus cum sis, comam geris	1191	simul & miltetum est, & inte	803	spartæ serui maxime serui		
semper uirgines furæ	723	724		riit gratia		1206		
semper seni iuuenulam su		seruus seruo præstat, domi		simulare eupressum	200	sparta generosior	709	
biice	909	nus domino	549	sinapi uiscitare	1123	spartam noctes hanc orna		
semiramidis muri	1064	selquipedalia uerba	502	sine canibus & retibus	1195	599		
senecta leonis præstantior		seuum unde excoquat	968	sine capite fabula	34	spem precio emere	568	
hinnulorum iuuenta	780	sexagenarios de ponte deiice		sine Cerere & Baccho		spe inani flagrat	1058	
senectuti labor obsonium		re	409	Venus	564	spes tenuis	720	
optimum	853	sibi canere	906	sine cortice nabis	344	spes alunt exules	807	
senectus non sola uenit ibid.		sibi malum reperit	1003	sine farisa ne sacrificato	25	spes bona ostensa	999	
senem erigere	866	sibi parat malum, qui alteri		sine ope diuina nihil ualem		spes in labro pyxidis	520	
senem admonere	105	parat	1191	991		spes in nobis, in deo exitus		
in senem ne quod collocaris		sibi placet	83	sine pennis uolare haud faci		709		
beneficium	418	sibi pulcher	84	le		907	spes seruat afflictos	1093
senescere in sola sparta cape		sibi quisque amicus est	155	sine rituale diligere	448	sphaceli faciunt immunita		
dit	1051	sibi sapere qui nescit, frustra		sine sanguine vincere	637	tem	113	
senescit bos	866	sap.	247	sine sacri hæreditas	143	spharâ inter sese reddere	309	
senesco semper multa addi		si bouem non possis, asinum		sine ut incolumis redeat		sphæra per præcipitium	205	
scens	333	agas	694	1133		sphondyla fugiens pessime		
senes mutuum fricant	330	sibyllæ folium	327	sinopillas	834	pedic	956	

PER ORDINEM ALPHABETI.

spicam e culmo conicere	977	surculum defringere	125	Salinas, & paludem emere o-	
1038		sublata lucerna nihil inter		portet	1448
spicam magnam non postu-		est inter mulieres	878	Salmonceus alter	1265
lat papyri fructus	823	subligaculum seu brachas o-		Sal patriæ pluris faciendus,	
spina cum parua est bona ui-		stentare	875	quam hospitis mensa	
detur	855	sub manu nasei	69	1434	
spinæ	621	submissis alis gallus	492	sal quemadmodum carni	
spirat cæcias	1198	sub omni lapide scorpius		1385	
spithama vitæ	510	dormit	169	poris confundito	24
sponde, uoxa præsto est	284	sub pallio habere manum		Sanuione domi non relicto	1308
spongia corrigere	220	752		Sanuione domi non relicto	
spongia mollior	302	sub pollice ducere	820	125	
solum uertere	529	subuentanea parit	953	sus acina dependens	867
sponsi vita	737	sub unam Myconum omnia		sus agrestis ubi peperit, non	
equillas a sepulchro uellas	584			pluet	611
540		succedunt mala malis	995	sus commessatur aut saltat	1416
E squilla non nascitur rosa		succo suo uiuere	713	904	
563		suum irritat	691	sus cum Minerua certamen	
stadiis centum præcedere		suum Veneri immolauit		fulcepit	47
877		789		sus in uolutabro corni	1068
stans aliud quam sedens	850	suum reposcis pro malo cane		sus Mineruam	45
stateram ne transgrediaris	17	913		suspensio deligenda arbor,	
statua taciturnior	1076	suere capiti malum	796	498	
statuam faucibus colas	874	suffenus aut Meuius tibi ne		suspende te	696
stellis signare	218, 897	sis	603	suspica uulgu	996
stentore clamorior	538	suffragium optimum	1205	sus quiuis non hoc sciet	864
sterilior agrippa	623	sui cum amantino nihil		sus petit	1040
sterilem fundum ne colas		171		sus sui pulcher, alius alio	
1180		sui tiben	624	1229	
stefichori ne tria quidem no-		sulcum profundum	1042	sus per rosas	953
sti	743	summam manum addere	90	sus sub fustem,	694
stilla a sidua cauat lapidem		summam indicatura	725	sustine & abstine	666
837		summis ingredi pedibus		sus tubam audiuit	171
stilo appetere	221	1069		surorum atramentum	905
stium uertere	221	summis labiis	397	ne Sutor ultra crepidam	246
stimulatores boum multi,		summis uelis uticæ	532	sutrium ire	1089
aratores pauci	288	summis unguibus ingredi-		suum cuiq. pulchrum	82
stimulis fodere	100	489		suus cuique crepitus bene o-	
stimulum in foramen non li-		summo animo inharere, id		let	862
ceitum trudere	880	est, deuter	409	suus rex reginæ placet	83
ex stipula cognoscere	415	summo digito	398	sybaritare	507
strabus inter cæcos regnat		summo digito caput scalpere		sybaritæ periplatæas	508
881		342		sybaritica calamitas	508
stragula semper conuoluta		summo pede	1210	sybaritica mensa	506
habeto	24	sumum cape & medium ha-		sybaritica oratio	267
strobilis carcini fortunator		bebis	533	sybaritici sermones	1154
819		sumum fastigium impone		sybari qui mori nolit ante tē	
strumam dibapho tege.	1242	re	90	pus	115
strigillum bibit	351	sumum ius, summa inu-		sycophantæ morsus immedi-	
stultior praxilla Adonide		ria	409	cabilis	639
722		sumum suere centonem		sydera addere celo	1047
stultior Melitide	1094	93		sylosontis chlamys	427
stultitia est touem putare ef-		suo gladio ingulari	52	sylosontis opera ampla regio	
fe	776	suo iumento sibi malum ac-		428	
stulto ne permittas digitum		cerfere	52	syllam multam portas	923
887		suo ipsius laqueo capi	53	syllæ ligna inferre	311
stultus malo accēsapit	41	suo ipsius iudicio perit forex		symphoniacus bonus	1207
stultus opportuna loquens		146		chorales	149
238		suo quisque studio gaudet,		syncerum uas incrustare	
stultus qui patre cæso liberis		996		syncretismus	32
peperit	419	suorum obliuisci	583	syacusana mensa	508
stultus stulta loquitur	74	Super apio certamus	766	syacusana nora ne decima, qui-	
stupa feniculus	736	superavit dolum Troianum		dem pais	583
suadæ medulla	1668	1217		sybenæ chorus	679
suadeo quod ipse facturus es		superatus es a gallo quopiam		syrorum olera	352
sem	995	1052		syrys quum non sis, ne syris	
suade lupis ut infantiant		supercilium attollere	348	sa	854
1079		supercilium ponere ibidem		INDEX APPENDIC.	
suam quitque homo rem me-		supercilium contrahere	904	P R O V E R B I O R V M.	
minit	1022	supercilium salit.	212		
sub alieu arb. fructum	1160	superis impari numero	21		
sub alis quæ fiunt	514	super te hæc omnia Leparge			
sub culero liquit	766	1044			
subere leuior	558	supinus	337		
suber	917	supremum fabulæ actum ad			
suber immerisibile	568	dere	93		
subitum remedium periculi		sutculus surculū ferēs	1249		

INDEX PROVERBIORVM

Sparſis redemerunt crimina nummis	1427	tantali talenta	248	terreſtria balnea	720	thinni more	889
sphyngis ænigmata diſſoluit	1349	tarditas conſilio adiuta	315	tertium caput	970	thyſigeri multi, Bacchi pau-	287
ſpice legiũ relinqueret	1426	tarichus aſſus ē, ſimulatq. ui-	559	tertius Caro	363	ci	287
ſpina colligens	1359	deritignem	559	teruntium non inſumpſit	334	tibiam tubæ comparas	358
ſpinæ non in ſunt in commu-	1431	tarichus boni conſulitur ubi	590	teſſeram hoſpitalem confrin-	417	tibicem uapulat	1162
ni piſce	1431	defunt carnes	590	gere	955	tibicines mente capti	1010
ſpinoſum aliquid in prato	1450	tarichus non feret ſe digna	559	teſta collifa teſtæ	1149	tibicinis uitam uiuis	536
Spintharus nõ minus quam	1284	tauricum tueri	959	teſtaccum flagellum	847	tibiis apertiſ	236
phryx.	1390	taurum tollet, qui uirulum	101	teſta non ſit lutum niſi tun-	574	tibiis magnis ſpirat	ibidem
spongia medebitur	1368	luſtulerit	47	atur	905	tibiis longis canere	ibidem
ſtatua uiatores omnes intru-	1368	taurus in ſyluam	33	teſta tenax odoris quo pri-	526	timidi mater non ſlet	1131
ens	1446	technā hanc in te ſtruxiſti	278	mum imbuta	368	timidi nunquam ſtatuere	ibidem
ſternutauerunt amores	1309	tecum habita	1062	teſtimonia ſurda	1094	trophæum	638
ſtipulæ igne admouere	1434	teipſum inſpice	678	teſtis domeſticus	358	timidiore. proſpiciente	368
ſtudiũ generat ſtudio &c.	1434	teipſam laudas	625	teſtudinem equus inſequitur	358	timidior Piſandro	ibidem
ſua fronte	1431	teipſum non alens, canes aliſ	864	teſtudinem Pegafſo comparas	420	vbi timor, ibi pudor	108
ſua cuiq. rei tempeſtiuitas	1447	telam hic texuit, ille diduxit	1139	teſtudines edendæ aut non e-	66	timidus Plutus	947
ſuaue me ſuffocet	1434	telamonis canit cantionem	864	dendæ	596	tinctura Cyzicena	1005
ſub pallio condere	1433	telegoræ citius donarim	563.1107	teſtudines ipſi edite, qui cepi-	848	tinctura Sardonica	718
ſub tunica & ſinu	ibidem	telemachi olla	1026	ſtis	1110	tineas palcere	717
ſubula Leonē excipere	1415	telluris onus	299	teſtudo inſunt ſapientiā	83	tireſia cæcior	143
ſuccidia altera hortus	ibidem	telenicia echo	1064	& uirtutem	746	titanicus alpeſtus	657
ſuæ domi quilibet rex.	1450	telenico pauperior	ibidem	teſtudo intra tegumen tuta	704	titanibus & Crono antiquo	704
ſufflaminare	1435	tellenis cantilenas cane	632	846	res	res	704
ſuilla abſumpta bouem non	1270	telum ingens neceſſitas	539	teſtudo non curat muſcam	542	titanas imploras	542
expectes	1359	telum & meum cuſpidem ha-	113	718	tithymallus Laconicus	717	717
ſuilla harmonia	1359	bet acuminatam	66	teſtudo leporem citius	271	tithoni ſeneſta	271
Suilla in mare annulus au-	1447	temeſſeus genius	495	teſtula tranſmutatio	334.1177	titiuillitium	334.1177
reus	1376	tempori parere	495	459	titio ad ignem	717	717
ſummis auribus inſidet	1382	tempus longum uitiat lapi-	835	thetidem & Galatcam ſimul	493	tolle te qui non nouit	493
ſupra clepſydram dicere	1400	dem	227	amare non potes	865	tolle digitum	865
ſupra ſumum clauus	1428	tempus arguit amicum	447	teſtigit lapidem a cane mor-	746	tolle tolle mazam ſcarabeo	746
ſycaminorum calathum in	1428	tempus index morum	316	lum	1000	tolle tolle mali occaſio	1000
malis habere	1275	tempus noſſe	572	te tua, me mea delectant	22	tollenti onus auxiliare	22
ſyri aduerſus pœnices	1275	tempus omnia reuelat	572	1131	357	tollere criſtas	357
		tempus omnium pater	ibidem	theuthidum more	356	tollere cornua	356
		tempus omnium ſapientiſſi-	ibidem	954	432	tolofanum aurum	432
		mum	ibidem	816	270.280	tonforibus omnibus notum	270.280
		temulentus dormiens non ex-	928	thalium inſundis	503	tondere pecus, non deglubere	950
		citandus	478	thalium bonorum	849	re	950
		tenebræ apud quercum	378	theagenis hecataeum	1071	tonfore egere	350
		tenedia bipennis	1012	theagenis pecuniæ	721	toronæo portu ſurdior	722
		tenedius homo	625	theocrines tragicus	1065	tota erras uia	51
		tenedius patronus	407	theonina dente rodi	503	tota hulcus eſt	1231
		tenedius tibicem	720	thericlei amicus	849	tota manu	786
		tenens teneris	407	therſita facies	1071	toto cælo errare	52
		teneri calidis balneis	797	thefaurus carbones erant	379	toto organo	791
		tenuem neſtis	720	thefaurus cinis	ibidem	trabem baiulans	1191
		tenuem ſenſum uentet	pin-	thefalorum alar	124	trabs in omnibus	1159
		guis non gignit	915	thefalica bucca	1266	tragicæ execrationes	312
		tenui filo	653	thefalica ſaltus	1266	thriorum ego ſtrepitum com-	429
		tenui uena, tenui canale ibi.	1064	thefalica æqua decernetur	1017	plurium audiui	716
		tentantes ad Troiam perue-	490	123	123	tragica ſinia	609
		nerunt Græci	495	thefalorum commentum	219	tragice loqui	1065
		ter	720	thracæ ſœdera neſciunt	410	tragicum malum	502
		ter abſtergere	281	657	657	tragicum ſpirare	610
		ter abſterſis dii dant meliora	348	thracium commentum	716	tragicum tueri	622
		terebintho ſtultior	1064	thraſybulo Dionyſium dicti-	826	tragicus rex	826
		tergora tueri	67	uſeſe ſimilem	716	tragœdias agere aut inſanire	716
		termeria mala	730	thrioboli multi, uates pauci	288	Tragœdias excitare	716
		terniones apud inferos	551	thriorum complurium ſtre-	429	tragœdias in nugis agere	716
		terra amat imbrem	866	pitum audiui	753	tragœdos amicos æmulatur	929
		terra deſoſum habes	362	thripes mali	658	tragœdos alios prouocare	1211
		terræ filius	625	thunicum entymema	1143	tragulam iniicere	715
		terræ inſteſtina	299	thuniſſare	138	tranquillo mari quilibet gu-	1101
		terræ onus	168	thuriſſare	956	bernator eſt	1101
		terra, mariq.	529	thuriſſare	796	tranquillum æthera remigas	178
		terram pro terra	848	thuriſſare	1108	tranſuerſum agere	740
		terra non proſuiſt	1181	thuriſſare	1108	tranſuerſo	740
		terram uideo	130	thymbra uictitans	1108		
		terra uolat	130				

PER ORDINEM ALPHABETI.

Transverso calamo	220	Tabis propheta	1403	Tria theramēsis cauēda	1399	vel Megaram usque	1141
Treddecim cubitorum	1227	Talanta Pythiae Mysij	1446	Triobolus & figura	1390	velis equisq.	166
Trepidās autē tubam	711	Talis quisq. es, quale quibus		Tripuer senex	1403	velocem tardus assequitur	
Trepidat in morem galli		cum familiaris	1426	Troia conando Græci potiti	315	vel mus mordeat improbum	
492		Tāquam Gorgone conspecta		lunt	1446	365	
Treſſis homo	334	1383		Troia non producit Thracē		velut e specula	1075
Tria cappa peſſima	928	Tāquā ouis meridianus	1408	1450		velut in cratere	ibidem
Tria mala	500	Tamquam pauo se circumspe		Troianus equus	1417	venari in mari	180
ad Triarios res rediit	36	ctans	1360	Tuber ibi, ubi uber	1428	venatio datur & nialis	600
Tria excuria	839	Tamquam super spinas ince-		1448		venatum præmouere	889
Tria saluberrima	1093	dere	1430	Tudicula expoliuit	1271	veneratio debetur antiquis	
Tria vides & duobus	783	Tantali mensa	1356	Tunc canunt cygni quando		997	
Tribulis factus serua ordinē		Tantali philoctesia	1301	tacuerunt graculi	1420	veneris cestum habent	819
1052		Tela araneæ	1289	Turbinem felix prospecta		veneri suam immolauit	789
Tribu. bolis	959	Telephus & perula	1284	1369		veneris lac	268
Tribus minis inſumptis, duo		Telum ira læcit	1445	Turtur cantat	1366	venereum iusiurandum	
decim imputat	579	Tempeſtiuitas ſua cuique rei		Tydeus corpore animo Her-		596	
Tribus uerbis	1097	1447		cules	1341	venit hospes quisquis pro	
Tributis potiora	716	Tempore pacis de bello cogi				futurus est	673
Tributum uel a mortuo au-		randum	1436			venia primum experienti	
ferre	465	Temporibus ſeruire decet				390	
Trice, aping	97	1438		V Acuum abſtergere	1063	venit in regionem	739
Triceps Mercurius	971	Tenedia regula	1315	vel muſcas metuut pre-		venimus ad ſummam lineā	
Tricinus quæſtus	97	Terracitus atherem conſec.		ter uolitantes	224	951	
Trimeſtris ſilij	302	det	1385	vacuum inhabitare	1151	venter auribus caret	714
Triobolares	334	Terram eburneis raſtris uer		vale charum lumen	672	Venter moleſtus interpella-	
Trioboli homo	334	tore	1424	ualeat amicus cum inimico		tor	996
ex Tripode	326	Terram & aquam poſcere		1084		venter pugnis non gignit	
Triftis nota	218	1426		ualeat multum, negotium		tenſum tenuem	915
Triftis ſcytale	484	Terram ligonibus aureis ſo-		meum non eſt	740	venti auferant	482
Trium dierum comœatum		dere	1424	væ uictis	630	uenti campus	619
715		Terram ne legas nauigando		valentes recte conſulunt		vento loqueris	184
Trium litterarum homo ibi.		1322		ægroſis	271	uentorum ſtationes	618
Træueni nauiges	566	Terricola lamiæ	1420	vallum ac foſſa	31	uentos colis	176
Trochii in morem	1183	Ter ſex iacit	1347	vallus uitem decepit	492	uento uiuere	1200
Troianos uereor	149	Teſtes ſacit Deos abſentes		valere pancratice	715	uentum perendinum prædi-	
Troianum dolum ſuperauit		1416		vapula papyria	1056	cere	922
1217		Tectudo uolat	1423	valis inſtar	1175	uentrem mihi obicit	662
Trôpheum incruentum	637	Têcurni Pacuij ediſcere		vas malum non frangitur		uentre pleno melior conſul-	
Trophonij antrum	321	1417		1056		tatio	958
Trutina eadem penſari	198	Theagenis munificentia	1271	vateni dixiſſe puta	327	uentus neque manere ſinit,	
Trutina inſtus	622	Theatrum ſimul & aperit, &		vates optimas qui bene co-		neque nauigare	605
Tuum iplius terrā calca	1079	claudit	1348	vates ſecum auferat omen		uenus friget line Cerere &	
Tua reſ agitur, quum proxi-		Thermas Heronianas refri-		1229		Baccho	564
mus ardet paries	926	gerat	1292	vatem omitte	735	uera fronte	567
Tuas res tibi habero	1200	Thiauris clauſis incubare		ratinianum odium	520	uerba importat Hermodo-	
Tu in legione, ego in culina		1417		vati non conuiuiandum		rus	600
1236		Thesſalica buccæ	1266	1252		uerba pro ſarinis	635
Tuis coloribus te pingā	175	Thesſalicum numiſma	1267	vatum irritabile genus	378	uerberare lapidem	620
Tuis uſtigis	1041	Thesſalicus ſaltus	1266	vatum genus auarum	1252	uerbigerari	756
Tamulus poſt bellum	1060	Thesſalus miſſus	1413	vbi amici, ibi opes	129	uerbis pugnas, non re	985
Tunicati,	1100	Thiodamas, uel pygmei cum		vbi bene es, ibi patria eſt		uerbis coquinaris	1197
Tunica pallio propior eſt		Hercule	1438	520		uerborum ſtrepitu ne quid	
154		Thmuriarum hircus	1315	vbi cerui abiiciunt cornua		mouere	985
Turbas me ut unda inaniter		Threicia hirundo labijs in-		619		uerboreus amicus	1001
853		ſtrepit	1297	vbi cognitum eſt quod erat		uerecundia inutilis uiro egē	
Turdo ſurdior	722	Thyeſtea cena	1343	occultum	1000	ti	661
Turdus malum cacat ſibi	53	Thymo nemo uſcitur, ubi		vbi perarima fulgurarit		uer ex anno tollere	1120
Turpe ſilere	662	adeſt caro	1286	232		uer hyemem ſequitur	596
Turpis iactantia	990	Tribiam uranque inſlare		vbi timor, ibi pudor	108	ueriora iis, quæ apud Sagram	
Turture loquacior	206	1452		vbi tu Caius ego Caia	1185	acciderunt	375
Tuſſis pro crepitu	270	tribiæ galeam, fronti octream		vbi non ſis qui ſueris, non eſt		uerſimiliter mentiens	
Tutorem eſſe alicui	580	1291. 1414.		cur uelis uiuere	346	1003	
Tute hoc intriſti, omne tibi		tribi ipſe calendas edicito		vbi paueriſ impera	1081	ueritas odium, obſequium a-	
excedendum erit	66	1401		vbi quis dolet, ibidem & ma-		micos parit	733
Tute lepus eſ	242	tonderi pecus, non radi debet		num habet	498	ueritatem aperit dies	573
Tuum tibi narro ſomnium		1438		vela uentis permittere	169	ueritatis ſimplex oratio	
337		totam ſpirare Arabiam		vela uertere, ſunem reducere		153	
Tyro antiqua	971	1428		390		uero uerius	1200
Tyrotarichus	1238	tonitrus imbrem antecedit		velatis manibus orare	1248	uerrucis offendi qui tubera	
Tyria maria	1095	1442		vel acum inueniſſes	953	habet	279
		Tragici cothurni ſtrepitus		vel puero perſpicuū ibidem		uerſatilis Artemon	1013
		1322		vel capra mordeat nocentem		uerſator magnus in negotio	
		Tragicos choros moleſte fert		366		leui	878
		1410		velitari	1255	verſus Homeri prouerbiales	
		Triacadas inferorum		vello ſuum cuiq.	121	972	
		1301					

INDEX APPENDIC.
PROVERBIO RVM.

TAbernariam exercet frō
te 1429

INDEX PROVERBIORUM

Verus gladiis pugnare	908	vinum, & ueritas	291	uiuum sepulchrum	367	1077	
Vertumno inconstantior	311	vinum quum adsit, acetum	782	uius, an mortuus sit nescio.	1070	uni malo quā duobus	1045
Veruicea statua	1239	bibit	782	284	unone signare	213	
Veru signare	220	vinum, seom etiam uel no-		uiuus fueris, uel cepe solum	910	unius manus infirma pugna	
Veru calidam partem	657	lentem, saltare compellit.		accipiens	910	564	
Vespacidae oblitrepens	357	531		uius, uidensq;	1070	unius peccatum tota ciuitas	
Vespere quid uehat nescis	287	uir fugiens haud moratur ly-		uixit ut	386	luit	42
Vespertilio	1206	ra strepitum	413	uixit dum uixit bene	903	uno collyrio	1091
Veste circumferens ignem	1056	uir fugiens denuo pugnabit		ulciscetur Deus	991	uno die consensescere	818
Vestigis omnibus inquirere	1041	414		ultra catalogum	902	uno digitulo	1096
Vestis uirum facit	797	uirgiferos sequi	685	ultra Eurybatum	113	uno dignus	335
Veterata uaticinari	1220	uirgines semper furiae	723	ultra Iusum, uel penfum	271	uno felle complecti	242
Verulo cane latrante	106	uirgula censoria	220	ultra Gades	892	unum ad unum	497
Via depellere, reducere, mon-		uirgula diuina	72	ultra Hyperbolum	1063	unus contra multos	211
strare, facere, sternere, ape-		uirgulea scaphula Aegzum		ultra linum	791	unum e tribus malis	903
rire &c.	52	transmittere	462	ultra malleum	246	unus deus, & plures amici.	
Via cum adsit semitam qua-		uiri aurei	324	ultra peram sapere	903	879	
ris	1038	uiri boni lachrymabiles.		ultra res Callicratis	711	unus homo non facit ciuita-	
Viam qui nescit ad mare, flu-		uir in discrimine apparet.		ultra uires nihil aggredien-		tem	329
uium iniquatur	684	982		dum	982	unus multorum	532
Vias nouit quibus effugit Eu-		uiri infortunati procul ami-		ultra deus suppeditat bona		unus multorum instar	978
crates	714	ei	713	712		unus uir haud cecinit omnia	
Via exacta uiaticum quarere		uiri iureiurando, pueri talis		ululas Athenas	79	212 564	
872		fallendi	847	Vlysses pannos exuit	1038	unus uir, nullus uir	212
Viam rectam ingredi	890	uiri senis astaphis caluaria.		ulyssum commentum	712	uocales	1256
Via publica nemo &c.	893	711		ulyssis remigium	758	uocatus atque non uocatus	
Vicino opta ut habeat	888	uironum candidorum nulla		umbra amici, panis &c.	396	deus aderit	535
Vicina falluginosa	259	utilitas	917	umbra sumi	567	uocem omnem mittere	1142
Vicinus malus aut bonus	42	uiro esuriienti necesse furari.		umbrae in merem sequi	919	uolam pedis ostendere	1227
Vicinus uocandus	560	903		umbrae somnium	542	uolam da lapidi	1193
Viciis uocandus	560	uiro Lydo negocium nō erat		umbrae uelitant	547	uolare sine pennis haud faci-	
Viciis uocandus	560	685		ne umbram, quidem eius no-		le	907
Viciis uocandus	560	uiro malo ne comes uix fue-		uit	396	uolantia sectari	374
Viciis uocandus	560	ris	514	umbram suam metueret	224	uolaticum insuradum	1053
Viciis uocandus	560	uir ornat magistratum	425	umbra pro corpore	834	uolens nolente animo	685
Viciis uocandus	560	uiros bonos omnia decent		umbra territas	260	uolentem bouem ducito.	
Viciis uocandus	560	735		una cum ipso canistro	478	1019	
Viciis uocandus	560	uiro seni maxillae baculus.		una cum ipsis manipulis	638	uoluitur dolium	1058
Viciis uocandus	560	634		una cum templis, & aris	1099	uoracior purpura	559
Viciis uocandus	560	uirum improbum uel mus		una domus non alit duos ca-		uorare hamum	620
Viciis uocandus	560	mordeat	365	nes	492	uota tenum, consilia medio-	
Viciis uocandus	560	uirtus gloriam parit	1193	una hirundo non facit uer-		crium, facta iuuenum	886
Viciis uocandus	560	uirtus simplex	1178	328		uoti compos	979
Viciis uocandus	560	uirtutem & sapientiam uin-		una lauabor	683	urbanus nihil xqui cogi	859
Viciis uocandus	560	cunt testudines	596	una myconus omnia	584	urinandi artem docuit e	879
Viciis uocandus	560	uir uidebatur nauis suppli-		una nauis non uehit	1027	urceum in foribus	463
Viciis uocandus	560	cans scopulo	903	una pertica	1115	urix litera	655
Viciis uocandus	560	uita doliaris	354	una scutica omnes impellit.		urix absque torre	1078
Viciis uocandus	560	uita finem specta	144	760		urix quā adsit pestigia quæ-	
Viciis uocandus	560	uita & anima	560	uncis unguibus quæ sunt ne		ris	412
Viciis uocandus	560	uita macerata	355	nucias	23	urxi nasum fumantem ne ten	
Viciis uocandus	560	uita molita	355, 1057	unctus	1256	taueris	903
Viciis uocandus	560	uita contemptu inuadunt.		undarum in ulnis	1138	usque ad aras amicus	814
Viciis uocandus	560	580		undas numeras	174	usque ad rauim	1029
Viciis uocandus	560	uita iucundissima in nihil		undecunque lucrum captant		usura ante usuram	705
Viciis uocandus	560	sapiendo	765	994		usura cui sit citius quam He-	
Viciis uocandus	560	uita mortalium breuis	1003	unde excoquat leuam	968	rachius	658
Viciis uocandus	560	uitandæ potentum offensæ.		unedones	101	usuræ nauticæ	1210
Viciis uocandus	560	1001		unguem medium ostendere		usur, est altera natura	1204
Viciis uocandus	560	uita spinosa	355	591		ut Bagas constitisti	972
Viciis uocandus	560	uita sponsi	737	unguento mortuum petun-		utere curru, de aliis nihil la-	
Viciis uocandus	560	uitelliana cicatrice stigmo-		gis	844	borans	949
Viciis uocandus	560	uis	905	ungues arrodere	931	uterque ambo	1066
Viciis uocandus	560	uinit lapidem longum tenu-		ungues demorsos sapit ibide		ut canis e Nilo	395
Viciis uocandus	560	pus	835	ungui notare	220	ut ex bulga matris	1244
Viciis uocandus	560	uitiosa nuce non etiam	334	unguium, criniumq. præle-		ut fieri oculis incumbunt.	
Viciis uocandus	560	uiua uox	84	gmua ne commingito	22	710	
Viciis uocandus	560	uiuere in diem, ex tempore		unco digitulo scalpit caput		ut herba solstitialis	1217
Viciis uocandus	560	354		341		utis nec sibi nec alijs	614
Viciis uocandus	560	uiueram tenes	920	unica filia duos parare gene-		uti foro	68
Viciis uocandus	560	uiuit aut mortuus est	676	ros	287	utinam domi sim	712
Viciis uocandus	560	uiuit, incende ignem	714	unicum arbustum haud alit		utinam male, quemadmodū	
Viciis uocandus	560	uiuorum meminisse oportet		duos erithacos	491	inuenisti, ejicias ibidem	
Viciis uocandus	560	102		unicum duobus non est pu-		utinam mihi contingant ea,	
Viciis uocandus	560	uiuum cadauer	567	gandum	1261	quæ sunt inter Corinthū,	
Viciis uocandus	560	uiuum noueris	1238	uni nauis ne commit. omnia		& Sicyonem	237
Viciis uocandus	560					ut in uelabro olearii	968

PER ORDINEM ALPHABETI.

ut lupus ouem	1175	uespere sol non inuider	1292
ut luti bauli	1189	uesperinum amant, maturi-	
ut nrygius amauit Pieriam		num oderunt	1298
1230		ueteris monerz	1358
ut potunius, quando ut uolu-		uicini ne quidem sentiunt.	
mus non licet	345	1408	
utranque paginam facit	571	uicinum semper inuenies.	
utraq; manu adesse	168	1425	
utrem cedis	178	uinalia sine uiuo expediri nō	
utrem excorias	178	possunt	1429
utrem meigis uento plenum		uincat tuus tripes	1383
868		uinculis Hippocratis adliga-	
utrem uellis	178	re	1428
utres Thylaci	1141	uino ueteri qui utuntur, fa-	
utres territas	260	pientes iunt	1416
utroque claudicare	850	uitum ferrum trahit	1429
utroque nutans sententia.		uita Charadrij	1419
928		uitam opumam elige	1433
utroque pollice laudare	347	uita suilla	1400
uulcani tripodes	550	uitek floret, & botrus matu-	
uulcanus tibi uaticinatus est		refert	1396
621		uitulus pauperi castrum est.	
uulcanium uinculum	711	1450	
uulcus suppicax	996	ultra pedem	1435
uulpe pellice benigni	1042	ulyxis uinculum	1402
uulpes annosa haud capitur		umbræ, ne prohibent	1544
laqueo	407	una clamore Neadas superat	
uulpes bouem agit	658	1406	
uulpes cum leonibus congre-		unum aluere	1356
gare	373	unum nidum una in arbore.	
uulpes multa, echinus unum		1446	
hōuit	199	uola, nec uestigium	1390
uulphand corrupitur mu-		uolcellis pugnare, non gladijs	
neribus	407	1415. 1430	
uulp. non iterum capitur la-		uoluptas malorū elica	1439
queo	605	uolumentum in numero	1374
uulpes quā facile pyrum		uomet humo reritur	1440
comest	904	urbe amissa, recipit pugione	
uulpi elurienti somnus ob-		1289	
repit	648	urceus pro amphora	1450
uulpina pellis affluenda, si leo		ut Aeduius respoia numinis	
nina non sufficit	907	prædicat	1432
uulpinari cum uulpe	88	ut geni crumma	1394
uultur si es, cadauer expecta		ut iutrices Lamiam	1352
290		utramque inflare sibiam	
uulcu saepe læditur pietas.		1452	
1202		uter	1424
uultus umbra	685	ut fastu plentis	1334
uulxi seni sponso regina cit		ut sportum iurunculus. capta	
332		1428	

INDEX APPENDIC.

PROVERBIO RVM.

V

Alacritudo in eodem

iacere

ubi Aridarum scapha

ubi uber, ibi tuber

1448

uelo leuato de caussa cogno-

scere

uellus istic nō carpitur

uellu Mineræ calculus.

1348

uenari in ollis

uentis, & mare, & ignis ser-

uiunt

uentis, & scripturæ, in aqua

credere

uentos pascere

uentura per dioptram pro-

spicit

uerba siue penus, & pecunia.

1321

uetiora Bacidi dictis

uerfari circa radices montis.

1373

X

Enocratis cascoulus

895

INDEX APPENDIC.

PROVERBIO RVM.

X

Enocratis testimo-

nium

1402

Z

Aleuci lex

760

Zenone moderatior

427

Zenonium est & lentem co-

quere

1158

Zoili

601

Zonam perdidit

198

Zopyri talenta

760

INDEX GRAECO

RVM PROVER-

BIORVM.

A

Βίωτος βίος

702

Αλφωμο τρητος

851

Αδχμα τοπεδλος κίαν

1287

Ασθροις αινερετη

1443

Αιγινωα

828

Αιγυπιασση

896

Αιδωμε τραας

149

Αικαλην

1020

Αεδουδα

1224. 1413

Ακππα ε.ων

405

Ακρηκτος πολεμος

857

Ακρεδωπη κμβαλα

588

Ακροαρεα κικ

1145

Ακροαρεα κικ

398

Αλασκοπη

344

Αλιπηρις

1030

Αλφωμο τρητος

71

Αλφωμο τρητος

1090

Αμωσ ε.πατρων

500

Αμωσ ε.πατρων

285. 480

Αμωσ ε.πατρων

588

Αμωσ ε.πατρων

1432

Αμωσ ε.πατρων

1326

Αμωσ ε.πατρων

1040

Αμωσ ε.πατρων

1044

Αμωσ ε.πατρων

359

Αμωσ ε.πατρων

229

Αμωσ ε.πατρων

964

Αμωσ ε.πατρων

1037

Αμωσ ε.πατρων

828

Αμωσ ε.πατρων

953

Αμωσ ε.πατρων

ibidem

826

Αμωσ ε.πατρων

Βαλασφαρι

843

Βαλασφαρι

577

Βαλασφαρι

pro magnificē

715

Βαλασφαρι

243

Βαλασφαρι

1053

Βαλασφαρι

967

Βαλασφαρι

1210. 1413.

Βαλασφαρι

593

Βαλασφαρι

489

Βαλασφαρι

652

Βαλασφαρι

392

Βαλασφαρι

494

Βαλασφαρι

1038

Βαλασφαρι

962

Βαλασφαρι

ibidem

Βαλασφαρι

362

Βαλασφαρι

403

Βαλασφαρι

360

Βαλασφαρι

865

Βαλασφαρι

333. 473

Βαλασφαρι

1008

Βαλασφαρι

1039

Βαλασφαρι

Δ

Δαμοπιερα

906

Δαμοπιερα

1220

Δαμοπιερα

309

Δαμοπιερα

106

Δαμοπιερα

725

Δαμοπιερα

1037

Δαμοπιερα

1263. 1273

Δαμοπιερα

611

Δαμοπιερα

675

Δαμοπιερα

E

Εκκωτις ημωα

1013

Εκκωτις ημωα

804

Εκκωτις ημωα

1288

Εκκωτις ημωα

895

Εκκωτις ημωα

1443

Εκκωτις ημωα

598

Εκκωτις ημωα

349

Εκκωτις ημωα

1170

Εκκωτις ημωα

1443

Εκκωτις ημωα

199

Εκκωτις ημωα

235

Εκκωτις ημωα

1221

Εκκωτις ημωα

1433

Εκκωτις ημωα

822

Εκκωτις ημωα

1053

Εκκωτις ημωα

962

Εκκωτις ημωα

1145

Εκκωτις ημωα

41

Εκκωτις ημωα

1016

Εκκωτις ημωα

30

Εκκωτις ημωα

229

Εκκωτις ημωα

858

Εκκωτις ημωα

1240

Εκκωτις ημωα

1431

Εκκωτις ημωα

Εκκωτις ημωα

INDEX PROVERBIORVM

Ελευθερία	206	Κρίματι	1430	Οβελισκόνειχινον	554	Ρίτασις	521
Ελευθερία	632	Κρινάλοι	461	Οβελισκόνειχινον	220	Ευποκόνειχινον	1032
Ζ		Κρινάλοι	1137	Οβελισκόνειχινον	499	Σ	
Ζάκω	237	Κρινάλοι	250	Οβελισκόνειχινον	1412	Σαπροι cūm simus	1281
Ζαφειρόπιτες	962	Κρινάλοι	20	Οβελισκόνειχινον	827	Σαπροι βίς	513
Ζαφειρόπιτες	530	Κρινάλοι	ibidem	Οβελισκόνειχινον	846	Σαπροι βίς	812
Η		Κρινάλοι	1164	Οβελισκόνειχινον	591	Σαπροι βίς	490
Ημερολογίου	1077	Κρινάλοι	907	Οβελισκόνειχινον	417	Σαπροι βίς	461
Ημερολογίου	888	Κρινάλοι	382	Οβελισκόνειχινον	1139	Σαπροι βίς	1151
Θ		Κρινάλοι	875	Οβελισκόνειχινον	708	Σαπροι βίς	242
Θ Πράξις	219	Κρινάλοι	ibidem	Οβελισκόνειχινον	1250	Σαπροι βίς	583
Θ Πράξις	1323	Κρινάλοι	1145	Οβελισκόνειχινον	708.805	Σαπροι βίς	38
Θ Πράξις	237	Κρινάλοι	ibidem	Οβελισκόνειχινον	450	Σαπροι βίς	341
Θ Πράξις	1190	Κρινάλοι	1437	Οβελισκόνειχινον	805	Τ	
Θ Πράξις	612	Κρινάλοι	ibidem	Οβελισκόνειχινον	459	Τελειώσις	613
Θ Πράξις	1020	Κρινάλοι	1132	Οβελισκόνειχινον	1441	Τελειώσις	122
Ι		Κρινάλοι	1217	Οβελισκόνειχινον	76	Τελειώσις	962
Ιακωβίτης	767	Κρινάλοι	ibidem	Οβελισκόνειχινον	918	Τελειώσις	255
Ιακωβίτης	1148	Κρινάλοι	273	Οβελισκόνειχινον	41	Τελειώσις	302
Ιακωβίτης	1111	Κρινάλοι	1033	Οβελισκόνειχινον	550	Τελειώσις	1145
Ιακωβίτης	206	Κρινάλοι	455	Οβελισκόνειχινον	671	Τελειώσις	461
Ιακωβίτης	807	Κρινάλοι	570	Οβελισκόνειχινον	906	Τελειώσις	1283
Ιακωβίτης	759	Κρινάλοι	959	Οβελισκόνειχινον	671	Τελειώσις	185
Ιακωβίτης	237	Κρινάλοι	550	Οβελισκόνειχινον	209	Τελειώσις	653
Ιακωβίτης	1144	Κρινάλοι	659	Οβελισκόνειχινον	989	Τελειώσις	466.1243
Κ		Κρινάλοι	340	Οβελισκόνειχινον	685	Τελειώσις	428
Κατά Δεους	317	Κρινάλοι	654	Οβελισκόνειχινον	826	Τελειώσις	1144
Κατά Δεους	354	Κρινάλοι	502	Οβελισκόνειχινον	360	Τελειώσις	707
Κατά Δεους	849	Κρινάλοι	ibidem	Οβελισκόνειχινον	1146	Τελειώσις	155
Κατά Δεους	360	Κρινάλοι	1196	Οβελισκόνειχινον	1014	Τελειώσις	1432
Κατά Δεους	351	Κρινάλοι	851	Οβελισκόνειχινον	ibidem	Τελειώσις	322
Κατά Δεους	442	Κρινάλοι	808	Οβελισκόνειχινον	962	Τελειώσις	1275
Κατά Δεους	826	Κρινάλοι	753	Οβελισκόνειχινον	418	Τελειώσις	
Κατά Δεους	1053	Κρινάλοι	480	Οβελισκόνειχινον	1361	Τελειώσις	909
Κατά Δεους	779	Κρινάλοι	1083	Οβελισκόνειχινον	663	Τελειώσις	1264
Κατά Δεους	1090	Κρινάλοι	337	Οβελισκόνειχινον	919	Τελειώσις	674
Κατά Δεους	1074	Κρινάλοι	1157	Οβελισκόνειχινον	1211	Τελειώσις	666
Κατά Δεους	813.862.	Κρινάλοι	1147	Οβελισκόνειχινον	536	Τελειώσις	1197
Κατά Δεους	ibidem	Κρινάλοι	ibidem	Οβελισκόνειχινον	843	Τελειώσις	419
Κατά Δεους	659	Κρινάλοι	659	Οβελισκόνειχινον	574	Τελειώσις	
Κατά Δεους	970	Κρινάλοι	1139	Οβελισκόνειχινον	839	Τελειώσις	264
Κατά Δεους	659	Κρινάλοι	1025	Οβελισκόνειχινον	278	Τελειώσις	870
Κατά Δεους	818	Κρινάλοι	744	Οβελισκόνειχινον	1430	Τελειώσις	1129
Κατά Δεους	816	Κρινάλοι	ibidem	Οβελισκόνειχινον	455	Τελειώσις	
Κατά Δεους	957	Κρινάλοι	ibidem	Οβελισκόνειχινον	966	Τελειώσις	387
Κατά Δεους	419	Κρινάλοι	ibidem	Οβελισκόνειχινον	ibidem	Τελειώσις	76
Κατά Δεους	541	Κρινάλοι	ibidem	Οβελισκόνειχινον	ibidem	Τελειώσις	

Τ Ε Λ Ο Σ .

LOCI SECVM CONGRVENTIVM ET PVGNANTIVM MATERIARVM.

Quæ in hoc Indice continentur.



D iuitiæ paupertas Munerum corruptela Forma, deformitas Tædium ex iteratione Iteratio citra tædium Molesti intollerabiles Ingrata ob uetustatem Nupera Iteratus error Error in initio Garrulitas Breuiloquentia Clamorus Rixosus Taciturnitas illaudata Laudata Infacundia Facundia Munus, non munus Exitium honestum Malum inmedicabile Industria Ignaui, infcitia Ingratitudo Gratitudo Simulatio, dissimul. Libertas, ueritas Seruitus Vanitas Curiositas Crudelitas & contra timiditas, ignaui Inanis metus Audacia Fortitudo Cedendum multitudini Liberalitas Tenacitas Hospitalitas, & contra profusio Rapacitas, auaritia Sordes & parsimonia perficiendi, absoluendi Ab initio ad finem Similitudinis, & congr. dissimilitudinis, & incongru- entia Munus aptū aut inept. Infortunij, exitij Bonæ fortunæ, copiæ felicitatis, aut omnis Malum accersitum Sera pœnitentia Serum remedium damnandi Approbandi	Iudicandi recte Alia aliis placent Aberrandi Cæcipientia perspicacitas Perspicuitas Obscuritas Surditas Attentio, & contra Obsecundantis Correctio dicti Commodum interuersum Impossibilia Absurda, indecora, præpostera Inanis opera difficulratis procliuitas & contra Nunquam Semper Nusquam pensatio beneficij, uel offici- cij Malum conduplicatum aut nouatum Malum male uitatum Malum assuetum Mali retaliatio Inæqualis pensatio Alibi diminutum, alibi red- ditum Frustrata spes desperatio præter speciem bonum aut ma- lum Malum uertens bene Subiti interuentus Magnifica promissa Votum Spes pertinax Excellentia, inæqualitas differentiæ Aequalitas Vincere & uinci Victoria utrinque Non solus ille Securitas, & tutæ rei Contemptus & uilitatis dignitatis proximis utendum Inconstantia, perfidiaz, uersu- tiz Mutandæ sententiæ Mutati instituti Fortunæ commutatio Temperantia Intemperantia, libido	Modestia modusq. Arrogantia, iactantia philautia Contrarium philautiæ Manfuetudo Asperitas, morositas, Occasio Sumptuosa Frugalitas Luxus & mollities Lauticiæ Fames Festinationis Festinatio præpropere Tarditatis & cunctat. Salubritas Insalubritas diuturnum Hæredipetæ Senium præmaturum, aut mors Longæuitas luuenta Vita hominis & misera & bre- uis Prudentia senilis Prudentia Alij sapere Prudentia coniuncta uir. Instans Anceps, & dubius Perplexus Decretum In deprehenso Metus & conscientia Vinculum insolubile Ultio malefacti Metus pœnæ Aliena a re Aliena curantis Ad rem peruentia Lacessentis Insidiæ Coniecturæ Calumnia Obtrectatio & maled. Causa indifensa Carpentis seipsum Necessitas Tristitia, lætitia Sollicitudo Nuncius lætus Minantis Vehementia, languor Amor Amicitia Adulatio	In delitiis Odium Ira Inuidia, æmulatione diffidentia Fraus ab amico diligentiæ Assiduitas Indiligentiæ Somnolentia Occupatio, ocium Iustitia Iniustitia Rigor Vis iniusta Inculpatus Temeritas Pudor Impudentia Pudicitia Impudicitia Originis Nobilitas, obscuritas degenerantium in pœius initium laudatum proficiendum in melius Proprij commodi stu- lucrum ex scelere interuitio subitum exitium Totum ut nihil reliqui Obliuio Memoria Elabendi Ex sese domi uiuere Fœminæ Acquanimitas Solitudo ignoratio Nouitas Notus Occulta Vices officij Fides & grauitas perfidia Consilium oum auxilio, citra auxil. intempestiua, & inepta Tempestiua Seruire tempori deprecandi, abomin. Execrandi Ominandi Beneficium corruptum Rifus derisio
---	--	--	---

imposture

INDEX PROVERBIORVM

Imposturæ	Prælongi	Libenter	Auxilium
Fortanata stultitia	Improbi	Refugium	Bibacitas
Circa laborem	Ingenij malitia & instit.	Docilitas	Honos indigno
Incitare	Majus pectus	diuturnum prærogatiua	Maledicentia
Discriminis	Aperte & crasse	Repellentis	Nugalia
Alicui periculo	Raritas	Mira noua	Mixta
Experientia, seu pericl.	Concordia	Omnia	Parasiti
Secundæ experientia	Discordia	Miscebra mali	Puniri pro alio
Imperitia	Fuerunt, non sunt	Exercitatio	Veneficia
Conatus	Exilium	Contagio morum	Tolerantia
Pertinacia	Accessio pusilla, aut nim.	Commodo magno	Toruitas
Incertus euentus	Focus	Tumultus	Fucus
Ex euentu iudicium	Vsura	Potentes	Ocium
Multi	Probrum, gloria	Magni momenti	
In stupidos	Munus boni consul,	Scurrilitas	

FINIS.



INDEX LOCORVM SECVNDVM SERIEM LITERARVM, QVO FACILIVS LECTOR ID, QVOD QVAERIT, INVENIAT.

A		desperatio	28	inanis opera	47	molesti intollerabiles	70
		difficultatis	28	inæqualis pensatio	49	Mutti	70
Aberrandi	9	niffidentia	29	incertus euentus	50	Munerum corruptela	70
Ab initio ad finem	9	differentia	29	incitare	50	Munus non munus	71
Abfurda, indecora, præpostera	9	dignitatis	30	inconstantia, perfidia, uersu	50	Munus aptum, & ineptum	
Accessio pusilla, aut minima	12	diligentia	30	tia	50	71	
Ad rem pertinentia	12	discordia	31	in culpatas	52	Munus boni colendum	
Adulatio	12	discriminis	31	in desitiis	52	71	
Aequanimitas	12	disimilitudinis, incongruentia	32	in deprehensos	52	Mutanda sententia	
Aequalitas	12	tia	32	indiligentia	52	71	
Alia aliis placent	12	Quittia	33	indulgentia	53	mutati instituti	72
Alibi diminutum, alibi red-	12	diuturnum prærogatiu	34	infacundia	53		
ditum	13	diuturnum	34	infortunij, siue exitij	53	N	
Aliena a re	13	docilitas	34	ingenij malitia, & institutio			
Aliena curantis	13	domi uiuere	34	54		Necessitas	72
Aliis sapere	14			ingratitude	55	Nobilitas, obscuritas	
Alieno periculo	13	E		ingrata ob uetustatem	55	72	
Amicitia	15	Elabendi	34	initium laudatum	55	Non solus ille	73
Amor	15	Error in initio	34	iniustitia	55	Notus	73
Anceps, & dubius	15	excellencia, inæqualitas	34	insalubritas	56	Notus	73
Aperce & crasse	16	Excerandi	36	insidia	56	nugalia	73
Approbundi	16	Exercitatio	36	instans	56	nunquam	73
Arrogantia, iactantia	16	Exeuentu iudicium	36	in stupidos	56	nupera	73
Asperitas, morositas	16	Exitium honestum	36	intemperantia, Libido	57	nusquam	73
Assiduitas	17	Exilium	36	intempestiua, & inepta	58	Nuncius lætus	73
Attentio, & contra	18	Experientia, seu periclitatio	36	internitio	59		
Audacia	18	nis	36	inuidia, emulatio	59		
Auxilium infirmum	18	Ex sese	37	ira	59	O	
		F		iteratio citra tedium	60		
		Facundia	37	iteratus error	60	Obliuio	73
B		Fames	37	iudicandi recte, secus	60	Obscuritas	74
Beneficium corruptum	19	Festinatioris	37	iuuenta	60	Obscundantis	74
Bibacitas	19	Festinatio præpropere	37	iustitia	60	Obsecratio	74
Bona fortune, copie, augeri	19	Fides grauitas	38	L	60	Occasio	75
felicitatis	19	Femina	39	Lacessentis	61	Ocium	75
Breui loquentia	20	Foccus	39	letitia	61	Occulta	75
		Forma deformitas	39	languor	61	Occupatio, ocium	75
C		Fortitudo	40	laudat	61	Odium	75
Cæcuentia	20	Fortuna commutatio	40	lauditia	61	Ominandi	76
Calumnia	21	Fortunata stultitia	41	libenter	62	Omnia	76
Carpentis se ipsum	21	Fraus ab amico	41	liberalitas	62	Originis	76
Causa indefensa	21	Frugalitas	41	libertas, ueritas	62	P	
Cedendum multitudini	21	Frustrata spes	41	longeuitas	63	Parasiti	77
Citra auxilium	26	fuertunt non sunt	42	lucrum ex scelere	63	paupertas	77
Clamoris	21	fucus	42	luxus & mollicies	63	Pensatio beneficij	78
Comodo magno emptu	22	G		M		Perficiendi, siue absolucendi	
commodu interuersum	22	Garrulitas	43	Magnifica promissa	64	Perfidia	79
conatus	22	Gratitudo	43	Magni momenti	65	perplexus	79
concordia	22	H		Maledicentia	65	perspicacitas	79
coniectura	23	Hæredipetæ	44	Mali retaliatio	65	perspicuitas	79
consilium	23	Honos indigno habitus	44	Malum conduplicatum	65	pertinacia	79
contemptus, & uilitas	24	Hospitalitatis, & contra	44	malum uertens bene	65	philautia	80
contagio morum	23			Malum assuetum	66	potentes	80
contrarium philautia	25	I		Malum accersitum, ac reddi-	66	prælongi	80
crudeles, & contra	26			tum	66	præter spem bonum	
cum auxilio,	26	Ignauia, infcitia	44	Malum male uitatum	67	80	
curiositas	27	Ignoratio	45	Malum immedicabile	67	probrum, gloria	
contra	26	Impossibilia	45	Malus uicinus	68	81	
D		Illecebra mali	45	Manfuerudo	68	procliuitas	81
Damnandi	27	Imperitia	46	Memoria	68	proficientium in melius	
decretum	27	impostura	46	Metus ex conscientia	68	82	
degenerationem in peius	28	improbi	47	Metus pœnæ	69	profusio	82
deprecantis, & abominantis	28	impudentia	47	Minantis	69	proprij commodi	
28	28	impudicitia	47	Mira noua	69	82	
perisio	28	inanis metus	47	Mixta	69	proximis, utendum	
				Modestia, modusque	69	83	

INDEX PROVERBIORVM

Prudentia	83	scurrilitas	87	Subitus interuentus	93	tumultus	98
prudentia senilis	84	secundæ experientiz	87	Sumptuosa	93	V	
prudentia coniuncta uiribus		seueritatis, & tuz rei	87	Surditas	93		
ibidem		semper	88	T			
pudicitia	ibidem	senium præmaturum	88			Vanitas	98
pudor	ibidem	sera pœnitentia	88	Taciturnitas laudata	94	Vehementia, languor	98
puniri pro alio	ibidem	serum remedium	88	Taciturnitas illaudata	94	Veneficia	98
		seruire tempori	89	radium ex iteratione	94	Vices officij	99
		seruitus	89	tarditas, & cunctatio	94	Victoria utrinque tristis	
		similitudinis, & congruen-		temeritas	94	99	
		tæ	89	Tenacitas	95	Vincere, & uinci	99
Rapacitas, auaritia	84	simulatio, dissimulatio	91	temperantia	95	Vinculum insolubile	100
Raritas	85	solitudo	91	Tempestiua	96	Vis iniusta	100
Refugium	86	sollicitudo	92	timiditas, ignauia	96	Vita hominis misera, & bre-	
Repellentis	86	somnolentia	92	tolerantia	96	uis	101
Rigor	86	Sordes, & parsimonia	92	toruitas	97	Vltio malefacti	99
Rufus	86	Spes pertinax	93	totû, ut nihil reliqui	97	Votum	101
Rixosus		stupidi	93	tristitia, lætitia	97	Vsum	100
		Subitum exitium	93	tuta	98		
salubritas						FINIS.	



INDEX PROVERBIORUM IUXTA LOCOS.

9

10

11

12

ABERRANDI.

EXtra calcem 1146
Quis aberraret 256
Toto cælo erras 52
Tota erras uia 51
Pugna consilia scindit 1293
Alienis excidere 1366
Αμφαγοῖν 1326

AB INITIO ad finem.

Ab ipso lare 276
A capite ad calcem 93
Prota & puppis 30
Venimus ad summum 961
A carcere 628
A carceribus 268
Ab ouo usque ad mala 595
A linea incipere 267
Ab incunabulis 309
A teneris unguiculis ibidem
Principium dimidium 95
Quodcumque in solum 911
Exordiri telam 651
Scindere glaciem 910
Ea tela texitur 449
Toto organo 791
A cælo ad terram 648
Ne inter appia quidem 420
Salua prima 574
Ianuam, fenestram aperire 160
Schema & gradus 1406

ABSYRDA IN D'E'C'O R: A leu præpostera

Fluuius quæ procul &c. 793
Frustra habet 986
Alinus auis 954
Herculis cothurnos 924
Lumen soli mutas 311
Ranæ aquam 914
Soli lumen 601
Sus Mineruam 45
Mercurius infans 747
Sus cum Minerva 47
Pica cum lusciniâ certat 357
Vespa cicadæ obstrepsens ibidem
Currus bouem trahit 297
cancer leporem capit 594
Velocem tardus 315
Virgultea scapha 462
Silurus putris in quadra ar-
gentea 296
Mali uiri honesta oratio ibi.
Archilochi melos 249
Aguinis lactibus alligare ca-
nem 1217
Eodem collyrio mederi om-
nibus 1181
Αντὶβανδία 1037
Ante pilos sapere 858
Odi pueros præcoci sapien-
tia 1037
calceus pede maior 611
Aratro iaculari 675

Sus saltauit 98
Mulgere hircum 140
Iungere uulpes ibidem
Nocte lucidus 1053
cum aqua fauces strangulet 443
Primas iactare hastas 255
Operarij 1266
Omissis fontibus insectare
riuulos 1255
In herba luxuries 1259
Tuum tibi narro somnium 737
Nil intra est oleam 394
Iupiter orbus ibidem
Iugulare mortuos 102
Mortuum unguento perun-
gis 844
Ad consilium ne accesseris an-
tequam uoceris 114
Aduersus solē ne loquitur 23
More carico 1147
Accepta candela 1151
Lanā in officinam fullonis 1160
Nec aures habeo, nec tango 911
Sincerum uas incrustare 149
Iuxta fluuium puteum fodit 854
Per parietem loqui 873
priusquam assa sit farina 841
priusquam mactaris ibidem
prius antidotum antequam
uenenum 1075
capra nondum peperit, hæ-
dus autem &c. 632
Anulus aureus in narib* suis 296
in mari aquam quæris 394
Vmbra suam metuere 224
Furari littoris harenas 1046
canem excoctam excocta-
re 547
Nudo uestimenta de trahere 181
Nudo mandas 738
caput artis 1106
Gallus quid execas 796
in aere piscari 180
piscem natate doces 915
Lupi alas 182
Boue uenari leporem 1087
Serenitati nubē inducit 1083
dum uirent genua 1080
ceruus canes trahit 1078
Aquam igni miscere 1074
faber cum sis 1074
elephantum ex musca 393
Ebur atramento candeface-
re 149
Exacta uia uiaticum 872
Qui sese non habet, samum
petit 313
Leonis exuium super croco-
ton 911
cantherium in fossa 248
Ex natali emortualem face-
re 1219
iocandum ut leria agas, 1187

post rem deuoratā ratio 1237
Trabem baiulans 1191
solē adiuuare facibus 1183
tarditas consilio adiuta 115
caligare in sole 621
reipsum nō alens, canes alis
625
Mari aquam e fossa infundis 827
Mus non ingrediens 855
Ad mensuram aquam 627
Aliorum medicus, ipse uulne-
ribus scætet 607
Anuseriphus 695
Anus saltat ibidem
Anus cothonsar 875
in toga saltantis personam
inducere 607
camelus saltat 681
Lucernam adhibes 601
clauē findere ligna, & securi
fores aperire 651
cani das paleas 889
Vulpes bouem agit 638
Ante barbā doces 839
dasyphus carnes desiderat 242
tutelepus es, & pulpamen-
tum quæris ibidem
Sydera addere cælo 1047
In pace leones 1124
Smaragdus in luce 864
Nec uola, nec uestigium 1390
delphinis in terra uires 1267
Manum peteris & pedē porri-
gis 1359
Eburneis raris solum uerte-
re 1424
Lingonibus aureis terram fo-
dere ibidem
Fronti ocream, tibi galeam
applicat 1291, 1414
Oreitis somniū narrare 1430
Pitillum exornatum 1411
Fiumina in terram commu-
tat 1340
priusquam pinsueris, farinā
subigis 1314
fulmēta lectū scandunt 1355
nouus istæ palæphatus 1397
Acanda ad os transferre 1386
inter Solias & Tybios referre 1395
Fluuij cursus non detorquen-
tus 1437
crocum in ciliciam 1370
tanquam super spinas ince-
dere 1430
Aufidus Adriam retrofugit 1445
calcei Sicyonij 1417
Vinalia sine uino expediri
non possunt 1429
Alcinoo poma dare 1454
De scammate egredi 1454
Testudo uolat ibidem
Ἡδὲ καὶ πῖπλον 264
Βορῶν 1413
Ἐκ πῖπλον καὶ πῖπλον 1443

Accessio pusilla aut nimia.

Cræsi pecunia teruno 1226
Piscis sale eget 1192
Holerum additamenta 767
Gleba aruum 700
Gutta uini 1049
Ne maior thylaco 105
Cubitale 1270
Mātilla obsonia uincit 1274

Ad rem pertinentia.

Nunc in regionem 739
Ipsum ostij limen 842
Rem acu tetigisti 598
Aedibus in nostris 277
Omissis nugis rem 987
Ab unguitibus incipe 1161

Adulatio.

Mercenariū præconiū 1209
Salute equorum filiar 1190
Verbis coquarius 1197
In hostio somosus 909
Refutantis laudem 973
Haud quaquam difficile A-
theniensem 464
Cura esse quod audis 1035
Hercula scabies 576
Ficum cupit 325
De fera comedisti 649
Cauda blandiri 1020
Prestat habere 1070
Benignior pellace 1042
Letale multum 352
Io præam 577
Pelycrates matrem 678
Ipse semet canit 624
Magis ipse Phryx 699
Climacides 1084
Gloss gallicus 1130
Gallonijs 1202
ἡκαδων 1020
ἑκαπέννυ ibidem
χαρὶς λωπτεῖν 909
Μισοῦσαι 1157
ἡγασθῶν 419

Aequalitas.

Aqua concertatio 576
In cadē lācea imponere 1269
ἰσὺ ἰσῶ 1144

Aequanimitas.

In re mala 875
Magistratum gerēs 686
Iactare iugum 968
Ad flucm ubi perueneris 21

Aliis alia placent.

Felix Corinthus 915
quot hoies, tot sententiæ 121
Suum cuique pulchrum 82
d 2 Balbi-

INDEX PROVERBIORVM

13			15		16
Balbinum Polypus agnæ de- lectat 83	Haud contra ostium 489	102	aut ne quatuor 523		
Suus rex regina placet ibid.	Meos corymbos 834	Ipſus & chiis 1196	Excubias agere, aut ditari 761		
Te tua, me mea delectant ibidem	Omissa hypera 871	Vulſu ſepe læditur 1262	In triuio ſum 100		
Velle ſuum cuiq. eſt 121	De curru delapſus 532	Sal & menſa 1214	Ancipitis animi 982		
Aſinus aſino, & ſus ſui pul- cher 1224	Me mortuo terra 152	Philoteſius crater 1169	Haſta caduceum 779		
Ad Syrenum ſcopulos confe- neſcere 1427	Mibi iſtic nec ſeritur, nec me titur 276	Salute tenus amici 890	Delphicus gladius 554		
	Non luſtu, ſed remedio opus in malis 989	Amicus certus in re incerta cernitur 1107	Iſidem e literis 880		
Alibi diminutum, alibi redditum.	Reſpublica nihil ad muſicū 1197	Olla amicitiæ 202	Qui nocere potes 993		
	Quā in tragædia comici 1239	Viri infortunati procul ami- ci 713	Nauis aut galeus 744		
	Equus ſeſtorem rapit 1373	plures adorant ſolem Orien- tem, quam &c. 841	Tertium caput 970		
	Εἰς οὐρανὸν 1221	Ad ſelicem parietem 126	Triceps mercurius ibidem		
		Nuda gratiæ 676	reſceas aut ros 731		
Claudus optime 732	Aliis ſapere.	Sapientes Tyranni 910	Altera caduceum, haſtam alte- ra 1273		
Non omnia poſſumus om- nes 563	Aliis proſpiciens 980	Amicitias immortales eſſe oportet 1112	Gemina cordas ſerit 1362		
Facta iuuenum, conſilia ſe- num 886	Facile cum ualemus recta cō- ſilia ægrotis damna: 271	Amic' cū uitiis ſerēdus 1424	Aperte & craſſe		
Marinam auditionem ſtuita - li abluir 845	Quarta Luna nati 63	Amere fruſtra, odio ne ſis fru- ſtra ibidem	Præmaſū in os inferere 723		
Quod alibi diminutum 980	Amicitia.	Fac nidū in una arbore 1446	craſſa minerua 44		
Subiice ſeni iuuenulā 909	Amicus non cogendus 977	Tautali philoteſia 1301	craſſiore tuus ibidem		
Non omnis fert omnia tel- lus 1080	Amicitia ſtabilium 556	Αμφιβάλλας ὄψεαι 1040	canibus oſſa piodo 1410		
Senum conſilia, iuuenū 887	Amata tanquam oſurus 467	Γενναίαια 919	Vomentum in numero 1374		
Fructibus non ſtadiis certa- re 1323	Amantium ira, amoris redin- tegratio 805	Amor.	Sua fronte 1431		
Spicilegium relinquere 1426	Amici mores noueris, non oderis 628	caunius amor 823			
Paludem & ſalinas emere o- porter 1448	Nouos parans amicos 856	Liberorum amantior 699	Premere pollicem 347		
	Non potes Thetidem 848	Iniuria ſoluit amorem 1172	Album calculum addere 217		
Aliena curantis.	Vu' deus, & plures amici 879	Manſum ex ore 1245	creta notare ibidem		
Bellum cononi curæ fuerit 840	Neque nulliſis amicus 919	Medullitus 1246	Pedibus in ſententiam diſce- dere 667		
In alieno choro 501	Ne cuius dextram iuſſe 18	Omnes intus 1226	mom ſatis facere 226		
Ne depugnēs in alieno nego- tio 980	nemo ſibi naſcitur 1147	Vt lupus ouem 1175	Omne tulit punctum 221		
Quæ ſupra nos, nihil ad nos 272	Amicorum cōia omnia 15	Vt phrygius amauit 1230	Puq̄ctis ſingulis ibidem		
Acidibus in noſtris, quæ pra- ua, aut recta gerantur 177	de manu in manum 1114	ceſtum habet ueneris 819	calculis omnium ibidem		
Vtere curru, de aſinis nihil la- borans 949	Amicitia æqualitas 16	Ex aſpectu naſcitur 1200	Vnjonē ſignare 218		
Stultior Morycho 718	Amicus amico 227	paruus ſemper tuus 670	Alba felicia ibidē		
	Amicus magis neceſſarium quam &c. 512	Auræ compedes 576	Alba faba 217		
	Nazra & charmione 918	Muſicam docet amor 1109	Reſtā inſtans uiam 1234		
	Qui circa ſalē ac fabam 32	capite geſtare 1152	Ne Iupiter quidem 677		
	Salē & mēſā ne pterea 242	Qui non zelat 1158	Seruum haud ueho 970		
	Intepectiua beneuolētia 316	Erreta raptus 1100	Si tibi amicum 451		
	Præſtat habere acerbos 1370	lyngæ trahor 1130			
	Non ſunt amici, qui degunt procul 559	Nō ſoli Attidæ uxores amant 1450	Arrogantia, iaſtantia.		
	Multas amicitias 449	Sanguis & anima 1308	Mira de lente 1114		
	Abiit & taurus in ſyluam 47	Sternutauerunt amores 1446	Sine incolumis redeat 1133		
	Vbi amici, ibi opes 129	Amor ſit ira iucundior 1439	Arce & eloaca facere 1129		
	Vique ad aras amicus 814	capra cinnamomum 1358	Gallus i ſuo ſterquilinio 1081		
	Amicorū eſt admonere mu- tuum 978	Anceps & dubius.	Tollere criſtas 357		
	Animo ægrotanti medicus eſt &c. 810	Neceſſarium malum 204	Attollere ſupercilium 348		
	In are meo eſt 309	neque cum malis 743	Nauphracton tueri 744		
	Syncretiſmus 32	polypi caput 433	Tollere cornua 356		
	conciliant homines 466	Gaudiū dolori iunctū 1002	Arrogantia nō ferenda 999		
	cum amico non certandum æmulatione 998	Plus alos 355	Sybaritici ſermones 1154		
	Queruli, in amicitiā 1065	Quid primū, aut ultimū 503	Tuo pede te metire 278		
	Amicus lingua 850	Etiam capillus unus umbrā habet 894	Ultra peram 903		
	Felicitas multos habet ami- cos 887	Ad utrūuis paratus 976	Hamaxiza 827		
	Feliciū multi cognati 805	Vtroq. nutās ſententia 928	Sophocles Laudicani 534		
	Menſa communis 242	Volens nolente animo 685	Altiſius Oromedonte 1243		
	Panis fractio ibidem	Mala bona 204	Ampullacea 1225		
	Ad ſelicū: latuſ iſſectere 125	vnica filia duos parare gene- ros 287	Baſilica facinora 1238		
	Nauigare cū felicibus 126	Inter pueros ſenex 1051	campana ſuperbia 1179		
	Tēpus arguit amicum ibidē	Aut cucurbita ſtorem, aut cu- curbita 276	Dea excogitauit 1204		
	ne reb' pīpis mihi uenias ib.	Aut mortuus eſt, aut docet litteras ibidem	Laureolā in muſtaciis quære re 1215		
	Ecquet olla, uiuit amicitiā	Aut quinque bibat, aut tres,	Palmarium facinus 1209		
			periftoſmata campanica 1221		
			pulchru ſepulcri elogio 1201		
			phanix ianua 895		
			Sybaritæ per plateas 508		
			cicadis pleni 860		
			Ex academia 866		
			Ingredi lunonium 1019		
			Summis		

PER ORDINEM ALPHABETI.

17	18	19	20
summis vnguibus 489	Multis ictibus deicitur quer 489	Lunæ radiis non maturefcit 1170	Effugi malum, inueni bonū 781
Cælum terrat armis 568	cus 365	botrus 1170	781
Ex uno multa facere 457	Exercitatio potest oia 502	perfluuium traducere 1140	inueni non quod pueri in fi
Cælum digito attingere 1069	Negeau quidē flectere 454	sacer manipulus ibidem	ba 741
ious sandalum 684	studium generat studium ac 1434	Coriaceum auxilium 1156	sardi uenales 241
in peritis subligaculum in 873	Gutta cauat lapidem 1440	Ficulnum auxilium 324	Thallus bonorum 132
Faltuosus maximus 110	polypus scopulo affixus 1542	subula Leonē excipere 1415	Bonorum aceruus 131
Tācui argium clypeū 704	Alperitas, morofitas.	iolaum implorat 1271	Horna metis 1027
Homo bambylus 652	Ferreus, aliaueus 306	istie uellus nō carpitur 1340	Bonorum myrmecia 131
de pulmone reuellere 624	Veratilis Artemon 1013	Beneficium corruptum.	Bonorum myrmecia 132
ipfedixit 624	Cornea fibra 306	perdisti uinum 521	Gargara bonorum 1134
Auro loquente 841	scytharum oratio 532	Capra scyria 408	Bona terra 788
Nemili fuffenus effem 603	pandeltias tententias 1024	papis lapidosus 1092	Bonorum glomi 598
pennas nido maiores exten 280	Thymibra uictitia 831	Canina uictitans, cynocepha lum oppugnas 1286	copie cornu 238
Ne futor ultra crepidam 246	Torus echinus alper 734	Bibacitas.	1286
Canei hatta 1032	durus alloquus 869	Angina uinaria 1177	capram celestem orientē con
Gigantum arrogantia 1008	Echino alperior 594	Madusa 1213	lpeverunt 1004
Magis sibi placet 699	Corinthus, & collibus surgit	parthi quo plus biberit, plus 1222	Bona fortuna, siue boni ge
Hic Rhodus, hic saltus 84	& uallibus deprimitur 581	fitiunt 1222	ni 165
Atticus in portum 408	Etiā quercus baccharur 1056	Nec elephantes ebiberet. 1143	Oculus dexter mihi salit 580
Calliphanes 1019	Agamemnonis hostia 617	cothonsillare 1145	Bona spes ctenfa 999
Bullate nugæ 931	Matiolæchus 1059	calicum remiges 1161	Deus uidecumque 990
Vino uendibili fufpensa he 635	Ne moue testucam 855	Argentius puteus 1154	Lux affluat 684
dera non opus 1082	Allo rixa quaritur 262	Ranarum more 914	Noctua uolat 63
relliffare 1082	in duru, & implacabile 1088	colaria cadauera 1361	Laureum baculum gesto 64
minum excipio sermonē. 1115	scythia malus 1215	in ollis uenari 1414	Midas in telluris 742
Ameulas loqui 1275	Gratus lita 1453	Mentura aquam bibēs 1370	Boues meis tempus cape
Annum in uenafem contra 1291	Reperit patella opculū 1196	Hectorem imitatis, ab illo numquam recedis 1389	etantes 825
Ne tamione domi relicto. 1420	Attentio, & contra. 1074	Quatuor habens capita 1414	Bos apud aceruum ibid.
salmoncus alter 1265	Attentio, & contra. 1074	Bona fortuna, copia, felicitas aut ominus.	Bos ad prætepe 453
Britareus, alias lepus 1325	purgatis auribus 598	Asinus in paleas 615	Felicitas a deo 1055
to saturnalia 1407	Mens peregrina 921	in uoti compotem 979	primum recte ualere 806
Coturnicis naturam induere 1270	Mens peregrina 921	Nunc, illa aduenit rapidi cā 740	Deum esse 237
Vtut fustu plenus 1341	præfens abest 685	procridis telum 686	Quæuis terra patria 520
delphinum patina non ca 1292	Eræcti 1110	Alex gallinæ filius 63	lactinia obtinere 1416
Mithecus cum fit Agamen 1412	Contulendum, & consiliis pa 977	Aur pifcē cler, aut ilorē 1111	Mare amnium non iudiget.
Antronios afinos 1419	tendum 975	Virgula diuina 72	1383
Fortes in tabula ibidem	Ceram auribus obdis 1058	Gygis anulus 71	Achaicum telum 1311
Otus, & Othus 1318	summus auribus infidet 1376	Orcigalea 762	terica iacit 1347
Rusticanus Oenomanus. 1295	fluctibus obloqui 1400	Bonis auribus 62	italica mentæ 1444
Grossus maturus æfui inc 1321	Neque terræ motus timer, ne 1179	Omonia ex sententia cedūt 983	Quæuis terra patria 520
Ocyria cantare 1452	que fluctus 1179	patyri dies 599	lactinia obtinere 1416
Ne ferit se ipsum 1425	Fortes fortuna adiunat 99	duis hominibusque plauden 62	Achaicum telum 1311
Telephus ē perula 1234	Animus heptabocus 1016	tibus 62	terica iacit 1347
pifandrigalea, & superciliū 1370	Aqua præterfluit 828	semper feliciter, cadūt iouis 123	italica mentæ 1444
ioni patria intonat 1360	Martis pullus 868	sapiens sua bona fecum fert. 1107	Quæuis terra patria 520
Tragici cothurni strepitus. 1322	Alter Hercules 303	contingit, & malis uenatio. 600	Achaicum telum 1311
Lapitha 1304	Achilles 304	recit Achilles duas telleras, & quatuor 705	terica iacit 1347
Afsiduitas.	Achilleum argumentū ibid.	Ex altis delapsus 362	italica mentæ 1444
Minutula pluuia 119	Non abiicit animum 995	Mortalis deus 238	Quæuis terra patria 520
Afsidua stilla laxum excauat. 837	Ne quid moucare 985	cumulis meritorum 132	lactinia obtinere 1416
Bis septem plagis polypus 629	in discrimine apparer qui uis 982	plaustra bonorum. 1225	Achaicum telum 1311
contulus 629	Non recedendum malis ibid.	Rex sum 1225	terica iacit 1347
Dicendo dicere difcunt 253	Qui cum comptentu uitæ in 980	sale, & aceto 1238	italica mentæ 1444
Latum unguem 195	uadunt 980	salenihil uulius 1212	Quæuis terra patria 520
Taurum tollit, qui uiculum 101	improbis musæ 983	supercilium falit 1212	Achaicum telum 1311
fufulerit 101	Megabyri sermones 1293	Tranquillo quilibet guber 1201	terica iacit 1347
Velut umbra fequi 959	Vbi uer, ibi tuber 1428	nator est 1201	italica mentæ 1444
Ne altero quidem pede 416	Gyaro dignum 1359	calum.	Quæuis terra patria 520
exuum uolu non obduci 677	Qui cælocem regere ne 1395		Achaicum telum 1311
tui musæ 677	onerariam petit 1395		terica iacit 1347
	Cuni musis certare 1309		italica mentæ 1444
	Auxilium infimum.		Quæuis terra patria 520

24

Ayuntamiento de Madrid

PER ORDINEM ALPHABETI.

25

26

27

28

Non pluris quam sim 1116	Nec utilis, nec inutilis 841	Nihil profuerit bulbus 1046	Murus aeneus 751
Plumbeo iugulare gladio 602	Indignus quem aspiciat 978	Tradunt operas 330	Domesticus testis 526
Hoc nouerā priusquā Theognis natus est 1076	carmina Homeri.	Alieno auxilio potentes 976	Nullus dies cunctino 1234
Locrentis bos 710	Extritum ingenium 731	Alieno ferox praedidio 975	Ventis & mare & ignis ferunt 1398
Scarabei umbræ 823	Barbam uellere 592	Titana imploras 542	Xenocratis testimonium 1402
Bos homolottorum 826	Nihili cotio est 1061	Ancora domui 38	
Septimus bos 421	Non pluris quam simias 1116	columnen familiæ ibidem	
Generosus ex crumena es 699	Fumi umbra 567	Nostro Marte 247	degenerantium in peius.
Indignus qui illi calceos detrahat 235	Fulgur expelui 687	Sine cortice 314	
Obolo dignus 1219	Oppedere contra to Dionis gry. 343	Vnus vir nullus uir 212	se ipsum vincere 104
Vt luti baruli 1189		Multæ manus onus leuius reddunt 564	Ab equis ad asinos 298
Tituillitium 334	Appendicis.	Reopitulandum 984	Mandrabuli more 104
Scrapta 1222		chordæ vice 836	Heroum fili noxæ 254
Ficulna mens 324	Lutea progenies 1397	Vitius fueris 910	Haud canit paternas 768
Dupondij 334	Arundinea crura, & tabis pheta 1403	Papyri fructus 823	Quis parentem laudat 729
Triobolæ ibidem	Ager quam multos habuisti dominos &c. 1436	copiis uoltris 247	Acessus medicatus 649
Calla nuce ibidem	Annulus aureus in nare fuit 1447	Sine canibus, & retibus 1195	Taurum tollet, qui vitulum fustulerit 101
Ne teruncium quidem sumptit 334	la 1447	Si deus voluerit 994	Eamius Athenas 1135
Attagen 1012	cinerem querere 1451	pecunia absque peculio 1120	Triquet senex 1403
Salcemptum mancipium 322	proletarius scriptor 1425	Tamquam heros in clypeo 683	Troia non producit Thracem 1430
Siculus miles 907	Quadrante dignum 1258	In pila animum confirma 1318	
Seruorum ciuitas 725	Quidquid licet minus defideratur 1431	Deo præeunte nullus officit obex 1371	deprecantis, abominantis
De fece haurire 403	Bx πακάρης 1053	Deus si modo faueat, quosum amicis opus 1424	despuere malum 1240
Carica mulla 359		curiositas.	Vates tecum auferat omen 1229
Asinos non curo 1065	contra.	canes venatici 1209	In capras syluestres 829
Pomarius Hercules 661		Scit quomodo lunonem duxerit iupiter 1030	Bæon malus piscis 1162
Malum Hercules 752		Nihil dulcius quam omnia scire 1242	Si quid mali, in pyrrham 811
Leuidense munus 892	cantherium in fossa 248	Mylus omnia audiens 676	procul ab auribus nuncius veniat 831
cicernus Bacchus 645	In puteo costrictus 452	Nihil inanius quam scire multa 1164	Abhorrentis ac detestantis 998
Ollaris deus 926	Inuita Minerua 47	Zenonium est, & lentem coqueret 1158	dulcis cubitus 452
Soterichi lecti 1086	contrarium philautiz.	coryceus 97	Felix & faustum sit lumen 1433
eccidis & buphonorum 1082		Multæ regum aures 76	Iupiter plue mel 1413
Ficulnus 324	Non est beatus esse, qui se ne sciat 1106	nodum in scypho 593	Εἴω κακῶν 1433
Ficulnus gladius 710	Αἴμαλος πλάτος 838	aliud homini, aliud humanitati latens 1426	derisio
In foribus urceum 463	crudelitas & contra.	Inferorum triacadas 1301	Rhinocerotis nasus 337
Ficum Mercurio 710		Vbi Attridarum scapha 1392	E sublimi me derides 111
Merx ultronea putet 387		Tudiculam expoliuit 1271	naso suspendere 337
Numerus 532	Opera sylofontis 428	spinas colligens 1359	postica lanna 1031
Telluris onus 299	Phalaridis imperium ibide		In eo ipso stas lapide 764
Abominandus Scarabeus 746	Omnis herus seruo monosyllabus 859		Lompodem rectus 817
Minus de istis laboro 800	Budoro more 823		Μυκθηρὶς 337
Indus elephantus 421	Lemnia manu 755		Εσμιμαλὶχθαι 858
coclear erefcit 491	crudelis Bacchus 870		
conna calculus ibidem	Non magis parcemus 493		
Megarenfes neque tertij, neque quarti 470	Lutum sanguine 754		
Ruiticanum oratorem 644	Non est oleum in lecytho 967		
E flamma cibum petis 1024	Boni viri lachrymabiles 680		
Nylorum postremus 275	Bupali odium 1345		
caricus hircus 931	Bupalia pugna ibidem		
Indoetior Philonide 639	Agrestis apis 1340		
calabri hospitis xenia 930	Licynij & licynium fulmen 1304		
Principatus Seyrius 260	Marsyz mors 1302		
ciceris emptor 823	Thyesteæ cena 1343		
cubito emungere 569	Sicula aula 1453		
canis uiuens e magdalia 1017	Neptumni filij 1445		
Non est curæ hippocliidi 406	Cum auxilio, citra auxilium.		
Non admodum misces 1049	Frater uiro adfit 328		
Indignus qui illi matulam porrigat 235	Sine ope diuina 991		
Tanquam conchylum 704	Negladium tollat 613		
Tragicus rex 622	Non absque Thesæo 204		
Vterq. ambo 1066	duobus pariter 795		
Pannus lacer 557			
Quis usus cepis 833			
Inutilior blace 1030			

PER ORDINEM ALPHABETI.

33	34	35	36
Extra organum 791	Herculis cornu 1311	Canceros lepori comparas 352	diuinum sermonem excipio 1115
Quæ semel ancilla 1120	Mare amnium non indiget 1383	Telludo pegaso 358	Friuolæ ciuitates relique ad 1007
In agro furculario 1127	Φαινερεσσωπιον 466. 1243	Senectia leonis præstat 788	crotinem 1007
Asinus in pelle Leonis 147	Ακκωπαλστι 1132	Victoria meliorum 251	Nij omnia possunt 1130
Simia in pelle Leonis ibid.		deteriorum victoria ibidē	Nec ad Adonia quidem 1376
Asinus auriculas mouens 170	diuturnum prærogatiua.	Coru. maior & concinnen 1011	dum uitat humum, nubes & 1451
Bos ad lyram ibidem	Felicibus sunt, & trimestres 302	Ius in manibus ibidem	Gratia multis commiscere 1276
Scarabeo unguentum inui sum 171	liberi 302	Grati pecuniarum teruncium 1226	Δις δις πασών 106
Alabastrus puter huic ibid.	Multitudo imperatorum 663	Optima quidem aqua 1021	Execrandi.
Tu in legione, ego in culi na 1236	Citius Telegore donarim 75	Bipedalis 1063	Tragica execrationes 112
Charixenæ non sunt ita 1274	Nemo bene imperat, qui non &c. 27	Camelus uel scabiosa 389	uiris agere 312
Tunc canunt cyeni quando tacuerunt graculi 1420	Bonus dux bonum reddit co mitem 424	Crotoniatarum postremus 582	nequitiens templum 112
Orimalides cum Acylis ne contuleris 1447	Arbore deiecta 804	Plus apud campanos 498	Oedipi imprecatio 312
Pica Sirenem imitans. 1326	Viua uox 84	Aquila senectia, Corydi iuuē 12	phocentium exerationes 166
1423	Annus producit 49	Equis albis præcedere 168	In omni fabula pedali exetra 764
Quid delphino, & boni com mune. 1303	Altis lingua, aliis dentes 828	Culicem elephantis compa ras 789	Execratio.
Quid lecytho cum strophio? 1340	dijstrophes doliares habens alas 1409	Multis parafrangis 558	Res palestræ & olei 1256
Quid cothurnus cum claua? 1377	Τριπύλιν 225	Testudinem equus insequi tur 1094	Umbratilis, & domestica e xercitat o ibidem
Quid barbitou crocoto lo quitur. 1380	diuturnum.	Pica certat cum luscinia 357	Nitor ac palestra ibidem
Quid lyra cantalicæ ibid.	Lapis ad funiculum 1401	Bubo canit luscinia 1078	Etchola cantilex am ibidem
Pigmeum imponere colosso 1418	docilitas.	Sitanti uitrum 1069	puteus si hauriatur 1317
Hercules κροκωτοφάγος 110	Aperte mularum ianuz 673	sedecim pedibus 876	Ex euentu iudicium.
Diuitiæ.	Bos alienus subinde 420	Tibiam tubæ comparas 358	
	Vnam domi sim 712	quanto alius præstat 796	
	duro flagello meus docetur rectius 1371	Fluuius cum mari 394	
Criso, Crasso ditior 274	reclius	Hirundo totos ichaznos 1021	
Midæ diuitiæ 249	domi uiuere.	Hinnulus leonem 139	Mali principij malus finis 1215
Lystrati diuitias 878		Minceræ feleni 408	Mox scierimus melius 1005
Pactoli opes 274	Testudo intra tegumen 846	Nihil ad parmenonis suem 31	C. Cta numerabimus exsta 199
Cyniræ opes 800	domi manendum 989	Post lesbium cantorem 260	Res indicabit ibidē
Pelopis talenta 248	domus amica 846	Nihil alia ciuitates 1007	Magistratus uirum indicat 686
Ad ambas usque aures 533	domus optima 999	Indignus qui illi porrigat &c. 135	Rem factam stultus cogno scit 40
Ne decima quidem 583	Οικετιæ 846	Nec dignus qui me intuca tur 973	piscator ictus sapiet ibidem
Ultra res Callieratis 711	Elabendi.	Celmis in ferro 819	post acerba prudentior 1067
Zopyri talenta 760	Casles rodere 896	Aquila in nubibus 373	Exitium honestum.
Diues aut iniquus 384	Omnes laqueos effugere 1114	Manica 1085	de pulchro ligno uel stran gulare 487
Satietas ferociam parit 960	Reperire rimam 829	Multi discipuli 992	sapientia in exitu canitur 1417
Quantum non miluus 612	Extra callem 1301	solus sapit 147	Exilium.
Tantali Talenta 248	plaustrum percussit 1445	Formica camelus 214	
Noctux laureoticæ 700	Formicæ semitam canit 1411	Hercules cum simia 888	
Dextro Hercule 62	Exδρακισσα 891	Nanus cum siscede 1083	
Quantum habet quisque 1072	Εκλιψισα 895	Hæc potior 251	
Pecuniar uir 702	Error in initio.	Corui luscinis 1058	
Vnde excoquat 968	In limine deficere 228	seruus seruo præstat 549	seruabis bouem 1005
Diuitiæ non semper 995	In portu impingere ibid.	Antiquis debetur 997	Testaceum flagellum 1149
Vestis virum facit 797	Cantherius in porta ibidem 1304	acarnici equi 1052	Terram pro terra 529
Magnum os anni 667	de limine offendere 1304	Inter carcos regnat 881	
Nullus indigens 738	Excellentia, inæqualitas.	qui probus Atheniēsis 1025	Experientia, seu peri clitationis.
Euparyphus ex comædia 1100	Aquilam noctux comparas 373	Vnus multorum instar 978	
Attaginæ nouilunium 1070	Cicadæ apem comparas 358	Alabanda fortunatissima 483	In care periculum 244
A rabum gazæ 274	Rana cum locusta 1129	Alpha penulorum 577	In dolio figulariam 245
Perfici apparatus ibid.	Rosam cum anemone 644	Accessei, & Heliconis opera 649	In harenam descendere 398
Tantalicæ opes 248	Acanthida uincit cornix 361	Ambrosia alendus 807	primas iactare hastas 1255
Herculis quæritus 1234		Gorgonem aggreditur 1052	Velitari ibidem
Ad pedes ad caput 1129		Lydius curus 513	quanta mus apud pilam 553
Pythiæ Myssi talenta 1433		Nec caprea contra leonem 597	Omnē mouere lapidem 167
1446		prodico doctior 1048	Omnem rudentem mouere 168
pauperi vitulus castru 1450		quo properas 454	Respublica uirum docet 1074
Alcinoi horti 1327		Alius aliis in rebus 984	Omnem iacere aleam 168
Lydia harena 1433, 1444		Non omnia possumus om nes 562	Aut ter sex, aut tres tellere 552
Darij opes 1342			Rex

INDEX PROVERBIORVM

37	38	39	40
Rex aut asinus 897	Nauibus atque quadrigis 167	Fides, & grauitas.	Multam sylvam gestas 923
Vela ventis permittere 169	Citis quadrigis ibidem	Folium sibyllæ 327	Pronomi barba 1040
Deo, fortunæ que committo 983	Iouis quadrigis ibidem	Ex tripode 326	Træzenem nauiges 566
Res ad triarios rediit 36	Equis albis præcedere 168	Bonus magnusq. 254	Quod pulchrum, idem amicum 1172
sacram ancoram soluere 37	Talaria induere 96	priscis credendum 1226	Callipygos 1115
Mouebo talum a sacra linea 38	Citius quam asparagi coquatur 948	suffragium optinuum 1205	Perdicis crura 493
semper tibi pendeat hamus 384	celerius quam butes simul & dictum, & factum 738	semper aliquem uirum ma gnum 1232	Ex ovo prodiit 158
Fabri fabrilis tractant 1074	duobus pedibus 255	Oraculum 327	Pulchrorum etiã autumnus pulcher est 149
Asinus sedet 897	In foribus adesse 517	Ex adyto ibidem	Simia est Simia 288
Rex sum ibidem	Velis equisque 166	inurato credere 338	Thersitæ facies 1071
Tentantes ad Troiam, perueniunt Græci 495	Vir fugiens laud moratur 413	Legatus non creditur, neque uiolatur 1156	corytheo deformior 814
Et post malam segetem ferendum est 1092	lyræ strepitum 981	Ex iouis tabulis 338	Simiarum pulcherrima deformis est, 614
Multum nauigauit aquæ 1427	Ocyor accipitre 1047	Articus testis ibidem	Fumus: pulchriorem perfectus 1442
	pegaso uelocior 838	Artica fides ibidem	Herulis clypeus 1449
	salamina naui parit puella etiam si male absit uiro 669	iouis lapidem iurare 640	Tanquam pauo se circumspiciens 1360
Ex sese.	Ignem palma 766	Rhadamanti iusiurandum 847	cadaveris instar uenustus 1280
Domi habet, domi nascitur 417	Aphyæ ad ignem 488	Viri iurciurando 623	Μαργαριταί 1083
domesticum malum 992	Nenium calidum 614	iouis suffragium 623	Fortitudo.
Nihil passus graue 918	Intra septimam 761	Amphictionium conclusa 894	
Emerere malo, quam rogare 228	præius quam gallus iterum cecinerit 963	pollicentis se promissa repositurum 974	Masculum 1227
Facundia.	Viuit, incende ignem 714	dictum & factum 738	Achilles 304
Attica musa 360	A subeunte portum naui 832	Mineræ suffragium 873	Achilleum argumentum ibidem
Lepos Atticus 104	Matura satio 398	Veriora his quæ apud sacrâ 375	Naxia cos ibidem
Cygnæ cantio 103	prior occupat 990	Oculis magis habenda fides 74	Adamantinus 305
Tunc canent cygni, cum tacebunt graculi 860	Sacra celerius absolueret ibi. 660	domesticus testis 526	Aut manenti uincendum, aut moriendum 888
Nestora eloquentia 103	Lupinum potum 395	Venerem iusiurandum 596	Thurium lema 1143
Nihil ex agro ducis 918	Ut canis e Nilo 395	dignus qui cum in tenebris micet 338	Mœnia ferrea 863
Nunciis uiuit sapientia 842	duobus clauis figere 255	ne manu in manum 1114	Infige plagam 1068
Nunciis floret ibidem	Alienis uti soleis 1199	Manu longa seu breui 1130	In lypsidio pugnas 1054
Musarum aues 1234	crifonem Imeræum precurre 1173	cenforium supercilium 1324	Sola, Lacenæ uiros pariunt 1060
Mella poetica 104	quantum pedibus potes 1175		Achillea arma 1374
Incantatione quauis efficacius 1181	Αἰτωβοῖς 738	Femina.	Deorum liberi sunt in uulnerabiles 1421
Corinthia uerba & Ionica 1269	Festinatio præpropera.	semina nihil pestilentius 998	Tydeus corpore, animo Hercules 1341
Byssina uerba 1298. 1418	qui nimium properat 902	ignis, mare, mulier 500	Murus Semiramidis 1287
Luscinia musarum 1268	canis festinans excos parit 494	sublata lucerna 878	Pallenicum tueri 1300
Mercurij typus 1282	catulos 494	Mulier ne credas 750	Atticus miles 1380
Musarum fauus 1291	Ante victoriam encomium canis 310	Nec mulieri, nec gremio credendum 1099	ἡ τῆς ἡσυχίας 888
Mercurij catena 1313	Antelentem augere ollam 808	Mulierem exitia 750	Fortunæ commutatio.
Os duodecim salientum 1288	Antelentem augere ollam 808	mulieris oculus 875	Testulæ transmutatio 459
Præ Nili cataraetis 1372	Æstate penulam deteris 433	Mulier pudica ne sola sit usquam 988	Alia uia, alia diara 369
Fames.	Museum demetere 828	Qui non litigat, cælebs est 1045	Nunc pluit, & claro nunc lupiter æthere fulget 355
Fames, & mora 709	siculus omphacissat 603	Tamquam Chalcidica 760	cum deo quisque & gaudet, & flet 801
Miserrimum fame mori 920	præmouere uenatum 889	Thesala mulier 124	Ipsa dies quandoque parens. quandoque nouerca 355
Molestus interpellator uenter 996	Odi puerulos precoci sapientia 1037	In triclinio choa 1381	Omnium reum uicissitudo 313. 993
celestis ieiunat 129	Non statim finis 1119	In cubiculo nola ibidem	Multa rotæ uoluentur 1078
Non interpellandus famelicus 975	Festina lente 433	Intus Hecuba, foris Helena 1385	Fortuna æstuaris 925
Ventre pleno melius 958	citius quam formica uer 1235	Nec mulieri, nec gremio credendum 1445	Res in foro nostro 911
Etiâ berylum deuorares 1016	dedalæum remigium 1239	Focus.	Flos cinis 1155
manduces 1184	Ante pilos sapiens 858	Focus luculentus 1003	catastrophe fabulæ 93
Acre & rore pastus 1278	imberbis senes docet ibid.	Forma deformitas.	Bene natis turpe est male uiuere 1262
choros tragicos moleste fert 1410	Ergini cani 857	Ominabitur aliquis 1049	Vbi non sis qui fueris, non est cur uelis uiuere 346
Thesalica, buccæ 1266	Vno die consensescere 858	A furiis oriundus 1039	Ad pristina præsepia 369
Festinationis.	Facilius quam morbum deui cerint Baoti 1299	Leporem non edit 447	A remo ad tribunal 879
	quam facile canis exta edit 1406	Myconius caluus 443	Dionysius corinthi 65
	citius quam gradatim 1305	Pistillo caluor 1066	Nemo
	Αἰδῶν αὐδῶς 1037		

PER ORDINEM ALPHABETI.

41	42	43	44
Nemo mortalium omnibus horis sapit 597	1455	Olco nitidius 1134	1186
Pitana sum 915	FRVSTRATA SPES	Thesauricula 1220	Qui lucerna egent, infundit
Foris domo campi 1222		Thesauricula numisma 1267	oleum 1147. 1167
Inter manum & mentum 1184	Coruum delusit hiantē 291	Aliud quidpiā exorna 1397	lingua præconi præciditur
Multa in medio 1242	Thesaurus carbonēs errant 379	Cathartum sycaminorum in 957	pro bonis gromi 907
Mars communis 1163	Bolus creptus e faucibus 932	malis habere 1428	sylofontis chlamys 427
Circulus res mortalis 314	Murem ostendit pro leone 788	formosus sine pulchritudine 1429	lingua leorum inciditur 957
Quod aliter condit coquus aliter condit 1037	Coneupit affam 478	Geometriam exercere in ci-lio 1423	Αὐτὸ πάλαι 402
Bona nemini hora est 1107	Ne per somnium quidem 144	GARRVLITAS.	Gauia in stagnis 1281
Oculana pugna 1097		Archytæ crepitaculum 674	immortales gratiarum hor- ti 1352
Per manus tradere 1113	Aliena facis 207	Atadius tibicen 299	HAERAE DIFETAE.
De manu in manum 1114	Larus parturit 371	Turtur loquacior 206	Si uultur es, cadaver expecta 290
cedrus cecidit 1372	Cephus parturit ibidem 371	Proluxus liade 1118	HONOS INDIGNO habitus.
eras cerdo, hodie nihil 1404	parturiunt montes 371	Cornicari 291	
computatorum digiti 1418	Lupus circumputeum 512	Daulia cornix 929	
Nausilidis solitudo, nec uer, nec amicos 1289	Lupus hiat 548	Hirundinum musca 484	
Victoria 314	Aurificem te futurum querens obsonium 615	Lulcinæ nugis insidentes 485	Bos in quadriga argentea 1150
FORTVNATA STVLTTIA.	Ne quare molliā 645	In mentem quidquid uene-rit 226	Bos septimus 421
Atheniensium inconsulta te meritis 345	Proci te sequens lepores 845	Ad uinum diferti 1212	Atinus in pelle Leonis 147
Dormientis rete trahit 130	Hic lunis nihil attraxit 384	Cicadæ sibi canent 1248	Simia purpurata 288
In nihil sapiendo iucundissi- ma uita 765	fluuius non semper fert secu- res 1067	Citeria 675. 1188	Malus choraules, bonus sym- phoniacus 1207
Malum uas non frangitur 1096	semper precio emere 568	Musarum aues 1234	Strumam dibapho tegere 1242
	semper agricola in neuum annuntius 723	Tam multa quam sapiens 1189	Ornamentum in luto, digni- tas indigno 1423
FRAVS AB AMICO.	Cretenſes facium 802	caute loquacior 922	HOSPITALITAS.
Vallus uirem decipit 492	Nucleum amili, reliquit pi- gnori puramina 723	littore loquacior 727	Haud unquam arcet ostium 489
canis mendico auxilians 1055	Præuertit ancoræ iactum de- us 1060	cicada uocalior 401	Semper aliquis in cydonia demo ibidem
Acollilare 1317	In caducum parietem incli- nare 652	Non est eiusdem & multa & opportuna dicere 117	Hospitis habenda cura 995
Agamemnonium epulum 1360	radum est mansisse diu na- cumque redisse 715	Homo semper contradicens 1155	Fores habet tritas 766
Vulpis reliquæ 1281	Non omnia eueniunt, quæ in animo 787	Tanquam siber 917	
Nodorum uincula texentes 1403	scipioni arundineo 652	Telenitia echo 1064	
Κόλαφ περιλάκη 1164	Ab alno spectat 1339	Balneator 262	IGNAUA, ET INSCITIA.
Αμπλαρενιν, 422 1432	Argiuos armat oraculum 1369	Moscus canens Bæoticum 855	Neque complotitur, neque so- le adurit 614
	Minuunt præsentia famam 1425	si cotinus posset tacitus pasci 1035	Neque latere, neque literas 165
FRVGALITAS.	suilla absumpta, bouem non expectes 1270	Quicquid in buccam uenerit 226	Neque tria quidem Stesicho- ri nostri 743
Phormionis thori 736	dapanem & pugnum 1304	Quicquid in linguam uene- rit ibidem 165	Libethris in elegantior 263
Acolo non ficio 1246	EVERVNT NON SVNT.	citra uinum temulentia 119	Barbarus e triuio 448
Allium in rebus 1154	stultus opportuna loquutus 138	Meliacum nauigium 747	Nec sibi, nec alius utilis 614
Oliuam ne comedas 1158	iam illi iam non sunt, at qui sunt mali 729	Interiecta musica 861	Claudi more tenere pilam 817
Cilicij imperatores 848	fuere quondam strenui 385	lingua quo uadis 456	Equi senecta 451
Vita dolans 354	fuimus Troes 386	leuissima res oratio 787	Anus uelut equus 696
Sycion arrodens uxor lacer- nam texe 1110	Omnia bonos uiros decent 735	saburratus 961	Abasino delapsus 298
Tanquam in phiditiis 707	Sæpe etiam est holitor ualde opportuna locutus 238	cane tellenis 632	Liberæ capæ 754
Horatæ æna 1107	summaria indicatura 725	Farcite centones 589	Ne Aescopum quidem triuista 638
Thynbra uisitans 1108	Bubulcus antea, nunc capra- rius 1316	sine capite fabula 34	Nullam hodie lineam duxi 165
Salem huc 955	Leo prius, nunc leporem agit 1368	chius eoum loqui non sinit 1305	Neglectis urenda filix inna- scitur agris 744
si castrum haberem 880	Olim prælasgi, Danaidæ po- stea 1358	supra clepsydrum dicere 1382	Domi pugnas more galli 1194
Xenocratis caesus 895		Turtur cantat 1366	Supinus 337
Alpera uita sed salubris 998		Αἶμα 274	Ameles angulus 711
salem & castrum edo 1127		Αἶμα μεθ' 119	Ignauis semper feriz 633
Anima sicca sapientissima 1296		Αἶμα συμπίσιν 274	Mulieris podex 921
Hecales æna 1391		Κεῖνον 1137	Qui domi compluitur 1065
In agrum secius 1340			Ne uidit quidem oleū 1079
capari uicitas, qui potes Anthia 136			Pigris semper est fidiū 1443
Est modus matulæ 1448			Ignarus habenas non tra- het
Hortus altera succidia 1433			
indigentia mater sanitatis			

INDEX PROVERBIORVM

45	46	47	48
Aer 1344	forbere 1343	la 1447	in harena edificas 176
Circa montis radices uerari 1373	priusquam ignitus lapis euatitit 1320	1309 813.862	Pariet: loqueris 184
Οα 1323	Anomachen ex anguibus concinnare 1346	1210 962	Cribro aquam haurire 176
Α 1044	Rete inflas 1375	1030	In aqua fementem facis 175
IGNORATIO.	Annis cursum cogere 1296		banarum dolium 177
Nullius coloris 1218	Citius terra ætherem confectet 1385	IMPVDICITIA.	Fimo suffutum tacere ibidē
In alieno foro litigare 519	In aceruum metere 1382	Osce loqui 1097	Bos ad cetona mittis 178
In tua ipsius harena 924	Myrica citius poma ferent 1424	Onobatis 1135	Oenos funem 183
Aibus an ater sis nescio 184		IMPVDENTIA.	Nudus nec a centum uiris
Non nouit natos 285	IMPERITIA.	Manci pera 1138	spoliari potest 181
Ne primum quidem nouit 1151	Dulce bellū inexpertis 1011	Faciem praficare 347	Operam & retiam perdere 1226
Late utens 757	Operarij 1256	Nudo capite 875	Sterile m fundum ne colas 1180
ILLECEBRA MALI.	Vocales ibidem	Atticus aspectus 382	Eundem calceum omni pe-
Lotum gustauit 680	IMPOSTURAE.	lingua non redarguta 1173	di 1191
Periculosum est canem intestina gustasse 575	Dare uerba 215	Personā nō faciē gerit 1429	In faxis feminas 176
IMPOSSIBILIA.	Addere manum ibidem	Sine persona lateuit ibid.	Vtrem mergis 868
Prius lupus ouem ducat uxorem 956	Os sublinire ibidem	Tabernariam exerceat frons 1173	In aqua siue 116
Prius duo echini amicitiam incant 595	Obtrudere palum 917	Illo indigna uerba 1309	inter lapides pugnabant,
Prius locusta bouem pariet 478	Fucum facere 216	lynges 1328	neclapidem tollere poterant ibidem
Mare prius uitam tulerit 593	Circum tendere omā 216	1430	cauam Arabiam ferere 461
Prius testudo leporem prauertit 361	Noua hirundo 268	INANIS METVS.	Arancarum telas texere 174
Sursum uersus sacrorum fluminum feruntur fontes 125	personam mauult, quam faciem, 288	Vmbra territas 260	Arare lictus 175
Fontes ipsi sitiunt 311	In laqueum inducere 403	Vtre territas ibidem 177	Emultis paleis parum fructus colligi 110
Citius in nauicadens a ligno exciderit 530	Obolū reperit paruares 673	da lapidi uolam 1193	Ouum adglutinas 178
Aquilam testudo vincit 316	Epheta littera 706	Mure obstreperante, etiam tunc 862	penelope telam retexere 173
Terra uolat 130	Embarus es 1290	Panicus caseus 947	Oleum & operam perdidit 177
Citius elephantum sub ala celes 615	planū semel crura fregit 1447	Metum inanem metui 558	perit sus 1040
Capram portare non possum & imponitis bouem 689	IMPROBI.	Multa in bellis inania 749	Ollam exornas 178
Ab asino lanam 182	lydi mali 754	Theagenis hecatæum 849	Ollas ostentare 496
Simul forbere, & flare 514	lerij mali 584	Canes timidi uehementius 972	Quid opus erat longis canere tibus 136
Sine pennis uolare 967	Aetoli 1263	Asperiti aquam 827	Nihil agere 1259
Statuam faucibus colas 874	Mali commaris 813	Leporem frondium crepitus terret 1316	cum diis non pugnandum 986
Nunquam efficies, ut recte ingrediantur cancri 936	Bipedum nequissimus 304	Lamiae turris 1420	Alinum sub freno currere 172
Sambucam citius 898	Tenedius tibicen 645	Vti nutrices lamiam 1352	Apud uouercam queri 1118
Lenticulam augulo tenes 900	phrynondas alter 953	INANIS OPERA.	Ferrum natate doces 176
Ex harena funiculum nectis 181	Noui Simonē, & Simōnem 612	181	cauda tenes anguillam 186
Asini cauda non facit cribri 1049	Bellia bestiam nouit 1165	Asinum tondes 181	Autrum perculi 396
Augie stabulum 575	Ambrones 1177	Abasino lanam ibidem 178	cui nullum negotium erat 1139
Veste circumferes ignem 1006	Ballio 1209	Vtrem uellis 703	Hermenem muro cincto 1160
Lupo agnum eripere 684	Eurybatiflare 113	Caluum uellis 175	Vacuum inhabitare 1151
Infamia deest cautio 927	Vltra Eurybatum ibidem 928	Aethiopem lauas 175	In frigidum furnum panem immittere 1152
Quandilicetum ruat 273	Tria cappa pessima 928	Mortuum flagellas 178	coruus aibus 1159
Bis portecto ultra Tayge non capite 1049	Duplex cappa ibidem 876	Aquæ pumice postulas 181	lapidi loqueris 184
Nec deus, nec homo 1194	diagoras Melius 876	Mortuo uerba facis 184	linum lino nectis 353
Vento uinere 1000	Non capis somnum lupi decas 660	littori loqueris ibidem 174	Surdo oppedere 174
Scarabeus citius faciet mel 1180	cum sacco adire 1130	Bulbos quatit 871	laterem lauas ibidem
Mulieri desunt uerba 927	Onobatis 1135	Aquilam uolare doces 186	Anthericum metere 181
Tantali menta 1356	cercopum cœtus 671	delphinum natate ibidem 184	lapidem elixas 174
Atlantico mare coryla ca-	Magis ipius Hippomene 751	delphinum caudaligas ibid. 178	Surdo canis 184
	Mare prouit omnia 864	Vtrem cœdis 178	Verberare lapidem 820
	Qui omni in re, & in omni tempore 718	Asini caput ne laues nitro 846	impere peritum artis 669
	Serulis capillus 533	146	laborem ferere 738
	Vlysis remigium 759	259	A lupi uenatu 831
	Non es laudandus 664	142	Alienum arare fundum 792
	conspicienda res est improbitas 834	140	Hylam inclamas 179
	Infamia non omnibus 1000	173	Heclanis nihil attraxit 384
	Sacrum ignem nullam nefas 1323	175	Hydram fecas 405
	Siphonia arra 1324	142	cotem alis 179
	Anulus aureus in nare suil-	176	cum corycoluctari 802
		178	cum diis pugnare 611
		176	cum plurimum laborauerimus, eodē in statu sumus 463
		1081	

cum

PER ORDINEM ALPHABETI.

49	50	51	52
<p>cum larvis luctari 102 canis 1007 Vire tetritas 260 senex phitacus negligit ferulam 106 Mortuo mederi 105 senem admonere ibidem Vmbra territas 260 Mari aquam addere 311 Inaniter aqua consumis 179 Vndas numeras 174 In cælum iacularis 185 In eodem hæsit luto ibidem Voluitur luto dolium 1058 Vlulas Athenas 79 In syluam ligna ferre 311 contorquet piger tuniculum 182 Tranquillum ethera remigas 178 Ventos colis 176 Vento loqueris 184 Mugas agere 185 Aclum agere 179 Aquam in mortario 46 Volantia sectari 374 cazum uolucere 580 Ex inanibus paleis 687 Frustra canis 184 Miliu toruo sculperre 749 Obiurbas frustra 853 Memorem mones 80 Canerum ingredi doces 972 Apud finum odorum uaporum spargis 177 Inuiris canibus uenaris 315 Inuitos boues plaustru inducere ibidem Contra torrentem niti 814 Contra stimulum calces 139 Leonem larua terres 260 Senis mutare linguam 105 Senis doctor ibidem Herculei labores 781 Quasi sutrium cant 1089 Alinus balneatoris ibidem Mare exhaustis 972 Exaurere mare 1110 Phryniachi lucta 913 Muscas depellere 961 Aues quaris 847 Humii hauris 767 Excubiarum causa canens 322 Influit, quod exhaustur 536 E tantali hortis 1063 Dentem dente rodere 639 Orestis pallium texere 1024 Ver ex anno tollere 1120 Barbam ab ulnis puerorum uellere 1414 Caprarum nomina 1295 Dormienti loquor 1284 Ventos pascere 1315 In cinere scribere 1393 Araneæ tela 1289 Accessoriu operis loco 1310 Tigra tor phidæ 1039</p>	<p>Pilos pro lana 357 Pro malo cane suem 913 Malo bono pensare 997 Diomedis, & Glauci 75 Ad fractam canis 259 Conos artoxya 1029 Si unum postule, pugnos illi dato 631 In parte uelignem prædetur aliquis 765 Amisit urbem, & pugionem recepit 1289</p> <p>INCERTVS EVENTVS.</p> <p>Mars communis 1163 Inter os & ossam 192 Multa cadunt inter calicem & suprema labra 191 In herba esse 518 Nescis quid serus uesper uel hat 287 Nullo scopo iaculari 899 Si crebro iacias, aliud alias iceris 80 Sol omnium dierum, nondum occidit 287</p> <p>INCITARE.</p> <p>Alas addere 1196 Cithara incitat ad bellum 1169 Clasicum canere 908 Stimulis fodere 100 Cubito stantem tangere ibi. 949 Fodere latus ibidem Aurem uellere 303 Cur cessatum est? 1094 Frigidam aquam suffundere 418 Feri puer 1111 Ignarium dare 1141 Ad scamma producere 1429 Hinnulus ne cum leone paratiatur 1303</p> <p>INCONSTANTIAE, perfidia uersutia.</p> <p>Ventorum statio 618 Panagrea biana 731 cothurnus 70 Vnica filia duos parare generos 287 chimæra 1242 Lachryma nil citius arefcit 1202 Modo palliatus, modo toga tus 1179 Pedibus utrisque claudicare 929 Vtroque nutans sententia 928 Venti campus 619 Mutabilior Metra erisichthonis 854 Chamæleonte mutabilior 511 Polyppi mentem obrine 69</p>	<p>Aliud stans, aliud sedens 850 Duabus sedere sellis 286 duos parietes de eadem dealbare fidelia 286 duplices uiros 785 De toga ad pallium 1116 duodecim artium 784 Thesalorum commentum 123 Phænicum pacta 901 Locrense pactum 608 Thracium commentum 410 Hoc calciamentum confuit Histizus, Aristagoras induit 870 Thracæ sœdera nesciunt 657 Quibus nec ara, neque fides 955 Altera manu fert lapidem, altera panem obstitat 339 Repariazare 827 Maritimi mores 1135 Lingua iurauit 610 Punica fides 339 Græca fide ibidem Non idem sunt scriptura, & leucæus 908 Dædali opera 550 Admirabiles in nectedis machinis Aegyptij 649 multa nouit uulpes 199 magnus uersator in re pullula 878 Simia nō capitur laqueo 411 Volaticum iusiurandū 1053 Sæper adfert lydia mali quipiam 949 semper Africa noui aliquid apportat 949 Verisimiliter mentiens 1003 Lamponi iurat per anserem 1020 Magis uariis quam hydra 71 Sisyphi artes 954 Pyrrhandri commentum 838 megaricum machinamentū 549 Vlyssæum commentū 712 Vias nouit, quibus effugit 714 Eucrates 714 Libycæ fera 949 Epoculo pferato bibere 862 Expediri habere plura cognominata 959 Si leonina pellis non satis est, uulpina addenda 907 Non chius, sed cius 487 Vespertilio 1206 Trochi in morem 1183 Fons dodoneus 340 Vtroque claudicare 850 Protei more 862 dextrum pedem in calceo, finistrum in pelui 797 multa noris oportet, quibus deum fallas 750 Ex eodem ore calidum, & frigidum efflare 340 Ex se fingit, uelut araneæ 1087 Obliquus cursus 677 cantharo astutior 823 calcioticus nodus 608 Pardi mortē adsimulat 591 Sphondyla fugiens 956</p>	<p>Vulpis reliquæ 1281 Pergea Diana 1277 Pardalis exuium induere 1344 ucos absentes testes facit 1416 Senis ira 1377 Αἰσχρολογία 70 Κωκυλλῶπις 907 Φιλία 1144 Αἰσχρολογία 896 Μαχαδίζην 340 Αἰσχρολογία 1413</p> <p>INCVLPATVS.</p> <p>Ratia quidem apparer &c. 1203 Aurum indice exploratum 1026 Purior clauo 558 A puro pura defluit aqua 831 Aurum igni probatur 1026 Aurum colephonium 827 Ne Momeus quidem ipse posset carpere 227 Sol nō inuadet uespere 1292 malesilientes mores 1441 Amicus Plato, magis amica ueritas 1424</p> <p>INDELITIIS.</p> <p>Porcellus acarnanius 1549 mus albus 663 melitæus catulus 854. 1090 Alexandrinæ delitiæ 1392. 1422 Agri podex 1406 Ex cubitis cenare 1430 Expuricare 1434 crispiores apio 1442 Totâ spirare Arabiam 1428 sicula mensæ 1444 Pigris semper est festū 1443 Quæ eos nō nutrit, illi nec Aegyptus 1303 Bylsina uerba 1418</p> <p>INDEPREHENSOS.</p> <p>Folio ficulno stenes anguillam 186 medius teneris ibidem decipula miurem caput 880 in laqueos lupus 407 in area latitas 881 in eadem anlas uenisti 452 laqueus laqueum caput 842 Laciadæ 758 Hinc illæ lacrymæ 148 Vbi cognitum est, quod erat occultum 1000 Hæc Helena 149 culleo dignus 1203 Hydrus in dolio 1010 Tempus omnia reuelat 572 Anguilla in strigmento 1368 determinare follam 1432</p> <p>INDILIGENTIAE.</p> <p>Princeps indiligens 1001</p>

INDEX PROVERBIORVM

53

54

55

56

Si quis iuxta ciuitatem cli-	goare	413	INGENII MALITIA.	INIVSTITIA.
peus	1022	in beatam	482	& institutio.
Malut ianitor	1048	in creculum	761	
Phanestrum	682	Charontis ianua	698	Lupus pilum mutat, non mo-
A limine salutare	397	Terrestria balnea	720	ies
Vt canis e Nilo	395	Aurum habet Tolosanū	432	Naturam expellas furca ta-
Per transfennā inspicere	794	Equā habet Seianum	ibide	men ipsa recusat
Per satyram	1171	Tragicum malum	1065	Lignum tortum, haud unquā
Summo pede	1210	Molletam habes	110	ictum
Summis labiis degustare	397	Cadmea uictoria	701	Aethiops non albefcit
Extremis digitis	937	Fortunator Strobolis	103	Qui semel scura, nunquam
Primoribus labris	ibidem	illa	923	paterfamilias
Molli brachio, leui brachio	168	Nens laua	685	Podex lotionem uincit
Compressis manibus	449	Genus malus	61	Occasione duntaxat opus im-
Pulmo prius uenisset	1115	mala ultro adfunt	1050	probitati
Oculis clausis agere, uel per-		Per medium anulum traha-	369	Saluam imbibere
stringere	1433	ris oportet	903	Quo semel est irabuta recēs
De paxillo suspendere	1395	E tribus malis unum	1382	seuabit &c.
		Extrema extremorum mala	1382	Pardus maculas non deponit
		858.	732	colossi fragmenta
INDVSTRIA.		Oggia mala	654	Eloquentia male siue moti-
Dij facientes adiuuant	246	Diolvgium malum	757	bus alicui
Cum Minerva manum mo-		Labor laboriosus	377	Intestina adolens, ipse carnes
ue	ibidem	Lemnium malum	749	deuorat
Manum admoventi fortuna		magnetum male	995	Figura & triobolus
imploranda	515	malis mala succedunt	969	Vulpes priū mutat non mo-
Ni purges & malas, non co-		Tenatium malum	1452	res
medes	742	Tam perit, quam extrema fa-	1095	INGRATITVDQ.
Neque mei, neque apes	269	ba	2070	
Qui uitat melam, uitat fari-		Vinus uidensque	130	Vinum noueris.
nam	851	lias malorum	ibidem	Ale lippum, catulos
Manum admoventi	1064	Lerna malorem	1016	aries nutritionis merce-
Optimum oblenium labor		semper illo mala	508	dem pertoluit
seuētuti	853	Sybaritica calamitas	847	Qui canem alit externū
Lutum nisi tundatur, non fit		Alio relincente fluctu	255	Horundines sub eodem testō
urceus	847	lus excipit	625	ne habas
Serere ne dubites	96	cyrbes malorum	215	Pro beneficentia agameno
Qui arat oliuetum	444	Noctua inter cornices	1188	item ulci sunt Achui
Quid tandem non efficiant		Hodie nihil succedit	131	Pis perca scorpionum
manus?	955	Malorum theiaurus	751	Nemo bene merito bouem
Probre materia est, si probum		Per tenebras quæ apud	366	immolauit &c.
adhibeas artificem	913	cum	478	Simul & miserum est, & in-
Artem quauis alit terra	300	Gratiora sambyco	64	terit gratia
Ex umbra in solem	112	Malis alino uehitur	1114	In fenestra ne quid beneficiū
Muli Mariani	1096	miserior monomatis	1157	collocaris
Ars porticus miserie	300	Quæ ex antiqua	971	Aristis ministerium.
Multis brachiis aqualis		cuius modi portento me in-		Numeros licet perdas a-
1275		uoluit fortuna	730	quam in comendo
Aurum e stercore colligen-		my sortitus es	1050	
dum	1444	seruabis bouem	1005	INGRATA OB VETVST.
		inuis dolores	764	
INFACVNDIA.		Niobes mala	844	Pisces nequam
Canere ad myrtum	635	Antiope luctus	874	Pisces repositus
Ialemo frigidior	766	cythrice calamitates	799	quātū ex bacchanalib.
Petus Babys canit	670	cyrnea iactura	972	Antiquiora diphthera loque-
Bænarigæ	967	atgye collis	675	ris.
		Ardalamicum bellum	844	Ab aborigenum seculo
		Ardens uestis	769	A Nauagato
		Aegypti nuptiæ	783	Res canuacæ
INFORTVNVS,		Milit ut cum Erasuade	750	Antiquior quam claus
siue exitij.		Qui multum obliuit	1336	Per antiquum diem
Afinus inter simias	212	Excubias agere in Naupactō	112	Pellenæa tunica
Nouacula in cotem	35			
Vita spinosa	355	Lepus apparens	755	INITIVM LAVDATVM.
Aqua & terra reddamini	1162	Rupta ancora	1022	
Afinus inter apes	213	commune naufragium	1058	in hoc calciamento pedem
in apes induxit, irruisti	762	Obedientia felicitatis mater	1193	habet
Tria e curia dicas	839		1120	operi inci uicti fauent ubi
Ad aquam malus	266	marindinus tibicem	1346	cum paru la est, bet a uide
Canis in uincula	681	Simia sanguinem profudit	1423	turqia
Mitte in aquam	482	Tenedia regula	1315	Primum ægiua pueros opo-
Adeynofreges	798	Orellis infamia infanire	1399	mos alit
Ad ceruos	481	Ex rægædiuab	1445	Primum mars in suis lauda-
In puteo cum canibus pu-				tus est

Larus

PER ORDINEM ALPHABETI.

57	58	59	60
Larus hians 756	Tibicinis uitam uiuis 536	Apage hospitem 639	Fluctus mutus 1138
Lucerna pinguior 606	samiorum flores 725	Quid de pusillis magna proe 860	Iracundior Adria 1150
Bototica sus 403	sponsi uita 737	uia? 860	Mordere fenum 165
Botanicum ingenium 527	Melle te ipsum perungis 747	Tragedias in nugis agere 716	Mordere labrum 964
Bototica auri 824	samiorum larua 969	Annosam arborem transplā- 173	Telum ira facit 1445
Asinus stramēta mauult, quā 1187	samtum comatum ibidem 954	tare 173	Bilis in naribus 1446
colophonium calciamētum 1184	sardanapalus 672	Ne unquam uiri senis 683	Herculis ira 1387
In nauibus educatus 1175	Vale charum lumen 755	Molestum sapientem apud 746	ITERATIO CITRA
vasis initar ibidem 1175	Lesbiis digna 965	Stultos loqui 1057	tedium.
Veruecia statua 1239	Corinthiari 1069	Malum est bonum 1124	
Tredecim cubitorum 1227	Lydus in meridie 658	In pace leones 1114	Bisterq. quod pulchrū 100
Antiquiores crono & Tita- 843	Lydo more 1032	cum Euandri matre loqui 1317	Honesti nulli facietas ibide
nibus fuitis 843	Lydo more 754	alabandicum opus 1381	Vnedones 101
salitudo nihil inest illi 546	Videre mihi labda 1031	inter lugentes iocari 1411	ITERATIVS ERROR.
Bibe elleborum 349	Adonidis horti 28	Monitor capras age 1360	
strychnum bibit 351	Vt corinthia uideris 971	Mortini uertus quis descri- 1361	Eadem oberrare 197
porcum immola 352	Agathonia cantio 590	pferit? 1361	iterum ad lapidem eundem
squillas e sepulchro 540	Summo digito scabere 342	clypeum post uulnera fume 1452	ostendere 196
Minus habet mentis, quam 493	chalcidillare ibidem 908	re 1452	Nō licet bis in bello peccare
Dithyramborum &c. 493	phicidillare 817	INTERNICIO.	750
pistillo retusus 1005	siphniillare 834	Funditus, radicitus 1181	Vulpes non iterum capitur
Embarus sum 1005	clithenem uideo 953	Ne igniter quidem reliquus 409	laqueo 606
phryx plagis emendatur 342	sinopillas 953	est factus 409	cauendum ab eo, qui semel
seruilior Mellana 724	sus per rosas 953	Ne bolus quidem relictus 897	impoluit 978
stultior coræbo 736	Aries comibus lasciuiēs 659	pinus in morem 686	Venia primū experienti 390
stultior Morycho 718	caprarius in astu 514	perdere nautum 905	sus in uolutabrum 1068
stupidior praxillæ 722	Quæ sub alis fiunt 1010	cum cane simul & lorū 1062	canis reuers⁹ ad uomitū 889
corpus sine pectore 426	E masilia uenisti 749	Fumus Troes 386	
Antronius alinus 618	complura masculi canis cu- 860	Qui iure perierunt 1003	IVDICANDI.
Archadicum germen 843	bilis 341	Omitte uatem 735	
Arcadas imitans 828	Lentiscum mandere 1090	Rudens omnis disruptus est 1383	In quinque iudicium geni-
Alinum in rupes 1031	perniciillare 816	Multores reipublicæ pestis 1394	bus situm est 709
Feles Tartessia 109	Nil boni cogitat uir arrigēs 1419	Hippodromica bona 1433	panidis suffragium 790
stulto ne permittas 887	1587	INVIDIA, AEMVLATIO.	Sus rubam audiuit 171
Non inest illi dentale 1008	Vita charadrij 1409	cognatio mouet inuidiam 1191	Auris Bataua 1137
septennis cum sit, nondum 486	circulator cybelius 1439	Esurienti ne occurras 1227	coruus albus 1159
cidit dentes 486	Voluptas malorum esca 1439	inuidus uicini oculus 788	caci præscriptio 1165
stultitia est louem putare e 736	Lumbos fractus, ut Mylius 1365	Figulus figulo inuidet 87	quid idæ aure, id æur hōi 586
le 736	alinus 1365	Inimicus & inuidus uicino- 788	Lydius lapis 232
ut Bagas stas 972	Vtramq. inflare tibiam 1452	rum oculus 788	Gnomon, & regula 463
Desertum obtueri 1054	caricum schema 1364	Vnicum arbultum non alit 491	Tenedius homo 1012
terebintho stultior 1064	Βερελινδου 1090	Vna domus non alit duos ca- 601	Tenedius patronus 1013
cæcus auribus 1065	Κερακωδου 1089	nes ibidem 601	Manū terule subduxim⁹ 650
Bis pueri scos 208	Αλκωνιδου 816	Zoili 601	Nouit qd albu, qd nigrū 284
saturniæ lemæ 469	Κερακωδου 807	Edentulus uescentium denti- 781	Nouit mala & bona 1002
Auris Bataua 1137	Κερακωδου 341	bus inuidet 781	purpura iuxta purpuram di-
Abderitica mens 1135	Κερακωδου 839	Expertes inuidentiæ 112	iudicanda 468
Nerouianus thermas refrige- 1292	Κερακωδου 1283	iactariæ comes inuidia 1001	Amulsis alba 233
rat 1292	Κερακωδου 1266	Turpe filere 662	Lesbia regula 235
Archigenis indiget 1283	Κερακωδου 1284	Optat ephippiabos piger, o- 273	Nafus 276
pulmonis uitam uiuit 1266	Κερακωδου 1284	ptatarare &c. 273	cenforia uirgula 1183
phryx non minus, quam spin- 1284	Κερακωδου 1284	Fertilior leges cit in alieno 277	Veteris moneta 1358
tharus 1284	Κερακωδου 1284	aruo 277	pulchra apud pueros simia
Ne Mercurius ipte quidem 1430	Κερακωδου 1284	præstat inuidiosum esse quā 1098	1426
lanaric 1430	Κερακωδου 1284	miserabilem 1098	postes transcendere 1308
Alba præcordia 1503	Κερακωδου 1284	Alauda nō est sine crista 1306	Omnem lapidem nitidum
Ολως ατολμος 708.915	Κερακωδου 1284	Matrea beluam alit 1346	adorantes 1307
Κερακωδου 957	Κερακωδου 1284	A uipera morsū calpas 1384	IVVENTA.
Κερακωδου 209	Κερακωδου 1284		
Κερακωδου 843	Κερακωδου 1284		
Κερακωδου ibidem	Κερακωδου 1284		
INTEMPESTIVA, INEPTA.			
saturnalia non semper 108			
libido.			
Myconius uicinus 919			
unico digitulo scalpit caput 341			
Baceli similis es 243			
Hermiosus usq. ad gulā 1042			
Batalus 243			
MENTAM BELLI TEMPORE NE- 481			
que serito, &c.			
Rosam, quæ præterierit, ne 644			
quæres iterum			
Foras cares, non amplius an- 108			
thisteria			
Anus hirciflans 369			
Anus bacchatur ibidem			
Feli crocotou 110			
Lucernā accēdere possis 1231			
In fermento iacere 763			
IR A.			
Aequa lance 198.618			
Rhadamanthi iudiciū 726			
Orphica uita 1177			
Rectam instans uiam 1234			
Virtus simplex 1178			
partitio non præfocatio 915			
Homines trugi 505			
Exigua res ipsa iustitia 464			
Trutina iustius 622			

INDEX PROVERBIORVM

61

62

63

64

Iustitia oculus 1014	Iouis lac 1014	1164 profundum sulcum	1042 Eclibano boues 1110
Iustitia iustior ibidem	decorum cibus 363	Os inest orationi 1066	Thellalorum alx 124
Mars rex 1012	Attica bellaria 566	libera coreyra 1016	sapientia uino adubatur 505
Rachyris 681	Herculana balnea 552	liberi poetæ 794	sine cerere & baccho triget 720
Eadem pensare trutina 198	In cotyla gestaris 762	ter 668	Venus 564
Rhamnusius 900	Mellis medulla 668	alba linea 1317	Heterognathus 859
Prinenfis iustitia 912	Optimum condimentum 682	libera in cynadra aqua 1364	siculillare 905
Rectam ingredi uiam 890	ines 950	ad scirrhonem tendere 1408	Ficus aubus gratæ 1018.
dum clauum rectum teneat 789	Afra auis 560	amicus plato, magis amica 1444	Asini mandibula 847
Ad amulsim 254	Animi, & vita 818	ueritas 1424	choreæ ionicæ 225
Ne moueto lineam 400	cotumillare 660	in cauca non canit luscina 1018	Matræ icuimini porci, 1188
Ex æquo partire 1053	Lydorum caricæ 1389	1418	ionicæ 225
Aequalitas haud parit bellū 1056	Qui possum ab hoc epulo 452	libertas Romana 1431	porcus troianus 1230
Quæ non posuisti, ne tollas 871	abesse 816	latina libertas ibidem	Græco more bibere 1028
A sacris abstinendæ manus 990	Thasium infundis 269	domi suæ quilibet rex 1450	decempes umbra 876
Nemo quemquam ire prohibet publica uia 893	Nectaris flos 1237	leuato uelo de causa cognouit 1449	Venter auribus caret 714
Zaleuci lex 760	Veneris lac 1287	scere 1385	Ventrem mihi obicit 662
Dat ueniam coruis 904	In leporinis 1232	Quod sal carni 1148	Vires thylaci 1144
Quod alij uitio uertas, ipse ne feceris 987	Non ab Hymetto 1286	LONGEVITAS. 1148	piræus, non fect uasa inania 1148
Urbanus nihil æqui cogitat 859	Laconice canat 1413	Nestorea senecta 261	Bos instabulo 457
Draconis leges 1268	Thesalus missus 653	Ultra pensum uiuere ibid.	Herculan lecti 1156
LACESSENTIS.	Maxilla seu ibidem	Ultra catalogum 902	Abronis uita 607
Arietem emittit 528	LIBERENTER.	Ultra linum 791	Episcythillare 530
cominus atque eminus 167	Accipit & glebam erro 539	cornicibus uiuacior 270	sybaritica mensa 506
Non ut prior lædam 1043	Obuiis ulnis 734	Hesiodi senecta 679	syracusana mensa 508
Nunquam enim meos abegerunt, nec equos 689	LIBERALITAS.	Thironi senecta 271	Vixit dum uixit 903
Tangere huleus 273	Quod recte datum est 1199	phenice uiuacior 462	Nauges in malsilam 565
Temulentus dormiens non est excitandus 928	pingui mensura 1228	Sibylla uiuacior 1224	ten. riculis balneis 797
Thunillare 558	pleno modio 1217	Facies tua cõputat años 663	amazonum cantilena 456
Irritare crabrones 54	Bis dat, qui cito dat 364	Alterum pedem in cymba 460	Amphidromiam agere 1044
Velupus ouem 1174	Amibus manibus 372	charontis habere 460	Ex amphitheto bibere 1040
Insuere in saccum, uel culcū 1426	promus magis, quam condus 593	Viri lenis altaphis caluaria 711	matchiam tollere 698
LAETITIA, VIDE TRISTITIA	Larus in paludibus 923	Mature fias senex 105	Vinum senem etiam vel non 531
L ANGVOR, VIDE uehementia.	coladi chenix 815	mala senium accelerant 1002	Vinum caret clauo ibidem
L A V D A T A.	Bona porfense 326	Sexagenarios de ponte dei cere 209	Coronam quidem gestans, cæterum licit proditus 488
eIauis in lingua 1325	De alieno liberalis plena manu 448	Vitiat lapidem longum tempus 835	cerylus euadam 1307
Silentij tutum præmiū 887	communis Mercurius 474	Mors optima rapit 989	Biuis tōderi forficibus 1339
Mulier ē ornata silentiū 1036	Theagenis munificētia 1271	in sola sparta expedit senesce 1051	Ne dæxon piscis molestus sit 1351
Alia committenda, alia celāda 998	charitate septum esse oportet 1424	re 1051	Dorice incedere 1273
qui obticefcit 984	LIBERTAS, VERITAS.	Fatale uitæ tempus 989	Alexandrinæ delitiæ 1421
Qui continet archanum 1122	In uino ueritas 291	senex bos non lugetur 723	Nemo comatus, qui non præciditur 1357
Muti citius loquentur 1119	Quod in corde sobrij, in lingua ebrij 462	Hercules in Lydia 1405	Hercules in Lydia 1405
Veluti Mineræ calculus 1348	Vinum animi speculū 292	in communi pisce non in sunt spinæ 1431	in communi pisce non in sunt spinæ 1431
Sapientes sunt, qui ueteri uino uruntur 1416	Lingua lapsa uerū dicit ibid.	Thesalicus saltus 1266	Thesalicus saltus 1266
Mare amniū nō indiget 1383	Emendus cui impenes 1238	suaue me iussocet 1434	suaue me iussocet 1434
Primus, secundus, tertius 1426	Oracula loqui 1232	Thunstarum hircus 1315	Thunstarum hircus 1315
primus, medius, nouissimus ibidem	Vera fronte 567	Ad oculos magis, quam ad ueritatem petunt 1437	Ad oculos magis, quam ad ueritatem petunt 1437
Ne sol quidem sciet 1378	Vero uerius 319	Volsillis pugnare, non gladius 1419	Volsillis pugnare, non gladius 1419
Ne sicini quidē sentiūt 1408	De glauistro loqui 974	Nectar spirat 1381	Nectar spirat 1381
Qui sitiūt silentio bibāt 1378	tubentis aperte loqui 737	Mimis 1147	Mimis 1147
L A V T I T I A E.	Obsequium amicos, ueritas odium parit 737	MAGNIFICA PROMISSA.	MAGNIFICA PROMISSA.
Iouis cerebrum 1058	Byzenis libertas 1039	Aureus in olympia stato 335	Aureus in olympia stato 335
	Et fama fuit, & eras 737	Aureos mōtes polliceri 372	Aureos mōtes polliceri 372
	Aperte simpliciterq. loqui 992	solidos eclibano 784	solidos eclibano 784
	Veritatis simplex oratio 1050	charetis pollicitationes 656	charetis pollicitationes 656
	Ad erubrum dicta cunctum os 802	Album panem pinio 829	Album panem pinio 829
	In uino ueritas 291	Modio demetiar 746	Modio demetiar 746
	Ficus ficus, ligonem ligonē uocat 526	verba dæorat Hermod. 660	verba dæorat Hermod. 660
	Audi quæ ex aīo dicūt 416	alybantis holpitris munera 1021	alybantis holpitris munera 1021
		Hesperidum mala 1060	Hesperidum mala 1060
		cillicon bona 602	cillicon bona 602
		Nicostrati more 928	Nicostrati more 928
		sponde, noxa præsto est 284	sponde, noxa præsto est 284
			MONICUS

PER ORDINEM ALPHABETI.

Montes frumenti 1121	chrymosum 637	si pessimum 81	MALVM IMMEDI-
Theagenis hecateum 849	Etragico comicum drama 1185	Boetoris uaticinare 428	bile.
Theatrum simul & aperit, & claudit 1348	Orgos	Camelus desiderans cornua, etiam aures &c. 388	chironium uulnus 697
Επὶ Αἰξ δ' ὄρε 1053	MALVM ASSVETVM.	sibi malum reperit 1003	Pedex lotionem uincit 429
Επὶ Αἰξ μὲν 1240	Callum ducere 791	Cano puram aquam turbas, nunquam &c. 656	Accisas medicatus est 649
Καπνός 849	Neq. enim ignatus sum 1002	Bellorophontes literas 655	Non liberat podagra calceus 1096
MAGNI MOMENTI.	Nota res mala 741	Ale luporum catulos 476	Insanus appensis pellibus nō curatur 1326
Vel Megaram usque 1241	Vfus est altera natura 1204	Puer glaciem tractat 496	Decumani malorum fluctus 1367
Dignum propter quod uadi monum dederatur 336	Scarabeo citius faciet mel 1180	Turdus ipse sibi malum ca- cat 53	MALVS VICINVS.
Sal. patriæ pluri faciens, quā hospitis mentis 1454	MALVM ACCERSITVM, aut retortum.	Tute hoc intristi, omne tibi exedundum 66	salsuginosa uicinia 219
MALEDICENTIA.	Ilensis tragadum conduxit 579	Faber compedes quas fecit, ipse gessit 66	Aliquid mali propter vici- nium malum 42
Exercitationes ferere 1162	Suo iumento sibi malum ac- cersere 52	Iple sibi mali fontem reperit 54	si uata claudum habites, di- leas &c. 423
Meliora dilaeria 1165	Qui inspuerit in cauernam formicarum 1147	Ipli testudines edite 65	MANSVETUDO.
Ultra hyperbolum 1068	Suo sibi hunc iugulo gladio, suo telo 52	Bos aduersum se ipsum pul- uerem mouet 621	Macata ueniet lenior hostis 617
Archiloeum calceas 1279	Sub. ppius laqueo captus est 55	Echinus partum differt 594	Auricula infima 302
Cuminum ferere 1300	Suo ppius iudicio perit fo- rex 146	Nostris ipsum alis capi- mur 264	Sedens colubina 906
Επὶ Αἰξ 1151	Incidit in foueam quam fe- cit 53	Oenoe charadram 587	spongia mollior 302
MALI RETALIATIO.	Captantes capti sunt 407	Capra contra se cornua 57	Appio mollior ibidem
Neoptolemi uindicta 68	In uenatu perit ibidem	Carpathius leporem 473	Olco tranquillior 301
Termetia mala 67	Hanc technam in te ipsum struxisti 53	Calidam ueruti partem 617	mitior columba 921
De li malum, & accepi 316	Ex ipso boue lora sumere 111	Cornix leopium 54	cera tractabilior 820
Qui quæ uult dicit, quæ non uult audit 39	Talia gignit bellum 1229	cornutis bestiam petis 65	repone mollior 302
Eodem bibere poculo 361	Securum inticere 1221	cicadam ala contipuisti 378	mitior malua ibidem
Pro pede redium 1351	Sibi parat malum qui alteri parat 1191	Irare crabrones 54	cinado mollior ibidem
MALVM CONDVLPLI- tatum, aut renouatum.	Nemo leditur nisi a seipso 918	Oetipodem exatit 55	MEMORIA.
Ignem igni ne addas 78	Chius dominum emit 560	Anagym conuoues ibide- suem iritit 691	lucunda malorum præterito- rum memoria 1203
Ignis hinc extinguitur 848	Viro Lydo negocium non erat 683	leonem fin ulis 55	stimulis fodere 100
Oleum camino addere 79	Ne quid suo suat capiti 796	Fontibus apros immittere 926	Federe litus 1140
Oleo incedendum restinguere ibidem	Arca diam me postulas 827	Leonem radere 602	cubito tangere ibidem
Hydrum fecas 405	In celum expuis 879	Malum bene conditum 55	Ignarum dicit ibidem
Malum malo medicari 78	In celum ipsius malum lona deduces 812, 1149	Mouere camarinam ibidem	lucunda ætæ labores 540
Morbum morbo addere ibi.	Lunam detrahare 1027	Pyrastæ interitus 387	Quæ dolent, ea molestum est contingere 1026
Lutum fæco purgare 428	Eutheles 1022	Ipla olera olla legit 311	Vbi quis dolet, ibi & man- habet 498
Pro cæco exocularis 956	Daret Entellum 798	Ipsa erate 1049	Aurem uellere 303
Pte. fæci mali obnoxium 812	Iple sibi perniciem accersi- tit 982	Docui te urinandi 870	Tanquam meum nomē 599
Edile quam duobus 1045	Accersitum malum 1038	Fecem bibat, qui unum bi- bit 273	Ex illo me ducis 1386
Post Marathone pugna 1060	Athas calum 1057	Fecem bibat, qui unum bi- bit 273	Adamante notare 1427
Lis item ferit 754	Coruus serpentem 1032	Icciens ictus est 1394	METVS EX CONSCIENTIA.
De fumo ad flammam 1161	Omnes attrahens, ut magnes lapis 310	semel in laqueum uulpes 1293	Fures clamorem 108
Litem patit lis 366	Bis intorimitur qui suis ar- mis perit 1036	Formicarum nidos inspira- uit 1304	Lupus aquilam fugit 684
Est Pylus ante Pylum 705	Colubrum in sinu fouere 1046	proteruia ignominiam præ- cedit 1194	Lupus ante clamorem festi- nat. ibidem
Pallada alia aliam trudit fal- laciā 506	Hottis domesticus 1114	Pauca male parata, multa be- ne coparata perdunt 1437	conscientia mille testes 430
Illico hyems erit 1091	Pyrastæ gaudes gaudium 839	MALVM MALVM	Fures ipsi accusant 1375
Tumultus post bellum 1066	Capra gladium 54	utatur.	METVS PORNAL.
Addere gangrenam 1389	Prudens in flammam mitto manum 913	Fumum fugiens ignem inci- di 193	Funiculum fugiunt minia- tum 109
Neq. phatis mala eluat 1323	Calidum prandium comedi- sti 54	De fumo ad flammam 1447	Metus infamie 987
Sordens malorum 1430	Malum consilium consulto- uic &c. 858	Euitata charybdæ in scillam incidi 193	manum de tabula 127
In decedent ualitudinario 1416		Ne cinerem uitans, in prunas incidat 854	Abq. baculo ne ingreditor 875
		Cucurrit quispiam ne plu- uic &c. 858	cautus n. metuit &c. 1035
MALVM VERTENS BENE.			In tempore cauenda perna mali 992
Nunc bene nauigauit cum naufragium fecit 739			saniorum mala metuis 1034
Laqueus auxiliari uidetur 1044			
Bellum haud quaquam la-			

INDEX PROVERBIORUM

77

78

79

80

Troia non producit Thracē
1450

P A R A S I T I.

Mascar, 1161
Olla feruet 202
Myconiorum more 1182
Quadra propria 1245
Ad solarium uisari 1434
Α'μαρηνος 1090
Καταχρηστικος 1089
Α'μαρηνος 1089

P A U P E R T A S.

Obolum non haber 139
Leberide nudior 38
Iro, codro pauperior 274
Nudior paxillo 781
Telenico pauperior 1064
Nudus tanquam ex matre 704
Araneas eicere 1078
Cum exolis suum rodire pe-
dem 1073
Macilenta manu pinguem
pedem 1072
Pedem ubi ponat 196
Cinclus 513
Pistillo nudior 1055
Paupertas sapientiam fortita
est 101
Pauper sed ingeniosus 1001
Multa docet fames 1048
Zoniam perdidit 198
Aniam debet 409
Saguntina fames 392
Meliora fame 101
Famis campus 101
Aquam bibens 630
Non est dithyrambus 1067
Paulone mendicior 101
Qui eget, in turba uertetur
100
Hacala pauperior 1264
Fames magistra 201
Ad incitas 1168
Centro & spatio circumcri-
pta 101
Nontempestas quidem 1208
Non habet cui indormiat 1228
Omnia pariter animam 1203
Tunicati 1100
Mendico ne parentes quide-
m amici sunt 1048
Bipedalis 1063
Canalicola 959
Taeagenis pecunia 721
Cleomenes luperat 1066
Cersissima paupertas 1124
Cena sine sanguine 1439
Mugilis uitam degere 1323
Cena terrestris 1440
Agrestibus oleribus uiscitat
1316
Araneis abundat 1365
Crateris poetica 1450
Atanearum plenus alius 1395
In prato spinosum aliquid 1450
Centum uiri unum spoliare
non possunt 1434

Α'μαρηνος 959

P E N S A T I O B E N E F I C I I,

uel officij
Manus manum fricat 42
Botru, oppositus 825
Da mihi mutuum testimo-
nium 329
Senes mutuum fricant 330
pro Delo calauriam 1060
Fricantem refrica 330
Eodem cubito 415
Eadem mentura 44
par pari referre 101
Hostimentum est, opera pro
pecunia 571
pro bonis glomi 507
Vt sementem feceris 358
Benefactis pensare delicta
1243
Gratia non ducitur peniten-
tia 1398
Qui honorat, se ipsum hono-
rat 1434
In paro frigida quidem aqua
sed pulchre mulieres 1411
Benefacta benefactis alius
perlegito &c. 1451
P E R F I C I E N D U, S I V E
absoluendi.
Tenedia bipennis 378
colophonem addidit 541
colophonum suffragium 1006
Summum fastigium impo-
nere 90
circulum absolucere 657
Summum manum 90
Supremum fabulae 93
Ad umbilicum ducit 90
Ad coronidem usque 1133
Seruatori tertium 691
Domum imperfectam ne re-
liquas 249
Domum cum facias, ne relin-
quas impolitam 101
Omnia octo 297
Ad Herculis columnas 892
Ad phasim usque 585
Omni deuorato boue, incu-
da detecit 854
Bellicum canere 908
Receptui canere 101
Hic telam texuit, ille diduxit
1139
Filum neuisti; & acu opus
est 1153
summum, suere centonem
93
Lunae radiis, non maturefcit
botrus 1170
Nihil potest nec addi, nec ad-
mi, 1178
Quadratus homo 1185
Vltra gades 892
classicum canere 908
Rudem accipere 375
Rude donare 101
Finem uitae specta 135
provinciam capere 581
Cursu lampada tradere 94

Polycleti norma 1354

P E R F I D I A.

Superauit dolum Troianum 1217
Gracia fide 339
punica fides 101
Altera scabit, altera ferit 340
Ex eodem ore calidum, & fri-
gidum efflare 101
Magadari 1142
Altera manu fert aquam, al-
tera ignem 1095
Altera manu fert lapidem, al-
tera paucum ostentat 339
Ventis & scripturae in aqua
credere 1296
Ceterum 1190
P E R P L E X U S.
Ventus neque manere finit,
neque nauigare 605
Auribus lupum teneo 205
Gangamon 1140
In aqua haeret 191
In puteo contritus 452
perplexus, animiq. conste-
natus 977
Ne Excecidites quidem 645
Labyrinthus 757
de gradu delictis 158
peribis, si non feceris 1086
Nec currimus, nec remiga-
mus 1189
Nec caput, nec pedes 1218
Edentula maxilla 1386
Mithisi ptenas illinere 1436
Tanquam Gorgone conspe-
cta 1383
Statua uiatores omnes intu-
ens 1368
P E R S P I C A C I T A S.
Lynceus perspicacior 465
Serpentis oculus 400
Olorari, & similes 275
Manubrium eripere 1422
Abaridis sagitta 1373
Ventura per dioptram pro-
spicit 1294
pharus 1436
C. ΝΑΥΤΗ 1170
P E R S P I C A C I T A S.
Et puero perspicuum 454
Nepum lippis ac consoribus 372
Tanquam in speculo 545
Rudius ac plagiis 45
Electro lucido 1095
Velut specula 1075
Archimedes non poterat in-
te lius describere 1129
Mens uidet, mens audit 1108
P E R T I N A C I A.
Alios tragedos prouocat 1211

Offici in morem 1188
Mordicus tenere 168

Toto corpore, omnibus un-
guiculis 101

Gladiatorio animo 151
Nisi crura fracta fuerint 1125
Vineat tuus tripes 1383
Gradum figere 1428

P H I L A V T I A.

Non uidemus matricem quod
in tergo est 279
Quod uolumus sanctum est
Papae Myxus 900
Anticus tragædos amulatur
Tragice loqui 609
Turpis iactantia 990
Nemagna loquaris 501
Argenti fontes loquuntur
528
Foenum habet in cornu 64
colophonis ferocia 446
Oleum in auricula 223
Ab Eteobutadis 857
Ne intra uestibulum quidem
742
Aut minus animi, aut plus po-
tentiae 1055
Mendax atraphaxis 1068
Veracis offendi qui tubera
habet 279
Auris supina 223
Qua, quis ipse facit 1191
Suum cuique pulchrum 82
Suo quique studio gaudet 996
Fellucam ex alieno oculo cii-
cere 279
suus cuique crepitus 862
cedere thus 956
In armis accissat 1054
Et me mater &c. 1079
Te ipsum laudas 678
Te ipsum inspicit 1062
Patria, tumus 84
Multi te oderint 751
Sinceri alidiligere 448
sapere uidemur cum finis
ο'νη 1285
Φιλανθρωπία 155
P O T E N T I S.
Preces armatae 1242
Pisces magni paruulos co-
medunt 1439
Deorum liberi sunt in uul-
nerabiles 1421
P R A E L O N G I.
Porcus obesus 915
caliga Maximini 37
clematis aegyptia 101
Anteus longus 874
nullus malus magnus piscis
552
ringius uenter 915
pusillus quantus Molo
901
P R A E T E R

PER ORDINEM ALPHABETI.

81

82

83

84

PRAETER SPERM	ignem ne gladio fodito 18	Genu sura propius 154	Tempore pacis de bello cogi- tandum 1436
bonum, aut malum,	musas hortari, ut canant 1417	Omnes tibi melius esse ma- lum quam alteri 155	
ecornix Herculem 60	presente arbore ligna omnes colligunt 1398	Sibi quisque amicus ibidem Simonidis cantilena 722	PRVDENTIA SENILIS.
Omnia secunda 791	PROFICIENTIUM	Mihi ipsi balneum 413	Vetulo cane latrante 106
Homo homini deus 58	in melius.	Sibi canere 906	Multorum Iouis testorum glandes comedit 1048
Deus ex improviso apparet 57		Altior coccyce 1060	Annosa uulpes 407
Mercuriale 1152	Ab asinis ad boues 298	Opta uicino ut habeat 888	Eum ausculta 122
Deorum manus 120	dines factus desit 703	Veniat hospes 673	Anus subsultans 696
Negocium ex ocio 744	satis quereus 160	Suam quisque homo rem meminit 1022	Prudentia senum 992
Faciunt sphaceli immunita- tem 113	effugi malum, inueni bonū 782	Mercator est 1015	
Mopso nisa datur 629	Iuxta cubitū profecit 1029	Ciuitates ludimus 818	HOMERICI VERSVS.
Glaucus poto melle resurre- xit 700	meliores nancisci 668	Qua in re clarus quisque est ad eam properat 1432	Aetate prudentior 997
Lauares peliam 758	melius nobis est quam heri 802	PROXIMIS VTENDVM.	Sine cortice uabis 344
subitum remedium 977	Ex bono in bonum 927	Viā qui nescit ad mare &c. 684	Senesce semper multa addi- scens 353
Ne hoc quidem male 1444	Fuit & mandroni ficulna na- uis 1117	Ut possumus, quando ut uo- lumus non licet 345	PRVDENTIA CONIUN- cta viribus.
pro uirgine cerua 1345	Hodie nullus, cras maximus 1034	Bona est etiam offa, post pa- nem 589	Confiliis simul et facto ua- lens 998
matula modus est 1448	modo uenare 920	si nou ad sunt carnes, taricho- cōtentos esse oportet 590	Prudentia coniuncta uiribus 981
mansum male reicias 1294	Etiam inter uepres refa- na- scuntur 1420	Auledus sit, qui citharædus esse non potest 541	Imperator bonus, & idem ro- bustus miles 1004
non propter pedis cum lyra disidium 1295	Etiam uetus arbutum trans ferri potest 1419	Si bouem non possis, asinum agas 694	PVDICITIA.
Deorum dona saepe non do- na 1432	Benefacta benefactis aliis perlegito &c. 1451	Præsentem fortunam boni consule 727	Hippolytum imitabor 924
PROBVM, GLORIAM.	Cubius adolefcere 1319	Quæ dantur 1047	Melanione castior 748
Fractis auribus 1159	PROFVSIO.	Præsentem mulge 853	
non omnino temere 49	Callix defluunt pennæ 1170	Quod adest, boni consule 928	PVDOR.
sutorium atramentum 905	Opus ad opus 1227	Quod datur accipe 1241	Ad mensam uerecundari ne- minem oportet 1237
scarabeo nigrior 822	Gallorum in eufare uentres 769	Pro incerta spe, certa præ- mia 1440	Pudor in oculis 465
cythonymi probum 800	Proteruiam fecit 382		Pudebat recusare 809
cerite cera dignus 426	Relinque quippiam 120	PRVDENTIA.	Pudor & meus 984
Hic bonorum uirorum est morbus 967	Edolio hauris 477	Mus non uui fidit antro 1236	Verecundia inutilis uiro egē- ti 661
quem fortuna pinxit 115	Vna cum ipso canistro 478	Alter lanus 1056	Tinctura Sardonica 718
Vitelliana cicatrice stigmo- sum 908	Largitio non habet fundum 411	Sapiens diuinat 1148	Tinctura Cyzicena 1005
probium honestum 666	Plena manu 448	Non oportet hospitem sem- per hospitem esse 1201	Vbi timor, ibi pudor 108
cur non suspendis te 696	eupidinum crumena 115	Acetū habet in pectore 546	
myræ mores 1357	Festo die si quid prodegeris 109	Sapiens non eget 1192	PVNIRE PRO ALIO,
Verba sine penu, & pecunia 1321	Bello parata 1091	In holmo cubabo 708	Tibicem uapulat 1262
Αποκρίσεις 539	Glaucus alter 1052	Perendinum uentum 922	Canis peccatum sus dependit 861
PROCLIVITAS.	Caricum sepulchrum 1057	Amyris insanit 534	
currentem incitare 99	Cui multum est piperis etiā oleribus immiscit 845	Non pluit post noctem, qua sus agrestis pepererit 611. 1095	RAPACITAS ET Auaritia.
Bene plastrū pereulit 244	Non nauigamus 1043	Lesbius pryliis 969	A mortuo tributum exigere 370
A uicinis exemplum 1050	drachmæ grando 784	Timidi mater non flet 1131	Laudare æquum, capere plus 951
In planiciem equum 361	Qualem demens ille clamy- dem disperfit? 1421	Omnis uirtus est medicri- tas 1431	Oliuæ odi, qui radicitus herbas excidat 950
mustella senum 165	Fundo carens calix 1327	Familiaris dominus fatuum nutrit serum 1427	Malum lucro coniunctum, non est malum 951
calcar addere currenti 100	Nunquam crateri lagenam imponere 1448	Bibliotheca animata 1371	Lucrum undecunque captæ 994
Vna scutica oēs impellit 760	PROFRII COMMODO- di studium.	In paguro sapientia 1391	
Lydum in planiciem 878	Tunica pallio propior est 154	Crania bina gerit 187	HOMERICI VERSVS.
sphæra per præcipitum 205	Intus canere 450	Manu ignauus, mente præ- sens 1306	ibidem.
Vno digitulo 1096	Aspendius citharædus ibidē Ne quicquam sapit, qui sibi non sapit 247	Melanurum perca sequitur ibidem 927	Exigite a statuis 832
suade lupis ut insantiant 1079	Ad suum quenque quæstum æquum est esse callidum 952	Sirenas præternauigare 1411	Nec omnia nec passim, nec ab omnibus 572
In numerato habere 1071		Turbine felix, pfecta 1369	Lucri bonus odor ex re qua- libet 950
Tarichus assus est 559		Vulpes semel in laqueū 129	Fabarum
Titio ad ignem 717			
maturior moro 1154			
Olla lenticulam attingit 1158			
ignis ad torrem 924			
incitare currentem 976			
Quam facile uulpes pyrum comest 904			
tam in proclius quam im- ber 1092			
tanquam de narthe 1102			
Mercator nauiga 1124			
vna pertica 1115			
monitor adiuvat 244			

INDEX PROVERBIORVM

85

86

87

88

Fabrum arrofor	1137	ducit	1370	Ne allia comedas	1016	In utramvis dormire aurem	
Mendici pera	606	Plus uerrere quā ferere	1425	Ptolemaica lis	912	ibidem	
Mendicorum loculi	747	Manus in Actolis, mens in		Syrbenæ chorus	679	In dextram aurem	ibidem
Larus	494	clopidis	1413	ultra hyperboreum	1068	In utramvis dormire	1025
Feles Tartesia	109	Hydriæ	1077	Tenigit lapidem a cane mor		Halcedonia	647
Felerapacior	110			sum	1110	vita molita	1057
Nondum sacrificatum cibū		RARITAS.		Ignis in uapribus	1297	Equus me portat	294
a chytropode rapias	250					Extra lutū pedes habere	112
A patella	251	phœnice rarior	664	SALUBRITAS.		Extra periculum	980
A uerū rapere	250	vbi per harmas fulgurarit		Crotone salubrior	581	procul a pedibus equinis	
A sartagine	251	232		Cucurbita sanior	800	156	
Communis tanquam Sifapo		Lac gallinaceum	240	valere pancreaticæ	715	Extra telorum iactum	155
1178		Rara auis	448	saniores pisce	1100	Porro a loue atque fulmine	
Nullam corporis partem		Alba auis	500	Tria saluberrima	1093	157	
1223		Nocturnum ouum	456			post principia	156
veterata uaticinari	1220	Rarum carum	1407	SCVRILITAS.		Non uulgari ancora	1116
Lauerniones	1011	Pulegium apud Indos pipe-		Equitandi peritus ne canter		Quid a chiuos ex turre iudi	
vna cū ipfis manipulis	638	re preciolius	1407	1206		cotis?	833
Cum puluisculo	714	REFUGIVM.		A sexaginta uiris uenio	1151	quali nullus cani	1096
Lucrum pudori præstat	951	quo curris potius quam ad		Scommata Dionysiaca	1308	Mater timidi non flet	1131
Manticulari	968	Ephēbum?	1399			Legatus non ceditur, neque	
Charybdis barathrum	957	REPELLENTIS.		SECUNDAE EXPER-		violatur	1156
Megaricæ sphinges	667			imentiz.		clausis Theauris incubare	
Boni pastoris est tondere pe-		Aliam quercum excute	207	Posterioribus meliora	135	1417	
cus, non deglubere	950	Tollat te qui non nouit		Posterioribus cogitationes		Dormire in portu	1436
Canis circum intestina	575	319		meliores		Intra quatuor esse	ibidem
Rapina coticis	971	Quare hospitem	ibidem	Danda uenia lapsa	1002	vlitis vinculum	1402
Ne a chytropode	250	Fatuos non inuenit	ibidem	Destitutus uentis remos ad-		vinculis Hippocratis adliga-	
Per sæpe sacra non sacrificata	250, 560	philoxeni codicillus	1384	hibe	1128	re	1428
vulturis umbra	685	RIGOR.		Nummum quatit pestilen-		Alaudæ in nido latet gramæ	
voracior purpura	559			tia &c.	1427	1305	
Nouit hæc Pylea	678	Summum ius summa iniu-		Multum nauigauit aquæ		Quorum opus amicis, si mo-	
Edax currus	590	ria		ibidem		do faucat deus?	1424
Laudant ut pueri	1033	Ex syngrapha agere	1171	SECVRITATIS ET		supra fumum clauus	1400
Atticus moriēs porrigit ma-		Ad libellam debere	1204	tutæ rei.		pro aris & focis	1428
num	675	Censoria uirgula	1183			SEMPER.	
Pamphili furtum	1047	Obtorem odi, qui radicatus		Ad asylum confugere	1206	Non hodie, aut heri institu-	
Non curat numerum lupus	599	herbas excidat	950	Ara	955	tum	1427
Argui fures	1011	Ad unum resecare	571	Bonum est duabus niti an-		Noxa caput sequitur	1449
vorare hamum	620	Radit utque ad cutem	845	coris	1194	Tonitrus imbrem antecedit	
polypi	561	Duro flagello mens docetur		Extra fumum, & undam	1178	1442	
Candidum linum	829	rectius	1371	E terra spectare naufragium		Domi militizque	1445
Nutricum more	894	RISVS.		1241		SENIUM PRÆMIA-	
pecuniarum cupidi	687	Ionice choreæ	225	Mortuo leoni & lepores in-		turum, aut mors.	
Dolium inexplabile	411	Ionice	ibidem	sultant	1172	præstat canem irritare quam	
Larus hians	756	Intra labia risit	1228	Ne si ad louis quidem aulam		anum	1183
Labrax Milesius	758	Risus Ionicus	225	1232		vno die consensescere	858
Buthus obambulat	652	Risus Megaricus	ibidem	primus apes abigendæ	1201	senium accelerat: mala	1002
Serpens ni edat	852	Risus Chiur	228	pugno tenere	1173	Erigni cani	857
Præiurium fortiaris commu-		Risus sardonius	882	Tanquam ad aram	1205	vux passæ similis	1363
nia denoras	911	Atacis risus	306	Testudo intra tegumen tuta		Omnia omnibus annuit	
Bona porcenæ	326	Risus syncrusius	643	846		1445	
Partitio non præfocatio	915	stultior Melitide	1095	In uado	51	SERA POENITENTIA.	
Aquam plorat, cū lauat fun-		Emori risu	1033	Duabus ancoris	33	sero sapiunt phryges	46
dere	1382	Mandibulis alienis ridere		In portu nauigare	51	cumani sero sapiunt	221
Cyreneus videris	1350	1362		Medus hin non insidiabitur		Malo accepto stultus sapit	
vicinum semper inuenies	1425	Axyriæ	1039	761		41	
ut sportum furunculus ca-		RISOSVS.		Ociosus esto	991	piscator ictus sapiet	40
ptare	1428	Rhodij sacrificium	644	Chamici ne insideas	17	Factum stultus agnoscit	
spartis redemerunt crimina		spirare ceias	1198	Thymbra uictitans	1108	ibidem	
nummis	1427	Infana laurus adest	578	Hermionis uice	618	Mus picem gustans	553
Gutta fortunæ præ dolio sa-		Indij sacrum	604	In terra pauperem	1053	post acerba prudentia	1067
pientia	1278	Litem mouebit	366	Mœnia semiramidis	1064	sera in suodo parsimonia	
Tonderi pecus, non radi de-		Ereuticium Rho,	708	In tuo regno	308	506	
bet	1438	Canina facundia	579	In tuo luco & fano	ibidem	Quod dedi, datum nollem	
Hydargyro furacior	1376	item incipere	977	In tuas prætepes	309	589	
Nihil hydropico siccius	1323			Aliud cura	996	satiū est recurrere, quam ma-	
Quantum ubiq. possunt duo				In diem uiuere	354	le currere	379
oboli?	1422			Canis tanquam Delum	823	Optimum frui aliena infa-	
Corticem ne quidem dede-				porrectis dormire pedibus		nia	
rit	1351			337			
Mulgens hircos sanguinem							

PER ORDINEM ALPHABETI.

89

90

91

92

nia	538	Non tam aqua similis aqua	Inanium inania consilia	894	Mortuus iacet pendens	844	
Hedera post anthisteria	866	ibidem	Malo nodo, malus cuneus		crocodili lacryma	589	
Post bellum auxilium	914	Gregis nostri	quaerendus	78	Benevolus inuicator	813	
Atqui non est apud aram co-		Enidem nota	Pares cum paribus facile co-		Extra quare	609	
sultandum	868	vaxer seni sponso regina est	gregantur	87	Aescopius graculus	929	
Mortuis mederi	105	332	Formica fornicata chara	87	Aquum suberatum	1066	
In meridia vitæ philosopha		Vno collorio mederi omni-	Vbi tu catus, ego caia	1185	Diu dissimulatum	975	
tes	1272	bus	Alinus alino, & lus sui pul-		simia in purgata	288	
		Non tam lac lacti similis	cher	1229	scythia alinum accifans	533	
SERVUM REMEDIUM,		Paremq, tur cognoscat	Aut abi, aut exuere	1173	Postico dicesdere	1140	
aut tempestivum.		semper similem ducit deus	Doribus Dorice loqui fas est		Bufrons Mercurius	1309	
		ad similem	1211		Equum scythia	1372	
Satius est initis mederi, quã		Semper graculos alsidet gra-	Nouum cribrum nouo paxil-		canis clanculum mordens		
fini	96	culo	lo	1246			
Sero uenisti	724	Similior fieri	Mons cum monte	847	Patroclum sub specie	1363	
Post bellum auxilium	914	Aut ipse iusti	Mores hominum regioni re-		Δυσκολία	906	
Senem erigere	866	Omnia similia	spondent	1062	Πένυ	962	
Mortuis mederi	105	Crobyli regum	Vinalia sine vino expediri		Νεκρὸς πόνος	1139	
Aqua in infundere cineri	914	Eadem cera	non polluit	1429			
In meridia vitæ philosopha		Ficuni post pisces	Adulter ad adulterum trahit				
tes	1272	Quo prognatus eodem	1377		SOLITUDO.		
		Catula dominas imitantes	Ferrum virum attrahit	1429	Ne musca quidem	474	
SERVIRE TEMPORI.		634	Mulū de asino piugere	1435	Nullum animal	ibidem	
		Similes habent labra larucas	Ars amat fortunam, fortuna		scytharum solitudo	910	
seruire scenæ	68	422	artem	1424			
Vitio foro	ibidem	Qualis hera, talis pedissequa	Beta sapientum	1421	SOLICITUDO.		
Aut bibat, aut abeat	417	1121	Ex eodem præsepi	1286			
Gladiator in harena	262	Aspis a uipera	Idem furus idem ducit tro-		Tentali lapis	721	
Polypt mentem obtine	69	Auc piscem olet, aut florem	chus	1320	Meus est in tergoribus	490	
spartam nactus	599	1111	Qualis hera talis & canis		Animus est in cortis		
Omnium horarū homo	153	Sequitur perca sepiam	1353		similes uidentur captiuis ex		
sub manu nasci	69	Arator nisi incuruus præua-	Parus parum dant Dij	1405	Pilo	1039	
Aut abi, aut exuere	1173	ricatur	Vnum aluere	1336	Arctum anplū ne gestato	18	
Temporibus seruire decet		Patella cooperculum dignu	canis in ea leui dormitante		cor peedito	19	
1438		reperit	gula	1449	In via ne feces	25	
Gutta cauat lapidē &c.	1340	Matella immittere	215		Σύνθεσις	490	
sua cuique rei tempestiuitas		Conto nauigare	815	SIMULATIO, DISSI-			
1447		Surdulter cum surdastro lu-	mulatio.		SOMNOLENTIA.		
		gat	879				
SERVITVS.		Cajus cascam ducit	106	salem & sabam	890		
Argentum accepi, imperium		Omnia idem pulvis	295	plures triobolos	288	Endymionis somnus	321
uendidi	1240	Omnia sub vnam Myconu	584	Thyrigeri multi	ibidem	Vltra epimenidem	ibidem
spartæ serui maxime serui		Idem Accij quod Titij	426	Multriqui boues	ibidem	salent uehens dormis	353
1206		Artabas conuenerunt	813	Non omnes qui habent ci-		Non deceat principem solidā	
Leo eborecula uinctus	1123	Eundem calceum omni pe-		tharam	ibidem	dormire noctem	688
samij literati	1131	de adaptare & inducere		Alinus apud cum auos	289		
Cum sarcinis enatare	1128	1291		Flere ad nouitæ tumultum		SORDES, ET	
Reibus confert, nihil tamen		Naulon Naucrati	745	Megarestem Laclymæ	604	parumonia.	
capiti	1406	Noui Simonem, & Simon		Apeilare	522	Tribus minis insumptis duo	
Alino gramen, & baculus		me	612	flastantia canceris	731	decim imputat	579
1405		Cretensis cum Aeginea	88	Tulsis pro crepitu	270	cuminifector	442
SIMILITVDINIS, ET		Cretensis cum Cretense	ibi	cretensis mare	89	Ficorū diuidere	ibidem
congruentia.		Ver hyemen sequitur	596	simia fugata	961	Nullus emptor uilis bonum	
		Cretensis Cretensem	88	simia bābata	906	ediroblonium e patroclis	
Notæ farinæ	899	Chius ad Coum	691	silem a scibiadis	835	domo	1091
Non eras in hoc albo	300	Vulpinari cum vulpe	88	vulpi elurienti somnus obre-		coctæ uita	1091
Non sum exitis heroibus		Clauum clauo peltare	77	pit	648	Philippide gracilior	1119
612		Cum core carillas	89	Audiens non audit	987	cradophagus	1148
Parris est filius	1064	Thrypes mali	753	Illo respiciens, sed hic remit-		Macilentior Leotrepheide	
Aphyarum honos	696	Balbus balbum rectius intel-		te bona	913		
Terra amat imbrem	551	ligit	395	patrocli occasio	900	Immunem	1086
scopæ dissoluta	236	E fernius cum Pacidiano	629	bielle litus gladius	352	Laplana uiuere	1084
Boni ad bonorum conuiuia		Bithus contra Bacchum	628	Altera manu fecit aquam, alte-		Nihil de uitello	1066
ultra accedunt	412	Non filius Achillis	1088	raignem	3095	choenice ne infideas	17
Simile gaudet simili	88	Ab uno diagammate	ibide	Barbatenus sapiens	116	Ephelleo	1222
Malus cu malo colliquescit		Eodem in ludo docti	706	Aia Lacon, alia alinus illius		luuentrem infilire	1167
uoluptate	556	Musa eiusdem æmuli	450	portat	517	Luro lulentus	1220
Aequalis æqualem	87	lisdem uescentes cepis	785	paries dealbatus	916	Pediculi platonis	1229
Aequalem tibi uxorem que-		Bonus cantor, bonus cupedia		Demens felix	289	Lingere saltem	1082
re	331	rius	608	charadrium imitans	1174	Rore pascitur	1079
Cicada cicadæ chara	87	Mars haud concutit sua ip-		De reduuia queritur	1204	Victitant succo suo	713
Quum ouo simile	197	sius arma	868	Non omnibus seruiuo	240	patrocle sordidior	859
Quam apū apes similes ibid.		Stultus stulta loquitur	74	Lepus dormiens	419	Nephalum sacrum	743
						caninum prandium	448

cercia

96

Ande

PER ORDINEM ALPHABETI.

97

98

99

100

Ante tubam trepidas	711	Et pradam, & præmiū	1218	Angularis bombyx	1280	Mali bibunt improbitate se	
Ignari uertitur color	114	Męandri	1277	Fabula Mileſia	1443	cem	753
In pulicis morſu deum inuo	862	Principium medicum finis		Oreſtis ſomnium	1396	Sus acina dependens	+
cat	1177	Tibi ipſi calēdas edicito	1401	Phaniciū mendaciū	1279	867	
Mulier imperator	622	TRISTITIA, LÆTITIA.		Αἰνῶναι	953	Placiadæ	1014
Cerunus uir	672			Αἰνῶναι	ibidem	Hipparchorum tabulæ	
Galius inſilit	842			Τὸ δῶκεν	1129	708	
Viri fugiens denuo	414					Habet	1019
Leonis ueſtigia	1027	Irrisibilis lapis	617	VEHEMENTIA, LANGVOR.		Longę regum manus	77
Inſitio confidens	864	Sinapi ueſtitat	1123			Scarabeus aquilam quærit	
Lingua bellare	755	Animus habet in aurib⁹	1118	Oeſtro percitus	708	932	
Cu adſit uſus ueſtigia qua-		In antro Trophonij	321	Nō contis, aut ramulis	1145	Promeri canes	686
rit	412	Harmodij cantilena	768	Martem tueri	865	ciſſamus couis	819
Cum adſit uia	1038	Argiuis uides	1011	Pyrhichen oculis	965	Improbi contilium	828
Numquam expugnabit ur-		Admeti nēgia	636	Manū habere ſub pallio	752	Ibyci grues	374
bem	1114	Arctum anulū ne geſtato		vulgari piſce non inſunt ſpi-		diſ laucos habent pedes	
In fugitiuum	986	18		na	1402	27	
Ne my quidem facere	532	Cor ne edito	19	Myſorū more inclama	1347	Octauus genius	926
Corinthius non indignatur		Ne ſi ad Iouis quidem aulā		Flamma ſine uulcano	1386	Aderit Temeliæus genius	
Ilium	1023	1232				66	
Verbis pugnas	585	Canere de Telamone	864	. V. BENEFICIA.		Adraſta Nemēſis	641
In pedes retrocedere	1054	Lityerſam cautionem	877			Ad decorum aures peruenit	
Myſorum præda	430	Tragicum tueri	610	Manci pera	1038	648	
Animus in pedes	357	Tauricum tueri	959	Theſſala mulier	124	Bos leſus fortius ſigit pedē	
Trepidat in morem	492	Atrei oculi	687	Iyngem habet	1443	51	
Quem mater amiſtum de-		Titanicus aſpectus	657	Dardanix artes	1444	Euenit malo male	978
dit obſeruare	151	Cepas edere	822	Vmbra me prohibent	1344	Salis enus unde uenerat il-	
Nulla candidorum uirorum		Superatus eſ a gallo quopiā				luc abiit	323
utilitas	917	1053		VICES OFFICII.		Habet & Muſca ſplenem	
Teuthidum more	1131	Triftis Scyrale	484			888	
Non incedis per ignē	1136	Areopagita	381	Penſum perſoluere	144	Ductus per fratras	930
Domileones	1124	Erinnys ex tragœdia	1056	Contribulis tactus	1052	Inuitus Iupiter nouit	761
Coturniculę animus	1310	Ne ſis patrius mihi	580	Εὐκλείδης	1013	In tergere bouis dedit	881
Habenas ignarus non tra-		Frontem exporrigere	348			Ineſt & formicę & ſerpho-	
ctet	1344	Magis gaudet	967	VICTORIA VTRINQ.		bilis	607
In ſalemos adſcribēdus	1324	Contrahere ſupercilium	904	triftis.		Stultus qui patre caſo libe-	
Nondum incuruam ceruicē		Sanguineſcere	590	Flet uiſtor	637	ris peperit	420
Iupiter habet	1314	Sarone magis nauticus	837	Teſta colluſa teſtæ	955	Nunc diſ beati	669
Cauū pedis oſtendere	1422	Lachrymę Simonidis	1348	Victoria non incruenta	983	Super te hæc omnia	
Γεγον	333-473	TYTA, VIDE SECVRTA-				1044	
Δύων πειρία	1033	tis, & tutę rei tumultus.		VINCERE, ET VINCI.		Anus ſimia ſero quidem capi-	
						tur	603
TOLÉRANTIA.		Tyria maria.	1095			Bolus pœnam	489
Socratis callus	1244	VANITAS.		Palmam ferre	119	Vel capra mordet	366
chalconterus	1145			Solus currens	380	In me hæc cudent faba	
Adamantius	305	Quæ apud inferos	182	Extremum occupet ſcabies		65	
Patere legem quam tu ipſe		Cilix haud facile uerum di-		1077		Qui prior læſit	1241
tuleris	1437	cit	788	Inuulnerabilis ut Ganeus		Sortem & uſuram perſolue-	
Pigmei uel Thiodamas cum		Cretilla cum Cretenſe	89	847		re	1167
Hercule	1438	Mendacem memorem eſſe		Herbam dare	395	Aſopicus ſanguis	650
		oportet	356	Harena cedere	ibidem	Deus uleſcit	992
TORVITAS.		Mentuntur multa cantores		Haſtam abiicere	ibidem	flaginorum turpis exitus	
		522		Mea eſt pila	595	997	
Non e queru, aut ſaxo	1176	Fumos uendere	137	Quid niſi uiſtis dolor?	629	Virum improbum uel muſ-	
Origanum tueri	1143	Neſi bos quidem uocem e-		Viſti non audent hiſcere		mordeat	365
Martem tueri	866	dat	793	1071		Male parta, male dilabuntur	
Titanicum tueri	657	Hibetæ nenę	569	Tolle digitum	865	313	
Areopagita	381	Epiphyllides	1043	Quaſi locum in balneis oc-		Malis ter mala	862
Pallenicum tueri	1300	Tantalı horti	457	cupare	1426	Miferam mellem metere	
Quaſi Nuplius Capharco re-		Thyſ aulicum	118	Manuarum eſ	1435	960	
diens	1288	In foro ueritas	1222	Puluerē extitit decerrat	1405	canis ſauiens in lapidem	
Lemnius obtutus	1313	Ne inſciens quidem uerum		Αἰνῶναι	890	1042	
Vter	1424	dicat	1214			canis peccatum	861
		Neque diſta, neq. facta	1190	ULTIO MALEFACTI.		Fortis in alium fortiorem in-	
TOTVM VT NIHIL RELIQVI		Somnium hybernū	1211			cidit	1009
Omnia chnaumata	732	Alcinoi apologi	574-250	Canis uindiſtam	307	Ne ſpina quidem uulciat t	
Cum puluſculo	714	Anicularū deliramenta	952	Ornatus ex ſuis uirtutibus		bonos	113
Vna cum ipſis manipulis		Aſium mortes	827	162		Sui cuique mores	578
638		Subuentanea parit	953	Reperit deus nocentem		Fumantem naſum	93
Vna cum templis	1099	Cypariſi fructus	1059	Sero Iupiter diphtheram in-		Vindiſta tarda	957
Ruta caſa	1085	Cæcum inſomnium	1065	ſpexit	419	Vitandę potentum offenſę	
Cum ramento	1247	Calidum mendacium	1122	Semper uirgines furiz		1001	
		Dofones	1128	723		Aratro iacularis	
						675	
						dulec pomum	1100
						f	

INDEX PROVERBIORVM

101	102	103	104	
Sero molunt decorem molæ 1097 dum uides 1182	Leonina societas Atticus aduena Mars rex Rus ciuitas Holpes indigenam Priusquam fortiaris.comau nia deuoras Non mouenda moues In antrum haud legitimum stimulum impingis	326 468 1012 645 882 911 269 880 1000	Dimidio uitæ Fictilis homo Stupa feniculus Vita mortalis breuis Ephemeri uita Vt herba solstitialis Salillum animæ dies digitus	443 677 736 1003 1217 1237 1410
V I N C V L V M insolubile.	Vulcanium uinculum 711 Herculeus nodus 384		Qui amant, ipsi sibi somnia tingunt 561 Quid non fies, profectus Ar belas? 696 Semper superioris anni pro uentus melior 909 Quæcumque mentiuntur somnia 325 Harenæ copia ibidem Voti compos 979 Expiatis bona obtingunt 1403	
V I S I N I V S T A. in rupes 856 Ne quis malus ingreditur 851 Chordas non mouendas mo uere 267 Ferro diuidere 253 tus in manibus 252 Capillis trahere 1215 Cyclopum more 1187 Oculum excludere 1222 Prophani fores 890.892 Leonis catulum ne alas 557 Lex in manibus 1163	Abitinenda uis Celcon habitas Cyclopica uita Cyrnia terra Martis campus In caput præcipitare Eis παύσις πικρῶν ibidem Αἰσώματα V I T A H O M I N I S misera & breuis. Homo bulla Spitama uitæ	656 421 800 674 856 851 851 542 510	V o t v m. Vtinam contingat mihi 237 Omne æs alienum cepæ 853 Alia dantur, alia negantur 983 Canis panes somnians 1007 Etiam dormiens somniat 851 Ne contra bouem opta 740 Adoraturi sedeant 25 Non quoduis cōtingit quod optaueris 1002 Quæcumque in somnio nidē tur 325 V s v r a. Citius usura currit 658 Est Pylus ante Pylum 705 Felix qui nihil debet 690 Animam debet 409 Semel rubidus, ac decies pal lidus 909 Echinus parturiens cuncta tur 1422 F I N I S.	

PER ORDINEM ALPHABETI.

97	98	99	100
Ante tubam trepidas Ignari uertitur color In pulicis morfu deum inuo- cat Mulier imperator Cernuus uir Gallus insilit Vir fugiens denuo Leonis uestigia Initio co. fidens Lingua bellare Cū addit uis uestigia qua- rit Cum addit uia Numquam expugnabit ur- bem In fugituum Nemini quidem facere Corticibus non indignatur Ilium Verbis pugnas In pedes retrocedere Mythorum prela Animus in pedes Trepidat in morem Quem mater amicum de- dit obferuare Nulla candidorum uirorum utilitas Teuthidum more Non incedis per ignē Domus leones Coturniculę animus Habenas ignarus non tra- het In Ialemos adscribendus Nondum in uirum cernit Iupiter habet Cauū pedis ostendere Γεγον Δουκωντιος Tolerantia. Socratis callus chalconterus Adamantius Patere legem quam tu ipse tuleris Pigmet uel Thiodamas cum Hercule Toruitas. Nonne queru, aut saxo Origanum tueri Martem tueri Titanicum tueri Areopagita Pallenicum tueri Quasi Nuplius Capharco re- diens Lemnius obtutus Vter Totum ut nihil reliquum Omnia chnaumata Cum puluisculo Una eum ipsis manipulis Una cum templis Ruta cesa Cum ramento	711 Et pradam, & pramiū 114 Megandri inuo Principium medicum finis 862 1177 612 Tibi ipsi calēdas edicito 672 842 TRISTITIA, LETITIA. 414 1027 Irrisibilis lapis 864 Sinapi uertit 755 Animus habet in aurib In antro Trophonij 412 Harmodij canis lena 1038 Argiūs uides Admetū nēma 1114 Arcum anulum ne gestato 986 18 332 Corne edito Nefi ad Iouis quidem aulā 1023 1232 385 Canere de Telamone 1054 Lityersam cantionem 430 Tragicum tueri 337 Tauricum tueri 492 Atrei oculi Titanicus aspectus 151 Cepas edere Superatus es a gallo quopiā 917 1053 1131 Tristis Scytale 1136 Areopagita 1124 Erinnyes ex tragodia 1310 Nefis patris mihi Frontem exporrigere 1344 Magis gaudet Contrahere supercilium Sanguine flere Sarcone magis nauricus Lachrymę Simonidis TYTA, VIDE SECVRTA- tis, & turę rei tumultus. Tyria maria. VANITAS. Quę apud inferos Cilix haud facile uerum di- cit Cretis lacum Cretense Mendacem memorem esse oportet Mentiuntur multa cantores 522 Fumos uendere Nefi bos quidem uocem e- dat Hiberę nentę Epiphyllides Tantali horri Thus aulicum In foro ueritas Ne inficiens quidem uerum dicit Neque dicta, neq. facta Somnium hybernium Alcinoi apologi Aniculari deliramenta Asini mortes Subuentanea parit Cyparissi fructus Cacum infomnium Calidum mendacium Dofones	1218 Angularis bombyx 1277 Fabula Milesia Orestis somnium Phœnicium mendaciū Ανιμωλιx Ανιμωφρετα Τυφελια 1280 Mali bibunt improbitatis fe- cem 1443 1396 Sus acina dependens 1279 867 953 Placiada ibidem Hipparchorum tabula 708 1129 Habet Longę regum manus 77 VEHEMENTIA, LANGVOR. 932 708 Oestro percitus 1145 Nō contis, aut ramulis 865 Martem tueri 965 Pyrrhichen oculis 752 Manū habere sub pallio 27 1402 vulgaris pisce non insunt spi- na 1347 Myserū more inclama 1386 Flamma sine uulcano VENEFICIA. 1038 Mancı pera 114 Thestala mulier 1443 Iyngem habet 1444 Dardanix artes 1344 Vmbra me prohibent VICES OFFICII. 144 Pensum persolvere 1052 Contribulis tactus Εγκλιτικη 1013 VICTORIA VTRINQ. tristis. 657 Flet uictor 955 Testa collisa testę 983 Victoria non incruenta VINCERE, ET VINCI. 119 Palmam ferre 380 Solus currens Extremum occupet scabies 1077 Inuulnerabilis ut Ganeus 867 Herbam dare ibidem Harena cedere ibidem Hastam abicere 595 Mea est pila 629 Quid nisi uictis dolor? Victi non audent hircere 1071 Tolle digitum 865 Quasi locum in balneis oc- cupare 1426 Manuarium es 1435 Puluere extinto decertat 1405 Ανιμωx x x i a x x x i 890 ULTIO MALEFACTI. 307 Canis uindictam 162 Ornatus ex suis uirtutibus 633 Repetit deus nocentem 419 Sero Iupiter diphtheram in- spexit 723 Semper uirgines furiz	1280 Mali bibunt improbitatis fe- cem 755 Sus acina dependens 867 1014 Placiada 1014 Hipparchorum tabula 708 1079 Habet 77 Longę regum manus Scarabeus aquilam quatit 932 686 Promeri canes 819 cissamus cons 828 Improbi consilium 374 Ibyci grues dij laucos habent pedes 27 926 Octauus genius Aderit Temestrus genius 66 641 Adrastus Nemesis Ad dorum aures peruenit 648 Bos Iesus fortius figit pedē 51 978 Euenit male male Salis onus undo uenerat il- lucabit 323 Habet & Musca splenem 888 930 Ductus per frateras 761 Inuitus Iupiter nouit 881 In tergere bouis delectat 607 Inest & formicę & serpho- bilis Stultus qui patre caelo libe- ris peperit 420 Nunc dii beati 669 Super te hæc omnia 1044 Anus simia sero quidem capi- tur 603 489 Boliti pœnam 366 Vel capra mordet In meliore cadetur faba 65 1241 Qui prior læsit 1167 Sorrem & uirum persolue- re 650 Aescopius sanguis 992 Deus ulciscetur flagitiorum turpis exitus 997 Virum improbum uel mus mordeat 365 Male parta, male dilabuntur 313 861 Malis ter mala Miseram mellem metere 960 canis sæuiens in lapidem 1042 861 canis peccatum Fortis in alium fortioem in- cidit 1009 Ne spinę quidem uulnerab bonos 578 Sui cuique mores 913 Fumantem nallum 907 Vindicta tarda 1001 Vitanda potentem effensę Aratro iacularis 675 1100 sulce pomum f

INDEX PROVERBIORVM

101	102	103	104
Sero molunt deorum molæ 1097	Leonina societas 468	Dimidio uitæ 443	Qui amant, ipsi sibi somnia tingunt 561
Dum uides 1282	Atticus adueua 1012	Fictilis homo 736	Quid non fies, profectus Ac belas? 696
VINCULVM insolubile.	Mars rex 645	Stupa seniculus 882	Semper superioris anni pro uentus melior 909
Vulcanium uinculum 711	Rus ciuitas 911	Vita mortalis breuis 1217	Quæcumque mentiuntur somnia 325
Herculeus nodus 384	Holpes indigenam 269	Ve herba solstitialis 1410	Harenæ copia ibidem
VISIUISTA.	Priusquam fortiaris, commu nia deuoras	Non mouenda moues 1000	Voti compos 979
In rupes 856	Abstinenda uis 1000	In antrum haud legitimum stimulum impiugis	Expiatis bonæ obtingunt 1403
Ne quis malus ingreditor 851	Ceseon habitas 656	VOTVM.	VSVRA.
Chordas non mouendas mo uere 267	Cyclopica uita 421	Veinam contingat mihi 237	Citius usura currit 658
Ferro diuidere 253	Cyrnia terra 800	Omne æs alienum cepæ 853	Est Pylus ante Pylum 705
Ius in manibus 252	Martis campus 674	Alia dantur, alia negantur 983	Felix qui nihil debet 690
Capillis trahere 1215	In caput præcipitare 856	Canis panes somnians 1007	Animam debet 409
Cyclopum more 1187	Eis παυτικῆ πλῆθους ibidem	Etiā dormiens somniat 851	Semel rubidus, ac decies pal lidus 909
Oculum excludere 1222	Αγλωμίτης 851	Ne contra bouem opta 740	Echinus parturiens cuncta tur 1412
Propheta fores 890.892	VITA HOMINIS misera & breuis.	Adoraturi sedcant 25	F I N I S.
Leoniscatulum ne alas 557	Homo bulla 542	Non quoduis cōtingit quod optaueris 1002	
Lex in manibus 1163	Spitama uitæ 510	Quæcumque in somnio uidē tur 325	

Quae in hoc opere declarantur.



		Αμελής γωνία	711	Αΐτες	625	1134	
A		Αμνιον	828	Αχούφρος	899	Γίλω	1352
		Αμυσί	1044	Αχού	764	Γιγντοί	1052
	Pud Græcos particula inficiatoria	Αμφιπρόπλον	1210	Αχμή	405	Γερωντοίδα σκαλος	1321
	1384	Ανχλητός	1179			Γιολίφας	1391
Αβροδίχιπες	607	Ανχλούς	873	B		Γίγρεα	359
Αβρύν	ibidem	Ανδρίτιος	869			Γίγρεαίον	ibidem
Αβρόχος	1212	Ανδρίτιος	1037	Βαίον	1351	Γερβουσκίον	403
Αβινάων	828	Ανιμίδια	707	Βαίτη	951	Γερνομήν	303
Αγκών	453	Ανισίος	953	Βαλκνοφύχρος	1148	Γερογρεφίον	403
Αγρός	1396	Ανισίος	513	Βάφαν	80	Γιγντοί	1398
Αγρίος	724	Ανισίος Lamos dicta		Βαίφρα	1053	Γλωσάπιδας	756
Αγρίον	470	Ανισίος	1121	Βαίβρι	442	Γλώσσα	4
Αγρίος	1340	Ανισίος	337	Βαίς	703	Γούς	1008
Αδιδίφρος	1019.1219	Ανισίος	743	Βαλκνοφύχρος	1050	Γωσκήν	1033
Αδία	108	Ανισίος	1155	Βαίον	593	Γωσκήν	157
Αδίαμασι	1219	Ανισίος	1173	Βαίον	413	Γιγντοί	1039
Αδίασι	ibidem	Ανισίος	1227	Βαίον	489		
Αίτις	933	Ανισίος	1226	Βαίον	ibidem	Δ	
Αιγινωπώλαι	828	Ανισίος	1063	Βαίον	1158		
Αιγίς	923	Ανισίος	1063	Βαίον	652	Δαμώ	1151
Αιγινωπώλαι	896	Ανισίος	1063	Βαίον	ibidem	Δαμώ	706
Αίε	706	Ανισίος	1063	Βαίον	1280	Δαμώ	972
Αικαίον	1020	Ανισίος	1063	Βαίον	604	Δαμώ	261
Αικαίον	707	Ανισίος	1063	Βαίον	567	Δαμώ	570
Αίος	4	Ανισίος	1063	Βαίον	392	Δαμώ	959
Αίσκον	706	Ανισίος	1063	Βαίον	1388	Δαμώ	582
Αισοπίος ώνος	4	Ανισίος	1063	Βαίον	1195	Δαμώ	
Αικαίος	495	Ανισίος	1063	Βαίον	1378	Δαμώ	1409
Αικαίος	1146	Ανισίος	1063	Βαίον	1378	Δαμώ	1151
Αικαίος	1145	Ανισίος	1063	Βαίον	1378	Δαμώ	560
Αικαίος	ibidem	Ανισίος	1063	Βαίον	1378	Δαμώ	959
Αικαίος	213	Ανισίος	1063	Βαίον	1378	Δαμώ	174
Αικαίος	61	Ανισίος	1063	Βαίον	1378	Δαμώ	1219
Αικαίος	1031	Ανισίος	1063	Βαίον	1378	Δαμώ	611
Αικαίος	ibidem	Ανισίος	1063	Βαίον	1378	Δαμώ	869
Αικαίος	828	Ανισίος	1063	Βαίον	1378	Δαμώ	1109
Αικαίος	73	Ανισίος	1063	Βαίον	1378	Δαμώ	725
Αικαίος	1245	Ανισίος	1063	Βαίον	1378	Δαμώ	1351
Αικαίος	917	Ανισίος	1063	Βαίον	1378	Δαμώ	1316
Αικαίος	89	Ανισίος	1063	Βαίον	1378	Δαμώ	511
Αικαίος	319	Ανισίος	1063	Βαίον	1378	Δαμώ	407

INDEX PROVERBIORVM

Pa, -

PER ORDINEM ALPHABETI.

Ραρθένιx famos dicta	Ραρθένιx	521	Ζκοῖνος	1061	Φόρον	370
725	Ροῖα	933	Ζωρῶς	131	Φορολύγος	ibidem
Ραρομια	1 Ρύπος	1032			Φρατρία	930
Ραπαλμ	405.958 Ρυτί	1143	Τ		Φραρισάρχος	ibidem
Ραρυπιδύται	168 Ρῶπες	725			Φυλοδικεῖν	881
Ριδίου	1194		Ταριχος	590	Φύσα	1275
Ριέσρκιx	1120 Σ		Τελισρα	995	Φάρος Mercurius	1376
Ρεπαλδ	1177		Τελχινον	613		
Ρερίττιμα	1014 Σαλακωνίση	1249	Τεμα	68	Χ	
Ρεφιλνπῶδαι	1119 Σακισφόρος	1040	Τεπίε	1165		
Ριμίκμ	860 Σεμίσση	721	Τεπίφόρροι Athenienies		Χάλακτες	905
Ρινακίς	1394 Σίωα ποδνοκόντες	918	860		Χαρίε	364
Ρληρισίος Φορίδαι	169 Σιρῶνιx	1417	Τετραδχάχμος	79	Χήλος	1377
Ρλύση	418 Σκαπένη	500	Τίτρεx	706	Χελωγοφάροι	66
Ροικυλόφρονον	200 Σκατυφάρος	431	Τηρικλιν	849	Χερόδδπι	124
Ρῶνις	1255 Σκάφη	500	Τακμ	1159	Χιός in tesseris	1300
Ρῶνις Alexandria per ex-	Σκαφόρος	704	Τιδύμαλλος	717	Χλῶνx	433
cellentiam dicta	1422 Σκινίς	965	Τερίνμ	423.1271	Χυάμαπα	732
Ρῶνις Γεφός	69.712 Σκνίτ	815	Τερίκον	1285	Χοινοκομίτρεν	18
Ρῶνις Πόλις	725 Σκολίον	638	Τερίλωςις	967	Χοίρος	971
Ρῶνις	366 Σκυζέδαι	537	Τερίδσπινι	962	Χρησμολῶς	1361
Ρῶνις	1401 Σκυλα	1092	Τερί Τρικυμία	255.1367	Χρυσολῶς	419
Ρῶνις	1374 Σκυβίπιν	530	Τερίππιν	707		
Ρῶνις	107 Σκύφος	530	Τερίχόρια	386	Τ	
Ρῶνις	266 Σκύλον	587	Τερίκωσις	1289		
Ρῶνις	969 Σκοίμμx	4			Υάβιν	1176
Ρῶνις	1372 Σκωπικῶι Pyrrhonij cur di	Y			Υαμμωσικῶσιx	1134
Ρῶνις	1208 Στι	1364			Υεμῶτις	967
Ρῶνις	1298 Σορίς	131	Υγίς	582	Υεχῶς	731
Ρῶνις	1208 Σπάρπει	1279	Υπάπμ	107	Υδωδύδωρον	1322
Ρῶνις	1216 Σπάρμ	1401	Υπέρδδῶιταῖος	759	Υάσμοx	1129
Ρῶνις	492 Σπίαμ	570			Υῶμα	1433
Ρῶνις	1409 Στελῶν	1229	Φ		Υιμῶν	951
Ρῶνις	1116 Στῶνιx	1151			Υδιδάχια	1129
Ρῶνις	1327 Στελῶς Mercurius	959	Φάι Panes	829	Υῶμοι	1195
Ρῶνις	1188 Στενί	1387	Φακμ	1159		
Ρῶνις	965 Στενίτις ὠνός	4	Φακός	ibidem	Ω	
Ρῶνις	278 Σωγρίδμ	1294	Φακίδα	897		
	Σορίν	679	Φεμῶν	1144.1222	Ωρίνις	732
	Σορίτιx	707	Φεμῶς	345	Ωτακσῶς	76
	Σορίτρε	143.83	Φεμῶσις	216	Ωχρῶνιx	804
	727 Σφακισμῶς	1131	Φέας	921		
Ρῶνις	967 Σχινῶνιx	341	Φιδίτιx	707	Τ Ε Λ Ο Σ.	

AUCTORVM LOCI, QVI PASSIM, *Aut emendantur, aut explicantur.*

A		Leonardus Aretinus 430		Q
1390		dion Prusius 1311	T. Linius 36.1112.	
Aemilius Probus 1131	dioscorides 349.351.	Lucianus.448.514.1051.	Quintilianus 228.243.284.	
Aeschines 1212.1223	donatus.1.443.565.1117.	1246.1247.	376.346.1098.	
D. Ambrosius 1112	E		M	
Ammonius 1146			S	
Angelus Politianus 162				
Apuleius 163.301.627.948.	Empedocles 20	Martilius Ficinus 1339	Seneca 316.526.575.1062.	
Araricopolitor 1342	Epicharmus 744	Martialis 16.223.786.1292.	1107.1148.1324.1407.	
Argyropilus 88.1084.1178	Etymologici auctor 216.	1032.1349.1395.	Silius Italicus 52	
Aristophanes. 49.182.346.	1030.1327.	N		
425.429.472.487.499.	Eubulus 869			
624.745.786.816.906.930	Eustathius.1267.1304.1314.			
962.970.1198.	1324.1348.1387.	Nicolaus Perottus 1282	Stephanus.569.608.1024.	
Aristoteles 31.48.256.295.	F		1222.	
806.816.1165.1191.1250.			Stobaeus 1297	
Athenaeus.169.404.454.516.	Festus Pompeius 411.541.	Nonius 110.233.1239.1241.	Strabo 67.98.568.584.615.	
560.563.671.751.801.	751.1096.1097.1171.	1244.1245.1246.1269.	1139.1152.1382	
844.949.1016.1101.1109.	1245.1249.	1311.1349.1355.1396.	Suetonius 237.243.300	
1111.1144.1162.1316.	G		Suidas.214.268.366.601.626.	
1328.1351.1361.1380.	Galenus 443.755.1160.1396	O	657.682.686.699.702.	
D. Augustinus 904	A. Gellius 238.295.432.728.	Origenes 969	704.746.749.765.1034.	
Aufonius 185.524.	753.910.1085.1087.1317.	Quidius 453.507.	1138.1143.1150.1276.	
B		P		
Boethius 627	Gratianus 1183	Perfius 336.574.	1281.1294.1299.1308.	
C		Philoltratus 456	1320.1329.1348.1353.	
Caelius Rhodiginus 352	Gregorius Nazianzenus 610.1283.	Philoltratus Iunior 1291.	1387.	
Catullus 546	H		Synclius 1297	
M. Cicero.9.29.45.57.106.	Helius Lampridius 138.	1295.1302.	T	
167.241.245.295.333.447.	447.	Pindarus 423.459.679.804.	Terentius.39.61.216.372.	
525.527.541.578.588.606	Herodotus 428	1362. eius interpretes.885.960.	594.613.	
661.846.865.968.970.	Herodoti interpretes 886	1194.	Theoderus Gaza 48.223.	
1070.1085.1121.1125.	Helicichius. 523.659.694.	Plato. 16.57.75.136.391.336.	Theocritus. 168.325.497.	
1130.1209.1232.1238.	706.739.1017.1101.1149.	361.398.441.527.694.	804.1007.1063.1078.	
1241.1242.1438.	1267.1269.1324.1339.	1074.1174	1133.1317.	
Q. Cicero 224	Horatius.9.19.33.35.49.62.	Plautus.53.199.216.523.	Theognis 314	
Cornarius 1393	63.65.84.168.217.511.	565.554.647.723.875.	Theophrastus 49	
D		881.968.969.1035.1061.	V	
Demetrius Phalereus.1271.	524.824.1214.1269.1287	1126.1203.1210.1213.	Valerius Maximus 12.428	
1411.	Iulius Pollux 1139.1148.	1216.1218.1221.1223.	Vergilius.9.49.59.82.1344.	
Demosthenes 31	Iuuenalis 303.18.561.734.	1334.1335.1336.1337.	Vitruvius 1288	
Diogenes Laertius 231	1354	1239.1245.1247.1274.	Vulpianus in Pandectis 1200.1207	
Diogenianus 702.813.1008.	L		Z	
1229.			Zenodorus.366.601.606.607	
Diomedes.1.	Laurentius Valla 455	Plinius 17.23.183.206.304.	653.699.707.734.779.	
Dion Chrysostomus 1352.		351.377.948.1061.1225.	800.928	
		Plutarchus.20.32.57.200.222		
		509.519.557.588.598.630.		
		696.698.811.828.920.972.		
		1018.1296.1352.1403.		
		Polibius 1354		
		Porphyrio 252.1126		

POSTERIOR HIC INDEX RES, ET
verba seitu digniora toto opere contenta, demonstrat.

A Barmentari 48	69.1013	Antiopei casus 192	Arulator 1062
Abdera a quo condita 1135	Alcibiadis mores ibidem	Antigoni de Alexandro dictum 1426	Asiae inuentor Dedalus 1275
Abdera unde dicta ibidem	Alexandria <i>Ἀλεξ</i> dicta p. excellentiam 1422	Antiope fabula 874	Asini fabula a Demosthene iudicibus narrata 141
Aborigenum scribendi mos 1317	Alexandri dictum 687	Antron cauernis, & specubus abundat 618	Asinorum in pullos suos amor 943
Academia disputationum locus 799	Alienis malis prudentior 42	Anthisterion 108	Asinus Enidius Pisander cur dictus 1371
Acanthis auis asinos habet inuitos 361	Aliterij 1030	Anuli superstitiosi 72	Aspidis uenenum uenenorum 803
Acarnanes & Actoli quomodo euecti 42	Alegoria metaphora species 3	A paturia 869	Aspis 1116
Achilles appellati insigni fortitudine duces 304	Amalthea capra fabula 239	Apellis dictum 128	Asparagi 948
Aciui Romanorum ordo 36	Amalthea cornu 1311	Apellis & Protogenis factum 165	Asphodelus 399
Acopti fructus 56	Amaracius 171	Aphe 229	Aspiduitatis uis 837
Acrea luno 54	Amazonum mos 732	Aphia ueneri sacra 409	Asis 335
Acylla 1447	Amazonia decorum cibus 1381	Aplauda 1145	Asus yagis crudelitas 1392
Adagia quare in distictione Prouerbia 42	Ambrosia secundum quosdam mel nouius dulcedine superat ibidem	Apologus de simis 289	Ata lanta fabula 592
Adagia unde sumantur 2	America salicis natura 396	Apologus de sele ibidem	Athenae per excellentiam Asi dictae 1422
Adagium unde dictum ibid.	Amicitia non dirimenda 25	Apollonius de se 708	Athenienses rei nauticae studiosi 527
Adelle gaudent, sed laboranti deus 515	Amicorum absentium, non minus quam praesentium memores esse oportet 102	Appianus, & Plutarchus eadem aetate floruerunt 1222	Athenienses lucri cupidissimi 675
Admeti fabula 536	Amoris mater similitudo 88	Aprilis ueneri sacer 154	Atheniensium populi diuisio 1092
Adolescenturire 1053	Amor sui 354	Aqua si hauriatur dulcescit 1318	Atheniensium numisma 63. 79
Adolescentia & uinum duplex uoluptatis incendiū 79	Amphieratis ad Seleucianos dictum 1292	Aquila auium regina 933	Athionis montis altitudo 1086
Adonidis sacra ineptissima 1776	Amphictryones unde 894	Aquila cur loui fulmina ministrare fingatur 1055	Atalantes 1128
Adorans uacuuus, & rei diuinæ intentus 26	Amulsus 1146	Aquilarum natura 933	Atalantis fabula 57
Adulterij poena apud cumanos 1135	Anacharsidis dictum 292. 1222	Aquilarum & uulpium inimicitiae 935	Atreplex 1068
Adulterij poena apud uarias gentes ibidem	Anagyrasionis lucus 57	Aquile in Romano exercitu uexillum 938	Attaginum fabula 861
Aegypti oppida peculiarium numina habuerunt animulum 1315	Anaxagorae opinio 58	Araei Thestali uotum 123	Attagen 1070
Aegyptiorum simulacrum 117	Anaxagorae sententia de infirmo 29	Arcades stupidi 843	Attica regio Oggygia olim dicta 732
Aegyptij musici dicti 1305	Ancra fabula 191	Archidami dictum 1055	Attici Mothones cur dicti 827
Aemulij Pauli dictum 724	Angeronia 805	Archimedes <i>Ἀρχιμήδης</i> cur dictus 1276	Austritia in senibus insanabile uicium 576
Aemulatio honesta qualis 88	Angeroniae simulacrum ibid.	Archytas in mechanicis excelsus 674	Audacia Celica 151
Aenigma in prouerbiis 3	Antha quid secundum Empedoclem 87	Archytas in mechanicis excelsus 674	Aures Memoriae deae sacrae 303
Aenigma quid ibidem	Anima quid secundum Platonem ibidem	Archytas dictum 1402	Auri uires 688
Aequalitas amicitiae mater 400	Anima quid secundum Zenonem ibidem	Areopagus causarum capitalium iudicium 1220	Auscultationis peculiaris comoda 85
Aer momenti multum habet 50	Animam Dei inuisu & corporis praesidio decedere nefas 1262	Aristagorae historia 870	B
Aesculapius medicinam excoluit 1283	Animalia quae apud quosque sint sacra 936	Aristotelis dictum 320	Baccho ferula, & obliuio consecrata 286
Aeschyli dictum 1380	Animalium inter se inimicitiae 936	Aristidee adagiorum scriptor 5	Bacchus e louis semore genitus 394
Aeschyli mors 935	Animalium inter se amicitiae ibidem	Aristippi dictum 1192. 1214	Bacchus <i>Ἰακχαμίνος</i> dictus 838
Agaso 970	Animal unumquodque minatur his armis quibus a natura est instructum 1248	Aristomenis Mellenij miratus 534	Bacchus quare dictus Morychus 718
Agastionis fabula 246	Animus fortis & constans 158	Aristoteles prouerbia scripsit 3	Bacchus obliuionis filius 286
Agelilai dictum 371	Animus principis 117	Arrogantia sacrum morbum 576	Bacchus fici & uitis arborum inuentor 718
Agreste, quod non purgatum 25	Animi sedes quae 1118	Artemon 1013	Bacchus <i>Ἰακχαμίνος</i> dictus 1067
Agri secundi imitandi 44	Animi peculiaris sedes in oculis 111	Artemon cur <i>περιφρονέτης</i> ibidem	Bacchus cur dictus <i>Ἰακχαμίνος</i> 718
Alabando, Cariae urbs unde dicta 1382	Annus magnus 231	Artes liberales unde dicantur 542	Bacchi simulacrum ibid.
Alabaeorum decordia ibid.	Anser Romanis sacer 936	Arthemius <i>Ἀρθέμιος</i> , & <i>περὶ νύκτων</i> cur dictus 1266	Bacchanalia celebrantium mens 55
Albutij sententiae 64	Antenor patriae proditor 1344	Attifex quisque suo delectatur opere 8	Bacides tres 1361
Alcibiades moris 636	Anticyra 1284		Barylus 1056
Alcibiades tibias abiiecit de spectata oris deformitate 300	Antigenidas tibicem 1169		Balnea apud ueteres habitata 4
Alcibiadis ingenij dexteritas 731	Antimachus poeta <i>Ἀντίμαχος</i> dictus 731		

Ayuntamiento de Madrid

f	552	Callinus elegiaci carminis	calcis undedicta	761	comœdiæ ueteres etiam deos
f	483	inuentor	charadrij aus proprietat		taxabant
f		Callirhoes Atheniensium	1419		comœdie pro suauiter 1065
f		Callisthenis ad Alexandrum	1288	chamaeleon aere uictitat	commoditas incommodita-
f	336	dictum	1200		ti coniuncta 270
f	565	calumnix morsus pernici-	charetis dictum	656	comutatio Phœnicum 695
f	1176	sisimus	charybdis	194	comus temulentorum deus
f	1380	camelus unde dictus	charybdis ter in die reddit	721	concordiæ symbolum 150
f		campæ	carybdis etiam ter in die re	721	concupiscentiæ sedes iecur
f	589	canalicolæ	forbet	ibidem	46
f		Cancer exuit sepius anno 38	cherophon cur noctua di-	742	confugium in egestate est
f	1137	cancer a Lygurgo prolatus	ctus		ars 300
f		canendi artem ingenui non	Chirographus quomodo dif-	1172	consilium sacra res 81
f		descebant	ferat a singrapha		conticinium 964
f	364	canes eos amant, quorum sa-	Choenix quid	17	conuiuarum numerus 157
f		liuagullarunt	choenice seruis cibus distri-	18	conuiuij species 703
f	43	canes uituli temere non la-	buebatur		coqui dicaces 1165
f		trant	Chrissippus prouerbia scri-	5	coqui dictum Dionysio ius
f		canibus monumenta statuta	pfit		nigrû comedenti 682.707
f	539	canis fabula	cicadæ mutæ in Rhégio a-	198	corbitæ 745
f	1056	canis habens oculos, cor cer-	cicadæ rore pascuntur	1446	corinthiorum sacrificium 54
f		ui	ciceronis mensa	1327	Corinthij χρησιμομετρου
f	593	cannacus, seu Annacus supra	ciceronis ad Hortensium di-	1349	cur dicti ab oraculo 18
f	681	annos trecentos uixit	ctum		coronis gestare mos erat in
f		cantherius	ciconia pietatis symbolum	402	computationibus 488
f	527	canum genera	ciconiæ Aegyptiis sacra	59.	coronis 1133
f		capræ cerebrum contra in-	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		fantium morbos	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		capro deo falsamentis rem-	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		diuinam faciunt Phaleli-	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		ta	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		capparo cani de publico pa-	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		stus decretus	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		cappari canis cura sacerdoti-	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		bus mandata	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		capua de principatu cum Ro-	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		ma contendit	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		caracis fabula	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		carbones in terra defossi a-	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		gorum terminos antiqui	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		gus indicabant	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		cares tibiis in luctu utuntur	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		339	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		carius nihil emitur quam	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		quod roganti datur	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		carineta Euandri mater cur	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		sic dicta	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		carmenta Nicostrata appel-	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		lata	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		carmenta Themis dicta ibi.	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		carneadis academici factum	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		349	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		carpathus insula a leporibus	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		deuastata	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		carum mores	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		castor & Pollux	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		caractes Nili	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		catena Homeri quid	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		catonis dictum	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		cælio ceres monstrauit agri	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		culturæ rationem	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		cælum	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		celox nauigij genus unde di-	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		ctum	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		cerastæ	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		ceres Amara dicta	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		683	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		Ceres etiam ἀλμυρὰ di-	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		cta	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		1031	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		ceroma	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		178	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		cescus ciuitas mentis inops	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		656	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		cestreus	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		129	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		cestrei piscis natura	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		896	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		chabrix dictum	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971
f		1369	ctij nec meretrices, nec tibi-	nas in ciuitate recipiebāt	800.971

PER ORDINEM ALPHABETI.

Danaes fabula	762	re dictus	1143	Epimodis uaticiniū	1189	figura corporis relucet in o-	
Danaidum puellarum fabu-		didymus grammaticus cur		Erebinthus	21	ratione	74
la	177	adamantinus dictus	305	Erebus unde dictus	ibidem	fini usus apud diuerfos ho-	
Daduchi in honorem Mi-		Dies albus	218	Eridas	633	mines	939
neruz	95	Digitare	1133	Eremodicium	220	flaccus, flacidus, flaccescere	
Demon adagiorū scriptor	6	Digitū Mineruz sacri	303	Eruditio nemini contigit, ni		1030	
Dalphantis consilium	187	Dignitatis splendor homi-		si labore paria	600	flamen Dialis quid gestare	
Danunt pro dant	1241	num calumnias deterret		Esurienti effa carior auro		uctitus	1216
Daphnidis historia	1388	1242		590		Flamini diali anulum soli-	
Daphnis cur βεκαρος di-		Dij lupinis manibus fingebā		Eteoclis fabula	643	dum gestare non erat con-	
ctus	1388	tur	994	Euander scripsit deos octo re		cessum	ibidem
Dardanus magus	1444	Dittrephes	1197	rum summā imperare		Flamini diali hederam tāge	
Darij dictum	682	Diluculum. 964. Dioclis di-		297		re nefas	1216
Datium	700	ctum	296	Euentus stultorum magister		flores	1145
Decamentari	48	Diononis Tarentini senten-		40.1005		foenus	370
Decumanus fluctus	255	tia	251	eunomi citharedi fabula		folus olim suffragia ferebā-	
Decalus aetere inuentor		Diobolare. 720. Diogenis di-		198		tur	1223
1275		ctum	504.593	Euphorbi fabula	632	Fons Azanaz	632
Definitio qua sit perfecta	2	Diogenianus adagiorum scri-		Euripidis mors	307	Fones perniciosi	54
Defuntorum laudes in cōna		ptor	6	Europa fabula	824	Formice praegrandes	132
664		Dionysius Siracusanorū ty-		Eutropius eunuchus suo cō-		Formice serpentum carne	
Dei iudicare	950	rannus Corinthi pueros		filio perditus	82	uoluntur	1304
Delphinus in narando uelox		docuit	65	Exarmare	1369	Fortioli	430
186		Dionysius Siculus Aescula-		Execrationis templum	112	fortes uiros ob rebur Leonu,	
Delphines antiquis sacri		pio auream barbā detra-		Exilium Apollinis	636	ob prudentiam uulpi Plu-	
936		xit	592	Exorbitare	51.1326	tarchus comparat	605
Demetrius cur Polionetes		Diphthera.	203.338.	Ex praescripto uiuere	151	Fortuna mediocri patet in	
dictus	1270	Difflatio	655	Extemporanea dictio uitā-		uidat	1242
Deiortari dictum in M. cras-		Discendum quandiu uiuas		da	1374	Fortuna recte institutionis,	
sum	1272	354		Extremum	68	persuasionis & prouiden-	
Dei uicefungitur, qui graui		Diuinatio prudentium tan-				tia soror	578
periculo succurrit	59	tum est	557			Fortuna omnis in sensu sapiē-	
Demetrii dictum	497	Diuinatio & auguria a metu				tis habitat	ibidem
Democritus sibi oculos ade-		& spe reperta	561			Fortuna nemini dat bonam	
mit	111	Diuitiae caecae	202			mentem	570
Democriti dictum	551	Diuortium quibus uerbis				Fortuna secunda nocentier	
Demonactes festiuitate dictū		perageretur	525.1200			aduersa	316
140		Dodonaea sylua	173			Fortunati dies	217
Demochatis dictum	612	Dolij duo in limine Iouis				Fortuna tribuitur, quod acci-	
Demonibus corpora aerea		356				dit praeter animi destina-	
tribuunt Platonici	692	Draco piscis	40			tionem	1215
Demosthenis cognomē	243	Dubium	1107			Fraces	1145
Demosthenis dictum 40.159						Fræuens quod affixit utus,	
Demosthenis factum	294					perpetuum quod indidit	
Demoniacus dictum	282					natura	1205
Dentale	1008					frigere	565
Dentes lentisuci succo figun-						frons animi ianua	568
tur	341					frons genio sacra	303
Dentium cura probro olim						frons pudori libera	347
delicatis data	341					frons tristitia, hilaritatis, ele-	
Depontani seuces	210					mentia, seuertus index	
Desistendum a luxu cum ad-						348	
huc est iucundum	595					frugalit	1113
Deum inuocandi in initium						frugi	ibidem
operis apud antiquos mos						fulgur ne quid lederet	320
1388						funum accerrimum ex ficul-	
Deum antiquitas quem exi-						no ligno	324
stimabat	59					fundamentum prima, facta	
Diana Munychia	1005					giū suprema operis pars	
Diana Neleida	1231					90	
Diana Ephesia de collo cur							
pagurum suspenderetur							
1391							
Dibaphum	1242						
Dictum in Cleonem 171. in							
Pompeium & Caesarem							
238. in Celsarem, & Cicero							
nem 286. in Itratonicum							
citharædum. 299. Aristo-							
telis in mendaces. 320. in							
Lampen Eginetam. 394.							
Coqui Dionysio ius nigrū							
commediti. 682. 707. Ale-							
xandri 687. Philippi Ma-							
cedonum regis. 688. Plato							
nis 1173							
Didimus Chalcenterus qua-							

INDEX PROVERBIORVM

[illegible]

PER ORDINEM ALPHABETI.

Magica voces quæ	276	Midæ fabula	148.249	Musices nomine omnem libe	106
Magistratus officium	276	mileſiorum luxus	163	ralem eruditionē designa-	numerare præteritas undas
Mala amoris ſymbolum	592	milo adagiorum ſcriptor	6	bant uerſes	1197 1237
Mala ueneri ſacra	ibidem	milonis Crotoniatæ factum		Muſſare	292 Numeri impares efficaiores
Manicipia laudatiſſima	342	102		Muſtaceum	1115 ſu24
Mandragora	1121	miluus apud Britannos facer.		Muſtella in uenatione infe-	numidica auis 950
Mane	684.964	936		lix omen	110 Numiſma Athenienſium
Marcus Tullius M. Tullij fi-		minerua militiæ, & doctri- nz præſes.	1349	Myrea corona utebantur re-	293.700
lius plurimum a paternis		minerua ingenij tutrix	46	ges	1060 Numiſma Peloponeſiorum
uirtutibus degenerauit		minerua diſciplinæ præ-	47	mylus Dianæ ſacerdos	900
706		ptor	1412	in ſacris 236. Romanorum	Numiſma Tenedi regis 378
Margeris dictum	555	mitheus rei coquinariz ſeri-		in ludis 241. Macedonum	Nuptiarum ceremoniæ apud
Margitis matrimonium	555	ptor	1412	243. incompotationibus	Athenienſes 208.782
Mare ſaluum eſſe ut diſcas, ni-		mithras Perſis ſol.	1190.	265. Athenienſium, & Bæo-	Nuptiarum pompa qualis
hil opus eſt totum ebibe-		1409		torum. 266. Phocenſium	1053
re	381	Miſericordiæ ara	643	in ſacerdotibus ibidem in ſa-	
Manes aſphodelo uiſitant		muſas colophonius poeta		cris 277. mulieris abomi-	
399		talpa dictus	72	nantis inuidiam	286
Maſuetudo pars pietatis	25	modipperator	417		
Manticulari	968	moly herba	270		
Manum geſtus uelut altera		momus	226		
lingua	128	Mores principis	235		
Maſumittendi Athenis ſer-		Mores hominis deus, ſiue for-			
ui capitis pilos deradebāt		tuna	578		
533		moſimus tragicus poeta inc			
Marij interitus	53	ptiſimus	1371		
Maritima uſura	1211	mortales Deum imitantur			
Mars	1163	cum ſunt benefici	59		
Marullus mimographus quo		Morycus poeta tragicus	719		
tempore floruerit	1389	mos in funcribus. 102. in iudi-			
Marſyæ interitus	1302	ciis. 180. Thracum in facti-			
Maryadina tibi	1347	ficiis 307. Athenie. in Le-			
Mafſilla unde dicta	366	ucoſto 319. gentis Thra-			
Mathematicæ diſciplinæ	161	ciæ 323. apud Argiuos 336			
Matrimonij ceremoniæ	1185	Phœnicum in uictu 359. Ro-			
Mauſolei deſcriptio	1058	manorum 382. apud Græ-			
melancholicorum inſomnia		cos 397. apud Germanos			
diuinatione carent	80	394. Sybaritarum 507. in			
melanurus piſcis latine ocu-		ſacriſciis 560. in uictoria			
lata	17	592. in ſolutionibus græ-			
Melleſias Thucydidis filius a		alieni 623. gallorum gilli-			
uirtute paternâ degenera-		tiæ uorum 624. Romano-			
uit	706	rum in epulis 635. Attico-			
melia arboris genus	748	rum 664. Phæſitarum in			
melicerta a Corinthiis Pale-		ſacriſciis 670. Regis Per-			
mon dictus	764	ſarum 689. in conuiuiis			
melitus, Cineſias, & Samyriō		692. 693. Scytharum 697.			
Legati poerarum ad poeta-		Athēienſi ū 119. Helioga-			
rum cetum, qui ſunt apud		bali 297. Eudionis 298. an-			
inferos.	1344	ti quorum 275. 288			
melis inſima laudatur pars		moſailla quæ & tyox	1328		
506		moſailla uſus in ueneficiis			
Mendaces quid lucri faciunt		ibidem			
320		motho	827		
Mendicitas inexplibilis	606	Mothones cur Attici dicti			
Menedemi dictum	104	ibidem			
Menſa apud antiquos ſacra		motus uita argumentum 86			
560		mulæ partus	230		
menſam ſinanem tolli apud		Mulier	55		
Romanos neſas erat	18.	Mulier rixofa	138		
382		Mulier mala maiorum the-			
Mercurij plura cognomina		ſaurus	131		
+ 959		Mulier perpetuarij	1097		
Mercurij ſigillum buxi ligno		Mundus ſuis cultoribus dat			
ſcalpendum	612	uerba	215		
Mercurius & Hercules idem		Mundus exiguum. tenuiam			
7314		co miſſum ut maximum			
Mercurius φάρος dictus		accipendum	663		
1376		Munichia Diana cur dicta			
Menſon perſonæ inuentor		1290			
1165		Mus acris audit	148		
metus & Polymneſtor	126	Mugilis inter piſces uelociſſi-			
metragyræ	1409	mus	316		
metus & ſpes diuinationem,		muſarum candidæ ianuz	112		
& auguria repererunt	561	muſeum quid	1372		
micare	338	muſica	1197		
Midas uermiculus	742				

INDEX PROVERBIORUM

Optima a teneris eligenda	1205	penestæ	819	lectanea scriptæ	5	pſitachus quando discat	106
Oracula Delphis quomodo reddi solita	1400	penſus ſero Bacchum reue	40	plutarchi opera adagiis ſca-	6	pudicitia theſaurus incompa	1175
Oratio animi ſpeculum	164	penſa caput	949	tent	6	rabilis	1175
Origenes Theologus adamã	305.1143	perſonæ inuentor quis	1165	plutarchus & Appianus ca-	1272	pueri Athenis, & Romæ quid	165
Origenes dictus	305.1143	perſona	1165	dē atate floruerunt	202	diſcebant	336
Oreſtis iudicium	1349	perſona	1165	pluto diuitiarum deus	1257	pueris qualis honos apud Ar	336
Orimalides	1447	perſona	1165	plus quomodo intelligatur	798	giius	181
Oyges contrarij ſunt pilo	1414	perſona	1165	poſſonipitum	86	puppis honeſtior pars nauis	1226
Oſis mors	26	perpetuarij muli	1097	poſſis muta pictura	115	puſtule in naſo mendacibus	1129.1130
Oſis ſol dictus apud Aſſy	1409	perpetuum quod iudidit na	1205	poſſis non abſque fabula &	596	adnaſcuntur	1034
Oſis fragæ aquilæ	914	tura	922	mendacio	1270	pygmei unde dicti	705
Oſis & ephialtis proeci	1318	perſarum mores	1302	poetarum uerſus in conui	3	pyramides, & obeliſci ſum	335
Oſes laudatæ	97	perſarum immanitas	1302	uitis cani ſoliti	1283	mis uiris erigebantur	1356
Oſum aceto maceratum	369	perſa per Mithram iurare ſo	1410	polemonis Laodiceæ ad Ae	1283	pyrrichia ſaltationis genus	1356
		liti	1410	ſculapium dictum	1283	apud ſpartanos	1356
		pes	872	poliorcete Demetrius dictus	1270	pyrrhichia unde dicta	63
		phagon uorax	1436	poliſta ſacellum	66	pyrrhonis ſecta	1364
		pharus	1436	polignoti Thaliſij pictura	183	Pyrrhonij cur Enop	1364
		phaſiani ab Aegyptiis oriun	585	polyniciſis fabula	643	nuncupati & Enop	1364
		di	585	polypſi natura	69	pythagoras fabis uſci ſol	20
		phaſis Colchidis ſtūio	1323	polypſus uitium narium	83	pythagoræ auctoritas	624
		phægra ciuitas, quæ & pall	1300	polypſyrhene	802	pythagoricorum ſuſſurandū	727
		ne	846	polypſyrhene	1298		
		phidæ uenus	1157	Cu, pompeii dictum	1298		
		phileta	1157	poſterior dies prioris eſt di	314		
		phileta gracilitas	1157	ſcipulus	665		
		philippi Macedontum regiſ	683	præſicq	1126		
		dictum	266	præuaricari	1243		
		phoeſium ſictum	703	præces tyrannorum neceſſita	1243		
		phoeſiſ historia	703	ti admixta	1243		
		phœnices & Caræ tibiſi in	359	pretelli de Boeotiſ dictum	1292		
		luſtu uenitur	359	primitiæ diſi antiquitus co	1292		
		phœnices Herculi coturni	61	ſecratæ	1292		
		cæſerificant	61	princeps dei imago	1292		
		phœnicum commutatio	695	princeps ſolidam nocte dor	1292		
		phœnix Achillis tormator	1391	miræ non debet	1292		
		Phœnix cur pæyæſe	1117	principis animus	1292		
		dictus	1117	principis officium	1292		
		phœnis auis mors & ortus	1351	prici hominibus, locis, adi	1292		
		phœniſ filiarum fabula	761	bus binos attribuebant ge	1292		
		phrygiſ fabula	673	nios	1292		
		phynes dictum	1192	prici philoſophi a uera aber	1292		
		Phrynes cur xlauryx	1411	rauerunt	1292		
		dicta	1411	proletarius	1292		
		Phines altera cur xlauryx	1411	prolyte	1292		
		cognomen fuerit	1411	promethei, & Epimethei fa	1292		
		ibidem	1411	bulæ	1292		
		pira uis Baccho ſacta	1071	proterpina Azeſia dicta	1292		
		pictura muta poſſis	86	protogoræ mos	1292		
		pictæ hiſtoria	1231	protogoræ ſophiſta fabula	1292		
		pietas ſecundum plutarchū	1231	protogeniſ, & Apelliſ ſactū	1292		
		283	1231	proterbia qui olim ſcripſe	1292		
		prioriſ dictum	1310	runt	1292		
		pipolo	1178	prouerbia unde ſumantur	1292		
		pireus unde dictus	1005	prouerbia mutilata	1292		
		piſander aſinus Unidius di	1371	prouerbia ad quæ conducāt	1292		
		ctus	1371	prouerbia uſus antiquiſ	1292		
		piſciſ uocales	206	ſimus	1292		
		piſciſ genus peſtem homi	1100	prudentia uita uſu, multa q	1292		
		piſtores Romæ quando eſſe	1100	experientia paratur	1292		
		caſerunt	1100	prudentia ſua unicuiq. deus	1292		
		pithecuſ Theſei aſus	1186	preſcades	1292		
		platonis nobiliſ ſententia	1186	pſeudarata regiſ, oculus di	1292		
		platonis dictum	1186	ſtus	1292		
		platonis philoſophiſ ſummo	1186		1292		
		riſ obſcurata	1186		1292		
		plutarchus prouerbiuſ ſol	1186		1292		
			1186		1292		

PER ORDINEM ALPHABETI.

Magice voces quæ	706	Midæ fabula	148.249	Musices nomine omnem libe	106
Magistratus officium	276	Milesiorum luxus	163	ralem eruditionē deligna-	Numerare præteritas undas
Mala amoris symbolum	592	Milo adagiorum scriptor	6	bant ueteres	1197 1237
Mala ueneri sacra	ibidem	Milonis Crotoniata: factum		Mustare	292
Mancipia laudatissima	342	102		Mustaceum	1115 524
Mandragora	1121	Miluius apud Britannos sacer.		Mustella in uenatione inse-	Numidica auis 950
Mane	684.964	936		lix omen	110
Marcus Tullius M. Tullij fi-		Minerua militiæ, & doctrinæ		Myrica corona utebantur re-	Numisma Athenienfium
lius plurimum a paternis		prætes.	1349	ges	293.700
uirtutibus degenerauit		Minerua ingenij tutrix	45	mylus Dianæ sacerdos	900
706		Minerua disciplinarum præ-		in sacris 236. Romanorum	Numisma Peloponnesiorum
Margaris dictum	555	les	47	in ludis 241. Macedonum	596
Margitis matrimonium	555	Mithæcus rei coquinariæ feri-		243. incompotationibus	Numisma Tenedi regis 378
Mare salum esse ut discas, ut		ptor	1412	265. Athenienfium & Boeo-	Nuptiarum ceremoniæ apud
hilopus est totum ebibe-		Mithras Persis sol.	1190.	torum. 166. Phocentium	Athenientes 208.782
re	381	1409		in fœderibus ibidem in sa-	Nuptiarum pompa qualis
Manes asphodelo uisitant		Misericordiæ ara	643	cris 277. mulieris abomi-	1053
399		Mnallas colophonius poeta		nantis inuidiam	286
Mantuetudo parti pietatis 25		salpa dictus	72		
Mantulari	968	modipator	417	N	Obelisci & pyramides sum-
Manuum gestus uelut alitra		moly herba	270		mis uitis erigebantur 335
lingua	128	momus	226	Nares indicium iracundiæ	Obicena 1097
Manumittendi Athenis ser-		Mores principis	235	709	Occationes mali uitandæ 96
ui capitis pilos deradebāt		Mores hominis deus, siue for-		Narthecium	Occationis simulacrum 317
533		tuna	578	Nasuti	Occultare natiuos mores dif-
Marij interitus	53	Mosimus tragicus poeta inc-		Natrix	ficile 667
Maritima usura	1211	prissimus	1371	Natura hominem non ledit	Oeni fabula 183
Mars & uxor	1163	Mortales Deum imitantur		28	Octo certaminum species
Marullus mimographus quo		cum sunt benefici	59	Nauium uaria insignia	olympis 297
tempore floruerit	1389	Morycus poeta tragicus	719	Naupactus	Octo deos esse Euander scrip-
Marfyæ interitus	1302	Mos in funeribus. 102. in iudi-		Naxia eos durissima	fit ibidem
Maryandina: tibiæ	1347	ciis. 180. Thracum in sacri-		Nenia	Oculi in amore duces 111
Malsilia unde dicta	566	ficiis 307. Athenie. in Le-		Neadas	Oculum appellant amantes,
Mathematicæ disciplinæ	161	neofecto 319. gentis Thra-		Necessarij	quod charum unice est
Matrimonij ceremoniæ	1185	ciæ 323. apud Argiuos 336		Necessesse esse	1246
Mausolei descriptio	1058	Phœnicum in tuftu 359. Ro-		Necessitas dea parcarum ma-	Oculi domini saginat equum
melancholicorum infomita		manorum 382. apud Græ-		ter	86
diuinatione carent	80	cos 397. apud Germanos		Natura molesta	Oedipus matrem uxorem
melanurus piscis latine ocu-		394. Sybaritarum 507. in		Necessitas feris caret	duxit 701
lata	17	sacrificiis 560. in uictoria		Nectar deorum potus, uel ei	Oedipus oculos sibi eruit
Melesias Thucydidis filius a		592. in solutionibus cris		Nectas gustare Heroum reli-	ibidem
uirtute paterna degenera-		aleni 623. gallorum galli		quis	Oeneus Meleagri pater 204
uit	706	naceorum 624. Romano-		Neida in auem sui nominis	Oenomaus histrio 1295
melia arboris genus	748	rum in epulis 635. Attico-		mutata	Oenomaus Pitææ rex ibid.
Melicerta a Corinthiis Pale-		rum 664. Phælitatum in		Nelida Diana	O. litum 708
mon dictus	764	sacrificiis 670. Regis Per-		Nemesis dea iactantiæ ultra-	Officium officio prouocatur
Melitus, Cinesias, & Samyrus		sarum 689. in conuiuiis		501.642	43
Legati poetarum ad poeta		692.693. Scytharum 697.		Nemini mortalium datum	Officiæ 216
rum cetum, qui sunt apud		Athēnensium 1219. Helioa-		est ut cuncta noscat	Oggia Thebanorum regio
inferos.	1344	hali 297. Eudionis 298. an-		Nemini sua fortuna satisfi-	dicta 732
mellis infima laudatur pars		tiqorum 275.288		cit	Olere probitatem senes de-
506		Moracilla quæ & Lynx 1328		345	cet 1186
Mendaces quid lucri faciant		Moracille ulus in uenchicis		Nemo sapiens nisi sanus 350	Olei summa pars laudatur
320		ibidem		Nenia	506
Mendicitas inexplabilis	606	Mothon	827	Nepa	Oleum mare tranquillat 301
Mendemi dictum	104	Mothones cur Attici dicti		Neptumni filij truces	Oleum nitorem addit 1234
Mensa apud antiquos sacra		ibidem		Neptumni fabula	1137
560		Motus uitæ argumentum	85	Nequam	Olympias Marfyæ discipulus
Mensam inanem tolli apud		Mulæ patrus	230	Nelæi centaury fabula	1220
Romanos nefas erat	18.	Mulier irata	55	Neronis statuæ elogiū	Olympius quidam cur-
382		Mulier rixosa	138	Nicostrata Euandri mater	411. dictus 731
Mercurij plura cognomina		Mulier mala malorum the-		1317	Omnes cupimus, ac nō licet
959		sauros	131	Niuem non esse albam dixit	ditefcere 345
Mercurij sigillum baxi ligno		Moli perpetuarij	1097	Anaxagoras	Omnium dulcissimum est
scalpendum	612	Mundus suis cultoribus dat		Noctis diuifio apud Roma-	accipere 127
Mercurius & Hercules idem		uerba	215	nos	Onager 517
1314		Munus exiguum a tenui ami-		Noctu cur acius quam inter	Opes cæcæ 202
Mercurius φάρις dictus		co missum ut maximum		diu foni audiantur	Opes magnæ sunt, bonam ha-
1376		accipiendum	663	Noctua Mineræ sacra	bere mentem 1192
Menson personæ inuentor		Munichia Diana cur dicta		Noctuæ uolatus	Opes ut index hominis inge-
1165		1290		non omnibus idem pulchrū	nium arguunt 586
Metus & Polymnestor	126	Mus acius audit	148	122	Opiniones de anima secun-
Metragyta	1409	Mugilis inter pisces uelocissi-		Non diis superis dicat	dum Platonem, Empedo-
Metus & spes diuinationem,		mus	316	Non pudore uacat	elem. & zenonem &c. 88
& auguria repererunt	561	Mularum candidæ ianux	112	Nubere mēse Maio Romanis	Oppido 1221
Micare	338	Museum quid	1372	inauspiciatum	Oppunitatis uis 317
Midas uermiculus	742	Musica	1397	Mulla græcæ ad discendum sera	Opus esse 1102

Optima

INDEX PROVERBIORUM

Optima a teneris eligenda	1205	pencilæ	819	lectura scriptis	5	pistachus quando discat	106
Oracula Delphi quomodo reddi solita	1400	Pentheus fero Bacchum reue	40	plutarchi opera adagiis sca-	6	pudicitia thesaurus incompa-	1175
Oratio animi speculum	264	perit caput	949	tent	6	rabilis	1175
Origenes Theologus adamã	305.1143	persona	1165	plutarchus & Appianus ca-	1272	pueri Athenis, & Romæ quid	365
Oris dictus	305.1143	perfora inuentor quis	1165	dé ætate floruerunt	202	discebant	336
Orestis iudicium	1349	perdicia	891	pluto diuitiarum deus	1257	pueris qualis honos apud Ar-	336
Orimalides	1447	perdicia astutia	63	plus quomodo intelligatur	798	giuos	181
Oryges contrario sunt pilo	1414	periculi concionanti noctua	1097	podoniptrum	86	puppis honestior pars nauis	1226
Ostris mors	26	perpetuarij muli	1205	poetis muta pictura	115	pustula in naso mendacibus	1129.1130
Ostris sol dictus apud Assy-	1409	perpetuum quod iudicium	1302	poetis philosophiæ admixta	596	adnascuntur	1034
rios	934	tura	1329	115	1270	pygmei unde dicti	705
Ostrifraga aquilæ	1318	perfarum mores	1115	mendacio	1283	pyramides, & obelisei sum-	335
Ostris & Ephialtis proceri-	97	perfarum inmanitas	872	poetarum uersus in conui-	1378	mis uiris erigebantur	1356
tas	369	perfaræ per Mithram iurare so-	1436	uiis cani soliti	1378	pyrrichia saltationis genus	1270
Ouum aceto maceratum	369	liti	585	3	1283	apud Spartanos	1270
		pertica	1115	polemonis Laodiceæ ad Ae-	66	pyrrichia unde dicta	63
		pes	872	sculapium dictum	1283	pyrrhonis secta	1364
		phagion uorax	1436	1378	Pyrrhonij cur Enopion; &	1564	
		pharus	1436	polemon se in sepulchrum	66	nuncupati & &	1564
		phasiani ab Aegyptiis oriun-	585	uium condi iussit	66	pythagoras fabis uesci soli-	20
		di	585	poliorcete Demetrius dictus	66	rus	624
Paguri natura	1391	phasidis Colchidis fluuius	1323	1270	727	pythagoræ auctoritas	624
Pagurus cur de collo Dianæ	1391	phlegra ciuitas, quæ & palle-	1300	polita facellum	66	pythagoricorum iusiurandū	727
Ephesia suspendatur ibidē	510	ne	1300	polignoti Thalsij pictura	66		
Palæstra	120	phidias uenus	846	183	643		
Palma	119	phileta	1157	polynicis fabula	69		
Palmarum corona	764	philetæ gracilitas	1157	polypti natura	83		
Palenum qui & Melicerta	394	philippi Macedonum regi-	688	polypus uitium narium	802		
Pallas e Iouis cerebro geni-	1204	dictum	688	802	1298		
ta	649	phoenicium factum	266	Cn. pompeij dictum	1298		
Pallas Atheniensium prote-	1147	phoenicis historia	703	posterior dies prioris est di-	354		
rix	1147	phœnices & Cares tibi in	319	scipulus	665		
phylas Poliadæ	1147	luctu uentur	319	præfice	1126		
Pallas & Iouis	1268	phœnices Herculi coturni-	61	præuaricari	1126		
ta	1268	cæ sacrificant	61	preces tyrannorum necessita-	1243		
Pallamides belli troiani scri-	695	phœnicum commutatio	695	ti admixta	1243		
ptor	1179	phœnix Achillis formator	1179	pretelli de Bæociis dictum	1292		
Palamides poema ab Home-	1179	phœnix cur & &	1179	1292	1186		
ro ablatum	1179	dictus	1179	primitiæ diis antiquitus co-	1186		
pallium Græcorum uestimē-	1179	phœnis auis mors & ortus	1313	secratæ	251		
tum	1179	1313	762	princeps dei imago	118		
pallium	917	phœnix cur & &	1179	princeps solidam noctē dor-	688		
palpare	917	dictus	1179	mire non debet	688		
palpones	41	phœnis auis mors & ortus	1313	principis animas	117		
pantera nomen unde	133	phœnix Achillis formator	1179	600	289		
pantheræ pyxis	751	phœnix cur & &	1179	principis officium	600		
Panegyris	1006	phœnix cur & &	1179	prisci hominibus, locis, ædi-	600		
Panionium concilium	1006	phœnix cur & &	1179	bus binos attribuebant ge-	600		
Paralus periclis filius stupi-	706	phœnix cur & &	1179	nios	61		
cus	157	phœnix cur & &	1179	prisci philosophi a uero aber-	51		
Parasiti conuiuij fabula	12	phœnix cur & &	1179	rauerunt	1425		
Paræmia quid	2	phœnix cur & &	1179	proletarius	901		
Paræmia unde dicatur	2	phœnix cur & &	1179	prolyce	901		
Paræmia a sententia quomo-	2	phœnix cur & &	1179	promethei, & Epimethei fa-	41		
do differat	2	phœnix cur & &	1179	bula	41		
Paræmia quæ optimæ	2	phœnix cur & &	1179	proterpina Azelia dicta	683		
Paræmia quid proprium	2	phœnix cur & &	1179	protogoræ nios	1186		
Paræmiarum genus antiquissi-	2	phœnix cur & &	1179	protagoræ sophistæ fabula	376		
um	2	phœnix cur & &	1179	376	147		
Parricidium	1203	phœnix cur & &	1179	protogenis, & Apellis factū	165		
Parricidij poëna	670	phœnix cur & &	1179	165	165		
Pæletes magus	765	phœnix cur & &	1179	prouerbia qui olim scripse-	5		
Pæsiophes fabula	765	phœnix cur & &	1179	runt	5		
Pæuper numquam probus	702	phœnix cur & &	1179	prouerbia unde sumantur	223		
	1246	phœnix cur & &	1179	223	9		
Pax sine bellum	1246	phœnix cur & &	1179	prouerbia mutilata	9		
Pecunia ut pecuniam pariat	371	phœnix cur & &	1179	prouerbia ad quæ conducāt	7		
præter naturam est	371	phœnix cur & &	1179	prouerborum usus antiquif-	6		
Pecunia uelut altera homi-	561	phœnix cur & &	1179	simus	6		
nis natura	561	phœnix cur & &	1179	prudentia uitæ usu, multa-	353		
Pecunia amissa exanimis est	1236	phœnix cur & &	1179	experientia paratur	282.1297		
homo	1236	phœnix cur & &	1179	prudentia sua unicuiq. deus	578		
Pecunia transactitia	674	phœnix cur & &	1179	578	731		
Pecunia uitæ	360	phœnix cur & &	1179	pseudarata regis oculus di-	76		
Pectus	360	phœnix cur & &	1179	ctus	643		
Pectus gressu abunda	1358	phœnix cur & &	1179	643	815		

PER ORDINEM ALPHABETI.

3

INDEX PROVERBIORVM

F I N I S.



ERRATA SIC CORRIGANTVR, TAM IN IISDEM VOCIBVS, QVAM
in deriuatis, eandemque scripturam non inuiti sequantur humanarum literarum studiosi, quia sic
veteres scriptitasse compertum est: eiusque rei testimonio esse possunt, cum omnes libri veteres,
manuscripti, tum Pandectarum Florent. in medica Bibliotheca adseruati libri, quos in hac pro-
uerbiorum editione, vt sequebimur αλφ-βς nos monuit amantiss. Paullus Manutius.

A

Abstergeas, abstergas. 1063. absit, adsit. 669. abiecturas, abiecturas. 521. accipitis, accipitis. 982. achutu, acarn. 1318. acher, au-
clor. 395. accomodum, accomodum. 505. accomodans, accomodans. 488. actatib. aratib. 812. accipias, accipias. 982. accretet,
occurreret. 995. ac, hac. 1236. adfio, adfio. 1321. adolescet, adolesceret. 871. adagio, adagio. 1354. aduersis, diuersis. 563. ad pau-
lum, ad paulum. 185. ad arma ad arcem, ad arma ad arcem. 1232. aseret magus, aseret magus. 1154. Affinia, affinia. 8. agustissi-
mis, agustissimis. 1081. affinis, affinis. 1171. alter, alter. 995. alter, altera. 400. alludit, adludat. 9. admixta, admixta. 1243.
amphiloquiam, amphiloquiam. 758. amotans, amotans. 1348. amicus, amicus. 1031. amissi, amissi. 990. amos, amos. 490. am-
ant. 815. annumerandum, annumerandum. apparet, apparet. 261. apud quod, quod apud. 21. appenat, appenat. 8. arbiter, arbitra-
tur. 99. arefit, arefit. 991. artificierendos, interficiendos. 493. Aristotele, Aristotele. 1050. arideat, arideat. 9. Aristogoras, Aristog-
ras. 870. Archilochum, Archilochum. 1008. Atis, atis. 872. at res, at res. 1213. asumpserit, asumpserit. ad. at. 937. affinum, finis. 514.
asfisi, asfisi. 5. assequuntur, assequuntur. 167. auctores, auctores. sic ubiq. B Bathilus, Bathilus. 1056. Bientius, Bientius. Beca-
asfisi, asfisi. 5. assequuntur, assequuntur. 167. auctores, auctores. sic ubiq. B Bathilus, Bathilus. 1056. Bientius, Bientius. Beca-
tis, Bocotus. 1135. Bonum, bonum. 293. Briscorum, Briscorum. 627. C calidum, Calidum. 1012. callycyri, callycyri. quo. 819. ca-
minis, caninus. 184. caudas, cauda. 186. celiarius, celiarius. 1327. cerere, celere. 703. ceropidis, ceropidis. 869. ceatrum, cetera. 481.
cafareis, cafareis. 75. celebraturus, celebraturus. 1204. Cjbales, Cjbales. 1319. Cjladum, Cjladum. 1182. Cicilia, Sicilia. 1010. cita-
tur, citatur. 572. Cyrenes, Cyrenes. 785. circa, citra. 25. congerentur, congerentur. 883. constat, constat. 743. cotinidans, cotina-
mus. 435. commercium, commercium. 650. collosi, collosi. 1228. contraclanda, contraclanda. 1315. comereum, commercium. 17. colchi-
dos, colchidos. 1323. coriaceum, coriaceum. 1326. consueverunt, consueverunt. 1450. colorem, colorem. 1083. coluat, coluat. 7. contra-
clationem, contraclationem. 816. corriger, me corriger. 46. cognatum, cognatum. 416. commouet, commouet. 352. cramba, cramba. 14. crea-
ti, creati. 1295. crescent, crescent. 931. credendi, credendi. 966. cuidame, cuidam. 404. cuius, cuius. 153. cupiebant, cupiebant. 1080.
D dapidib. dapidib. 1214. deambulatione, deambulatione. 222. decepto, decepto. 395. decorum, decorum. 855. de qui, de qui. 1258. de-
mulcent, demulcentis. 1056. demulcente es, demulcentes. 690. de bis, de bis. 743. discerant, discerant. 1153. Donconco, donconco. 637. duleior, luci-
dior. 876. diuaria, diuaria. 592. discordiam, discordiam. 719. discerebant, discerebant. 1153. Donconco, donconco. 637. duleior, luci-
dior. 14. E ebr. et. et. 857. ego in haredipelas, nos in. 1298. effisit, effisit. 143. elegantis, elegantis. 855. effigent, ad-
figent. 1125. enarat, enarat. 19. entiquitus, antiquitus. 68. enacio, enacio. 1161. ergo, ergo. 918. erubuit, erubuit. es clastro, est
figent. 1125. enarat, enarat. 19. entiquitus, antiquitus. 68. enacio, enacio. 1161. ergo, ergo. 918. erubuit, erubuit. es clastro, est
mix. 1171. examinatur, examinatur. 946. exopte, exopte. 590. exoritur, exoritur. 1292. extimulue, extimulue. 100. F fabu-
lum, fabulum. 959. facultatem, facultatem. 754. faenorum, faenore. 981. feroces, feroces. 870. fecesit, fecesit. 128. finitum, finitum. 473.
figit, figit. 747. figuram, figuram. 1102. finibus, finibus. 1078. fumentum, fumentum. 79. fragans, fragans. 1112. frumati, frumen-
ti. 1314. februaris, februaris. 236. fando, fando. 812. figura, figura. 920. futur, futurum. 1006. H habet, habet. 1258. h-
b. uice, h. uice. 14. Halicusion, Halicusion. 1392. habebitis, habebitis. 1072. harenis, harenis. 13. habebunt, habebunt. hinc hoc. 1210. bi-
antib. hantib. 937. hirmidine, hirmidine. 14. his pene, hinc pene. 167. heroicis, heroici. 83. hospites, hospes. 882. hostibus, hostibus. 811. he-
est, hoc est. 228. huleus, huleus. 1231. I idem in eodem encomio, Pindarus in olympi encomio. 1251. iam, iam. 963. Inferi, inferi. 21.
ille, illi. 1107. illia, illi. 876. illudens, adludens. 41. illo, illo. 876. inursus, inursus. 935. informes, informes. 1222. inucom, in-
uicis. 788. induxi, induxi. in locuplete, in locupletes. 1342. in eodem libro pro eo, in de claris oratorib. pro eo. 403. imprudens, imprudens. 701.
interdus, interdus. 817. inde ulgi, inde ulgi. 925. in eodem dialogo, in eodem dialogo. 1239. in quib. non, non equis. 46. in elegam, in ele-
gans. 24. Ipparic, Hipparchi. 44. iritent, iritent. 30. iurans, iurans. 55. iug. ita. 869. in uulnerib. in uulneribus. 867. is. si. 46. Inge-
num, ingenum. 725. L lapidus, lapidus. 170. lacrimosus, lacrimosus. 822. lanius, lanius. 492. largitur, largitur. 1001. legumentum,
legumentum. 20. lege molium, lege molium. 1748. lentum, lentum. 900. locutus, locutus. 185. locum, locum. 1093. loquari, loque-
ri. 113. libro, libro. 367. locum, locum. 13. literule, literule. 4. luppi, luppi. 348. lucrones, lucrones. 1091. M Maslenses, Masli-
enses. 1437. M. Tull. cod. lib. in lib. de orat. 2. 1259. Mania, Germanici. 219. malorum, malorum. 851. 1350. Mesentes, Mesentes. 705.
me mihi, me mihi. 1394. menturi sunt, menturi. 1343. metulum, metulum. 725. mortales, mortales. 42. mortu, mortu. 129. muscarie, muscarie. 392.
mixti. 302. mixti, mixti. 13. minutia, minutia. 5. mortales, mortales. 42. mortu, mortu. 129. muscarie, muscarie. 392.
modo adit, absit. 733. muttam, muttam. 1060. mulierib. mulierib. 125. mus, mus. 866. N Naufragius,
naufragus. 201. Naxiacos, Naxiacos. 305. usq. usq. 307. a Namb. a mihi. 808. ne cuius, ne cuius. 18. neotricum, neotricum. 17.
Nephila, nephila. 780. Nicom. uichorum, Nicom. uichorum. 445. not. uoluntatis, uoluntatis. 857. nostra, nostra. 1159. non probabile, nam. 607.
numeros, numeros. 21. nummator, nummator. 17. O obdormit, obdormit. 391. oculorum, oculum. 1223. odorabant, odorabantur.
1209. elum, elum. 1177. omnino, omnino. 421. omnis, omnis. 385. opera, opera. 536. oportet, oportet. 916. optimus, optimus. 574.
os, os. 1066. ofulentus, ofulentus. 129. P parua, parua. 1061. palisus, palisus. 742. paleis, paleis. 1073. Pasphe, Pasphe. 49.
pauca, pauca. 1086. pertinentia, pertinentia. 588. pisci repens, pisci repens. 116. perpenderit, perpenderit. 1344. Platone, Plato-
nem. 881. polierata, polierata. 305. populiariq. populiariq. lauitur. 969. praelisse, praelisse. 1445. praeipue, praeipue. 434. probrijs,
probris. 1453. prouerbio, prouerbio. 1148. procellum, procellum. 549. prodigiosq. prodigiosq. 1327. pudet, pudet. 1141. epulamentum,
pulpamentum. 242. Q qu. qui. 972. quum, cum. 3. alibi sic. quatuor, quatuor. 7. quinquam, quinquam. 192. 1273. qua est,
quae est. 1453. quari, quari. 424. quamlibet, quamlibet. 567. quadrabi, quadrabit. 929. qui, qui ex. 1204. qui, qui. 942. quid, quod. 804.
quid est. 1453. quari, quari. 424. quamlibet, quamlibet. 567. quadrabi, quadrabit. 929. qui, qui ex. 1204. qui, qui. 942. quid, quod. 804.
lam, rannuculum. 883. refragabilis, refragabilis. 623. recentiorum, recentiorum. 654. recensetur, recensetur in. 1005. refragati, refrag-
gati. 1322. recurre, recurre. 883. recte, recte. 578. relicta, relicto. 847. requiritur, reperitur. 959. repetus, repetus. referuntur, re-
ferunt, 1223. reperti, reperti. 963. reus, reus. 6. res, res. 1027. rimideq. rimideq. 1263. retardare, retardare. 1435. rodenti, ru-
denti. 941. rudib. rudib. 909. S sacrificio, sacrificio. 977. 403. sardianicus, sardianicus. 886. saturnios, saturnios. 883. satiano, satir-
no. 882. satisficere, satisficere. 445. sartura, sartura. 289. scardeo, scardeo. 172. sacrum, sacrum. 825. sequi, secuti. 4. secundo, secun-
do. 1291. sentoris, sentoris. 538. simium est hinc M. T. illud quod usurpat M. T. 403. siccius, siccius. 304. scriptum hinc, scriptum.
fit. sic. 1195. scibit, scribit. 1031. simili, simili. 561. simili forma dixere eod. in loco. M. T. de orat. 3. 1259. sicut, sicut. 966. simultate:
sphinx. 1306. strenui, strenui. 385. st. 1011. superstitij, superstitie. 125. sum, sum. 701. sordida, sordida. 119. succipias, succipias.
1195. T talus, talus. 955. talis, talis. 802. tam, tamen. 1066. tantum, tantum. 337. trabatum, trabatum. 362. traducatur:
traducetur. 1033. traxerit: trax erit. 970. At. ilamone: At. ilamone. 242. testatur: testatur. 16. tenebrare: tenebrare. 955. testatur:
thesaurus. 380. titulum, titulum. 986. titoni: titoni. 221. triment: triment. 838. V uarium: uarium. 10. uenato, uenatu. 408.
uerum, uerum. 871. uel uer. 1121. uerus, uetus. 16. uicina: uicina. 16. Vlyse: Vlyse. uidederi, uideri. 42. uidetur: uidetur. facturi ope-
ra. 973. uicinam: uicinam. 1184. uicinant: uicinant. 10. uicinant: uicinant. 1052. uicari: uicari. uicentam: uicentam. 936. uolucres:
uolucere. 1226. um, cum. 1250. uicam: uicam. 146. ut sit: ut sit. 343. uicari: uicari. 829. uisus: uisus. 1229.

REGISTRVM.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee
Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz Aaa Bbb
Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp. a b c d e f g.

Omnes terniones, præter † qui est duernio; Ggg folium; Ppp: & c duerniones:
f quaternio; g folium.



FLORENTIAE.

Apud Iuntas. M D LXXV.

REGISTRVM.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee
Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz Aaa Bbb
Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp. a b c d e f g.

Omnes terniones, præter † qui est duernio; Ggg folium; Ppp: & c duerniones:
f quaternio; g folium.



FLORENTIAE.

Apud Iuntas. M D LXXV.

